







GVROX - 3vol.

THESAURUS


NUMISMATUM

IMPERATORUM

MORELLIANUS

III. TOMIS CONPREHENSUS.





THESAURI MORELLIANI

TOMUS PRIMUS,

Sive

CHRIST. SCHLEGELII, SIGEB. HAVERKAMPI, & ANTONII FRANCISCI GORII

COMMENTARIA

In XII. Priorum

IMPERATORUM ROMANORUM

NUMISMATA AUREA, ARGENTEA, & AEREA,

Cujuscunque Moduli, diligentiſſime conquiſita, & ad ipſos Nummos accuratiſſime delineata, a Celeberrimo Antiquario

ANDREA MORELLIO.

Accedunt Cl. Gorii Deſcriptio *Columnae Trajanae*, a Morellio itidem elegantiſſime in aes inciſae; nec non *Triſtani*, *Rubenii*, ac *Harduini* Interpretationes pretioſiſſimorum aliquot Antiquitatis Monumentorum.

Cum Praefatione

PETRI WESSELINGII.



AMSTELAEDAMI,

Sumptibus JACOBI a WETSTEIN.

MDCCLII.



AUGUSTISSIMO CAESARI

FRANCISCO STEPHANO

ROMANORUM IMPERATORI

CONSERVATORI PUBLICAE FELICITATIS

PRINCIPI CLEMENTISSIMO

PIO, FELICI, INVICTO.



Culos tuos, IMPERATOR AUGUSTE, *ſi ex ſublimi Majeſtatis faſtigio in hoc opus defigere dignaberis, non inprobabis, opinor, honeſtiſſimum deſiderium, quo Tuo illud nomini conſecrandum cenſui. Priſca & egregia monumenta, quibus refertum undique eſt, auctores habent primos Romani Imperii aut conditores aut ejus turbati & concuſſi conſtitutores multo illuſtriſſimos, eoque redire deſiderant cupide, unde profecta olim fuerunt : mihi certe vel hac de cauſſa digniſſimus ſemper viſus hic Theſaurus, qui ad eum feſtinaret, a quo tanta ſapientiae & fortitudinis gloria ac ſplendore illud ipſum cum maxime Imperium temperatur. Quae quidem ratio etſi me vehementer inpulerit,* IMPERATOR OPTIME, *acriores ſtimulos addidit obſervantia, qua Imperatoriam Majeſtatem comiter atque officioſe venerari didici : neque enim animo effluxit, aut unquam, dum vita mihi vitalis erit, elabetur ſingulare & honorificentiſſimum beneficium, quo glorioſiſſimus & adflictae per tot annos Germaniae pacator Ferdinandus III. abavum meum ſub Weſtphalicae pacificationis tempus nobilium Ordini*

Ordini & dignitati, datis clementissime codicillis, ita inseruit, ut ad omnem ejus propaginem & legitimam posteritatem perpetua successione devolveretur: cujus ego longa serie sanguinem trahens, aviti honoris & obligationis pulcre memor, argumentum venerationis ante hos novem annos exstare volui. Ausus tum fui Graecum scriptorem, cui viginti annorum operam docti homines sedulo impenderant, ad solium AUGUSTAE TUAE CONJUGIS, *cujus admirabilem in adversis Constantiam & in prosperis Moderationem prope divinam orbis admiratur & praedicat, deponere; neque ea, qua est clementia & egregia in liberales artes caritate, officium repudiavit. Hunc, quem simili studio ad Te,* CAESAR AUGUSTE, *defero Thesaurum, inpensis votis intra hos quinquaginta annos elegantiorum litterarum studiosi sibi expetiverunt, nec absolutum tamen atque instructum, uti oportebat, nancisci potuerunt, fato vitam plerisque doctis, qui manus illi perpoliendo admoverant, auferente: quem quidem si explicare atque evolvere libebit, ubi a curis & vigiliis, quibus tanta adsiduitate pro publica Imperii salute excubas, non nihil Te recreaveris, spirantes in numis excellentissimorum Principum vultus miraberis, triumphosque & egregia facta, quibus illi sempiternam nominis famam sibi pepererunt.*

Habes, sat scio, in Museo tuo, CLEMENTISSIME CAESAR, *copiam numorum aureorum, argenteorum atque aereorum prope incredibilem, ab Austriacis Heroibus & Ferdinando I. usque sollertissime congestam, & cumulatissime a Divo Carolo VI., aeternae memoriae socero Tuo, adauctam, Tuaque Regia & elegante industria, mirificoque in res antiquas atque omnia studia amore, rarissimis & maximis accessionibus ita locupletatam, ut inter selectissimas merito censeatur: inde Magnum Alexandrum & ejus nulla parte inferiorem parentem Philippum, Lysimachum Thraciae, Pyrrhum Epiri, Seleucum Syriae, Ptolemaeum Aegypti, & posteros eorum reges, Romanosque & consulares viros & Imperatores spectandos sumere potes. Inest tamen sua venus in ipsa serie, si ordinatim sit digesta, & illustrium virorum & feminarum vultus nitidissime expictos, quaeque in hoc genere obscuriora sunt, explorata exhibeat & repraesentet. Morabitur etiam Te illius temporis, quod duodecim primi Caesares vivendo absolverunt, memoria: tum ob rerum excellentium & stupendarum ubertatem, quae ejus continuo tractu omnes in admirationem rapuerunt, & nunc quoque recordatione percellunt. Quae enim prudentiae, fortitudinis, constantiae & humanarum rerum vicissitudinis rarissima exempla illa non vidit aetas? Argumenta*

& praecepta reipublicae recte regundae unde verius derivata, quam ex constituta tum & providentissime administrata civitate? tum vero ob antiquissima sacrarum literarum oracula, quibus humani generis Sospitator, illa tempestate venturus, & cultus Judaicae gentis antiquandus, sedesque religionis cum ipso templo evertenda canebatur. Vidit Augusti felix principatus Jesu Christi, Servatoris nostri, natales, diditaque toto Oriente fama ejus praesentiam celebravit: vindex vero scelerum & inpietatis, quibus odiosa gens Dominum suum in crucem egerat, Titus fuit Vespasianus, ipsis in numis Judaeam Captam *testatus. Legerat sibi Divina Providentia hoc temporis intervallum, ut, redacta post tot regnorum & rerum publicarum conversiones in Asia Graeciaque sub unius imperium orbis majore parte, Christianorum religio, sola utique salutifera, longe & late disseminari & opem efflictim desiderantibus persuasione & argumentis inculcari posset.*

Julio Caesare ob Pompejanas partes & nimiam ipsius ambitionem convulsa paene Romanae civitatis fundamenta fuerant per bella civilia, nunquam non luctuosa & semper detestabilia. Quæ viri, cetera maximi, fata exceperunt trium virorum acta nemo bonus laudavit. Caesar Octavianus, exuto Lepido, oppressoque Antonio, postquam nulla civilia arma, rem Romanam sua in sede constituit, pacemque orbi terrarum dedit, cives tanto studio & amore prosecutus, ut numos sollemnibus verbis, ob cives servatos, *signarit: propter quae inmortalia in civitatem merita Senatus Populusque Romanus summo consensu & voluntate primo sanctius* Augusti *nomen decrevit, votaque saepe pro ejus salute, itu & reditu, si qua abesse boni publici caussa cogeretur, suscepit. Tot vero monumenta cum clementiam, providentiam, lenitatem, justitiam, pietatem egregii principis in civitate necdum plane corrupta clarissime monstrent, adparet veras has laudes nec adulatione expressas esse. Quod turpe assentandi vitium,* Imperator Optime, *post excessum Divi Augusti in hujus operis tabulis saepe numero animadvertetur. Martia enim gens, longa blandaque adsuetudine jugum ferre docta, posito virili & libero spiritu, adulatoris personam, seu metu conpulsa seu adulandi blanditiis paullatim innutrita, induerat. Haud sane sine indignatione pro magno Tuo & generoso animo adspicies superbos & insolentes titulos, in Tiberium, simulatorem & tyrannum verius quam Romani orbis rectorem, sine pudore congestos: indignabere quoque, Cajo Caligulae, pessimo post hominum memoriam principi & degeneri optimi Germanici filio, ejusdemque sororibus, publicae libidinis, flagitiosissimae certe,*

victi-

victimis contributos honores, quos numi praeferunt. Mitto Claudium, contemtissimae inertiae virum, uxorum libertorumque suorum mancipium, & Neronem, monstro magis quam homini similem. Adulatio, servile vitium, plerorumque animos incesserat, quae ubi summa corripit, non mala alioqui, inficit mirifice & funestat. Quanto firmior adversus hoc malum & constantior Vespasianus, qui quassatum civili discordia & tumultu sub Galba, Othone & Vitellio Imperium summa prudentia, fortitudine & cura stabilivit: educatus privata in fortuna ad summum sola virtute fastigium escenderat, pulcreque adeo, quo animo cives sint, ubi asperum & atrox imperium inhibetur, perspectum habebat: hinc lenem se & communem omnibus praebuit atque adfabilem, sectatusque id est exemplum & quodammodo exsuperavit filius Titus, principum beneficentissimus, neminem sine spe dimittens, aliaque admonentibus, non oportere, inquiens, a sermone principis quemquam tristem discedere: qui quidem sub vesperum recordatus, quod nihil cuiquam toto die praestitisset, memorabilem illam vocem edidit, amici, diem perdidi: *dignam profecto, quae non aureis, non argenteis, sed adamanteis litteris principalis palatii fastigium exornet. A qua vero sententia quam longe & turpiter abiit Domitianus, Flaviae gentis dehonestamentum, sordidus, crudelis, inhumanus & maleficus, & Deus tamen, o propudium! haberi gestiens.*

Horum omnium, Auguste Caesar, *hoc opus monumenta & Trajani, optimi principis, Columnam, utriusque Dacici belli historiam mira arte expingentem, Tuae Majestati exhibet. Quae singula dum mente atque oculis attentius obeo, videre mihi videor expressam Tui Imperii imaginem in Caesare Octaviano, sed Triumviratus delictis inmuni, & Augusto. Deus eum Romano orbi, multifariam vacillanti & dirissimis bellis agitato, rectorem inposuit, ut pace terra marique parta, & Jani templo ter intra breve tempus clauso, concordia ordines coalescerent, legionum fides adstringeretur, honestae disciplinae depressum caput emergerent, & justitia ex tristi exsilio rediret, atque omnibus toto orbe securitas constaret. Te mirantur omnes, & felicitatem temporum praedicant, qua fractis hostibus salutis publicae defensorem, & Imperii, revocata pace, statorem praestas: Tuo auspicio restituta quies, confirmata ordinibus mutua caritas, redditus legibus vigor, & pietas in diverso religionum cultu & libertas asserta est. Aureum Augusti seculum,* Caesar Invictissime, *plures adpellitant ob egregium excellentium in omni scientiarum genere ingeniorum proventum: de Tuo non aliud ominamur, sed scimus, quo favore eos*

conprehendas, & tanquam Hercules Musarum tuearis, qui eruditionis prudente usu & solidiore peritia eminent. Testes excitare possem, si opus foret, excellentissimos viros, interioris apud Te admissionis, praeclarissimos eruditorum omnium Maecenates: Testes Academias variis in locis nuper admodum aut benivolentissime patefactas aut felicissime instauratas. Quibus quidem laudatissimis in studiis ac virtutibus cum Tibi nihil concedat, Augustarum, quotquot olim Roma vidit, Princeps, tori tui socia, MARIA THERESIA; *mirum profecto nemini accidet, Vobis, quod uni quondam Tito Vespasiano usu venit, a civibus exterisque cupide dari, ut* Deliciae humani generis *salutemini. Id vero Tibi praecipuum & Caesari Octaviano negatum meminimus, quod fecunditatem Augustae conjugis & stabilitam fulcris pluribus bono publico domum celebrare possumus: pro cujus salute vota optimus quisque lubens suspendit, spe illum diem laetissime praecipiens, quo in securitatem suam conspirans Germania filium Tuum, in omnia praeclara Te duce & auspice dudum surgentem, Romanum regem jucundissime videbit: quem ego si attigero,* AUGUSTE CAESAR, *quod brevi futurum auguror, voti reus obnixe precabor, ut Tibi gentique Tuae perpetuam felicitatem, vitam prolixam & sempiternos honores is perennet, cujus Tu providentiae gratus Imperii dignationem acceptam refers! Et has quidem ex animi mei sententia preces atque hoc obsequii studium si Tibi,* CLEMENTISSIME IMPERATOR, *probavero, sicuti confido, nusquam reperietur*

IMPERATORIAE TUAE & SACRATISSIMAE

MAJESTATI

Addictior devotiorque Cliens

JAC. A WETSTEIN.

LECTORIBUS
S. P. D.
P. WESSELINGIUS.



Rtium disciplinarumque studiis saepe usu venire quod rebus publicis, habere suas conversiones & fata, plura nunc jacere, quae in honore fuerant, alia in celebritate versari, antea neglectius habita, res est pervulgata. Vitione humani ingenii id contingat, an parabili in tanta conmentariorum copia consecutione, an seculi moribus & docentium socordia, ea spernentium, quae juvenes non didicere, quaerere non libet. In numorum veterum scientia illam vicissitudinem prudentiores conperiuntur, qui studium istud superiore aetate mirifice fervere & plurimos incredibili inpetu ad illud ferri, nunc vero frigere & paullo contemtius censeri animadverterunt. Aliud tamen conmoda & utilitates, quae inde in omnem litteraturam, sacram & profanam, uberrima redundant, requirebant. Sed quis sectatur & diligit, quod ignorat? Viri eruditione & ingenio praeclari Jac. Sponius, Henr. Norisius, Joan. Vaillantius, Gisb. Cuperus, &, conplures alios ut silentio praeteream, Ezech. Spanhemius tanta elegantiae copia & doctrinae adparatu hanc caussam perorarunt, ut, qui palam refragetur atque in alia omnia eat, emerserit nemo. Ante etiam probatissimam horum sedulitatem & industriam vir egregius Nic. Fabricius Peirescius exprobrantibus intermissam in Juris scientia diligentiam ex numorum & antiquariae rei amore rescripsit, *agnovisse se, non esse studium istud Jurisprudentiae inutile, cum alia ratione non possint pleraque loca seu Digestorum seu Codicis intelligi*, teste in ejus vita Gassendo. Quod etsi quadam tenus in antiquorum numis verum sit, in universum de priscae Antiquitatis Graecae & Romanae reliquiis, exploratissimum est. Sed quomodocunque id valeat, id perbellum, quod in florentissimis Europae regnis & rebus publicis non deficiant, qui labanti huic generi suppetias ferant; in quorum numerum elegantissimus hic, quem vides, Thesaurus meritissimo addetur, tandem aliquando absolutus, eique, qui ante hos octodecim annos, dives Familiarum Romanarum ubere copia, prodiit, utiliter accedens. Utrumque conquisitis singulari labore & incredibili paene sollertia numis congesserat & instruxerat in Historiarum, Geographiae & universae litterariae rei emolumentum vir ingeniosissimus & de litterarum hoc genere praeclare meritus Andreas Morellius, sed neutrum exponere, tametsi aeneis tabellis omnes artificiosissime pictos incidi expresse curaverat, aliorum in usus potuit. Numos consulares & quotquot familiarum memoriam conservarunt, luce Sig. Havercampus, vir clarissimus, non sine laude adspersit. Gravius vero fatum eos persecutum est, qui duodecim primorum Caesarum vultus & res gestas ostentant, illis non minus infestum quam optimo viro, cui tota ferme vita, quod in elegante de Morellio Conmentario, quem ultimus Thesauri hujus tomus conplectitur, egregie patefecit vir praestantissimus Andr. Petrus Julianellius, inimicum se praestitit. Christianus Schlegelius, nobilis

conmentationibus de numis Isenacensibus, Hersfeldensibus & Gothanis & in hoc studio apprime versatus, MORELLIO in pacatiorem & conmodiorem vitae statum redacto operam officiose addixerat, ut consociatis curis consiliisque cum publico conmunicarentur: at hunc aerumnis morbisque fractum ante hos quinquaginta annos mors oppressit. SCHLEGELIUS telam, quam dextre exorsus erat, strenue pertexere adgressus nihil non egit, quo minus per se staret, ne desideratissimum opus in lucem proderetur: sed & eum, Gazae Fridericianae, quae summa accuratione & principalibus inpensis Gothae laudabiliter exstructa est, admotum, & plura ejus in decus molientem, fatalis hora abhinc triginta annos magno rei numariae detrimento abstulit. Destitutae vero ab ejus vigilante & sollerti cura tabulae apud Th. Fritschium, celebrem Lipsiensium bibliopolam, diu manserunt; cujus ab heredibus, recepto haud levi pretio, in jus & possessionem Jacobi Wetstenii, viri sollertissimi, transierunt: qui quidem una cum Smitho, socio & adfine, de industria elaboravit, ne laterent, sed per animos hominum oculosque, uti omnino merebantur, peragrarent. Conmodum auxiliatrices manus clarissimus Sig. HAVERCAMPUS, a quo Familiarum Thesaurum non sine gloria procuratum significavimus, prolixe offert. Sed cum ille Lugduni in Batavis ageret, & publice humaniores litteras profiteretur, formis, quae meditabatur, non nisi damnose & inconmode Amstelaedami describi poterant: placuit ergo Leidae operas legere, quo praesens urgeret opus, & castigatius atque a mendis vacuum extruderet: traditae quoque illi sunt Christ. SCHLEGELII electae explanationes, tum ne diligens doctissimi viri labor periret, tum ut onere haec omnia in se suscepturi diligentia levaretur. Sed praeter spem & opinionem lentum & spissum id fuit negotium; seu quod vir eruditus publicis privatisque lectionibus saepe avocaretur, seu aliis, in Sallustium, Censorinum, numos Reginae Suecorum, Historiarum libros, qui patrio nostro sermone digerebantur, insumendis, distraheretur cogitationibus: fortasse & ipsa moles tardiorem fecit, & properantis inpetum sufflaminavit. Utcunque res fuit, Sig. HAVERCAMPUM, virum laboriosissimum, e vita conspectuque hominum & operis hujus absolutione ante hos decem annos mors eripuit. Tum vero nova & major sollicitudo. Nullus tota Belgica reperiebatur, qui succenturiari vellet, quodque adfectum a SCHLEGELIO & HAVERCAMPO erat relictum pari circumspectione continuare; adhibenda quoque talis opera erat, quae in hoc studio inveteraverat, & multos annos numorum antiquorum usu atque explicatione fuerat agitata Qua in haesitatione Jac. Ph. D'ORVILLE, vir Celeberrimus, de humanioribus litteris inmortaliter meritus, cujusque inmaturum interitum boni omnes haud injuria lugent, mentionem injecit viri longe doctissimi, atque edito Florentino Museo aliisque pereximiis monumentis nobilissimi, Anton. Franc. GORII. Itaque ad eum itur: a D'ORVILLIO, cui vetus cum illo amicitiae jus erat, blandis cohortationibus expugnatur. Ille ergo ad intermissum opus alacriter adgreditur, quantumvis superiore labore fessus & valetudine minus bona utens. Quod uti perjucundum Jac. Wetstenio accidit, ita sine longiore mora peragi non potuit. Florentia, ubi viro clarissimo domicilii sedes, amplissimo locorum intervallo a Belgarum finibus dis-

diſjungitur: orto deinde graviore bello maria erant intuta, nec ſecura
magis, quae terra habentur, itinera; hinc ſumma ſaepe difficultas &
inpenſae ingentes, quibus tandem feliciter exſuperatis & profligatis
egregium & laudabile operi faſtigium eſt inpoſitum. Habes, Lector,
hiſtoriam Theſauri hujus & fatorum ejus ex litteris, quas ad me de-
dit vir honeſtiſſimus Jac. Wetſtenius: exſpectas de conmentariis;
quorum Schlegelianus in numos Julii Caeſaris, nonnullosque Au-
guſti, Tiberii, Caji Caligulae, Galbae, Othonis & Vitellii ſatis ope-
roſus & accuratus eſt, &, quamquam major hujus ſcientiae pars con-
jecturalis eſt, minime abſurdus: ut merito dolendum ſit, per viri fata
ſtetiſſe, quo minus feliciter & dextre inchoata laudabilem finem
nanciſcerentur: Sig. Havercampus deceſſori nihil admodum conce-
dit, in numismatum uſu & judicio multum callens, in hoc tamen di-
verſus, quod aliorum bene dicta copioſius, ne mutata quidem, qua
illi uſi fuerant, dialecto, ſaepe numero adſpergat. Cujus ego rei aliam
exputare rationem non poſſum, quam quod his emblematibus ſua
cultius diſtinguere voluerit, nec ea neglectui habere, quae ab egre-
giae eruditionis viris ſcite & prudenter excogitata conſcriptaque erant:
quo quidem in genere animadvertiſſe mihi videor, potuiſſe, ut alia
miſſa faciam, haud inepta conduci de numis oppidorum conventus
Hiſpalenſis Osset & Oripponis, de quibus tamen non male diſputa-
tum eſt, ex Roderici Cari Antiquitatibus Hiſpalenſibus, patrio Hi-
ſpanorum ſermone ſcriptis. Sed ſuum in ejusmodi rebus cuique judi-
cium, nec ſemper memoria fideliter reddit, quae ſuppeditare debe-
bat, abeſt quoque ſaepe eorum librorum copia, quorum ob peregri-
nitatem rarior uſus eſt. De Gorii adnotationibus nihil dicam, niſi
digniſſimas videri fama atque eruditione praeclari viri: id tamen diſ-
ſimulare non debeo, quod nec ipſe, qua eſt humanitate, aegrius fe-
ret, mira mihi accidiſſe ea, quibus Domitiani numus, a Tianis in
Bithynia percuſſus inſcriptusque ΖΕΥΣ ΣΥΡΓΑΣΤΗΣ, illuſtratur & cor-
rigitur. Non nego, Jo. Vaillantium adfirmaſſe, ΕΥΡΓΑΣΤΗΣ *conſtan-
ter legi.* At ille ipſe eodem in opere, numismata Imperatorum Graeca
exhibente, ΖΕΥΣ ΣΥΡΓΑΣΤΗΣ ΤΙΑΝΩΝ, ſcribit, *Jupiter ſtans* &c. Tum
Jupiter ille ab aliis ΣΥΡΓΑΣΤΗΣ *pro* ΕΡΓΑΣΤΗΣ, *id eſt, opifex—alii legunt*
ΣΥΡΓΑΣΤΗΣ, *qui Dorice pro* Σύργαστρος *dicitur, quod Aeſculapius eodem no-
mine, id eſt, ſerpentarius, appelletur, qui idem eſt cum Jove, unde a Perga-
menis* ΖΕΥΣ ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ. *Ita Aeſculapius a Tianis cultus, ut fert alius ur-
bis numus*, ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ ΤΙΑΝΩΝ. *Proinde non inſolitum ſi Jupiter tum Ae-
ſculapius hujus nomine* ΣΥΡΓΑΣΤΗΣ *ſeu ſerpentarius ibi colatur.* Quae qui-
dem, etſi non ſatis apta & nexa inter ſe ſint, niſi me omnia fallunt,
indicio eſſe queunt, incertum ancipitemque fuiſſe virum eruditum,
quid probaret, & Tianorum iſte numus prae ſe ferret. Ezech. vero
Spanhemius, cujus in hoc ſtudio valens & gravis eſt auctoritas, confi-
dentiſſime in quarta ad Andr. Morellium Epiſtola: *Quam tamen* in-
quit, *emendationem*, Salmaſianam lapidis Gruteriani, *continuo refellunt
inſpecti a me in memoratis modo Theſauris Regiis tres inſignes numi: duo
nempe Antonini pii ac M. Aurelii, qui in eadem Gaza jam recondebantur;
tertius autem Domitiani, qui in eandem, me Pariſiis agente, ante annos
haud ita multos, eſt illatus, cum inſcriptione, quam in eodem valde integro,
uti & in duobus aliis numis,* Accurate *obſervare mihi licuit*, ΖΕΥΣ ΣΥΡ-

ΓΑΣΤΗΣ ΤΙΑΝΩΝ, *non vero* ΕΡΓΑΣΤΗΣ, *prout in duobus hisce legendum omnimo credidit vir praestanti ingenio in Opere de Numis Urbium illustratis p.* 496. *Unde nihil inmutandum esse liquet, uti a viro inconparabili factum, in ista inscriptione, quae exstat Thes. Gruteri fol.* CVII. 3. *neque ibi* SURGASTEO, *quae indubia trium horum numorum auctoritate nititur, in* SURGASTRO *refingi ad lubitum debet. In quibus praeterea numis, qui a Tianis Bithyniis percussi,* ΖΕΥΣ ΣΥΡΓΑΣΤΗΣ *dictus foret, qui* ΖΕΥΣ ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ, *a Pergamenis, de quibus hic agitur, cultus.* Quibus quidem gemina germana cum vir illustris Pluto Aristophanis adscripserit, valide prohibeor, ne Jovem ΣΥΡΓΑΣΤΗΝ inprobem & ΕΡΓΑΣΤΗΝ praeoptem. Sed ea controversia ex accuratiore numorum consideratione unice pendet: quare & ejus arbitrium illis ultro relinquo, quibus haec facultas conceditur. Id vero praeclarum, quod Columnam Trajani Imp. utriusque Dacici belli Historiam vivide exhibentem, non neglexerit. Andreas MORELLIUS ex gypseis formis, jussu atque inpensis maximi Galliarum Regis Ludovici XIV. Romae summa cura & diligentia confectis, eam accuratissime delineaverat & aheneis tabulis peritissima manu inscripserat, ut omnibus spectaculo & huic Thesauro ornamenti accessio foret: figuras quoque & Columnae partes ita ordinaverat & prudenter disposuerat, ut aliorum editiones non aequaret tantum, sed quodam modo superaret. Deerat tamen concinna explanatio, quam Celeberrimus GORIUS itidem adorsus, Alphonsique CIACONII, cujus descriptionem memorabilium Dacici utriusque belli factorum, ex Columna sollerter excerptorum, in manibus habemus, diligentiam & ingenium aemulatus & passim post se longe relinquens, imagines, statuas, signa, & si quid praeterea in ea notabile & conspiciendum, singulari studio & eruditione expedivit, nec minus triumphum Titi Vespasiani Judaicum, & Templi Hierosolymitani spolia, non neglectis observationibus, quas Hadr. RELANDUS, sempiternum Trajectinae nostrae decus, in ea paraverat. Nusquam profecto nitidius elegantiusve expicta omnia ex celebratissimo triumphali arcu videre memini, quam hoc loco: dignissima certe pictura erat, quae huic Thesauro accederet & amplius ornamentum conciliaret; praesertim cum arcus iste aëris & temporis injuria paullatim exedatur & vitium faciat: commemorabilis quoque Vespasiani & longe rarissimus foret numus, ex schedis Goltzianis depromptus, aureum religionis Judaicae candelabrum & CAPTA HIEROSOLYMA repraesentans, si genuinum bonique commatis Hub. GOLTZII fides praestare posset: & quamvis ea res in ambiguo sit, non injuria tamen inter Principis ejus numismata sedem occupat, ut, si dubiae fictaeve sit auctoritatis, artificis ingenium adpareat, & quid distent, ut ille ajebat, aera lupinis. Sequuntur expressa simulacra gemmae Tiberianae, quae in Sacro Regis Christianissimi, & Augustae, quae in Romanorum Imperatoris gazophylacio spectatur, & lectissimae doctissimaeque conmentationes Alb. RUBENII, Joan. HARDUINI & Jo. TRISTANI, dudum notae & publicatae, ordinatimque sic dispositae, ut statim clarissimorum hominum discrepantes opiniones sub oculi adspectum veniant. Restat, ut rei publicae litterariae & Jac. WETSTENIO, cui tantum molestiae multis annis creavit, perfectum hunc Thesaurum, ditissimum utique & multo spectatissimum, gratuler, & uberrimum ex eo fructum precer. Trajecti ad Rhenum a. d. v. Kal. Februar. CIϽ IϽCCLII.

TA-



I·G Mentzel sculp:

TABULA I.

EXHIBENS CAPITA

JULII CAESARIS,

CUM

INSCRIPTIONIBUS LATINIS PRIORUM IMPERII ANNORUM.

Num. I.

Caput Julii Cæsaris laureatum lævàm versus.



C. *JULII CÆSARIS*, acerrimi, prompti, vegetique ingenii herois, eoque prorsus instructi, quod ad evertendam tantis curis, tantis laboribus, tantoque sanguine partam Romanæ Reipublicæ libertatem, condendamque quartam hujus universi Monarchiam, sufficeret, faciem heic primùm exhibemus, in qua, quamvis juvenili adhuc, eas tamen jam notas harum rerum peritus judex ac æstimator Sylla, Dictator, deprehendit, ut, instantibus urgentibusque acrius Mamerco Æmilio & Aurelio Cotta Cæsaris receptionem, illorum & sibi amicissimorum, & isti simul sanguine junctorum, precibus tandem expugnatus, irato ore, uti *SUETONIUS* in vita Julii Cæsaris cap. I. tradit, in hæc prorumperet: *Vincerent, ac sibi haberent! dummodo scirent, eum, quem incolumem tanto opere cuperent, quandoque optimatium partibus, quas secum simul defendissent, exitio futurum: nam CÆSARI MULTOS MARIOS INESSE*; vel, ut *PLUTARCHUS* in Cæsare p. 707. hoc exprimit: οὐκ ἔφη νοῦν ἔχειν αὐτοὺς, εἰ μὴ πολλοὺς ἐν τῷ παιδὶ τούτῳ Μαρίους ἐνορῶσιν, *nihil mentis, dixit, eos habere, si non ei puero MULTOS viderent MARIOS INESSE*: idemque præterea, quod in aliis animadverterat sagacissimus Imperator, ac nominatim in Cassio & Bruto: Μὴ δεδιέναι, inquiens apud *PLUTARCHUM* in Antonio, p. 921. τοὺς παχεῖς τούτους καὶ κομήτας, ἀλλὰ τοὺς ὠχροὺς καὶ λεπτοὺς ἐκείνους, id est: *obesos* (crassos) *illos & opimos* (comatos) *non habere se suspectos, & formidare, sed istos GRACILES ET PALLIDOS*; hoc omnino ex sua ipsius facie legere datur, ac Respublica olim Romana cognoscere habuit clarius, non exiguo tamen suo cum damno. Quem ipsum ejus vultum, in quo & capite, uti recte *APULEJUS* Libro de Dogmat. Platonis censet, *homo totus est, quoniam scilicet prudentia & sensus omnis in illa parte continentur, ac cætera membra omnia capiti ancillantur*, ad artis regulas examinatum exacte satis nobis depinxit eruditissimus *JACOBUS SPONIUS* in elegantissimo suo, quem *Recherches curieuses d'Antiquité* inscripsit, libro, ac nominatim in *Dissertatione vigesima quarta*, quæ de *utilitate* agit quam *ex nummis capere licet ratione studii in physiognomicis*, quæ ejus ibidem verba digna omnino sunt, quæ in Latinum ex Gallico translata sermonem, & hic attendamus, pag. scilicet 362. *Julius Cæsar iis notis ac signis in facie gaudet, quæ omni ex parte temperamento ipsius atque affectibus respondent. Ecce, quæ de iis mecum communicarit Doctor ANDREAS, Italus, & famosissimi Argoli discipulus, cum illi iconem ipsius ex nummis & Suetonio desumptam transmisissem. Videtur mihi, inquit, Julium Cæsarem, cui excelsa statura, color candidus, vegetique oculi erant, temperamento bilioso, cui paululum phlegmatis admixtum, fuisse. Nasus longior, & illa parte, qua fronti jungitur, eminentior, nares superius attractiores, summitasque depressa, nasum faciunt aquilinum, animum fortissimum, gloriæ itidem ac dominationis cupidissimum designantem. Nigri, vividique oculi, frons paulo reductior cum naso aquilino virum arguunt magnorum tentaminum, consiliorumque, & in illis, quæ semel cœpit, constantissimum. Caput justâ magnitudine ac formâ cum suis eminentioribus partibus, anteriore & posteriore, convenientem proportionem habentibus, collum paulò longius, medio fere capiti junctum cum oculis vividis,*

dis, *frons extenuata*, *& in medio paulo reducta*, *aptum natumque ad studia & eloquentiam indicant.* *Quod vero faciem ejus paulo pleniorem*, *quam* *SUETONIUS ipsi tribuit*, *attinet*, *præter quod ætas accrescens*, *ac belli imperiique curæ & maximæ & perpetuæ*, *corpus macilentum reddere potuere*, *existimari etiam potest*, *dictum Autorem intelligere faciem longam & rotundam*, *vel magnam & parvam intercedentem*, *adeoque mediam ipsi fuisse*, *vel*, *si hoc magis placet*, *talem*, *quæ plus carnis*, *quam pinguedinis ostendit.* Et, ut facilius hoc credamus, faciunt verba antecedentia, moxque adducenda, quibus, eum *TERETIBUS membris fuisse*, describitur, hoc est, *succulentis*, nec tamen *obesis*, habitu εὐσάρκῳ καὶ ἀνηθρωμένῳ, qui *medius* est inter τὸ λεπτὸν & παχαλέον, recte istud tradente ita *ISAACO CASAUBONO.* Salvam proinde, integramque *SUETONII*, *clarissimi*, *emendatissimi*, *candidissimique* (*VOPISCI* judicio) *scriptoris*, nunc habemus fidem, de *J. Cæsaris facie*, quæ expendenda nobis maxime hoc loco est, hæc Cap. XLV. commemorantis: *Fuisse traditur excelsa statura*, *COLORE CANDIDO*, *TERETIBUS MEMBRIS*, *ORE PAULO PLENIORE*, *NIGRIS*, *VEGETISQUE OCULIS*, *valetudine prospera* &c. minimeque necessum habemus cum doctissimo *GRÆVIO*, ([1]) aliisque Librariorum vitio *depravatum* hunc *locum*, legendumque censere: *Ore pallidiore*, aut: *paullo oblongiore*; nam *priorem lectionem* paulo ante indicaverat laudatus *Scriptor*, scribendo, eum *colore candido exstitisse*; *posteriori* literarum numerus & convenientia repugnat; vel cum *CAROLO PATINO* ([2]) atque etiam *LAURENTIO BEGERO*, ([3]) posterioribus curis se tamen corrigente, ([4]) *JACOBO OISELIO*, ([5]) aliisque *erroris* Historicum convincere, accurate, ut alia omnia ita & hoc præcipue, & sine omni dubio commemorantem, ipsique adeo *statuas*, *gemmas*, *nummosque* opponere. Nempe curate non solum animo expendenda sunt *illa*, quæ supra laudatus *JACOBUS SPONIUS* ex D. *Andreæ*, *Itali*, *acri satis judicio*, *præsentem in rem* suppeditat, sed & *tempora* cumprimis hic observanda veniunt. Non enim dubium est, *SUETONIO* de *vegeta ejus*, *vivida*, *virilique ætate* sermonem esse, in qua *formæ suæ quandam venustatem etiam à Venere ipsa habere*, referente *DIONE*, ([6]) sibi persuaserat Cæsar, constatque, *VELLEJUM PATERCULUM*, illum *forma omnium civium excellentissimum* Libro suo posteriore p. m. 577. appellare, APPIANUM ALEXANDRINUM, Lib. de B. C. dum comparationem inter Cæsarem & Alexandrum M. instituit, in hoc inter alia convenisse, memorare: *AMBO etiam PULCHRI fuere*, *& eximiis corporis dotibus à natura prædíti*, cum contra *gemmæ*, *statuæ ac nummi* illum in *provecta ætate*, ac in *dignitatibus summis constitutum sistant.* Notum vero plus satis est, quibus ex ambitione curis, ac vigiliis, ([7]) dies noctesque cor comedentibus, corpus affligentibus, adeoque & multum *formæ* detrahentibus, ac tantum non consumentibus eam, grassandum fuerit ad istas Imperatori optimo. ([8]) Mirum potius est, *ea adhuc forma hoc tempore in istis comparere*, nisi sciremus, *temporis quoque vicissitudinem*, *fortunæque favorem*, & alia ipsi suppeditasse, quæ reficere subinde ejus *curis lassatum corpus* potuerint, ac *formam consistentem* quodammodo reddere. Quid? si, nummis minime refragantibus, *os paulo plenius*, *proprie* ita acceptum, ipsi tribuamus, cum *labia satis conspicua & plena* in iis videamus? Quorsum etiam inclinare *Clariss. JAC. PERIZONIUM*, ex amicissimis olim ad nos literis constat. Non minus & *cætera*, quæ de *corporis* ejus *habitu* deprædicat *SUETONIUS* citato cap. 45. nempe *COLORE fuisse CANDIDO*, *TERETIBUS MEMBRIS*; *NIGRIS*, *VEGETISQUE OCULIS*; & *PLUTARCHUS in Cæsare* p. 715. etiam confirmat. *quod HABITU GRACILI*, *CORPOREQUE CANDIDO & molli fuerit*, (ὅτι καὶ τὴν ἕξιν ὢν καὶ ἰσχνὸς, καὶ τὴν σάρκα λευκὸς, καὶ ἁπαλὸς) satis ex hoc, & *sequentibus ejus capitibus* intelligi possunt, si recte & cum cura inspiciantur, atque ad artis leges examinentur; simulque τὸ δραστήριον *Cæsaris* colligi, illumque ipsi *proprium vigorem*, *celeritatemque quodam igne volucrem*, ut *PLINIUS Histor. Natur.* Libro VII. c. 25. vocat, ([9]) quod alio loco *ARISTOTELES* uno verbo effert, τὴν εὐψυχίαν, animadvertere licet.

(1) In Notis ad Suetonium, & ad dictum locum cap. 45. p. 821. *Repugnant tamen omnes statuæ*, *& omnes nummi*, *qui referunt Cæsaris faciem longam & macilentam*; *hinc forte legendum. Ore pallidiore*, *aut: paullo oblongiore.*

(2) In Illustrato nummis Suetonio p. 33. scribente ad hunc locum: *Reclamant omnes nummi*, *quos viderim ex AV. Æ & AR. quamvis supra mille a me inspecti fuerint*; *constanter enim macilentus*, *& contractis genis observatur.* Et in Numismatibus ex ære medio et minimo p. 17. *Quanquam Suetonius non tantum excelsa statura fuisse ait* —— *Sed etiam ore paullo pleniore*; *quod*, *si verum est*, *fides nummis omnibus deneganda*, *in quibus facies filo longiore*, *& extenuato pingitur.*

(3) In Thesauro Palatino p. 73. *Aspice Cæsarem! Suetonius hunc ore paulo pleniore facit*, *sed* C. *Patino teste*, *reclamant nummi plus mille. Reclamant & gemmæ nostræ*, *in quibus omnibus macilentus*, *& contractis genis observatur.*

(4) In Notis ac Observationibus suis ad quædam Numismata antiqua p. 47. *Ore paulo pleniore fuisse Cæsarem*, *cum ætatis adhuc robore vigeret*, *colligitur*, *& ex his Numismatibus ex ipsa senili effigie*; *quæ in tantas*, *quibus obsita est*, *rugas concidere non potuisset*, *nisi luculentior succus vegetam ætatem antea inflasset.* Et Tom. I. *Thesauri Brandenburg.* p. 118. *Cæsarem filo tenuiore*, *& oblongo collo*, *adeoque macilentum potius*, *qualiter & hic visitur*, *quam succulentum fuisse*, *eo præsertim tempore*, *quo*, *subacto Romanorum imperio*, *cæli gubernaculo admoveri meruit.* Et paulo post p. 151. *Sed mirum non est*, *cum hæc ipsa in senio macilenta cutis*, *pinguedinem juventutis demonstret*, *eodem modo*, *quo & in Julio Cæsare*, *quem & ipsum*, *ut alibi notavi*, *Suetonius teretibus membris & ore paulo pleniore fuisse*, *scribit*, *& quod addendum*, *apud* Dionem, *à Venere quendam se formæ florem habere*, *ipse voluit persuadere*, *cum tamen omnia ejus numismata simili macie conspicuum hactenus dederint. Tempora in his distinguenda sunt. Qui juvenis pinguedine superbiit*, *quid mirum*, *si senex in maciem & rugas conciderit?*

(5) In Thesauro suo p. 3. *Suetonius*, inquit, *eum fuisse scribit excelsa statura*, *colore candido*, *teretibus membris*, *ore paullo pleniore*, *nigris vegetisque oculis.* In omnibus tamen nummis imago ejus exhibetur *filo* oris paullo *tenuiore & oblongo collo*, adeoque *macilenta* potius, quam *succulenta.*

(6) Libro XLIV. p. 235. DIO Lib. XLIV. p. 234. refert illum, licet majorem natu, formæ studuisse καίπερ παρηβηκὼς, ἐς κάλλος ἤσκει.

(7) Probe SALLUSTIUS Bell. Catil. p. m. 40. in hanc rem. *Postremo Cæsar in animum induxerat*, *LABORARE*, *VIGILARE* &c.

(8) Hinc recte illustr. Spanhemius in Juliani Cæsaribus p. 34. *Puis qu'avec l'âge*, *la teste chauve*, *la maigreur & les rides de son visage*, *le rendirent moins beau & moins agréable*, *comme on le peut remarquer encore aujourd'huy de ses statues qui nous restent en bon nombre*, *& de ses Medailles*, *têmoin la suivante.*

(9) Ita enim *PLINIUS* loco citato: *Animi vigore præstantissimum arbitror genitum Cæsarem Dictatorem. Nec virtutem constantiamque nunc commemoro*, *nec sublimitatem omnium capacem*, *quæ cælo continentur*: *sed proprium vigorem celeritatemque quodam igne volucrem. Scribere aut legere*, *simul dictare & audire solitum accepimus. Epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare*: *aut*, *si nihil aliud ageret*, *septenas.*

(10) Quæ

cet. Ut vera hinc videamus ab *Antonio* pronunciata in oratione post necem ejus, apud DIONEM L. XLIV. p. 260. τῇ τε γὰρ τῆς φύσεως ἰσχύϊ θαυμαστῇ ἐκέχρητο, καὶ παιδείᾳ παντοδαπῇ ἀκριβῶς ἤσκητο, *erat in ipſo vis quædam naturæ admirabilis, ſed eam exercitatione omnis generis ita confirmaverat, ut non immerito omnes res & cognoſcere celerrime & exponere ſumma cum fide, & adminiſtrare prudentiſſime poſſet.* Neque *barbæ tonſuram frequentiorem* omiſit *laudatiſſimus ſcriptor*, quam & hic deprehendimus, *Circa corporis curam*, inquit, *moroſior, ut non ſolum TONDERETUR DILIGENTER, AC RADERETUR* ſed *VELLERETUR etiam: ut quidam exprobraverunt.* Tamque verum hoc ipſum eſt, ut *illum* inde non niſi *imberbem* in omnibus ejus *nummis*, quos equidem videre contigit, conſpiciamus, diſcamuſque ex *iiſdem*, hanc *pili vellendi* curam, quod *elegantiæ tunc* apud Romanos habebatur *argumentum*, duraſſe in *Cæſarum ſerie* ad *Hadriani* uſque *tempora*, diſtincte hoc etiam docente *DIONE*. De *CAPILLO* ipſius *DEFICIENTE*, quem *à vertice*, vel (ut *J. SCHULTINGIUS* rectius legit) *ad verticem* revocare, ad diſſimulandam in *provectiore* ætate *calvitiem*, *aſſueverat*, atteſtante *SUETONIO*, *cap.* 45. quod heic pluribus dicamus, non eſt, cum de illo infra ad Tab. II. n. 49. dicendi futurus ſit locus. Modo hoc addere adhuc placet, *pexo aſſidue capillo fuiſſe eundem*, ex quo & *Cicero*, referente *PLUTARCHO* in *Cæſare* p. 709. boni quid aliquando auguratus omnino fuit. *Cicero ſolebat*, ita ſcribit *Plutarchus*, *in aliis ejus cœptis & actionibus conſiderare omnibus ingenium tyrannicum: ſed quum comam ejus* (dicebat) *ita videam compoſitam accurate, ipſumque uno digito caput ſcabentem, contra non videtur iſte mihi tantum mali animo concepturus, ut Romanam Rempublicam evertat*, ἀλλ᾽ ὅταν τὴν κόμην οὕτω διακειμένην περιττῶς ἴδω, κἀκεῖνον ἑνὶ δακτύλῳ κνώμενον, οὔ μοι δοκεῖ πάλιν οὗτος ἄνθρωπος εἰς νοῦν ἂν ἐμβαλέσθαι τηλικοῦτον κακὸν, ἀναίρεσιν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας. Porro attendenda eſt LAUREA, qua *caput ejus* non ſolum *primum*, quod ſub manibus nunc eſt, ſed & *reliqua* in univerſum *omnia*, quæ Tabula I. & II. capit, (ſi numerum 49. & 55. excipias in Tab. ſecunda) *cincta* videmus; quo ipſo inſigniter denuo firmatum agnoſcimus *SUETONII* effatum capite 45. *ex omnibus decretis ſibi à Senatu Populoque honoribus non aliud Cæſarem aut recepiſſe, aut uſurpaſſe libentius, quam jus LAUREÆ PERPETUO GESTANDÆ;* itemque *DIONIS CASSII* Lib. XLIII. p. 234. Τῷ στεφάνῳ τῷ δαφνίνῳ ἀεὶ, καὶ πανταχοῦ ὁμοίως ἐκοσμεῖτο, καὶ πρόφασιν μὲν ἐποιεῖτο τοῦτο, ὅτι ἀναφαλαντίας ἦν. h. e. *Semper & ubique laurea corona uſus eſt, cujus quidem prætextus erat hic, quia calvaſter erat.* LAUREA (10) igitur iſta, ſive *animi*, ſive *frontis* vitia texerit, *honoris* tamen *ſingularis* ac *ſummi* erat ſignum, in ſubſequentes etiam Cæſares ab ipſo derivatum. *Lauream* hanc autem, quod probe notandum, *abſque diademate*, etiam ubi *ſolus* rerum eſt potitus, cernimus, quo ipſo tamen ſequentes uſi ſunt Imperatores. *Hoc* etenim, *coronæ lauri* circumvolutum, ipſi à *M. Antonio* Lupercalibus *in ipſis roſtris oblatum*, *bis rejecerat* Cæſar, univerſi populi ſequente applauſu, referente id *PLUTARCHO* (11). Ut tamen non negemus, *eidem* etiam poſt bella civilia decretam fuiſſe *coronam civicam*, ſive *querneam*, (quam tamen hucuſque in *nummis* non conſpeximus) tanquam *patriæ ſervatori*, de qua *APPIANUS* Libro II. *de Bello Civili* p. 494. Καὶ στέφανος ἐκ δρυὸς . . . . ὡς σωτῆρι τῆς πατρίδος, *quernea civica corona, quaſi ſervatori ſuæ patriæ*, & Dio Libro XLIV. p. 242. *In ipſis roſtris duas ei ſtatuas collocarunt* CIVICA *unam, alteram obſidionali* CORONA *inſignem: quaſi & cives ab interitu, & urbem obſidione liberaſſet.* Conficimuſque præterea, *pilei* geſtationem tunc temporis nondum fuiſſe in rebus conſuetis; nam ſi *iſte* fuerit in uſu, *lauream* tantopere non expetiiſſet, longe aptior cum *ille* ſit ac commodior ad *calvitium* diſſimulandum, quam *corona* ex *lauri ramis*. Loquimur vero de viris multæ dignationis, ac Principibus, non de *Sacerdotibus*, *militibus*, *peregrinantibus*, *ludos Saturnaliorum* celebrantibus, *libertis*, *ægris*; *ſenibus*, *convivis*, quos *flamine*, *caſſide*, *petaſo*, *umbella*, *togæque lacinia* vulgo caput operire moris fuiſſe, novimus, de quo videri poteſt *LIPSIUS* de *Amphitheatro* cap. 20. Addimus denique & *habitum Julii*, qui, referente *SUETONIO* cap. 45. pariter *contra uſum* erat: *Etiam cultu notabilem ferunt. Uſum enim lato clavo ad manus fimbriato, nec ut unquam aliter, quam ſuper eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. Unde emanaſſe Sullæ dictum, conſtat, optimates ſæpius admonentis,* UT MALE PRÆCINCTUM PUERUM CAVERENT. Conf. DIONEM Lib. XLIV 235. ubi inter alia: *Etiam occaſionem de obtrectato-*

(10) Quæ maxime & inde honorem habet, quod *laurus fulmine non tangatur*; de qua re pluribus vide *Tiberium* Tab. I. N. 3. dehinc quod *eadem uſi ſemper fuerint triumphantes*, de quo plura B. L. ad Num. 11. invenies.

(11) In ANTONIO p. 921. *Lupercalia Romæ agebantur; Cæſar autem, triumphali ornatus veſte, ſedens pro Roſtris ſpectabat in foro diſcurrentes: Multi juvenes ex nobilitate & magiſtratibus diſcurrunt oleo uncti, atque albis ſcuticis verberant ludibundi obvium quemque. Inter hos diſcurrens Antonius, ſalute vetuſtis ſolennibus dicta, DIADEMA ferens lauri corona circumjectum, accurrit ad roſtra, ſublatuſque ab ſodalibus, impoſuit illud capiti Cæſaris, quaſi deferendum ei regnum eſſet. Simulanti illi rejicere DIADEMA, lætus populus applauſit. Antonio illud iterum ingerente, repulit Cæſar denuo. Quum ad hunc modum diu concertarent; pauci amici inſtanti Antonio, Cæſari renuenti populus univerſus plauſum cum gratulatione dedit.* Addit PLUTARCHUS: *Quod ſane mirandum erat, eos, qui re ipſa dominatum ferebant, regis nomen, ut diſſolutionem libertatis, defugiſſe.* Idem & tradit *PLUTARCHUS* in *Cæſare* p. 736. *Lupercalia agebantur, quæ multi tradunt fuiſſe feſtum olim paſtorum: Id Cæſar pro roſtris, aurea ſedens ſede, veſtitu ornatus triumphali, ſpectabat. Antonius autem, quod Conſul eſſet, unus erat Lupercorum, qui, poſtquam in forum decurrit, & plebs dimovit ſe, porrexit Cæſari circumjectum laureæ diadema: ac plauſus non magnus, ſed obſcurus eſt de induſtria conſequutus. Quod, ubi repulit Cæſar, populus univerſus applauſit. Illo iterum diadema admovente, pauci: rejiciente Cæſare, ex integro cuncti. Ita periculo facto, Cæſar ſurgens coronam in Capitolium miſit.* Et *CICERO II. Philippica*, *Lupercalia* deſcribens, ita: *Sedebat roſtris collega tuus, amictus toga purpurea, in ſella aurea, coronatus.* Ex quo vero & *A. RUBENIUS* de *Re Veſtiaria. Lib. I. c.* 21. conficit, errare *Plutarchum*, dum *Julio* tribuit veſtem triumphalem, cum *Antonius* ei *diadema* obtulit; nec minus viros doctos, qui *togam* hanc *purpuream Cæſaris* cum *triumphali* confundunt, ut *FERRARIUS* de *Re Veſtiaria Lib. I. c.* 86. *p.* 80. & Lib. II. *c.* 10. Confer DIONIS Librum XLIV. p. 242. Dio, in Oratione Ciceronis contra Antonium, Libro XLV. p. 287. *Equidem ne id quidem Cæſaris factum laudem meretur, quod neque NOMEN REGIS, neque DIADEMA accepit, (quamquam iis Antonium offerendis male egiſſe ſatis puto, quum ne Cæſari quidem probata fuerint) ſed culpari debet, quod initio hujuſmodi aliquid audiens, ac videns ſuſtinuiſſet.* Confer *SUETONIUM* & *APPIANUM*, Bello Civili L. II. p. 495. Sciebat enim, eo quod affirmat *LIVIUS* L. II. c. 3. quod qui *Regium genus*, *Regium nomen in civitate eſſet, id officere, id obſtare ejus libertati*, ac inde auferendum ex ea *Regium*, ſeu *Regiæ Gentis*, ut in *Tarquinio Collatino*, *nomen.*

ctatoribus eo præbebat, quod licet majore jam natu FORMÆ STUDERET: *quippe ſemper laxiori veſte delicate utebatur & cinctura fluxiore,* — — *Certe laxam ejus cincturam Sylla quoque notavit, qui quum neci Cæſarem deſtinaſſet, deprecantibus pro eo reſpondit: ſe quidem eum ipſis concedere, verum ipſi ab iſto male præcincto ſibi caverent. Quod cum Cicero non intellexiſſet, poſt, accepta clade, Nunquam inquit, putabam fore, ut ab hoc ita male cincto, Pompejus vinceretur. Tunica* ſiquidem (tradente id bene *A. RUBENIO* de *Re Veſtiaria* Lib. I. c. 12.) *Senatoria*, apud Romanos *purpuram* palmi latitudine ut plurimum in medio habebat, atque *ea* quidem *non cingebatur.* Imo (eodem hoc docente) & præter morem *laticlavium chirodotam* ferebat, forte ut ſe à *Phrygibus* & *Ænea oriundum* hoc habitu teſtaretur. *Phrygibus* enim *maniculatæ tunicæ* in uſu erant, ſecundum illud VIRGILII:

> *Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.*

Et ſic *Iulus*, *Æneæ* filius, cernitur apud *Triſtanum* in *Gemma* regia cum *tunica chirodota* uſque ad digitos. Convenit vero ac par omnino eſt, ut ejus *vultum* paulo curatius ac conſtantius intueamur, cui quippe non ſolum ex *Conſulibus*, ſpeciali Senatus conceſſione & Conſulto, *primo omnium rerum potito effigiem ſuam Romanis nummis imprimere licuerit*, totidem id verbis prodente *DIONE CASSIO*, (12) ſcribenteque Libr. XLIV. p. 242. *inter cæteros à Senatu* (anno U. C. DCCVIII.) *decretos honores & iſtum fuiſſe, ut pecunia ejus imagine ſignaretur;* (ἐς τὰ νομίσματα ἐνεχάραξαν,) ſed & quod *ipſe*, dum viveret, *elegantiæ ac omnis antiquitatis ſtudioſus, gemmas, toreumata, SIGNA,* (13) *tabulaſque operis antiqui ſemper animoſiſſime ſibi comparaverit*, ac diligentius ſine dubio inſpexerit, teſte iterum *SUETONIO* cap. 47. &, ut exemplo id comprobemus, *Ajacem & Medeam*, à Timomacho Byzantio pictas, LXXX. talentis coëmerit, (14) ac in æde VENERIS GENETRICIS repoſuerit, ſexque dactyliothecas eidem VENERI GENETRICI dicaverit. Ut taceamus, quod *LUCANUS* (L. IX. vſ. 970.) tradit, *monſtratorem*, Phrygem incolam, ipſi, *avita Trojæ rudera & celebres* antiquaſque eorum locorum memorias luſtranti, oſtendiſſe:

> *Adſpicit Heſiones ſcopulos, ſilvaſque latentes,*
> *Anchiſæ thalamos; quo judex ſederit antro,*
> *Unde puer raptus cœlo:*

Iterumque: vſ. 979.

> *Herceas, Monſtrator ait, non reſpicis aras?*

Sed & experiebatur tunc in compluribus, quod idem tradit *LUCANUS* IX. vſ. 969. *Etiam periere ruinæ.* Claudimus cum *PRUDENTIO.*

> *En Cæſar agnoſcet ſuum*
> *Gnoriſma nummis inditum.*

Obvium habemus hoc *Caput* apud *H. GOLTZIUM* Tab. I. N. 8.

NUM. 2.

Vacat.

NUM. 3.

Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, adjecta conſueta nota: S. C.

Convenit hoc in omnibus cum primo, niſi quod conſuetam *notam S. C.* ſimul prima vice adjectam oſtendat. De ea vero non eadem Scriptoribus mens eſt. Alii iſtam *auctoritatis publicæ*: alii *juſſus, conſenſus & approbationis Senatus*: alii *probitatis* ac *valoris intrinſeci*: alii *pretii, ponderiſque metalli* characterem exiſtimant. Non erraturos nos ſperamus, ſi dicta illa ſingula conjunctim his literis S. C. hic deſignari dicamus. Nam cum *Senatui Romano* poteſtas ſignandi monetam antiquitus fuerit, teſte *POLYBIO* Libro VI. eâque deinde ad Cæſares tranſlatâ, Senatui jus cudendi tantum *æream monetam*, quaſi antiquæ Libertatis umbra, à *Cæſaribus* relicta fuerit; ærei iſti nummi, quo de *impreſſis figuris* conſtaret, *conſenſu conſultoque* Senatus, adeoque & *auctoritate* illius, (15) quanta reliqua ipſi adhuc erat, cudebantur; cumque ille ſemper Viros rerum harum intelligentes Monetæ præfecerit, in proclivi eſt credere, *non exiviſſe officinas illius alios, quam qui probitate, valore intrinſeco convenienti, pondereque juſto, ſcalpturaque inſigni* (quid *falſarii* nullo non tempore etiam in *æreis* tentaverint, (16) huc non ſpectat cum potius id *contra leges Senatus* factum, (17) pœnaque illis propterea irrogata fuerit) *ſeſe omnibus commendarent.* Unde cum eruditiſſimus Jeſuita Gallus, *JOBERTUS*, iſtam notam *monetæ vulgari propriam aſſerere non audeat*, (18) ſermonem ipſi eſſe perſuaſi ſumus de nota illa in *ſenſu laxio-*

(12) Ex quo deinde & alii repetunt. *Æneas Vicus* in libro ſuo, cui Titulus: *Diſcorſi ſopra le Medaglie de gli Antichi* p. 79. *Ma che Giulio Ceſare foſſe il primo, a cui fuſſe dal Senato conceſſa la naturale effigie in moneta, chiaremente ſi puo giudicare da quello, che ſcrive l'iſteſſo Dione nel quaranteſimo quarto libro* &c. *Carolus Patinus* in *Introductione* ad Hiſtoriam Numiſmatum p. 52. & 69. *Joſeph Maria Suareſius* in Diſſertatione de Numiſmatibus & nummis antiquis p. 12. Sed hoc notandum, primos nummos cum *imagine ipſius ſolam effigiem laureatam continuiſſe ſine nomine ac titulo*, de quo infra ad Tab. III. n. 40.

(13) Id eſt *imagines*, *ſtatuas* fuſiles. Vid. SALLUSTIUS *Cat.* II. 3. *FLORUS* II. 16. 6. & *Epitome LIVII.* 52. *CICERO* in *Verrem* IV. 2. *Erat apud Hejum* (Meſſanæ) *Sacrarium magna cum dignitate in ædibus: in quo ſigna pulcherrima.* Et in *Verrem* II. c. 34. *Sthenius* vero non ſolum negavit, ſed *etiam oſtendit, id fieri nullo modo poſſe, ut SIGNA antiquiſſima, monumenta P. Africani, ex oppido Thermitanorum, incolumi illa civitate, imperioque populi Romani, tollerentur.*

(14) *PLINIUS* Lib. XXXV. Cap. XI. *Timomachus Byzantius* CÆSARIS DICTATORIS *ætate Ajacem ei pinxit, & Medeam, ab eo in VENERIS GENETRICIS æde poſitas, octoginta talentis venundatas.* Et Libro VII. c. 39. *Octoginta talentis emit duas* (*tabulas*) *Cæſar Dictator, Medeam & Ajacem Timomachi, in Templo Veneris Genitricis dicaturus.*

(15) Ita ſane *ANTONIUS AUGUSTINUS Dial. I.* ANTIQUITATUM ROMAN. *in nummis veterum* p. 4. *Et hæ literæ ſingulæ S. C. quæ in æreis nummis Romanorum & in argenteis nonnullis leguntur: Ex S. C. quæ* SENATUS CONSULTI AUCTORITATE *cujus ſignificant, idque ad* SENATUM *pertinuiſſe ex* POLYBIO *colligo.* Confer *CAROLI PATINI Introd. ad Hiſtor. Numiſmatum* p. 106. *S. P. Q. R. ſignum & characterem ſuum S. C. appoſuit, non tantum, ut de genuino pretio, & materiæ præſtantia, ſed & præcipue, ut de impreſſis figuris, nummique auctoritate conſtaret.*

(16) Nobis enim vel ipſis nummi ſunt *ferrei Veſpaſiani Hadriani*, & *Commodi*, lamina ærea ſcitiſſime obducti.

(17) Recte hinc *SUARESIUS* in DISSERTATIONE DE NUMISMATIS p. 14. *Adulterinæ pecuniæ conflatores imminutæ Majeſtatis rei ſemper habiti ſunt, non tam ob ſuppoſitum nummum, quam quod dignitatem vultus imperatorii fœdaſſe crederentur.*

(18) In NOTITIA REI NUMMARIÆ, *ex verſione latina, quam amiciſſimus olim nobis Vir*, CHRISTIANUS JUNCKERUS, *adornavit*, p. 95. *Unde ita habeo*, inquit, *eam notam prorſus non eſſe monetæ vulgari propriam.* Et recentiſſimæ *Gallicæ editionis* p. 133. uſque 136, verſioniſque *Germanicæ* p. 123. 126. Nobis ſufficit, quod ipſe has literas p. 133. ad NOTAS PUBLICÆ AUTHORITATIS (les marques de l'autorité publique) referat.

laxiori ſpectata, non tamen *ſpeciatim* de illa, *quæ in priorum Imperatorum nummis, iiſque æreis tantummodo* occurrit, de qua *in præſenti* nobis *tantum* ſermo eſt. Neque probare poſſumus, quod *Nicolaus Bergierius* de *publicis & militaribus Imperii Romani viis* Libro I. Sect. 25. p. m. 75. *edit. Grævianæ* de hac *Nota* memoriæ prodidit: *Quod ſi* (ſcribens) *nummi cuderentur SOLIUS SENATUS juſſu, oſtentabant illi has literas: S. C. quæ Senatus Conſulto fieri juſſos notabant: at ſi cum Senatu & Populus ad materiam formamve nummorum quidquam contuliſſet, in altera facie nummi ſignabantur notæ illæ vulgares S. P. Q. R. ejus COMMUNIS CONSENSUS indices.* Recte proinde in cenſuram vocatus à *Joh. Baptiſta du Bos* in *Animadverſionibus* ad hunc Librum p. m. 623. hiſce: *Bergierii mens eſt: Si nummi percuſſi fuerint ſola Senatus authoritate, tunc ſola S. C. Senatus Conſulti nota probatos videas. Si vero Populus cum Senatu de iis cudendis conſenſerit, tum S. P. Q. R. teſſera apponitur. Quæ quidem expoſitio falſa tota, quanta eſt. Sola Senatus ſententia moneta conflabatur: deinde eæ notæ S. C. & S. P. Q. R. ambæ in iiſdem nummis reperiuntur, verbi gratia in nummis æreis Trajani. quod ſatis, ne moremur, Bergierium arguit.* Egregia de *Senatus Conſulto PAULUS MANUTIUS* docet in Libro de *Senatu Romano* c. 10. p. m. 922. Communicat nobis hoc *Caput H. GOLTZIUS* Tab. I. N. 5.

NUM. 4.

Vacat.

NUM. 5.

Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone quod ſtella octangularis, ſeu octo radios ſpargens, conſpicitur.

Sunt, qui hanc de *ſtella* iſta *crinita*, quæ *per ſeptem dies continuos ab obitu Cæſaris fulſit*, de qua SUETONIUS cum primis Cap. LXXXVIII. legendus, infraque ad Tab. II. Num. 49. uberior dicendi locus erit, interpretantur. Sed cum nummi hi, *vivente adhuc Cæſare*, & à P. *Sepullio Macro* cum hoc capite percuſſi fuerint, attendi iſta non poſſunt. Rectius proinde cum aliis (19) reputamus: *ſtellam Veneris* hic indigitari, *cujus ipſius & iconem* ab altera parte exhibitam deprehendimus, quo belle magis dicta conſpirent, & eo clarius tum *ortus ejus* ex *Iulo*, (20) (Anchiſæ cum *Venere* per adulterium concumbentis nepote) atque *generis claritas*, tum *belli auſpicia* declarentur. *Stella* vero exprimitur, quod VENUS ante alios Aſtrorum diligat ignes, idque jam *MARONI* ignotum omnino non fuit, Eclog. IX. vſ. 45. ita de hoc negotio canenti:

> *Ecce DIONÆI proceſſit CÆSARIS*
> *aſtrum.*

Hujus *ſideris* vero rationem *Pythagoras* dicitur primum inveniſſe, teſte *PLINIO*, hinc & in quodam *Samiorum nummo* obvius eſt *Pythagoras*, *ſtellam Veneris in ſphæra oppoſita virga tangens*, novoque quaſi ſuo ſe jactans invento. Siſtit hoc Caput, ut formam Cæſaris ad ſenium vergentem demonſtret, illuſtr. SPANHEMIUS in Juliani Cæſaribus p. 34.

NUM. 6.

Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone lituus.

Quod in hoc capite attendamus, præter *lituum*, nihil eſt. Hic vero fuit, *LIVIO* perhibente Libr. I. Hiſtor. *baculus ſine nodo aduncus*, ſeu, ut *CICERO Libr. I. de Divinatione* p. m. 120. deſcribit, *incurvum, & leviter à ſummo inflexum bacillum*, ſive, ut *AULUS GELLIUS* Noct. Attic. Lib. V. c. 8. id effert, *virga brevis, in parte, qua robuſtior eſt, incurva*, eorumque, qui auſpiciorum diſciplinam curabant, hoc eſt, *augurum*, ſymbolum proprium; ex quo & *augurale* ſimpliciter quandoque, itemque *auguralis virga*, &, οἰωνοσκοπικὴ ῥάβδος nuncupatur. Hinc *CICERO* Lib. I. *de Divinatione* 86. 6. *Quid*, inquit, *lituus iſte veſter, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus, unde vobis eſt traditus? nempe eo Romulus regiones direxit tum, cum urbem condidit. Augures* vero ab *avium garritu, ſeu à geſtu*, teſte *FESTO*, ita dicti, in Saxo Tarpejo (21) ſereno cœlo, converſa in *ortum* facie, capite velato, *lituum* dextra tenentes manu, *Cœli quatuor deſignabant plagas*, quæ *templa* ipſis audiebant, ut, quod *dextrum ſiniſtrumve* eſſet, oculis, animoque metiri poſſent, ita, ut *antica* ipſis *ortum*, *poſtica occaſum*, dextra *meridiem*, ſiniſtra *ſeptentrionem* daret; concipiebantque animo, quæ ſigna cuperent, vel ex *avibus*, vel rebus aliis. Poſtea, Deos ſuos precati, *velato* rurſus *capite*, amicti *toga*, vel, quod proprium eſt vocabulum, *trabea*, defixis *in cœlum oculis*, ex *obvio* captabant auguria, quæ multa, ut in vulgus notum eſt, variaque erant, tum *oblativa*, tum *impetrativa*, tum *proſpera*, tum *infauſta*, communiter tamen ad *quinque claſſes* redigebantur. *Primum* illorum genus ex *cœlo* deſumebatur, *alterum* ab *avibus*, tertium à *pullis*, *quartum* à *quadrupedibus*, *quintum diræ* ſubminiſtrabant. *Numerum* verò *Augurum*, ſi deſideras, illorum *primum à Romulo*, ipſo Augure, ut teſtis eſt *CICERO*, *tres* conſtituti erant, à tribus tribubus (22) quibus à *Servio Tullio*,

(19) *SUARESIO* in *Diſſertatione de Numiſmatibus* cap. XV. *Cæſaris nummi vel pleni ſunt ſtella Veneris, vel capite Veneris*; & L. *BEGERO Tom II. Theſ. Brand. LUDOVICO NONNIO* in *Comment. ad Cæſaris Nummos Goltzianos* p. 31. *Pone caput ſtella eſt, quæ diverſa eſt à cometa illo, qui vertici ejus appingitur.* Et paulo poſt: *Stella vero Veneris ante ejus mortem occipitio ejus paſſim apponitur, quod a Venere oriundus eſſet.*

(20) Æneæ filio, qui & *Aſcanius* dicitur, de quo VIRGILIUS:

> *At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo*
> *Additur, (Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno.)*

(21) PLUTARCHUS in Numa p. 64. *Ita una Numa cum Auguribus in Capitolium aſcendit (Tarpejum collem* appellabant tunc Romani) *ibi princeps augurum eum capite velato ad meridiem convertit, atque à tergo adſiſtens dextra in capite Numæ impoſita, precatus eſt, & in omnem partem circumlatis oculis, ſi qua auſpicia vel oſtenta dii darent, obſervavit, —— quouſque ſecundæ & fauſtæ aves conſpectæ rem comprobaverint.*

(22) Sed repugnare videtur PLUTARCHUS in Numa p. 64. ſcribens: *Inde duobus Flaminibus, Diali & Martiali*, tertium *Romuli addidit, quem vocavit Quirinalem.* Et Florus L. I. c. 2. Ille (Numa) *Pontifices, Augures, Salios, cætera Populi Romani, Sacerdotia deſcripſit.* Aliud tamen priſci Autores tradunt.

Tullio, (ut multorum est opinio) *quartus* fuit adjectus, singuli *patritii*; dehinc ab *Ogulniis fratribus* A. U. C. CCCCLIV. *quinque* è *plebe* sunt additi, numerusque *novem augurum* diu mansit, donec à *P. Sylla* eorum ad *quindecim*, velut *Pontificum*, auctus fuit numerus. *Major ætate* cæteris præerat, & *Collegii Magister* audiebat; *jusque* eligendi illos, quod penes *ipsos* primum erat, à *Domitio* A. U. C. DCXLIX. in *populum* transmissum est, à L. autem *Sylla* A. U. C. DCLXXI. *ipsorum Collegio* redditum, *à T. Labieno* rursus A. U. C. DCXC. ad *populum* translatum, donec ab *Augusto* & sequentibus *Imperatoribus* sibi *ipsis* id vindicatum tandem fuerit. *Antiquitatem* vero *auguriorum*, quippe quorum disciplina, ab *Assyriis*, *Chaldæis*, & *Ægyptiis* ad *Græcos*, & ab his *ad Romanos* manavit, itemque *dignitatem*, quam olim obtinuere *Augures*, eleganter, ut solet, *CICERO* exponit Lib. I. *de Divinatione*. *Principio*, inquiens, *hujus urbis parens Romulus non solum auspicato urbem condidisse, sed ipse etiam optimus Augur fuisse traditur. Deinde Auguribus & reliqui Reges usi: &, exactis Regibus, nihil publice sine auspiciis, nec domi, nec militiæ gerebatur. Cumque magna vis videretur esse & in impetrandis, consulendisque rebus, & in monstris interpretandis ac procurandis in haruspicum disciplina: omnem hanc ex Etruria Scientiam adhibebant, ne genus esset ullum divinationis, quod neglectum ab illis videretur.* Tantam Populus Romanus adhibebat curam in auguriorum disciplina conservanda & propaganda! *Dignitatem* vero hujus *Sacerdotii*, quo clarius doceat, Lib. II. de *Legibus*, *amplissimi Sacerdotii* nomine illud dignatur. Et *PLINIUS* Lib. IV. *Epistolarum* Epistola 8. ita istud extollit: *Gratularis mihi, quod acceperim auguratum; jure gratularis, & quod Sacerdotium cum priscum & religiosum, tum hoc quoque plane sacrum & insigne est, quod non adimatur viventi.* Quod posterius & *PLUTARCHUS* in *Quæst. Rom.* diserte tradit, nempe *Auguribus hoc jus proprium esse, ut ne damnati quidem Sacerdotio priventur. Hujus* præterea *Sacerdotii dignitatem* singulariter ex eo relucere existimamus, quod *lituus*, istius *insigne*, in *CÆSARIS*, etiam jam *consecrati*, nummis adhuc conspiciatur, testibus nummis N. 53. 54. 61. Tabulæ II. Et hucusque satis de *Augurum symbolo*, quod, ut diximus, *lituus* est, de quo, ut & *ipsis auguribus*, & *diversis augurandi generibus*, qui plura desiderat, adire illos poterit, qui de *Romanorum religione* ex instituto egerunt, in quibus *sunt GUILLAUME DU CHOUL dans son Discours de la Religion des anciens Romains* p. m. 248. & 251. *ALEXANDER AB ALEXANDRO* in *Genialibus diebus* Libr. V. cap. 19, *LIVIUS* Libro X. *PLUTARCHUS* in *vita Romuli*, *CICERO de divinatione* Libris duobus, Libr. II. de Legibus, *L. FENESTELLA* de *Magistratibus*, *Sacerdotiisque Romanorum* libello, cap. V. *POLYDORUS VIRGILIUS* de Rerum Inventoribus Lib. I. c. 24. *Externorum de auguriis peritissime scripsisse Hylas nomine putatur*, inquit, *PLINIUS* Libr. X. *H. N.* cap. 16. Sed *CÆSAREM in horum collegio fuisse*, ut ex aliis *Autoribus* etiam comprobemus, incumbere jam nobis videmus. De eo vero satis certi reddimur ex *DIONIS Lib.* XLII. p. 209. scribentis: Τοῖς τε γὰρ Ποντίφιξι, καὶ τοῖς οἰωνισταῖς, (ὧν καὶ αὐτὸς ἦν) τοῖς τε πεντεκαίδεκα καλουμένοις, ἕνα ἑκάστοις προσένειμε· καίπερ αὐτὸς βουληθεὶς, πάσας τὰς ἱερωσύνας λαβεῖν. ὥσπερ ἐψήφιστο. i. e. *Pontificibus & AUGURIBUS, ex quibus & ipse erat, & quindecimvirorum Collegio unum superaddidit, quamvis ipse, ut decretum erat, omnia Sacerdotia habere statuerat.* Et *CICERO* Libr. Epist. Fam. XIII. Epist. 68. scribit ad *Servilium Isauricum*: *CÆSARI, Collegæ nostro, id fore curæ;* Ubi *SEBASTIANUS CORRADUS* recte in *Scholiis* suis addit: *Nempe in auguratu: nam Dion testatur, Cæsarem etiam Augurem fuisse.* Præterea & in ipso *Commentario belli Gallici CÆSARIS* Libro VIII. legimus: *Cæsarem, hibernis peractis, contra consuetudinem, quam maximis itineribus profectum in Italiam, ut appellaret municipia, & colonias, quibus M. Antonii, Quæstoris sui, commendaret Sacerdotii petitionem*, hunc ipsum nempe *auguratum*. Imo, si *nummos* illos attendamus, iisque adhibere fidem velimus, (quam vero ut detrectemus, causæ nihil est) quos *GOLTZIUS* nobis sistit, & nos ex ipso Tab. IV. 32. cum adversa Tab. IX. n. 18. & Tab. II. n. 37. in illis totidem verbis AUGUR compellatur. Ut videamus, *Auguris dignitatem* non solum *lituo* indicari in *nummis*, sed etiam *ipso nomine* fuisse in *nummis* expressam, quo *Sacerdotii illius prærogativa* eo pateret clarius. Ac proinde satis causæ, si superius dicta attendamus, non habuerit scribendi *HUBERTUS GOLTZIUS* in *Dedicatione sui operis ad Ferdinandum I. Cæsarem*: *Apud quem Auctorem legimus Cæsarem in Augurum Collegium fuisse cooptatum? quod nummi non semel nobis inculcant.* Sane apud quos legatur diximus. Obviat hoc *Caput* quoque apud *H. GOLTZIUM* Tab. II. N. 19.

NUM. 7.

Cæsaris Caput laureatum dextram versus, pone lituus.

Nihil hic cum occurrat, quod non in præcedentibus jam obviam factum sit, excepto *solo capitis in diversum latus positu*, facilis ad sequens Caput erit exinde progressio. Obvium habemus hoc Caput quoque apud *H. GOLTZIUM*, Tab. II. N. 21.

NUM. 8.

Caput Cæsaris laureatum sinistram versus, pone lituus, simpulo quasi insistens, vel impositus.

De *lituo* in præcedenti egimus; *capedinem*, à *capiendo* dictam, sive *simpulum* contemplemur oportet, *à sumendo*, si *VARRONI* credimus, dictum; vel à *Simpone*, quod à Græco σίφων est, diminutione quadam facta, ut vult SCALIGER. Describit autem illud *FESTUS POMPEJUS*, quod sit *vas parvum*, *non dissimile cyatho*, *quo vinum in sacrificiis libabatur*. Hinc *OVIDIUS* Lib. I. Fastorum:

> *Rode caper vitem; tamen hinc cum stabis ad aram,*
> *In tua quod spargi cornua possit, erit.*

Unde & mulieres rebus divinis deditæ SYMPULATRICES dicuntur. Fiebat autem *minutatim fundendo liquorem* super *aram* in sacrificiis. Vocat illud *JUVENALIS* Sat. VI. *simpuvium*, ita canendo,

> *Simpuvium videre Numæ, nigrumque catinum.*

VE-

VETUS SCHOLIASTES. Simpuvium autem, quia omnes Sacerdotes simul bibebant inde, Simpuviatrix illa dicitur, quæ porrigit poculum ipsum. Huicque inscriptioni accedit *LAZ. BAYFIUS* in eleganti libello de *vasculis Romanorum. Figuram* ejus & *usum* habes apud *DU CHOUL*, *dans son Discours de la religion des anciens Romains* p. 309. *CLAUDE DU MOLINET dans le Cabinet de la Bibliotheque de Sainte Genevieve* Tab. 10. N. IX. p. 22. & alios. Ut adeo ex *signis istis* additis colligamus, *Augurem* tunc temporis fuisse *Cæsarem*, ac sacris operantem.

NUM. 9.

Caput Cæsaris laureatum ac velatum dextram versus, ante simpulum, pone lituus.

Omnia, quæ in hoc *capite* occurrunt, in præcedentibus jam attigimus, excepto *velo*, quo illud tectum videmus. Notissimus verò *veterum* est *velandi ritus*, quo *Pontifices*, *Augures* & *sacrificantes*, offendimus. Nam sacrificantes *Diis* omnibus *caput velabant*, vel, ut *PLUTARCHUS* refert, in *demissionis signum*; *Romani*, inquiens, *Deos adeuntes*, *velato capite Numina venerari solent*, *hoc signo animi demissionem professi*: *Itaque & relati inter Divos*, *inter mortales eo habitu submissionem præ se ferunt*, vel ne *inter religionem aliquid se offerret vagis obtutibus*; uno excepto *Saturno* & *Hercule* in suo templo, quibus sacrificantes caput non velabant, rectè hoc observantibus *PLUTARCHO* in Numa, *MACROBIO* Lib. I. *Saturnalium* cap. 10. 13. ac *SERVIO*, qui ita: *Sane sciendum*, *sacrificantes Diis omnibus caput velare consuetos ob hoc*, *ne se inter religionem aliquid vagis obtutibus offerat*, *excepto tantum Saturno*, *ne Numinis imitatio videretur.* Quorsum referenda omnino sunt illa *MARONIS* Lib. III. *Æneidos*, versu 404. ubi *Helenus* ad *Æneam*:

Et, positis aris, jam vota in littore solvet;
Purpureo velare comas adopertus amictu,
Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum
Hostilis facies occurrat, & omina turbet.

Pauloque post versu 540.

tum Numina sancta precamur
Palladis armisonæ, quæ prima accepit ovantes;
Et capita ante aras Phrygio velamur amictu.

Recte vero ex *FULGENTII* Libro de *Prisco sermone* observavit hic *TURNEBUS Adversar.* Lib. XXVI. c. 10. *tutulum* hic significari, quod *pallium* erat, quo Sacerdotes sacra facturi caput tegebant, *eoque tutabantur.* Ad *Sacerdotium* propterea *Cæsaris*, *velum*, *vitta* vel *tutulus* hic spectare videtur, præsertim cum ante *simpulum*, pone *lituus* etiam conspiciatur, *Augurum*, ut diximus, *Symbolum* proprium, anteaque N. 6. & 8. ostendimus, *illum omnino AUGUREM fuisse*, sed & præterea FLAMINEM DIALEM egisse, atque PONTIFICEM, mox videbimus. De *Pontifice*, qui supremus Sacerdotii gradus, infra dicendum erit; nunc FLAMINEM DIALEM etiam exstitisse, paucis ostendimus. Ita enim *SUETONIUS* Capite I. *Sequentibusque COSS. FLAMEN DIALIS destinatus*; Pauloque post: *Quare & SACERDOTIO, & uxoris dote & gentilitiis hæreditatibus multatus.* Et *VELLEJUS PATERCULUS* Lib. II. c. 40. p. m. 578. *Cæsar in Cottæ Consularis locum pæne puer à Mario*, *Cinnaque FLAMEN DIALIS creatus*, *victoria Sullæ*, *qu omnia ab iis acta fecerat irrita*, *amisit ID SACERDOTIUM.* Vidit hoc *PETRUS JOSEPHUS CANTELIUS*; hinc in suo, quem de *Republica Romana* conscripsit, *Libro*, ac in specie de *Romanorum Sacerdotiis* agens Cap. III hunc in modum de fatis hujus Sacerdotii disserit: *Flamen Dialis à Numæ temporibus summo semper in honore fuit*, *ad bella usque civilia Marii & Syllæ*, *tum enim*, *PULSO C. CÆSARE*, *qui Sacerdotium illud etiam tum juvenis*, *Cinnæ gener*, *adeptus fuerat*, *à Sylla sublatus est*, *post annos plus minus centum ab Augusto restitutus*, *Theodosii tandem ætate*, *una cum aliis Sacerdotibus*, *desiit.* Ubi non possumus non monere, vix stare posse *PLUTARCHI* in *vita Cæsaris* p. 707. assertum, neque *tempus*, neque *rem ipsam* recte tradentis, referentisque, *quasi Sulla post reditum in Urbem inimicus Cæsaris in comitiis impedivisset*, *ne Cæsar Sacerdotium hoc impetraret*: ἀλλὰ μετιὼν, inquiens, τὴν ἱερωσύνην εἰς τὸν δῆμον προῆλθεν, οὔπω πάνυ μειράκιον ὤν, ταύτης μὲν ἐκπεσεῖν αὐτὸν ὑπεναντιωθεὶς Σύλλας παρεσκεύασεν, h. e. *sed ad petitionem Sacerdotii pæne impubes venit in campum. Cæterum hujus repulsam*, *adversante ei Sylla*, *tulit.* Non igitur *obtinuit*, quod ambibat, Sacerdotium Cæsar, nec creatus est FLAMEN DIALIS, quod tamen aliter se habere, ex adlatis *duorum Autorum Romanorum* testimoniis, *Græco Scriptori* omnino præferendis, patet ad oculum, ante nos hoc etiam jam observantibus *Is. Casaubono* & *C. Patino* ad *Suetonium.* De *apice*, *Flaminis* indice, infra ad n. 14. pluribus agemus.

NUM. 10.

Vacat.

NUM. 11.

Caput Cæsaris laureatum sinistram versus, ante illud caduceus, pone lauri ramus.

Caduceus observandus hic occurrit, constans ex *baculo*, *potestatis* indice, *duabus serpentibus*, quæ *prudentiæ* argumentum haberi solent, ac denique *duabus alis*, seu *pinnis*, quæ singula conatus hominum juvare solent; prorsus *ea forma*, qua *ipsum* describit *vetus SCHOLIASTES* ad Librum I. *THUCYDIDIS*: Κηρύκιόν ἐστι ξύλον ὀρθὸν ἔχον ἑκατέρωθεν δύω ὄφεις περιπεπλεγμένους καὶ ἀντιπροσώπους, πρὸς ἀλλήλους κειμένους. i. e. *caduceus est lignum rectum*, *habens utrimque duos angues circumplexos sese*, *& oppositis frontibus se invicem respicientes. Hic*, quamvis *Mercurio* sit proprius, quo ille inter alia ad *dissidia & discordias tollendas* utebatur, à *cadendo*, ceu volunt, propterea *dictus*, quod *contentiones & bella cadere faciat*, juxta illud *HORATII* Libr. I. Carm. 10.

Tu pias lætis animas reponis
Sedibus: virgaque levem coërces
Aurea turbam.

Ac illud *PLINII* Libro XXIX. c. 3. *Hic ta-*

amen complexus anguium & efferatorum concordia, ausa videtur esse, quare exteræ gentes caduceum in acis argumentis, circumdata effigie anguium, feceint. Neque enim cristatos esse in caduceo mos est: *HOMERIQUE* in *hymno Mercurii:* Ὄλβε καὶ πλέτε περικαλλέα ῥάβδον nominantis, eo, *quod nihil popularius, nihil gratius civitati, quam pax, qua non modo ii, quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta atque agri lætari videntur*, secundum *CICERONIS* Lib. II. de *Lege agr.* effatum; aliis tamen, uti & hic videmus, tribui consuevit, velut *felicitatis Orbis Romani, ac pacis*, qua sub Cæsare *Populus Romanus* potitus est, symbolum. *Laurus* vero *triumphis*, asserente *PLINIO*, *proprie dicata*, ab altera parte addita, *victorias triumphosque Cæsaris* (cum *Imperatorum fasces* non solum *lauro* decorarentur, sed & ipsi *post victoriam laurum* in *Jovis gremium*, teste *PLINIO*, [23] deponerent) ac per *hos Populo Romano partam pacem* ac *felicitatem*, caduceo significatam, designare videtur; sique *aversam* in nummo attendimus, quæ *Livinejum Regulum* cum *tauro cornupeta* exhibet, ex eo manifestum redditur, *tuto nunc Populum Romanum, pace ubique per bella data, spectaculis interesse, pacisque adeo commodis per Cæsarem hac frui posse ratione*, indigitari. Communicat nobis quoque hoc Caput *H. GOLTZIUS* Tab. I. N. 10.

NUM. 12.

CÆSAR. *Caput Cæsaris laureatum lævam versus.*

Post *caput Cæsaris laureatum*, de quo ad N. I. satis jam multa, obvia hic est *CÆSARIS vox*, consuetum *Juliæ Genti*, ceu in vulgus notum, *COGNOMEN* vel (veluti in *Gordiani*, Imperatoris, Constitutione Leg. IV. Cod. de Testam.) quod alias appellatur AGNOMEN, & in aliis Familiis, vel *à rebus gestis*, vel ab *animi affectibus*, vel *corporis nævis* ad majorem *distinctionem*, ut *APPIANUS* docet, dari consueverat) quale & *Bursio* in hac ipsa *Julia* Familia esse solet. *Tria*, siquidem (juxta *AUSONIUM* Idyll. XI.) *Nomina nobiliorum* apud Romanos communiter esse solebant; Hoc certius, quod istud *sequentium* ipsius successorum *titulum* dederit, [42] quam unde *originem suam* traxerit. Sunt, & quidem non pauci, nec infimi subsellii Autores, qui a *cæso matris necatæ utero*, deductum volunt, in quibus *SUIDAS*, [25] *CEDRENUS, GLYCA, ÆLIUS SPARTIANUS, SERVIUS*, *Etymologici magni AUTOR, ANTON. AUGUSTINUS Dial.* III. *Antiq.* p. m. 42. Sed hac ratione, *FESTI POMPEII* judicio, rectius *Cæso*, quam *Cæsar* diceretur, *Cæsones*, scribentis, *appellantur, ex utero matris exsecti*, quamquam & hoc affirmare audeat *PLINIUS*, Lib. VII. c. 9. scribens: *Auspicatius, enecta parente, gignuntur: Sicut Scipio Africanus prior natus, primusque Cæsarum à cæso matris utero dictus: qua de causa & Cæsones appellati.* Alii ex eo, quod cum *Cæsarie*, vel *coma*, *primus in Juliorum familia natus sit*, sic dictum existimant, in quibus *FESTUS*: *Cæsar, quod est cognomen Juliorum, à Cæsarie dictus est, quia scilicet cum Cæsarie natus est:* itemque *ÆLIUS SPARTIANUS* in *Ælio Vero* c. 2. *Cæsarem* propterea appellatum reputans, quod cum *magnis crinibus* sit *utero parentis effusus*. Quorsum & inclinare videtur non solum *OISELIUS* in *Thesauro Numismatum* p. 5. sed & *JOHANNES TRISTANUS* in *Commentario Historico in Julium Cæsarem* p. 20. *Iulum* cum SERVIO [26] à *barbæ lanugine* non solum, quam ἴελον Græci dicunt, derivans, bellamque sic convenientiam inter *Julum* & *Cæsarem* se reperisse existimans, verum etiam à Græco καισαρείας; sed recte propterea ab *illustri Spanhemio* castigatus in *doctissimo in Juliani Cæsares Commentario* [27]. Rursus alii ab *oculis cæsiis*, hoc est, *glaucis*, quibus gavisum istum fuisse, qui *primus hoc cognominis* in Familiam intulerit, cujus etiam

SPAR-

(23) Lib. XV. c. 30. *Laurus triumphis proprie dicatur.* Et paulo post: *Hac* (*Delphica* lauru) *victores Delphis coronari, & triumphantes Romæ.* —— *Sterilem vero earum* (baccarum) (*quod maxime miror.*) *triumphalem, eaque dicunt triumphantes uti: nisi id à Divo Augusto cœperit, ut docebimus, ex ea lauru, quæ ei missa è cælo est; minima est altitudine, folio crispo ac brevi, inventu rara.* —— *Romanis præcipue lætitiæ victoriarumque nuncia, additur literis & militum lanceis, pilisque. Fasces Imperatorum decorat. Ex his in gremio Jovis optimi maximique deponitur, quoties lætitiam nova victoria attulit.* Confer *PLUTARCHUM* in *Pomp.* p. 640. Testatur & id MARTIALIS L. VII. Epig. 5.

Publica victrices testantur gaudia chartæ,
Martia laurigera cuspide pila virent.

Et de altero SILIUS ITALICUS Lib. XV.

Sed dabo, qui vestrum sævo nunc Marte fatigat
Imperium superare manu, laurumque superbam
In gremio Jovis excisis deponere Pœnis.

(24) De quo rectissime *DIO* Lib. XLIII. p. 235. *Id vero Imperatoris nomen à JULIO, quemadmodum etiam CÆSARIS NOMEN, tanquam peculiare summi IMPERII COGNOMENTUM, ad OMNES deinceps IMPERATORES dimanavit.*

(25) Qui ita sub *Julio*: Καῖσαρ, (ὕτως ὀνομάζον) οἱ Ρωμαίων βασιλεῖς ἀπὸ Ἰελίε τε μὴ γεννηθέντος. ÆLIUS SPARTIANUS: *Cæsarem, vel quia, mortua matre, ventre cæso sit natus, &c.* SERVIUS: *Cæsar, vel quod, cæso matris ventre, natus est, vel quod avus ejus in Africa manu propria occidit Elephantem, qui Cæsar dicitur Pœnorum lingua.*

(26) Qui ita: *Et occiso Mezentio Ascanium, sicut Julius Cæsar scribit, Julum cæptum vocari, vel quasi Juloni, id est sagittandi peritum, vel à barbæ lanugine, quam* Ἴελον *Græci dicunt, quæ ei tempore victoriæ nascebatur.* Pergit: *TRISTANUS*: *En effect* Ἴελος *signifie* τὴν ἐξάνθησιν τῶν γενείων, *le poil folet, qui court au long des joues. &c. De plus le dit Tzetzes dit; qu'il signifie* τὴν συστροφὴν τῶν τριχῶν, *qui est ce tour de cheveux crespez & annelez, que la nature accorde à plusieurs, autour de la teste, & aux autres l'artifice. Ce qui me persuade que la plus vraye origine du surnom de Cesar attribué à la famille Julia, est deuë à l'explication qu'on a voulu donner à ce nom de Julius, & que celuy qui premier le receut, en fut decoré, pource qu'il avoit naturellement la perruque & chevelure de cette qualité: car* Καισαρεία *dans Hesychius, est interpreté* περικεφαλαία, *c'est à dire, qu'il avoit une chevelure si epaisse, si bien couverte & remplie, qu'elle luy garnissoit la teste, comme la coëffure que les femmes se font à armet, de leurs propres cheveux, les tordans gentiment en cordons ou en nattes pour les agencer tout autour de la teste, en la couronnant avec iceux mignardement; lesquelles parts de cheveux avant qu'estre cordonnez ou nattez, estoient ce que les Latins appellent capillorum spiras, parce qu'ils encernent la teste des femmes, demy torts, comme les plis & replis d'un serpent, & ainsi que nos femmes les accommodent encore à present. Ainsi la signification du mot* Ἴελος *Julus, & de Cæsar du mot* Καισαρεία, *se rencontrent fort bien au sujet du nom* &c.

(27) P. 33. *Monsieur de Saint Amant, dans ses Commentaires sur l'Histoire Romaine, a crû pouvoir tirer l'origine du nom de Jules d'un mot Grec, qui signifie une Chevelure bouclée ou frisée, pour l'accorder ainsi avec le nom de Cesar, qu'on fait aussi venir de* Cæsaries, *ou longue Chevelure. Mais comme les Anciens nous donnent d'autres etymologies de ce nom de Jules; qu'il n'y a aucun Auteur, que je sçache, qui y fasse une pareille allusion; que c'estoit le nom d'une Famille Romaine fort ancienne; & que d'ailleurs le mot de Cesar a une origine plus plausible, que celle de* Cæsaries *il n'y a pas lieu de s'arrester à cette remarque du Sieur Tristan.*

SPARTIANUS meminit, *vel*, fcribens, *quod oculis cæfiis, & ultra humanum modum viguerit.* Plures ad *fignificationem* vocis *Cæfaris* confugiunt, quam in *Punica lingua*, quæ ex *Syriaca* fluxit, (כשירא fcilicet) *elephantem* notare dicunt, ac, quod quidam *elephantem pugnando in Africa* occiderit, inde ipfi nomen *Cæfaris* adhæfiffe. Suffragatur *CONSTANTINUS MANASSES* p. 71. Καίσαρες γὰρ ἐλέφαντες τοῖς Φοίνιξι καλοῦνται. Ex recentioribus *IS. CASAUBONUS ad Suetonium. Et fortaffe inde eft, quod Punica lingua elephas Cæfar dicebatur*, quafi *tutamen & præfidium Regionum*; quamquam & addat: *Poteft & Syriaca vox effe, ut aliæ multæ in eo Auctore. Nam in Targum Jonathanis* כשירא *extat notione affini pro fcuto, vel clypeo.* Sanè *SPARTIANUS*, & *SERVIUS in Libr. I. Æneidos*, autores funt, hoc *nomine claruiffe primum* Caji Julii Cæfaris *avum*, qui in *Africa propriâ manu elephantem interfecit*. *SERVII* verba fupra (28) dedimus; *SPARTIANI* verò hæc funt: *Cæfarem vel ab elephanto (qui Punica lingua Cæfar dicitur) in prælio cæfo, eum qui primum fic appellatus eft, doctisfimi & eruditiffimi viri putant dictum:* Ut inde fallatur *SALMASIUS* (29) eumque fequens *JACOBUS OISELIUS* (in *Thefauro Numifmatum felectiorum* p. 5.) qui ante *bellum Samniticum Claudium Cæfarem* fe deprehendiffe vifus eft, fed deceptus corruptis *Faftis Capitolinis*, defcriptisque ab *HERMOLAO BARBARO* 30, in quibus inter alia: CAES. AP. CLAUDIUS C. F. AP. N. CAECUS. Quod tamen legendum: CENS. AP. CLAUDIUS C. F. AP. N. CAECUS. uti correctius *hodie in iftis* legitur, rectè hoc obfervante *RUPERTO in Epiftola ad Reinefium* & *JOH. HARDUINO* in Notis ad *Plinium* Tom. II. pag. 150. Ut tamen ab omni errore propterea non fit liber *SERVIUS*, quum dudum *ante Imperatoris Cæfaris avum*, immò jam tempore *Belli Punici* fecundi, *Cæfaris cognomen in illa Familia ufitatum fuerit*, de quo videri poteft *LIVIUS* XXVII. 21. 22. Facta poftea, ut fupra jam innuimus, *dignitatis declarandæ*, fi non *generis fucceffionis, nomenclatio eft*, a qua tamen *Vitellium* abftinuiffe, patet non folum ex *ejus nummis*, fed & *SUETONII* verbis cap. 8. *Germanici cognomen recepit, Augufti diftulit, CÆSARIS in perpetuum recufavit.* Exhibet hoc caput *H. GOLTZIUS* Tab. I. N. 2.

NUM. 13.

CÆSAR. Caput Cæfaris laureatum lævam verfus, pone lituus.

De *voce CÆSARIS* numero præcedente; de *Lituo* qui *Cæfarem* tunc *inter Augures* fuiffe arguit, fupra N. 6. à nobis actum eft. Siftit quoque hoc caput *H. GOLTZIUS* Tab. I. N. 4.

NUM. 14.

CÆSAR IMPerator. Caput Cæfaris laureatum, lævam verfus, pone ftella.

De *ftella*, *originem* ejus defignante, N. 6. diximus, de voce *Cæfaris* vero N. 12. Reftat *IMPERATORIS* vocabulum. Iftud verò *nomen* vel *illis* tribuebatur, *qui imperium belli fuis aufpiciis adminiftrandi jus acceperant*, quod jus autem apud *Confules*, *Prætores*, *Dictatores*, *Proconfules* & *Proprætores* erat, ac cuique ex his, fi tum erat Magiftratus, Imperium hoc *lege Curiata* deferebatur, fi privatus, *plebifcito*. Quare *illis*, *qui exercitibus cum Imperio præerant, ac rem benè gefferant, victoriam fingularem ab hoftibus reportaverant, legeque definitum* (31) *numerum hoftium deleverant*, tunc *hoc nominis* primum à *militibus* horumque favore, dehinc *decreto Senatus*, conferebatur, *Imperatoresque*, ut loquitur *SUETONIUS* in *Galba* & *Nerone*, c. 8. *confalutabantur*; illisque ante reditum decerni folebat *fupplicatio*, aliquantò verò poft, fi ingens effet victoria, *triumphus*. Scite id effert *CORNELIUS TACITUS* Lib. III. Annalium cap. 74. *Tiberius id quoque Blæfo tribuit*, ut *IMPERATOR à legionibus falutaretur; prifco erga Duces honore, qui, bene gefta Republica, gaudio & impetu victoris exercitus, conclamabantur*. Hinc rectè *ANTONIUS AUGUSTINUS Dialogo IV.* p. 65. *Imperatoris nomen non Magiftratum defignat, ut Dictatoris, & Confulis, ut Cenforis, ut denique Tribuni, fed, parta demum victoria de hoftibus, dari primum folet, & milites hoc titulo fummos belli Duces IMPERATORES acclamabant.* Hinc Dio Lib. XLIII. p. 235. *Itaque iterum etiam eis tribuitur, quum victoriam aliquam obtinuerunt. Nam qui funt Imperatores femel hac appellatione, ficut & aliis, adeoque prima utuntur. Qui vero bellis hac appellatione dignum aliquid gefferunt, ii prifcum quoque nomen illud fibi adfcifcunt. Unde fit, ut quis eorum iterum & tertium & pluries, nimirum quoties id meritus fit, imperator nominetur.* Et Libro XLIV. p. 266. *Ea de caufa Cæfar* PONTIFEX *Maximus, Deorum refpectu; noftrum (Senatorum)* CONSUL, *militum IMPERATOR; hoftium DICTATOR eft creatus.* Poterant autem *hoc nominis*, ut & hoc addamus, obtinere in *abfentia*, nempe per *Legatos*, fique *hi* feliciter hoftem deleviffent, tunc felix, fauftusque rerum fucceffus & exitus non *illis* adfcribebatur, fed *Duci*, *cujus aufpiciis pugnaverat exercitus victor*, & tunc ab ifto ille *Imperator* acclamabatur. Sane, ut rem exemplo declaremus; cæfis à *Germanico* hoftibus, *miles* in loco prælii *Tiberium Imperatorem* falutavit, auctore *TACITO*, non *Germanicum*. *Numerum* hoftium definiunt *DIO* Lib. XXXVII. *CICERO* ultima Philippica, & *OROSIUS* Lib. V c. 4. *DIODORUS SICULUS* numerum fupra ↀↀ hoftium exigit in *Fragm.* Lib. XXXVI. *APPIANUS* verò Lib. II. *Bellor. Civil.* de rebus à *Curione* in *Africa* geftis, illorum CCIↃↃ debere effe, refert. Sed *abufum* valdè hunc numerum *imminuiffe*, teftis eft *CICERO* in Oratione XIV. Phi-

(28) Vide pag. 8. Nota numerali 25.
(29) In *Exercitationibus ad Solinum* p. 32. *Ante bellum Samniticum Claudius quidam Cæfar extitit*, fcribens.
(30) In *Caftigat. Plinian.*

(31) Ex eo eft, quod fcribat *DIO* Libro XXXVII. p. 48: *Antonius bujus victoriæ* (quam interfecto & fuperato Catilina reportavit) *caufa IMPERATOR, quanquam cæforum numerus conftituto minor effet, appellatus eft.*

Philippica: *Etenim cui viginti his annis ſupplicatio decreta eſt, ut non Imperator appellaretur? aut minimis rebus geſtis, aut plerumque nullis?* Paulloque poſt: *An ſi quis Hiſpanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille aut duo millia occidiſſent, non eum hac conſuetudine, quæ increbuit, Imperatorem appellaret Senatus?* Qua ratione non ſolum *Blæſus*, ut modo audivimus, item *Munatius Plancus*, *C. Octavius*, Auguſti Pater, ſed & *Cicero* à militibus *Imperatores* appellati ſunt, & quidem *Cicero* tunc *Ciliciæ Proconſul*, ac, occupato armis ignobili vico, victoriam nactus perexiguam. Quamquam Lib. V. Epiſt. ad *Atticum* Epiſt. XX. ſatis magnifice de iſta, atque ita ſcribit: *Magnum numerum hoſtium cecidimus; caſtella munitiſſima cepimus, incendimus, IMPERATORES appellati ſumus.* Quamvis & hoc verum ſit, *priorum Cæſarum temporibus, difficiliorem ad illum honorem aditum poſtea patuiſſe, neque datum cuiquam ſua ætate* (h. e. Hadriani) referat *APPIANUS*, ſecundo Ἐμφυλίων, *niſi qui decem millia hoſtium ſuſtulerit*, cum antea ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἔργοις *tributus fuerit*, de quo & *CICERONEM* ſuo tempore conquerentem jam quoque audivimus. Sed à *Julii Cæſaris* ævo *Imperator*, quæ *tertia* ſignificatio hujus vocis eſt, *Regem*, ſeu *regia dignitate heroëm, cui ſupremum belli paciſque arbitrium collatum*, denotabat. Comprehendit tres haſce *notiones* egregiè *DIO* Lib. XLIII. p. 235. quamvis paulùm obſcurius: Τό, τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα, οὐ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔτι, μόνον, ὥσπερ ἄλλοι τε καὶ ὡς ἐκεῖνος πολλάκις, ἐκ τῶν πολέμων, ἐπεκλήθησαν, οὐδ᾽ ὡς οἱ τινὰ αὐτοτελῆ ἡγεμονίαν ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ἐξουσίαν λαβόντες, ὠνομάζοντο, ἀλλὰ καθάπαξ τοῦτο δὴ τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κράτος ἔχουσι διδόμενον, ἐκείνῳ τότε πρώτῳ τε καὶ πρῶτον, ὥσπερ τι κύριον προσέθεσαν. *Imperatoris quoque nomen, non antiqua tantum pro conſuetudine, qua id cum alii, tum ipſe quoque ſæpius, ex bello reportaverat, neque ea ratione, quod ei merum imperium abſolutamque poteſtatem deferrent, Cæſari tribuerunt, ſed eo modo, quo nunc iis, qui ſummum imperium obtinent, tum primo Cæſari primum impoſuerunt, tanquam ipſi proprium. Non tamen ſublata antiqua hujus nominis ratione, ſed utraque integra.* Quo in *tertio ſignificatu* illud non ſolum *prænomen ſequentium Imperatorum*, ceu mox audiemus, ſed & *cognomen* quaſi factum eſt, & de *Auguſto*, ut rem exemplo illuſtremus alio, *DIO* Lib. LII. p. 494. memorat, illum *Imperatoris nomen* in *tertio* ſignificatu, (32) *quinto ſuo Conſulatu* aſſumſiſſe, cum *antea*, & *dehinc* etiam ſæpius illud *in ſecunda notione meruerit*, & ut *marmora* nos edocent, vel *vicies*, aut, ut *TACITUS* (33) & *DIO* (34) referunt, inſuperque *nummi* (35) teſtantur, *ſemel atque vicies iſtud* ſibi, *præliis feliciter commiſſis, pepererit*; & de *Galba* conſtat iſtius titulum hunc eſſe in nummis; SER. GALBA. IMP. CÆS. AVG. In *tertio* ergo *ſignificatu hunc Cæſari* hic convenire, notamus, *Senatumque ob maximam de Pompejo partam victoriam, inter alios honores ipſi & nomen IMPERATORIS decreviſſe*, ita ut *non pro antiqua receptaque dudum conſuetudine id uſurparet, ſed eo modo, quo poſteà ſummum Imperium adepti, velut ipſi peculiare, ac planè proprium.* Quamquam non negandum ſit, illud & in nummis *ſecunda* in ſignificatione, quaſi vice *cognomenti* occurrere, cum in iis IMPERATOR QUARTO, QUINTO, SEXTO dicatur, licet in *nummis Goltzianis* tantummodo. Autorque *PLUTARCHUS* eſt, ipſi in *ſecunda hac notione primum* datum fuiſſe, cum *Pro-Prætor Gallæcos & Luſitanos in Hiſpaniâ ulteriore deviciſſet.* Sic enim id tradit laudatus modo *PLUTARCHUS* in *Cæſare* p. 713. *Cæſar ex Prætura Provinciam ſortitus Hiſpaniam: Ut ergo Hiſpaniam attigit, Gallæcos & Luſitanos bello petiit, domuitque. His actis, clarus decedit Provincia, tum ipſe pecunioſus, tum impletis præda militibus, atque IMPERATOR eſt ab illis appellatus*, καὶ προσηγορευμένος αὐτοκράτωρ ὑπ᾽ αὐτῶν. Dehinc in *Gallia*, de qua triumphavit, *IMPERATOR iterum* appellatus eſt. Ex Pugna *Pharſalica*, atque ex *Ægypto* capta, hunc titulum non accepit. Devicto vero *Pharnace*, *tertium IMPERATORIS titulum* meruit, & *tropæum* quoque erexit. *Quartùm* eundem ex *Africa*, debellato *Juba*, Numidiæ Rege, de quo etiam triumphum anno $\frac{707}{8}$ egit, *reportavit*. Anno $\frac{708}{9}$ Conſulatum *IVtum* iniit, atque ab eo die *Imperator V*, ob *Hiſpanienſem victoriam* dictus eſt. Claſſicus vero de tertio hujus nominis ſignificatu apud *SUETONIUM* eſt locus in *Cæſare*, qui cum primis hic attendendus cap. 76. *Non enim honores modo nimios recepit, ut continuum conſulatum, perpetuam Dictaturam, Præfecturamque morum, inſuper* PRÆNOMEN IMPERATORIS &c. Et *DIO* affirmat Lib. XLIII. & LII. p. 494. *iſtud nominis novo more eidem, & Filiis ejus, ac Nepotibus fuiſſe conceſſum à Senatu, ac in Auguſto poſtea renovatum, ut regii nominis invidia civili vocabulo imminueretur, ſumma tamen Imperii penes ipſos maneret.* Itemque Libro XLIV. p. 235. *Id vero*, ſcribit, *IMPERATORIS nomen à JULIO, quemadmodum etiam CÆSARIS nomen, tanquam peculiare SUMMI IMPERII COGNOMENTUM ad omnes deinceps IMPERATORES dimanaſſe.* Quanquam iſtud non *prænominis loco*, uti *SUETONIUS* loco jam memorato vult, neque in *hoc*, neque in *omnibus ejus nummis*; ſed ſemper *cognominis* loco uſurpatum offendamus, quod jam dudum *omni noſtro elogio major*, & ſicuti in *omnibus diſciplinis, ita & in hac incomparabilis, illuſtriſſ.* inquam, *EZECH. SPANHEMIUS* in de *Uſu & Præſtantia Numiſmatum* aureo Libro p. 688. adnotavit. Imo de *Tiberio* & *Claudio* etiam aſſeverat *SUETONIUS*, eos à *prænomine IMPERATORIS* abſtinuiſſe, quorum exemplo ab aliis Imperatoribus poſtea, puta *Severo*, *Caracalla*, *Gallieno*, neglectum quoque fuiſſe, certum eſt. Offendimus quoque hoc caput apud *H. GOLTZIUM* Tab. I. N. 6.

(32) Qui ita: *Eodem anno etiam IMPERATORIS nomen accepit: non quale propter victoriam tribui more vetuſto ſolebat, ſed quo ſumma Imperii demonſtraretur, quod patri quoque ejus, filiis nepotibusque, fuerat* decretum.

(33) De *Auguſto*, *Annal.* Lib. I. *Nomen Imperatoris ſemel atque vicies partum.*

(34) Libro nempe LII. p. 494. Ἐκείνην γὰρ πολλάκις μὲν καὶ πρότερον, πολλάκις δὲ καὶ ὕστερον ἀπ᾽ αὐτῶν ἔργων ἔλαβεν, ὥστε καὶ ἓν καὶ εἴκοσιν ὄνομα ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ σχεῖν, i. e. *Hanc etiam* (*Imperatoris* appellationem) *ſæpius & antea & poſtmodum ex ipſis rebus a ſe geſtis reportavit, ſemel & vicies IMPERATOR dictus.*

(35) Qui ſunt in *GOLTZIO* & *OCCONE*, in quibus *Imperator XXI.* ſignatus legitur.

NUM. 15.

CÆSAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus.

Nihil continet hoc caput, quod non in *præcedentibus* fuerit jam exhibitum, modo positu literarum variato, quare pergimus ad sequens.

NUM. 16.

CÆSAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum lævam versus.

Nihil hic nobis offertur, quod non N. 1. 12. & 14. jam attigerimus, tantum in *positu literarum* à prioribus differt.

NUM. 17.

CÆSAR IMPERator. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus.

Omnia explicata *Numeri* 1. 12. & 14. dabunt, distat autem à prioribus *diversitate literarum*. Offendimus quoque hoc caput apud *H. GOLTZIUM* Tab. I. N. 11.

NUM. 18.

CÆSAR IMPERator. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus.

Solus *positus literarum* hoc à præcedentibus discernit.

NUM. 19.

Vacat.

NUM. 20.

CÆSAR PARENS PATRIÆ. Caput Cæsaris laureatum ac velatum locatur lævam versus, ante lituus, pone apex.

De *voce Cæsar*, N. 12.; de *velamine*, Sacerdotii ac *Pontificatus* sui indice N. 9; de *lituo*, *Augurii* sui symbolo, N. 16. egimus; restat, ut de *APICE & titulo* PATRIS PATRIAE dispiciamus.

De *Flaminis* (qui, docente *SERVIO*, à *filo*, quo caput cinctum habebat, appellatus (36) & à *Numa Pompilio* (37) institutus est) *apice* prius agamus; ab antiquo verbo *apere*, autore *FESTO*, quod idem ac *vinculo comprehendere*, dictus est. Fuit vero iste *Pontificis maximi* & omnium *Flaminum*, ratione capitis, *tegumentum*, sive *pileus*, juxta illud *LUCANI* Lib. I. 604.

Et tollens apicem generoso vertice Flamen.

Ejus summum fastigium *tutulus* appellabatur, infra verò dependentia duo *amenta*, quæ pileum sub mento continebant, quod se mutuo *offenderent* & convenirent, antiquis *offendices* dicebantur. Apex talis à *du CHOUL* l. c. p. 259. ex *marmore* quodam repræsentatur. Ille vero *Flaminis Dialis*, (ἀπὸ τοῦ Διὸς, hoc est, à *Jove*) seu *Jovis sacerdotis* pileus, *albogalerus* nominabatur. Gestare illum *solus* solebat *Flamen*, nec licebat illum etiam *die festo*, etiamsi æstus ingravesceret, si sub *divo* esset, *deponere*, (38) *illoque tectus mortem subire* non poterat, ut tradit *APPIANUS ALEXANDRINUS* Lib. I. *Bell. Civil.* Fiebat autem ille ex *hostia alba Jovi cæsa*, cui affigebatur *apex virga oleagina*. Quorsum spectant illa *M. VARRONIS* ex *secundo Rerum Divinarum* verba, quæ *A. GELLIUS* Lib. X. c. 15. citat; *Is* (Flamen Dialis) *solus album habet galerum, vel quod maximus est, vel quod, Jovi immolata hostia, albato* (vel, ut *JOH. FRIDERICUS GRONOVIUS* emendat, *alba*) *fieri oporteat.* Munus *Flamini* datum erat sacra faciendi, victimasque cædendi. *Gaudebat*, sicut & cæteros auctoritate & insignibus anteibat, (nam super *Flaminem Dialem* in *convivio*, nisi *Rex* sacrificulus, nemo alius *accumbebat*) *singularibus prærogativis*, nam ipsi licebat uti *lictore*, *sella curuli*, *regia*, *& veste insigni; vinctum*, si ejus ædes adiret, *solvere; reum*, ad pedes ejus devolutum, *verberibus illo die arcere*; sed *exercitum armatum extra Urbem conspicere, jurare, annulo nisi pervio cassoque uti, equo vehi, ignem è Flaminia efferre, nodum in apice, in cinctu, in alia parte ullum habere*, ipsi religio erat. *Illos*, autoribus *DIONYSIO & LIVIO*, *Numa* instituit: cum enim prævideret, *Reges*, belli gerendi causa, frequentius *Urbem derelicturos esse*, *Flaminem Dialem*, hoc est, ut supra innuimus, *Jovi assiduum sacerdotem* constituit: cui *duos* postea adjecit, *Marti unum*, ac *Quirino*, seu Romulo, (39) *alterum*, *Martialem*

(36) Ita *SERVIUS*: *Flamines in capite habebant pileum &c. quod cum per æstum ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt: nam nudis penitus capitibus incedere nefas erat; unde à filo, quo utebantur, Flamines dicti sunt, quasi Filamines.* Confer *VIVEM* in Lib. II. August. de Civit. c. 15. & *LILIUM GYRALDUM* Syntagm. 17. p. 458. Alii *Flamines* quasi *pileamines* dictos capiunt, PLUTARCHUS in vita Numæ p. 64. Nam & priscos *Flamines* nominabant à *pileis*, quibus caput tegebant, quasi *pilamines* (ut proditum memoriæ est) Græcis dictionibus tunc plus quam hoc seculo Latinæ linguæ immixtis. Vide *ANS. SOLERII* Libr. de *pileo* p. 239. & PIERIUM *L.* 40. Mittimus ut absonum, quod notat voce Ποντίφιξ, *Flamines* Romanis dictos, quasi *flumines*, a cura *fluminis*, sicut *Pontifices* à *pontis effectione* denominatos fuisse multi existimarunt.

(37) *LIVIUS* Lib. I. cap. 20: *Tum Sacerdotibus creandis animum adjecit: quanquam ipse plurima sacra obibat, ea maxime, quæ nunc ad Dialem Flaminem pertinent. Sed quia Jovi Flaminem assiduum Sacerdotem credvit* &c. Jam etiam Sacerdotum, quos Pontifices adscribunt, Ordines & primordium Numæ, ajuntque ipsum inter eos Pontificem maximum fuisse: inde ducto vocabulo (ut nonnulli volunt) quod deos curent, qui potestatem & arbitrium habent omnium rerum. Sunt, qui à dictione *posse* deducunt, exemptis quibusdam literis, præcipiente sacerdotibus legislatore sacrificia facere, quæ *possent*, nec, si quod intervenerit majus impedimentum, fatigante eos. Maxima pars nomen omnium absurdissimum approbant, neque aliunde quam à sacris, quæ peragebantur in pontibus, sanctissimis & antiquissimis, hoc cognomen invenisse: quorum tuendorum & reficiendorum, ut cæterorum perpetuorum & solennium sacrorum, ad hos sacerdotes cura pertineat, neque enim licitum esse, sed nefas putare Romanos pontem sublicium solvere, ut innuit PLUTARCHUS in Numa p. 65.

(38) VALERIUS L. I. *At Sulpicio inter sacrificandum e capite apex prolapsus eidem sacerdotium abstulit.*

(39) Apud PLUTARCHUM in Numa p. 60: Proculus

lem ac *Quirinalem* dictum. *Flamines Martiales* ex *nummis* noti sunt *L. Lentulus* & *L. Valerius Flaccus*: *Flamen* verò *Quirinalis Numerius Fabius Pictor*. Sequioribus temporibus *duodecim* adhuc in *multorum Deorum honorem* additi sunt, juxta illud *CICERONIS* de Legib. II. 8. *Divisque aliis Sacerdotes, omnibus Pontifices, singulis Flamines sunto*; quamvis *posteriores* non ejusdem autoritatis cum *primò resensitis* fuerint: hinc distinctio in *proto-Flamines* & *archo-Flamines*, in *majores* & *minores*, in *antiquiores* & *patritios*, & *recentiores* ac *plebejos*. Nec erant saltem *intra Romam*; sed & *extra illam* deprehendimus istos, secundum illa *CICERONIS in Oratione pro Milone*: *Ad Flaminem prodendum Lanuvii.* Notique sunt *Flamines provinciæ Hispaniæ citerioris*, *Coloniæ Tarraconensis*, *Augustalis* aliique, & ex *lapidibus* satis constant. De quibus omnibus, & imprimis *hoc sacerdotio* videri poterunt *APPIANUS ALEXANDRINUS* l. c. *FESTUS*, *ALEXANDER AB ALEXANDRO Gen. Dier.* Lib. VI. c. 12. *AULUS GELLIUS* Lib. X. c. 15. qui *Flaminis* multas ibidem *recenset ceremonias* ex *Fabii Pictoris* Libro I. *FENESTELLA de Sacerdotiis Romanor.* c. 15. *GYRALDUS de Sacrificiis* c. 16. *P. RUBENIUS Elector.* Lib. II. c. 25. *LAZIUS Commentar. de Rep. Rom.* Lib. III. c. 13. *ONUPHRIUS PANVINIUS* de R. R. Lib. II. p. 164. *MERULA de Sacerdotiis* cap. II. §. 9. *GUILIELMUS du CHOUL dans son discours de la Religion des anciens Romains* p. 136. & 158. nec non 264. qui simul *summum priorum Imperatorum pietatis studium ex isto capite elicuit.* *FLAMINEM* verò *DIALEM*, ut ad nummum nostrum revertamur, *hunc apicem* gestare solitum, *exstitisse Cæsarem*, supra jam N. 9. evicimus, ubi de *Sacerdotiis ipsius* dicendi commoda erat occasio. Nunc ad memorabilem ejus titulum, à *Senatu* ipsi, devicto ad *Mundam Sexto Pompejo*, ac civilibus bellis passim compositis, datum, devenimus, qui est *PARENTIS PATRIÆ.* Et qui reticere eundem potuisset princeps Scriptor *SUETONIUS*? Sic potius de eodem, capite 75. *Non enim honores modo nimios recepit, ut continuum Consulatum, perpetuam Dictaturam, præfecturamque morum, insuper prænomen Imperatoris, cognomen PATRIS PATRIÆ.* Neque *DIO* illum Lib. XLIV. *præterit*, qui disertè p. 242. Πρός τε τούτοις τοιούτοις οὖσι, ΠΑΤΕ'ρα τε αὐτὸν τῆς ΠΑΤΡΙ'ΔΟΣ ἐπωνόμασαν, καὶ ἐς τὰ ΝΟΜΙ'ΣΜΑΤΑ ἐνεχάραξαν; *Præter hæc PARENTEM PATRIÆ illum nuncupaverunt & suis numismatibus insculpserunt.* & pag. 266. Lib. XLIV. *Quum paullo post eum PATREM PATRIÆ appellaveritis.* APPIANUS L. II. de Bello Civili p. 494. ἀνεῤῥήθη δὲ καὶ Πατὴρ Πατρίδος, *appellatus est & pater patriæ.* *Tempus*, quo *titulum hunc* à *Senatu*, nempe ex *Hispania redux*, tulit, diserte tradit *LIVII Epitome* Libro XVI. *Cæsar ex Hispania quintum triumphum egit; & cum multi, maximique honores ei à Senatu decreti essent, inter quos, ut PATER PATRIÆ appellaretur, ac sacrosanctus ac Dictator in perpetuum esset.* Factum vero hoc erat anno $\frac{708}{9}$ *ipso IV. Consule, sine collega*, primoque anno Julianæ correctionis. *Idem vero cognomen*, quod vivo dederat, *mortuo ei plebs* non detraxit, sicuti iterum totidem verbis refert *SUETONIUS* cap. 58. *Postea solidam columnam prope XX. pedum lapidis Numidici in Foro*, (eo ipso in loco, ubi fuerat crematus) *statuit, scripsitque PARENTI PATRIÆ.* *Antonius in Epist.* ad *Hirtium*, quæ à *CICERONE* Philipp. 13. profertur: *Hostem*, inquit, *judicatum hoc tempore Dolabellam, eo quod sicarium occiderit, & videri cariorem populo Romano filium scurræ, quam C. Cæsarem PATRIÆ PARENTEM, ingemiscendum est.* Refragatur equidem *CICERO*, & *Antonium*, non *Populum*, *auctorem* istius columnæ facit, *occisoque decretum honorem* tradit, inscriptionemque aliter plane conceptam refert, nempe: PARENTI OPTIME MERITO, ita enim in *Epistola* 3. ad C. *Cassium* Lib. XII. ad *Familiares* scribit: *Auget tuus amicus furorem in dies, primum in statua, quam posuit in rostris, inscripsit: PARENTI PATRIÆ OPTIME MERITO.* Quin & alia *Parentis* ipsi *datum cognomen* confirmant, scilicet quod *Idus Martiæ*, quo percussus mucronibus *Cæsar* fuit, *PARRICIDIUM nominatæ* fuerint, iterum hoc tradente *SUETONIO*, capite 88. qui addit *Omnesque illi, qui manum ipsi intulerant, PARRICIDÆ fuere dicti.* Quandoquidem ipse *CICERO* Epistola 3. Lib. XII. ad *Familiares*: *ut non modo sicarii, sed jam etiam PARRICIDÆ judicemini, hoc est, percussores Parentis Patriæ, ceu recte* exponit *BADIUS ASCENSIUS* in hunc locum. De *his* ipse *CICERO*: *Fateor eos plusquam sicarios, plusquam homicidas, plus etiam quam parricidas esse: Siquidem est atrocius patriæ parentem, quam suum occidere.* Caussam verò, cur *Parentes Patriæ* dicti, exponit *DIO* Lib. LIII. *Patris autem nomen licet jus aliquod eis in subditos tribuit, quale est Parentum in liberos; tamen initio non in hunc finem impositum est, sed HONORIS GRATIA, utque admonitioni ipsis esset, ut subditos LIBERORUM LOCO, hique rursus ipsos, velut PARENTES SUOS, CHAROS habeant.* Atque *Antonius* recte hanc appellationem in oratione post necem Cæsaris urgebat, prodente hoc *APPIANO* de Bell. Civ. p. 519. *Moxque recitare cœpit vultu gravi & ad mœstitiam composito, diserte singula pronuntians immoransque ei maxime parti, qua supra hominem Cæsar attollebatur, sacrosanctus, PATER PATRIÆ, bene meritus, Princeps appellatus. — —— Quum Decretum nominabat eum PATREM PATRIÆ, ipse subjunxit: En PIETATIS erga ILLUM TESTIMONIUM.* Et apud *DIONEM* Libro XLIV. p. 266. *Cæterum is PATER, is Pontifex Maximus, is sacrosanctus, is heros, is Deus mortem obiit?* Istam *Parentis Patriæ* appellationem *M. TULLIO CICERONI* primo, in *togâ* nempe, *Catone* & *Catulo* autoribus, (40) tributam, postea ad *Cæsarem* manasse observavit *PLINIUS* Histor. Natur. Lib. VII. c. 30. *Salve*, inquiens, *primus omnium Parens Patriæ appellate, primus in toga triumphum, linguæque lauream merite, & facundiæ Latiarumque literarum parens*; itemque *AUTOR* vitæ *Ciceronis*: *Primus in togâ triumphavit, primusque PATER PATRIÆ appellatus est*; nec non *APPIANUS Bell. Civil.* Lib. II. seriusque *cæteris compellationibus* addi consuevisse, & non nisi post prævia magnarum rerum monumenta, simul affirmat. *AUGUSTUS* dehinc & *illud cognomen* obtinuit, cujus testes sunt *nummi* ipsius non

nobilis vir, vidisse sublimem se cum armis raptum *Romulum* adjuravit, vocemque audivisse, *Quirinum* appellari se jubentis.

(40) In Triumpho dudum antea hic *honor* contigit à militibus *Camillo*, referente *LIVIO* Libro V.

non pauci. *LIVIAM* etiam, *Tiberii matrem, eodem* usam esse, testis est *TACITUS: Multa Patrum & in Augustam* (Liviam) *adulatio: alii PARENTEM, alii MATREM PATRIÆ appellandam censebant.* Et *DIO* Libro XVII. p. 610. Καὶ πολλοὶ μὲν ΜΗΤΕΡΑ αὐτὴν ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ, πολλοὶ δὲ καὶ ΓΟΝΕΑ προσαγορεύεσθαι γνώμην ἔδωκαν *inventique haud pauci; qui matrem eam patriæ, ac genetricem appellandam censerent.* Sed *SUETONIUS* prōdit vicissim in *Tiberio* c. 50, ægrè id tulisse *Tiberium*, scribens: *Quare non PARENTEM PATRIÆ appellari, non ullum insignem honorem recipere publice passus est.* Quin & ipse *TIBERIUS* illam *Patris Patriæ appellationem obstinatissime recusavit;* perinde ac *NERO propter ætatem* utpote *adhuc teneriorem*, id iterum nobis referente *SUETONIO* c. 67. in *Tiberio*, & c. 8. in *Nerone*. Ut adeo *superbire hoc titulo eundem* ex Cæsaribus *primum* in *nummis* videamus, dato hoc *ipsi* a *Senatu*, ut supra jam innuimus, cum *ad Mundam Sextum Pompejum* seu *juniorem* superasset, ac *civilia bella* passim *composuisset*, ac *repetito* pariter *illo* post fata, ceu supra ex *SUETONIO* audivimus ac *ipso CICERONE*, *Auguri* ipsi adhuc, atque *Pontifici*, quod ex adjectis simul colligimus symbolis, *velo*, *apice*, ac *lituo*. Hoc caput exhibet quoque *CASP. BARTHOLINUS de Inauribus* pag. 9. & *Anselm. SOLERIUS de Pileo* p. 238.

NUM. 21.

Cajus CÆSAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, ante lituus pone guttus.

De prænomine *Caji* infra N. 30. acturi sumus. De *lituo* N. 6. egimus. *Guttum* à tergo esse, qui cum *simpulo*, autore *VARRONE*, in sacris remansit, nemo vocabit in dubium, præsertim *figuram vasis*, & *etymologiam nominis* recte considerans. *Nomen* verò, si eidem *VARRONI* credimus, accepit à *gutta*, quod propter *colli angustiam liquor ex eodem guttatim saltem effluat. FESTO gutturnium* vas est, ex quo *aqua in manus* datur; ab eo quod propter *oris angustiam guttatim* fluat. Servabant verò *eodem* olim non solum, juxta *GELLIUM*; *oleum*, (41) sed & *vinum* illo *libabant*, quod & *JUVENALIS* Satyr. III. 263. docet,

Et sonat unctis
Strigilibus, pleno componit lintea gutto.

Gutti cornei mentio est apud *MARTIALEM* Lib. XIV. Ep. 52; *Fagini* apud *PLINIUM* Lib. XV. cap. 38; *Samii* apud *GELLIUM* l. c. Lib. XVII. c. 8. *Formam* invenies apud *LAUR. BEGERUM* Tom. III. *Thes. Brandenb.* p. 394. *du CHOUL* p. 252. 253. *CLAUDE DU MOLINET dans son Cabinet de la Bibliotheque de Sainte Genevieve* Tab. 10. N. VI. p. 21. *LUD. NONNIUS* in *Commentario ad Nummos Goltzianos Cæsaris* p. 31. & *I. VALENS* in *Consular. Num.* p. 42. *poculum ansatum*, seu *præfericulum*, etiam vocant, quod in *sacrificiis prælatum* fuerit; sed quando *FESTUS præfericulum, vas æneum sine ansa, patens summum, velut pelvis, quo ad sacrificia utebantur*, describit, *guttum*, seu *gutturnium*, maluimus dicere: quamvis & *guttum* sine ansâ exhibeat *CLAUDE DU MOLINET* loco cit. p. 27. Tab. II. n. VI. Sed cur *guttus* & *lituus* hic, & in subsequente *lituus* & *simpulum in Cæsaris nummis*? Respondemus, quod is velut *Pontifex Maximus* omnia *sacerdotia sub se comprehenderit, adeoque ipsi omnium Sacerdotiorum symbola sine discrimine rectè etiam tribuantur. H. GOLTZIUS* quoque hoc caput exhibet Tab. I. N. 12.

NUM. 22.

CAESAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone lituus & simpulum.

Omnia, quæ hic occurrunt, jam supra N. 1. 6. & 8. attigimus, quo B. L. remittimus, ne actum agere, aut rem præter necessitatem multiplicare velle, videamur. Sistit alias hoc caput *H. GOLTZIUS* Tab. I. N. 1.

NUM. 23.

CAESAR IMPerator. Caput Caesaris laureatum dextram versus, pone lituus, & sub illo simpulum.

Si B. L. N. 1. 6. & 8. adire lubuerit, hæc ce jam *exposita* deprehendet *omnia*. Affert quoque hoc caput *H. GOLTZIUS* Tab. I. N. 3.

NUM. 24.

CAESAR IMPerator Pontifex Maximus. Caput Caesaris laureatum lævam versus, pone simpulum.

Nihil præterea in hoc capite quoque attendendum venit, quam *titulus Pontificis Maximi*, qui à *posse* & *facere*, secundum *Q. MUTIUM*, & *CAMERARIUM*, vel à *ponte* & *facere*, secundum *VARRONEM* & (42) *DIONY-*

(41) *GELLIUS* Lib. 17. c. 8. p. m. 667; *Guttum Samiam imprudens ore tenus inanem, tanquam si inesset oleum, affert, convertitque eum.*

(42) Nempe, quod *pons sublicius Romæ* à Sacerdotibus primum fuerit exstructus; quorsum & respexisse videtur autor Inscriptionis in *Dacia* repertæ & in honorem *Trajani* positæ:

PROVIDENTIA AVG
VERE PONTIFICIS
VIRTVS ROMANA
QUID NON DOMET
SVB IVGVM ECCE
RAPITVR ET DA-
NVIVS

(43) DIO Lib. XLIII. p. 226: *Alii quoque duo viri sub sacrificii præscriptione jugulati sunt --- --- tamen in campo Martio à Pontificibus & Salio immolati sunt.* Et juxta PLUTARCHUM in Numa p. 66. Pontifex maximus instar erat interpretis & vatis: vel potius sacrorum antistitis, qui non tantum publicarum ceremoniarum ageret curam, verum etiam sacrificia privata observaret, & vetaret solennia excedere, doceretque quibus hostiis dii colendi, vel placandi sint. Insuper Virginum Vestalium custos erat &c. & si peccassent Virgines Vestales cædebantur à Pontifice maximo. Pontifices præterea justa funebria, quibus opus est, præscribebant. Confer praeterea SUETON. in Aug. cap. 31. Et hæc *Fastorum* cura illis legitur tradita jam à *Numa* testante LI-

NYSIUM, nomen adeptus est. (43) Erat verò iste, qui *Pontificum collegio præfectus* erat; propterea que à *Numa* (44) *constitutus*, ut *in rebus sacris consilia ab eo peti possent*; Et, juxta FENESTELLAM, is, *qui unus omnibus præfectus fuerat à Numa Pompilio, qui habuit ex se sacra omnia exscripta, exsignataque, quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa, sacra fieri deberent.* Hujus siquidem erat, in *Sacerdotum omnium mores, officia, ac ceremonias inquirere, novas leges in sacris ferre, edicere, quibus hostiis Dii essent placandi, quibus diebus id fieri oporteret, quibus in templis hoc peragendum, quæ sacra publica, quæ privata peragenda, ne quid divini juris, negligendo patrios ritus, peregrinosque adsciscendo, turbaretur. Quæ anni & Fastorum ratio habenda? qui libri fatidici retinendi, qui rejiciendi?* (45) Nec *cælestes* modo *ceremonias*, sed *justa* quoque *funebria, placandosve manes* edocebant, *quæque prodigia, fulminibus*, aliove quo *viso missa susciperentur*, atque curarentur, inquit *LIVIUS* Lib. I. 26. *Consecrationem* dehinc ipsorum communicat *PRUDENTIUS*, quam summatim dabimus. Cùm consecratus erat *Pontifex M.* descendebat in *foveam* ad eam tem excavatam, *omni instructus Pontificali suo* apparatu. Postquam esset ingressus, statim, *ponticulus ligneus*, undiquaque *perforatus*, *foveæ insternebatur.* Tum *taurus* fronte *deaurata & cornibus sertis ac floribus ornatissimus* adducebatur, ac in *medio ponticulo, à victimariis mactabatur. Cruor* per foramina stillans *Pontificem* ac omnes ejus *vestes preciosas* irrigabat. Sic *conspurcatum Flamines*, ponte sublato, educebant & omnes *Pontificem Max.* salutabant. *Collegium* porro illorum primum *quatuor* constituebant, omnes *Patritii*, dehinc, sub *Ogulniis Tribunis* Plebis A. U. C. CCCCLIV. adhuc *quatuor è plebe* accesserunt; *Lucius* vero *Sylla*, *Dictator*, A. U. C. DCLXXI. *septem* illos numero esse voluit. Unde postmodum *duplex illorum ordo* resultavit, *veterum* scilicet sub nomine *majorum*, & *recentiorum* sub *minorum* appellatione. Quando verò in Nummo *Cæsar Pontifex Maximus* salutatur, observandum est, *à populo adlectum fuisse* ac nominatum: *cooptatum verò* suis suffragiis *in illorum numerum* à Collegio. Nam ut obiter hoc addamus, à *Numæ temporibus* usque ad A. U. C. DCXLIX. à *Pontificum Collegio illi* adlegebantur, deinde *Lege Domitia* jus illud ad *Populum* deveniebat; *istam* dehinc à *L. Sylla* A. U. C. DCLXXI. *abrogatam dignitatem* restituit A. U. C. DCXC. *Ti. Labienus, Tribunus Plebis; & M. Antonius ejus electionem* $\frac{710}{11}$ *à populo rursus ad Pontificum Collegium* (46) transtulit, usque dum sub *Imperatoribus*, de *officiorum omnium potestate* sibi prospicientibus, atque adeò *hanc dignitatem* etiam, hoc est *supremam sacrorum & Religionis curam*, cum *Imperio ac Principatu* (47) conjungentibus, *illorum arbitrio relinqueretur*, secundum illud (48) *VIRGILII* Lib. III. *Æneidos* 80.

> *Rex Anius, Rex idem hominum, Phoebique Sacerdos.*

Et illud *TACITI* Lib. III. *Annalium* 58. *Nunc Deum munere summum Pontificem etiam summum hominum esse. At sub Theodosio* Seniore, *reditibus* Sacerdotum omnium *Fisco addictis*, penitus *potestas illa* intercidit, cum jam ante etiam *Gratianus*, Imperator, *Pontifex Maximus appellari noluerit*, adeoque ejusdem *appellationis usus in ipso* exspiraverit, docentibus hoc nos non solum *Baronio* in *Annalibus Ecclesiasticis* ad hæc tempora, & P. I. *CANTELIO* de R. R. p. 304. Sed & *lapidibus & marmoribus. Quæ* verò *dignitas* cum *isto tempore* esset singularis, ita ut, *CICERONE* attestante, *omnis Reipublicæ dignitas, omnium salus, libertas, aræ, foci, Dii Penates, fortunæ, domicilia, illorum sapientiæ & fidei credita viderentur*; ac, *secundum DIONYSIUM HALICAR.* Lib. I cap. 4. *summum inter sacerdotes locum tenerent*; tum præterea non *annua* erat, nec *singulis* vel *quinquenniis*, vel *decenniis renovanda*: sed *per omnem vitam* durabat, juxta *CASSIODORUM Variar.* Lib. VI. c. 2. scribentem: *qui* (Pontifices) *SACERDOTIUM non deponunt; nisi cum vitæ munera derelinquunt.* Hinc sublato per sicarios Cæsare, mercenarii Lepido, quod honoris cupidum scirent, offerebant *ejus sacerdotium* teste APPIANO. (49) Habitabat in *sacra via*, nec *Pontifice Maximo Roma abesse* licebat, testante *PLUTARCHO* in *Fabio*. Mirum ergo non est, illam dignitatem non sine *multis & clarissimis, ætate præterea ac dignitate* (50) *illum antecedentibus competitoribus, Q. Lutatio Catulo* scilicet, & *P. Servilio Isaurico*, eodem scilicet anno, quo Quæstiones exercuerat, hoc est, sub *M. Tullii Consulatus exitum* A. $\frac{690}{91}$ *ambiisse Cæsarem*, eundemque adhuc *juvenem*, nec dum *Prætorem*, *profusissima quamvis largitione, Comitiis Tributis, consecutum etiam esse.* Adest dictis opportunus testis *DIO* Lib. XXXVII. p. 46. scribens: *Τότε μὲν δὴ τόδε ἐγένετο· Καὶ τὰς αἱρέσεις τῶν ἱερέων γράψαντος μὲν τοῦ Λαβιήνου, σπουδάσαντος δὲ τοῦ Καίσαρος ἐς τὸν δῆμον, αὖθις ὁ ὅμιλος παρὰ τὸν τοῦ Σύλλου νόμον, ἐπανήγαγεν, ἀνανεωσάμενος τὸν τοῦ Δομιτίου. Ὁ γὰρ Καῖσαρ τοῦ Μετέλλου τοῦ Εὐσεβοῦς τελευτήσαντος, τῆς τε ἱερωσύνης αὐτοῦ, καίτοι νέος καὶ μηδέπω ἐστρατηγηκώς, ἐπεθύμησε, καὶ ἐν τῷ πλήθει τὴν ἐλπίδα αὐτῆς διά τε τ' ἄλλα, καὶ ὅτι*

VIO Lib. I. Atque hi, ut *idem* tradit Libro IX. etsi à *C. Flavio Scriba* postea evulgati sint, *intercalandi* tamen, *diesque* vel *eximendi*, vel *transponendi* potestas, penes *Pontifices* semper mansit. Ita enim PLUTARCHUS in Cæsare p. 735. *Soli sacerdotes momentorum conscii repente, ac nemine præsentiente, mensem intercalarem adscribebant, eumque nuncupabant Mercedonium, quem interjecisse Rex Numa princeps dicitur, quod, uti in vita illius predidimus, minutulum excogitavit & non diuturnum in lapidibus emendationis auxilium.*

(44) Teste *FLORO* Lib. I. cap. I. scribente: *Ille* (Numa) *sacra & cerimonias omnemque cultum Deorum immortalium docuit. Ille PONTIFICES, Augures, Salios cæteraque P. R. Sacerdotia descripsit.* Et *LIVIUS* Lib. I. 26. *Pontificem Numam Marcium, Marcii filium, ex Patribus legit Numa; eique sacra omnia exscripta assignataque attribuit.* Confer *DIONYSIUM HALIC.* II. 8. *PLUTARCHUM* in *Numa* p. 65.

(45) Atque huc refero, quod arma Martis apud summum Pontificem asservarentur secundum instituta majorum, vide Dionem L. XIV. p. 248.

(46) DIO Lib. XLIV. p. 269. *Antonius ipsum patrem Lepidum Pontificem Maximum, ne in ipsius actiones inquireret, constituit. Quod ut facilius efficeret, Pontificis Maximi electionem à populo ad Pontifices iterum transtulit, per eosque Lepidum, omnibus ferè majorum institutis neglectis, initiavit: cum ipse id sacerdotium obtinere potuisset.*

(47) Vide *JACOBI GUTHERII* Librum *De veteri jure Pontificio* Libro I. c. 8.

(48) Recte hinc *SERVIUS* ad versum *Virgilii* modo citatum: *Sane majorum hæc erat consuetudo, ut Rex esset etiam Sacerdos, vel Pontifex. Unde hodieque IMPERATORES dicimus PONTIFICES.*

(49) Libro II. de Bellis Civil. p. 511.

(50) *CICERO III.* in *Verrem* cap. 90. *P. Servilius & Q. Catulus, qui tanta auctoritate sunt, tantis rebus gestis, ut in clarissimorum hominum numero reponantur.* Confer SUETONII etiam mox adducendum locum.

ἔν τῷ τε Λαβιήνῳ κατὰ τοῦ Ῥαβιρίου συνηγωνίσατο, καὶ τὸν Λέντουλον ἀποθανεῖν οὐκ ἐψηφίσατο, λαβὼν, τοῦτό τε ἔπραξε. καὶ ἀρχιερεὺς τῶν Ποντιφίκων, καίπερ ἄλλων τε τῶν πρώτων πολλῶν, καὶ τοῦ Κατούλου μάλιστα, ἀντιποιουμένων, ἀπεδείχθη, *Ea tempestate præter hæc, quæ retulimus, quum Labienus de Pontificibus creandis rogationem tulisset, Cæsar autem plebem demereretur; iterum plebs contra Syllæ legem, Domitii legem renovavit ac introduxit, Metello enim Pio defuncto* (non *repulso*, ut OCCO habet, pag. 6.) *Cæsar ejus Pontificatum petebat, juvenis adhuc, & qui nondum Præturam gesserat: sed in plebe plurimum spei reponebat, cum aliàs, tùm quod Labienum in Rabiriana causa adjuverat, sententiamque tulerat, ne Lentulus capite plecteretur. Igitur cœptum suum perfecit, PONTIFEX*que *MAXIMUS factus est, multis quidem viris præclaris in primisque Catulo, competitoribus.* Prolixius id tradit *PLUTARCHUS* in *Cæsare* p. m. 710. *Eadem tempestate Metello, PONTIFICE MAXIMO, defuncto, Isaurico autem & Catulo petentibus SACERDOTIUM EJUS, clarissimis viris, autoritatisque in Senatu summæ, non concessit Cæsar, sed ad Comitia competitorem se illorum professus, descendit. In ancipiti populi studio Catulus ex majore dignitate magis eventum Comitiorum formidans, misit ad Cæsarem certos, qui eum, magna ostensa mercede, à petitione deducerent. Enimvero ille largitione etiam majore, nominibus factis, ad hoc certamen ostendit se descensurum. Die instante, matrem eum ad ostium haud sine lacrymis prosequentem osculatus; Hodie mater, inquit, aut PONTIFICEM MAXIMUM filium, aut exulem videbis. Suffragiis latis, quum comitia magno certamine acta essent, superior fuit, Senatuique & Optimatibus terrorem injecit, provecturum eum populum ad omnem audaciam.* Breviter vero *SUETONIUS* cap. 13. *Deposita provinciæ spe, PONTIFICATUM MAXIMUM petiit, non sine profusissima largitione. In qua reputans magnitudinem æris alieni, cum manè ad comitia descenderet, prædixisse matri osculanti fertur, domum se, nisi PONTIFICEM, non reversurum. Atque ita potentissimos duos competitores, multumque & ætate & dignitate antecedentes, superavit, ut plura ipse in eorum tribubus suffragia, quam uterque in omnibus, tulerit.* Ac infra cap. 46. memorat, *illum primo in suburra modicis ædibus, post autem PONTIFICATUM MAXIMUM, in sacra via domo publica* (prout moris erat) *habitasse.* Audiamus & *VELLEJUM PATERCULUM*, qui de hoc negotio, & inprimis victo competitore *Catulo* Lib. II. c. 43. p. 578. ita: *Contentiones civiles cum Q. Catulo, atque aliis eminentissimis viris, celeberrimæ; & ANTE PRÆTURAM VICTUS MAXIMI PONTIFICATUS petitione Q. Catulus, omnium confessione senatus princeps &c.* Nec *hujus competitoris* conceptam animi *commotionem* præterire potuit *SALLUSTIUS* Bello Catil. p. m. 31. scribens: *Catulus ex petitione Pontificatus odio incensus, quod extrema ætate, maximis honoribus usus, ab adolescentulo Cæsare victus discesserat.* Cusum ergo istum nummum sub *Pontificatu ejus* esse, certò certius est, præsertim cum & *simpulum* pone caput conspiciatur, *Augurii* symbolum, opportune in hanc rem adducente *hoc Cæsaris* caput quoque *Cl. CHOULIO*, dans son *Discours de la Religion des anciens Romains* p. m. 248. & 264. Quando vero *PLUTARCHUS* in *Cæsare*, *DIO* Lib. XXXVII. p. 46. & *APPIANUS* Libro II. Bell. Civil. ἀρχιερέα ipsum (51) & PONTIFICEM *simpliciter* absque ullo attributo vocant, ac apud *JOSEPHUM* Libro XV. Antiq. Judaic. c. 17. aliquoties *Cæsarem* & *Augustum* decretis suis solum ἀρχιερεὺς id est, *Pontificis*, nomine subscriptum legimus; non alia tamen nisi *Pontificis Maximi* sub illa intelligenda est dignitas, probè hoc ante nos observantibus Illustr. *SPANHEMIO* Differtat. VI. de P. & U. N. & Doctissimo *ANTONIO PAGI* in *Dissertatione Hypatica* p. 12. & 13, itemque *JACOBO GUTHERIO* de Veteri Jure Pontificio Lib. I. c. 8. Recte siquidem exclamat *L. Piso*, apud quem Cæsar deposuerat testamentum, ad *Senatum*, corpore ipsius nondum funerato: *Sepeliri vetant summum Pontificem!* Et in omen malum tractum jam ante, quod, referente DIONE Lib. XLIV. p. 248. *Arma Martis, quæ tunc secundum instituta majorum apud CÆSAREM, SUMMUM PONTIFICEM, adservabantur, noctu (antè diem necis ejus) sonitum magnum ediderint.* Sistit quoque hoc caput *H. GOLTZIUS* Tab. II. N. 14.

(51) APPIANUS L. II. de B. C. p. 512. Si eos qui Consulem in curia Pontificem in fano ——— sub oculis Deorum interemerunt &c.

NUM. 25.

CAESAR IMPerator Pontifex Maximus. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone Luna falcata.

De omnibus in præcedentibus N. 12. 14. 24. egimus, excepta *Luna falcata*, quæ à tergo ipsi adhæret, quæ an *late succrescentis sui imperii symbolum* designat? an *anni à Julio Cæsare secundum Lunæ cursum reformati* indicium? De eo quippe *SUETONIUS* cap. 40. *Annum ad cursum solis accommodavit, ut trecentorum sexaginta quinque dierum esset; & intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autem magis in posterum ex Kalendis Januariis nobis temporum ratio congrueret, inter Novembrem ac Decembrem mensem interjecit duos alios: fuitque is annus, quo hæc constituebantur, XV. mensium cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat.* Paucioribus, & quo maximè autore hoc fecerit, tradit *PLINIUS* Libro XVIII. H. N. c. 25. *Tres autem*, scribens, *fuere sectæ, Chaldæa, Ægyptia, Græca. His addidit apud nos quartum DICTATOR CAESAR, annos ad solis cursum redigens singulos, Sosigine, perito scientiæ ejus, adhibito: Et ea ipsa ratio postea, comperto errore, correcta est: ita ut XII. annis continuis non intercalaretur, quia coeperat sidera annus morari, qui prius antecedebat.* Exactius vero id nobis exponit *DIO*, Libro XLIII. p. 226. Ταῦτά τε ἐνομοθέτησε, καὶ τὰς ἡμέρας τῶν ἐτῶν οὐ πάντῃ ὁμολογούσας σφίσι (πρὸς γὰρ τὰς τῆς σελήνης περιόδους ἔτι καὶ τότε τοὺς μῆνας ἦγον) κατεστήσατο ἐς τὸν νῦν τρόπον, ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἐμβαλὼν ὅσαιπερ ἐς τὴν ἀπαρτιλογίαν παρέφερον; *Jam, cum annorum dies invicem sibi non satis congruerent (eo enim tempore etiamnum LUNÆ REVOLUTIONIBUS menses æstimabant) annum Cæsar ad eum, qui hodieque observatur, modum constituit, intercalatis septem ac sexaginta, (quamvis alii falso plu-*

plures perhibuerint) qui ad summam exactam requirebantur, diebus. Pergit *DIO*: *Eam rationem ipse, dum Alexandriæ versaretur addidicerat; quamvis hoc variat, quod Alexandrinis unusquisque mensis triginta diebus constat, deinde in singulos annos quinque dies adduntur. Caesar vero & eos quinque dies & duos instar alios, quos uni mensium detraxerat, reliquis mensibus coaptavit: diem quoque illum, qui ex dierum quadrantibus conficitur, ad quartum quemque annum (tribus in medio annis omissis) apposuit: ut jam ne horis quidem annorum error, nisi perquam exiguus, incidere possit: qui tantus est, ut intercalatione unius diei MCCCCLXI. quoque anno indigeat.* Ac PLUTARCHUS in vita *Cæsaris* p. 735. Ἡ δὲ τοῦ ἡμερολογίου διάθεσις καὶ διόρθωσις τῆς περὶ τὸν χρόνον ἀνωμαλίας, φιλοσοφηθεῖσα χαριέντως ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τέλος λαβοῦσα γλαφυρωτάτην παρέσχε χρείαν. *At fastorum ordinatio atque inæqualitatis anni correctio, ratione mathematica scitè explicata ad exitumque perducta, usum præbuit elegantissimum.* Pergit vero, *Namque Romani non modo temporibus admodum vetustis non habebant certos & congruentes cum anno mensium anfractus: ut sacrificia & festi dies paullatim labentes in diversas incurrerint à temporibus suis tempestates: verum solaris etiam, qui tunc obtinebat, cæteris erat prorsus cæcus. Sibi sacerdotes, momentorum conscii, repente ac nemine præsentiente, mensem intercalarem adscribebant, eumque nuncupabant MERCEDONIUM, quem interjecisse Rex Numa princeps dicitur: quod, ut in vita illius prodidimus, minutulum excogitavit, & non diuturnum in lapsibus emendationis auxilium; CAESAR vero, philosophis & mathematicis præstantissimis hac re delegata, effecit ex suppeditante jam via & ratione singularem quandam & exactiorem correctionem: qua hactenus populus Romanus utens non perinde ac cæteri videtur in discrepantia illa claudicare. Verum enim vero verterunt hoc quoque invidi & potentiam ejus exosi in crimen. Siquidem Cicero, orator, cum diceret quidam, cras Lyram orituram; NEMPE,* inquit *EX EDICTO: quasi id quoque reciperent per imperium homines.* Neque illud reticet *APPIANUS ALEXANDRINUS* Lib. II. de *Bellis Civil.* p. 526. ὅθεν ἀρχὴ καὶ τῶν εἰρηνικῶν πολλὰ Ῥωμαίοις διωρθώσατο, καὶ τὸν ἐνιαυτὸν, ἀνώμαλον ἔτι ὄντα διὰ τοὺς ἔσθ' ὅτε μῆνας ἐμβολίμους (κατὰ γὰρ σελήνην αὐτοῖς ἠριθμεῖτο) ἐς τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον μετέβαλεν, ὡς ἦγον Αἰγύπτιοι, *quapropter etiam in pace multa apud Romanos correxit: & annum ad id ætatis inæqualem, propter intercalares menses, (nam ratione lunari utebantur) juxta solis cursum ordinavit, autoribus Ægyptiis.* Factum vero hoc ipsum est A. U. C. 707/8 *Julio* Consule III. & *M. Æmilio Lepido*, Collega, uti totidem verbis id testatur *CENSORINUS* de *die Natali* p. 122. *Adeoque àberratum est, ut C. CÆSAR PONTIFEX MAXIMUS suo III. & M. Æmilii Lepidi Consulatu, quo retrò delictum corrigeret, duos menses intercalarios dierum sexaginta septem, in mensem Novembrem & Decembrem interponeret, cum jam mense Februario dies tres & viginti intercalasset, faceretque eum annum dierum quadringentorum quadraginta quinque, simul providens in futurum, ne iterum erraretur. Nam intercalario mense sublato, annum civilem ad solis cursum formavit. Itaque diebus CCCLV. addidit X, quos per septem menses qui dies undetricenos habebant, ita destribuit, ut Januario & sextili & Decembri bini accederent, cæteris singuli: eosquè dies extremis partibus mensium apposuit, ne scilicet religiones sui cujusque mensis à loco summoverentur. Quapropter nunc, cum in septem mensibus dies singuli & triceni sint, quatuor tamen illi ita primitus instituti eo dignoscuntur, quod nonas habent septimanas: cæteri, quintanas. Præterea pro quadrante diei, qui annum verum suppleturus videbatur, instituit, ut peracto quadriennii circuitu, dies unus, ubi mensis quondam solebat, post Terminalia intercalaretur: quod nunc Bissextum vocatur. Ex hoc anno, ita à JULIO CÆSARE ordinato, cæteri ad nostram memoriam JULIANI appellantur, iique consurgunt ex IIII CÆSARIS consulatu. Qui etiam, non optime, soli tamen ad annum naturæ aptati sunt. Nam & priores alii, etiam si qui decimestres fuerunt, nec Romæ modo, vel per Italiam, sed & apud gentes omnes, quantum poterat idem, fuerunt correcti.* Discimus hoc adhuc clarius ex Doctissimi *Henrici Norisii* Annis & Epochis Syro-Macedonum, ubi scribitur p. 3. *Græci ac ROMANI LUNARES primum annos servarunt; & HI quidem anno demum ab Urbe condita DCCVIII. ANNUM SOLAREM receperunt, cum Julius Cæsar Dictator, idemque Pontifex Maximus, luxata anni tempora emendavit.* Et pag. 15. *Postquam Julius Cæsar annum Solarem apud Romanos induxit, vulgata opinione quatuor anni cardines in octavis partibus signorum fixi sunt.* PLINIUS L. II. c. 19. ait: *Sol autem ipse quatuor differentias habet*, BIS *æquata* NOCTE DIEI, VERE ET AUTUMNO, *& in centrum incidens terræ* OCTAVIS IN PARTIBUS ARIETIS *&* LIBRÆ; BIS *permutatis spatiis in auctum diei*: BRUMA, *octava in parte* CAPRICORNI; *noctis vero solstitio totidem* PARTIBUS CANCRI. Eadem repetit Lib. XVIII. c. 25. ubi ait, sequi se *observationem Cæsaris*, qui, *Sosigene* auctore, solis transitum in signa cardinalia octo ante Solstitia & Æquinoctia diebus fieri in anno Romano reformando, notaverat. Idem tradit COLUMELLA L. IX. cap. 14. Quod ipsum produnt vetusta Kalendaria in lapidibus sculpta, in quibus apud GRUTERUM p. 138. legitur, mense Martio: ÆQUINOCTIUM VIII. KAL. APR. & mense Junio: SOLSTITIUM VIII. KAL. IVL. Rursus mense Septembri: ÆQUINOCT VIII. KAL OCT. Denique mense Decembri: TROPÆ CHIMERIN. [52] Græcis hisce vocibus conversiones Brumales exprimuntur. Eadem tradit S. ANATOLIUS in fine sui canonis Paschalis. BEDA cap. 28. de *ratione temporum* scribit: *de Æquinoctiis, quod VIII. Kal. Aprilis, & VIII. Kal. Octobrium; & de Solstitiis, quod VIII. Kal. Juliarium & VII. Kal. Januariarum die sint notanda, multorum late & sapientium sæculi & Christianorum sententia claret.* —— Pergit Norisius p. 17. *Quare à Julio Cæsare Æquinoctia & Solstitia in octava parte signorum, seu octava die ante Kalendas Aprilis, Julii, Octobris ac denique Januarii locata sunt, quod id a civili usu non abhorrebat, quamvis unius, aut alterius diei discrepantia juxta Astronomicos calculos notaretur.* VIII. Kal. Octobris (24. Sept.) ex Cæsaris decreto autumneo (unde Romani annum inchoabant) initium dabat. Cumque ex hac discamus Pontificum fuisse Calendarii rationem habere atque anni, recte omnino Hassiæ Landgravius, avitæ libertatis haud immemor, Calendarium Gregorianum recusa-

(52) PLINIUS L. XVIII. c. 25. *Brumæ Capricorni ad VIII. Kal. Januarii fere.*

cusabat, monens apud *Thuanum* Libro LXXVI. Cæsaris interesse ne reciperetur; *Cæsaris & Sacri Imperii auctoritatem & existimationem* scribentem, verti; quam cum indies Pontifex dolis ac machinis convellere nitatur, non committendum esse, ut ipsi rem ad ejus dignitatem atque adeo majestatem tantopere pertinentem, neglexisse videantur. Anni, qui nunc ab omnibus nationibus servantur, rationem à *Julio Cæsare* institutam esse: dein Carolum M. Imperii Occidentalis conditorem, & Calendarium ipsum & nomina mensium Teutonica lingua Germanis dedisse. Canonem vero Concilii Nicæni de Pascali celebratione, non Pontificis Romani (qui in ea potestate & auctoritate, , quam nunc sibi vindicat, minimè tum fuerit) sed communi *Constantini Cæsaris*, qui Synodo præfuerit, & Patrum decreto conditum esse. Concilia vero ipsa non à Pontifice, sed ab Imperatoribus Romanis indici solita, sicuti Constantiense Cæsar *Sigismundus* recenti adhuc hominum memoria indixerit; & jus constituendi non solum Episcopos in Germania sed etiam Pontificum Romanum penes Cæsarem; & post *Caroli M.* tempora usque ad Otthonem I. & sic deinceps, usque ad Gregorii VII. Pontificis, fuisse. Cavendum igitur, ne, *Calendarii* (quod correctione indigere minime inficias eat) emendandi prætextu, novam & inusitatam Pontifici in Imperii majestatem ac Cæsarem ipsum jurisdictionem, ac mandandi potestatem tribuat? præsertim cum inconsulto Cæsare, & non requisito Imperii Principum ac Ordinum consensu, res tanta à Pontifice suscepta sit. Nam, ut obiter hoc addamus, olim, auctore *Romulo*, *annus constabat diebus trecentis quatuor*, *Numa* dehinc illis addebat *quinquaginta*, ut ergò ipsius tempore annus absolveretur *diebus trecentis quinquaginta quatuor, quibus DUODECIM LUNÆ CURSUS confici credebant*, attestante *Macrobio*, *Saturnal.* Lib. I. c. 12. & 13. 14. hinc opus fuit, *plures adhuc interserere dies, ut anni tempestatibus responderent, quos intercalatos dicebant.* Hoc ergo fecit Cæsar velut *Pontifex Maximus*, quo titulo in nummo cluit, cui hoc ratione non solum *sui officii* incumbebat, sed & qui *hujus artis ac siderum motuum* erat *peritissimus* (53). De qua re imprimis videnda est elegantissima *JOSEPHI SCALIGERI Diatriba*, *Libro* IV. de *Emendatione Temporum præfixa*, evolvendique sunt *CENSORINUS de die Natali*, & *MACROBIUS* Lib. I. cap. 14. *Saturnalium.* OVIDIUS Lib. III. Fastorum. Exhibet hoc caput *JAC. OISELIUS* in Thes. Numism. Tab. I. N. 1. p. 3. *JOACH. OUDANUS* in P. R. Tab. IV. n. 1. p. 39.

NUM. 26.

CAESAR DICTator: Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone guttus.

Solum *Dictatoris* vocabulum ut excutiamus hic, superest, reliquis N. 1. 12. & 21. jam recensitis, atque expositis. *DICTATORIS* (quod à *Consule* (54) *DICERETUR*, *nomen* indeptus) post *Reges ejectos* Anno IX, postquam A. V. C. CCLII, *primum creati*, *maxima* olim apud Romanos *potestas*, *summa auctoritas*, *parque Regiæ dignitati*, neque tamen *populo* invisa. Utebatur *purpura*, *sella curuli*, *equis phaleratis*, *lictoribus viginti quatuor*, *cum securibus*; *pacis*, *bellique arbitrium* ipsi erat relictum, *summumque in militum*, *civium*, *Magistratuum fortunas & vitam imperium*, omnibus cæteris Magistratus, præterquam *Tribunis plebis*, (55) *auctoritate adempta*, *nullaque ab eo provocatione* usque ad A. CCCIII. *facta*, quo *Duilia* lege cautum fuit, *ne ullus deinceps Magistratus sine provocatione ad populum crearetur.* (56) Quæ vero licet *magna* sic satis esset, non tamen erat *perpetua*, sed saltem *semestris*, ac raro admodum *in annum* prorogata. *Dictaturæ ad tempus sumebantur*, inquit *TACITUS* Libro I. Annalium Cap. 1. Neque etiam *annis singulis*, ut *Consul*, aut *alii Magistratus* creabatur, sed *periculo saltem Reipublicæ Romanæ summo*, vel à *Diis*, vel *ab hostibus*, vel *à civibus ipsis* imminente. Si enim *seditio sedanda*, *si comitia habenda*, si *Senatus legendus*, si *clavus figendus*, si *ludi Romani* celebrandi, si *Feriæ Latinæ* restaurandæ, *jussu Senatûs*, *consul ille*, penes quem *fasces erant*, *auspiciis media nocte captatis*, ex *Consularibus*, quem volebat, *jubebat dicebatque DICTATOREM. Regis* proinde ac *Domini Titulum* cum *sumere Cæsar* non auderet, *Imperatoris primum* acceptabat; dehinc *DICTATORIS*; ac tandem DICTATORIS PERPETUO. *Priorem* nempè *Imperatoris* N. 14. ipsi jam vindicavimus; *Dictatoris* quoque ipsi ut asseramus ex aliis *Auctoribus*, atque ita *bellissimum illum NUMMORUM ET HISTORICORUM CONCENTUM* semper demonstremus, superest. *Dictaturam scilicet accepit*; an rectius invasit? A. V. C. $\frac{704}{5}$ Claudio Marcello, & Corn. Lentulo coss. *M. Æmilio Lepido Prætore*, (postea III. Viro) *Populo consulente*, ut *Cæsarem Dictatorem* absentem dicerent, quod etiam *contra morem* hactenus receptum *per ipsum* factum fuit, cum alias *Consules eosdem dicerent*, ut modo diximus. Sic enim hoc tradit *DIO CASSIUS* Libro XLI. p. 170. *Dum CÆSAR adhuc in itinere moratur*, *Marcus Æmilius Lepidus*, *is, qui postmodo triumvir factus est*, *Prætor eo tempore*, *populo consuluit*, *ut CÆSAREM DICTATOREM dicerent*, *idque more patrio statim factum est*, τῷ τε δήμῳ συνεβούλευσε στρατηγῶν δικτάτωρα τὸν Καίσαρα προχειρισθῆναι· Καὶ εὐθὺς εἶπεν αὐτὸν παρὰ τὰ πάτρια. Pergit ibidem: *Cæsar, simul atque Romam pervenit*, *DICTATURAM inivit*; Καὶ ὃς ὑπέστη μὲν τὴν ἀρχὴν ἐπειδὴ πρῶτον μὲν ἐς τὴν πόλιν εἰσῆλθεν; *nihil tamen asperum in ea gessit*; *sed & exulibus omnibus*, *Milone excepto*, *reditum liberum fecit*, *& ad sequentem annum Magistratus constituit*, *Pontificesque defunctis suffecit*, *non quidem omnibus eorum legibus in ea re observatis.* —— *His peractis*, *Cæsar DICTATURÆ nomen deposuit*, *quum nihilo secius omnem ejus potestatem semper in manibus teneret. Nam & armis utebatur*, *& legitimam insuper potestatem* ab

(53) Nam *Græce* is dicitur, ut *Tarrutius* fecit, *Astrologicum studium* illustrasse, quod forte ideo hac lingua fecit, quia in hoc studio familiariter uteretur *Sosigene*, uti ex *Plinio* audivimus, homine *Ægyptio*, Græcè perito, non item Latinè. *MACROBIUS* etiam Lib. I. Saturn. c. 16. de ipso clare refert; *Julium Cæsarem siderum motus, de quibus non indoctos libros reliquerit, ab Ægyptiis disciplinis hausisse.* Et ex hoc ipso *Cæsaris opere* multa *de ortu siderum & occasu* PLINIUS refert Libro XVIII. Hist. Nat. c. 25.

(54) Hoc tacitè tradere ipse videtur *LIVIUS* Decade III. p. m. 34. *Itaque ad remedium jamdiu desideratum*, *nec adhibitum*, *DICTATOREM DICENDUM*, *civitas confugit*; *& quia Consul aberat*, *à QUO UNO DICI posse videbatur &c.*

(55) PLUTARCHUS in *Fabio Maximo* p. 179; *Metilius pro jure Tribunatus liberior (nam hæc, Dictatore dicto, potestas, cum cæteræ redigantur omnes in ordinem, auctoritatem suam retinet una integram) instigat &c.*

(56) Dio Lib. XXXVI. p. 16. *Sed & Dictatorem, quantus ille sit, majores nostri, neque CUJUSVIS REI CAUSA*, dixe-

modum est, quod prodit SUETONIUS in *Caligula* c. 60: *Observatum, notatumque est inprimis, Cæsares omnes, quibus Caji prænomen fuit, ferro periisse, jam inde ab eo, qui Cinnanis temporibus sit occisus.* Quod verum omnino est, si *Patrem Dictatoris*, de quo modo dictum, & *Cajum Augusti* filium, *Lucii* fratrem, excipias. Caput hoc apud *H. GOLTZIUM* quoque conspicuum est Tab. II. N. 18.

Num. 31.

CAESAR IMPerator QUARTUM. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, ante lituus.

De *capite Cæsaris*, uti hic comparet N. 1; de *lituo*, Augurii symbolo N. 6; de *voce Cæsaris* N. 12; de *titulo Imperatoris* N. 14; dictum est. restat, ut, cur *IMPERATOR QUARTUM in nummo* nominetur, videamus. Supra diximus, quod si quis exercitus Dux *singularem* contra hostes obtinuerat *victoriam*, ex eo appellatus fuerit *primum in castris à militibus*, dehinc & *in Urbe* à *Senatu Imperator*. Sed cur QUARTUM? Quia ejusmodi *Proconsul, aut Proprætor, quarta vice*, re bene gesta, *Imperatoris titulum & à militibus & à Senatu obtinuerat*, quod & Cæsarem fecisse, ex hoc nummo adparet. *Titulum* vero *Imperatoris* Cæsarem anno $\frac{707}{8}$ *quarta vice tulisse de Africa*, de illa etiam *triumphum egisse*, *marmora Capitolina* testantur:

C. JULIUS C. F. C. N. CAESAR IV. COS. III. ANN. DCCVII. EX AFRICA DE JUBA REGE.

Num. 32.

CAESAR AUGUR PONTifex MAXimus. Caput Cæsaris laureatum dextram versus, pone apex.

De *capite ejus* N. 1; *de apice* N. 20; de *voce Cæsaris* N. 12; *Auguris* N. 6; *Pontificis Maximi* N. 24. à nobis jam actum est, quorsum B. L. ablegatum volumus. Sistunt alias egregium hoc Caput *JAC. OISELIUS* in Thes. Numism. T. I. N. 3. p. 4. 5. & *JOACH. OUDANUS* in Potent. Rom. T. IV. n. 3. p. 39.

Num. 33.

CAESAR DICTator TERTIO PONTifex MAXimus. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone lituus.

Faciem ejus N. 1 & *lituum* N. 6. delineavimus; *nomen Cæsaris* N. 12. *Dictatoris* N. 26. *Pontificis Maximi* N. 24. exposuimus. *Sed cur DICTATOR TERTIUM?* Sine dubio, quod *tertia vice à Consule Dictator dictus* fuerit, quem morem supra n. 26. jam indicâsse meminimus. Factum verò id est A. V. C. $\frac{707}{8}$ postquam *ex Africa victor Urbem* intrâsset, & *M. Æmilium Lepidum* legisset *Magistrum Equitum*, cum quo & *tertium Consulatum gessit*, id prodente *DIONE*, Lib. XLIII. p. 214. Τῷ δ' ἐχομένῳ ἔτει καὶ ἐδικτατώρευσεν ἅμα καὶ ὑπάτευσε, τρίτον ἑκάτερον, τὸν Λέπιδον ἐς ἀμφοτέρας συνάρξοντα. *Sequenti anno Dictaturam, Consulatumque tertio, utrumque Magistratum, collega in utroque Lepido, gessit.* *Nempe quando* non solum *Consulem* eundem nominavit, sed & quando *creatus Dictator* iterum *Magistrum Equitum* ipsum (Lepidum) *dixerat*, cum apud *ipsum* tunc illa steterit potestas, ceu alibi dicemus. Sic enim clarissime rursus Dio Lib. XLIII. p. 214: *His rebus Lepido cum gratiam retulisset, collegam eundem sibi utriusque Magistratus adscivit*, nempe in Consulatu, ut *consulem*, in Dictatura, ut *Magistrum Equitum*. *Tertio suo in hoc*, & *M. Æmilii Lepidi* simul, *Consulatu*, *Fasti* ab ipso *correcti* fuere, ut testatur *Censorinus de* Die Natali cap. 20.

Num. 34.

CÆSAR Pontifex Maximus DICtator TERtio. Caput Cæsaris laureatum ac velatum sinistram versus, ante lituus.

Caput *laureatum* ac *velatum Cæsaris* jam N. 1. & 9. *lituum* N. 6. contemplati sumus; *Cæsaris* verò *vocem* N. 12. *Pontificis Maximi* N. 24. *Dictatoris Tertium* N. 26. & 33. attigimus, ut supersedere nunc labore denuo istas exponendi queamus.

Num. 35.

CAESAR DICTator QUARTum. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus, pone lituus.

De *capite Cæsaris laureato* consule N. 1; de *Lituo* N. 6. de *voce Dictatoris* n. 26. *Quartum Dictator* audit, quod *quarta vice Dictatura ipsi oblata* fuerit. *NONNIUS* vero in *Commentario ad Cæsaris nummos Goltzianos* p. 34. affirmat, *Cæsarem, debellatis in Hispania Pompeji liberis, Quartam Dictaturam gessisse* cum *M. Antonio Magistro Equitum*. Et p. 50. tamen refert, *M. Lepidum in IV. & V. Dictatura Magistrum Equitum ab ipso fuisse creatum.* *Tertiam Dictaturam* receperat *Romæ redux post victoriam Africanam*, atque ut eam depositurus non erat, ita ipsi in *decennium* adhuc decernebatur. *Annua* autem *cum illa*, *& quotannis à die*, *quo* quis istam acceperat, *numeraretur*; eò, ut dixi, quod *Magistratus esset extraordinarius*. Hinc *DIO* L. XLIII. porro ad annum $\frac{708}{9}$: *Quibus rebus Cæsar, (eo autem tempore adhuc gerebat Dictaturam) & sub exitum demum anni Consul creatus fuit, eumque titulum sibi Consul, contra majorum instituta, sumserat. Nam ante eum nemo Consul & Dictator simul fuerat.* Incidit ergo *Dictatura ejus IV.* in annum $\frac{708}{9}$ quo *ovans ex monte Albano VII. Kal. Febr. Urbem iniit*, & ea *ipsâ Dictaturâ IV. jus laureæ perpetuo gestandæ impetraverat quoque à Senatu*, testante APPIANO L. II. de *Bello Civili*, *DIONE* Lib. XLIII. qui rem ita persequitur: *At cum hoc anno* $\left(\frac{708}{9}\right)$ *quarta Dictatura illi fuisset decreta, non ut ad tempus Rempublicam constitueret, sed ut quam diu viveret, potestate DICTATORIA regeret & administraret, quare à L. Buca dictus est DICTATOR PERPETUO.*

TA-

TABULA II.

EXHIBENS

CAPITA C. JULII CÆSARIS

CUM

INSCRIPTIONIBUS LATINIS ET GRÆCIS POSTERIORUM IMPERII ANNORUM.

NUM. 36.

CAESAR DICTator QUARTum.

Caput Julii Cæsaris laureatum, lævam versus.



Idem per omnia *caput* est cum *præcedente*, nisi quod *lituus* desit.

NUM. 37.

CAESAR AUGUR IMP. QUINTum CONSuL QUARTum. Caput Cæsaris laureatum ac velatum dextram versus, ante Lituus.

De *laurea*, *velo* & *lituo Cæsaris* N. 1. 6. & 9. Tab. I. actum est; De *nomine* verò *Cæsaris* N. 12. ibidem; *Auguris* N. 6; *Imperatoris* n. 14. nonnulla istuc facientia præfati sumus. De *Consulatu* ut agamus, adhuc paucis; *titulus* nummo impressus poscit, quamvis *HUB. GOLTZIUS* saltem hunc nummum referat; nec alibi alias conspectus à nobis sit. *Consul Quartum* dicitur, quod *quarta vice Consulatum inierit*; *Imperatorque quintum*, cum *quinta vice Imperator à victore exercitu* ac *Senatu* salutatus fuerit. *Generatim monemus*, *Consules* fuisse dictos, quod *Reipublicæ & civibus consulerent*, aut *ab his consulerentur*; aut *quod Senatum consulerent.* *Imperium*, inquit *FLORUS*, *ex perpetuo annuum placuit*, *ex singulari duplex*; *ne potestas solitudine*, *vel mora corrumperetur. Consulatum vero & Libertatem L. Brutus instituit*, referente *TACITO* Lib. I. Annal. c. 1: Cum *Consul auspicatur*, vel *immolat*, *Hoc age!* proclamant, referente PLUTARCHO in Numa p. 69. Qua voce, eos qui assistunt, admonent, *ut componant se ad quod agitur.* Quæ vero *Consulum* apud Romanos fuerit *dignitas*, in vulgus notum est, & vel ex *JORNANDIS* de *rebus Geticis* c. 57. (de *Theodorici*, Gothorum Regis, Consulatu loquentis) verbis potest colligi: *Factus est Consul ordinarius*, *quod summum bonum*, *primumque decus in mundo edicitur.* Itemque ex illis *LIBANII*, in Panegyrico Juliani: *Quid venerabilius esse potest*, *quam universum orbem terrarum solis instar appellatione continere*, *& in ore cunctorum hominum esse*, *nomen*, *præeo*, *quod à parentibus inditum*; *cujus memoria multas complectatur necessitates*, *judicia*, *nuptias*, *forum*, *debita*, *venditiones*, *contrahentes*, *paciscentes*, *litigantes*, *fidem per literas facientes*, *communicantes*, *diffidentes*, *filiorum opulentorum natales*, *puerorum in scholis institutiones*, *quorum unum studium est nominare Consules*, *in quo etiam & acquiescunt. Quod igitur quidam dixit de Jove*, *omnium summo Consule*, *Jovis vias omnes esse plenas*, *omnia fora*, *portus*, *maria*, *hoc aliquis dicere possit de Consulibus*, *appellationem cum Deo communem habent.*

De *ambitu ejus Consulatus* & *consecutione illius*; itidemque *ipsius competitoribus* ita *SUETONIUS* c. 18. 19. *Pacataque provincia* (ulteriori Hispania) *pari festinatione*, *non exspectato successore*, *ad triumphum simul CONSULATUMQUE decessit. Sed cum*, *edictis jam Comitiis*, *ratio ejus haberi non posset*, *nisi privatus introisset urbem*, *& ambienti*, *ut legibus solveretur*; *multi contradicerent*, *coactus est triumphum*, *ne CONSULATU excluderetur*, *dimittere. E duobus* Consulatus competitoribus, *L. Lucejo*, *Marcoque Bibulo*, *Lucejum sibi adjunxit*: *pactus*, *ut is*, *quoniam inferior gratia esset*, *pecuniaque polleret*, *nummos de suo communi nomine per Centurias pronunciaret. Qua cognita re*, *optimates*, *quos metus ceperat*, *nihil non ausurum eum in summo magistratu*, *concordi & consentiente collega*, *auctores Bibulo fuerunt tantumdem pollicendi*: *ac plerique pecunias contulerunt*, *ne Catone quidem abnuente*, *eam largitionem fieri. Igitur cum Bibulo CONSUL creatur.* *DIO* Libro XXXVII. p. 54. hoc ita exponit: *Hæc ubi perfecit*, *satis sibi jam aditus ad CONSULATUM structum existimans*, *non expectato successore*, *qui mitteretur*; *magna celeritate ad Comitia Consularia profectus est. Statuerat eum petere*, *antequam triumphum duxisset*, *quòd à pompa triumphi angustia temporis excludebatur. Quum*, *Catonis potissimum intercessione*, *id non obtineret*, *triumphi quidem curam deposuit*; *sperans se*, *si CONSUL fieret*, *longè majores res acturum*, *longèque splendidius triumphaturum.* Et Lib. XLIV. p. 262. *Ea propter & TRIUMPHUM CÆSARI* (ex Hispania, quam pacatam effecerat, redeunti) *vos decrevistis & statim CONSULATUM commisistis.* —— *Quum triumpho omisso*, *ita rebus urgentibus*, *actisque vobis pro eo honore*, *quem satis ad gloriam sibi esse ducebat*, *gratiis*; *CONSULATUM accepit.* APPIANUS L. II. de B. C. p. 432: *Cæsar provinciam sortitus Hispaniam* —— *coactis copiis*, *per partes aggrediebatur reliquos Hispanos*, *donec universam eorum terram populi Romani fecit. Itaque magna vi pecuniæ missa in ærarium*, *TRIUMPHUM à Senatu impetravit.* —— *Ille vero jam dudum ejus*

magistratus (Consulatus) percupidus, nec dum etiam ad triumphandum satis instructus, per nuntios rogavit Senatum, ut permitteret absenti per amicos Consulatum petere. — —— Verum cum jam ultima dies adesset, qua competitores profiteri nomina oportebat, Catone petitioni ejus multum diuque contradicente, supervenit Cæsar, contempto triumpho & professione, facta, exspectabat Comitia. —— —— At Senatus suspectam habens eorum potentiam, L. Bibulum Collegam Cæsari & adversarium addidit. PLUTARCHUS itidem in Cæsare p. 713. postquam intermissum triumphum pariter memorâsset, scribit: Cæsar, Crassi & Pompeji stipatus amicitia, CONSULATUM adeptus est, ac cum Calpurnio Bibulo magna gloria renuntiatus, ἐπὶ τὴν ὑπατείαν προήχθη, καὶ λαμπρῶς ἀναγορευθεὶς μετὰ Καλπουρνίου Βίβλου. Contigit vero hic ipse primus Consulatus ipsi Anno $\frac{695}{4}$ referentibus Fastis Auctoris Anonymi, (63) quos Eminentissimus F. Henricus Norisius in suis Epochis Syro Macedonum vulgavit, p. 16. & DIONE Libro XXXVIII. pag. 58. (64). Quæ hujus Bibuli, collegæ Cæsaris, fuerit auctoritas, VELLEJUS prodit Lib. II. p. 578. Bibulus, collega Cæsaris, cum actiones ejus magis vellet impedire, quam posset, majore parte anni domi se tenuit; quo facto, dum augere vult invidiam Collegæ, auxit potentiam. DIO Lib. XXXVIII. p. 62. 63. Igitur domum suam Bibulus se recepit, neque unquam posthac ad extremum usque anni diem in publicum progressus est; sed domi se continens, Cæsari, quotiescunque is aliquam novam rem moliebatur, per lictores obnuntiavit, dies esse festos, his igitur per leges fas non esse eum quippiam agere. PLUTARCHUS p. 714. Collega Cæsaris Bibulus quum intercedendo legibus ejus nihil proficeret, sed in foro sæpius esset in mortis periculum cum Catone vocatus, toto consulatus tempore continuit se domo. Addit: Unde faceti quidam Bibuli nomen omnino reticuerunt, Cæsarem autem pro duobus Consulibus, & nominaverunt & scripserunt, Cajum Cæsarem & Julium Cæsarem, Consules dicentes. Inter facta Consulatus ejus primi SUETONIUS & hoc refert. c. 54. In primo Consulatu tria millia pondo auri furatus è Capitolio, tantundem inaurati æris reposuit. Dehinc VELLEIUS Lib. II. p. m. 573. cum SUETONIO c. 19. hoc cum primis recenset, quod hoc Consulatu Pompeji inprimis amicitiam ambiverit, ac sibi etiam conciliaverit, Pompejoque M. Crassum amicum reddiderit, plebique agrum Campanum diviserit. PLUTARCHUS in Cæsare p. 713. 714. Legem de Coloniis deducendis ac leges agrarias, locatam in matrimonium Pompejo filiam Juliam, junctam sibi nuptiis Pisonis filiam Calpurniam, Catonis in carcerem deductionem, Pisoni designatum Consulatum, Tribunatum Plebis P. Clodio datum, factis Cæsaris in primo Consulatu addit. Sed & Suetonium ipsum de hoc primo consulatu referentem audiamus: Igitur cum Bibulo Consul creatur. Eandem ob causam opera optimatibus data est, ut provinciæ futuris Consulibus minimi negotii, id est, sylvæ callesque decernerentur. Qua maximè injuria instinctus, omnibus officiis Cn. Pompejum assectatus est, offensum Patribus, quod, Mithridate Rege victo, cunctantius confirmarentur acta sua: Pompejoque M. Crassum conciliavit, veterem inimicum, ex Consulatu, quem summa discordia simul gesserant: ac societatem cum utroque in iis, ne quid ageretur in Republica, quod displicuisset ulli è tribus. Inito honore, primus omnium instituit, ut tam senatus, quam populi diurna acta conficerentur & publicarentur. Antiquum etiam retulit morem, ut quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur. Lege autem agraria promulgata, obnuntiantem Collegam (Bibulum) armis foro expulit. Ac postero die in senatu conquestum, neque quoquam reperto, qui super tali consternatione referre, aut censere aliquid auderet, qualia multa sæpe in levioribus turbis decreta erant, in eam coëgit desperationem, ut quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud quam per edicta obnuntiaret. Unus ex eo tempore omnia in Republica ad arbitrium administravit: ut nonnulli urbanorum, quum quid per jocum testandi gratia signarent, non Cæsare & Bibulo, sed Julio & Cæsare Coss. actum scriberent, bis eundem præponentes, nomine atque cognomine; utque vulgo mox ferrentur hi versus:

Non Bibulo quidquam nuper, sed Cæsare factum
est:
Nam Bibulo fieri Consule, nil memini.

Campum Stellatem majoribus consecratum, agrumque Campanum, ad subsidia Reipublicæ vectigalem relictum, divisit extra sortem ad viginti millibus civium, quibus terni pluresve liberi essent. Publicanos remissionem petentes tertia mercedum parte relevavit: ac ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur, propalam monuit. Cætera item quæ cuique libuissent, dilargitus est, contradicente nullo: ac, si conaretur quis, absterrito. M. Catonem interpellantem extrahi curia per lictorem, ducique in carcerem jussit. L. Lucullo liberius resistenti tantum calumniarum metum injecit, ut ad genua ultro sibi accideret. Et quæ sunt plura ibidem hujus generis, quæ relegi ibidem possunt. De altero ejus Consulatu, quem anno $\frac{706}{5}$ cum P. Servilio Isaurico, pacata scilicet jam Italia, compositisque rebus civilibus, priusque quàm adversus Pompejum in Thessalia hibernantem, moveret, gessit, testibus iisdem FACTIS, SUETONIUS hæc nobis c. 26. reliquit: Inter quæ, consternata, P. Clodii cæde, Republica, quum Senatus unum Consulem, nominatimque Cn. Pompejum, fieri censuisset, egit cum Tribunis Plebis, Collegam se Pompejo destinantibus, id potius ad populum ferrent, ut absenti sibi, quandoque imperii tempus expleri cœpisset, petitio SECUNDI CONSULATUS daretur: ne ea causa maturius, & imperfecto adhuc bello, decederet. Quod, ut adeptus est, altiora jam meditans, & spei plenus, nullum largitionis, aut officiorum in quemquam genus publicè privatimque omisit. Ubi &, quæ, isto Consulatu durante, peregit, pluribus exponit. De tertio & quarto, qui cum primis hujus loci est, Consulatu, è SUETONIO rursus hæcce heic, quamvis supra jam nobis etiam memorata, repetere juvabit: TERTIUM & QUARTUM CONSULATUM titulo tenus gessit, contentus Dictaturæ potestate decretæ cum Consulatibus simul. Cum enim Dictator creatus, omnia posset in Republica, Consulis potentia planè non indigebat, alios potius suum in locum sufficiens, amicitiamque cum istis ita augens ac conservans, Tribuniciam potestatem cum Dictatura annua in perpetuum usurpare anno præterito adgressus. De TERTIO ejus Consulatu, qui in annum $\frac{707}{8}$ incidit, PLUTARCHUS in Antonio p. 920. Cæsar reversus (post devictum Pompejum) ex Hispania, ignovit

De-

(63) Ubi legitur: CÆSARE & VIVULO.
(64) Ibi enim sic. 695. C. JULIUS C. F. CÆSAR & M. BIBULUS.

Dolabellæ: ac creatus TERTIUM CONSUL, *non Antonium, sed Lepidum cooptavit collegam.* Consulatus hujus III. & in illo dati vini meminit PLINIUS Lib. XIV. c. 15. *Epulo vero in tertio Consulatu suo Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum (dedit) quo primum tempore quatuor genera vini apposita constat. QUARTO* verò suo hoc Consulatu, *qui anno* $\frac{708}{9}$ *ipsi obtigit*, Q. *Fabium Maximum* & C. *Trebonium*, & *Maximo* mortuo, C. *Caninium Rebilum* suffecisse, *Dionis* (65) & *aliorum Auctorum* videtur esse sententia, quamvis si *Fastis* à *Norisio* editis (66) malimus credere, quod & facimus, cum *illi aliis*, *Idacii*, *Prosperi* ac *Cassiodori* non solum *antiquiores*, verum etiam *iisdem*, *accurationes* & *correctiores* habeantur, laudatissimi Norisii judicio, *Tertium Consulatum* anno $\frac{707}{8}$ *cum Lepido* & *Quartum anno* $\frac{708}{9}$ *Cæsar IV. & solus gessisse credendus sit.* Interim & iis adstipulatur *fragmentum TABULÆ COLLOTIANÆ*, apud *Pighium* p. 458.

C. JVLIVS CÆSAR IIII. SINE CONLEGA SOL. SVF. Q. FABIVS MAXIM. C. TREBONIVS C. F. CANINIVS C. F.

NONNIUS in *Commentario ad Goltzii nummos Cæsaris* p. 34. eundem *quartum Consulatum* secundum Fastos gessisse scribit anno DCCVII. *sine collega & honore Dictaturæ contentum*, atque *ejus loco suffectos fuisse Consules*, Q. *Fabium Maximum*, *C. Trebonium Asperum*, *eosdemque primos Consules suffectos & honorarios fuisse*, Fastis id affirmantibus; quod, quam verum sit, facilè ex *Fastis* Capitolinis ipsis patet, quos apud *GOLTZIUM* videre licet, ubi hæc leguntur;

DCCVIII. EX - - - QVINTIL.
C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR
IIII SINE CONLEGA
DICTATURAE HONORE CONTENTVS
- - - - - OCTOBR. ABDIC.
C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR V.
DICT. IIII. COS. IIII EX HISPANIA
- - - OCTOBR.
EODEM.
EX OCT.......
COSS. SVFFECTI ET
HONORARII PRIMUM CREARI
COEPTI
XIIII PRAETORES FACTI.

Vides ergo, mendum esse apud *Nonnium*, Fastosque *æram Catonianam* præ se ferre.

NUM. 38.

CAESAR CONSul QUINTum DICTator PERPetuo. Caput Cæsaris laureatum dextram versus, pone lituus.

De *Cæsare Dictatore*, itemque *capite ejus* ac *lituo* ad N. I. 6. 12. 26. dictum est, solus *Consulatus* ejus *Quintus* adhuc attendendus venit, qui optime cum DICTATURA PERPETUA cohæret. Hic, si *Norisianos Fastos* consulimus, in *annum* $\frac{709}{10}$ quem cum *M. Antonio*, postea *Triumviro*, gessit, uti infra ad Tab. III. n. 3. ad *Antonii* nummum pluribus dicemus, *incidit*, *quo anno & ipse* occisus est. Cum ergo per annos DCCVIII. DCCIX. & DCCX. *continuum Consulatum habuerit*, quamvis, ut rectè *SUETONIUS* monet, *titulo tenus*, non est, quod *Suetonii miremur* verba cap. 89. scribentis: *Non enim honores modo nimios recepit, ut CONTINUUM CONSULATUM, perpetuam Dictaturam* &c.

NUM. 39.

CAESAR AUGUR, IMPerator SEXTum, COnSul QUINTum. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone lituus.

Cui non lecta sunt, quæ de *capite Cæsaris laureato*, & de *lituo*, itemque de *voce Cæsaris*, *Auguris*, *Imperatoris*, *Consulis quartum & quintum* tradidimus, ille Num. 1. 6. 12. 14. Tab. I. & N. 37. 38. Tab. II. adire saltem poterit, ne crambem bis coctam apponere velle, videamur. Id modo observari meretur, quod sicuti N. 37. Tab. II. *Imperator quintum* in *Consulatu suo quarto* in nummo obsignatus fuit, ita in hoc *Imperator sextum* in *Consulatu suo quinto* perhibeatur. *De Consulatu quinto Cæsaris* quem anno $\frac{709}{10}$ iniit, sic *PLUTARCHUS* p. 921. Ἐπεὶ δὲ τὸ πέμπτον ἀπεδείχθη Καῖσαρ ὕπατος, προσείλετο μὲν εὐθὺς συνάρχοντα τὸν Ἀντώνιον. h. e. *Creatus Cæsar QUINTUM CONSUL, illico cooptavit collegam Antonium. Intendit autem abdicare se magistratu*, (Consulatus) *& cedere Dolabellæ, idque ad Senatum retulit: Verum repugnante asperè Antonio, multaque maledicta in Dolabellam congerente, nec pauciora audiente, illius indignitatis Cæsar pudore rem in præsentia omisit.* Et nescio sanè, an non apud DIONEM Lib. XLIII. p. 238. pro *Anno sequenti* $\frac{710}{11}$ *Cæsar dictator quintum fuit*, legendum sit potius: *Anno sequenti Cæsar Consul quintum fuit, collega assumpto M. Antonio.* Cum *Antonius* Collega ipsi fuerit in *Consulatu* non in *Dictatura.* (67) *Imperator*

(65) Libro XLIII. p. 236. *Consulatum mox ante etiam, quam Urbem intraret, occepit: non autem toto anno gessit: sed postquam in URBEM venit, eo se abdicavit: Consulesque fecit Q. Fabium, ac C. Trebonium. Fabioque extrema Magistratus sui die mortuo, statim in residuas horas C. Caninium substituit.* Confer *Cassiodorum & Marianum, Suetonium, Plinium L. VII. c. 53. Tacitum L. III. Hist. Ciceron.* L. VII. Epist. ad Famil. *Plutarchum & Macrobium Saturnal. L. VII.*

(66) Quibus suffragantur APPIANI, DIONIS; PLUTARCHI, EUTROPII, Historiæ, Tabulæ Græcæ quas *Cuspinianus* citat.

(67) Taceo, clare DIONEM prodere Lib. XLIII. p. 239. *Cæsar autem bis iisdem duobus annis DICTATOR futurus, Magistros equitum sibi alios* (hi enim erant Collegæ in *Dictatura*) vide APPIANUM de Bellis Hannibalis p. 320.) *atque horum alterum OCTAVIUM adolescentulum etiamnum, delegit.* Lepidum primo habuisse collegam Fasti Capitolini quoque docent; postea Octavium, nempe Magistros equitum.

tor quintum dictus eſt anno 708/9 ex *victoria Hiſpanica poſt devictos Cnei Pompeji liberos.* Quintum enim propterea *egit triumphum*, cujus apparatus ex *argento raſili conſtitit*, prodente hoc VELLEIO. Hinc recte fragment. *Tabulæ* COLLOTIANÆ apud Pighium in Annal. p. 458. C. JULIUS CÆSAR V. M. ANTONIUS M. F. SUF. P. CORNELIUS P. F. Ratio verò, cur *Imperator quartum, quintum & ſextum*; *appellatus fuerit*, à nobis Tab. I. N. 16. & N. 31. jam adducta eſt, quo B. L. ablegatum cupimus.

NUM. 40.

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæſaris laureatum, dextram verſus.

Numeri 1. 12. & 26. Tabulæ I. *iſta*, *quæ* hic in nummo exhibentur, & *explicatione quadam* indigent, plana reddent. Hoc ſaltem monemus, quod, quando *Dictator perpetuo* in hoc capite *prima vice audiat*, ille *titulus* ipſi A. V. C. 709/10 obtigerit. Nam anno precedenti 708/9. *Dictaturam IV.* acceperat, & poſtea in *Decennium ipſi Dictatura* conceſſa fuit, (68) quam *Monetarii perpetuam* inſcripſerunt, non ut *ad tempus rempublicam conſtitueret* (uti alias fieri ſolebat) *ſed ut quam diu viveret*, *poteſtate Dictatoria regeret*, *ut* loquitur *DIO* Libro XLIII. Clarius vero Lib. XLIV. p. 216. ad annum 710/11 *Acceſſit hoc etiam ad augendam ſuſpicionem*, *quod deinde DICTATOREM SE PERPETUUM creari paſſus erat*, ἔτι καὶ δικτάτωρ διὰ βίου μὲν τοῦ παντὸς ἀποδειχθεὶς ἠνέσχετο.

NUM. 41.

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæſaris laureatum, lævam verſus.

Si N. 1. 12. & 26. adierit B. L. *deſiderio ſciendi ejus* aliquantum ſatisfiet.

NUM. 42.

CAESAR DICtator PERPETUO. Caput Cæſaris laureatum, lævam verſus.

Si excipias duo vocabula *DICTator PERPETUO*, à *ſculptore inverſo ordine, ex incuria ſine dubio*, *exarata*, nihil erit amplius, quod non cum *præcedente* in omnibus exacte conveniat.

NUM. 43.

CAESAR DICtator PERPETUO. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone Lituus.

De *Lituo* quæ dicenda, N. 6. jam monuimus, cætera omnia conſpirant *cum capite* n. 40. & 41.

NUM. 44.

Cajus CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus.

De *omnibus* dictum eſt jam ad N. 26. Tab. I. & 40. Tab. II. ſicuti & *prænomen Caji*, denuo hic occurrens, N. 30. Tab. I. *nos attigiſſe*, meminimus.

NUM. 45.

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæſaris laureatum ac velatum, lævam verſus.

Ut *huic* immoremur *capiti* non eſt, cum omnia ad N. 1. 9. 26. ſint expoſita, & ſine dubio *Pontificatus Maximi dignitatem* deſignet, quo B. L. ablegamus. Siſtit quoque hoc Caput *JAC. OISELIUS* in Theſ. Num. T. I. N. 2. p. 4. & *JOACHIM. OUDAN.* in P. R. T. IV. N. 2. p. 39.

NUM. 46.

Cajus CAESAR DICTator PERPetuò, PONTifex. Caput Cæſaris laureatum ac velatum, lævam verſus.

Quæ hic moneri poſſent, N. 1. 12. 24. 26. 30. Tab. I. jam dicta offendes.

NUM. 47.

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæſaris, lævam verſus.

I*dem caput eſt cum illo quod* N. 40. vidimus, niſi quod *poſitu alio*, itemque *alia terarum locatione* differat.

NUM. 48.

DIVUS JULIUS. Caput Julii Cæſaris laureatum lævam verſus, pone lituus.

De omnibus N. 1. & 6. Tab. I. actum eſt. De *elogio DIVI* numero ſequente 49. dicemus. De *voce* autem & Nomine Gentili *JULII* (Tria ſiquidem, juxta *Auſonium* Idyll. XI. uti ſupra audivimus, *Nobiliorum erant Nomina*) Tab. III. N. 5. plura dicendi erit locus.

(68) DIO Lib. XLIII. p. 236. Καὶ ὕπατον αὐτὸν ἐπὶ δέκα ἔτη, ὥσπερ καὶ δικτάτωρα πρότερον, προεχειρίσαντο, *ipſumque Conſulem ad decennium continuum, ſicut ante* DICTATOREM, *conſtituerunt.* In primis vero p. 220. Καὶ δικτάτωρα ἐς δέκα ἐφεξῆς εἵλοντο, *DICTATOREM in decennium deinceps conſtituerunt.*

NUM.

NUM. 49.

DIVUS JULIUS. Caput Julii Cæsaris nudum lævam versus.

Facies ejus hic cum primis attendenda venit, ac *titulus. Illa* ficuti cum *calvitie* de *provecta ejus ætate*, præsertim cum *laurea desit*, clarissimè testatur: ita *DIVI elogium* capiti NUDO (*quo scilicet*, & *sine corona*, *Trajanus*, *Cæsar*, eum in nummis *aureis restitutis* exprimi voluit) *additum*, *de Consecratione* ejus nos satis confirmat. Supra N. 1. jam monuimus, *Imperii retinendi curis*, *expeditionibusque tam multis*, *tamque longinquis*, *tamque gravibus ac periculosis*, non potuisse non ipsum *faciei venustatem amittere*, quod & in *hoc capite* inter alia *clarius elucescit*. Accedebat præterea ultimis annis *calvities*, quam & *hic* animadvertimus, sæpius ipsi ab *obtrectatoribus suis objecta*, & de qua hic singulariter nos acturos, supra n. 1. nos promisisse, meminimus. Quæ verò, ficuti apud *omnes ætates opprobrio* erat, juxta illud *POLLUCIS II.* 3. ἄκομος τὴν κεφαλὴν ἄκοσμος; atque *OVIDII* Lib. III. de *Arte Amandi* v. 249:

Turpe pecus mutilum: turpe est sine gramine campus,
Et sine fronde frutex; & sine crine caput.

Ita *nec ferre eandem* ipse poterat *Cæsar*, sed potius medelam isti dedecori quavis arte adhibere quærebat. De isto nos satis *SUETONIUS* c. 45: *CALVITII verò* (scribens) *deformitatem iniquissimè ferebat, sæpè obtrectatorum jocis obnoxiam expertus. Ideoque & DEFICIENTEM CAPILLUM revocare à vertice* (vel ut *J. SCHULTINGIUS*, ceu supra monuimus, rectius legit *ad verticem*) *assueverat*; Itemque *DIO* Lib. XLIII. p. 234. Τῷ στεφάνῳ τῷ δαφνίνῳ ἀεὶ καὶ πανταχοῦ ὁμοίως ἐκοσμεῖτο· καὶ πρόφασιν μὲν ἐποιεῖτο τοῦτο, ὅτι ἀναφαλαντίας ἦν, *semper & ubique laurea corona similiter est usus: cujus prætextus erat hic, quia CALVASTER erat.* Et nota est illius militis irati (cujus meminit *SARESBERIENSIS* Lib. III.) ad *Cæsarem* responsio: *Facilius est*, *Cæsar*, *te CALVUM non esse*, *quam me in exercitu Romano quidquam egisse*, *vel acturum timidius.* Sique Doctorem illum Italum, *Andream*, cujus supra N. 1. mentionem injecimus, apud doctissimum *Sponium* l. c. in *Dissertatione* scilicet 24. *de utilitate*, *quam ex nummis capere licet*, *ratione studii in physiognomicis* p. 363. de causa ejus consulimus, ita respondet: *Iis*, *quæ dixi*, *jungi potest*, *quod anterior pars capitis CALVITIE notabilis*, *nota sit ejus inclinationis ad affectum AMORIS*, *indeque notum canticum militum suorum ortum traxit*, *quod in reditu canebant:*

Romani servate uxores! moechum CALVUM adducimus. Huc usque ille. Sicuti enim secundum *ARISTOTELEM* de *Gener. Animæ*: Ὁ ἐγκέφαλος τοῦ σώματος ψυχρότατος: ὁ δὲ ἀφροδισιασμὸς καταψύχει, *Cerebrum omnium corporis partium frigidissimum*, *coitus verò istud refrigerat*; ita ex coitu frequenti non potest non *calvities* oriri, quod *humor calidus tunc deficiat*, ut rectè hinc *IDEM Histor. Animalium III.* 10. scribat: Διὸ, πρὶν ἀφροδισιάζειν, οὐ γίνεται φαλακρὸς οὐδείς, *Quam ob rem*, *nemo*, *antequam coire incipiat*, *calvescit.* *PLINIUS* itidem Libro XI. H. N. c. 37. tradat: *Defluvium pilorum in muliere rarum*, *in spadonibus non visum*, *nec in ullo ante Veneris usum.* Nunc quod *Cæsarem* nostrum attinet, dissimulari omnino non potest, illum, licet excellentibus virtutibus abundè præditum, *ab hoc nævo tamen*, *pudicitiæ* scilicet *semper sanctius non habitæ*, *non fuisse immunem*, cujus rei non pauca & apud *SUETONIUM*, & apud *alios Auctores* habemus vestigia, quæ & hic legere fortè B. Lectori non injucundum erit: *Stipendia prima* (inquit *SUETONIUS* c. 2.) *in Asia fecit*, *M. Thermi*, *Prætoris*, *contubernio: à quo ad arcessendam classem in Bithyniam missus*, *desedit apud Nicomedem*, *non sine rumore PROSTRATÆ REGI PUDICITIÆ: quem rumorem auxit*, *intra paucos rursus dies repetita Bithynia*, *per causam exigendæ pecuniæ*, *quæ deberetur cuidam libertino*, *clienti suo.* Et capite 49, fusius hoc exponit, quod ne integrum adscribemus, quid vetat? *Pudicitiæ ejus famam nihil quidem præter Nicomedis contubernium læsit*, *gravi tamen & perenni opprobrio*, *& ad omnium convitia exposito. Omitto* (pergit laudatus Autor) *Calvi Licinii notissimos versus:*

— — — Bithynia quidquid
Et pædicator Cæsaris unquam habuit.

Prætereo actiones Dolabellæ & Curionis patris: in quibus eum Dolabella pellicem reginæ, *spondam inferiorem regiæ lecticæ*, *ac Curio stabulum Nicomedis & Bithynicum fornicem dicunt. Missa etiam facio edicta Bibuli*, *quibus proscripsit collegam suum*, *Bithynicam reginam: eique regem antea fuisse cordi*, *nunc esse regnum. Quo tempore*, *ut M. Brutus refert*, *Octavius etiam quidam*, *valetudine mentis liberius dicax*, *conventu maximo cum Pompejum regem appellasset*, *ipsum reginam salutavit. Sed C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi stetisse objecit*, *cum reliquis exoletis*, *pleno convivio*, *accubantibus nonnullis urbicis negotiatoribus*, *quorum refert nomina. Cicero verò non contentus in quibusdam epistolis scripsisse*, *à satellitibus eum in cubiculum regium eductum*, *in aureo lecto*, *veste purpureâ decubuisse*, *floremque ætatis à Venere orti in Bithynia contaminatum: quondam etiam in senatu defendenti Nysæ causam*, *filiæ Nicomedis*, *beneficiaque regis in se commemoranti*, *Remove*, *inquit*, *isthæc*, *oro te: quando notum est*, *& quid ille tibi*, *& quid illi tu dederis. Gallico denique triumpho milites ejus inter cætera carmina*, *qualia currum prosequentes joculariter canunt*, *etiam vulgatissimum illud pronunciaverunt:*

Gallias Cæsar subegit, *Nicomedes Cæsarem:*
Ecce Cæsar nunc triumphat, *qui subegit Gallias:*
Nicomedes non triumphat, *qui subegit Cæsarem.*

Pronum & sumtuosum in libidines fuisse, *constans opinio est*, *plurimasque & illustres fœminas corrupisse: in quibus Postumiam Servii Sulpicii*, *Lolliam Auli Gabinii*, *Tertullam M. Crassi*, *etiam Cn. Pompeji Muciam. Nam certè Pompejo*, *& à Curionibus*, *patre & filio*, *& à multis exprobratum est*, *quod*, *cujus causa post tres liberos exegisset uxorem*, *& quem gemens Ægisthum appellare consuesset*, *ejus postea filiam potentiæ cupiditate in matrimonium recepisset.* Ubi, antequam sequentia *SUETONII* addam, non possum non monere, ideo Cæsarem à *Pompejo* antea dictum fuisse *Ægisthum*, quod quemadmodum *Ægisthus*, *Sacerdos* Agamemnonis, bello Trojano *Clytemnestram* corruperat, ita & *Cæsar*, *Pontifex Maximus*, *Pompeji*, bellum Mithridaticum gerentis, *Muciam* adulteraverat. Pergit SUETONIUS: *Sed ante alias dilexit M. Bruti matrem*, *Serviliam: cui & proximo suo consulatu sexagies*

gies HS. margaritam mercatus est; & bello civili, super alias donationes, amplissima prædia ex auctionibus hastæ minimo addixit. Cum quidem plerisque vilitatem mirantibus, facetissimè Cicero: QUO MELIUS, *inquit,* EMTUM SCIATIS, TERTIA DEDUCTA EST; *existimabatur enim Servilia, etiam filiam suam Tertiam Cæsari conciliare. Ne provincialibus quidem matrimoniis abstinuisse, vel hoc disticho apparet, jactato æquè à militibus per Gallicum triumphum:*

> *Urbani servate uxores, moechum calvum adducimus.*
> *Aurum in Gallia effutuisti: heic sumpsisti mutuum.*

Dilexit & Reginas, inter quas Eunoen Mauram, Bogudis uxorem: cui, maritoque ejus plurima & immensa tribuit, ut Naso scripsit: sed maximè Cleopatram, cum qua & convivia in primam lucem sæpe protraxit, & eadem nave thalamego pænè Æthiopia tenus Ægyptum penetravit, nisi exercitus sequi recusasset. Quam denique accitam in Urbem, non nisi maximis honoribus, præmiisque auctam remisit: filiumque natum appellare nomine suo passus est. Quem quidem nonnulli Græcorum similem quoque Cæsaris & forma & incessu tradiderunt. M. Antonius agnitum etiam ab eo, Senatui affirmavit: quæ scire C. Matium & C. Oppium, reliquosque Cæsaris amicos; quorum C. Oppius, quasi planè defensione ac patrocinio res egeret, librum edidit, NON ESSE CÆSARIS, FILIUM, QUEM CLEOPATRA DICAT. *Helvius Cinna, Tribunus plebis plerisque confessus est, habuisse se scriptam, paratamque legem, quam Cæsar ferre jussisset, cum ipse abesset, uti uxores, liberorum quærendorum caussa, quas & quot vellet, ducere liceret. Ac ne cui dubium omnino sit, & impudicitiæ eum, & adulteriorum flagrasse infamia, Curio, pater, quadam eum oratione, omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem appellat.* Huc usque *SUETONIUS*, qui fusè satis id, quod diximus, persequitur, cui equidem & alii adstipulantur, & plures adhuc possemus afferre, si omnium coacervare testimonia velimus, & non potius selectum illorum facere. Sanè, quod supra de *Tertia SUETONIUS*, hoc uberius *MACROBIUS Saturnaliorum* Libro II, atque ita tradit: *Mater M. Bruti, Servilia, cum pretiosum ære parvo fundum abstulisset à Cæsare, subjiciente hastæ bona civium, non effugit dictum tale Ciceronis: Equidem, quo melius emptum sciatis, comparavit Servilia hunc fundum, Tertia deducta. Filia autem Serviliæ erat Junia Tertia, eademque C. Crassi uxor, lasciviente Dictatore, tam in matrem, quam in puellam. Tunc luxuriam Senis adulteri civitas subinde rumoribus jocisque carpebat: ut mala non tantum seria forent. Notusque est Catulli versus:*

> *Es impudicus, & vorax, & aleo.*

Quodque supra de *Nicomedis* contubernio monuerat *SUETONIUS*, hoc adhuc disertius *DIO* Libro XLII. p. 223. 224. Τούς τε γὰρ ἐς τὸ συνέδριον σφῶν ὑπ' αὐτοῦ καταλεχθέντας ἐτώθαζον, καὶ τά τε ἄλλα, καὶ μάλιστα τόν γε τῆς Κλεοπάτρας αὐτοῦ ἔρωτα, καὶ τὴν πρὸς τὸν Νικομήδην τὸν τῆς Βιθυνίας βασιλεύσαντα διαβολὴν, ὅτι μειράκιον ποτὲ παρ' αὐτῷ ἐγεγόνει, διεκερτόμησαν· ὥστε καὶ εἰπεῖν ὅτι, Καῖσαρ μὲν Γαλάτας ἐδουλώσατο, Καίσαρα δὲ Νικομήδης. *qui & allectos ab eo in Senatum dictis mordebant, & ipsi Cæsari inter alia convitia, Cleopatræ præsertim amorem, consuetudinemque, quam is adolescentulus cum Bithyniæ Rege, Nicomede, habuerat, exprobrabant: adeo ut dicerent, Gallos à Cæsare, Cæsarem vero à Nicomede subactum.* Et paulo post pergit: Πλὴν καθ' ὅσον τὴν συνουσίαν τὴν πρὸς τὸν Νικομήδην διέβαλλον, ἐπὶ γὰρ τούτῳ πάνυ τε ἐδυσκόλαινε, καὶ ἔνδηλος ἦν λυπούμενος· ἀπολογεῖσθαί τε ἐπεχείρει καὶ κατόμνυε· κἀκ τούτου, καὶ γέλωτα προσεπωφλήκανεν, *Consuetudinem autem cum Nicomede vitio sibi verterunt, quod valdè ægrè tulit & palam molestia se hinc affici ostendit; sed jure jurando adhibito se purgare aggressus, risu exceptus est.* Deque *Cleopatræ* amore rursus *DIO* Lib. XLIII. p. 227: *Cleopatræ vero amor, neque is jam, cui in Ægypto servierat, (quippe ejus fama tantum Romam venerat) sed cui in ipsa Urbe deditus erat, magnopere ei ab omnibus vitio versus fuit. Venit enim Romam cum marito suo Cleopatra, domiciliumque ei in ædibus ipsius Cæsaris designatum fuit, ut jam utriusque rei nomine male audiret. Ipse infamiam eam nihil curans, eos inter amicos sociosque Romanorum adscripsit.* Ac APPIANUS L. II. De Bello Civili p. 484: *Cæsar, in Nilum una cum ipsa* (Cleopatra) *quadringentis navibus subvectus perlustravit regionem, & alioqui devinctus fœminæ consuetudine,* καὶ τἆλλα ἡδόμενος αὐτῇ. Sic & de *Mucia*, Pompeji uxore, *PLUTARCHI* occurrit testimonium, in *Pompejo* p. 641: Ἐξύβριζε ἡ Μουκία παρὰ τὴν ἀποδημίαν αὐτοῦ . . . καὶ ἔπεμψεν αὐτῇ τὴν ἄφεσιν ὁ Πομπήϊος· οὔτε τότε γράψας, οὔθ' ὕστερον ἐφ' οἷς ἀφῆκεν, ἐξηγησάμενος, *Libidinosè se gesserat Mucia, illo absente, & nuntium illi misit Pompejus, & neque tunc scripsit, neque postea, quare dimiserit, dixit.* Prævaluêre tamen in ipso excellentes virtutes, propter quas & hostibus fuit venerabilis (69) & excelsi animi sui dotibus eam nominis famam (70) assecutus est, ut post mortem DIVUS dictus fuerit, de *quo* cum maxime & nunc agendum nobis est, cum non hic solùm in præsenti *nummo* DIVUS JULIUS, & alibi D. JULIUS, sed & in *aliis* DIVI JULI, DIVO JULIO, ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ, totiesque in Augusti nummis AUGUSTUS, DIVI FILIUS legamus. Ejus autem *Consecratio* (quæ antiqua consuetudine, ut hoc ὡς ἐν παρόδῳ addamus, à *liberis* primum *parentibus* præstabatur & *privata religione illorum cultus fiebat*; dehinc Regibus (71) & *Imperatoribus*, qui *patres patriæ* audiebant, ut supra in *Cæsare* jam audivimus, & reputabantur etiam pro iis, (72) *exhibebatur*, in *Deorum numerum recipiebantur, publicaque religione colebantur*, quod ab *Augusto* hic *Cæsari*, inter *Imperatores primo*, fuisse factum, & sancitum, nunc mox videbimus) quæ vivo in somnio portendi visa est (73) quoque manifesta redditur non uno indicio, quibus adnumeramus præcipuè, quod *AEDES* ipsi exstructa fuerit, de qua *SUETONIUS*

(69) Ita censente ipso *Antonio* Consule, apud APPIANUM L. II. de Bello Civ. p. 512.

(70) PLUTARCHUS in *Cæsare* p. 740. *Quod vero omni vita imperium & dominationem per tanta pericula persecutus ægre confecit, ex hoc nihil nisi* NOMINIS *& invidiosæ apud cives gloriæ fructum cepit.* DIO L. XLIV. p. 261. *Adeo evectus Cæsar, ut non sui modo temporis homines, sed omnes, qui potentia aliquid unquam valuissent, superaverit.*

(71) Leges hæc de *Numa* apud PLUTARCHUM in Numa p. 60. 63.

(72) Recte hinc ipse Cæsar in oratione ad Senatum apud DIONEM L. XLII. p. 222. *Ut & vos me tanquam patris loco accipientes ——— egoque vos, liberorum instar, paterna cura tuear.* Vide supra N. 20.

(73) DIO L. XLIV. p. 248. *Cæsar in somnis (nocte ea quæ cædis ejus diem præcessit) sibi supra nubes sublimis ferri, ac Jovis dextram tangere visus est.*

NIUS cap. 84: *Funere indicto, rogus exſtructus eſt in Martio campo, juxta Juliæ tumulum: & pro Roſtris aurata ÆDES* (columnis ſine dubio, non parietibus, innitens, quo conſpici ab omnibus poſſet, (74) ab Antonio *Cæſar* oſtenſus) *ad ſimulacrum templi Veneris Genetricis collocata: intraque lectus eburneus, auro ac purpura ſtratus: & ad caput trophæum, cum veſte, in qua fuerat occiſus.* Pauloque poſt, c. 88: *Periit ſexto & quinquageſimo ætatis anno: atque in DEORUM NUMERUM relatus eſt, non ore modo decernentium, ſed & perſuaſione vulgi.* *DIO* Libro XLIV. p. 267: *Poſt corpus Cæſaris abreptum, in FORO rogum exſtruxerunt, eique cadaver impoſuerunt.* Et Libro XLIV. p. 267: *ARAM autem plebs eo in loco, quo rogus fuerat, exſtruxit; nam cremati reliquias, liberti ejus ſublatas primum in monumentum depoſuerunt, ſacrificareque apud eam, & libare Cæſari tunquam DEO inſtituit.* Conſules aram illam ſubverterant &c. XIPHILINUS vero: *Ita plebs accenſa eſt ira; ut Cæſarem in foro combuſſerit, deinde ſepeliverit, tum ARAM ei dedicaverit, & ad eam ſacrificare Cæſari, ac ſi DEUS eſſet, conata fuerit,* βωμόν τε ἱδρύσαι, καὶ θύειν ὡς Θεῷ τῷ Καίσαρι ἐπιχειρῆσαι. PLUTARCHUS in Cæſare p. 740: *Senatus vero de oblivione præteritorum & reconciliatione inter omnes agens, DECREVIT CÆSARI DIVINOS HONORES,* ΚΑΙΣΑΡΑ μὲν ὡς Θεὸν τιμᾷν ἐψηφίσαντο. —— *Sed congeſtis ex foro ſubſelliis, cancellis, menſiſque ſuccenderunt & cremaverunt cadaver.* Hic (Cinna) *audito, Cæſaris corpus in foro cremari, — — HONORIS illius cauſa in forum profectus eſt.* *APPIANUS* Libro de Bellis Civilibus p. 519. 520, poſtquam Antonium perorantem ſtitiſſet, *Deducamus igitur hunc conſecratum ad beatorum ſedes, accinendo cum lamentis laudes ei more ſolenni debitas,* —— *Ac primum laudabat, ut aliquem cælitum: & quo inter DIVOS RELATUM eſſe fidem faceret, manus tendebat ad coelum, ſimulque magna linguæ volubilitate recenſebat ejus bella, prælia, victorias, manubias, additas imperio provincias,* &c. Nonnulla alia funeris momenta addit, in hoc tamen conſentiens, quod *Templum* acceperit: *Plebs ad lecticam Cæſaris reverſa, deferebat eam in Capitolium, ſepelitura, ut JAM CONSECRATUM, in Templo inter DEORUM imagines. Sed, prohibentibus id Sacerdotibus, rurſum eum in forum retulerunt, quo loco Regia quondam fuerat, congeſtoque quicquid lignorum ad manus erat in toto Foro, in rogum conjecerunt, & funeris pompam, quamquam ſplendidiſſimam, nonnulli privatim etiam coronas, donaque militaria: ſubjectoque igne, pernoctavit circa totus populus: quo loco primum ARA fuit* (nam Romanis ſolenne erat, cineribus & oſſibus in ſepulchrum illatis, ante illa *aras* conſtituere, in qua odores incendebant) *nunc TEMPLUM eſt IPSIUS CÆSARIS, ubi DIVINIS HONORIBUS COLITUR,* (75) ἔνθα βωμὸς πρῶτος ἐτέθη, νῦν τε ἐστὶ νεὼς αὐτοῦ Καίσαρος, θείων ἠμῶν ἀξιούμενος. Idem Libro III, p. 527. hujus aræ *autorem* ac *titulum* ſubdit; γενόμενος ἐν τῷ τότε τὴν ὑπόκρισιν συγγενὴς τῷ Καίσαρι ὑπεραλγῶν μάλιστα αὐτοῦ τεθνεῶτος καὶ βωμὸν ἐπῳκοδόμει τῇ πυρᾷ, *is, (Amatius) quoniam hac ſimulatione effecerat, ut videretur non alienus à cognatione Cæſaris, præ cæteris ægre ferens ejus obitum, aram ubi crematus eſt poſuit.* Tacemus hic *figuram Sacelli,* quam infra ad Tab. VII. n. 21. dabimus. *Adoptivus nempe ejus filius Octavius, mutato nomine, Cæſar,* (pergit ſupra memoratus APPIANUS p. 521,) *poſtquam ad rerum adminiſtrationem acceſſit per illius veſtigia, principatum hunc, hodieque manentem, cujus ille fundamenta jecerat, confirmavit, auxitque, & IPSUM PATREM inter DEOS retulit.* In qua opinione multum prorſus confirmabatur *Populus,* ad ſuperſtitionem alias, ceu notum eſt, pronus, *apparitione ſtellæ,* quam ſapientiores *cometen* quidem noverant (qui, ut *ORIGENES* Lib. I. contra Celſum ex *Chæmonis* Libro de *cometis* habet, plerumque *Imperii mutationem portendere ſolent,* & ut *STATIUS* Lib. I. Theb. v. 708. canit:

—— —— quid lethifer annus
Bella quibus populis, mutent quæ ſceptra cometæ;

Itemque *LUCANUS* L. I. v. 526:

Ignota obſcuræ viderunt ſidera noctes,
Ardentemque polum flammis, cæloque volantes
Obliquas per inane faces, crinemque timendi
Sideris, & terris mutantem regna cometem.

Sed vulgus *ad ἀποθέωσιν Cæſaris* rapiebat, in qua opinione poſtea & *Auguſtus Cæſar,* gloriæ ſuæ velificaturus, eundem omni ratione firmare ſciebat, perhibens, *illum nunc cauſæ ſuæ patronum potentiorem futurum, contra hoſtes ſuos in præliis adſtiturum, conſilia hoſtium diſſipaturum, & omnia ad illum finem, quem intendebat, nunc directurum,* de quo in ſequenti numero 51, dicendi erit occaſio. Faciliuſque hoc vulgo perſuaderi poterat, cum *vivum Dei nomen & cultum jam ſtudioſe affectâſſe Cæſarem legamus,* inter alios etiam apud *SUETONIUM* c. 76: *Sed & ampliora etiam,* ſcribentem, *humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt: ſedem auream in Curia & pro Tribunali, thenſam & ferculum Circenſi pompa, TEMPLA, ARAS, SIMULACRA JUXTA DEOS, PULVINAR, FLAMINEM, LUPERCOS, appellationem menſis è ſuo nomine.* Certe *Flaminis Cæſaris* (DIVI IVLII *Flaminis* dicti) mentionem injicit non ſolum *inſcriptio* apud *GRUTERUM* infra ad n. 5. Tab. III. allata; ſed & *ſequentes:*

M. POBLICIO	L. ACVTIO
III. F. SAB. SEXTIO	L. F.
CALPVRNIANO	FAB. PRIMO
EQVO PVBLICO	EQVO PVB.
FLAM. DIVI. IVLI	II. VIR. I. D.
PRAEF. AEDIL. POT.	AEDIL. Q. ALIM.
QVAESTOR. AERAR.	FLAM. DIVI IVLI.
SACERD. IVVEN. BRIX.	
COLLEGIA.	
CENTON. ET FABROR.	

Prorſus & ad *Suetonii* mentem hoc refert *DIO CASSIUS* Libro XLIII: *Cæterum ſtella quædam quotidie ex ſeptentrione verſus occaſum apparuit, eamque cometen vocantes nonnulli, ea portendere dicebant, quæ alias hujuſmodi ſignum ſequi conſueviſſent. Creditum quidem hoc à plebe; ſed tamen CAESARI EAM IMMORTALITATEM nimirum JAM ADEPTO, inque SIDERUM NUMERUM JAM ALLECTO SACRAM ESSE dixerunt.* Meminit & hujus cometæ *PLINIUS* Libro II. H. N. c. 25. l. 17. *Sed cometes nunquam in occa-*

(74) DIO L. 44. p. 258. *Antonius vehementius populum irritavit corpore in forum illato propoſitoque.*

(75) Ad divinos honores recte referas, quod Antonius ſacerdos Cæſaris factus, teſte PLUTARCHO in *Antonio* p. 930 *Ipſe (Antonius) in Cæſaris Octavii gratiam CAESARIS DICTATORIS SACERDOS creatus eſt.*

occasura parte cœli est: terrificum magna ex parte sidus, ac non leviter piatum, ut civili motu Octavio Consule, (anno scilicet post Julii Cæsaris necem V. C. 711. quo Hirtio ac Pansæ Consulibus Octavius adjunctus est cum Proconsulari dignitate) *iterumque Pompeji & Cæsaris bello.* Clarius PLUTARCHUS in *Cæsare* p. 470: τῶν δὲ θείων, ὅ, τε μέγας κομήτης (ἐφάνη γὰρ ἐπὶ νύκτας ἑπτὰ μετὰ τὴν Καίσαρος σφαγὴν διαπρεπὴς, εἶτα ἠφανίσθη), *ex cœlestibus grandis cometa, qui post Cæsaris necem eximie fulgens septem noctes apparuit, inde subductus est.*

Num. 50.

DIVUS JULIUS. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus.

Idem prorsus est cum præcedente, nisi quod *Caput* ejus *laurea redimitum* spectetur.

Num. 51.

Caput Cæsaris laureatum lævam versus, ad verticem ejus stella.

Hic *super vertice stella* ipsius conspicitur, in aliis *ante frontem*, in aliis *post cervicem*, in omnibus *cometa* designatur, quæ non solum *aurea simulacro ejus æreo in vertice* addita fuit in *Veneris Genetricis templo*; sed & à successore Augusto *iconi ejus in nummis adjecta est. LUDOVICUS NONNIUS* equidem, suimet oblitus, (76) in *Commentario* ad nummos Cæsaris *Goltzianos* pag. 35. *Veneris stellam* existimat, in honorem scilicet Cæsaris, qui à *Venere* se ortum ducere, gloriabatur; Sed nostro judicio *Cæsaris astrum*, sive *cometam*, potius reputamus, quem *SUETONIUS* digito quasi ostendit, scribens capite 88: *Siquidem ludis, quos primo consecratos ei hæres Augustus* (Apollonia reversus) *edebat, STELLA CRINITA per septem dies continuos fulsit, exoriens circa undecimam horam: Creditumque est, ANIMAM esse CAESARIS, in COELUM RECEPTI, & hac de causa SIMULACRO EJUS IN VERTICE ADDITUR STELLA.* Ad Suetonii prorsus sententiam (uti præcedenti jam numero adnotavimus) & hoc tradit *DIO* Lib. XLIV. p. 273. Ἐπεὶ μέν τοι ἄστρον τι παρὰ πάσας τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἐκ τῆς ἄρκτου πρὸς ἑσπέραν ἀνεφάνη, καὶ αὐτὸ κομήτην τέ τινων καλούντων, καὶ προσημαίνειν οἷά που εἴωθε λεγόντων, οἱ πολλοὶ τοῦτο μὲν ἐπίστευον· τῷ δὲ Καίσαρι αὐτὸ, ὡς καὶ ἀποθανατισμένῳ, καὶ ἐς τὸν τῶν ἄστρων ἀριθμὸν συγκατειλεγμένῳ, ἀνετίθεσαν. θαρσήσας, χαλκοῦν αὐτὸν ἐς τὸ Ἀφροδίσιον, ἀστέρα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα ἔστησεν. *Ceterùm STELLA quædam quotidie ex Septentrione versus occasum apparuit* (alia versio: inter septentrionem & occasum) *eamque cometen vocantes nonnulli, ea portendere dicebant, quæ aliàs hujusmodi signum sequi consuevissent. Creditum quidem hoc à plebe est, sed tamen CAESARI EAM, IMMORTALITATEM nimirum JAM ADEPTO, inque SIDERUM NUMERUM ALLECTO, SACRAM esse dixerunt. Ea re Cæsar* (Augustus) *animo jam confirmato, statuam patris æream, cum STELLA SUPRA CAPUT, in Veneris Templo posuit. PLINIUS* Lib. II. c. 25. p. 38. inter alia, Augustum Cæsarem ipsum de ista ita loquentem introducit: *Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romæ, admodum faustus Divo Augusto judicatus ab ipso: qui incipiente eo, apparuit ludis, quos faciebat VENERI GENETRICI, non multo post obitum patris Cæsaris, in collegio ab eo instituto. Namque his verbis id gaudium prodidit: IIS IPSIS LUDORUM MEORUM DIEBUS*, SIDUS CRINITUM *PER SEPTEM DIES IN REGIONE COELI, QUÆ SUB SEPTENTRIONIBUS EST, CONSPECTUM. ID ORIEBATUR CIRCA UNDECIMAM HORAM DIEI, CLARUMQUE ET OMNIBUS* (è) *TERRIS CONSPICUUM FUIT. EO SIDERE SIGNIFICARI VULGUS CREDIDIT, CÆSARIS ANIMAM INTER* DEORUM IMMORTALIUM NUMINA *RECEPTAM: QUO NOMINE* ID INSIGNE SIMULACRO CAPITIS EJUS, *QUOD MOX IN FORO CONSECRAVIMUS, ADJECTUM EST. Hæc ille in publicum, interiore gaudio sibi illum natum, seque in eo nasci interpretatus est: &, si verum fatemur, salutare id terris fuit.* Et *BÆBIUS MACER: Circa boram octavam stella amplissima, quasi lemniscalis corona orta est, quam quidam ad illustrandam gloriam Cæsaris juvenis pertinere existimabant. Ipse animam patris sui esse voluit, eique in Capitolio statuam, cujus* CAPITI AUREA STELLA IMPOSITA, *locavit. Inscriptum in basi fuit:* ΚΑΙΣΑΡΙ ΗΜΙΘΕΩ. *Sed Vulcanius, haruspex, in concione dixit cometam esse, quod significaret exitum sæculi noni & ingressum decimi. Sed quod, invitis Diis, secreta rerum pronunciaret, statim se esse moriturum, &, nondum finita oratione, in ipsa concione concidit.* Locum & ipsum, quo fulserit olim *Cæsaris astrum*, determinare videtur *PLINIUS* Lib. II. cap. 70. p. 82: scribens: *Septentriones non cernit Troglodytice, & confinis Ægyptus: nec Canopum Italia, &, quem vocant, Berenices crinem; item quem sub Divo Augusto cognominavere CAESARIS THRONON, insignes ibi stellas. Poëtarum* vero turbam hic si admittere velimus, plenis buccis *Divinitatem* ejus decantabunt. Auscultabimus saltem aliquos. *OVIDIUS* de ista omnium optime Lib. XV. Metam. v. 844:

Constitit alma Venus, nulli cernenda, suique
Cæsaris eripuit membris, nec in aëra solvi
Passa recentem animam, cœlestibus intulit astris.
Dumque tulit, lucem capere atque ignescere sensit,
Emisitque sinu; simul evolat altius illa,
Flammiferumque trahens spatioso limite CRINEM,
STELLA MICAT.

Idem *Jovem* Venerem, filiam, sistit, ita Lib. XV. *Metamorph.* v. 318. alloquentem:

Ut DEUS, accedat cœlo, templisque colatur
Tu facies, natusque tuus, (Octavius) *qui nominis hæres,*
Impositum feret unus onus, cæsique parentis
Nos in bella suos fortissimus ultor habebit.

Dixerat autem ante versu 746:

Hic tamen accessit delubris advena nostris,
CAESAR in urbe sua DEUS est, quem, Marte togaque,
Præcipuum, non bella magis finita triumphis.

Res-

(76) Scripserat autem p. 321. idem ante: *Pone caput stella, quæ diversa est à Cometa illo, qui vertici ejus appingitur.* Pauloque post: *Accedit, quod in nummis non spectatur Cometæ typus cum crinibus, nisi post Cæsaris mortem, quod DIVI inscriptio declarat.*

Resque domi gestæ, properataque gloria rerum,
In SIDUS VERTERE NOVUM STELLAMQUE COMANTEM.

VIRGILIUS Ecloga V. v. 56.

Candidus insuetum miratur limen Olympi,
Sub pedibusque videt nubes, & sidera Daphnis.

Quæ verba, teste *JOSEPHO SCALIGERO* in Animadversionibus ad Eusebium p. 143. *Julii Cæsaris* ἀποθέωσιν respiciunt. Iterumque *Ecloga* IX: 19.

Ecce DIONAEI processit CAESARIS ASTRUM.

Ac Lib. VIII. *Æneidos* vers. 681.

Patriumque aperitur vertice sidus.

Et in *Culice* hocce *Julium Sidus* sic decantat v. 36.

Et tu, sancte puer, venerabilis, & tibi certet
Gloria, perpetuum lucis mansura per ævum,
Et tibi sede pia maneat locus, & tibi sospes
Debita felices memoretur vita per annos
Grata bonis lucens.

Itemque *HORATIUS* Odar. I. XII. 47.

—— —— micat inter omnes
Julium Sidus, velut inter ignes
Luna minores.

Notumque est *Epigramma:*

Καῖσαρ δ' ἐγγὺς ἔλαμπεν Ἰούλιος.

hoc est:

Cæsar vero Julius prope lucebat.

Porro *PROPERTIUS* Lib. IV. VI.

At Pater Idalio miratus Cæsar ab astro
Sum Deus, & nostri sanguinis ista fides.

SILIUS:

—— —— ille DEŪM GENS
Stelligerum attollens apicem, Trojanus Julo
Cæsar avo.

MANILIUS Anth. Epigr. Lib. I. Ep. 17.

Ille etiam cœlo genitus, cœloque receptus.

Et Lib. IV. v. 948.

Jam facit ipse Deos, mittitque ad sidera Numen
Majus & Augusto crescit sub Principe cœlum.

Novimus nunc ergo, cur apud *VALERIUM MAXIMUM* Lib. I. c. 8. exemp. 8. Parricida *Cassius* hanc reprehensionem tulerit: *Non occideras tu quidem, Cassi, Cæsarem; neque enim extingui ulla DIVINITAS potest; sed, mortali adhuc corpore utentem violando, meruisti, ut infestum haberes DEUM.*

NUM. 52.

DIVI JULI. Caput Cæsaris laureatum lævam versus.

Cum *hoc* in *omnibus* cum capite N. 49. & 50. *conveniat*, nisi quod *casu* Grammatico, saltem differat *titulus*, ad sequentia transeamus.

NUM. 53.

DIVI JULI. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus, à tergo lituus.

Quæ hic explicationis loco afferri poterant, B. L. N. 1. Tab. I. & N. 49. & 50. Tab. II. deprehendet. De *lituo* Tab. I. n. 6. dictum est, & hoc solum observamus, *lituum* etiam in *iis nummis* offendi, qui *Cæsare jam consecrato*, cusi fuere, quod istius *sacerdotii dignitatis singulare argumentum* reputamus.

NUM. 54.

DIVI JULI. Caput Cæsaris laureatum dextram versus, à tergo lituus.

Solo cum *positu literarum* ab antecedente recedat, quod eidem immoremur, causæ nihil est.

NUM. 55.

Cajus JULIUS CAESar. IMPerator COnSul III. (Tertio) Caput Cæsaris nudum lævam versus.

De *Prænomine Caji.* N. 30. T. I.; *de nomine JULII* infra Tab. III. n. 5. plenius agemus; de *cognomine CAESARIS ad* N. 12. Tab. I; de *appellatione IMPERATORIS* N. 14. T. I. *de officio* CONSULATUS N. 37. Tab. II; de *capitis ejus physiognomia* N. 1. T. I; deque *ejus nuditate* N. 49. præfati sumus, ut quod amplius moneamus, superfit nihil, excepto hoc unico, quod *Consulatum suum TERTIUM* A. V. C. $\frac{707}{8}$ cum *M. Lepido gesserit*, quod supra jam etiam N. 37. monuisse, recordamur, *hicque* (Tertius Consulatus) post *mortem* (in nummis restitutis Trajani) cum primis *impressus sit*, quod *alios titulo tenus*, ipso monente *SUETONIO*, *gesserit*, *Dictaturæ potestate decretæ contentus*, & postea, ob *victorias*, cum *Consulatibus* simul *dignitates alias conjunxerit.*

NUM. 56.

DIVO JULIO. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus, ante frontem stella.

De *omnibus* dictum est ad N. 49.

NUM. 57.

DIVOS JULIUS. Caput Cæsaris laureatum lævam versus.

Omnia ad N. 49. dicta jam sunt. In eo tamen *diversitas* adhuc *quædam* residet, quod ibi *DIVUS* legamus, hic *DIVOS*, quod verò nulla alia ex ratione contigisse scimus, quam quod *Literæ V. & O.* olim frequentius fuerint permutatæ, id tradente etiam *QUINTILIANO* Lib. I. c. 4. cujus crebra insuper in *marmoribus & nummis* sunt exempla, v. g. JULIOS ÆGYPTOS, VOLTEIA, VOLCANO, CONSOLES, HERCOLI, pro: *Ægyptus*, *Vulteja*, *Vulcano*, *Consules*, *Herculi*, probè id observante *Illustriss. Spanhemio in elegantissimo suo de Præstantia & Usu Numism. Libro* p. 78. & novæ edit. p. 121. DIVOS AUGUSTUS infra occurret quoque in Augusto, Tab. VIII. N. 249.

NUM. 58.

DIVUS JULIUS. Caput Cæsaris laureatum lævam versus.

Omnia N. 49. & 50. jam attigimus.

NUM. 59.

DIVUS JULIUS. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, ad frontem stella.

Jam monuimus N. 51, quod *stella Cæsaris*, de qua ibi fusius, *ante frontem* etiam reperiatur in nummis, quod *hoc capite* comprobatum nunc damus, de cæteris jam dictum.

NUM. 60.

DIVUS JULIUS. Caput Cæsaris laureatum dextram versus, ad frontem stella.

Idem per omnia est cum *præcedente*, nisi quod *positus capitis & literarum* saltem differat. Hinc pergimus ad

NUM. 61.

DIVO JULIO. Caput Cæsaris laureatum sinistram versus, ante lituus, pone stella.

De *capite* N. 1. egimus, deque *Lituo* N. 6. in *quo* saltem hoc attendimus, quod etiam in *numinis ejus*, *jam consecrati*, *conspiciatur*. *Stellam*, quam *cometen* reputamus, quamque ἀποθεώσεως *Cæsaris signum* populus dixit, N. 51, uberius jam demonstratam dedimus.

NUM. 62.

DIVO JULIO. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus, supra verticem stella crinita.

Quæ hîc ad explicationem facere possunt, invenies N. 49.

NUM. 63.

DIVUS JULIUS. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, ad frontem stella.

Explicationem hujus N. 49. deprehendes.

NUM. 64.

Caput Cæsaris laureatum lævam versus, supra verticem stella.

Quod hic moneamus, nihil est, cum N. 1. & 49. omnia attigerimus.

NUM. 65.

DIVO JULIO. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, ad frontem stella.

Cum Caput hoc in omnibus conveniat cum *eo*, *quod* N. 56. *exhibuimus*, nisi quod *alius* saltem *literarum sit positus*, eo B. L. amandamus.

NUM. 66.

ΚΑΙΣΑΡ (*Cæsar*) *Caput Cæsaris laureatum, lævam versus.*

Caput N. 1. descripsimus; vocem *Cæsaris* N. 12. attigimus, de qua monuisse sufficiat, quod à *Græcè loquentibus Populis* retenta fuerit perinde ac *vox* ΔΟΥΚΤΑΤΩΡΟΣ.

NUM. 67.

Γάϊος ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΥΠΑΤΟΣ Β. (*Cajus Cæsar Imperator Consul iterum, sive II.*) *Caput Cæsaris laureatum lævam versus.*

De *prænomine Caji* T. I. n. 30; de voce *Cæsaris* n. 12. ibidem; de titulo *Imperatoris* n. 14. multi jam fuimus, restat dignitas *Consulatus secundi*, quæ in hoc capite obsignata est. Nempe rebus in *Hispania ulteriori* feliciter contra *Varronem* gestis, *ipsoque* Romæ à *M. Lepido*, *Prætore*, Comitiorum habendorum, ac feriarum Latinarum causa, *Dictatore renunciato*, *Sicilia* dehinc à C. Curione recepta, in Urbem reversus est ac *Dictaturam* non solum iniit, sed & A. $\frac{705}{6}$ *Consulem*

se,

ſe, & *P. Servilium Iſauricum* deſignavit. In majorem fidem ipſos adducimus *Faſtos*, à *GOLZIO* ex parte publicatos p. 201.

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. DICT.
SINE MAG. EQ.
C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR II. P. SERVILIVS P. F. C. N.
VATIA ISAVRICVS.

Siſtit quoque hoc Caput *H. GOLZIUS* Tab. II. N. 20.

Num. 68.

DIVOS JULIUS DIVI Filius. Capita Julii & Auguſti frontibus oppoſitis, illius laureatum, hujus nudum.

Divos apud Veteres frequentius occurrere pro *Divus*, perinde ac *Ægyptos* pro *Ægyptus*, *Volteja* pro *Vulteja*, *Volcanus* pro *Vulcanus*, *Conſoles* pro *Conſules*, *Hercoles* pro *Hercules*, ſupra ad h. Tab. N. 57. jam monuimus. *Typum* hunc eſſe *poſt fata* cuſum, non ſolum *DIVI elogium* arguit; ſed & quod *Filius* & *Succeſſor* cum *Patre adoptatore* in nummo compareat, quod ipſum ſimul *Auguſtus in honorem ſuum* vertere ſciebat, ac ſibi exinde majorem apud populum Romanum *auctoritatem conciliare*. *Divi* vero *Filium* ſe nominat, quod à *Cæſare hæres* per *Teſtamentum* eſſet conſtitutus, de quo *SUETONIUS* in vita Cæſaris c. 83: *Sed noviſſimo teſtamento tres inſtituit hæredes ſororum nepotes, Cajum Octavium ex dodrante, & L. Pinarium & Q. Pedium ex quadrante, reliquos in ima cæra. C. Octavium etiam in Familiam, nomenque adoptavit.* Et in vita Auguſti, poſtquam *Octavii nomina & cognomina* recenſuiſſet, *poſt Thurini cognomen C. CAESARIS & deinde Auguſti quoque cognomen aſſumſit.*

Num. 69.

Cajus CAESAR COnSul TERtium. Caput Cæſaris laureatum ac velatum lævam verſus.

De prænomine *Caji* n. 30. de cognomine *Cæſaris* n. 12. de ejus *laureato* capite n. 1. de *velato* n. 9. multi jam fuimus. Nil reſtat, niſi quod *Conſul tertium* in averſa hac nominetur. Ubi monuiſſe ſufficiat, hunc *tertium Conſulatum* cum *Marco Lepido* A. V. C. $\frac{707}{8}$ geſſiſſe. Ubi lepidam ſaltem figuram in *Ænea Vico* notes, qui hoc caput in aureis quaſi *cucullo* circumdato effinxit, ex quo poſtea veluti ſingulare *veſtimenti genus* obſervavit *CUPERUS* in *Homeri Apotheoſi* p. 142. ſcribens: *In ultimo ſegmento marmoris MNHMH induitur veſtimentum exterius, paulo infra genua deſcendens, undique concluſum, ſyrma habens, & CUCULLUM, qualis etiam occurrit in Cæſaris nummo, quem vulgavit Æneas Vicus.*

TABULA III.

EXHIBENS

NUMISMATA C. JULII CÆSARIS

AUREA, ET EX PARTE ARGENTEA.

Num. 1.

DIVUS JULIUS. Caput Cæſaris laureatum, lævam verſus, pone lituus, uti Tab. II. N. 48.

LEPIDUS PONTIFEX MAXImus. Caput Lepidi nudum lævam verſus, ante lituus, pone ſimpulum.

Primò omnium adnotamus, *aurea Julii Cæſaris numiſmata, eſſe rara.* (1) Quod vero nummum ipſum attinet, *Marcus Lepidus*, magnam ex *Triumviratu* famam in Hiſtoria Romana adeptus, ex *Familia Patritia Æmiliorum erat, majorum Gentium, Albanoque* oriunda, cujus originem *FESTUS POMPEJUS* hiſce tradit: *Æmiliam Gentem appellatam dicunt à Mamerco, Pythagoræ, Philoſophi, filio: cui propter unicam humanitatem cognomen fuerit Æmilos.* Et *PLUTARCHUS* in *Numa*: Ἀπ' ἐκείνου δὲ καὶ τὸν Αἰμυλίων οἶκον ἀναμιχθέντα τοῖς Πατρικίοις ὀνομασθῆναι φασὶν ἔτως, ὑποκοριζομένου τοῦ βασιλέως τὸ ἐν τοῖς λόγοις τοῦ ἀνδρὸς αἱμύλιον καὶ χάριν, *ab illo Æmiliam quoque gentem, Patriciis inſertam, nomen referunt traxiſſe, Regemque blando eo nomine expreſſiſſe illius in dicendo lepores & venuſtatem. Alii* quod ab *Aſcanio deſcendat, qui duos habuit filios, Julum & Æmilon.* De *Lepidi* autem *cognomine* audiamus *ANT. AUGUSTINUM* Libro de *Familiis Romanor.* ita exiſtimantem: *De Lepidi cognomine non reticebo, videri eo voluiſſe exprimere, quid Æmilii nomine ſignificaretur, ut cum familia dicitur Æmilia, à voce* αἱμυλίας, id eſt: LEPÔRE, idem LATINE exprimere voluit. *Filius* fuit *M. Æmilii Lepidi*, Q. F. M. N. Pro-

(1) *Ludov. Savotus* de Nummis antiquis p. 1302.

N. *Prætoris Provincialis* A. V. C. DCXXXVIII, cum *Q. Catulo* A. V. C. DCLXXVI. *Consulis*, *qui cum huic suo collegæ contrarius esset ac Syllæ acta conaretur rescindere*, *bellum eo* ipso *movit*, sed Catulo inferior, in Sardiniam cogebatur se recipere, ubi tabe confectus obiit, *tradente APPIANO*, Lib. I. Bellor. Civilium, p. 416. 418. *Marcus verò Lepidus ejusdem filius*, *qui hujus loci est*, *Ædilis curulis* Magistratum gessit cum *M. Claudio Marcello* A. V. C. $\frac{701}{2}$ ac *Dianæ templum in Aventino monte Romæ ex S. C. restituit*, (2) *Prætor A.* $\frac{704}{5}$ *factus Urbanus à partibus Cæsaris steterat*, & debellatis *Pompejanis*, *ipsum absentem Dictatorem*, *quasi intestinæ seditionis causa*, inusitato exemplo, *lege* ad populum *promulgata*, *dici curaverat*, (3) quod *Consulum* alias esse solebat, ceu supra N. 26. jam monuimus: ante à *Cæsare* vicissim *Præfectus Urbis*, (4) (qui *extraordinarius* erat *Magistratus*, & tantum quando *singulariter illo opus* erat, & *Consul ab Urbe* abesset, *nominabatur à Consule*) *constitutus*, cum, fugato *Pompeji* exercitu, *Romam* occupâsset, rebusque ibi constitutis, in *Hispaniam* tenderet. Posthinc A. $\frac{704}{5}$. *Hispaniam citeriorem* obtinuit, eo à Cæsare missus, de quo *DIO* Lib. XLIII. (5) legendus, deque qua anno subsequente DCCV. *Triumphum egisse* pariter *DIO* memorat, ex quo postea & *Imperator* nominatus est, *attestantibus* id clarissimè inter alia *nummis*. Sequenti anno $\frac{707}{8}$. *Consul ipse factus* cum *C. Cæsare*, *III. Consule*, in *quarta & quinta Dictatura Magister Equitum* (6) ab ipso creatus. *A Cæsare* A. $\frac{709}{10}$ *Galliam Narbonensem* & *Hispaniam finitimam* (7) acceperat, sed, *illo occiso*, *M. Antonius hoc anno Consul cum ipso*, *ejusdem* formidans *potentiam*, (8) pacta societate, *filiam suam Lepidi filio* in matrimonium collocat, ipsumque *Lepidum* Patrem, *Pontificem Maximum* constituit (9) & quo facilius hoc consequeretur, *Pontificis Max. electionem à Populo ad Pontificum Collegium* trànstulit; *illo* etiam contra Majorum instituta *initiato*, autore *DIONE* Libro XLIV. p. 268. qui ita: *Cumque Lepidus multum potentia valeret*, *eumque Antonius magnoperè metueret*, *filiam suam Lepidi filio nuptum dedit*, *ipsumque patrem Lepidum*, *Pontificem Maximum*, *ne in ipsius actiones inquireret*, *constituit*. (Καὶ ἀρχιερέα αὐτὸν ἀποδειχθῆναι παρεσκεύασεν, ἵνα μηδὲν ὧν ἔπραττε πολυπραγμονοίη) *Quod ut facilius efficeret*, *Pontificis Maximi electionem à populo ad Pontifices iterum transtulit*, *per eosque Lepidum*, *omnibus ferè majorum institutis neglectis*, *initiavit*, *cum ipse id sacerdotium obtinere potuisset*. *APPIANUS* Lib. II. *de Bello Civili*, ejusdem sacerdotii sic meminit: Καὶ ὁ Λέπιδος ᾑρεῖτο ἀντὶ τοῦ Καίσαρος ἱερωσύνην, *Lepidus in Cæsaris mortui locum Pontifex Maximus factus est*. Anno $\frac{710}{11}$ *Triumvir Reipublicæ constituendæ* cum *M. Antonio* & *C. Cæsare Octaviano* imperium *in quinquennium* æqua potestate V. Kal. Dec. suscepit, multis Senatoribus equitibusque Romanis, in quibus & *Paulus Lepidus* (10) ejus frater erat, proscriptis. *Antonius* dehinc & *Octavius Brutum* & *Cassium* in Macedonia oppugnantes, *Lepido* Urbem permisere, teste PLUTARCHO. (11) *Proconsuli* ex *citeriori Hispania* denuo *triumphus* à Senatu decretus fuit, quod *bellum sine sanguine* confecisset, & *S. Pompejum* populo Romano reconciliasset. Anno V. C. $\frac{711}{12}$ *Consulatum* iterum (12) *cum L. Munacio Planco* gerens, rursus *Triumvir* in *alterum quinquennium* constitutus est, ac *diviso* in Triumviratu *Imperio*, Provinciæ *Africæ* administratio *ipsi* obtigit, sic volente *Augusto*, & referente *DIONE* Lib. XLVIII. (13) Sed multa contra *Octavianum* machinans, (14) ab hoc, *debellato S. Pompejo*, *omni dignitate privatus*, *exercituque ademto*, *Circejos in perpetuum relegatus* fuit, de quo *VELLEJUS PATERCULUS* Lib. II. c. 80. p. m. 73. hunc in modum. *Quippe cum inermis & lacernatus esset* (Cæsar) *præter nomen nihil trahens*, *ingressus castra Lepidi*, *evitatis*, *quæ jussu hominis pravissimi tela in eum jacta erant*, *cum lacerna ejus perforata esset lancea*, *aquilam legionis rapere ausus est*. *Scires*, *quid interesset inter duces*; *armati inermem sequuti sunt*, *decimoque anno*, *quum ad dissimillimam vitæ suæ potentiam pervenerat Lepidus*, & *à militibus* & *à fortuna desertus*, *pulloque velatus amiculo*, *inter ultimam confluentium ad Cæsarem turbam latens*, *genibus ejus advolutus est*. *Vita*, *rerumque suarum dominium concessa ei sunt*: *spoliata*, *quam tueri non poterat*, *dignitas*. *Pontificatus Maximus* ipsi mansit, quem *Augustus*, *illo vivente*, accipere noluit, (15) ipsius mortem exspectans, qui A. DCCXL. ipsi contigit, quod *SENECA* notavit Lib. I. *de Clementia*: *Ipsum Lepidum quam diu mori passus non est? per multos annos tulit ornamenta Principatus retinentem?*

(2) Testibus Fastis Golzianis Tab. 176. ubi nummus exhibetur, qui una ex parte refert caput Dianæ cum arcu & pharetra à tergo, & literis: EX S. C. ab altera Templum circumscriptum: M. LEPIDUS, M. MARCELLUS AEDiles CURules.

(3) CÆSAR L. II. Civ. *Tarracone discedit*, *pedibus Narbonem atque inde Massiliam pervenit*: *ibi legem de Dictatore latam*, *seseque Dictatorem dictum à M. LEPIDO*, *PRÆTORE*, *cognoscit*. DIO L. XLI. p. 170: *Dum Cæsar adhuc in itinere moratur*, *M. Æmilius Lepidus*, *is qui post modo triumvir factus est*, *PRÆTOR eo tempore*, *populo consuluit*, *ut Cæsarem DICTATOREM dicerent*: *idque more patrio statim factum est*.

(4) *PLUTARCHUS* in Antonio p. 918. *Cæsar Roma potitus*, *Lepidum PRÆTOREM URBI*, *Antonium*, *Tribunum plebis*, *legionibus & Italiæ præfecit*.

(5) DIO L. XLIII. p. 214. *Ut enim primum ab eo Dictator proditus fuit*, *statim eum ex PRÆTURA IN HISPANIAM CITERIOREM misit*, *reversoque triumphum*, *quum neque vicisset quemquam*, *neque omnino signis collatis dimicasset*, *concessit*. *APPIANUS*

(6) DIO Lib. XLIII. p. 240: *Ita in Antonii LEPIDIque locum duos alios*, *quemlibet seorsum*, *Magistros Equitum suffecit*.

(7) DIO Lib. XLIII. p. 240: *Lepido Galliam Narbonensem Hispaniamque finitimam ei provinciæ mandavit*.

(8) *Idem PLUTARCHUS* p. 923. Nam (Antonius) *in salutando appellavit patrem*, (Lepidum) *ac quamvis revera omnia in potestate sua haberet*, *nomen illi tamen & honorem non destitit conservare Imperatoris*.

(9) VELLEJUS PAT. L. II. c. 63. Marcus Lepidus, qui Pontifex Maximus in Caji Cæsaris locum furto creatus. Confer Dionem p. 531.

(10) VELLEJUS L. II. c. 67.

(11) P. 925. in *Antonio*: *Diviserunt etiam exercitum*, *proficiscentes ambo in Macedoniam*, *ad bellum Bruto & Cassio faciendum*. *LEPIDO urbem permisere*.

(12) DIO L. 47. p. 336: *M. Lepido iterum L. Planco Coss. iterum tabulæ proscriptionis propositæ sunt*.

(13) Pag. 369: *Lepidum moleste ferentem se sua imperii parte spoliari*, *in Africam misit*, *ut sibi eum eo amiciorem haberet*. Confer DIONEM Lib. II. c. 80.

(14) DIO Lib. LIV. p. 531: *LEPIDUM autem cum odio haberet*, & *aliis de causis*, & *quia filius ejus*, *perniciem ipsi machinatus* fuisse convictus pœnas dederat, tamen interficere nolens, alia tantum supra aliam ignominia affecit.

(15) DIO Lib. LIIII. p. 531: *Qui* (Augustus) *sane cum sæpenumero & privatim & publico judicio hoc sibi sacerdotium* (*Pontificis Maximi*) *expetiisset*, *non censuit tamen id*, *vivo Lepido*, *occupandum*.

tem? & *PONTIFICATUM MAXIMUM, non, nisi mortuo illo, transferri in se passus est: maluit enim illum honorem vocari, quam spolium. Filius* ejus conspirationis suspectus à *Cajo Mæcenate* exstinctus est. [16] Hunc *nummum*, præter quod in *GOLTZII* nummis *Cæsaris*, vel potius *Lepidi*, Tab. 26. n. 23. *compareat*, non memini apud quemquam alias vidisse, & ex *inscriptione*, qua PONTIFEX MAXIMUS dicitur, & ex *adversa*, qua *Julii Cæsaris caput* cum *lituo* & *elogio DIVI* exhibetur, apparet, eum post *Cæsaris* mortem à *M. Lepido*, *Triumviro* & PONTIFICE MAXIMO (ut perigraphe nummi habet, additaque symbola *lituus* & *simpulum* arguunt) *M. Antonii* favore facto, in *memoriam ejus* simulque *suæ ipsius gloriæ augmentum*, quod *illum DIVUM antecessorem* (prodente hoc nobis supra clarissimè *APPIANO*) *nunc habeat*, quo antea ut *collegâ* in *Consulatu jactare sese quoque potuerat. Pridie ante Cæsaris mortem* adhuc *cum eo* cœnâsse, ipse testatur *SUETONIUS* cap. 87: *Pridie*, inquiens, *quam occideretur, in sermone nato super cœnam apud M. Lepidum, quisnam esset finis vitæ commodissimus, repentinum, inopinatumque prætulerat.* Quod & *PLUTARCHUS* iisdem propemodum verbis repetit in *vita Cæsaris* p. 737.

Num. 2.

***CAESAR DICTator PERPETUO.* Caput Cæsaris laureatum dextram versus, uti Tab. II. n. 40. vel**

***CAESAR DICTator PERPETUO.* Caput Julii laureatum lævam versus, uti Tab. II. n. 41.**

***Lucius BUCA.* Fasces & caduceus decussatim positi, supra Orbis, infra securis, ad latus duæ dextræ junctæ.**

De *una facie* jam dictum est ad Tab. II. n. 40. Hic *Lucius Æmilius Buca*, L. Æmilii Bucæ, qui sub Sulla Quæstor fuit, filius, *IIIIVir Monetalis* à *Julio Cæsare* factus est, ceu totidem verbis eum sistunt *nummi* apud *URSINUM* & *PATINUM* in Gente *ÆMILIA* Tab. III. itemque *I. VALENTEM* in eadem: L. ÆMILIUS BUCA IIII. VIR. Siquidem *is*, affirmante *SUETONIO*, cap. 41: *Senatum supplevit, Patricios allegit, Prætorum, Ædilium, Quæstorum, minorum etiam Magistratuum numerum ampliavit; Prætoribus* nempe XVI, factis, *Ædilibus* VI, *Quæstoribus* XL, ut refert *DIO* Lib. XLIII: [17] *Aliam etenim*, pergit *Dio*, *rationem nullam habebat, præstandi illa omnia, quæ operam* suam in civili bello præstantibus multis multa promiserat; ut nempe omnes sibi faventiores redderet, id clarè etiam prodente *PLUTARCHO* in *Cæsare* p. 709: *Usque adeo movit populum* (Cæsar) *ut NOVOS MAGISTRATUS, NOVOS HONORES quisque quæreret, quibus illum remuneraret. Minores* autem *Magistratus* erant illi, quorum *minora* erant *auspicia*, hoc est minus rata; illi vero, quorum majora, magisque rata erant, *Consules*, *Prætores*, *Censores* erant & *majores Magistratus* dicebantur, ex *Messala Augure* tradente *A. GELLIO* Noct. Attic. XIII. 15. & *PAULO MANUTIO in Libro de Senatu Romano* c. 9. p. 921. F. *Minoribus Magistratibus præter Ædiles curules*, *Ædiles plebis*, *Quæstores*, *Tribunos plebis* adnumerabantur *III, Viri Monetales*, sic dicti, quod *tres* tantum monetæ cudendæ præfecti essent, quorum auxit numerum, & *quatuor* edixit; exinde *IIII Viri* appellati, idque factum est anno $\frac{708}{9}$ cum *Triumphum Cæsar* egisset *de Africa*; ac anno superiore $\frac{707}{8}$. *Dictaturam III.* inivisset. Horum IIII Virorum exempla habemus ex Gente *Mettia* in *M. Mettio*, *Mussidia* in *L. Mussidio Longo*; *Flaminia* in *L. Flaminio*; *Cossutia*, in *C. Cossutio Maridiano*; *Sepullia*, in *P. Sepullio Macro*; *Vibia* in *C. Vibio Varo*, & fortè aliis. *FULVIUS URSINUS* ex *Asconii Pediani Commentario in Orat. Ciceronis pro M. Scauro* meminit hujus *L. Bucæ*, quod *Scauro* reo adfuerit in Senatu, hisce: *Ad genua judicum cum sententiæ ferrentur, bifariam se diviserunt, qui pro eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipse, & M. Glabrio, sororis filius, & Paulus & P. Lentulus, Lentuli Nigri, Flaminis filius, & L. Æmilius Buca filius, & C. Memmius, Fausto* natus, supplicaverunt; *Ex altera* &c. Sed nunc ad nummi impressas imagines & symbola. *FASCES* verò, (qui *ANDREÆ SCHOTTO virga ex fascibus* audit, *ALBERTO* verò *RUBENIO* in Commentario *ad Nummos Arschotanos* p. 5. *fortè palma* est, quæ in adesis vetustate nummis haud plene videri potuit; *aliis*, sed minus rectè, *calamus*; & *auctore PLINIO*, Lib. XVII. c. 18. ex *betula arbore fieri solebant*) [18] cum *legum* & *justitiæ administrationem*; CADUCEUS *pacem* Reipublicæ procuratam, SECURIS victimaria *sacrificia* & *religionem*, (*Pedrusius Pontificatus honorem* conjicit) Junctæ DEXTRÆ *concordiam* ac *fidem*, GLOBUS *orbem terrarum*, [19] communiter designare soleant, quid inde aliud sequitur, quam ut CAESAREM, nunc rerum potitum, & DICTATOREM PERPETUUM, (ut *altera nummi facies* eundem prodit) *Populo Romano imperium Orbis terrarum sibi delatum, religione, justitia & concordia cum Senatu, florentissimum daturum esse*, (quod & ipse *Cæsar* in *sua Oratione ad Senatum*, teste *DIONE* Lib. XLIII. [20] promiserat) indicare voluisse *L. Æmilium Bucam*, tunc *IIII Virum rei monetariæ*, hoc ipso numismate. Et observatione oppidò dignum est, à *L. Æmilio Buca* nominari *Dictatorem perpetuum*, eò, quod *hoc ipso anno* ille *Dictaturam IV.* inierat, & *cum ipsa quasi perpetuam*, clare id prodentem haud adprobare possumus.

(16) VELLEJUS L. II. c. 88.

(17) P. 237 Sed Prætores *quatuordecim*, quadraginta Quæstores facti sunt. p. 238: Anno sequenti (710.) sedecim Prætores adfuerunt. P. 279. Eodem anno primum sex Ædiles sunt constituti &c.

(18) *Betula* (inquiens) *Gallica arbor, mirabili candore atque tenuitate, terribilis Magistratuum virgis.*

(19) *PAOLO PEDRUSI* per *Globum*, symbolum (juxta PIERIUM VALERIUM Lib. XXXIX: Hierogl.) *æternitatis, mavult perpetuam ejus intelligere Dictaturam*, & per *Globum* autoritatem in susceptis Magistratibus, quod ta-

(20) p. 222: *Non profecto ut dominium in vos, sed ut tutelam vestrûm geram: neque tyrannus, sed dux ut sim, ita ut in omnibus iis, quæ vestra causa sunt agenda, & Consul Dictatorque; in lædendo autem quopiam privati loco sim. —— Proinde continuatis animis —— mutuo amore nos invicem tanquam novos cives complectamur, ut & vos me tanquam patris loco accipientes, metu factorum pulso, meæ prudentiæ procurationisque vestrum fructus capiatis: ego vos liberorum instar paterna cura tuear.*

dente *DIONE* Libro XLIII: *At cum hoc anno* $\frac{708}{9}$ *Dictatura illi fuiſſet decreta, non ut ad tempus rempublicam conſtitueret, ſed ut quamdiu viveret, poteſtate DICTATORIA regeret, & adminiſtraret, quare à L. BUCA dictus eſt DICTATOR PERPETUO.* Quid clarius & cum nummo magis conſentaneum potuiſſet dici aut afferri modo in medium. Afferunt præterea hunc nummum *HUBERTUS GOLTZIUS* Tab. XVI. n. 21. *LUDOVICUS NONNIUS* in recuſis Goltzianis Tab. XV. n. 21. *JOANNES HEMELARIUS in Theſauro Arſchotano* p. 3. & in *Cæſare* Tab. I. n. 7. & 8. *ALBERTUS RUBENIUS* in auctis *Croyjaci Princ. Numiſm.* T. III. n. 2. *ANTONIUS ZANTANUS* in aureis Tab. IV. n. 2. *in Cæſare.* Sed ut, neſcio quid, quod pro faſcibus exhibuerit. *PAOLO PEDRUSI* in libro, cui titulus: *il Ceſari in oro raccolti nel Muſeo Farneſe* T. I. N. III. ubi tamen ſaltem BUCA legitur, omiſſo *prænomine* Lucii, ſculptoris forte incuriâ.

Num. 3.

CAESAR DICTator. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone Præfericulum, uti Tab. I. n. 27.

Marcus ANTONius IMPerator. Caput M. Antonii nudum, pone lituus.

Unum ex *Triumviris, M. Æmilium Lepidum,* num. præcedenti jam] vidimus, nunc ad alterum, *M. Antonium* ſcilicet, devenimus, *utroque* tamen ſequiori tempore, *Auguſti prudentia*, Triumviratus ſede deturbato, ſibi ſoli imperio vindicato. Fuit autem hic ipſe *Antonius* ex familia nobiliſſima & *Patritia*, de qua *PLUTARCHUS* in *Antonio* p. 917. Ἦν δὲ καὶ λόγος παλαιὸς, Ἡρακλείδας εἶναι τοὺς Ἀντωνίους ἀπ᾽ Ἀντέωνος παιδὸς Ἡρακλέους γεγονότας, i. e. *Fuit enim vetus fama, ducere ab Hercule Antonios genus, atque eſſe ab Anteone, Herculis filio, prognatos. Patrem* acceperat *M. Antonium, Creticum, avum M. Antonium*, Oratorem, (21) à *Mario* interfectum, *duos* præterea *fratres*, magnarum rerum cupidos omnes. Ipſe *M. Antonius*, fax belli civilis, *natu* erat *major*, *Cajus* erat medius, tertius verò *Lucius Antonius.* Anno 713. teſte *DIONE* Lib. XLIX. p. 415. ridiculum egit *triumphum*, poſtea arma contra Auguſtum arripiens, ab illius Legatis Peruſiæ obſeſſus, fameque coactus, *Auguſto* ſe dedidit, veniamque ab eodem conſecutus eſt. *Juvenis* cum *patrem amiſiſſet*, ac vitrici *Cornelii Lentuli*, (non P. Lentuli, ut *Nonnius* p. 58. in *Cæſare* perperam reponit) curæ relictus eſſet, fiebat, ut primis ſtatim annis *infamia laborare* inciperet, culpâ imprimis *Clodii* & *Curionis*, qui poſterior *ipſum in vinum, luſtra, graves, profuſoſque ſumtus*, (ut loquitur *PLUTARCHUS* in Antonio p. 916.) *immerſerat.* (22) Ad *militiam juvenis* ſtatim cum applicaret animum, in eadem *aliqua fortuna*, uti videbatur, uſus eſt, atque cum *Gabinio, Proconſule*, in Syriam, ut *Præfectus equitum*, profectus, *Ariſtobulum* cum filio, pugnâ ſuperatos, *cepit*; ac in *Ægyptum* pergens, *equitatumque ducens*, *Peluſium*, amplam urbem, occupavit, *magnamque* exinde *nominis ſui famam* domum retulit, *vigore animi* non ſolum præſtans cæteris, ſed & *corporis robore*, (quod *facies* ejus non obſcurè heic etiam prodere videtur) alios antecellens. De *facie ejus*, quam heic inprimis attendere habemus, ſatis accuratè *PLUTARCHUS* p. 917: Προσῆν δὲ καὶ μορφῆς ἐλευθέριον ἀξίωμα, καὶ πώγων τις οὐκ ἀγεννὴς, καὶ πλάτος μετώπου, καὶ γρυπότης μυκτῆρος, ἐδόκει τοῖς γραφομένοις, καὶ πλαττομένοις Ἡρακλέους προσώποις ἐμφερὲς ἔχειν τὸ ἀρρενωπὸν, i. e. *FORMÆ quoque ei ingenua DIGNITAS fuit, & barba promiſſa* (vel, ut alii vertunt, *non indecora*, forteque *prioribus* etiam *ejus vitæ annis*, cum in nummis *imberbem* videamus) *frontisque amplitudo, & NASUS ADUNCUS, faciem virilem repræſentare pictis & ſculptis Herculis ſimulacris germanam videbatur.* (23) *Eam* ad artis regulas paulò curatius *examinatam JACOBUS SPONIUS* nobis prodit in *Diſſertatione* 24. *libri ſui, quem Recherches curieuſes d'antiquité inſcripſit*, agente de *utilitate quam ex nummis capere licet*, ratione *ſtudii in phyſiognomicis*, p. 365. *M. Antonius*, ſcribens, *in averſa nummi Cæſaris parte comparet, LONGO ac PLENIORE VULTU, MENTOQUE SCISSO, ac DUPLICI, quod hominem genio, gulæque indulgentem deſignat. Nihilominus NASUM habet AQUILINUM, quod equidem fortitudinis ſignum eſt, ſed amor, quo pulcherrimam Ægypti Reginam, Cleopatram, deperibat, vincebat ejusdem gloriam, ſuique caſus erat cauſa.* Sed ad reliqua ejus vitæ. *Cæſarem* in Gallias proficiſcentem ſecutus eſt, (*affinitate* ſiquidem *illum attingebat*, cum *mater* ipſius (24) *Julia* ex *Cæſarum familia*, ut *PLUTARCHUS* teſtatur in Antonio p. 916. oriunda eſſet) in *diſcordia Romanorum civili*, cum *optimates præſentem Pompejum* ſequerentur, *populares* armatum ex *Gallia* excirent *Cæſarem*, Antonii amicus, *Curio*, mutata ſententia, à *Cæſare* ſtans adjunxit eidem *Antonium*, ac cum multum *facundia* ad *plebem* poſſet, multaque profunderet, *præbente Cæſare*, ipſe (Cæſar) TRIBUNUM PLEBIS *Antonium*, mox *AUGUREM* creavit (δήμαρχον ἀπέδειξε τὸν Ἀντώνιον, εἶτα τῶν ἐπ᾽ οἰωνοῖς ἱερέων, οὓς Αὔγουρας καλοῦσιν referente iterum *PLUTARCHO in vita Antonii.* (25) *A. HIRTIUS* Lib. VIII. *de bello Gallico* tempus accepti hujus ſacerdotii ſic tradit: *Hunc* (Antonium) *etſi prius AUGUREM factum quam ITALIAM attingeret, in itinere audiverat: tamen non minus juſtam ſibi cauſam municipia & Colonias adeundi exiſtimavit, ut iis gratias ageret, quod frequentiam atque officium Antonio præſtitiſſent:* Huncque *Auguratum* ipſi A. $\frac{703}{4}$ contigiſſe, alii docent. *Civili bello exorto* inter *Cæſarem* & *Pompejum*, *Italiæ Præfectura* ipſi commiſſa fuit, de quo ita *PLUTARCHUS*, Pag. 918. *Cæſar repentino adventu Româ potitus, Pompejum exegit Italia*, Lepidum Prætorem urbi, *Antonium TRIBU-*

(21) PLUTARCHUS in *Antonio* p. 915. DIO Lib. XLV. p. 294: *Sed mori quemadmodum, avus* (Antonii) *ipſius, maluiſſet, quam quicquam facinoribus Cinnæ, à quo is interfectus, ſimile perpetrare.*

(22) Confer quæ refert de eo Cicero apud DIONEM L. XLV. p. 283.

(23) Depingit eam Cicero apud DIONEM L. XLV. p. 285: *Nimirum ut corpus tuum admirabile, obeſum illud & delicatum videremus.*

(24) Dum ſcribit: *Uxor ejus* (Antonii Cretici) *JULIA fuit ex Cæſarum familia*, &c.

(25) Pag. 917. Confer DIONEM Lib. XLI. p. 152. & 214.

BUNUM PLEBIS [26] *LEGIONIBUS & ITALIÆ præfecit.* (Ἀντωνίῳ δὲ δημαρχοῦντι, τὰ στρατεύματα καὶ τὴν Ἰταλίαν ἐπέτρεψεν.) *Cæſari* in *Macedonia* hærenti ſuccurrit, *Libonem* fudit, *Liſſum* cepit, *bis* in *fugam datum* Cæſaris *exercitum repreſſit*, inſtantes profligavit, magnumque adeo Cæſaris partibus pondus addidit. [27] *MAGISTER* debinc *EQUITUM* anno $\frac{706}{7}$ *à Cæſare*, tunc *nondum Prætor*, creatus eſt [28] cum iſte *Dictator* fuiſſet dictus, ejuſdemque *abſentis* vices ſuſtinuit, ac *Rempublicam*, cujus gratia iſtum titulum acceperat, *conſtituit*; & à *Cæſare* IMPERATOR, velut *Pompejus antea à Sylla*, renunciatus eſt, *non* autem *ob caput Catilinæ Romam allatum*, ut exiſtimat *MEDIOBARBUS*, cum iſtud *Cajus Antonius*, patruus ejus, fecerit. Egregiè in hanc rem *Dio* L. XLII. p. 197. *Ineunte hoc anno inſolens forma ac prope miſerabilis fuit urbis aſpectus, non habitis ante comitiis, ob Dictatoris abſentiam, præterquam Tribunorum plebis, nullis nec Conſulibus, nec Prætoribus principio anni ſolenniter magiſtratum ineuntibus. M. Antonius quidem veſte, (eam purpura prætextam habebat) atque lictoribus ſex uſus, Senatum convocando quandam ſpeciem popularis Reipublicæ ſtatus repræſentabat, armis tamen & militum præſidiis ſeptus, quum omnia fere ſolus obiret magiſtratuum munia, inſuetam tyrannidem præ ſe ferebat. Quumque ea Magiſtrum Equitum facere videret civitas, longè graviora à Cæſare, Dictatore ipſo, exſpectabat.* Cicero vero apud DIONEM L. XLV. p. 285: *Qui, proh Deos, proh terram, primum auſus fuit hoc in loco, intra moenia, in foro, in Curia, in Capitolio, veſtem purpura prætextam geſtare, ac ſimul gladio ſe accingere, idem lictoribus juxta & militum præſidio uti?* CONSULATUS etiam ipſi poſtea delatus eſt, [29] *Cæſarisque in Conſulatu V. collega* anno $\frac{709}{10}$ *factus*, *Dolabellam* ſibi, iſto exacto, ſuffecit, de quo ſupra in Cæſaris *Conſulatu V.* quædam jam nos attuliſſe, meminimus. *Occiſo* Cæſare, diſſimulatoque animi ſui dolore, *parricidas ejus acriter perſecutus* eſt, &, ut Patribus omnem de ſe ſuſpicionem affectatæ dominationis eximeret, de *tollenda funditus* è Republica *Dictatura* retulit: unde, omnium conſenſu, factum eſt in hanc rem *Senatus-Conſultum*, quod *Antonius* ipſe à ſe deſcriptum *domo attulerat.* Ipſo collaudato, traditisque *Legionibus*, eodem Senatus-Conſulto, *Macedonici exercitus*, *IMPERATOR iterum* ſive ſecundum appellatus eſt, accedente inprimis Legati ſui, *Ventidii*, *victoria de Parthis.* Poſt exactum *Plebis Tribunatum*, cum in *Macedoniam* Provinciam, ſibi decretam, ipſi abeundum eſſet, in *Galliam Ciſalpinam*, quam *D. Brutus* obtinebat, profectus, [30] ad obſidionem ejuſdem *Mutinæ* perrexit, [31] & prælio ibidem commiſſo, eundem ſuperavit. Sed cum ex *Senatus Conſulto Legati ad Antonium miſſi* eſſent, ac *ejuſdem* conditiones oblatæ ab ipſo *rejectæ*, & *Senatus reſponſa reprobata* eſſent, *hoſtis Reipublicæ*, *Cicerone* inprimis hoc urgente, [32] *declaratus fuit*, & bellum contra eum à *Conſulibus* decretum eſt. In gratiam verò cum Octaviano & Lepido rediens, in *agro Bononienſi* in parva Inſula *Triumvir in quinquennium Reipublicæ conſtituendæ gratia* cum *Lepido & Octaviano* factus eſt [33] *mutati* hujus *regiminis*, ac *Triumviratus*, *ipſe*, referente *PLUTARCHO*, *præcipua cauſa*, cum *Octaviano* non ſolum eſſet *annis major*, ſed & *Lepido potentior.* Provinciis exinde inter ſe partitis, *Lepido* cum *Hiſpania* omnis ac *Gallia Narbonenſis* addicta eſſet, *Antonio* reliqua *Gallia* manſit, nempè *Ciſalpina ac Tranſalpina.* Poſthinc in *bello Philippenſi* magnum conſecutus eſt nomen, ac inclinata *Octaviani* fortuna, ſolius *Antonii* virtute & conſilio *Caſſius* & *Brutus* præliis inferiores facti ſunt; repetenteque *Italiam Cæſare*, *Antonius* res *Orientis* compoſuit, primoque *Græciam* adiit, &, relicto in *Græcia Cenſorino*, in *Aſiam* transmiſit. *Triumviratu* in aliud *quinquennium continuato*, *Conſul* tamen deſignatus, dictusque eſt uſque in annum $\frac{719}{20}$. quo Kal. Januarii *Conſul. II.* factus eſt cum *L. Libone*, *quem* tamen 720, *Conſulatum* ſtatim depoſuit. [34] De hoc *DIO* L. 49. p. 414. *Hoc tempore Antonius eadem die & iniit Conſulatum, & depoſuit, ſubſtituto in locum ſuum L. Sempronio Atratino. Tertium* dehinc *Conſul* deſignatus [35] & ad *bellum Parthicum* profectus eſt, accerſitaque in *Ciliciam* ad cauſam dicendam Regina, *Cleopatra*, *plenus dedecore domum reverſus eſt*; ſiquidem Cleopatræ amoribus irretitus, *ſe totum vino & libidini* dederat, adeò, ut rumor eſſet, *Venerem ad ſalutem Aſiæ veniſſe ad Bacchum comeſſatum*, [36] mireque *hanc appellationem ipſi placuiſſe*, teſtes ſunt NUMMI, in quibus ſub *BACCHI* ſchemate repræſentari voluit, ac ſeſe ipſum *alterum Bacchum appellavit.* [37] Cumque *Athenienſes* ipſi inter reliquos honores & *Minervam* deſpondiſſent, *probare ſe id matrimonium*, dixit dotisque nomine quadragies ſeſtertium exegit [38]. Ab *Armeniæ* Rege, *Artavaſde*, ad bellum *Parthis* inferendum inductus, copiis etiam *adjutus* aliquantum, dehinc ab eo *deſertus* eſt, magno populi Romani damno. Sed *Antonius*, diſſimulata animi alienatione, denuo *Armeniam* ingrediens, quaſi *Parthis* bellum illaturus, *iſtum viciſſim blanditiis ad ſe allectum*, *in vincula aurea conjecit*, ac in *Triumphum*

(26) De hoc *Magiſtratu* hæcce nobis *PLUTARCHUS* ſuggerit p. 919: *Hic Magiſtratus, præſente Dictatore, ſecundum obtinet locum: quo abſente primus & pene eſt ſolus. Manet enim Tribunatus, quum alios Magiſtratus, Dictatore dicto, omnes abrogent.* Quid *Tribunus plebis* deſignaverit, recenſet CICERO apud DIONEM L. XLV. p. 283. Et p. 290. ibid. *Cæſarem vero, cui & Quæſtor Proprætori in Hiſpania adfuerat, & tribunus plebis* (ei) *contra omnium ſententiam adſtipulatus immenſam pecuniæ vim, honoresque immoderatos acceperat.*

(27) PLUTARCH. p 919. Et maximum proinde ejus erat ſecundum Cæſarem in exercitu nomen.

(28) DIO L. XLI. p. 195: *Cæſar quamvis extra Italiam erat, ſtatim Dictaturam occepit, Magiſtro equitum aſſumpto Antonio, qui Prætor nondum fuerat.* Et Lib. XLV. p. 284. *Quid dicam, quemadmodum poſtea toto anno fuerit Magiſter equitum?*

(29) DIO Lib. XLI. p. 195: *Isque* (Antonius) *ab hoc* (Magiſtri equitum) *magiſtratu Conſul deinde factus eſt, ſummopere reclamantibus Auguribus.* PLUTARCHUS in Ant. p. 921. *Creatus Cæſar V. Conſul, illico cooptavit Collegam Antonium.*

(30) Vide DIONEM L. XLV. p. 280. 281. 283-286.

(31) DIO L. XLV. p. 288.

(32) Hujus Orationem lege apud DIONEM L. XLV. p. 283. 284. 285. & inprimis 288. 291. 292.

(33) PLUTARCHUS in Ant. p. 921.

(34) DIO L. XLIX. p. 411. Ea hieme, qua Conſulatum Antonius iterum & *Lucius Libo* gerebant.

(35) DIO Lib. L. p. 421: Itaque unanimi conſenſu Antonio Conſulatus (erat enim Conſul jam deſignatus tertium) ademptus &c.

(36) Vid. *Plutarchus in Antonio* p. 927.

(37) Teſtis eſt *Plutarchus*, *Antonium* Διονύσιον νέον, & *Cleopatram novam Iſidem*, ſecundum *Dionem* Lib L. fuiſſe appellatos. *Vellejus Paterculus* Libro II. *Creſcente amoris in Cleopatram incendio, & vitiorum, quæ ſemper facultatibus, licentiaque & aſſentationibus aluntur, magnitudine, bellum patriæ inferre ſtatuit, cum ante NOVUM SE LIBERUM PATREM appellari juſſiſſet; cum redimitus hederis, coronaque velatus aurea, & thyrſum tenens, cothurnisque ſuccinctus, curru velatus LIBER PATER vectus eſſet Alexandriæ.*

(38) DIO L. XLVIII. p. 380.

[illegible]phum *Alexandriam* duxit. (39) Orto posthinc bello cum *Augusto*, omnibus viribus cum *Cleopatra* illi occurrit, sed ad *Actium* victus, *non parvam gloriæ suæ inussit maculam* Exinde fugiens in *Ægyptum*, *eadem à Cæsare* brevi post *occupata*, *ferro sibi vitæ* [illegible] *fecit*, ne in hostis veniret potestatem, ætatis [illegible] anno L. vel, ut alii volunt LVI. ut adeò [illegible] plane sit, *major ne virtutibus exstiterit, an vitiis?* Virtutibus, scilicet, *fortitudinis*, (40) *laboris* [illegible] *patientiæ*, *humanitatis*, *liberalitatis*, *malorum tolerantiæ* excellebat: Vitiis *luxuriæ*, *temulentiæ* (41) [illegible], *jactantiæ*, *dicacitatis*, *prodigalitatis* turge[illegible]. Vitam ejus nemo accuratius dedit *Plutarcho*. Plurious verò vel propterea ejus vita à nobis exposita est, quo inposterum hoc labore supersedere, & B. L. huc saltem remittere queamus, nunc [illegible] inspicientes ulterius nummum. Et, cum [illegible] *eum* supra *cum nummo convenientem* repræsentaverimus, cum *ipsum Imperatorem* supra jam exhibuerimus, cum *Augurem illum*, cujus in nummo & *lituus* testis est, (*ideo* frequentius in nummis Antonii additus, quod per *omnem vitam hoc ipsum duraret Sacerdotium*) viderimus, restat nihil, nisi quod dicamus, istum nummum *ab Antonio tunc Augure*, & sine dubio *etiam Consule* Anno sc. 709/10 & à *Cæsare Imperatore* (42) *appellato*, cusum fuisse *in honorem Cæsaris*, tunc *Dictatoris*, *quasi per excellentiam*, & *Pontificis Maximi*, (cujus *Præfericulum est indicium*) *Antonio* non solum *affinitate conjuncti*, sed & multum ipsum *æstimantis*, ac propterea etiam inter *secundos hæredes* à *Cæsare* in testamento scripti, omnibusque *officiis* vicissim *ab Antonio culti*, *partesque illius sequentis*, quamdiu vixit. Asservatur hic nummus eximiæ *raritatis & elegantiæ* in *Thesauro Regis Galliæ*, propterea que etiam à *Johanne Valente* in *Nummis Consularibus* Tab. LXXV. n. 51. & in *præstantioribus ex auro* p. 3. adductus est, itemque ab *Occone* p. 5. *Jac. Sponio en Recherches curieuses d'antiquité Dissertatione* 24. p. 362. *memoratus ac exhibitus*.

Num. 4.

DIVO JULIO. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, supra verticem stella, uti Tab. II. n. 65.

Marcus ANTONIUS III. VIR Reipublicæ Constituendæ. Caput M. Antonii nudum lævam versus.

De *una facie* nummi l. c. T. II. n. 62. supra egimus, præcipuaque, quæ ad *adversam* moneri possent, jamjam in *præcedenti numero* attigimus. Hoc saltem addimus, hunc nummum a *M. Antonio* jam *Triumviro*, *Cæsaris partes* etiam, quam diu ipse vixerat, *sequente*, post *mortem nunc ejus*, quod *Divi elogium* arguit, & *stella supra* indicat, *fuisse cusum*; quippe quod hoc (Triumviratus) *vinculum* cumprimis *nexum venditabant*, cum ad *vindicandam* Cæsaris *mortem*, cujus *icon* una *facie* comparet, tum ad *constituendam Rempublicam*, quod titulus *Antonii in adversa facie* nummi arguere videtur. Nummum hunc, quod sciamus, solus sistit *Goltzius* Tab. 38. n. XVIII. & *Nonnius* Tab. 29. n. 18. & T. 33. n. 9. itemque rursus *Goltzius* in Fastis Roman. p. 178. n. 3.

Num. 5.

CAESAR DICTator PERPETUO. Cæsaris caput laureatum ac velatum, ceu videre est Tab. II. n. 45.

Cajus MARIDIANUS. Figura muliebris seminuda stans, dextra victoriolam tenet, sinistram, hastam transversim gerentem, inclinat clypeo, qui impositus est globo, terrarum orbis imagini.

De *Capite* loco jam citato T. II. n. 45. dictum est. *Adversam* nunc intueamur, necesse est. Per *mulierem* autem hanc *seminudam*, *Venerem Victricem* intelligi, quilibet perspicit, cui *Cæsaris* studium à *Diis*, & inprimis *Venere* genus suum deducendi, *eamque* propterea *domi forisque singulariter colendi*, non est ignotum; hujusque adeò *iconis* ac *divinæ originis* exhibitione, qua *delectari*, *seque jactare* cum maxime sciebant *Cæsarem*, adblandiri sic adulatorio artificio voluisse *C. Maridianum*, *III. Virum Monetalem*, *Cossutiæ* Gentis, hoc est, *Equestris*, (de quo ad Tab. hanc III. n. 39. plura dicemus) clarum omnino est, atque in propatulo. Firmabimus verò, quod diximus, *primum ipsius Cæsaris* verbis, ex *Suetonio*, teste luculentissimo, *depromtis*, (43) quibus *Juliam*, amitam, pro rostris ipse laudavit: *Amitæ meæ Juliæ maternum genus à Regibus ortum, paternum cum Dis immortalibus conjunctum est. Nam ab Anco Marcio Marcii sunt Reges, quo nomine fuit mater: à VENERE JULII, cujus Gentis familia est nostra. Est ergò in genere & sanctitas Regum, qui plurimum inter homines pollent; & cærimonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt Reges.* Ad hanc originem & ipse provocat, ac tumultuantem apud *Placentiam* exercitum comprimere, atque ad saniorem mentem reducere, annititur, apud *Dionem* Libro XLI. inquiens: Ἤτοι μὲν ἀπό τε τοῦ Αἰνείου καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰούλου γέγονα. *Quid enim attinebat, ab Ænea & JULO ortum esse?* Quodque ut magis persuaderet Populo Romano, nihil intermittebat eorum, *quod VENERIS cultui ac honori inservire* poterat. Hujus enim *sacris* media nocte est operatus, expressè hoc tradente *Appiano Alexandrino Bellorum Civil.* Lib. II. p. 470. θυόμενός τε νυκτὸς μέσης, τὸν Ἄρη κατεκάλει, καὶ τὴν ἑαυτοῦ πρόγονον Ἀφροδίτην· ἐκ γὰρ Αἰνείου καὶ Ἴλου τοῦ Αἰνείου τὸ τῶν Ἰουλίων γένος παρενεχθέντος τοῦ ὀνόματος, ἡγεῖτο εἶναι, h. e. *Cæsar de media nocte, sacro facto, Martem invocat, & GENETRICEM VE-*

(39) Prodit hoc non solum *Plutarchus* in *Antonio*, sed & *Vellejus* Lib. II: *Tertia æstate reversus in Armeniam, Regem ejus, Artavasdem, fraude deceptum, catenis, sed ne quid honori deesset, aureis vinxit.* *Appianus* in Bellis Parthicis: *Omnes igitur irritabant Antonium ad pœnas sumendas de Armenio: at ille multo consultius nec proditionem exprobravit ei, nec de bene ficentia comitateque solita quicquam detraxit, propter debilitatem exercitus & inopiam. postea tamen rursum ingressus Armeniam, multis pollicitationibus & invitationibus persuasum, ut ad se veniret, comprehendit, & vinctum abduxit in triumphum Alexandriam. Quod ægerrime Romani tulêre, Urbis suæ honores communicari Ægyptiis in Cleopatræ gratiam.*

(40) *Plutarchus*, p. 917. *Apud milites Romanos habitus est fortissimus.* Et p. 919: *Maximum ejus* (Antonii) *erat secundum Cæsarem in exercitu nomen.*

(41) *Ibidem* p. 926: *Ingredientem Ephesum appellabant illum Bacchum benignum & blandum.*

(42) *Plutarchus in Antonio* p. 920: *Antonius honoratus ab eo* (Cæsare) *eximie, quippe rheda per Italiam vehens assidentem habuit Antonium, &c.*

(43) Capite VI.

VENEREM: *Nam ab Ænca & Julo, Æneæ filio, Julia gens, ut nomen, ita genus ducere creditur.* Et *Dio* Libro XLIII. *Omnino verò Venerem totus colebat*, τό τε ὅλον τῇ γε Ἀφροδίτῃ πᾶς ἀνέκειτο. *Vovit* præterea *ipsi*, quo facilius obtineret *victoriam*, & *originis suæ memoriam* latius propagaret, ante pugnam Pharsalicam *Templum*, victoriaque (ut ille credebat, per ipsam) *reportatâ, in Foro istud exstruxit*, quod pariter *Appianus* l. c. Lib. II. prodit: Νεών τε αὐτῇ νικηφόρῳ παρεστήριον ἐν Ῥώμῃ ποιήσειν εὔχετο κατορθώσας, *Ædem Deæ vovit in urbe sacrandam, si propitia juvaret victoriam.* Et postquam de Cæsaris reditu, quatuorque triumphis in urbe actis nonnulla commemoravit, subjicit: Ἀνέστησε καὶ τῇ γενετείρᾳ τὸν νεών, ὥσπερ εὔξατο μέλλων ἐν Φαρσάλῳ μαχέσεσθαι, καὶ τέμενος τῷ νεῷ περιέθηκεν, ὃ Ῥωμαίοις ἔταξεν ἀγορὰν εἶναι, οὐ τῶν ὠνίων, ἀλλ' ἐπὶ πράξεσι συνιόντων ἐς ἀλλήλους. *Dedicata & Ædes VENERI GENETRICI ex voto concepto, instante pugna ad Pharsalum, Fanumque ædi additum, quod Forum populo Romano esse voluit, non rerum venalium, sed agendis litibus. Ad Deæ latus effigiem Cleopatræ statuit, quæ hodieque juxta visitur.* Injicit & hujus *Templi*, ejusdemque *consecrationis*, mentionem hisce *Dio Cassius* Lib. XLIII: Ταύτην τε οὖν (ἀγορὰν) καὶ τὸν νεών τὸν τῆς Ἀφροδίτης, ὡς καὶ ἀρχηγέτιδος τοῦ γένους αὐτοῦ οὔσης, ποιήσας καθιέρωσεν εὐθὺς τότε, καὶ πολλοὺς γ' ἐπ' αὐτοῖς, παντοδαποὺς ἀγῶνας ἔθηκεν, i. e. *Forum verò & Templum Veneris, (Genetricis,) quam SUI GENERIS AUCTOREM ferebat, à se condita Cæsar statim tunc consecravit, multaque ibidem & varia spectacula edidit.* Neque VENERIS GENETRICIS cultus *memoria* post *mortem ejus* Populo excidit, dum pro Rostris *aurata Ædes* ad *SIMULACRUM VENERIS GENETRICIS* à Populo ipsi collocata fuit, id prodente iterum *Suetonio* capite LXXXIV. In præcedentibus *ipsum Cæsarem genus suum jactantem* audivimus, nunc & *alios Auctores* illud personantes adferemus. Ex his primus prodeat *Plutarchus* in *vita ejus* scribens: *Nocte Pompejo visum est in somnis, Theatrum ingresso sibi Populum plaudere, templumque se Veneris Victricis multis spoliis exornare. Hæc visio partim erexit eum, partim solicitavit nonnihil metuentem, ne CAESARIS Familiæ, VENEREM CONTINGENTI, accederet ab se decus & claritas.* Nunc *Cicero*, de quo *Suetonius* (44) memoriæ reliquit, *ipsum* in quibusdam *Epistolis* scripsisse, à Satellitibus eum in cubiculum Regium deductum in aureo lecto, veste purpurea decubuisse, *floremque ætatis à VENERE ORTI in Bithynia contaminatum.* Dehinc *Appianus Alexandrinus*, qui postquam Lib. II. *Bell. Civil.* de *Veneris cultu* etiam nocte continuato dixisset (cujus verba & supra modo adduximus,) p. 470. ἐκ γὰρ Αἰνείου καὶ Ἰούλου τοῦ Αἰνείου τὸ τῶν Ἰουλίων γένος, παρενεχθέντος τοῦ ὀνόματος ἡγεῖτο εἶναι, i. e. *Nam ab JULO, Æneæ filio, JULIA Gens, ut nomen ita GENUS ducere creditur.* Explicatius vero de eo, dum comparationem inter *Alexandrum* M. & *Cæsarem* instituit L. II. de B. C. p. 524. *Utriusque genus à Jove, illius* (Alexandri) *per Æaci, Herculisque stemmata; hujus* (Cæsaris) *per Anchisen & Venerem.* Et *Antonius* in Oratione apud DIONEM Lib. XLIV. p. 259. *Ego autem non id nunc potissimum in Cæsare laudo, quod ratione maxime recentium ex multis nobilibus viris ortus, ratione vetustissimorum, à regibus & Diis IMMORTALIBUS prognatus est: Sed primum, quod totius urbis nostræ cognatus est; (quos enim ille generis sui autores, eos Roma conditores habet) deinde quod, quum primi ejus patres propter virtutes suas DEORUM PROGENIES EXISTIMATI SINT, hic non modo confirmavit eam famam, sed auxit etiam, ut si quis ante in dubium vocaverit, filiusne VENERIS FUERIT ÆNEAS? nunc certe credere cogatur. Sane Deorum filii quidam immerito nominati sunt; Cæsarem vero NEMO INDIGNUM DIVINA ORIGINE judicaverit. Æneas quidem, ejusque aliquot nepotes, posterique, Reges fuerunt ipsi quoque; Cæsar vero in tantum ipsos excelluit, ut quum illi Lavinii Albæque regnassent, ipse regnum Romæ aspernatus sit: quumque illi fundamenta urbis nostræ jecerint, ipse tantum ad fastigium eam erexit, ut præter reliqua sua facta, colonias etiam majores iis Urbibus, quarum illi Reges fuerant, deduxerit. Tacito Annalium* Lib. IV. 9. *Julus origo Gentis Juliæ* dicitur. Succedat *Messala Corvinus*, qui *Libello ad Octavianum Augustum de progenie sua* p. m. 530. Hist. Aug. ita de isto: *Æneas JULUM, cognominatum Ascanium, ex Creusa matre natum, qui & Julus fuit, à quo Gens JULIA, unde tuæ GENTIS vocabulum trahis, Serenissime Auguste.* Consentit *Vellejus Paterculus* Libro II. p. m. 577. *Secutus deinde est Consulatus C. Cæsaris, qui scribenti manum injicit, & quamlibet festinantem in se morari cogit. Hic, nobilissima JULIORUM genitus familia, &, quod inter omnes antiquissimos constabat, ab ANCHISE & VENERE deducens GENUS.*

Accinit *Virgilius* Lib. I. v. 290. *Æneidos:*

Nascetur pulchra Trojanus origine Cæsar
(Imperium Oceano, famam, qui terminet astris.)
JULIUS à magno demissum nomen JULO.

Silius:

——— ——— ——— ille DEUM GENS
Stelligerum attollens apicem, Trojanus JULO
Cæsar avo.

Petronius:

——— ——— ——— namque omnis Regia cœli
In partes deducta ruit, primumque DIONE
Cæsaris acta sui ducit.

Manilius Lib. I. *Astron.* 805.

— VENERISque ab ORIGINE proles
JULIA descendit cœlo, cœlumque replevit.

Lucretius Lib. I. *de Venere* hunc in modum:

Æneadum Genetrix, hominum Divumque voluptas.

Propertius Lib. IV. Eleg. I.

Tunc animi venere Decii, Brutique secures,
Vexit & ipsa sui Cæsaris arma Venus:
Arma resurgentis portans victricia Trojæ,
Felix terra tuos cepit Jule Deos

Lucanus Lib. III. 211.

Iliacæ quoque signa manus, perituraque castra
Ominibus petiere suis, nec fabula Trojæ
Continuit, Phrygiique ferens se Cæsar Juli.

Ac denique *Ausonius* Epigram. 33.

(44) Capite XLIX.

Or-

Orta salo, suscepta solo, patre edita Cœlo,
ÆNEADUM GENETRIX, hic habito alma Venus.

In *VENERIS Æde* postea *Dictator* non solum *Ajacem & Medeam* à Timomacho Byzantio *pictas*, ac *octoginta talentis coëmtas*, posuit; (45) sex *dactyliothecas atque thoracem* ex *margaritis Britannicis* confectum, dedicavit; sed & *equi* sui *insignis*, qui Imperium orbis terræ ipsi, Haruspicum judicio, portenderat, *instar* pro *Æde VENERIS GENETRICIS*, totidem verbis id tradente *Suetonio* cap. LXI. dedicavit. Unde fuit, quod & *columbæ*, veluti *Veneri* dicatæ, nidos in palma, subito enata, facientes, *Augusto*, Successori, fuerint, præsagium futuri imperii, quod refert SUETONIUS in vita ipsius cap. 94. Imo verò adsunt & plura singularis *VENERIS venerationis & cultus* indicia. Ejus *typo epistolas & diplomata*, referente *Dione* Lib. XLIII. p. 235. *obsignare non solum* solebat; sed & *HANC armatam annulo insculptam* gestavit, eaque *pro tessera in rebus summis plerumque usus est.* Καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ γλύμμα αὐτῆς ἔνοπλον ἐφόρει, καὶ σύνθημα αὐτὴν ἐν τοῖς πλείστοις καὶ μεγίστοις ἐποιεῖτο. Constat siquidem, ipsum in pugna Pharsalica militibus suis VENEREM VICTRICEM, tesseræ loco, dedisse, quod illa *diceretur omnia vincere*, de quo ita *Appianus Alexand.* Lib. II. *Bell. Civil.* Καὶ τὰ συνθήματα ἀναδιδόντες, ὁ μὲν Καῖσαρ Ἀφροδίτην νικηφόρον· Ὁ δὲ Πομπήϊος Ἡρακλέα ἀνίκητον, i. e. *Et tesseram dantes, Cæsar quidem VENEREM VICTRICEM, Pompejus verò Herculem invictum*; Ac in prælio cum *Juniore Pompejo* ad *Cordubam* VENEREM itidem symboli loco edixit, cujus pariter *Appianus* eodem Libro paulo post meminit: Ὁ Καῖσαρ ἐξέτασσε περὶ πόλιν Κορδύβην σύνθημα, καὶ τότε δοὺς Ἀφροδίτην, ἔδωκε δὲ ὁ Πομπήϊος Εὐσέβειαν, h. e. *Cæsar suos in aciem deduxit ante Cordubam, tunc quoque data VENERE pro tessera, Pompejus dedit Pietatem.* ILLI propterea *Triumphos* ac *res prosperè gestas* adscripsit; IPSI *acceptam* tulit *pugnam Pharsalicam, statuamque suam* apposuit; quin imo & *amores suos ad EAM retulit*, ac *quandam ab ea formæ venustatem ac florem habere*, putavit, teste *Dione* καὶ πείθειν πάντας ἤθελεν ὅτι καὶ ἄνθος τι ὥρας ἀπ᾽ αὐτῆς ἔχει, *à qua* (Venere) *se etiam formæ quandam venustatem habere, persuadere omnibus nitebatur. Ludos, consecratos Veneri Genetrici*, instituit, de quibus *Suetonius* c. 88. *Siquidem Ludis, quos primos consecratos ei* (h. e. ab illo, nempè *Cæsare*) *hæres Augustus edebat. Appianus* de *Bello Civili* Lib. III: *Ludos Cæsar celebrabat in honorem Veneris Genetricis à Patre institutos, quando illi ædem in Foro & Forum ipsum Pater dedicavit.* Aliquando, referente rursus *Suetonio* (46) *adeuntes se cum plurimis honorificentissimisque decretis universos Patres conscriptos sedens pro Æde VENERIS GENETRICIS excepit*, quo ipso tamen præcipuam & inexpiabilem invidiam sibi simul movit. Post mortem & *filius* ejus *adoptivus*, *Augustus*, *statuam ejus æream* cum *stella supra Caput* in *VENERIS Templo* poni curavit, totidem verbis id prodente *Dione* Lib. XLIII. & *Plinio* L. II. c. 25. Quid ergo mirum, si *Populum Romanum assentientem*, *Venerique plurima Monumenta erigentem*, quò magis *Imperatoris*, virtutibus alias excellentissimi, *gratiam demereretur*, offendamus, præsertim cum ex *Dionis* Libro XLIV. sciamus, *neminem Cæsarem divinâ origine indignum judicâsse.* Hinc istæ *Inscriptiones*, (47) quas *Populus R.* in memoriam *Gentis JULIÆ VENERI GENETRICI* fieri fecit, dignæ, quæ in *perenne hujus Imperatoris* decus & heic legantur;

DIVO IVLIO	VENERI GENITRICI
LIB. IVLIA EBORA	D. . . IVLI.
OB ILLIVS IMMVN. ET MVN.	IN MEMORIAM GENT.
LIBERALITATEM	IVLIÆ
EX D. DD.	STATVAM CVM...
QVOIVS DEDICATIONE	IVNIVS VIRBIVS ATTICVS
VENERI GENETRICI	FLAM. DIVI IVLI
CESTVM MATRONÆ	
DOMVM TVLERVNT.	D. S. P. D.

Consentiunt & *alii nummi*, qui *hujus originis* vestigia tradunt. Quorsum spectat, quod *VENUS* in *curru*, à duobus *alatis amoribus* vecta, in nummis Lucii Julii L. F. apud *Ursinum & Patinum* Tab. I. n. 4. in *Fam. Julia* p. 124. & *J. Valentem* Tab. LXXI. n: 5. *L. Begerum* T. II. *Thes. Brand.* p. 601. deprehendatur. Et Gentis Juliæ nobilitatem, vel ipse declarare *Augustus* apud *Dionem* (L. LVI. p. 577.) ad Quirites videtur: Αὐτοὶ δὲ ὑμεῖς οἱ ἀπ᾽ ἀρχῆς Ῥωμαῖοι τοὺς Κυϊντίους, τοὺς Οὐαλερίους, ΤΟΥΣ ΙΟΥΛΙΟΥΣ καταλέγοντες, ἐπιθυμεῖσθε μεθ᾽ αὐτῶν, καὶ τὰ γένη ἅμα καὶ τὰ ὀνόματα ἀπολέσαι, *Vos autem ipsi à prima* Origine Romani, *Quinctios*, (non Quintos, uti falso vulgo legitur) *Valerios*, IVLIOS *enumerantes, cum vobis simul & gentes & nomina abolere in animo habetis?* Restat, ut *habitum Veneris* in *ipso nummo* contemplemur. Stat verò illa *sinistrum humerum nuda*, velut *amorum conciliatrix*, dextra *victoriolam* tenens, quo *VICTRICEM Venerem* esse sciamus, eademque forma, quali istam *Hypermnestra* urbi *Argos* dedicavit, referente *Pausania* Libr. II. *Sinistra sceptrum vel hastam* gerens, eademque *clypeo* innitens. *Clypeo*, sine dubio, *illo*, *quem* à *Vulcano confectum*, & a *Venere Æneæ dono datum*, depingit *Virgilius* Lib. VIII. *Æneid.* 447.

Ingentem clypeum informant unum omnia contra
Tela Latinorum, septenos orbibus orbes
Impediunt.

Pauloque post 625.

Hastamque & clypeum, non enarrabile textum
Illic res Italas Romanorumque Triumphos
Haud vatum ignarus, venturique inscius ævi
Fecerat ignipotens: illic genus omne futuræ
Stirpis ab Ascanio.

Clypeum globo imponit, ut indicet, *EIVS tunc Victricis* cum primis *ope*, *auxilio & auspiciis*, *armisque suis orbem* ac *Imperium Romanum* sibi, pugna Pharsalica feliciter commissâ, *propemodum subjecisse.* De *pugna Pharsalica* obtenta, ut autem hunc nummum interpretemur, facit, quod non solum *VENEREM VICTRICEM tesseræ loco in illa* dederit, ut supra audivimus, ostendendo scilicet & *Herculem invictum*, (qui *Pompeji* fuerat tessera & Symbolum,) *ibi succubuisse*, & *Martem* ipsum exarmatum fuisse, *Victoriæque suæ* Trophæum statuisse; sed & quod *hac pugna* multum gloriatus sit & *ipse Cæsar*, devicto quippe *illo*, qui de *tribus terræ partibus* antea *triumphaverat*, & ipse *Ædem Veneris Victricis in Theatro suo dedicaverat.* Ad-

(45) *Teste Plinio* Lib. XXXV. Histor. Nat. cap. 11. & Lib. IX. c. 35.
(46) Cap LXXVIII.

(47) Apud *Gruterum* p. 35. & 112. & ex hoc *Tristanum* in Commentariis suis p. 16. & *Fabricium in* Cæsare Numism.

Addimus, exhiberi hunc nummum *aureum præstantissimum* præterea ab *Joh. Hemelario* Tab. I. n. 11. & pag. 5. *Joh. Valente* in *præstant. Numism.* p. 5. *Alberto Rubenio* in *Ducis Croyjaei Numism.* maj. form. Tab. II. N. 13. 14.

Num. 6. & 7.

Cajus CAESAR *COnSul* TERtium. *Caput Pietatis velatum ad pectus usque sinistram versus*, vel *Cajus* CAESAR *COnSul* TERtium. *Caput Cæsaris laureatum ac velatum, uti T. II. n. 69. Aulus* HIRTIVS *PRætor. Lituus, urceus & securis victimaria.*

A. *Hirtius* (qui, ut hoc in antecessum moneamus, *Cæsaris Commentaria de Bello Gallico & Pompejano supplevit*, itemque *belli Alexandrini, Africani & Hispaniensis*, quæ in omnium manibus sunt, *historias conscripsit*,) *A. Filius*, ex Familia *Hirtia*, Gente *Plebeja*, sed *Consulari* tamen, oriundus, (*Ursinus* nescit, an ad *Patriciam*, an ad *Plebejam* referri debeat p. 121. in *Nummis Consularibus*) quæque ab *hirto*, seu *squallido*, teste *Sigonio* in Libro de *Nominibus Romanis* nomen acceperat, *Quæstor* primum *Urbanus* A. V. C. $\frac{699}{700}$ deinde *Legatus Julii Cæsaris* in *Gallia* exstitit, *ejusdem* in bello Civili *partibus addictus*, multumque præterea ipsi familiaris. *Tribunum Plebis* egit A. $\frac{705}{6}$ quod inter alia etiam ex *Lege* illa, quam tulit, patet, qua *Pompejani Magistratibus privandi* erant, nisi, eo *Prætore Urbano*, fuerit condita, siquidem is, A. $\frac{707}{8}$ *à Cæsare*, Magistratus juxta *Suetonii* Caput 41. & in his *Prætores* ad *decem*, augente eum à *Sullanis temporibus octo* tantum creari consueverint, *Prætor* (non *Præfectus*, uti alii minus recte Literas PR. in nummo legunt) *constitutus fuit*, cum ratio temporis congruat & *Ursinus, Goltzius, Valens & Pighius* hoc adserant, licet *Lud. Nonnius* in *Commentario suo ad Cæsaris Numismata Goltziana* p. 48. scribat, *incertum esse, quo tempore Prætor creatus fuerit.* Siquidem clarè *Dio* asserit, hocce Anno 707. à Cæsare fuisse factum, sed & Doctiss. Pighius suspicatur non sine ratione, illum hoc magistratu forte legem tulisse, qua *Pompejanos omnes Magistratibus* exclusit, cujus ille meminit Tom. III. p. 453. & 447. *Consulem Cæsar*, Bellum Parthicum moliens, Anno $\frac{710}{11}$ cum *M. Vibio Pansa designavit*, quem *Consulatum*, Cæsare occiso, *etiam inierunt*, quamvis hic *Hirtius* ante Ferias Latinas urbe profectus cum *Pansa*, inque prælio ad Mutinam contra *M. Antonium* depugnans, *victor* in ipsis *hostium castris occubuerit, corpore* ejus publicâ Sepultura in *campo Martio condito*, referente *Livio in Epitome*, Libro 119. Vero ergo admodum videtur simile, nummum hunc ab *A. Hirtio, Prætore* tunc *Urbano* à *Cæsare noviter constituto*, (*Ursinus* equidem hoc ab *eo*, dum *in Provincia* fuit, factum esse credit) fuisse in *Cæsaris*, tunc *tertium Consulatum cum Lepido agentis, honorem & memoriam* conflatum, *Pietatisque vultum* cum *Cæsaris epigraphe* additum, quod tum nondum *illi* à *Senatu permissum esset, nummos cum imagine sua cudere, initio* scilicet ejus *Tertii Consulatus*, de quo supra Tab. II. n. 37. egimus, hoc nos ipsa docente Epigraphe. *Pius* in *illum* volebat videri, qui *communis Parens Patriæ* acclamabatur, & in *nummis* etiam ita obsignabatur, ut supra vidimus, *victoriamque de Pompejo* anno præcedente *in pugna Pharsalica partam à Pietate sua profectam profiteri hoc ipso nummo*, memor istius *Horatiani*: *Diis Te minorem, quod geris, imperas. Velata* hic obvia est *Pietas*, (alias & sine *velo* conspicua) quod *Pontifex Maximus* esset *Cæsar*, & *velati Pontifices comparere soleant in nummis*, ceu supra jam Tab. I. n. 9. jam adnotavimus, quod præterea & magis *signa Pontificatus & Auguratus* nimis obvia, *lituus* scilicet, *urceus & securis victimaria* satis confirmare videntur. De *Lituo* ad T. I. n. 6; De *Gutto* ad T. I. n. 21. egimus. Restat *securis victimaria*, qua utebantur ad *hostiæ carnes in plures partes secandas*, & *victimas* cædebant *eâdem*, secundum illud *Ovidii* Lib. IV. *Fastorum*:

Apta jugo cervix non est ferienda securi.

Et *Horatii Carminum Lib.* III. Od. 24:

Aut crescit Albanis in herbis
Victima, Pontificum secures
Cervice tinget.

Offendimus hunc nummum apud *Hubertum Goltzium* Tab. XVI. n. XIV. & eum sequentem *Nonnium* T. 15. n. XIV. & n. 26. Tab. III. *Æneam Vicum* Tab. III. n. 5, qui tamen COS. ITER pro COS. TER *minus recte habet*, itemque *in Nummis Arschotanis auctis* Tab. II. n. 1. & 2. additoque *Alb. Rubenii* Commentario p. 3. qui etiam *faciem Cæsaris*, loco *Pietatis*, *credidit*, & Tab. IV. n. 1. & 2. *repetiit*, *duosque diversos exinde fecit nummos*, ut tamen literæ PP. pro PR. minus recte insculptæ sint. Et non possumus non monere, ipsum *Goltzium* & *Nonnium* ac *Æneam Vicum* hac in parte habuisse *prævios*, qui pariter *in aversa* (*Nonnius* Tab. III. n. 26.) *Caput Cæsaris* exhibuerunt *velatum*; cum potius caput *Pietatis* velatum esse *debeat*. Rectius eundem dederunt *F. Ursinus* ac *Patinus* in nummis Consularibus sub Famil. *Hirtia* n. 1. & in *Julia* Tab. III. n. 6. p. 128. *Joh. Valens* tum in Famil. *Hirtia* n. 1. tum *Julia* Tab. LXXII. n. 20. A. MORELLIUS in Familia *Hirtia* n. 1. in *Nummis suis Consular. Adolph. Occo* p. 6. *C. Patinus in Thesauro Mauroceno* cap. II. Lit. B. 2. *J. G. Grævius* in *Floro* nummis illustrato p. 46. *Steph. Vin. Pighius* Tom. III. p. 453. qui tamen nescit, an *Pietatis* an Vestæ caput *velatum* sit. *Jacobus Biæus* in Nummis Imperat. Tab. IV. n. 1. 2. *Thesaurus C. Ducis Arschotani in forma 4ta* Tab. I. n. 1. & 2. *Mediobarbus* p. 5. Exstatque præterea tùm in *Regis Galliæ*, tùm *Schwartzburgico* Cimeliarchiis. Hæc dum scribo, ac disputo, opportune venit mihi in manus *Goltzii* ipsius *observatio* calci *Cæsaris sui primæ editionis* adjecta. Cumque tum in *Thesauro Regis Galliæ*, tum hic in *Schwartzburgico* exstet cum *capite Pietatis velato*, ceu distinctissime cognoscendum id est, *Goltzius* vero & *alii* cum *capite Cæsaris* viderint, muto mentem, existimoque, illum cum *duabus diversis anticis inveniri omnino.* Scribit autem ita *Golzius* ibidem p. 232. *Primum capite primo, loco XXVI. est Facies Cæsaris capite velato, sive toga in caput adducta, qui est habitus Pontificum & Sacerdotum peculiaris, prominente supra frontem laurea, cum hac Inscriptione*: *C.* CAESAR COS. TER. *uti in quamplurimis aureis hujus notæ nummis à me diligenter observatum est, è quibus unus etiamnum Brugis est apud M. Laurinum. Æneas vero hoc* ca-

caput inter partes aversas Tabula III. Nummo quinto expressit; non quidem ut Cæsarem ipsum referret, sed infantem, aut fœminam capite obvoluto, & in titulo, qui caput ambit, pro COS. TER. manifesto errore scripsit COS. ITER. additque in suis ad illum nummum Commentariis caput illud esse Pietatis. Idem & *Goltzius* eundem cum capite Cæsaris velato & laureato exhibet in *Fastis* p. 179. n. 2.

NUM. 8. 9.

II. Trophæum. Caput Pietatis corona quernea redimitum.

CAESAR. Trophæum, ad cujus latus dextrum clypeus oblongus, ad finistrum lituus militaris, penes quem securis victimaria, Pontificatus maximi indicium, quod Pontificatus Maximus omnia Sacerdotia sub se comprehendat.

Dubium non est, quin hoc *Trophæum* de *isto*, quod de *Pharnace* erexit, intelligendum sit; ac non videmus, cur non in *Doctissimi Valentis* sententiam concedere possimus, *Literas II. T.* in altera facie de II. (*secundo* sive *altero*) *Trophæo* interpretantis. Nempe cum fas non esset *Cæsari primum Trophæum, à Mithr.date de Triario Cæsaris Duce positum, tollere, alterum*, sive *secundum, Trophæum* de *Pharnace, Mithridatis filio*, ipse erexit. Juvabit ipsum audivisse *Dionem* Lib. XLII. p. 234. *Ea victoria, quamvis non splendidissima, Cæsar magnopere sese jactavit ut nulla alia magis: quod eadem die & pervenisset ad hostem, & vidisset eum & vicisset. Manubias omnes, quamvis plurimæ erant, militibus donavit; quumque TROPHÆUM eo in loco Mithridates de Triario statuisset, quia id, consecratum belli Diis, evertere fas non erat, ipse de Pharnace suum opposuit, atque ita Mithridaticum obscuravit, quodamque modo dejecit.* Locum ipsum designat & *Plinius* Lib. VI. c. 3. H. N. scribens: *Tris flumen deferens Lycum. Civitas Ziela intus, nobilis clade TRIARII, & victoria Caji CAESARIS. Trophæum* ergo, ceu audivimus, *erexit*, idque *alterum*, & juxta *Mithridatis secundum. Magni* æstimavit hanc *victoriam*, hinc *aureo nummo* perennare *illam* voluit. *Pietatem* in *aversa* collocavit, (non autem *Venerem*, ([48]) ut *Paolo Pedrusi* in *Cæsareis ex auro nummis Musei Farnesiani* existimat) quod tum *pius* in *milites dicto in prælio occisos*, tum *pius erga Deos*, & inprimis *Venerem, victoriam hanc* sibi *concedentes*, videri voluerit; cumque id factum fuisset *paucorum*, vel *nullorum ferè civium suorum cum interitu, querceam coronam Pietati* imposuit, gratias hoc quasi nummo, ut *Pontifex Maximus*, cujus indicium *securis* hic est, *Diis faventibus relaturus.* Sistit hunc nummum *aureum Goltzius* T. 9. n. VIII. & IX. & *Nonnius* T. 8. n. VIII. & IX. *Paolo Pedrusi* in Libro, cui titulus: *J. Cæsari in oro raccolti nel Farnese Museo T. IV. n.* 5.

([48]) P. 14. *La testa impressa in questa Medaglia è di Venere ed' è coniata in adulazione alla progenie di Cesare &c.*

NUM. 10.

Cajus CAESAR DICTator PERPetuum PONTifex. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti Tab. II. n. 46.

Cajus CAESAR COnSul PONTifex AUGur. Caput Augusti nudum.

Augusti facies in hoc *rarissimo nummo aureo* cum *Cæsaris effigie* exhibetur, ex *quibus*, ut & inprimis simul *impresso utrique faciei prænomine* & *cognomine, Caji* scilicet & *Cæsaris* colligimus, in memoriam *adoptionis suæ*, à *Julio Cæsare* factæ, *Augustum, nepotem sororis suæ Juliæ* (ut eum *Vellejus* Lib. II. nominat) *fieri voluisse hunc nummum.* De *adoptione ista Suetonius* cap. 83. *Sed novissimo testamento tres constituit hæredes, C. Octavium ex dodrante, & L Pinarium & Q. Pedium ex quadrante, C. OCTAVIUM etiam in FAMILIAM NOMENQUE adoptavit.* Et *Dio* longè explicatius Lib. XLVI. Καὶ ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος γένος κατὰ τὰ νομιζόμενα ἐσεποιήθη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐπίκλησιν μετέθετο, i. e. *Deinde in Cæsaris Familiam secundum Majorum instituta adoptatus est, nomenque mutavit*, (quanquam enim jam ante se ipsum dixerit, ut quibusdam visum est, *Cæsarem*, ex quo ejus *nomen* cum *hæreditate* assumsisset: tamen neque id constanter, neque apud *omnes* gerebat, priusquam *more Romano id confirmâsset*) *ac Cajus Julius Cæsar Octavianus dictus est. Sic enim institutum, ut qui adoptatur, ab adoptante appellationem accipiat: nomen tamen aliquod eorum, quæ prius gessit, aliter paulo formatum, servet.* Fiebat autem *adoptio*, ceu ex dictis partim intelligere datur, quando is, qui *nomen* ferre jussus erat, delato ad *Prætorem Urbanum* testamento, à *Populo* quoque Lege Curiatia obtinuerat, ut in *defuncti familiam* transire posset. Hoc fecerat *Augustus* sanguine *Cæsari* junctus, (nam *Julia, Julii* Cæsaris *soror*, nupserat *Atio Balbo*, cui nata erat *Atia, Octavio in matrimonium collocata, ex quo* fuit *Cæsar Augustus*) tunc *prima vice Consul* existens, itemque *Pontifex & Augur.* Adscriptus verò fuit annos natus 14. *Pontificum collegio* in locum demortui *L. Domitii*, referente *Nic. Damasceno* p. 476. & ex hoc rectè *Joh. Valente* in *præstantioribus argenteis* p. 3. qui eundem nostrum nummum ibidem affert. Asservatur præterea in *Thesauro Regis Christianissimi ac Schwartzburgico.*

NUM. 11.

Cajus CAESAR DICTATOR. Caput Cæsaris laureatum dextram versus, pone Lituus, uti Tab. I. n. 30. Lucius LIVINEJUS REGULUS. Bos cornupeta.

Regulum, Livinejæ Gentis, & *Lucii* filium, non solum *Præfectum Urbis* Anno $\frac{707}{8}$, cum *Cæsar Dictator* in Hispaniam abiret, Pompeji liberos oppugnaturus; sed & anno sequenti, *Prætorem Urbanum* fuisse, ex nummis, quos *Ursinus, Patinus & Valens* in Gente *Livineja* afferunt, dispalescit. Sed cur *bos cornupeta* nummo impressus? *Ursinus & Patinus* tacent in Gente *Livineja.*
In

In Gente *Julia* Tab. VI. n. 3. eò *Urſinus* videtur abire, quaſi hic nummus *poſt Cæſaris mortem* à *Livinejo*, *Ædilis filio*, fuerit cuſus, idque ex eo, quod *laurus* occipitio Cæſaris in *denariis argenteis* conſpiciatur adjectus, quam *Auguſto de cœlo miſſam* tradat *Plinius* Lib. XV. cap. ultimo; quamvis *Dio* & *Suetonius* in vita *Galbæ* c. 1. (48) non *Auguſto*, ſed *Liviæ*, nec *de cœlo*, ſed *ab ave* in *ejus ſinum injectam dicat*; dehinc quia Livinejus Regulus ſub *Auguſto*, *Triumviro* R. P. C. *monetæ cudendæ* præfuerit, quod colligendum eſſet ex *Auguſti* nummo, hoc *nomine & titulo* ejus inſigni. Sed quæ conſequentia? *Laurus* adeſt, ergo illa, quæ *Auguſto* poſt *mortem Cæſaris à cœlo miſſa*? Quot *lauros Julius Cæſar vivus* non meruit? ac cum *Mercurii baculus*, ſive *caduceus* ſimul in iſtis exhibeatur, *pacis*, *felicitatis*, *victoriæque ſymbola* potius reputamus, *quibus Populus* Romanus *ſub illo* exhilaratus fuit, uti ſupra quoque ad Caput illud T. II. n. 11. jam monuimus. Accedit dehinc, quod hic in *aureis diſertè CÆSAR DICTATOR* legatur, *lituusque occipitio* ejus additus ſit, quod argumento eſt, non poſt *obitum*, ſed *ipſi* adhuc *vivo*, *Dictatori perpetuo tunc*, & *Auguri*, honorem fuiſſe habitum hoc Numiſmate. Accedit, quod cum *res memorabilis* fuerit, non *unius generis monumento*, ac inſuper in *auro*, nobiliſſimo metallo, iſtam obſignatam voluerit, ſiquidem alium adhuc *aureum* nummum infra Tabula X. n. 29. quoque ex *Theſauro Schwartzburgico* exhibituri ſumus. Si ſub *Auguſto* Cæſare, *Triumvirum Rei monetalis Livineius Regulus* quidam egit, alius ſit oportet, & ſine dubio *filius* hujus *noſtri* L. Livineji Reguli; Sufficiat nobis, devicto Rege Juba, *Cæſarem Livinejum Regulum*, abſque dubio hunc *ipſum*, cum Legione Adrumeti, Urbi Africæ, præſidio reliquiſſe, teſte *A. Hirtio* de *bello Africano*. *Deinde*, inquiens, *eodem die Adrumeto egreſſus*, *Livinejo Regulo ibi cum Legione relicto Uticam ire contendit.* Indeque forte eſt, quod in alio argenteo, infra Tab. IV. n. 31. adducendo, nullas circa caput obſignaverit dignitates, quod ſciret, ſe jam omnes poſſidere. Exiſtimamus proinde (licet ab *H. Goltzio* in *Faſtis Conſularibus* ad Annum V. C. DCCIV. relatus fuerit, quod forte fecit propterea, quod *Dictator* in adverſa inſcribitur) cuſos illos fuiſſe à *L. Livinejo Regulo*, tunc *Prætore Urbano*, in perennem *honorem Cæſaris*, à quo hunc Magiſtratum acceperat, & in memoriam *ſpectaculi illius*, quod laudatus *Julius Cæſar* Dictator anno 707/8 tunc cum *M. Lepido*, *Conſul* exhibuit, *tauros* in id primum producendo. Teſtem hujus afferimus *Plinium* Lib. VIII. cap. 45: *Theſſalorum*, inquiens, *Gentis inventum eſt, equo juxta quadrupedante cornu intorta cervice tauros necare: PRIMUS id Romæ ſpectaculum dedit CAESAR DICTATOR.* Idemque Libro VII. H. N. c. 26. de eo ita: *SPECTACULA enim* (Julii Cæſaris) *edita, effuſaſque opes, aut operum magnificentiam in hac parte enumerare, luxuriæ faventis eſt.* Libro VIII. c. 20. *Leonum pugnam Cæſar Dictator CCCC. dedit* Ibidemque cap. 27: *Camelopardalis Dictatoris Cæſaris Circenſibus ludis primum viſa Romæ.* Spectaculorum iſtorum & *Dio Caſſius* meminit Lib. XLIII: *Multaque*, ait, *ibidem & varia ſpectacula edidit; Theatrum quoque ad venationem aptum ædificavit, quod Amphitheatrum cognominatum eſt. Deinde in honorem filiæ ſuæ venationes, ludoſque gladiatorios exhibuit.* Et *Suetonius* cap. 10: *Venationes autem ludoſque & cum Collega, & ſeparatim edidit.* Capiteque 39: *Edidit ſpectacula varii generis ſumtibus aliis, & profuſionibus in ludos, pompas, epulas, omnium priorum ſuperavit munificentiam.* Venationes verò ejuſmodi *Saturno* attributas, refert *Lactantius* VI. 20. pluribuſque deſcribit *Caſſiodorus* Var. V. 42. Plus ergo *ingenii* quam *veritatis* illi ineſſe videtur conjecturæ, quam Doctiſſimus *Triſtanus* in *Commentario ſuo Hiſtorico ad Julium Cæſarem* affert, nempe eſſe *Bovem ſymbolum quoddam Regis ac Principis*, adducendo locum *Dionis Chryſoſtomi* ex *Oratione* ſua II. itemque *S. Dionyſii* in ſua *Hierarchia* c. 15, dicentium, *bovis robur potentiam & vigorem Principis deſignare, & cornua ejus* τὸ φρουρητικὸν καὶ ἀκαταγώνιστον, *ſervatricem atque invictam ejus vim*; & *Stephanum* affirmare, veteres ſub verbo *Tauri* omnem *rem magnam & robuſtam* comprehendiſſe; οἱ παλαιοὶ πάντα ὅσα μεγάλα καὶ βίαια ἐπωνόμαζον; ſic *Julium* Cæſarem *potentiſſimum omnium Monarcham*, victo *Pompejo*, nunc hic ſiſti. Exhibet hunc nummum *Goltzius* T. XIIII. n. X. *Nonnius* Tab. XIII. n. 12. (ubi ſemel monuiſſe ſufficiat, hanc *Tabulam* à *Sculptore fuiſſe inverſam*, hinc non poſſe non illum, qui imprudens ſequitur *Nonnii* typos, cum & *bovis poſitus inverſus* ſit, errare, *alioſque in errores inducere.* *Valens* in *præſtantioribus Numiſm.* p. 4. & in *nummis Conſularibus* in Famil. *Julia* Tab. 74. n. 36. *Triſtanus* Tom. I. p. 31. *Occo* p. 5. *Ducis Croyiaci Numiſmata auctiora per Alb. Rubenium* in fol. Tab. III. n. 19. & 20. *H. Goltzius* in Faſtis Conſul. p. 177. N. 7. *Carolus Patinus* in le Pompoſe Feſte de Vicenza fatte nel meſe di Gjungno del 1680. in Padova Paris. p. 11.

NUM. 12.

CAESAR IMPERator. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, uti T. I. n. 17.

Marcus METTIUS. Figura muliebris tunicata & ſeminuda, ſtans, dextra victoriolam, læva haſtam tranſverſam tenet, ſiniſtræ cubito clypeo, globo impoſito, innitens, in area adparet ſola litera B.

De *una facie* Tab. I. n. 14. & 17. ut diximus, jam actum eſt, & *IMPERatoris nomen* ipſi hic tribuitur, non *antiqua tantum pro conſuetudine*, ut *Dio* Libro XLIV. loquitur, ſed *eo modo, quo iis, qui ſummum Imperium obtinent, velut ipſi proprium.* *M. Mettius*, cujus *Familia Lanuvio* municipio oriunda (quod *Juno Soſpita*, quæ *Lanuvii* cum *haſta*, *ſcutulo*, *calceolis repandis*, & *pelle caprina colebatur*, frequens in hujus *Familiæ* nummis occurrit, docere poteſt,) *IIII. Vir Monetæ cudendæ*, uti facilis eſt conjectura ex *imagine Cæſaris*, *alteri* nummi *faciei* addita, quod *antea* non licuit, nunc à *Senatu* verò conceſſum fuiſſe patet, ſub *Cæſare*, *Dictatore quartum*, exſtitit, teſte alio nummo in *Gente Mettia*, & infra T. IV. n. 34. afferendo. Hujus *M. Mettii Cæſar* bis memi-

(48) Qui ita: *Liviæ olim poſt Auguſti ſtatim nuptias Vejentanum ſuum reviſenti prætervolans aquila gallinam albam ramulum lauri roſtro tenentem, ita ut rapuerat, demiſit in gremium, cumque nutriri alitem, pangique ramulum placuiſſet, tale lauretum inde provenit, ut triumphaturi Cæſares inde laureas decerperent, fuitque mos triumphantibus alias confeſtim eodem loco pangere, & obſervatum eſt, ſub cujuſque obitum arborem ab ipſo inſtitutam elanguiſſe.*

minit Libro I. *de bello Gallico*, pro quo tamen in vulgatis Exemplaribus mendoſè *M. Titius*, benè monente *Urſino in Conſularibus Nummis* p. 177. legitur; & *Cicero* Ep. ad Famil. 26. Lib. XV. *Venerem Victricem* (quod non ſolum *victoriola*, quam *dextra* præfert, ſed & *ingens clypeus*, *Orbi impoſitus*, arguere videtur) quaſi *Cæſar* ejus *auxilio ac ope totum orbem* ſibi *ſubjecerit*, in *adverſa* addidit, ſive, quod probabilius eſt, ut *ortum Cæſaris à Venere per Julium*, filium Æneæ, qui *Anchiſis* & *Veneris* filius credebatur, *indicaret*, ſive ut hujus *Deæ cultum*, quo ſingulariter illam proſequebatur, *demonſtraret*, juxta *Dionis* illud Lib. XLIV. *Omnino verò*, *Venerem totus colebat*, de quo utroque jam ad T. III. n. 5. dictum eſt ſatis. Nummus hic à *Joh. Valente*, velut in *auro rariſſimus*, adducitur *in ejus præſtantioribus* p. 4.

NUM. 13. 14.

CAESAR DICtator QUARtum. Caput Victoriæ alatæ.

vel

Cajus CAESar DICtator TERtium. Caput Victoriæ alatum ad pectus uſque ſiniſtrorſum ſpectans, crinibus ad caput in nodum revinctis.

Lucius PLANCus PRAEFectus URBis. Urceus, ſeu Præfericulum.

De *Cæſare Dictatore quartum* dictum eſt ad Tab. I. n. 35. Caput verò hic *Victoriæ alatæ* additum eſt, ad deſignandam *Cæſaris victoriam citò partam*. *Alas* ſiquidem *Fortunæ* addiderunt, ſecundum illud *Porphyrii* Lib. III. Περὶ ἀποχ. ἐμψ. Τὰς δὲ Μούσας ἐπτέρωσαν καὶ τὰς Σειρῆνας κατὰ τὸ αὐτὸ τῇ τε νίκλω, *quod iſta citò advolet ac avolet*, *eademque* in bellicis facinoribus cumprimis opus ſit, *capiendaque in tempore*, ſi capillata; ſique *calva*, ſemelque à manibus dimiſſa fuerit, *non facilè comprehendi rurſus queat*. Quorſum alluſit etiam *Horatius* Lib. I.

> *Militia eſt potior: quid enim? concurritur, horæ*
> *Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.*

Hinc ſunt, qui *iſtam de victoria*, pugna *Pharſalica parta*, vel ea, quam de *Pompeji liberis in Hiſpania* retulit, interpretantur, præſertim cum *Dictator quartum* audiat in nummo, quam *Dictaturam IV. geſſit debellatis Pompeji liberis*. Urceus, ſive *Præfericulum*, auctore *Feſto*, quod *præferebatur*, dictum, *fictitium* erat, *libando vino in ſacrificiis dicatum*, de quo ſupra T. 1. n. 21. à nobis actum eſt. *Literæ* circa *obſignatæ L. Plancus Præfectus urbis*, & de *cudente*, & de *cudentis officio* nos reddunt certiores. Fuit autem iſte *L. Munatius Plancus* è *gente Munatia*, quæ *Plebeja* fuit, cognomine *Planco* à *planis gracilibusque pedibus* ducto, atque *ille*, ad *quem Ciceronis* exſtant *Epiſtolæ* Lib. X. XI. Familiar. in quibus *Imperator* & *Conſul*, perinde ac *Plinio* Lib. XXXV. audit. Tunc temporis, cum iſte VII. Vir Epulonum fuerit forte cuſus, ideo forſan *urceus* ſeu *Præfericulum* additum eſt, ut *quibusdam* placet, quamvis etiam *iſtud* ad *Cæſaris Pontificatum Maximum* referri queat, cum quo *nos* facimus. Interim tamen hoc certum, *Triumviros Epulonum* Miniſtros Pontificum maximæ fuiſſe dignationis, ſiquidem de illis *Cicero* Libro III. de Oratore: *Pontifices veteres propter Sacrificiorum multitudinem Tresviros Epulones eſſe voluerunt, cum eſſent ipſi à Numa, ut etiam illud ludorum Epulare Sacrificium facerent, inſtituti*. *Præfectus Urbis* autem quod in *nummo* audiat, ex eo eſt fortè, quod narrat *Dio* Lib. XLIII: *Cæſarem*, *Conſulem & Dictatorem utrumque tertium*, in *Hiſpaniam anno* DCCVIII. *belli gerendi gratia*, *contra Pompeji liberos profecturum*, *Lepido collegæ urbem cum octo Præfectis (vel, ut alii habent ſex) commiſiſſe*, è quibus & *Plancum* hunc noſtrum fuiſſe, verò admodum videtur ſimile. *Dionis* verba ſunt: *Sed poſtquam Pompeji vires augeri*, *ſuos ad bellum ei faciendum non ſufficere animadvertit*, *ipſe*, *Romæ cuſtodia Lepido*, *octoque*, *ut nonnullis videtur*, *vel quod magis creditum eſt*, *ſex Urbis Præfectis injuncta*, *in Hiſpaniam expeditionem ſuſcepit*. Redux factus *Dictator*, *victor* illum ulteriori cum *Imperio ProConſulari* & *Legionibus præfecit*, illeque de rebus ibi geſtis *triumphavit*; quibus vero incertum, de eo tamen *Faſti Capitolini* ita:

DCCX.
L. MVNATIUS L. F. L. N. PLANCVS AN. DCCXI. V. C.
EX GALLIA IV. K. IAN.

Factus dehinc *Imperator*, & *Conſul* deſignatus cum *D. Bruto* in Annum DCCXI. Anno ſequenti DCCXII. etiam cum *M. Æmilio Lepido dictus eſt*. Ejus meminit etiam *Appianus* Lib. 3. de *Bello civili*, refertque, quod *Plancus cum tribus Legionibus*, quas habuit in *Gallia comata*, transierit *ad Antonium*, & inſcriptio de illo *Cajetæ* hæc viſitur, ab *Urſino* p. 182. & poſt ipſum à *Jacobo Gutherio* in de vetere *Jure Pontificio* Libro II. c. 17. p. 104. Tomo V. J. G. Grævii de Antiquit. Roman. jam adducta:

L. MVNATIVS L. F. L. N. L. PRON.
PLANCVS COS. ACENS. IMP. ITER VII. VIR
EPVLON. TRIVMPH. EX RAETIS AEDEM SATVRNI
FECIT DE MANIBIIS AGROS DIVISIT IN ITALIA
BENEVENTI IN GALLIA COLONIAS DEDVXIT
LVGDVNVM ET RAVRICVM.

Lugdunum ergo Oppidum in *Gallia Narbonenſi* ad *Araris & Rhodani* confluentem & *Rauricum* etiam condidit, *eo deductis civibus Romanis*, qui ab Allobrogibus quondam *Vienna* pulſi erant. Præfectus *Galliæ Transalpinæ Antonium* ut oppugnaret, à Senatu miſſus eſt, ſed *D. Bruti partes deſerens*, *Antonio* ſe junxit, quamvis ſpem *magis faciens auxilii*, quam *opem* ferens, de quo videatur *Vellejus* Lib. II. tandemque, ut diximus, Anno DCCXII. *Conſul factus eſt*. *Galliam comatam* rexiſſe, ſcribit *Euſebius*.

Nummus hic pars eſt *Theſauri Regis Galliæ*, nec hoc modo alibi illum offendimus.

NUM.

xiſtimat *Fulvius Urſinus*, eum eſſe *Voconium*, cujus *Plutarchus* meminit in *Cicerone*, & *Cicero* ipſe Epiſt. 23. ad *Atticum* Lib. VIII. ex qua ſatis claré colligi datur, *eum Magiſtratum quendam geſſiſſe: Sed memento, præter Appium, neminem eſſe ferè, qui non jus habeant tranſeundi. Nam aut cum imperio ſunt, ut Pompejus, ut Scipio, Setenas, Fannius, VOCONIVS, Seſtius. Ipſi COSS. quibus more majorum conceſſum eſt, vel omneis adire provincias, aut Legati ſunt eorum. Sed nihil deſidero.* Certè, ſublato Pompejo, *Voconium* in *gratiam Cæſaris* rediiſſe, *nummi* teſtantur. *Q. Voconii Judicis Cicero* mentionem injicit pro *A. Cluentio*, ſed *J. Valens* affirmare non audet, *hujus noſtri fuiſſe Patrem. Voconiæ Legis* à *Q. Voconio* latæ, *Cicero* meminit *Orat.* VI. p. m. 109. & Orat. XXXV. p. 717: *Tulit apud majores noſtros legem Q. Voconius de mulierum hæreditatibus; Fori* verò *Voconii* iterum *Cicero* Lib. X. ad Atticum: *Lepidus ad Forum Voconii caſtra habet: qui locus à Foro Julii quatuor & viginti millia paſſuum abeſt: M. Voconii* memoria eſt in ſequenti inſcriptione *Gruteriana* p. 489: M. VOCONIO M. F. GAL. VACCULAE AEDILI FLAMINI DIVI AVG. QVAEST. PAGANUS LIBER. An ex *deſcendentibus? qui* ſequentem *Inſcriptionem* accepit, apud *Gruterum*:

MARTI LEVCETIO
PRO SALVTE IMP. DOMINI AVG. PII.
Q. VOCONIVS VITVLVS
LEG. XXII. PR. P. F.
PONENDVM CVRAVIT.

Dedit jam *hunc eximiæ raritatis* nummum *Goltzius Tab.* XIV. n 3. *Nonnius* Tab. XIII. n. 1. *ubi tamen, quod obiter monemus, incuria Sculptoris, Tabula inverſa, vitulusque, planè figura immutata, inſculptus eſt. Valens in præſtantioribus aureis & argenteis* p. 6. *A. Rubenius in nummis auctis Arſchotanis* T. II. n. 19. 29.

N u m. 19.

Cajus IVLIVS CAESar IMPerator. COnSul III. Caput Cæſaris nudum lævam verſus, uti T. II. n. 55.

IMPerator CAESar TRAIANus AVGuſtus GERmanicus DACicus Pater Patriæ RESTituit. Venus ſeminuda ſtans, dextra galeam tenet, ſiniſtroque cubito columnæ innixo haſtam ſeu ſpiculum transverſim geſtat, infra ante pedes clypeus.

Veneris Victricis, (quod *galea* evincit, in *Gemmis* etiam ſic obſervanda) *quâ* loco *ſymboli* in pugna *Pharſalica* uſus erat, ut ſupra T. III. n. 5 jam pluribus monuimus, *typum Trajanus*, optimus *Cæſar*, in *nummo* hoc *rariſſimo* inſculpi curavit, quod *memoriam Originis Divi Julii, quam toties vicit in monumentis* exſtare voluerat, *poſt mortem* etiam *Anteceſſoris & Fundatoris Regni*, (*quem* propterea non ſolum *Imperatorem abſolutè* vocat, ſed & *nudo capite*, velut *inter Divos recepti*, effingi præceperat) refricaret. *Venus* præterea *columnæ innititur*, veluti *quieſcens*, poſtquam ſcilicet *Familiam & poſteros* in *Deorum numerum* nunc everit; *galea, ſpiculo & clypeo* additis, quo pateret, *qua via, quibusque mediis* hocce effecerit. Eſt hic nummus non ſolum in *Regis Galliæ*, ſed & *Celſiſſimi Comitis Schwartzburgici Gaza* Κειμήλιον ex *præſtantiſſimis*, prætereaque in *Nummis Conſularibus Urſini ac Patini* in *Familia Julia* T. IV. n. 6. p. 129. ejuſdemque *Suetonio nummis illuſtrato* p. 61. (ubi tamen *ſcutum* pone *Venerem poſitum* conſpicitur, cum *ante illam eſſe debeat*). Itemque in *J. Valentis Nummis Familiarum* T. LXXVI. n. 62. *obvium.*

N u m. 20.

DIVVS IVLIVS. Caput Cæſaris nudum lævam verſus, uti Tab. II. n. 49.

vel

DIVVS IVLIVS. Caput Cæſaris laureatum, lævam verſus, uti Tab. II. n. 58.

IMPerator CAESar TRAIANus AVGuſtus GERmanicus DACicus Pater Patriæ RESTituit. Victoria (minus recte *L. Nonnius Deam Pacem* hic agnovit in *Commentario ad nummos Goltzianos* p. 51.) *ſtans bullam dextra oſculari videtur, vel potius veſtem ſublevare, læva caduceum alatum tenens, ante pedes ſerpens eſt, ſeſe erigens.*

Divus appellatur, quod in *Deorum numerum* receptus *primus* eſſet *Imperator*, quod & *Caput nudum* indicare ſolet. Sed in *aliis nummis caput illud* etiam *cum laurea* comparet, ut, *Victorem fuiſſe* ſemper, pateat. Ideo & *Victoria* in *adverſa* eſt addita, *caduceum* tenens. Sive igitur per *caduceum* in *nummo rariſſimo pacem* factam cum inſigni *augmento Majeſtatis Cæſaris*, cujus *ſymbolum ſerpens* alias eſſe ſolet, intelligas; ſive *pacem Populo Romano* datam, *bello* omni cum *hoſtibus exteris proſcripto*, ex mente *Pierii Valeriani Hierogl* Lib. XV. augureris, *qui Serpentis motu, ſeu abitu* aliò *ablegatum bellum ſignificari*, autumat, quaſique *efferum hoc animal bellum* denotet; ſive, quod *veritati conſentaneum magis videtur, victorias*, perpetuas *Julii comites*, tùm *ſingulari felicitate* (per *caduceum* deſignatâ) tum *prudentia* (cujus *ſerpens* eſt indicium) *partas*, interpreteris, (*nullam enim cladem niſi per Legatos paſſus eſt*, inquit *Suetonius* c. 36.) *Cæſaris Gloriæ* poſt mortem nihil officiet, cui cum maxime litare voluit *Trajanus* Cæſar, *hoc ipſo Numiſmate.* Certe *prudentiæ* ſuæ præconem nactus eſt Dionem Libro XXXVIII. pag. 64. *Bullam* deoſculari dicit *Doctiſſimus Joh. Valens* p. 530. in *qua Principis ſignata effigies* eſſe ſolebat, velut *ejus, quem* maximè diligebat & venerabatur. Sufficiat, quod nummum *illum olim cuſum* optimus *Cæſar* (vel quod ob *Imperii Julii brevitatem* plures ex *auro* cudi ſtatim nequiverint, vel quod *rem*, quamvis *licitam, communem oppido noluerit fieri J. Cæſar*) *reſtituendum* cenſuerit, *actuque reſtituerit*, ne *tanti honoris monumentum, tantaque Principis* aliquando *periret Gloria.* Inſeruerunt hunc ipſum *rariſſimum nummum* aureum ſuis monumentis *H. Goltzius* T. 17. n. XI. *Nonnius* T. 16. n. XI. *C. Patinus in Theſauro Numiſmatum* aureorum minori p. 2. & in ſuo *Suetonio Nummis illuſtrato* p. 61. Itemque in Supplemento Nummorum Conſularium p. 313. in *Famil. Julia. P. Valens* in *præſtantioribus aureis & ar-*

argent. p. 6. quamvis cum *capite Julii sine laurea*, & *in Consularibus* Tab. LXXVI. n. 63. *Jacobus Biæus* in Nummis Imper. Roman. Tab. 3. N. 11. 12. *A. Morellius* in Nummis Consular. in Famil. *Julia* Tab. 8. n. 4. ubi tamen, nescio quam recte, *Caput Julii laureatum* exhibuit; cum perigraphe DIVVS JVLIVS. Ac in ipsa *Gaza Regia Parisiensi*, sicuti etiam *Schwartzburgica hodie comparet.*

NUM. 21. 22.

CAESar DICtator QUARtum. Caput Veneris.

COnSul QUINQtum. In areâ, corona laurea circumdata.

Observari hic meretur, *Dictaturam IVtam* in *una*, & *Consulatum Vtum* in *altera* nummi *facie* conjungi, & ex eo conficitur, *Dictaturam Cæsarem non suscepisse eo die*, quo *Consulatum.* Dictatura ergò ipsi decreta *tertia* est, cum *ex Africa victor* rediisset in Urbem, ita *suscepta*, ut *anni Dictaturæ IVtæ* non esset finis, cum *Consulatus Vtus inciperet*, idque ex ea ratione, quod *Consulatus esset Magistratus ordinarius*, & *primo Januarii die initium sumeret; Dictatura* verò *extraordinarius*, ceu supra jam monuimus, quæ initium capiebat *eo die, quo Dictator fuerat à Consule dictus. Venerem adjectam* in *aversa* esse, (non autem *Clementiam*, ceu *Paolo Pedrusi* (51) existimat) mirum non est, cum de *cultu Veneris & jactantia Cæsaris de ortu ex illa* abundè diximus Tab. III. n. 5. quo inposterum B. L. semper ablegabimus, ne toties id dicendum habeamus. *Consulatum Vtum* intra *coronam* ex lauro ponere placuit, quod *illa* eo die, quo CONSULATUM suscipiebat, *proferri solebat.* Afferunt hunc nummum Ful. *Ursinus & C. Patinus* in *Famil. Julia* T. V. n. 3. p. 131. *ubi tamen pro*, QUINQ. QUINC. *visitur. Joh. Valens* T. LXXII. n. 25. *Paolo Pedrusi in nummis aureis Imperatorum Musei Farnesiani* Tab. I. N. II. qui pariter QUINC. exhibet. Eodem modo habet *Dionigi Ottaviano Sada* in Dialogis Augustini ex Hispanica in Italam Linguam translatis pag. 56. & exstat præterea tum in *Gaza Parisiensi, tum Schwartzburgica.*

NUM. 23.

DIVUS JULIUS. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus, ad frontem stella, uti Tab. II. n. 59.

Lucius MUNATIus PLANCUS PRAEFectus URBis. In area.

De *priore* nummi *facie* d. l. actum est à nobis, sicut & de *L. Munatio Planco*, *Urbis Præfecto*, n. 14. *Tabulâ* hac ipsa *tertiâ*, quo B. L. ablegatum volumus, ne cum nausea unam bis repetamus, hoc saltem adhuc addentes, *L. Munatium Plancum* hunc denarium *Cæsaris Dictatoris* (*cujus* cum *capite* tunc adhuc non solum moneta signari solebat, sed & *Triumviri* occupati adhuc erant in *honoribus variis decernendis*, quod illum jam inter *Divos* crederent) *effigie* ac *DIVI elogio* obsignatum, inter *Duces*, illum ad *Triumphum ex Gallia*, (de quo supra) *comitantes*, fortè *distribuisse*, *Urbis Præfecti titulo solo* contentum, licet in annum sequentem *Consul* jam esset designatus, quo *faventiores sine dubio Triumviros*, qui Cæsaris necem vindicandam inter se decreverant, sibi redderet.

Habent hunc nummum *Goltzius* Tab. XIV. n. 5. & in *Fastis Roman.* p. 187. n. 3. ad annum 711. *Nonnius* Tab. XIII. n. V. *J. Valens* Tab. LXXVI. n. 58. in *Gente Julia*, & in *Munatia* T. 98. n. 2. p. 152. *Jac. Biæus in Nummis Imperat.* Tab. 3. n. 3. 4. *A. Morellius* in Nummis Consular. in Fam. Munatia n. 1.

NUM. 24. 25.

CLEMENTIA. Lucius BUCA. Caput Clementiæ dextram versus, ante illud lauri ramus.

Cujus CAESAR PARENS PATRIAE EX S. C. Templum rotundum sex columnarum Concordiæ novæ, in cujus medio signum Concordiæ, dextra cornucopiæ, sinistra hastam tenet.

De *Lucio Æmilio Buca*, IIII. *Viro monetali*, abundè dictum est supra hac T. III. n. 2. De *titulo Parentis Patriæ*, Cæsari à P. R. dato, vide Tab. I. n. 20. De *reliquis* nunc, atque primo de *typo Deæ Clementiæ.* De ista ita *Claudianus:*

Nonne vides, ut nostra soror, Clementia, tristes
Obtundat gladios.

Hanc sicuti *Romani Deam* coluerunt; ita *eandem*, perinde ac cæteras, & *nummis suis* impresserunt. In *Vitellii*, *Vespasiani Trajani* denariis illa *sedens*, *lauri ramum manu* tenet; hic *ante faciem* eundem exhibet, quod *lauro expiarentur*, qui *deliquerant*, teste *Plinio* Libro XV. Cap. ultimo, & *Valerio Flacco* Lib. III. Sunt etiam, & in his *Jac. Oiselius*, qui *ramum oleæ* reputarunt, quoniam *olea* præcipuè *Clementiæ & Misericordiæ* tribuitur, secundum illud *Chrysostomi* Hom. 3. de *incomprehensibili Dei natura:* Καθάπερ οἱ ἄνθρωποι κλάδους ἐλαιῶν ἐκκόψαντες ἐκτείνουσι τοῖς βασιλεῦσι, διὰ τοῦ φυτοῦ ἐλαίου, αὐτοὺς καὶ φιλανθρωπίας ἀναμιμνήσκοντες, h. e. *Homines ramos olearum recisos Regibus protendunt, per stirpem illam misericordiæ, & humanitatis ipsos admonentes;* Et *Porphyrii de Nympharum antro:* ἐν ταῖς λιτανείαις καὶ ἱκετηρίαις τάς τε ἐλαίας θαλλοὺς προτείνουσιν. Nihil verò aliud *eâdem* voluerunt, quam *ipsam Cæsaris clementiam*, significare, quam *multi Auctorum antiquorum* personant, quos, quia res meretur, seorsim audiemus. Ante vero, quam alios auscultemus, ipsum *Cæsarem*, gloriantem de hac *præcipua sua virtute*, qua tum in *administratione Reipublicæ*, tum in *victoriis belli Civilis*, emicuit, afferemus, in *Epistola ad Ciceronem: Bene auguraris de me, bene enim tibi cognitus sum, nihil à me longius abesse crudelitate; atque ego, cum ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te, gaudeo, & triumpho.* Cicero ve-

(51) In [illegible] aureis *Farnesianis* scribens: *Mostrasi nella* [illegible] *la figura della Clemenza, è Cesare vien detto,* pag. 10.

NUM. 15.

Caput Cæſaris laureatum, lævam verſus, in area nota: S. C. h. e. Senatus Conſulto, uti Tab. I. n. 3.

TIberius SEMPRONIVS GRACCVS Quæſtor DESignatus. Signum cohortis, (quod alii malè *vexillum* vocant, quamvis *loco hodierni vexilli* fuerit) *Aquila Legionaria, Aratrum, ac Decempeda,* non autem *ſceptrum,* uti *Fulv. Urſinus & Æneas Vicus Lib. I. Commentariorum ſuorum ad nummos Imperatorios, volunt.*

T*iberius Sempronius Gracchus, Patriciæ* primum, dehinc *Plebejæ Gentis* fuit. Cognomen *Gracchi,* primus ex illa gente vel à *Graculo ave,* ejuſque *ſono oris* acceperat; vel à *geſtando in utero,* uti aliis placuit, habuerat. (50) Ab *iſto* nunc hunc nummum *ſub Auguſto,* & quidem *ejus Triumviratu,* & non ſub *Julio Cæſare,* adhuc *vivo,* fuiſſe cuſum, *temporis ratio* ſuadet, *notaque* adjecta *S. C.* h. e. *Senatus Conſulto,* quod eo ipſi ad *demortui* Cæſaris *effigiem* ſimul in nummis *obſignandis* omninò *opus fuiſſe* videatur, aut monetæ cudendæ *poteſtas* difficillimis iſtis temporibus *prorogata* etiam *fuerit.* Legitur autem hic *Tiberius Sempronius Gracchus,* (ſic enim rectius eundem appellare placet cum *Goltzio & Nonnio,* quam cum *Fulvio Urſino & aliis Titum Sempronium Gracchum*) in aliis *Auguſti* nummis à *F. Urſino* T. I. n. 4. & 5. p. 251. in *Familia Sempronia* exhibitis, *IIII. Vir argento ſignando dictus,* qui titulus à *Cæſare* introductus, uſque ad diviſionem Monetæ inter *Auguſtum & Senatum* duravit, quo rurſus tempore *Trium-Viri Auguſti,* & *Trium-Viri Senatus Monetales* facti ſunt, ipſis vel nummis hocce nobis prodentibus. *QVÆSTOR DESignatus* fuit, an. $\frac{724}{5}$. poſtquam *Auguſtus,* defuncto *M. Antonio,* *de Ægypto* triumphum tuliſſet, & *ſolus* propè ille *Reipublicæ præeſſet,* de quo inter alia *Dio* Lib. LI. *Hoc anno verè iterum penes unum hominem ſumma totius Reipublicæ eſſe cœpit.* Coloniæ ſymbola, *Signum Cohortis & Legionis veteranorum militum,* (*quibus,* Senatus Conſulto facto, à *Duumviris,* dandis agris creatis, novi Coloni deducebantur) *Aratrumque & Decempedam,* urbis noviter deſignandæ indices, *impreſſit. Aratrum* enim circumducebant, ut eodem *locum* condendæ urbis deſignarent; *Decempeda* autem, quæ erat *pertica X. pedum, notis* quibusdam, ſive *punctis,* ſingulos *pedes* à ſe exacte diſtinguentibus notata, metiebantur *agros,* ad illam deſtinatos, ac ſortito illos poſtea dividebant, de quo ſatis ſcitè *Hyginus* in *limitibus conſtituendis: Multis Legionibus contigit, bellum feliciter tranſigere, & ad laborioſam agriculturæ requiem primo tyrocinii gradu pervenire, nam cum ſignis & aquilis & primis Ordinibus ac Tribunis deducebantur.* Fuit autem iſta *Carthago,* Urbs *Africæ* littoralis, *Romæ* olim æmula, dehinc diu *jacens everſa,* quæ à *Julio Cæſare* dehinc (qui quam primum *Conſul* eſſet factus, legem de COLONIIS DEDUCENDIS, & *leges agrarias* non ſolum, teſte *Plutarcho* p. 713. in *Cæſare* promulgaverat, ſed & *ipſe* poſtea *plures, quarum Catalogum* infra ad Tab. VI. n. 9. ſubjiciemus, deduxerat) facta eſt *Colonia* A. $\frac{708}{9}$. referente *Dione* Lib. XLIII: *Addidit etiam ſuis præclaris factis, quod Carthaginem Corinthumque inſtauravit.* Τὴν δὲ Κόρινθον, τήν τε Καρχηδόνα, πόλεις ἀρχαίας, λαμπρὰς, ἐπισήμους, ἀπολωλυίας. ἣ μετὰ ἀποικίας Ῥωμαίων ἐνόμισε δεῖν, ἀπῴκισεν: *Corinthum verò Carthaginemque, urbes antiquas, ſplendidas, illuſtres, quæ jam perierant, Colonias Romanorum deduxit. Illam* dehinc *Auguſtus* iterum *Colonis auxit,* ſcilicet Anno $\frac{724}{5}$. docente hoc iterum *Dione* Lib. LIII. hiſce: *Carthaginem quoque denuo Coloniam deduxit, quia Lepidus, quum partem ejus habitatoribus orbâſſet, jus Coloniæ ſuſtuliſſe videbatur.* Et *Suetonius* de Coloniis Cæſaris hæcce memoriæ reliquit c. 42: *Octoginta eum civium millia in transmarinas Colonias diſtribuiſſe.* De quibus *Coloniis* inprimis legendus *C. Sigonius* de *antiquo Jure Italiæ* Lib. 3. Placuit autem hujus memoriam nummis inprimere, quod Proavus ejus, *Ti. Gracchus,* Tribunus plebis, non ſolum *Agrariam Legem* tulerit, ſed & ipſe *primus* ex Senatus Conſulto cum fratre *Cajo* & *Appio Claudio,* Socero, ad *Carthaginem* ipſam deducendam *Duum Vir* creatus fuerit; *C. Graccho, fratre,* etiam anno $\frac{631}{32}$. *Principe Legationis* in *Africam* deſignato. De priori *Vellejus* Lib. II: *Ti. Gracchus Triumviros agris dividendis Coloniiſque deducendis creavit ſe, ſocerumque ſuum Conſularem Appium, & Gracchum fratrem admodum juvenem.* Paulo poſt: *In legibus Gracchi inter pernicioſiſſima numeraverim, quod extra Italiam Colonias poſuit.* Et *Florus* ex *Livio* in *Epitoma Libri LX: C. Gracchus, Tribunus Plebis, continuato in alterum annum Tribunatu, legibus agrariis latis, effecit, ut complures Coloniæ in Italia deducerentur, & una in ſolo dirutæ Carthaginis, quo idem ipſe Triumvir creatus, & Coloniam deduxit.* Et *Plutarchus* obſervavit, *C. Graccho, profecto, ad deducendam Coloniam Carthaginem, portentum fuiſſe factum, quod vexillum laceratum à lupis fuerit.* Conferantur *Onuphr. Panvinius* de *imperio Romano* p. 378. & 442. & ex veteribus de hac Colonia, prima extra Italiam deducta, *Plinius* Lib. V. c. 5. *Ulpianus, Paterculus, Florus, Appianus* & alii. Gloriatur ergo hoc præſtantiori Denario *Ti. Sempronius Gracchus* Majorum gloria in *deducta iſta Colonia, Junonia,* ob *Deæ illius* ibidem *cultum,* olim *dicta,* tunc *Julia,* à *Julio Cæſare* appellata, quæ *Fundatoris C. Julii Cæſaris,* & *Reſtauratoris Auguſti utraque nummi facie,* quem infra Tab. VI. n. 9. 10. dabimus *memoriam* ſimul refricat. Miramur ergo, cum tam clara *veſtigia neceſſitudinis Gracchorum & Coloniæ Carthaginis* apud Autores ſint, qui tamen *Fulvius Urſinus,* Coloniam *Caſilinum* ſpectare hunc nummum, ſcribere potuerit, in de *Familiis* p. 135: *Quartus Denarius à TI. SEMPRONIO GRACCO, Quæſtore deſignato, cuſus, pertinet ad Caſilinum Coloniam, quæ A. DCXCIV. à Cæſare & Bibulo Coſſ. ex S. C. deducta eſt; cujus deductionis ſymbola in altera Denarii parte notata ſunt, ſignum cohortis, aquila Legionis, aratrum & ſceptrum.* Quamvis in Familia *Sempronia* ſe ipſum corrigere videatur, p. 252. ſcribens: *Cum autem deductæ Coloniæ ſymbola ſint, atque ea ad Caſilinum Coloniam in Cæſaris Denariis*

(50) Ita enim *Carolus Sigonius* in de *Nominibus Romanorum Libro* Cap. V, p. 1981. *Gracchum à gracilitate corporis dictum ſcribit Cariſius; Varro autem à gerendo; quia mater ejus, qui primus Gracchus dictus ſit, duodecim menſes uterum geſſerit, ac propterea ſine adſpiratione ſcribendum, ut ait Scaurus.*

nariis pertinere dixerimus, ſuſpicari poſſumus, tertio quoque denario eandem Coloniam deſignari: nec enim aliquam ex iis, quas Auguſtus deduxit, ſignificari credendum eſt, cum ob alia, tum quod hujusmodi denarius primo Triumviratus quinquennio, ut dictum eſt, cuſus fuit: quo quidem tempore, nondum Cæſar Coloniam aliquam, quantum ex Hiſtoriis colligimus, deduxerat. Itaque magis placeret, ut ad eas Colonias Denarius referretur, quibus deducendis Ti. Sempronius Gracchus Tr. Pl. ſe Cajumque fratrem creavit, quorum alterius Quartum-Vir iſte nepos eſſe potuit, aut certè utriusque conſanguineus. Obiter notamus nomen GRACCI abſque adſpiratione hic occurrere juxta obſervationem *Quintiliani* Lib. I. c. 9. *Diu deinde obſervatum, ne conſonantibus adſpiraretur, ut in Graccis, Triumpis.* De *Sempronio Gracchó* plura apud *Vellejum* Lib. II. & *Tacitum* L. I. evolvi poſſunt.

Et hic nummus apud *Goltzium* T. XII. n. IIII. & *Nonnium* Tab. II. n. IIII. occurrit.

Num. 16. 17.

DIVOS IVLIVS, DIVI Filius. Capita Julii Cæſaris & Auguſti oppoſita, illius laureatum, hujus nudum.

Marcus AGRIPPA COnSul DESIGnatus. In area nummi.

Nummus hic *ſingularis raritatis ac præſtantiæ*, qui non ſolum infra in *Auguſti* nummis aureis Tab. XI. N. 40. ſed & in *Familia Auguſta*, ubi de *Agrippa* ipſo dicendum erit, Tab. IV. N. 1. 2. occurret, à *M. Vipſanio Agrippa*, L. Filio, *Auguſti familiare* & amico, *Conſule* tunc ab *Auguſto* deſignato, hoc eſt, *antequam Conſulatum primum iniviſſet*, ſignatus eſt, *cujus primus Conſulatus* cum L. Caninio Gallo in annum $\frac{716}{17}$. incidit; poſtmodum & *Conſul II.* A. $\frac{725}{26}$. & *Conſul III.* A. $\frac{726}{27}$. cum *Auguſto VII.* factus, docentibus id *nummis aliis*, & in primis uno Tab. X. n. 14. infra *afferendo.* Gratulaturus ergo *Auguſto*, *Patris & ipſius imaginem* ſimul fecit imprimi, *quo ſe* ipſum *magis commendare* non potuiſſet, à *Virgilio* Libro VII. Æneidos aliàs, ob felicitatem in *expeditionibus navalibus*, ita laudatus:

Parte alia ventis & Diis AGRIPPA ſecundis,
Arduus agmen agit, cui belli inſigne ſuperbum,
Tempora navali fulgent roſtrata corona.

Nondum verò *tunc temporis Auguſti* erat *Gener*, quod pluribus probat *Patinus in Theſauro* majori æris medii moduli Imperatorum, aliter ſentiens in *Theſauro ſuo Numiſmatum*, *quem* ante anno 1672. *Pariſiis in forma quarta* ediderat. Singulariter vero hic attendendum, quod ſe *M. Agrippam* in adverſa nominet, omiſſo *Vipſanii* Gentilitio, quod, utpote *humili & ignobili*, faſtidiebat. Unde, referente *Seneca Rhetore Controv.* 2. in actione quadam ejus accuſator: *M. Agrippa*, inquit, *& quod in medio eſt, Vipſanium* intelligi volens; & *deſignati Conſulis* dignitatem potius in *area nummi*, ut rem *Familiæ ſuæ* honorificam, obſignavit. Unde vero Agrippæ ſit nomen, docet nos *Fabius*, Inſtit. L. I. c. 4. ſcribens: *Scrutabitur mille Præceptor acer atque ſubtilis origines NOMINUM, ut quæ ex habitu corporis, Cicerones, Rufos, Longosque fecerunt, (niſi erit aliud ſecretius) ut Sullæ, Burrhi, Galbæ, Planci, Panſæ, Scauri, taliaque, & ex caſu naſcentium; hinc AGRIPPA, vel Opiter, & Cordus, & Poſtumus erunt, & ex iis quæ poſt natos eveniunt, unde Vopiſcus.* Quod tamen potius *Prænomen* Vipſaniæ Gentis fuiſſe novimus. Afferunt hunc nummum aureum *H. Goltzius* T. XVII. n. IX. & *L. Nonnius* Tab. XVI. n. IX. *J. Valens* in *præſtantioribus aureis* p. 4. edit. vet. recentis vero, p. 7. *C. Patinus in Theſ. Numiſmatum minori in aureis* p. 4. *A. Morellius in Nummis Conſularibus* in Familia *Vipſania* N. 1. *Jac. Biæus*, in Num. Imper. T. 3. n. 5. 6. *Comes Mediobarbus* pag. 24. in Auguſto.

Num. 18.

DIVI JULI. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone Lituus, uti Tab. II. n. 53.

Quintus VOCONIUS VITULUS. Vitulus ſtans.

De *facie prima* l. c. egimus. *Vitulus* verò *in adverſa* impreſſus eſt, ad indicandam *originem cognominis Vituli* in Gente *Voconia*, quod, teſte *Varrone*, Lib. II. ductum eſt à *pecore*. *Symboloque* hoc ipſo *Gentis ſuæ antiquitatem* notare voluit *Voconius*; in quibus *notis & inſignibus abolendis* ſingulariter ſolicitus poſtea fuit *Caligula*, tradente *Suetonio*. Ut adeo vix locum habeat *Cl. Begeri conjectura*, qui arctiorem nexum exquirens, exiſtimat, *adulatione fortè quâdam, qua alii ſe pro Imperatorum ſalute devoverunt* (veluti de Sp. Pacuvio, Tribuno plebis, novimus, qui per adulationem, Hiſpanorum more, pro Cæſare Auguſto ſemet devoverat, multosque alios, invito Cæſare, ut idem facerent, Tribunicia poteſtate adegerat,) *Q. Voconium Vitulum etiam, Vitulum hic expreſſiſſe*, ut ſe pro *Cæſaris & vivi ſalute*, & *Divi gloria & honore vel victimam innueret futurum. Plebeja* aliàs *illa* fuit *Gens*, ac in *plures Familias* diviſa. Nam præter *Q. Voconium Saxam*, & *Q. Voconius Naſo* occurrit apud Auctores, eorumque jam meminit *Fulvius Urſinus* p. 300. Ipſi verò *Voconii* ex *Aricino municipio* in Urbem venerunt, cujus rei teſtis eſt *Cicero* Oratione *Philip.* 13. In alio nummo *Quæſtor Deſignatus* vocatur, de qua dignitate *Aſconius* in *Divinatione* ita: *Licet Quæſtura ex minoribus Magiſtratibus in Urbe foret, ejus tamen dignationis erat, ut optimus quiſque & bonæ indolis adoleſcens ex illa gradum ad reliquos honores faceret: namque hinc aditum reliquis ineundis Magiſtratibus auſpicabatur; ſiquidem primis experimentis Quæſturæ initiati, qui nullis ante honoribus uſi erant, inculpatæ vitæ teſtimonio ad Ædilitatem, mox Præturam, & demum Conſulatum evehebantur.* Cum autem *Quæſtores* deſignarentur *ante finem anni*, & *principio alterius Magiſtratum inirent*, ideo hic *Voconius inter illos* eſſe non potuit, *quos Cæſar fecit, augendo numerum Quæſtorum*, ut prodit *Dio*, & opinatur *Urſinus*. Ut ergò *gratitudinem ſuam Q. Voconius Vitulus*, tunc fortè *IIII. Vir Monetalis*, circa $\frac{710}{11}$ (anno ſcilicet ſequente mortem Cæſaris) erga *Cæſarem*, jam inter *Divos relatum*, de quo jam ſupra Tab. II. n. 49. egimus, teſtari hoc ipſo voluerit Numiſmate, *ab ipſ. ad iſ nd officium promotus.* Exiſti-

verò viciſſim *Oratione* XLII. p. 821. *Multa ſunt tuæ Clementiæ monumenta; ſed maximè eorum incolumitates, quibus ſalutem dediſti: Quæ ſi in privatis glorioſa ſunt, multo magis commemorabuntur in Regibus.* Et in alia ad *Familiares* Epiſtola ſcribit: *Eſt in Cæſare, mitis clemensque natura*; Inque *oratione* ad *Regem Dejotarum* pro *M. Marcello*, & *Q. Ligario*, *divinam ejus Clementiam* miris modis extollit. *Plinius* etiam Lib. VII. c. 26. iſtam ita dilaudat: *Cæſari proprium & peculiare ſit, præter ſupra dicta, Clementiæ inſigne, qua uſque ad pœnitentiam omnes ſuperavit.* Et, paucis interjectis, *Illa fuit vera & incomparabilis invicti animi ſublimitas, captis apud Pharſaliam Pompeji Magni Scriniis epiſtolarum, iterumque apud Thapſum Scipionis, concremaſſe ea optima fide, atque non legiſſe.* *Dio Caſſius* quoque Lib. XLI. ſingulariter *clementiam Cæſaris in Pompejanos*, Pompejo in Theſſalia devicto, prædicat. Omnium luculentiſſime de *iſta Suetonius* c. 73. *Simultates contra nullas tam graves excepit unquam, ut non, occaſione oblata, libens deponeret.* Et poſtquam nonnulla *exempla facilitatis ſuæ in ignoſcendo* v. g. *C. Memmio*, *C. Calvo*, *Valerio Catullo* attulit, pergit: *Sed & in ulciſcendo natura leniſſimus*; Et rurſus: *MODERATIONEM vero CLEMENTIAMque cum in adminiſtratione, tum in victoria belli civilis admirabilem exhibuit.* Quod per *plurima* rurſus *exempla* id ibi latius deducit laudatiſſimus *Suetonius*, quæ ſine admiratione legi ſane non poſſunt. Teſtetur demum de *Cæſaris clementiâ* etiam *Seneca* his verbis differens in libro de *Ira* L. II. 23. *Fecit hoc & C. Cæſar, ille qui victoria clementiſſimè uſus eſt. Cum ſcrinia deprehendiſſet Epiſtolarum, ad Pompejum miſſarum, ab iis, qui videbantur, aut in diverſis aut in adverſis, aut in neutris fuiſſe partibus, combuſſit: quamvis enim moderate ſoleret iraſci, maluit non poſſe. Gratiſſimum putavit genus veniæ, neſcire quid quisque peccâſſet.* Qua admirabili *virtute* ſe Senatui ac *Populo Romano* ita probavit, ut *Templum* quoque *CLEMENTIÆ* in *honorem* ac *memoriam ipſius* ædificandum, annuumque ibi *Feſtum* celebrari deſtinaverint, cum ad bellum adverſus *Parthos* ſe pararet. *Dio* ſanè Lib. XLIV. ita iſtud tradit: *Poſt ejus ex Hiſpania reditum*, (*An.* $\frac{707}{8}$.) *TEMPLUM ei CLEMENTIÆ dedicari juſſerant. Ejus ſtructuræ delineationem* infra Tab. V. n. 8. videbimus; Hic vero *Templum Concordiæ novæ* exhiberi, putamus, cujus ſententiæ & *Cl. Morellium fuiſſe*, ex *Epiſtola ejus* ad *Clariſſ. Jacobum Perizonium* de *Nummis Conſularibus*, quæ oportunè in manus venit, video, non *autem Clementiæ*, ut *Alb. Rubenius* in *Notis ad Nummos Arſchotanos* p. 7. & *Jacobus Oiſelius* in *Theſ. Num. Sel.* p. 361. & ipſe aliquando *Joh. Valens* p. 52. in *Familiis* putavit, ſe infra tamen p. 526. corrigens, cum *Clementiæ Templi* longe *alia ſtructura* fuerit, ut infra, ceu diximus, ad T. V. n. 8. patebit. Teſtem verò *Concordiæ novæ Templi* laudandum iterum habemus *Dionem* eodem Libro XLIV. ſcribentem: Νεών τε Ὁμονοίας καινῆς, ὡς καὶ δι' αὐτοῦ εἰρηνοῦντες, οἰκοδομῆσαι, καὶ πανήγυριν αὐτῇ ἐτησίαν ἄγειν ἔγνωσαν; *Inſuper CONCORDIÆ NOVÆ TEMPLUM ædificari, annuumque ibi feſtum celebrari juſſerunt, quod Cæſar ipſis Pacem reſtituiſſet.* Cæſare nempe tunc bellum adverſus Parthos parante. Qua de cauſa & *Notam*: EX S. C. *adjectam* hic videmus. Meminit & hujus *Templi* ex hoc *Dionis* loco *G. Pancirollus* in *deſcriptione Urbis Romæ* p. m. 354. edit. Græv. In Templo ipſo *ſignum Concordiæ* (miror *J. Valentem* p. 52. in *Familia Æmilia* ſignum *Clementiæ*, & in Fam. *Julia* p. 525. ſignum *Libertatis id* dicere) *dextrâ cornucopiæ, ad deſignandam omnium rerum in Urbe abundantiam, haſtam ſiniſtra tenet*, ad *hoſtem* fortiter repellendum. Sicuti notum eſt, *Dei* illius, vel *Deæ ſimulacrum*, cujus honori *templum* dicatum eſt, *medium templi* occupaſſe locum. Ut adeo, quemadmodum *alii IIII. Viri monetales originem ſuam, Dignitates multas, ac ſummas victorias, edita ſpectacula, deductas Colonias, conſecrationemque* ſuam in nummis exhibere ſtuduere; ita *L. Æmilium Bucam* ejus *Clementiam*, virtutem ipſius palmariam, ob eamque ipſi exſtructum *novæ Concordiæ Templum* æternitati, ſequentibusque Imperatoribus *in exemplum*, poſtquam nempe ille *Hiſpaniam* recepiſſet, *bella civilia* confeciſſet, ſingularem in cives *Clementiam* oſtendiſſet, *Liberator*, *Parens patriæ* & *Dictator perpetuus* appellatus fuiſſet, *primusque Imperatoris prænomen* accepiſſet, (uti *Hubertus Goltzius* in adjecta *Faſtis* ſuis tabula loquitur) perinde ac *L. Muſſidium Longum* in nummis ſuis, hoc ipſo quoque *nummo* commendare voluiſſe. Videas & hunc nummum aureum apud *Goltzium* Tab. XVII. n. III. & V. *Albert. Rubenium* in *auctis nummis Arſchotanis* & *Jac. Biæum in* Num. Imp. Tab. IIII. n. 11. & 12. *Nonnium* Tab. 16. n. III. & V. *C. Patinum in Suetonio* p. 59. qui tamen ſignum AR. *minus rectè* addidit. Illuſtriſſimum *Ezechielem Spanhemium* in *Juliani Cæſaribus* p. 175. *Joh. Valentem in Fam. Julia* Tab. LXXV. n. 53. p. 525. & T. VII. n. 47. in *Gente Æmilia* p. 52. *Occonem* Edit. primæ p. 8. *Jac. Oiſelium* Tab. LXIII. n. 3. p. 361. *Joan. Oudanum* Tab. 66. n. 3. p. 296. *Hub. Goltzium* in Theſauro rei antiquar. p. 4. itemque in *Faſtis Rom.* p. 182. n. 4. *Sebaſt. Erizzum* p. 240. *A. Morellium in Nummis Conſul.* Goltzianis Tab. XIX. n. 9. in Fam. *Julia.*

ARGENTEA.

Num. 26.

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, uti Tab. II. n. 41. 42.

item

DIVI JULI. Caput Cæſaris laureatum, lævam verſus, pone Lituus, uti Tab. II. n. 53.

Lucius BUCA. Venus ſeminuda & tunicata ſtans, dextrorſum, *dextrâ victoriolam, ſiniſtrâ haſtam tenet.*

Unam *faciem præſtantioris ex argento nummi* ſupra l. c. contemplati ſumus; *alteram* ſaltem intueamur hic oportet. Hoc modò in *averſa* adhuc obſervamus, *Dictatorem perpetuum* ab eo hic vocari in nummo, quod hoc ipſo anno, nempe $\frac{708}{9}$ *ſuſcepta Dictatura IV*, à *L. Buca DICTATOR PERPETUO appellatus fuerit*, diſtinctè id prodente *Dione*, cujus verba ſupra jam adduximus. Exhibet verò *poſtica Venerem Victricem*, quod ex eo conſtat, quia *victoriolam dextra præfert.* Cur verò *Venus victrix* non ſolum in hoc, ſed & in ſequentibus nummis pluribus à *L. Æmilio Buca*, *IIII. Viro A. A. A. F. F.* (uti in *alio* nummo

nummo ejus *titulus* habet) à *Cæsare* constituto , (nam auctum illorum numerum , & ex *III. Viris* fuisse *IV. Viros factos* , *Suetonius* supra nos jam docuit) & de quo multi jam supra Tab. III. n. 2. fuimus , impressa conspicitur? Nempè ut tempore non solum *illo* , *quo ipse vixit* , sed & *post mortem* , ac illo inter *Divos jam relato* , (nam *diversa* deprehenditur *antica facie* hujus nummi *postica* , ut jam observavimus) *gratitudinem suam erga optimum benefactorem* & *post cineres etiam colendum* , declararet , confirmaretque simul *eam* , quam vulgus de *ipso* , & *stella ejus opinionem* fovebat , & quam ipse *vivus* disseminaverat, se scilicet *Genus* suum per *Julum* , Æneæ filium , *à Venere* habere , cum apud Romanos *nihil magni nec magnifici haberetur* , *nisi quod cum Diis conjunctum esset*. Hinc erat, quod & *illam* cumprimis coleret, *Templum* hoc anno *victor* ex *Africa* rediens *ipsi conditum* , teste *Dione* , (52) consecraret, thoracem ex Britannicis margaritis (Veneri Genetrici) in templo ipsius dicaret (53) *factaque sua* , quæ *bonum eventum nacta* erant, *ipsi adscriberet* , *tesseræque loco* tum in *pugna Pharsalica* , tum *Cordubensi* istam daret, *victoriam* inde auguratus , uti etiam evenit , de quibus omnibus satis nobis Tab. III. n. 5. jam actum esse , meminimus. Propterea & prius , quam in nummis *imago ipsius* insculpi à Senatu esset permissum, *illius loco* communiter *caput Veneris à III. Viris monetalibus* exhibebatur; post verò , cum *honor iste* à *Senatu ipsi esset delatus* , in adversa *vel sedens* vel *stans* adjecta visitur. Monumentis jam suis nummum hunc inseruerunt *Goltzius* Tab. VIII. n. XVIII. *Nonnius* T. 7. n. XVIII. *Ursinus & Patinus* in Familia *Æmilia* T. 3. n. 4. p. 13. & *in Julia* T. 3. n. 1. p. 128. *Joh. Valens* in Gente *Æmilia* T. VIII. n. 49. p. 53. & in *Julia* T. LXXIII. n. 31. p. 516. Itemque in *præstantioribus argenteis* p. 2. *ANTONIUS ZANTANUS* in *Cæsaris* argent. Tab. II. n. 9. *L. Begerus* in *Thes. Brand.* T. II. p. 603. quamvis loco PERPETUO solum PERPET. habeat. *A. Morellius* in *Nummis Consular.* in Gente *Æmilia* T. III. n. IV.

Num. 27.

CAESAR IMperator Pontifex Maximus. Caput Cæsaris laureatum lævam versus , pone simpulum , uti Tab. I. n. 24.

item

CAESAR IMPerator Pontifex Maximus. Caput Cæsaris laureatum , lævam versus , pone Luna crescens , uti Tab. I. n. 24.

item

DIVI JULI. Caput Cæsaris laureatum lævam versus , pone Lituus , uti Tab. II. n. 53.

Lucius ÆMILIUS BUCA. Venus Victrix stans seminuda & tunicata , dextram versus, dextra victoriolam , sinistra hastam puram tenet.

De *prima facie* , quæ diversimodè occurrit, supra dictis jam locis egimus, & inprimis *de Luna crescente* , *anni correctionem* innuente , quæ *occipitio Cæsaris* addita cernitur. In antecedente verò nummo cum *prænomen* & *cognomen* tantummodo exprimi voluerit *auctor* , hic & *nomen* addit L. AEMILIUS BUCA. Cæterum cum *Veneris victricis Figura* coincidat per omnia cum *illa in antecedente* , eo B. L. ablegamus , solum adjicientes , quod non solum *IIII. Vir L. Æmilius Buca Cæsari* , deductione *divinæ* per *Venerem originis* , dum viveret , adblandiri, *postque mortem divinis honoribus* hoc modo eundem colere voluerit, sed & idem *Sepullium Macrum* , *L. Flaminium* , *M. Mettium* , & *Cossutium Maridianum* fecisse , quorum *monumenta* & mox dabimus. Istum verò nummum argenteum publicæ luci jam exposuerunt *Goltzius* Tab. VIII. n. XVI. *Nonnius* Tab. 7. n. XVI. *Ursinus* & *Patinus* in *Gente Æmilia* T. III. n. 6. p. 13. & in *Julia* T. II. n. 2. p. 127. ut tamen IM. loco IMP. habeant. *J. Valens* in *Familia Julia* T. LXXIII. n. 30. p. 516. & in *Æmilia* T. VII. n. 48. p. 52. ac in *præstantioribus argenteis* p. 1. *L. Begerus* in *Thes. Brand.* T. II. p. 603. ubi etiam tantum *IMperator*. *ANT. ZANTANUS* in Arg. Cæs. T. III. n. 14. *Occo* p. 6. *A. Morellius* in num. *Consular.* in Gente *Æmilia* T. III. n. VI. *Anticam* ejus partem tantummodo exhibet *J. G. Grævius* in *Floro nummis illustrato* p. 342. n. 4.

Num. 28.

Cajus CAESAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum dextram versus, ante lituus, pone Præfericulum , uti T. I. n. 21.

item

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum lævam versus , uti T. II. n. 41. item

item

CAESAR DICTator PERPetuo. Caput Cæsaris laureatum lævam versus , pone lituus , uti Tab. II. n. 43.

item

CAESAR Dictator PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum ac velatum , lævam versus , uti Tab. II. n. 45.

Lucius BUCA. Venus victrix sedens, dextra victoriolam , lævâ hastam transversam tenet.

De prioribus *anticis faciebus nummi* dictum supra citatis locis abundè est. In adversa saltem *Venerem Victricem sedentem* contemplamur , cum in præcedentibus *stantem* jam vidimus. Sedet autem *illa* , quasi *confectis tandem bellis civilibus* , & *potioribus hostibus debellatis* , *velut nunc planè quietura*. Eadem tamen *symbola* tenet, *victoriolam* scilicet *dextra* , ut *Victricem* illam esse sciamus , & *sinistra hastam* transversam, quæ in *Deorum Dearumque manibus* , *potentiæ* declarandæ ergò , frequentius esse solet. *Hanc* verò eo sæpius nummis impressit suis *L. Buca* , *IIII. Vir Rei monetariæ* , quò *certius adulationis suæ Posteritas haberet specimen* , *memorisque beneficiorum animi erga Cæsarem* , de divino

(52) Qui ita : *Forum verò & templum Veneris (quam sui generis auctorem ferebat) à se conditum Cæsar statim tunc consecravit, multa ibidem & varia spectacula edidit.*

(53) *Plinius* Lib. IX. c. 35. *Divus Julius thoracem, quem Veneri Genetrici in Templo ejus dicavit , ex Britannicis margaritis factum voluit intelligi*, ut *Solinus* addit, subjecta Inscriptione.

divino *à Venere* genere gloriantem, eandem colentem, eidem multa attribuentem, de quibus omnibus supra Tab. III. n. 5. multa satis attulimus. Habet & istum nummum *Goltzius* Tab. VIII. n. 20. *Nonnius* T. VII. n. 20. *Ursinus* & *Patinus* in Famil. *Julia* T. II. n. 8. p. 127. & Tab. III. n. 3. p. 178. *J. Valens* T. LXXIII. n. 32. p. 517. & *in præstantioribus argenteis* p. 2. *L. Begerus* T. II. *Th. Brand.* n. 3. p. 603. *Occo* p. 9. *Ant. Zantanus* Tab. II. n. 5. ubi tamen in Victoriolæ manu corona est omissa. *A. Rubenius* in *Croyjaci Ducis Num.* T. III. n. 15. 16. ac *in Thesauro* exstat *Schwartzburgico.*

Num. 29.

CAESAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus, uti T. I. n. 16.

Lucius AEMILIUS BUCA IIII, VIR. Duæ dextræ junctæ.

Idem sine dubio est ille *L. Æmilius Buca*, qui præcedentes nobis dedit Denarios. Hoc verò insuper animadvertimus, in hoc, uti & in sequente nummo, vocari *IIII, Virum*, quo confirmatur denuo insigniter, quod supra jam innuimus, *nempe Cæsarem, rerum potitum, id habuisse curæ, ut illi, qui sub ipso militiæ nomen dederant, fortiterque rem gesserant, laborum suorum haberent præmia, quod non commodius præstari posse videbat, quam Magistratuum numerum augendo.* Hinc *Suetonius* in *vita* ipsius: *Senatum supplevit, Patricios allegit, Prætorum, Ædilium, Quæstorum, minorum etiam Magistratuum numerum ampliavit.* Ad posteriores, *minores* scilicet *Magistratus*, referebantur, ut supra jam diximus, & *Triumviri monetales*, e quibus *Quatuor-viros* fecit; atque in his & noster *L. Æmilius Buca* fuit, distinctè docentibus hoc *nummis*, cujus rei vix luculentius inveniri potest monumentum atque certius. Quando vero, referente Antonio Augustino in Dialogis p. 4, Fulvius Ursinus existimat, tantum in Caji Julii Cæsaris Dictatura cusos argenteos eos, qui IIII, Viros præferant, id eatenus verum est, quod plurimi illorum sub Julio Cæsare compareant, non tamen, quod nullos plane horum cum impressis nominibus sub Augusto habeamus; quippe eorum nonnulli in officio suo perrexerunt, donec omnia ab Augusto, & horum etiam numerus, in integrum fuerint restituta. *Concordiam*, quæ *Cæsari cum Senatu aucto* tunc intercessit, sine dubio indicare voluit *L. Buca*, eandemque *posteritatis memoriæ* commendare. *Concordiæ* siquidem & *fidei* apud priscos commune reputantur symbolum *dextræ junctæ*, quod ex illius *Maronis* inter alia planum redditur Æn. VIII. v. 150.

Accipe, daque fidem.

Et Æn. XI. v. 165.

—— —— *Junximus hospitio dextras:*

Item alibi:

En dextra fidesque.

Hocque *Ovidii* Epist. II. v. 31.

Commissaque dextera dextræ.

Itoque *Plinii* Lib. IX. c. 45. *Inest & aliis partibus quædam religio; sicut dextra osculis aversa appetitur, in fide porrigitur.* Exstat præterea hic nummus apud *Patinum* & *Ursinum* in Familia *Julia* Tab. II. n. 3. p. 137. *J. Valentem* in *Fam. Julia* Tab. LXXIII. n. 29,

Num. 30.

CAESAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti T. I. n. 16.

Lucius AEMILIUS BUCA III, VIR. Duæ dextræ junctæ.

Cæsar *Imperator* audit, non *consueto modo*, quo Dux, re benè gesta, millibusque aliquot hostium cæsis, ab Exercitu *Imperator* proclamabatur (qua ratione *VItum Imperatoris nomen* tulisse *Julium* novimus) sed *excellentiori gradu*, cujus *Suetonius* etiam meminit, & supra memoravimus c. 76: *Prænomen Imperatoris, cognomen Patris Patriæ sumsit. Concordiam* autem cum designare soleant *dextræ junctæ*, *illam cum Senatu* intelligendam esse diximus, *quem* non solum *suppleverat*, sed & *à quo* vicissim *multos acceperat honores decretos*, quorum supra jam memoriam inspersimus. Exhibet hunc nummum *Ursinus & Patinus in Famil. Æmilia* T. III. n. 7. p. 13. & *J. Valens* in F. Æmilia T. VIII. n. 52. p. 54. *A. Morellius* in *Fam. Æmilia* T. III. n. 8. *Antonius Augustinus* in Dialogis edit. Roman. Sadæ in fol. 7. ubi tamen in perigraphe saltem CAESARis vocem in antica exhibet.

Num. 31.

Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti T. I. n. 1.

item

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum, dextram versus, uti T. II. n. 40.

item

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus, uti T. II. n. 42.

item

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus, uti T. II. n. 47.

Lucius BUCA. Caduceus & fasces decussatim, globus, dextræ junctæ & securis victimaria.

Cum *hic denarii typus nihil* differat, nisi *metallo*, ab *eo*, *quem* supra T. III. n. 2. explicatum dedimus, nihilque aliud *L. Æmilius Buca, IIII, Vir monetalis*, *à Cæsare* noviter constitutus, indicet, quam *orbis imperium Julio delatum sincero religionis cultu, concordia, pace & justitiæ administratione tunc non solum, sed & inposterum florentissimum futurum*, ut *huic* immoremur amplius, non est, indicantes saltem, quod ille & exstet apud *Goltzium* Tab. XVI. n. 21. & in *Fastis Roman.* p. 183. n. 3. *Nonnium* T. XV. n. 21. *Ursinum & Patinum* in *Fam. Julia* T. II. n. 7. p. 127. Tab. III. n. 2. p. 128. & in *Fam. Æmilia* T. III. n. 5. p. 13. *Jacobum Biæum* in Nummis Cæsarum Tab. I. n. 17. 18. *Valentem* in *Fam. Julia* T. LXXIV. n. 33. & 34. & in *Æmilia* T. VIII. n. 50. & 51. p. 52.

p. 52. *L. Begerum* T. II. *Thes. Brandenb.* p. 6c1. & T. III. p. 68. qui tamen *æreum* ipsum sistit, sed credo, perperam, *A. Morellium in Nummis Consular. in Famil. Æmilia*, Tab. III. n. 5. & lit. A. & in *Familia Julia* Tab. II. N. 7. ac Tab. III. n. 2. *Occonem* p. 9. *Albertum Rubenium in Numismat Croyjaci Ducis auctis* Tab. II. n. 17. & Tab. III. n. 1. 2. & 18. *Ant. Zantanum* Tab. III. in arg. Cæs. 17, ita tamen, ut nescio quid pro fascibus sit inscriptum. Exstat etiam in *Thesauro Schwartzburgico*, & apud *Joh. Smetium* in *Antiquitat. Noviomag.* p. 192. 193.

NUM. 32. & 33.

Lucius BUCA. Caput Veneris. Sulla dormiens, cui adstat Diana cum luna bicorni in capite, veloque circumdata, ante eam Victoria palmam gerens, infra literæ forte Punicæ, nisi, quod mallemus, gramen fuerit expressum.

SUnt, qui hunc nummum *de Venere* interpretantur, *descendente ad Anchisen in monte Ida* (54) *jacentem*; & inter illos *Lud. Nonnius*, & *Tristanus*, quibus & *Thomas Dempsterus*, itemque *Carolus Patinus* assentiuntur, sed hæret in interpretatione *Juvenis* illius *L. Nonnius*, cujusnam ista figura? neque *Mercurio* neque *Veneris internuncio*, nec *Cupidini* conveniens? *Tristanus & Patinus* illum de *Genio Populi Romani* explicant, *cujus* quippe *interventu* eo deducta compressa fuerit *Venus*, & sobolem ediderit, quæ ab *Ænea* per *Julum* descendens *Orbi leges dederit*, adeoque hunc nummum *Goltzius*, *Nonnius*, *Ursinus*, *Patinus*, *Tristanus*, cusum existimant à *L. Æmilio Buca*, *IIII*, *Viro monetali*, ad declarandam *Cæsaris divinam originem ex Venere*, propterea que etiam *ipsum Veneris caput* ex *altera* parte nummi *adpositum* credunt. Sed *Joh. Valens* in aliam omnem abit sententiam, eumque non ab *L. Æmilio Buca*, *IIII*, *Viro sub Cæsare*, sed *ejus Patre*, *ejusdem prænominis* percussum putat. Idque ex ea ratione, quod *Sulla ad montis radices dormiens*, *adveniensque Figura cum Luna crescente* in capite deprehendatur, quæ *Dianam* satis arguat, *Victoria* etiam *intermedia* adsit, *palmam Sullæ* offerens, adeoque *somnium Sullæ* potius exponat, de quo ita *Plutarchus* in *vita Sullæ* p. m. 457, ex interpretatione Xylandri: *Quum ille à Nola movisset* (anno $\frac{671}{2}$) *exercitum quidem promtum videbat ad petendam urbem Romam, sed fluctuabat animo secum, & timebat periculum. Hic aruspex Posthumius ad sacrificantem Syllam, inspectis extis, ambas manus protendit, vincirique se & in custodia haberi usque ad prælium postulat, & ni brevi omnia ei cecidissent ex sententia, non deprecatur ultimum supplicium. Dicitur etiam ipsi Syllæ in somniis se obtulisse Dea, quam, ex disciplina Cappadocum, Romani colunt, sive ea LUNA, sive Bellona sit. Hæc Syllæ visa est assistere, & fulmen ei tradere, jussisseque, singulis nominatis inimicis ejus, ferire. Illi icti concidere, atque è medio dilabi. Hoc ostento erectus* (Sylla) *narrat id postridie Collegæ, ac Romam pergit. Qua postea etiam victor potitus est.* Putat ergò *Doctiss. Valens*, *Dianam* cum *Luna bicorni sedentem super nubes*, & *velo* circumdatam, quæ *eadem* cum *Luna* (exclusa *Minerva & Bellona*) hic *Sullæ comparentem in somniis*, & *assistentem ipsi Victoriam*, *optimum rei eventum quasi promittentem*, quod *palma* in *dextra* ejus videtur innuere, *expressam* in nummo *à L. Bucca*, tunc *Quæstore Sullæ*, in rei maximæ memoriam, *Venerisque caput* ab *altera* parte *adjectum esse*, velut *Sullæ Numinis tutelaris*, quod *summo cultu usque prosequebatur*, ac exinde se ipsum etiam *Epaphroditum*, hoc est *Veneri gratum*, appellabat, *nomenque hoc ipsum Tropæis suis* inscribebat, teste *Plutarcho*. *Literæ* infra *subjectæ* incognitæ videntur, easque *Punicas*, indicantes *rem nummo expressam*, existimat *Morellius*, hæcque omnia in *Africa esse gesta*. Sed quando idem *Cl. Morellius* ibidem autumat, eum à *Fausto Felice*, in *Patris L. Cornelij Sullæ* memoriam; cujus partibus *L. Æmilius Buca* fuerat *addictus*, fuisse cusum, non videmus, unde hoc probari possit, siquidem *L. Bucæ* nomen in illo occurrit, non *Fausti*; dehinc *L. Buca IIII. Vir* fuit *post Faustum*, qui *Julii* Cæsaris *jussu*, anno $\frac{707}{8}$ è vivis sublatus est, *Quatuor Viri verò monetales* anno $\frac{708}{9}$ *demum creati* fuerunt. Quando ergo laudatus *Morellius* dicto loco (in *Specimine* p. 236.) miratur, cur *ab Ursino Familiæ Aemiliæ & Juliæ* insertus sit hic nummus, *cum tamen Sullam exhibeat*, adeoque ad *Corneliam potius spectet*, *somniumque Sullæ Ursinus ipse narret in Gente Cornelia*; magis nos mirari habemus, cur *ille* eundem *& Familiæ Æmiliæ* Tab. III. n. 3. *& Juliæ* Tab. I. N. 6. adjecerit in suis *nummis Consularibus*, & præterea *eundem hic quoque inter Cæsaris nummos exstare voluerit*, quamvis in illo nummo, quem *Genti Æmiliæ* Tab. III. n. 3. & *Juliæ* loco citato addidit, infra non *literas Punicas* habeat, sed *gramini incubare videatur Sulla*, in eo sequens sine dubio *Goltzium*, ut tamen in posteriori (Gentis *Aemiliæ*) *nudum* tantum *Veneris Caput*, & *sine literis*, ante cum globo sistat. Nostram, salvâ cujusvis sententiâ, ut proferamus, existimamus, *illam de Sylla interpretationem vix locum habere posse*. Nam hoc certum, quod ex nummis probatur, *L. Aemilium Bucam sub Cæsare, jam Dictatore, fuisse IIII, Virum monetalem*, *ejusque imaginem nummis impressisse*: sanè, quomodo *Sullæ*, *Cæsaris inimicissimi memoriam & decora* in hisce suis nummis renovare ac repetere potuerit, non capimus. Ut non addamus, ipsum *Faustum Sullam à Cæsare* fuisse *interfectum*, quod modo diximus: ut non tangamus, *Veneris cum Anchise concubitum* eodem propemodum modo occurrere in nummo *Samiorum* Græco expressum. (55) Minimum, circa explicationem hujus nummi *ambiguum hæsisse ipsum Morellium*, patet, dum *hunc nummum Cæsaris nummis* inferuit, quem tamen in *Specimine ad Corneliam Gentem* retulerat. Et in *Epistola I*, de *Nummis Consularibus* Lit. A. 2. de explicatione hujus nummi, in Specimine II, data p. 236. *virorum doctorum exspectare vult sententias*. Hæc dum scribo, in manus venit laudati *Morellii Epistola ad Celeberr. Jac. Perizonium*, quem & *nostræ sententiæ esse*, illa prodit, ut etiam propterea *Morellium somniasse illa in Specimine scribentem*, in *literis ad illum* profiteatur. Excipit ibidem equidem *Morellius*, nos certos non esse, an hic *L. Buca*, *unus idemque sit* cum *L. Aemilio Buca*, *IIII*, *viro monetali sub Cæsare*, supraque audivimus, *Joh. Valentem*, *bujus IIII, Viri Patrem* ejusdem prænominis, &

(54) Ovid. in Epist. XVI. v. 201.
Phryx erat Anchises volucrum cui Mater Amorum
Gaudet in Idæis concubuisse jugis.

(55) Confer *L. Begeri* Spicilegium Antiquitatis p. 38. ubi ejus typum offendes.

& Quæstorem Sullæ, *eum dediſſe*, ſtatuere. Sed cum multa adſint, quæ perſuadeant, *IIII. Viro potius convenire*, nec capere poſſimus, qua ex cauſa *literæ Punicæ*, ſi ſunt, *ab iſto Buca* in *Sullæ honorem fuerint adjectæ? dictæ* mallemus *accedere ſententiæ*, ut tamen cum *Morellio Endymionis ſomnium, quod Cicero I. Tuſcul. tangit*, quodque *non nemo Eruditorum & quidem maximi moduli, ut ipſe jocatur*, hunc nummum interpretaturus aliquando ſomniaverat, *nec per ſomnium deprehendere hic pariter queamus.* Exhibet præterea *hunc nummum argenteum Occo* p. m. 10. *Goltzius* Tab. VII. n. 5. & 7. ubi tamen *Juvenis baculum*, ſive, *ut* Nonnius vidit, *haſtam* tenet. *Triſtanus* in ſuo *Commentario in Cæſarem* p. 22. qui tamen anticam cum capite Veneris ſubjecto globo ſine literis dedit. *Nonnius* T. VI. n. 5. & 7. qui *de nummi ſimul antiquitate*, ſed perperam dubitat p. 37. cum & illum & *Occo* & *Urſinus* viderint, & ipſo *C. Patino* jam *aliter fuerit viſum*, nempe in Gente *Julia*, & in ipſa etiam *Gaza Regia Verſalienſi exſtet*, ut mox dicemus. *Urſinus* & *Patinus* in Gente *Æmilia* T. III. n. 3. p. 13. & in *Julia* T. I. n. 6. p. 124. *Joh. Valens* in Gente *Æmilia* T. VII. n. 45. & in *Cornelia* Tab. LII. n. 78. ubi literas Punicas infra omiſit, Genius facem ardentem gerit, ac luna bicornis in capite eſt. *And. Morellius* in *Specimine* Tab. XXIV. n. 3. p. 236. qui notam *Lilij* adjecit, quo conſtet, illum in *Regio Ταμείῳ Pariſienſi deliteſcere*, & in *nummis ſuis Conſularibus* in *Familia Æmilia* Tab. III. n. 3. itemque *in Fam. Cornelia* T. IV. Lit. B. N. 34. nec non in Familia *Julia* Tab. I. N. 6. *Thomas Dempſterus* in Antiquitatibus Romanis *I. Roſini* edit. Genev. 1620. p. 176. qui tamen *baculum* Genio in manus tradit & eundem *de Mercurio* interpretatur, & denique *L. Begerus* in ſpicilegio Antiquitatis.

NUM. 34.

Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone ſtella, uti Tab. I. n. 5.

Marcus ANTONius IMPERator III. (Tertium) Caput Antonii nudum lævam verſus, pone Lituus.

Antonii, *Trium Viri, faciem* ac *vitam* fuſius ſupra ad N. 3. Tab. III. expoſuimus, quo B. L. ablegamus. *Lituus*, *Auguratus* ipſius *Sacerdotium* deſignat, eoque frequentius occurrit in ejus nummis, quod *Sacerdotium* iſtud per *omnem vitam duraret*, illudque *Cæſaris commendatione* anno $\frac{703}{4.}$ obtinuiſſet, ut ſupra jam docuimus. *Imperator tertium* appellatus eſt *Antonius*, poſtquam *Armeniam*, devicto *Artuaſde*, *Conſul deſignatus iterum* Anno 718. *occupaſſet*, ac *de eo*, in *Ægyptum abducto, Alexandriæ triumphaſſet*, de quo *Dio* Lib. XLIX. *Artuaſdem cum conjuge & liberis ſecum abducens in Ægyptum reverſus eſt, eoſque inter alios captivos ante ſe in triumpho Alexandriam introduxit; curru ipſe inſidens*; forſan à *leonibus* tracto, ut tradit *Plinius* Lib. VIII. c. 16. *Memoriam Cæſaris ſanctam habuiſſe Antonium*, ex multis *nummis* ejus cum *facie Cæſaris* conficitur, *cujus* quippe *necem* non ſolum cum reliquis duobus *III. Viris vindicare* conſtituerat, ſed & *quem vivus Cæſar multis beneficiis cumulaverat*; *affinitate* præterea ipſi *junctus erat*, ut adeo *eandem* non tam facile deponere potuerit. Eſt præterea hic nummus apud *Goltzium* Tab. XIV. n. 6. & Tab. XXXVIII. n. 15. & Tab. XLIII. n. 7. *Nonnium* Tab. XIII. n. 4. quamvis, *quod denuo hic moneo, tabula hæc ipſa, Sculptoris ſupina incuria, tota fuerit inverſa, adeoque & literæ circa Antonii caput, aliter ac debeant, ſint collocatæ*, & Tab. XXIX. n. 15. itemque Tab. XXXIII. n. 7. ubi *recte ſe habet caput iſtud cum literis.*

NUM. 35.

CAESAR DICTator. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, à tergo guttus ſive Præfericulum, uti Tab. I. n. 27.

Marcus ANTONius IMPerator Rei Publicæ Conſtituendæ. Caput Antonii nudum, pone Lituus.

De *Antonio* in præcedentibus. Quid mirum, quod *Antonius Augur*, *Imperator à Cæſare* dictus, totque *beneficiis aliis* ab *ipſo ornatus*, *affinitati ipſi junctus*, ac per omnem vitam *partes Cæſaris ſequens*, etiam *poſt necem*, & jam *III. Vir R. P. C.* ejus *memoriam nummo celebraverit?* Habet illum *Urſinus* & *Patinus* in *Fam. Jul.* T. 2. n. 5. p. 127. *J. Sponius in Recherches d'Antiquité* p. 362.

NUM. 36.

CAESAR. Caput Cæſaris laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. n. 12.

CAESAR DICTator. Caput Cæſaris laureatum, lævam verſus, pone Urceus, ſive Præfericulum, uti Tab. I. n. 27. & 28.

Marcus ANTONius IMPerator. Caput Antonii nudum lævam verſus, pone Lituus.

Quæ de *Antonio* dici poſſunt, pleraque ſupra T. III. n. 3. invenies. Cum verò *Cæſar Dictator per excellentiam* (qui tunc ſimul & *Pontifex* erat, docente *urceo*, *pone caput*) à *M. Antonio, Imperatore, ſimpliciter* dicatur, prona eſt conjectura, hunc denarium percuſſum fuiſſe *ab Antonio*, vel anno $\frac{706}{7.}$ *tunc Magiſtro Equitum à Cæſare, Dictatore, creato*, & ejus *abſentis vices in Italia ſuſtinente*, vel, quod aliis probabilius videtur, ab *eo tunc Conſule* anno $\frac{709}{10.}$ & *Collega Cæſaris*, in *Conſulatu* ſcilicet *ejus Vto.* Habent illum præterea *Goltzius* Tab. XIV. n. 4. & Tab. XXXVIII. n. 11. *Nonnius Tab.* XIII. n. 6. Quamvis *inverſo capite & literis*; & Tab. XXVIII. n. 11. ubi *rectè illum exhibuit*. *Urſinus* & *Patinus* in *Gente Antonia* Tab. II. n. 7. p. 22. *Joh. Valens in Gente Julia* Tab. LXXV. n. 51. p. 524. & in *Gente Antonia* Tab. XI. n. 4. idemque *in præſtantioribus argenteis* p. 2. *L. Begerus Tom. II. Theſ. Brand.* p. 601. quamvis *abſque lituo pone caput*, *qui fortè*, *quod ærugine exeſus fuit*, *oculos inſpicientis effugit*. *Ant. Zantanus in Cæſaris arg.* T. II. n. 11. *Alb. Rubenius in Crojyaci Ducis Numiſm.* fol. maj. T. III. n. 3. 4. *A. Morellius in Nummis Conſul.* in Familia *Antonia* Tab. II. n. 8. & *Goltzius* rurſus N. 37. in *Faſtis Roman.* p. 173. n. 3.

NUM. 37.

CAESAR DICtator. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone guttus, sive Præfericulum, uti T. I. n. 26.

Marcus ANTOnius IMPerator ReiPublicæ Constituendæ. Caput Antonii nudum, lævam versus, pone Lituus.

De *Antonio*, ut moneamus, *quis fuerit?* causæ, nihil est, cum de *eodem* supra ad Tab. III. n. 3. satis dictum sit. Sufficiat hic saltem addidisse, ab *Antonio*, *TriumViro*, *Reipublicæ Constituendæ gratia* cum *Lepido* & *Octavio* facto, *in Cæsaris Dictatoris*, (*cujus necem* inter alia *vindicaturus erat*, & *à quo* per omnem vitam *multis beneficiis cumulatus præterea fuerat*) *memoriam fuisse cusum*. Exhibet illum etiam *Goltzius* T. XIIII. n. 9. & Tab. XXXVII. n. 11. *Nonnius* Tab. XIII. n. 7. quanquam *caput & literæ sint inversæ*, *rectius Tab.* XXVIII. *n.* 11. *æri incisum. Ursinus* & *Patinus* in *Fam. Antonia* T. V. n. 2. p. 27. *Job. Valens* in *Fam. Antonia* T. XI. n. 5. *A. Morellius. in Nummis Consular. Goltzianis* in Gente Antonia Tab. V. n. 5. ubi Nonnii editione deceptus falsam *aversam*, inscriptam CAESAR P. M. DIC. TER. ipsi assignavit. Rectius in Familiis in *Gente Antonia* T. V. n. 2. Exstat *in Thesauro Schwartzburgico*, itemque in *Museo Gosuini Uilenbroek Amstelodami*, quamquam *lituus*, pone caput *Antonii non compareat*, qui forte *usu* & *temporis injuria* detritus fuit, literisque hisce: M. ANTON. IMP. R. P. C. *Aversa* interim eadem est cum *Capite Cæsaris*, *pone guttus*, ejusque *laurea* visum etiam effugit, & sine dubio quoque diuturno usu evanuit. *Jac. Biæus* in Nummis Cæs. Tab. III. n. 7. 3. *Sponius* en *Recherches curieuses d'Antiquité* Differt. 24. p. 362. ubi tamen quoque ANTON. exhibet.

NUM. 38.

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum & velatum lævam versus, uti T. II. n. 45.

Cajus MARIDIANUS. Venus Victrix seminuda ac tunicata stans, dextra victoriolam, sinistra hastam puram transversim tenet, sinistrumque cubitum inclinat clypeo, globo imposito.

Cum hic nummus à *C. Cossutio Maridiano*, (omisso *Cossutiæ*, *equestris Familiæ*, nomine, in *quam adoptatus* erat, & memorato saltem *Maridiæ*, de qua nihil apud Auctores) cujus forte *sororem*, *Cossutiam*, referente *Suetonio* c. 1. *Cæsar* dimiserat, in *Cæsaris Dictatoris perpetui*, (qui *titulus* ipsi anno $\frac{710}{11}$. obtigit, vt supra ostendimus) *honorem*, & in *splendorem originis*, *quam* à *Venere* jactabat, percussus fuerit, *nihilque differat* ab *eo*, qui supra N. 5. Tabula hac ipsa III. est *expositus*, nisi *metallo*, illo ex *auro*, hoc ex *argento* obvio, B. Lectorem eò remittimus, addentes saltem, exstare & illum apud *Goltzium* T. VIII. n. 24. *Ursinum & Patinum in Familia Cossutia* n. 1. p. 94. & in *Fam. Julia* T. 2. n. 6. p. 127. ubi tamen *hasta*, *quam sinistra* tenet, *sculptoris sine dubio incuria omissa est*, sicuti in *Gente Cossutia. Job. Valentem* in *Fam. Cossutia* n. 2. p. 370. & *in Julia* Tab. LXXIV. n. 39. p. 517. *hasta pariter utrobique omissa*, *L. Begerum* T. II. Thes. Brandenb. p. 602.

NUM. 39.

CAESAR PARENS PATRIAE. Caput Cæsaris laureatum & velatum lævam versus, pone Apex, ante Lituus, uti Tab. 1. n. 20.

Cajus COSSUTIUS MARIDIANUS per transversum in area, ac circa: A. A. A. F. F. h.e. Auro, Argento, Aere, Flando, Feriundo.

C. *Cossutium*, *Familiæ equestris* (à voce *Cossus*, quæ idem ac *rugosus*, *vermis* instar, ut nonnullis videtur, *dictæ*,) probabile est, & ratio temporis suadet, *fuisse illum*, *qui filiam suam Cæsari prætextato & annorum* XVII, *desponsaverat*, quam tamen, ducta *Cornelia*, Cinnæ IIII. Consulis, *filia*, referente *Suetonio* c. 1. *dimisit*: *Flamen Dialis destinatus*, inquit is, *dimissa Cossutia*, *quæ familia equestri*, *sed admodum dives*, *prætextato desponsata fuerat*. Hic, sine dubio *opulentus* (uti & modo eundem *Suetonius* retulit) *adoptaverat hunc C. Cossutium Maridianum*, *producto*, juxta adoptatorum morem, hoc *suo nomine*, eumque *Cæsar*, nunc rerum potitus, *IIII. Virum monetalem* absque dubio constituerat, ceu circumscriptæ literæ A. A. A. F. F. hoc est: *Auro*, *Argento*, *Aere*, *Flando*, *Feriundo*, nos edocent, quas ita legendas esse, non solum *Valerius Probus* probat, sed & *Petrus Bembus in elegantissima Epistola* (56) (Cajus & Anton. Augustinus Dial. I. p. 4. meminit)

(56) *Petrus Bembus*, *Bernardino Sandro* S. &c. *Quod propterea hodie quærenti tibi à me de illis Ciceronis ad Trebatium verbis: Treviros vites, censeo: audio capitales esse, mallem auro, argento, ære essent. Respondi jocum esse, & multiplicem & festivum: qui quidem jocus in antiquis & nummis & scriptoribus deprehenderetur, itaque quoniam eramus in via, ut neque libros neque nummos haberemus, rejeci te in alium diem: id ne te diutius torqueat, est ejusmodi aut joci causa, quod quidem Cicero ad illum scribens more suo fere semper facit, & Treviri & capitales in ambiguo genere sint posita. Nam cum videatur, monere illum, ut vitet Treviros, Galliæ populos, qui capitales bellicosique sint, ludit cum in Trevirorum, tum in capitalium verbo. Erat enim Romæ Magistratus Triumviri capitales, qui & Treviri dicebantur, sed quoniam hoc ipsum Triumvir non iterum in ambiguo poni poterat, cum etiam essent apud Romanos Triumviri pecuniæ cudendæ; quos ita inscribebant: A. A. A. F. F. h. e. Auro, Argento, Ære flando feriundo: jocatur iterum in hoc verbo, luditque Cicero, ut mihi quidem videtur, bellissime addens, mallem Treviros esse pecuniosos, quam bellicosos, ut, Cæsare eos vincente tu ditesceres; itaque infert, mallem esse Treviros auro, argento, ære, quam sint capitales. Triumviros autem & Treviros solitos dici, Livius satis locuples esse testis potest, cujus sunt hæc illi IV, Decadis 10: Colonia Graviscæ eo anno deducta est in agrum Etruscum de Tarquiniensibus quondam captum, quina jugera agri data. Treviri deduxerunt C. Calphurnius, Piso P. Clo. Pulcher, C. Terentius Hister. Quod vero Triumviri pecuniæ sic ut dixi, inscriberentur, & apud me nummus æreus perantiquus ita scriptus: C. PLOTUS III. VIR A. A. A. F. F. Sunt & alii nummi aliorum nominum, ejusdem tamen tituli, quos inspicies cum voles. Hæc ad te scripsi cum domum rediissem & nummos ac librum sumsissem amore tui admonitus. Vale pridie Idus Julii* 1533.

minit) ad illum *Ciceronis locum* Lib. VII. Epist. 13. ad *Familiares : Treviros vites censeo, audio capitales esse ; mallem Auro, Argento, Aere essent ; Suetoniusque* insuper, ut sæpius jam monuimus, *asseverat*, quod *minores Magistratus* (in quibus & Trium-Viri monetales erant) *ampliaverit, & ad IIII. Viros reduxerit.*

Propterea & *ille* vicissim, *gratitudinis suæ declarandæ ergo, imaginem Cæsaris* nummo imprimi fecit, cum ex *Dionis* supra adducti testimonio constet, inter *cæteros à Senatu ipsi decretos honores & hunc fuisse, ut liceret pecuniam ipsius imagine signare. Velatum* verò ac sub *Pontificis* habitu *imberbem* (& non barbatum, uti nonnulli sculptores illum apud *Ursinum & Valentem dederunt*) ac *laureatum*, cum *lituo & albogalero, Sacerdotii indicibus*, non tantum exhibuit, quod *Pontifex Maximus* tunc ille esset, (quæ *dignitas* erat apud Romanos summa) ac *Augur*; Sed & *cum* PARENTIS PATRIAE *elogio*, quod *insigni Cæsaris gloriæ* cedebat, & eidem à *Senatu peculiariter tributum cum aliis pariter honoribus fuisse*, supra jam ad T. I. n. 20. ex *Dione, Suetonio & aliis Scriptoribus* ostendimus, qui consuli omnino possunt. *Iis* autem cum primis hic nummus opponi potest, qui existimant, hunc honorem *ipsi*, jam *occiso*, decretum, ad *Ciceronis* provocantes locum Epist : I. ad *Cassium* Lib. XII quem supra l. c. adduximus. Sed salva possunt esse omnia, si vel cum *Ursino* existimare velimus, *ipsum vivum Patrem Patriæ*, asserentibus id tot *Auctoribus*, fuisse appellatum, mortuum verò *Parentem*, quod tamen ipsi *Ursino insigniter frigidum videtur*, vel cum *Carolo Patino* statuere, eundem *honorem mortuo iteratum fuisse*, qui vivo jam *delatus fuerat*. Cæterum M. cujusdam *Cossutii Cicero* Lib. III. in *Verrem* meminit, an hujus ? itemque *Vitruvius* de quodam *Cossutio* memorat, quod in *Asty Jovem Olympium amplo modulorum comparatu, Corinthiis symmetriis & proportionibus architectandum susceperit.* Exstat (& hoc denique addamus) hic ipse nummus apud *Goltzium* Tab. XIII. n. 5. *Nonnium* Tab. XII. n. 5. *Æneam Vicum* Libro I. *Imperatoriorum suorum Numismatum* Tab. I. n. 5. qui tamen, quod obiter notamus, hanc *falsam* capiti velato circumscripsit *perigraphen :* CAESAR PATER PATRIAE. *Ursinum & Patinum in Gente Cossutia* n. 2. p. 94. & in *Julia* T. V. n. 7. p. 132. *J. Valentem in Fam. Cossutia* n. 1. Tab. LIV. p. 370. & *in Julia* T. LXXIV. n. 38. p. 519. *du Choul* p. 129. *C. Patinum in Suetonio nummis illustrato* p. 1. *L. Begerum* T. II. *Thes. Brand.* p. 603. *Pitiscum in Suetonio* p. 26. *Ant. Zantanum* T. II. in *Cæsaris* arg. n. 10. *Occonem* p. 9. *Albert. Rubenium in nummis Arschotanis* T. II. n. 7. 8. *J. Valentem in præstantior. argent.* p. 4. *Hemelarium in Thesauro Arschotano. Antonium Augustinum* in Dialogis edit. *Rom.* in fol. p. 6. edit. vero *Ital. in 4to* Tab. III. n. 3. *Pars iste etiam est nummus Thesauri Schwartzburgici.*

Num. 40.

Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti Tab. I. n. 1.

Lucius FLAMINIVS IIII. VIR. Mulier stolata stans dextrorsum, dextra caduceum, sinistra hastam puram tenet.

L. *Flaminium*, Titi Filium, Lucii Nepotem, uti alius nummus eum prodit, cognomine *Chilonem* sive ut in nummis exprimitur, (*aspiratione sublata*, uti *Graccus* pro *Gracchus*) *Cilonem*, *Gentis Plebejæ*, à *Flamine nomen*, ut volunt, *adeptæ*, (de quo fortè intelligenda sunt illa *Appiani* Lib. III: *Defuncto quodam ex Tribunis, in creatione alterius Cæsar Flaminio plurimum favit*) *IIII. Virum Monetalem*, & quidem *primum* egisse, ex alio *ejusdem nummo*, in *Cæsaris* honorem cuso, qui apud *Ursinum & alios* exstat, in quo literæ PR. FL. (PRimus FLavit) occurrunt, & imprimis illo, quem infra Tab. IX. n. 8. exhibituri sumus, manifestum fit; prætereaque etiam hoc confirmatur, *primos nummos cum capite Cæsaris laureato*, ex speciali *Senatus concessione*, de quo *Dionis* locum ex ejus Libro XLIV. (*Ipsius imagine pecuniam signaverunt*) supra jam ad Tab. I. n. 1. adduximus, *percussos, caruisse nomine ipsius* ac *titulo*, de quo jam suprà loco citato. Ut adeo miremur quomodo *Æneæ Vico*, & *Carolo Patino* (57) in nummis *Consularibus* eò pariter inclinanti, certè dubio, in mentem venire potuerit, *illum IIII. Virum quinquennalem exstitisse*, qui scilicet *quinquennalibus ludis præfuerit*, cum expressa *nota PR. FL.* in alio, ut modo diximus, ejus nummo adsit, quæ non potest non indicare, illum *primum ex IIII. Viris designatum*, & *anni initio Magistratum illum ineuntem illos flavisse*, non autem, uti *Ursinus* quoque (in Gente *Flaminia* p. 111.) conjicit, *Primum Flaminem* exstitisse, cum *nullum* planè *Sacerdotij symbolum* in nummo tum *hoc*, tum *aliis* ejus compareat, quod adesse necesse omnino est, si *Ursiniana conjectura locum habere possit.* Dehinc cum nota sit *IIII. Virorum istorum assentatio, & concertatio, quasi in extollendo Cæsaris per Venerem*, (tutelarem quoque ejus Deam) *ortu*, ex eo *Ludovicus Nonnius*, (58) *Carolus Patinus*, (59) *Laur. Begerus*, (60) & *Joh. Valens* (61) de *Venere Felici* mulierem stolatam in *aversa* interpretantur, eo, quod *hoc nomine* & in *Hadriani* & in *Antonini nummis* non solum occurrat, sed & *caduceus* æquè *felicitatis*, quam *pacis*, sit symbolum, & sic *pacem orbi inferre quasi videatur*, notumque sit, *Pacem Veneris sociam* ab *Aristophane* nuncupari, uti supra nos quoque jam ad Tab. I. n. 11. monuimus. *Æneas Vicus* verò ac *Fulv. Ursinus muliebrem* hanc *figuram Pacem* esse crediderunt, conjecturam sine dubio ex *caduceo*, notissimo *Pacis* symbolo, *sumentes*, quam Flaminium signâsse in nummo, vel *propterea suspicati sunt*, quod *ea nunc maximè post bella civilia Romæ vigere crederetur.* Nos cum *Alberto Rubenio & Job.*

(57) Ita enim in Famil. *Julia* p. 133. *An IIII. Vir Monetarius, an quinquennalis, hoc est quinquennalibus ludis præfectus fuerit Flaminius, dubitari potest.*

(58) Pag. 38. *in Commentario suo in Cæsaris Numismata : Sed Veneris Felicis est simulacrum, hoc enim nomine inter Hadriani & Antonii nummos reperitur, ut observavit Adolph. Occo & Goltzius in Thesauro suo.*

(59) In Famil. Julia p. 133. *Vel, quod magis credam, Veneris Felicis, hoc enim nomen inter Hadriani & Antonii numismata occurrit.*

(60) In *Thes. Brand.* T. II. p. 603. *Loco Victoriæ caduceum præferens Venus, quasi pacem orbi intulisset.*

(61) *In præstantioribus argenteis* p. 4.

Joh. Valente facimus, existimantes, *Felicitatis* exhiberi hic *simulacrum*; partim, quod *Cæsar singulari felicitate* non solum in *bellis*, sed etiam *in rebus civilibus usus fuerit*; partim etiam, quod *Senatus ipsi propterea Templum Felicitatis* in *honorem & memoriam*, loco *Hostiliæ Curiæ*, denuo destructæ, *exædificaverit*, à *Lepido*, Magistro Equitum tunc suo, *absolutum*. Meminit ejus *Dio* Lib. XLIV: *Ei mandatum est, atque novam Curiam exstrueret. Erat enim Curia Hostilia, quum refecta fuisset, denuo destructa, eo verbo, quod ibi TEMPLUM FELICITATIS ponere instituissent: quod Lepidus, cum Magister Equitum esset, absolvit.* *Caduceum* dextra gerit, quod *Pacis*, & hanc sequentis *Felicitatis*, sit *symbolum* proprium, ut diximus, *tunc Romæ*, quietis bellis civilibus, *præcipue*, *florentis*. Sed cur *hasta pura* ipsi in sinistra? quæ tamen, *teste Servio*, ad Lib. IV. Æneidos, *illa* dicitur, *quæ sine ferro est*? & illi apud Romanos, ex *Varronis* mente, præmii loco dabatur, *qui primum vicerat in prælio*? juxta illud *Virgilij. Æneid.* VI. 760.

Ille, vides, pura juvenis qui nititur hasta.

Juxta *Catonem*, referente *Festo*, *donatica* etiam *hasta* dicta. *Majores*, scribente, *seorsim ac diversum pretium paravere bonis atque strenuis, Decurionatus, Optionatus, hastas donaticas aliosque honores*; Et alibi: *Fortes viros propterea hastâ donatos, quia hasta summa armorum & imperii fuerit, eaque causa viri fortes eâ donari, & captivi sub ea venum exponi.* Sed cum *hasta Deitatibus aliis* etiam tributa fuerit, cur non & *Felicitatis Deæ* in hoc nummo? Offendimus hunc nummum apud *Goltzium* T. VIII. n. 23. *Nonnium* Tab. VII. n. 23. *Ursinum* & *Patinum* in Fam. *Julia* T. 6. n. 2. p. 131. 133. & *in Flaminia* n. 3. p. 111. *Joh. Valentem* in Gente *Flaminia* T. LXIV. n. 7. p. 438. & in *Julia* T. LXXIV. n. 35. p. 518. itemque in *præstantioribus argenteis* p. 4. *A. Morellium* in Nummis Consular. in Gente Flamin. n. 3. *L. Begerum* T. II. *Thes. Brand.* p. 603. *Occonem* p. 10. *Antonium Zantanum* in Cæsar. arg. T. III. N. 15. *Albertum Rubenium in Croyjaci Ducis Numism.* maj. Tab. III. n. 11. Insuperque in *Gazophylacio* est *Schwartzburgico*.

TABULA IV.
EXHIBENS
NUMISMATA C. JULII CÆSARIS ARGENTEA.

NUM. 1. 2.

COnSul TERTium DICtator ITERum. Caput Cereris, coronâ ex spicis redimitum.

AUGUR PONTifex MAXimus. Vasa Pontificalia, capeduncula sive simpulum, aspersorium, guttus & lituus.

IN superiori Tabula illos nummos vidimus, qui *Cæsaris in honorem à IIII. Viris Monetalibus* & aliis percussi fuere; nunc illi sub aspectum veniunt, *quos ipse fieri jussit.* Cum vero maxima *Augurum* apud Romanos fuerit semper *reverentia*, pluribus à nobis quoque ad Tab. I. n. 6. exposita, non mirum, quod *hoc nomine & Cæsarem Populo se commendantem hoc in nummo* offendamus, probè id ante nos ex *eadem* nummi *facie* observante *Guilhelmo du Choul en discours de la Religion* p. 249. De *simpulo* T. I. n. 8; de *gutto* n. 21. ibidem; de *lituo* n. 6. actum jam à nobis est; restat hic *adspergillum*, seu, ut alii vocant, *adspersorium*. Erat verò istud *vas*, *quo se, antiquissimo more, lustrabant Romani, adspergendo aquam*, quæ *in templis erat.*

De *isto* VIRGILIUS Lib. VI. *Æneidos* 229.

Idem ter socios pura circumtulit unda
Spargens rore levi, & ramo felicis Olivæ:
Lustravitque Viros.

Itemque *Ecloga* VIII. v. 64:

Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta.

Posita nempè erant ante sacella *vasa* pura, *religioni* atque *expiationi* consecrata, Græcis περιῤῥαντήρια, attestante POLLUCE ac LUCIANO, Romanis verò *aquiminaria* ac *amulæ* (quasi *amolæ*, ab *amoliendis periculis*) dicta, in quæ aqua deportabatur, cujus *aspersione* (fiebat autem vel mediante *rore marino*, vel *oliva felici*, vel *lauru*, vel *certo instrumento*, uti in nummo nostro videmus) *corporis labem tolli*, & *castimoniam conciliari credebant* prisci *Romani*, auctore CICERONE Lib. II. *de Legibus*, & observante HIPPOCRATE, *Libro de morbo sacro*: *Ingressuri*, inquiente, *Templum respergimur, non velut, qui inquinemur, sed si quod etiam prius scelus habemus, purificemur.* Plura de *lustratione* desiderans *TURNEBI Adversarior. Librum* IX. c. 10. & Librum XIII. c. 21. *CASAUBONUM* ad *Theophrasti Charact.* & *PERSII Satyr.* 2. adeat. *Pontificalia* ac augurum ergo non solum *instrumenta* imprimere, verum *etiam AUGUREM & PONTIFICEM MAXIMUM* se in præsenti *denario* appellare voluit, quippe quod ex *Augure* factus fuerat *Pontifex Maximus*, & nisi in *Sacerdotum dignitate* antea fuisset, à *Collegio* cooptari non potuisset.

Adeo-

Adeoque, quando *Cn. Domitius Ahenobarbus*, Tribunus Plebis, Pontificibus offensior, propterea, quod *alium*, quam se, in locum *Patris* sui cooptâssent, lege lata, *jus sacerdotum subrogandorum à Collegiis ad populum transtulit*, uti supra ad Tab. I. n. 24. monuimus; *ideoque Cæsar*, populo *charus*, *Q. Catulo & P. Isaurico in dicendo Pontifice* A. V. C. DCXC, *prælatus est*; de qua (Pontificis Maximi) *dignitate*, sicuti & *Auguratus ipsius* supra ad T. I. n. 6. & 24. abundè à nobis jam dictum est. Quod verò *alteram* Denarii *faciem* attinet, *Cereris caput* propterea additum autumant *Ursinus & Nonnius*, quod non solum ex *Africa*, eâ A. DCCVII. devictâ, sed ex *Sicilia* collegerit insignem *frumenti copiam*, ut *istam* populo distribueret, ejusdem *auram aucupaturus*, *cujus* alias *insignis* erat *artifex Cæsar*. Firmat *Ursinus assertum suum* hoc præcipuè DIONIS loco: *Ad hunc modum peracto Triumpho, magnificum populo dedit epulum, addito extra ordinem frumento oleoque*. Itemque isto *Plutarchi*: *Romam ex Africa rediens, ex ea victoria magnificè per ora populi ferebatur, tantum enim agri in ditionem subactum, ut annuo proventu percepturus fiscus esset, tritici quidem ducenta millia modiûm, olei verò trecentas myriades*; ac *Suetonii* cap. 28: *Populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim divisit, & hoc amplius centenos pro mora.* In quo & nos habet assentientes. In perigraphe verò quando *Dictatura* ejus *secunda* cum *Consulatu III*, conjungitur, vix quidquam proficiet *Pighius*, qui ex eo conficere voluit, *Tertiam ipsum Dictaturam post tertium Consulatum suscepisse, ac in hanc rem Capitolinos Fastos consentientes quoque producit, aliamque mentem Dioni* tribuit, qui Lib. XLIII, ita: *Sequenti anno Dictaturam Consulatumque, tertio utrumque Magistratum, collega in utroque Lepido, gessit.* Sed rectè explicandus modo *Dio* est, cum *Denarii* non falsa propinent. Existimamus proinde cum *Doctissimo Joh. Valente, Cæsarem Dictaturam II, iniisse, cum consulatum III. initio anni suscepisset*, cumque post *nonnullos menses ejusdem anni, profligatis in Africa Pompejanis, Senatus, eodem Dione teste, Dictatorem eum in Decennium constituerit, illeque III, Dictaturam inchoaverit, eodem anno deinceps Dictaturam & Consulatum tertio*, ex mente *Dionis*, omnino gessisse. Nam *Dictatura eodem die, quo Consulatus*, suscipi non poterat. Sicuti autem *Lepidum* in *Consulatu collegam voluerat*, ita *Dictator factus eundem Magistrum Equitum suum* quoque dixerat. Est, ut hoc denique annectamus, *Denarius* hic apud *Goltzium* Tab. XV. n. 1. & 2. *Nonnium* T. XIV. n. 1. & 2. *Æneam Vicum*, Libro I. Nummorum suorum *Imperator.* ut tamen perperam *capiti Cereris* circumscripserit: *COS. TERT. DICT. TERT. Ursinum & Patinum in Fam. Jul.* T. III. n. 5. p. 128. 129. *Du Choul.* p. 249. & 289. *J. Valentem* Tab. LXXII. n. 19. n. 508. *Occonem* p. 6.

NUM. 3. & 4.

Caput Veneris.

CAESAR IMPerator. Trophæum spoliis onustum, cui nempe supra galea imposita, thorax, sive sagum appensum, à dextra parte spicula, à læva clypeus, infra clypeus, & ab altera parte itidem clypei lituique militares sunt additi.

VEneris Caput, ut *originem suam, victoriarumque suarum fontem* omnibus notum redderet, *Denariis* impressit, antequam *ipsi à Senatu esset permissum, nummos sua cum imagine percutere. Trophæum* in parte *aversa* non nostris, sed *Virgilii* verbis Lib. XI. *Æneidos* v. 5. graphicè describemus:

> *Ingentem quercum decisis undique ramis,*
> *Constituit tumulo: fulgentiaque induit arma*
> *Mezenti, Ducis exuvias, tibi magne trophæum*
> *Bellipotens. Aptat rorantes sanguine cristas,*
> *Telaque trunca Viri, & bis sex thoraca petitum*
> *Perfossumque locis: clypeumque ex ære sinistræ*
> *Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum.*

De quo insuper *Turnebi Adversar.* Lib. XIV. c. 13. & *Alexander ab Alexandro* Lib. II. 22. consuli possunt. *Quam* verò præcisè *Victoriam* designet hoc *Trophæum, hoc æquè certum* non est, cum *tàm multis* inclaruerit optimus *Imperator Triumphis*, tot *Gentes* devicerit, totque *hostes* debellaverit. Siquidem de ejus *Triumphis* ita *Suetonius* C. XXXVII: *Confectis bellis, quinquies triumphavit, post devictum Scipionem quater eodem mense, sed interjectis diebus: & rursus semel post superatos Pompeji liberos. Primum & excellentissimum Triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, novissimum Hispaniensem, diverso quemque apparatu & instrumento.* (62) Certè, si *additum titulum IMPERATORIS* simul attendimus, absonum erit, illud *Trophæum* de *Hispanico Triumpho* interpretari, cum sciamus, illum postquam *Gallæcos & Lusitanos* bello domuisset, ac usque ad *Oceanum* progressus, *Gentes* ante *non pacatas Imperio Romano subjecisset, Trophæum tunc*, referente *Plutarcho* in *vita ejus, exstruxisse*, & tum, impletis præda militibus, *IMPERATOREM fuisse dictum.* Exstat iste, ut hoc addamus, *Denarius apud Ursinum & Patinum in Familia Julia* T. III. n. 8. p. 121. *Joh. Valentem in Fam. Julia* T. LXXII. n. 11. p. 505.

NUM.

(62) De cœnis ejus Triumphalibus memorat *Plinius* Lib. IX. c. 55. *quod C. Hirrius cœnis Triumphalibus Cæsaris Dictatoris sex millia numerò murænarum mutuo appenderit. Nam permutare quidem pretio, aliave materie noluerat.* Et ex *Macrobio* apud *Varronem* de *Re Rustica* cap. 17, legunt nonnulli rectè: *Uno tempore memini hunc Hirrium Cæsari (Dictatori) sex (vulgo decem) millia murænarum mutuo dedisse in pondus.*

Num. 5. & 16.

II. T. h. e. Secundum Trophæum. Caput Velatum, pone capeduncula, ſive ſimpulum.

CAESAR. Trophæum, galea impoſita, illinc parma rotunda, & infra in area corona quercea; hinc gladius latiſſimus, & infra rurſus in area clypeus oblongus.

Capeduncula nos docet, *Veſtæ caput in antica* Denarii *parte* exhiberi, (& non *Pietatis*, uti equidem *L. Nonnius*, exiſtimat, quod *Pietas & Religio* ipſi, ut *Pontifici Maximo*, maximè conveniret) vel ad *declarandum Julii Cæſaris Pontificatus Maximi ſacerdotium*, (de *quo* ſupra ad Tab. I. n. 24. pluribus egimus) quod *Veſtales iſti primario ſubeſſent*; vel, quia *Æneas*, cui *ſe originem debere*, *crebrius gloriabatur*, *Veſtæ ſacra Albam transtulerat*, unde *Julia Gens Romam petiit*, de quo infra ad n. 16. & 17. dicetur pluribus. *Trophæum*, quod in *poſtica parte* nummi viſitur, non incommodè de *illo*, quod *de Pharnace* erexit in *Aſia*, intelligitur. Nam cum *primum de Triario*, *Cæſaris Duce*, in eodem loco à *Mithridate*, Pharnacis patre, fuiſſet erectum, prout hoc infra ad n. 8. & 9. pluribus docebimus; ita *Cæſar Secundum* (ſic enim *Notas*, *Veſtæ capiti additas*: II. T. legendas eſſe ex *Scaligeri & Manutii* interpretatione, adſtipulante præterea & *Job Valente*, facilè perſuademur) *Trophæum rurſus eodem in loco*, (cum *prius aboleri & everti*, utpote *Belli Diis ſemel dicatum*, *ab ipſo non poſſet*) (63) *de Pharnace*, *Mithridatis* filio, *viciſſim ſtatuit*, ac *Mithridatico*, ut *iſtud* ſimul obſcuraret, *oppoſuit*. Clarè *hoc Trophæum de Pharnace erectum* confirmat *Dio* Lib. XLII: Καὶ Τρόπαιον ἐπειδήπερ ὁ Μιθριδάτης ἀπὸ τῆς Τριαρίου ἐνταυθοῖ που ἐγηγέρκει, ἀντανέστησε, h. e. *Cumque trophæum eo in loco Mithridates de Triario ſtatuiſſet*, *ipſe ne religione ſe obſtringeret*, *ſi trophæa*, *rem Marti ſacram*, *demolitus fuiſſet*, *ad delendam nominis Romani contumeliam ſuum de Pharnace oppoſuit*. *Quercea corona* adjecta eſt *ob cives à Cæſare ſervatos*. Habet hunc nummum *Goltzius* Tab. IX. n. 2. & V. & in *Faſtis Romanor.* p. 181. n. 5. quanquam ipſe ad annum $\frac{708}{9}$ malit referre, citans nummum ad hujus anni Faſtos:

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR
$\overline{\text{V}}$
DICT. $\overline{\text{IIII}}$ COS. $\overline{\text{IIII}}$
EX HISPANIA
. . . . . OCTOBR.

Nonnius Tab. VIII. n. 2. & 5. *& in Commentario* p. 39. *Urſinus & Patinus in Fam. Julia* Tab. IV. n. 5. p. 129. & in ejus *Suetonio nummis illuſtrato* p. 26. ubi tamen *ſimpulum à tergo Veſtæ à Sculptore omiſſum eſt*. *J. Valens in Fam. Julia* Tab. LXXII. n. 17. p. 508. *Occo* p. 8. *Ez. Spanhemius in Juliani Cæſaribus* p. 163. *A. Morellius* in Nummis Conſul. *in Fam. Julia* Tab. IV. n. 5.

Num. 6. & 7.

Caput Veneris, à tergo eſt Cupidinis alati, ad corpus usque medium, ſimulacrum.

CAESAR. Trophæum, impoſita galea & ſago, hinc & inde ſpicula, clypei, & litui militares; infra à dextro latere aſſidente muliere moerente ac flente, à ſiniſtro barbaro, manibus poſt terga ad Trophæum revinctis.

Quòd *Veneris caput* ſit, vel *Cupido ipſi adblandiens adludensque à tergo* evincit; quòd verò *ipſi & ortum ſuum & tutelam & victorias* tribuerit, *ejus adpoſitio* in hoc denario teſtis indubius eſt. Ut adeo fallatur *Æneas Vicus*, qui Caput hoc *Victoriæ* eſſe exiſtimat, in Commentariis ſuis, prætereaque pro *Cupidinis alati* icunculâ, ſolam *alam* cervici perperam addat. Sed *Trophæum* ad *quam victoriarum Cæſaris* ſpectet, res extricata ſatis non eſt. *H. Goltzius*, *Fulvius Urſinus*, *Joh Georg. Grævius*, & *Johannes Valens* illud ad *victorias de Gallis & Germanis* A. V. C. 707. revocant, putatque poſterior, *muliere mœſta*, ad *Trophæi imum* decumbente, *Galliam*; *barbaro* verò *iſto effero Germanum* deſignari, ac in ſpecie *Arioviſtum*, *Germanorum Regem*, afferens in hanc rem Plutarchi locum: *Fuſos ingenti ſtrage trigenta ſeptem millia quingentos paſſus, usque ad Rhenum inſequutus, campum hunc cadaveribus & ſpoliis totum complevit. Arioviſtus prærepta fuga Rhenum cum paucis trajecit. Cecidiſſe dicuntur octoginta millia.* Quo in loco videtur erectum Trophæum. Nos addimus locum *Flori* Libro IV. c. 2. *Cæſar in patriam victor invehitur. Primum de GALLIA Triumphum transmiſerat RHENUS & RHODANUS, & ex auro captivus Oceanus.* In *quam* & nos concedimus *ſententiam*, præſertim cum *nullius dignitatis*, (neque *Imperatorii honoris*, neque *Conſulatus*, neque *Dictaturæ*) in nummo mentio occurrat, quod & *nulla*, præter *Pontificatus Maximi*, fuerit tum auctus, cum *Gallos & Germanos devinceret*, *cujus* tamen index, *lituus* ſcilicet, & *ſeceſpita* in illo n. 11. & 12. itemque n. 13. & 14. *occurrit*. Dehinc quod *habitus à Germano non abludat*, atque *barba hirſuta efferique hominis vultus id quaſi tacitè docere videatur*. Siſtit & illum *Goltzius* Tab. IX. n. 1. & 4. *Nonnius* Tab. VIII. n. 1. & 6. *Æneas Vicus* Libro I. *Numiſmatum Imperator.* Tab. III. n. 7. qui tamen, ut ſupra notavimus, *Caput Victoriæ* perperam inſpicientium oculis obtulit. Itemque *Goltzius* in Faſtis Roman. p. 180. N. 1. *Urſinus & Patinus in Fam. Julia* T. IV. n. 1. p. 129. Ubi obiter noto, quod *Urſinus* in *priori ſua editione Cupidinis icunculam omiſerit*, *à Patino* poſtea & *Gorlæo* adjectam. *Abr. Gorlæus* in *Theſ. Numiſm.* Tab XIX. *in Fam. Jul.* n. 6. *Du Choul* p. 228. *C. Patinus in Suetonio nummis illuſtrato* p. 26. in *eo* tamen ſine dubio errans, quod *quolibet diverſo Trophæo in nummis expreſſo*, *diverſus ſemper etiam Cæſaris Triumphus indicetur*; *hoc verò non ita eſſe*, ex ſequentibus patebit. *L. Begerus in Theſ. Brand.* T. II. p. 558. *Joh. Valens* Tab. LXXII. n. 12. in *Fam. Julia* p. 505. *Joh. Georg. Grævius* in *Floro* Nummis illuſtrato p. 396. n. 1. *A. Morellius* in Nummis *Conſul.* T. IV. N. 1.

Occo

(63) Quod ipſum & cauſa erat, cur in Hiſpania, *Pompeji Legatis ſuperatis*, cum per Pyræneos tranſiret, *nullum ibi Trophæum excitaverit*, cum ſciret, ob eandem rem & *Pompejo obtrectatum fuiſſe*, ſed *aram* ſaltem *ex lapidibus politis conſtructam haud procul à Pompeji trophæis poſuit*, atteſtante *Dione* Lib. XLI.

Occo p. *6. Jean Baptiste Menestrier* en *Medailles illustrées des anciens* p. 1. ubi tamen nescio, *quid scabri è Cupidine effinxerit*, putatque significari *eodem victoriam illam, quam reportavit quinque diebus de Dejotaro, Rege Cappadociæ. Estque in Thesauro Schwartzburgico.*

Num. 8. 9.

II. T. (Secundum Trophæum) Caput Pietatis corona quercea redimitum.

CAESAR. Trophæum, cui galea imposita, & sagum appensum, illinc clypeus, hinc lituus militaris affixus, humi assidente captivo, hirto capillo, manibusque ad Trophæum revinctis.

Supra jam N 5. & 10. diximus, *Literas II. T.* significare *Secundum Trophæum de Pharnace*, quod Cæsar *Mithridatico* (cum illud, *belli Diis jam consecratum*, evertere, fas non esset) *opposuit*, adeoque *Mithridaticum aliquo modo obscuravit*; afferentes in hanc rem ibidem *Dionis locum*, quo & B. L. remissum cupimus. Ergo cum & in *hoc nummo eædem notæ* deprehendantur, ad *eandem quoque victoriam* hunc *Denarium* pertinuisse, vix potest ambigi, præcipuè si perpendantur *Dionis verba de Pharnace* Lib. XLII. p. 207: Καῖσαρ δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ καὶ οὐ πάνυ διαπρεπεῖ γενομένῃ, πολὺ δὴ ὅσον ἐπ' οὐδεμιᾷ ἄλλῃ ἐφρόνησεν, ὅτι ἔν τε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ὥρᾳ καὶ ἦλθε πρὸς τὸν πολέμιον, καὶ εἶδεν αὐτὸν, καὶ ἐνίκησε, καὶ τά τε λάφυρα πάντα, καί τοι πλεῖστα γενόμενα, τοῖς στρατιώταις ἐδωρήσατο, Ῥωμαϊστὶ οἱ λέξεις εἰς ὅμοιον ἀπολήγουσαι σχῆμα ῥήματος, οὐκ ἀπίθανον τὴν βραχυλογίαν ἔχουσιν. h. e. *Ea victoria, quamvis non splendidissima, Cæsar magnopere se jactavit, ut nulla alia magis, quod eadem die & hora pervenisset ad hostem, & vidisset eum, & vicisset. Manubias omnes, quamvis plurimæ erant, militibus donavit. Quæ dictiones latinè similiter cadentes, non illepidam habent breviloquentiam. Florus* tradit, *fulminis more uno eodemque momento venisse, percussisse, abscessisse, una profligasse acie Pharnacem, Mithridatis Regis filium, magnitudine sui nominis exterritum.* Et *Appianus Belli Civ.* L. II p. 485. refert, *Romam de hac victoria, veni, vidi, vici, scripsisse Cæsarem. Pontici* hujus *belli*, celerrimè confecti, & *Suetonius* meminit, cap LXXVI. scribens: *Pontico Triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum: VENI, VIDI, VICI;* non *acta belli* significantem, sicut cæteri, sed *celeriter confecti* notam. Et hunc *titulum* respexisse *Virgilium* Æn. I. 293. his verbis:

> *Hunc tu olim cælo spoliis Orientis onustum*
> *Accipies secura: Vocabitur hic quoque votis,*

Servius observavit. Idem tradit & *Plutarchus* in *Cæsare* p. 731. & repetit in *Apophthegm.* Tom. II. p. 206. *Pietatis hic*, ut supra *Vestæ*, *caput* addidit, ut *pius* hac ratione, præcipuè, *ut Pontifex Maximus*, tum *in Deos Deasque*, *victoriam hanc sibi indulgentes*, tum *erga milites* etiam, in *prælio superiore, quo Triarius victus fuit*, occisos, videatur, *his* etiam *manubias omnes*, ut consolaretur illos de suorum tunc morte, ceu ex *Dione* modo audivimus, *post victoriam concedens*, cumque *paucos civium ista victoria* amisisset, ideo *Pietatis caput quercea corona revinctum est.* Exstat præterea hic nummus, ut hoc sub finem semper adjiciamus, apud *Ursinum & Patinum in Fam. Julia* T. IV. n. 2. p. 129. quanquam *capiti Pietatis* sola *litera T.* adjecta sit, cum *tamen II. adesse debeat.* Itemque apud *Patinum* in *Suetonio Nummis illustrato* p. *26. Joh. Valentem in Fam. Julia* T. LXXII. n. 16. p. 507. *Occonem* p. 7.

Num. 11. 12.

Caput Junonis Reginæ, aut potius Veneris Victricis, ante Lituus, & Cupidinis ad medium usque corpus simulacrum, pone sceptrum.

CAESAR. Trophæum, cui imposita galea, & sagum appensum est, illinc spicula, clypeus rotundus, lituus militaris & infra captivus barbarus genuflexus, nudus, barba hispida ac promissa, ad Trophæum manibus post terga revinctus; hinc spicula, clypeus oblongus, lituus militaris, & mulier infra Trophæo assidens mœsta, caput manu sustentans.

Si *illa* attendantur, *quæ* supra jam ad N. *6.* & 7. protulimus, *facilis* & *hujus* erit *explicatio.* Nam cum *lituus* adsit, index, quod nummus hic cusus fuerit, *Cæsare* tunc *saltem Pontifice Maximo* exsistente, *prona* redditur *conjectura*, quam & *Ursinus, Valens & Begerus* fovent, hunc nummum de *nulla alia victoria* commodius posse explicari, nisi de *illa*, quam *de Gallis & Germanis* retulerat, ac de qua *Trophæum* erexerat; cum *Gallia* hic rursus sub imagine *mulieris mœstæ, Populo* certè, si est in angustias redactus, *mœroris & angoris plenissimo; Germania* verò sub imagine *barbari nudi, hirta & promissa barba, jugi & obsequii impatientissimo*, &, ut figura docet, *omnibus modis renitente*, repræsentari videatur, *Ariovisti* sine dubio, *Germanorum Regis*, *victoriam* designans, de quo in superioribus dicto loco ex *Plutarcho* & *aliis* satis. *Sceptrum capiti* additum est, quale *Junoni Monetæ*, seu *sceptriferæ*, communiter solet addi, *illamque Cæsar*, si est, adjici voluit, *quæ Monetæ Dea præesse* credebatur; nisi etiam & sine omni dubio, *Venus Victrix*, seu *omnia regens sit*, quod *Cupido additus* videtur arguere, & *du Choul* dans *son Discours de la Religion des Anciens Romains* olim jam sic interpretatus est. Offendimus denique hunc nummum etiam apud *Goltzium* Tab. IX. n. 3. *6. Nonnium* T. VIII. n. 3. & *6. Ursinum & Patinum* in *Fam. Julia* T. IV. n. 3. p. 129. *du Choul* p. 228. *Patinum in Suetonio Nummis illustrato* p. *26. L. Begerum T. II. Brandenb.* p. 558. *Joh. Valentem in Fam. Julia* T. LXXII. n. 13. p. 505. *Occonem* p. *6.* & exstat *etiam in Thesauro Schwartzburgico.*

Num. 13. & 14.

II. T. (*Secundum Trophæum*) *Caput Pietatis, quercea corona redimitum.*

CAESAR. Trophæum, cui galea imposita & sagum appensum, illinc clypeus oblongus, hinc Lituus militaris, ac in area securis victimaria.

Ursinus, *Patinus, Begerus & alii eundem in Victoriam*, de Gallis & Germanis partam, *cusum* credunt, & quidem ideo, quod *nullum dignitatis indicium ipsi adjectum sit*, præter *securis, Pontificatus* insigne; Sed cum *nota T. II.* simul adsit, *illum* cum *J. Valente* potius *ad Victoriam de Pharnace* pertinere judicamus; Et quando iste nummus *idem planè* jam T. III. n. 8. 9. nisi quod *metallo* differat, *adfuerit*, ibique in *auro*, hic in *argento* saltem exhibeatur, ut *eadem repetamus*, non est, modo addentes, quod & ille inveniatur apud *Goltzium* Tab. IX. n. 8. & 9. *Nonnium* T. VIII. n. 8. & 9. *Ursinum & Patinum* in *Fam. Julia* T. IV. n. 4. p. 129. ejusdem Patini *Svetonium* p. 26. *L. Begerum T. II. Thes. Brandenb.* p. 558. *Joh. Valentem* T. LXXII. n. 15. p. 506. *Spanhemium* ad *Juliani Cæsares* p. 163. & in *ipso Thesauro Schwartzburgico deprehendatur.*

Num. 15. & 20.

IMPerator ITERum. Caput Veneris.

Cajus CAESAR Caji Filius. Trophæum, cui galea imposita sagumque adjectum, illinc duo spicula, & infra currus cum instrumento ferreo in serræ modum; hinc clypeus oblongus, & captivus stans cum chlamyde, manibus post tergum revinctis, in medio ad imum duo rotæ fragmenta.

De *Capite Veneris, originem Generis Julii & victoriarum suarum causam* designante, *quod*, antequam *suam* imprimere liceret *imaginem*, frequentissimè *nummis*, ut hactenus vidimus, *impressit*, satis multa ad T. III. n. 5. diximus. Quod *Literas circumscriptas* ipsi attinet, supra à nobis jam dictum est, & è *Plutarcho* evicimus, *Cæsarem in Hispania à militibus dictum primò fuisse Imperatorem.* IMPERATOR verò ITERUM, *sive II.* cum in *Denario* appelletur, clarum sit, de *illo titulo Imperatoris* intelligendum esse, *quem* altera *vice* in *Gallia obtinuit.* Ut adeo fallatur *Cl. Seb Erizzo*, qui hunc ob occupatam *ulteriorem Hispaniam* circa A. DCXCIV. signatum autumat, citans *Suetonii* verba: *Cæsar ex Prætura ulteriorem sortitus Hispaniam, retinentes creditores interventu sponsorum removit: ac neque more, neque jure, antequam Provinciæ ordinarentur, profectus est: Incertum, metune judicii, quod privato parabatur, an quo maturius sociis implorantibus subveniret, pacataque Provincia, pari festinatione, non exspectato successore, ad triumphum simul Consulatumque decessit. Sed cum editis jam Comitiis ratio ejus haberi non posset, nisi privatus introisset Urbem; & ambienti ut legibus solveretur, multi contra dicerent, coactus est triumphum, ne consulatu excluderetur, dimittere.* Sed quis iste *captivus cum chlamyde? Cl. Valens* Regem *Vercingentorigem*, Celtiberi filium, *Avernum*, intelligit, *summæ potentiæ adolescentem, qui*, ut ipse *Cæsar* auctor est Lib. VII. de *Bello Gallico*, *Rex à suis appellatus est, & ad quem à multis Gallorum delatum fuit imperium. Ipse* verò post *Alexiæ* deditionem & *ipse Cæsari se tradens*, & in *custodiam ab ipso abductus*, ac ad *triumphum reservatus*, absque omni dubio *hic in Denario*, velut *captivus, manibus post terga revinctis*, expressus est. *Machina*, quæ ab *altera parte* addita, *tormentaria ferrea Gallorum peculiaris conjicienda est*, quod *ferrifodinis Gallia cumprimis abundaret*, unde & plurimorum *armorum* ipsis *fabricatio* attribuitur. *Ipsi* contra ea, quod ex eodem Libro simul colligitur, *falces laqueis avertebant*, quas cum destinaverant, *tormentis introrsus reducebant. Nonnius & Sebast. Erizzo currum falcatum* nominant, citans ille in hanc rem *Virgilij Æneid.* Lib. VI. *versus:*

Multaque præterea sacris in postibus arma,
Captivi pendent currus, curvæque secures.

Est hic nummus apud *Goltzium* T. IX. n. 7. & 10. *Nonnium* T. VIII. n. 7. 10. *Ursinum & Patinum in Fam. Julia* T. IV. n. 4. p. 129. *Ejusdem Patini Suetonium* p. 26. *L. Begerum T. II. Thes. Brand.* p. 558. *J. Valentem* T. LXXII. n. 14. p. 506. *Occonem* p. 5. qui tamen L. BUCA C. CAESAR C. F. habet, quod *hic non est. H. Goltzium* in Fastis Consularibus p. 174. N. 3. *Sebast. Erizzo* p. 224. qui tamen male caput *Veneris* pro capite *Victoriæ* interpretatur. *A. Morellium* in Nummis *Consularibus Goltzianis* in *Famil. Julia* Tab. XVIII. n. 24.

Num. 16. & 17.

Caput Veneris.

CAESAR. Æneas nudus gradiens lævo brachio Patrem Anchisen, dextra Palladium gerit.

Et *VENERIS Caput* ab *una* parte in Denario expressum, (non verò *PIETATIS, forma muliebri, in nodum complicatis post cervicem comis*, ut *Constantinus Landus* in *veterum Roman. Nummor. Miscell. explicatione* existimat) & *ÆNEAS* ab *adversa* signatus, *originem Cæsaris* à *Venere* respiciunt, *quam* omnibus *notam* commodissimo hoc, & per omnes vulgi manus ambulante medio, reddere *ipse* volebat. Genuit nempe *Æneas* ex Creusa *Ascanium, Julum* cognomine dictum, unde nomen & originem suam jactabant *Julii*, prodentibus id & *Græcis & Latinis* variis *Auctoribus*, quos supra magna satis serie ad T. III. n. 5. adduximus. Neque aliter hoc creditum fuisse à posteris, satis elucet, opinor, ex funere *Drusi*, Tiberii filii, teste *Tacito*, Annal. IV. c. 9. *Funus* IMAGINUM *pompa maxime illustre fuit, cum* ORIGO JULIÆ GENTIS, ÆNEAS, &c. *cæteræque Claudiorum effigies longo ordine spectarentur.* Unde & *NERO ab AUSONIO ÆNEADUM* ULTIMUS audit de XII. *Cæsaribus*, Carmine II.

ÆNEADUM Generis, qui sextus & ULTIMUS hæres.

Ex multis Poëtarum vaticiniis jam *VIRGILII* saltem adduxisse *testimonium* sufficiat, *Lib. I. Æneid.* v. 290. sq.

Nasce-

Naſcetur pulchra TROJANUS origine CÆSAR,
Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris,
JULIUS, à magno deductum nomen IULO.

Atque *OVIDII* Lib. V. *Faſtorum.* verſ. 563.

Hinc videt Ænean oneratum pondere charo,
Et tot Iuleæ nobilitatis avos.

Sedem *iſti Albæ* fixerant, ſub *Regum* nomine noti, de quo *LIVIUS* L. I. *Decad.* 1. *Iulus, Æneæ filius, qui, Lavinio relicto, Albam longam condidit, in qua & regnavit.* Et *TIBULLUS:*

Albaque ab Aſcanio condita longa Duce.

Hinc *Claudius*, Imperator, in Oratione apud *Tacitum* Annal. XI. c. 24: *Exemplo Clauſi Sabini majores mei hortantur, uti paribus conſiliis Rempublicam capeſſam, transferendo huc, quod uſquam egregium fuerit. Neque enim ignoro, JULIOS ALBA, Coruncanios Camerio, Porcios Tuſculo, & ne vetera ſcrutemur, Etruria Lucania, & omni Italia in SENATUM ACCITOS.*

Illa verò Civitate *everſâ* per *Tullum Hoſtilium* regem, *Julii Romam* ſunt translati, & à dicto rege inter *Patres* adſciti, quamvis magiſtratibus *ſero*, & inter *patricios majorum gentium* fermè *poſtremi* inſerti fuerint. Ad nummum verò ut propius accedamus, juvabit ad meliorem ſequentium intellectum, adduxiſſe ex *SEXTI AURELII VICTORIS* de *Origine Gentis Romanæ* ſequentia p. m. 597: *Poſt Faunum, Latino ejus filio in Italia regnante, Æneas, Ilio Achivis prodito ab Antenore, aliisque Principibus, cum præ ſe Deos Penates, patremque Anchiſen humeris geſtans, nec non & parvulum filium manu trahens, noctu excederet: orta luce cognitus ab hoſtibus, eo quod tanta onuſtus pietatis ſarcina erat, non modo à nullo interpellatus; ſed etiam à Rege Agamemnone, quo vellet, ire permiſſus, Idam petit: ibique navibus fabricatis, cum multis diverſi ſexus, Oraculi admonitu, Italiam petit, ut docet Alexander Epheſius Lib. I. belli Marſici. At verò Lutatius non modo Antenorem, ſed etiam ipſum Æneam proditorem patriæ fuiſſe tradit. Cui cum à Rege Agamemnone permiſſum eſſet, ire quo vellet, & humeris ſuis, quod potiſſimum putaret, hoc ferret: nihil illum præter Deos Penates, & patrem, duoſque parvulos filios ut quidam tradunt, ut verò alii, unum, cui JULIO cognomen, poſt etiam Aſcanio fuerit, ſecum extuliſſe; Qua pietate motos Achivorum principes remiſiſſe, ut reverteretur domum: atque inde omnia ſecum, quæ vellet auferret.* Idem & tradit *ÆLIANUS* Libro III. de *varia Hiſtoria* p. 76: *Cùm jam captum eſſet Ilium, Achivi miſerati captivorum ærumnas; omnino Græce hoc per præconem denunciarunt, ut ſinguli ex liberis civibus, quod vellent, unum aliquod, ſecum auferrent. Æneas igitur, cæteris neglectis, Deos Penates exportabat. Græci pietatem viri ſummo cum gaudio ſuſpicientes, permiſerunt inſuper unum ex ſuis poſſeſſionibus accipere. Ille patrem annis & ſenio confectum ſublatum in humeros portabat. Obſtupeſcentes etiam hoc facto non mediocriter, univerſas poſſeſſiones ei reliquerunt; confitentes, eos, qui pietatem in homines & Deos exercent, quique parentes reverenter colunt, etiam natura inimicos non poſſe non æquos & placatos ſe præbere.* Gerit ergo pius *Æneas* hic *patrem*, ſenio confectum, *Anchiſen*, quem, *Troja* incenſa ac diruta, incendio & flammis eripuerat, *comitante* ipſum, uti hiſtoria fert, *Aſcanio*, *Creuſa* illos ſequente, in *Italiam* tandem ſe conferens, de quibus (*Aſcanio* & *Creuſa*) equidem in *hoc nummo* nihil, in *alio* tamen *Græco*, quem infra Tab. VIII. n. 1. & 2. exhibebimus, *Aſcanius adambulans comparet.* Interim tamen *Palladium Æneam* hic *dextra præferre* animadvertimus, prorſus uti *ad fidem nummi illum* olim depinxerat *OVIDIUS Metamorph:* Lib. XIII. 624.

SACRA, & Sacra altera, PATREM,
Fert humeris, venerabile onus, CYTHEREIUS HEROS.

Et iterum Lib. IV. *Faſtorum*, verſ. 38.

Hinc ſatus Æneas, PIETAS ſpectata per ignes,
SACRA, PATREMque humeris, altera ſacra, tulit.

Sed ab *iſto* diſſentit *VIRGILIUS* Lib. II. 717. *Æneidos*, *ſacra* ab *Anchiſe geſtata* eſſe, *non ab Ænea* ſcribens, ubi *filius Patrem* ſic *inſtruit:*

Tu, Genitor, cape SACRA manu, PATRIOSQUE PENATES,
Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Ablucro.

Et rurſus de *Iulo ſequente Idem* Lib. II. *Æneidos.* verſ 722.

Hæc fatus, latos humeros ſubjectaque colla
Veſte ſuper, fulvique inſternor pelle Leonis,
Succedoque oneri: dextræ ſe parvus Iülus
Implicuit, ſequiturque Patrem non paſſibus æquis.

Pii inde *nomen* rectè tulit; hinc *Virgilius* Lib. I. *Æneidos*, verſ. 382.

Sum PIUS Æneas, raptos qui ex hoſte Penates,
Claſſe veho mecum.

Breviter, ſed nervoſè id exprimit *vetus Epigramma.*

Ἐκ πυρὸς Ἰλιακοῦ, δοράτων μέσον ἥρπασεν ἥρως
Αἰνείας, ὅσσων παιδὶ βάρος πατέρα,
Ἔκλαγε δ' Ἀργείοις, μὴ ψαύετε, μικρὸν ἐς Ἄρη
Κέρδος ὁ γηραλέος, τῷ δὲ φέροντι, μέγα.

Quod ab *Urſo Vellio* ſic tranſlatum eſt:

Iliaco Æneas igni per tela per hoſtes
Eripuit, nati pondera ſancta, patrem,
Atque ait hæc Grajis: huic parcite, parva duello
Hic mihi geſtanti, præda ſed ampla, pater.

Penates, qui alias in ſacrario aſſervabantur, *dextra*, ut diximus, ſecundum *Poëtas præfert*, (qui, teſte *Cicerone*, Lib. II. de *Natura Deorum*, quaſi *penes nos nati, nec longè à vita noſtra remoti, ſed penitus nobis inſident*) ſecundum *accuratiores*, & *nummum ipſum* verò, *Palladium*, ſive *parvum Palladis ſimulacrum*, ut *SERVIUS* ad *Virg.* Æn. II. 166. id deſcribit, *è ligno compactum, oculos ac haſtam, manu comprehenſam, movens*; quod *ULYSSES* & *DIOMEDES Trojâ* abſtulere, ut eſt apud *VIRGILIUM* L. Æn. II. v. 163. & *OVIDIUM* Lib. XIII. *Metam:* v. 336. *EURIPIDEM* in *Rheſo* v. 497. A *Diomede* acceptum *Æneas Lavinii* id ſtatuit, unde *Albam*, &, hac everſâ, *Romam* tranſlatum, *Veſtalibuſque* in *cuſtodiam datum* fuit, & ab his, ut *HERODIANUS Lib.* I. & V. 15. auctor eſt, in *Ædibus Veſtæ* religioſè aſſervatum fuit. Iſtud *Abatim*, Scythum fabrum, *auctorem* habuiſſe, ait

FIRMICUS, refutatus ob id à *SCALIGERO* ad *Eusebium* n. 1457; vel *Asium*, quem *Dardano* dedisse, scribit *SUIDAS*; *statuaque consecrata* fuit, quales *Græci* vocant πεπλεσμένας. Et cum *securitatis publicæ* & *felicitatis pignus* fuerit, magnam *vim* illi ad *depellendum hostem* tribuerunt, rectè monente *Ruperto ad Florum*, qui (Florus) Lib. I. c. I. refert: *Numam Pompilium Palladium, & ancilia, secreta quædam Imperii pignora, itemque Janum geminum, & inprimis focum Vestæ Virginibus colendum dedisse.* Qui plura de *Palladio* desiderat, adeat *Barthii Adversar. Lib.* IX. p. 2843; De *Penatibus* verò *Giraldum*, *Syntagmate* XV. *Marlianum* Lib. II. c. 4. *Topographiæ Romæ.* *Alex. ab Alexandro Genial. Dier. Lib. V.* c. 12. & Lib. VI. c. 4. hoc saltem addentes, *Valerium Maximum* Lib. I. c. 8. memoriæ prodere, *Æneam Penates Deos Trojâ advectos, Lavinii collocâsse, inde ab Ascanio, ejus filio, Albam, quam ipse condiderat, translatos, pristinum sacrarium repetiisse*, de quo, *Virgilius* Æn. II. 702.

Dij Patrij servate domum, servate Nepotem,
Vestrum hoc augurium, vestroque in Numine Troja est.

Exhibet hunc nummum *H. Goltzius* Tab. VII. n. 1. 2. *Lud. Nonnius* Tab. VI. n. 1. 2. *F. Ursinus* & *C. Patinus* Tab. I. n. 5. p. 124. 125. in *Fam. Julia Joh. Valens* Tab. LXXII. n. 9. p. 504. *Alb. Rubenius in Croyjaci Ducis Numism.* & *Jacobus Biæus* T. IIII. n. 15. 16. *du Choul dans son Discours de la Religion &c.* p. 136. *L. Begerus in Floro* p. 37. *Jac. Oiselius* p. 406. T. LXXVI. n. 9. *Joach. Oudanus* Tab. LXXIX. n. 9. p. 326. *Joh. Georg. Grævius* in *Floro* nummis illustrato Tab. II. n. 3. p. 17. *Jac. Gutherius* in de *veteri Jure Pontificio* Libro III. c. 9. p. 135. T. V. *Grævii Antiquit. Roman.* *Dionigi Ottaviano Sada* in Dialogis Augustini è Hispanica in Italam Linguam translatis p. 34.

NUM. 17. & 18.

Caput Veneris.

IMPerator CAESar TRAIANus AUGustus GERmanicus DACicus, Pater Patriæ, RESTituit. Æneas nudus gradiens, dextra Palladium, lævo humero Anchisen, patrem, senio confectum, gerit, per transversum: CAESAR.

IDem cum per omnia sit cum *præcedente*, nisi quod *literæ circumscriptæ* à *Trajano*, Cæsare, hunc nummum *restitutum esse*, arguant, simulque hoc eliciatur, *illum eximiæ raritatis esse*, nihil, quod addamus amplius, habemus, præterquam, quod *miremur, quei Cl. Begerus in præfatione T. II. Thesauri Brandenburgensis anno* 1696. scribere potuerit: *Quis Æneæ pietatem in Julia restitutam hactenus edidit?* Et *Tom.* II. *Thes. Brandenb.* p. 458. *Restitutio rara est, hactenus enim in hoc Numismate non apparuit*; cum tamen *Carolus Patinus in Suetonio nummis illustrato* istum jam A. 1675. *annis viginti ante* & amplius pag. 62. vulgaverit. Post *Begerum* & illum produxit *Cl. J. Valens* in *nummis Consularibus*, & quidem in *Familia Julia* T. LXXII. n. 10. p. 504.

NUM. 19.

DIVO JULIO. Caput Julii laureatum lævam versus, ad frontem stella, uti T. II. n. 65.

Marcus ANTONIUS IMPerator Rei Publicæ Constituendæ. Caput Antonii nudum lævam versus.

CUm omnia, quæ hic *moneri* possunt, aut *explicationi nummi inservire*, dicta jam sint ad Tab. III. n. 3. & 37. eo B. L. remittimus, solum addentes, quod illum & sistat *Goltzius* in *nummis Antonii* Tab. XXXVII. n. 10. & T. XLIII. n. 9. itemque *Nonnius* Tab. XXVIII. n. 10. & Tab. XXXIII. n. 9.

NUM. 21. & 22.

CAESAR. Elephas gradiens sinistrorsum serpentem se erigentem calcat.

Simpulum, aspersorium, sive aspergillum, securis victimaria, apex, Pontificatus Maximi Cæsaris symbola.

QUid *Elephas* hic in *una* velit nummi *parte*, de eo non una apud Auctores est sententia. Alii ad *Africam*, in *Juba Rege* & *Scipione* devicto, *domitam, victoriasque* ex *Africa* reportatas, eundem trahunt, quippe quod *Regio* istius *animalis* sit *feracissima*, (64) & exinde *illius* quoque in pluribus *nummis* (65) inveniatur *symbolum*, juxta illud *Manilii Astron.* Lib. IV. p. m. 100.

Horrendos angues, habitataque membra venenis,
Et vastos Elephantas habet.

In *qua sententia* sunt *Fulv. Ursinus* in *Famil. Julia* p. 130. (66) *Jac. Oiselius* in *Thes. Sel. Numism.* p. 5. *Joh. Valens* in Fam. *Julia* p. 502. & *Alb. Rubenius* in *Commentario suo in Croyjaci Ducis Numismata*, qui *posterior* p. 7. ita: *Elephas Draconem calcans ob victoriam Africanam de Rege Juba, quia serpentibus & Elephantis Regio illa abundat.* Et cum *serpens elephanti subjectus* sit, credunt, immanis illius *bestiæ studium* indicari in *occidendo illo*, simulque *Cæsaris ardorem & industriam* in *debellando suo hoste*. De *Draconum & Elephantorum inimicitia Ælianus* Lib. VI. c. 21. inprimis legendus est; *Tantamque* perhibet *Plinius* Lib. VIII. c. 32. ut *Elephas serpentem etiam è terræ visceribus eruat, & enecet.* Et

(64) Ita enim *Plinius* Hist. Natur. Libro IV. c. 1. sequ. *Maximum (animal) est elephas, proximumque humanis sensibus: quippe intellectus illis sermonis patrii, & imperiorum obedientia, officiorumque, quæ didicere memoria &c.* Cap. 2. *ibidem: Romæ juncti primum subiere currum Pompeji Magni Africano triumpho: quod prius INDIA VICTA, triumphante Libero patre, memoratur.* Cap. 7. *Eadem (Roma) plurimos anno quingentesimo quarto, victoria L. Metelli Pontificis in Sicilia de Pœnis captos vidit.* Capite 8: *AFRICA foveis capit elephantos.* Cap. 11. *Elephantes fert AFRICA ultra Syrticas solitudines, & in Mauritania &c.*

(65) Sic *elephas* unus aut plures comparent in *A. Atilii* de Pœnis triumphantis nummo in *Goltzii* Fastis p. 89. 1. 2. in *M. Claudii Marcelli* de Celtiberis ex Hispania citeriore p. 138. n. 9. 10. *Q. Caecilii Metelli* p. 166. n. 4. p. 176. n. 6.

(66) Ubi ita: *Ad victoriam ex Africa de Juba Rege indicandam, Elephantem expressum esse, opinor, licet ad Elephantum &c.*

Et Lib. VIII. c. XI. inquit: *Elephantos maximos fert India, bellantesque cum iis perpetuâ discordia Dracones, tantæ magnitudinis & ipsos, ut circumflexu facilè ambiant, nexuque nodi præstringant. Commoritur ea dimicatio, victusque corruens complexum elidit pondere. Alii*, in quibus *Tristanus*, ad *dignitatem Cæsaris eundem* referunt, quod *Regium sit animal, Regisque symbolum, genua non flectens*, & secundum *Artemidori* Librum II. c. 2: Ἐν Ἰταλίᾳ δὲ δεσπότην σημαίνει, καὶ βασιλέα, καὶ ἄνδρα μέγιστον, h. e. *In Italia Dominum significat & Regem & Virum maximum*; Ut ergò *se*, velut *Heroëm summum, sub Elephantis figura, Draconem*, h e. alium *Magistratum* (nam *Draco* secundum ejusdem *Artemidori* Cap. 13. *Magistratum exercentem personam* pariter significat) *conculcantem* in *nummo hoc* ipso sistere voluerit. *Alii* inde *impressum* existimant, quod *Elephas PUNICO sermone CAESAREM notet*, *imagineque* adeo *ipsa nomen* infra *subscriptum* repræsentet. Ita enim *Constantinus Manasses*: ΚΑΙΣΑΡΕΣ γὰρ ἐλέφαντες τοῖς Φοίνιξι καλοῦνται. *Alii*, in quibus *Carolus Patinus* & *Ant. Augustinus*, volunt, quod *Dictatoris avus*, tradente *Servio* (67) & *Spartiano*, in *Africa elephantem, CAESAR Punica lingua dictum, manu propria occiderit*, unde *illud cognominis* in posteros manaverit, *memoriæque* ergo *nummo huic insculptus fuerit*, de quo supra pluribus Tab. I. n. 12; præsidiumque hujus opinionis præcipuè in *restitutione*, à *Trajano*, Imperatore, *facta*, quærunt. Sed frustra hoc fieri. rectè omnino observavit *Doctiss. Valens in de Nummis Consularibus* p. 503. cum *Sextus Julius*, Prætor, *pater proavi Julii Cæsaris*, anno $\frac{545}{6}$ *bello Punico secundo jam CAESAR* apud *Livium appelletur*, à *quo* id nominis posteri semper tulerint: *Alii*, in quibus *Constantinus Landus veterum Numism. Roman. Miscell. Explicatione* p. 21. & *Adolphus Occo* p. 7. sunt, ab *Augusto* in *honorem Divi Julii*, Patris, *Pontificis Maximi, mortui*, interque *Deos* nunc *relati*, cusum existimant, hujusque rei indicium non solum esse *vasa Pontificalia*, sed & *elephantem consecrationis symbolum*, quod *religionem* illud animal habeat, & *aspersus aqua exortum solis motibus*, quibus potest, *salutet*, prodente hoc *Plinio* Lib. VIII. c. 1. & *Julii Solini Polyhistore* c. 27. notumque sit, *Claudium* aviæ *Liviae* divinos honores per *currum elephantorum*, *Augustæo* similem, Circensi in Pompa decrevisse, teste *Suetonio* in *Claudio*. Prætereaque per *serpentem reverentia* quædam & *opinio Divinitatis Cæsari* accedat; *Draconem* enim *heroibus sacrum*, referente *Plutarcho* in *Cleomene*, Cleomenis cadaver circumdedisse, fecisseque, ut *Alexandrini* crediderint, *Deorum filium* fuisse, ac in cœlum receptum; & *Lib. V. Æneidos* legi, *anguem* ex *Anchisæ sepulchro* prodiisse. *Alij* (in quibus *Lud. Nonnius, Fulv. Ursinus, J. Valens* sunt) ad *munificentiam* ejus illum referunt, conjiciuntque, nummum in memoriam *certaminis elephantorum*, quod spectabili loco *Victor* contra *Pompeji liberos* ex *Hispania Romam redux factus Populo Romano exhibuerat*. In sententiæ hujus majorem fidem *Plinii* adducunt verba Lib. VIII. c. 7: *Qua de causa Cæsar Dictator, postea simile spectaculum* (Pompejano nimirum, elephantorum) *editurus, Euripis harenam circumdedit: quos Nero princeps sustulit*. Et paulo post: *Pugnavere & Cæsari, Dictatori, tertio Consulatu ejus viginti* (elephanti) *contra pedites quingentos: iterumque totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus, eodem, quo priores, numero peditum & pari equitum ex adverso dimicante.* Et *Velleji Paterculi* nituntur *auctoritate* Libro II. scribentis: *Cæsar omnium victor, regressus in Urbem* (quod humanam excedat fidem) *omnibus, qui contra se arma tulerant, ignovit, magnificentissimis gladiatorij muneris, naumachiæ, & equitum, peditumque, simul ELEPHANTORUM CERTAMINIS SPECTACULIS, epulique per multos dies dati celebratione replevit eam.* Alii, (in quibus doctissimus *Jobertus*) ipsum adhuc privatum & nondum *audentem caput* suis nummis imprimere, voluisse saltem ex una parte *Elephantem* comparere, cum voce CAESARIS, æquivoce quæ posset sumi, intelligique, ita ut lector ambiguus hæreret, an *nomen animalis hujus* in *lingua Punica* an *nomen* SUUM voluerit expimere, conjiciunt. Cæterum de *Apice* supra ad T. I. n. 20. de *Securi* Tab. III. n. 7. de *Aspergillo* Tab. IV. n. 2. de *Simpulo* Tab. 1. n. 8. satis jam dictum est. Sistunt & hunc nummum *H. Goltzius* Tab. XV. n. 4. & 5. *Lud. Nonnius* T. XIV. n. 4. & 5. & in *Commentario* p. 47. *F. Ursinus & C. Patinus* in Fam. *Julia* T. IV. n. 7. p. 129. *J. Valens* in Fam. *Julia* T. LXXI. n. 7. p. 503. *Ant Zantanus* in *Cæsaris* arg. T. III. n. 18. & 19. *A. Occo* p. 7. *Joh. Tristanus* p. 30. *Alb. Rubenius in Croyjaci Ducis Numism.* itemque *Jacob. Biæus* in Nummis Cæs. Tab. IIII. n 19. & 20. *Jac. Oiselius* Tab. I. n. 6. p. 5. *J. Oudanus* T. IV. n. 6. p. 39. *C. Sigonius de Nominibus Roman.* c. 5. p. 1977. T. II. *Grævii* Thes. Rom. Antiqu. ubi simul ridiculam *Franc. Robertelli* (opinionem, quasi in *adversa instrumenta insculpta fuerint*, quibus *Romani elephantes peremerunt*, refellit.) *Andr. Morellius in Nummis* Consularibus in Fam. *Julia* Tab. IV. n. VII. *Jobertus* in Notitia rei numariæ edit. Germ. recent. p. 86.

NUM. 22. & 23.

IMPerator CAESar TRAIANus AUGustus GERmanicus DACicus Pater Patriæ RESTituit. Elephas gradiens & conculcans serpentem se erigentem, infra: CAESAR.

Simpulum, adspergillum, securis, albogalerus sive apex.

In *hoc*, præcedenti numero jam explicato, cum nihil attendere habeamus, quam quod videamus, *Denarium* hunc ab optimo Imperatore, *Trajano*, propter *rei*, quam continet, *dignitatem*, in *perpetuam ejus memoriam restitutione non indignum judicatum fuisse*, & *ob ejus raritatem eò magis hodie debere æstimari*, pergimus addentes, quod ille jam exhibitus quoque fuerit à *Car. Patino in Suetonio nummis illustrato* p. 62. & *J. Valente* Tab. LXXI. n. 8. in *Fam. Julia. A. Morellio* in Nummis Consul. in Fam. *Julia* Tab. IV. Lit. B.

(67) In Librum I. Æneidos.

NUM. 24. & 25.

ƆAƎƧC. Duo Elephantes gradientes.

Simpulum, adſperſorium, ſive aſpergillam ſecuris victimaria, apex, ſcutum oblongum.

Tum *poſitus literarum inverſus*; tum *ipſæ inverſæ literæ vocis* CAESAR; tum *commutatio literæ C in fine* pro A; tum *omiſſio ultimæ literæ R*; tum *duplicatio Elephantorum* pro *uno*; tum *inverſus poſitus illorum*, qui in præcedentibus *lævam verſus* gradiuntur, hic *dextram verſus*; tum *exhibitio & ſecuris & apicis alia planè ratione, quam debet*, & in *aliis nummis* viſitur; tum *adjectio clypei*, *qui planè ad ſymbola Pontificalia*, niſi *pateram*, quod ex aliis nummis oppido liquet ([68]) deſignare debeat, *non quadrat, nec ſpectat*, ſatis indicio ſunt, hunc nummum à *Gothis ac Barbaris* in *Hiſpania*, vel *alibi*, ad *imitationem prioris* N. 21. & 22. quamvis infelici ſatis expreſſione, pro *ruditate* ſcilicet *ingenii iſtius Populi*, fuiſſe cuſum. Rectè ſiquidem *Cl. Morellius* in *Epiſtola ad Perizonium* p. 8: *Nummi à Barbaris, ſive auctoritate publica, ſive à falſariis cuſi ſunt, horum quidam tàm miſerè efficti ſunt, ut vix litera legi poſſit; In aliis literæ RETROGRADAE ſunt, & figuræ tàm inconditæ, malâque imitatione expreſſæ, ut vix dignoſcantur. Nam Barbaræ Gentes Græcorum & Romanorum velut ſimiæ nummos illorum imitati ſunt, &c.* Adfert & illum *A. Morellius* in Nummis Conſul. in *Fam. Jul.* T. IV. ſub Lit. C.

NUM. 26. & 27.

Caput Veneris.

IMPerator. Elephas gradiens.

De *Venere*, *Cæſaris* ex *illa originem* deſignante, ſæpius, & inprimis ad Tab. III. n. 5. diximus; De *Elephante* verò, ne idem repetamus, ad N. 21. hujus Tabulæ B. L. remittimus, ſolum addentes, quod uti *ibi cognomen* ſubſcribere *CAESARIS* ſaltem placuerat; ita *hic IMPeratoris*. Eſt alias hic nummus quoque apud *H. Goltzium* Tab. VII. n. 6. & 9. *L. Nonnium* T. VI. n. 6. & 9. Miramur propterea, eum à *Joh. Valente* omiſſum eſſe, qui tamen *omnes Goltzianos ſe additurum, promiſit*; *Joach. Oudanum* in Potentia Romana Tab. IV. n. 5. p. 40. *Jac. Oiſelium* in Theſ. Numiſm. Tab. I. n. 5. *A. Morellium* in Nummis Conſularibus *Goltzianis* in Fam. *Julia* Tab. XIX. N. 13.

NUM. 28. & 29.

Lucius BUCA. Caput Veneris.

DICtator QUARTum. Elephas gradiens ſerpentem conculcat.

De *Lucio Æmilio Buca*, *IIII. Viro Rei Monetariæ* ſub *Cæſare*, ſatis egimus ad N. 2. *Tab. III.* pluresque jam *ejus nummos ibidem* N. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. vidimus. De *Dictatura* verò *Cæſaris Quarta* adeundus eſt numerus 35. Tabulæ I. *quam* geſſit, *debellatis Pompeji* in *Hiſpania liberis*. Ex quo ſimul confici poſſe videtur, *Elephantem vel ad ſpectacula à Cæſare inſtituta referri debere*, cui *ſupra aſſenſum* præbuimus; vel ad Symbolicam ſignificationem, quod nempe nunc velut *ſupremâ poteſtate gaudens*, ſub *Regio Animali à L. Æmilio Buca exhibitus*, inimicos ſuos perpetuos, *Pompeji liberos*, nunc demum pedibus quaſi conculcaverit, *glorioſiſſimeque devicerit*. Dant huncce nummum & *Goltzius* Tab. VII. n. 7. & 9. *ac Nonnius* T. VI. n. 7. & 9. Sed *Cl. Joh. Valens* eundem omiſit, contra promiſſum, ſe *omnes Goltzii nummos* in *ſuis Conſularibus ſimul exhibiturum. A. Morellius* in Nummis Conſularibus *Goltzianis* Tab. XIX. N. 12. in Fam. *Julia*.

NUM. 30. & 35.

Caput Veneris.

EX Senatus Conſulto. Cornu copiæ coronâ laurea circumdatum, & vinculo conſtrictum.

Ab *una parte*, ut diximus, *cornu copiæ* exhibetur, *ſpicis*, *uvis* ac *malis*, aliiſque *fructibus repletum*. De quo *Horatius* Lib. I. Od. 17:

> . . . . . *Hinc tibi copia*
> *Manabit ad plenum benigno*
> *Ruris honorum opulenta cornu.*

Ac in *Carmine Seculari*:

> . . . . . *apparetque beata pleno*
> *Copia cornu.*

Quod alii ab *Acheloi fronte* per *Herculem* revulſum fingunt, alii *Amaltheæ capræ* fuiſſe, omniumque rerum *abundantiam & copiam ſignificare, credunt*, ſecundum illud *Dionis Chryſoſtomi*: Τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας μηνύει τὴν ἀγαθῶν δόσιν, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν, *Cornu copiæ felicitatem & bonorum largitionem indicat*. Sed quando ab adverſa *caput Veneris* adjectum eſt, id factum fuiſſe reputat *Fulv. Urſinus* in dedicatione *Templi Veneris Genetricis*, vel *Felicitatis Deæ*, & *ex Senatus Conſulto* propterea hunc nummum fuiſſe cuſum, atque adeo *ex illo genere* nummorum fuiſſe, *qui in hujusmodi dedicationibus & ludis*, velut *miſſilia populo ſpargi conſueverant*. Quod equidem verum eſt, & de quibus *Suetonius* ita in *Nerone* c. 11. *Sparſa & populo miſſilia omnium rerum per omnes dies, ſingula quotidie millia avium cujuſque generis multiplex penus, teſſeræ frumentariæ, veſtis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ*, &c. Et in *Caligula* c. 18: *Sparſit & miſſilia variarum rerum* &c. Eaque elegantiſſimè deſcribit *Statius* Lib. I. *Sylvarum*. *Templum* etiam *Cæſarem Veneri Genetrici*, ante *pugnam Pharſalicam* voviſſe, eique poſtea in *Foro* poſt obtentam *eandem conſecrâſſe*, ſupra ad Tab. III. n. 5. ex *Appiano* & *Dione* demonſtravimus, ſolum *Dionis* verba latinè hic repetentes, quæ & affert *Urſinus*; *Forum verò & Templum Veneris Genetricis, (quam ſui GENERIS AUCTOREM ferebat) à ſe condita, Cæſar ſtatim*

(68) Vide infra Tab. IX. n. 18.

tim tunc consecravit, multaque ibidem & varia spectanda edidit. Sed rectè *Cl. J. Valens* regerit, *si ipse Cæsar illos sparsisset in vulgus, quid opus in ea fuit nota: Ex Senatus-Consulto?* Hæc potius arguit, illos nummos *à Senatu proficisci*, cusosque fuisse *ejus jussu & auctoritate*, tum *ad Cæsaris originem* (quam *caput Veneris* ab una parte docet) in hominum mentibus *propagandam*, tum in *memoriam victoriarum*, & inprimis *in Africa* feliciter *confectarum*, quas omnino *rerum omnium ubertas ac abundantia*, insigni præsertim *frumenti distributione*, secuta est. De ista verò *Dio* Lib. XLIII: *Ad hunc modum peracto triumpho magnificum Populo epulum dedit, addito extra ordinem frumento, oleoque.* Unde *gratulans Senatus* in *rei memoriam perpetuam* Denarium istum fieri jussisse videtur. Exhibet & illum *Goltzius* Tab. XIII. n. 2. & 4. *Nonnius* Tab. XII. n. 2. & 3. *Ursinus* & *Patinus* T. I. n. 7. in Fam. *Julia* p. 124. *Joh. Valens* Tab. LXXV. n. 48. p. 523. in *Fam. Julia.* Exstat etiam in *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 31.

Caput Cæsaris laureatum lævam versus, ante caduceus, pone lauri ramus, uti T. I. n. 11.

vel

Cajus CAESAR DICTATOR. Caput Cæsaris laureatum dextram versus, pone lituus, uti Tab. I. n. 30.

Lucius LIVINEIUS REGULUS. Taurus cornupeta.

De *aversa cum capite Cæsaris* ad l. c. Tab. I. n. 11. plura jam attulimus. *Adversam* verò Tab. III. n. 11. pertractavimus, quo B. L. ablegamus. *Argenteum* hunc, velut *præstantiorem* ex *Ludovici Savoti* mente (vide XI. Tomum *Grævii R. R.* p. 1307.) exhibet *Goltzius* Tab. XIIII. n. 10. *Nonnius* Tab. XIII. n. 12. quamvis, quod obiter noto, *per incuriam Sculptoris imago bovis ibi inversa adpareat. Ursinus* & *Patinus* in Fam. *Julia* T. VI. n. 3. p. 133. & in *Gente Livineja* T. I. n. 6. p. 156. *Anton. Zantanus* in *Cæsaris* arg. T. II. n. 8. *J. Valens* in *præstantioribus argenteis* p. 4. & in *nummis Consularibus* in *Fam. Julia* T. LXXIV. 37. p. 518. & in *Fam. Livineja* T. LXXXVI. N. 7. p. 59. *Occo* p. 5. *H. Goltzius* in Fastis *Roman.* p. 177. N. 7. *A. Morellius* in Nummis Consul. in Fam. *Julia.* Tab. VI. N. 3. & in *Livineja.* Tab. I. N. 6. *Joh. Tristanus* Tom. I, p. 31.

NUM. 32.

CAESAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus, pone lituus & simpulum, uti Tab. I. n. 22.

vel

CAESAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti T. I. n. 18.

vel

CAESAR COnSul QUINTum DICTator PERPetuo. Caput Cæsaris laureatum dextram versus, pone Lituus, uti Tab. II. n. 38.

Marcus METTIUS. Venus Victrix tunicata & seminuda succinctaque stans, dextra victoriolam, læva hastam transversim tenens, cubitoque clypeo innitens, qui globo impositus est, ad dextrum latus in area litera A.

De *duobus capitibus* locis citatis egimus. Cæterum nummus *hic* cum *nihil* differat ab *illo*, quem supra Tab. III. n. 12. *explicatum* dedimus, nisi quod *Literam A* loco B habeat, eo B. L. remittimus, hoc adjicientes, quod istæ *literæ notæ in Officinis monetariis laborantium*, communiter credantur, ex quo nempè scire potuerint, *quis laborantium* in illa istum *quotque illorum* cuderit, quale quid præcipuè in *Familia Thoria* observare datur, quæ (*uti est in Thesauro Schwartzburgico*) *omnes literas propè totius Alphabeti in nummis exhibet.* Invenitur & hic ipse nummus apud *Goltzium* Tab. VIII. n. 13. *Nonnium* Tab. VII. n. 13. *Ursinum & Patinum in Fam. Mettia* n. 2. *A. Morellius* in Nummis Consul. in Fam. *Mettia* n. 2. & sub Lit. B. *Joh. Valens* in Nummis Consul. T. II. Tab. XCVI. N. 1. p. 131. in *Mettia Fam.* itidem exhibent.

NUM. 33.

CAESAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus, uti T. I. n. 17.

Marcus METTIUS. Venus Victrix stans tunicata & seminuda succinctaque, dextram versus, dextra victoriolam, læva hastam transversim tenet, cubitu sinistro clypeo innitens, qui globo incumbit, ad dextrum latus in area Litera B. quæ nota esse potest certi, in Officina monetaria, Monetarij.

Cum in *præcedenti* allata sint, *quæ* huc facere possint, & inprimis *Tab. III.* n. 12. *acta agere* hic *nolumus*, addentes saltem, quod illum *valdè obvium nummum* & afferat *Goltzius* Tab. VIII. n. 15. *Nonnius* T. VII. n. 15. *Ant. Zantanus in Cæsaris* arg T. III. n. 13. *J. Valens in præstantioribus argenteis* p. 4. *Occo* p. 6. *A. Morellius* in Nummis Consul. in Fam. *Julia.* T. II. n. 1.

NUM.

NUM. 34.

CAESAR DICTator QUARtum. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone lituus, uti T. I. n. 35.

Marcus METTIUS. Juno Lanuvina in bigis decurrentibus, dextra elata haſtam ſuam vibratura, ſiniſtra clypeum tenens.

De *antica facie* loco citato T. II. Numeri 35. & 35. videndi ſunt, hoc ſaltem monemus, quod cum *Dictator Quartum* in *antica* vocetur, clare id indicare, eundem Anno $\frac{708}{9}$ fuiſſe ſignatum. *Eodem* quippe *anno hanc Dictaturam* eo die quo *tertiam* redux ex Africa victor inierat; ſiquidem illa non anni initio, uti alii Magiſtratus, ſed extra ordinem ſuſcipiebatur. *M. Mettium* ſupra jam Tab. III. n. 12. *IIII. Virum Rei monetariæ* fuiſſe, ex *alio nummo*, pluribusque hujus Tabellæ ſuſpicati ſumus, licet *totidem verbis* id in iis *non* legatur, cum credibile ſit, nonnullis *fatis fuiſſe, Cæſaris exhibuiſſe vultum ex peculiari Senatus conceſſione*, quod ante quoque non licuerat. *Venerem* præterea iſti communiter exhibent, ſed nunc *Juno Lanuvina* adeſt in *bigis*, (non verò *Palladis ſimulacrum*, ut *Ludov. Nonnius* in ſuo *Commentario* ad *Cæſarem* p. 42. ſuſpicatur, aut *Imperatoris*, uti in *Antonii Zantani* & *Jacobi Biæi* nummis exhibetur) *quæ* ad nullam commodius referri poteſt, quam ad *Ludos Circenſes*, à *Cæſare*, Dictatore, *inſtitutos*, de quo *Suetonius* in *ejus vita* Cap. XXXIX: *Edidit ſpectacula varii generis, munus gladiatorium, Ludos etiam regionatim Urbe tota, & quidem per omnium linguarum hiſtriones; item CIRCENSES, Athletas, Naumachiam.* Cum verò in *Ludis* frequentes *bigarum curſus* eſſent, ideo *Junonem* in *bigis* in nummo obſignavit, de quo more iterum *Suetonius* in *Cæſare* Capite XXXIX: *Circenſibus, ſpatio Circi utraque parte producto, & in gyrum Euripo addito, quadrigas BIGASque & equos deſultorios agitaverunt nobiliſſimi juvenes*; Et in *Domitiano* Cap. IV. docet, quod præter *ſolemnes* (nunc quibus, ex *Lævini Torrentii* mente *Circenſes nulli* peragebantur) *bigarum*, *quadrigarumque curſus*, *prælium duplex etiam*, *equeſtre & pedeſtre commiſerit*; *ut tamen ſimul Gentis ſuæ originem, quod Lanuvio municipio oriunda eſſet, traderet*, ſicuti in aliis & præcedente etiam *Cæſaris* propoſitam vidimus. Ex *iſto* ſcilicet *oppido*, quod *Julius Cæſar* ex *municipio* vetere Anno 606, *Coloniam fecerat*, dictante *Frontino*: *Lanuvium muro ductum, Colonia deducta à Divo Julio. Ager ejus in limitibus Auguſteis pro parte eſt adſignatus militibus veteranis, & pro parte Virginum Veſtalium lege Auguſtana fuit adſignatus.* Sed poſtea Imperator *Hadrianus* Colonis ſuis agrum adſignari juſſit. Videatur *Onuphr. Panvinius* de *Imperio Romano* p. 382. In more ſiquidem Romanis erat poſitum, *Numina*, *quæ* præcipuè colebant, in *bigis ac quadrigis ſiſtere.* Iſta verò *Juno*, ut *Cicero* illam in *Libro de Natura Deorum deſcribit*, *pelle caprina caput tecta & haſta & ſcutulo armata*, *ac calceolis repandis ornata communiter fingebatur*, quà ratione & hic in nummo exhibetur, nempe *pelle caprina caput tecta*, & *dextra haſtam vibratura*, *ſiniſtra verò ſcutulum gerens.* Cultam verò *Junonem Soſpitam Lanuvii* olim fuiſſe, *Livius* teſtis adeſt Lib. VIII. *Dec.* I: *Lanuvinis civitas data, ſacraque ſua reddita cum eo, ut ædes lucuſque SOSPITÆ JUNONIS communis Lanuvinis municipibus cum Populo Romano eſſet*; Et *D. ade* III. Lib. 4. *Lanuvii in æde intus Soſpitæ Junonis corvos nidum feciſſe*, inter prodigia refert. Exhibet alias hunc nummum *argenteum* etiam *Goltzius* Tab. XI. N. 1. *Nonnius* Tab. X. n. 3 ubi iterum non poſſumus non monere, *figuram Junonis Soſpitæ in bigis planè, ſicut & totam Tabulam*, *eſſe inverſam*, adeoque & *falſam anticam cum DIVI JULI*, à *Nonnio* proditam, *æreumque* ab ipſo pronunciatum, cum *argenteus* ſit. *Job Valens in Fam. Julia* Tab. LXXIV. n. 40. p. 519. *ubi tamen ex incuria Sculptoris non ſolum Lituus, pone caput Cæſaris, omiſſus eſt, ſed & Juno Lanuvina planè non rectè, & abſque pelle caprina, expreſſa eſt, qua ratione* & in *Famil. Mettia* Tab. XCVI. n. 2. p. 132. Tom. II. conſpicitur; itemque *in præſtantioribus argenteis* p. 4. *Ant Zantanus in Cæſaris* arg. Tab. II. n. 12. ut tamen ibidem M. METELLUS pro M. METTIUS perperam *inſculpi fecerit*, & veluti *Imperatorem Julium in bigis* pro *Junone Soſpita* ſiſtat. *Urſinus* & *Patinus* in *Familia Julia* Tab. V. n. 2. p. 131. ubi pariter *lituus, pone caput Cæſaris, ex incuria Sculptoris omiſſus eſt, rectius repræſentatus in Familia Mettia* n. 1. niſi quod *Junonis Soſpitæ habitus prætermiſſus ſit pariter in utriusque una facie, quem* ſine dubio *ſecutus deinceps eſt J. Valens*, ut diximus, *Jac. Biæus* in Nummis *Imper. Roman.* Tab. II. n. 13. eundem errorem cum cæteris errans, & Imperatorem in bigis cum ſcuto collocans. *A. Morellius* in Nummis Conſul. in Familia *Julia* Tab. V. N. 2. & in *Mettia* N. 1.

NUM. 36.

Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, uti Tab. I. n. 1.

item

Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, ad latus ſ. c. uti Tab. I. n. 3.

vel

CAESAR DICTator TERTium PONTifex MAXimus. Caput Julii laureatum lævam verſus pone Lituus, uti Tab. I. n. 33.

Lucius MUSSIDIUS LONGUS. Temo, cornu copiæ, variis frugibus repletum, impoſitumque orbi, caduceus & albogalerus, ſive apex.

Globus cum *potentiam in terra*, *clavus*, ſeu *temo*, *imperium in mari*, *albogalerus religionem* ſignificet, ſicque religioſum mundi imperium eſt, quid exinde ſequi poteſt aliud, quam *pax* & *felicitas*, cujus ſymbolum *caduceus* eſt; undeque denuò non poteſt non *omnium rerum ubertas* promanare ac *abundantia*, quam *cornucopiæ globo impoſitum* ſubindicat. De hoc rerum omnium abundantia gaudente tempore circa A. V. C. DCCVIII. *hoc* egregio *monumento* teſtari voluit *L. Muſſidius Longus*, *IIII. Vir Rei Monetalis*, (de quo pluribus in ſequentibus nummis) ac uno quaſi intuitu ſiſtere *Terrarum Orbem*, ſub *Julio* Cæſare, *Dictatore* tunc *Tertium*, & *Pontifice Maximo*, (quam dignitatem *aureus* cum hoc typo præfert) tot victoriis in Europa, Aſia, & Africa

ſrica partis, *juſto Regimine*, *Religione & Pace*, adeoque & omnium rerum *abundantia feliciſſimum*; ſive *pacem & abundantiam* per *mare & terras Populo Romano Cæſaris religione* partam. *Urſinus* longius abit, & exiſtimat (in *Conſul. Nummis* p. 131.) *Dearum ſymbola* in eo fuiſſe expreſſa, *quibus* (referente *Plutarcho* in *Cæſare & Dione* Lib. XLVIII.) *Senatus* in *Cæſaris honorem templa* tum *dedicaverat*, eas verò fuiſſe, CLEMENTIAM, ÆQUITATEM, LIBERTATEM PUBLICAM, CONCORDIAM NOVAM & FELICITATEM. *Felicitatis enim*, inquit, *& Concordiæ ſymbola ſunt cornucopiæ & caduceus: navis gubernaculum & globus ad orbis terrarum Imperium refertur, cujus gubernatio Clementiæ & Æquitati Cæſaris commiſſa erat: his autem adjectus eſt apex, cum ad indicandum Cæſaris ſacerdotium, (fuit enim, ut diximus, Flamen Dialis) tum ut eo notaretur religio Principis, & Pietas erga Deos immortales*; Sed quod *aliquantum*, ut nobis videtur, *longius quæſita hæcce* videantur, nec *Libertatis Publicæ ullum* in iſto *apertum* occurrat *veſtigium*, malumus *priori* accedere, quam non ſatis certis indulgere opinionibus. Offendimus eundem etiam nummum apud *H. Goltzium & C. Patinum* in *Fam. Julia.* T. V. n. 4. p. 131. *Ant. Zantanum* Tab. II. *Cæſ.* N. 2. ita tamen ut globum cruciatum, & infra pileum pro albogalero exhibeat peſſimè. *Joh. Valentem* in *præſtantioribus argenteis* p. 5. *Jac. Oiſelium* T. XV. n. 2. p. 74. *A. Occonem* p. 10. *A. Morellium* in *Nummis Conſul.* in Fam. *Muſſidia* T. I. *L. G.* T. *L. Begerum* in *Theſauro Heidelb.* p. 291. *qui ex auro* iſtum ſiſtit, quem *argenteo ſuperfuſum* crediderim, cum *adverſa caput* pariter *Tabula I.* n. 1. ſiſtat, *aliudque caput, aureus*, ex *Goltzio* infra Tab. X. n. 7. adducendus, plane exhibeat; *Joach. Oudanum* in Potentia Romana Tab. XVIII. n. 2. p. 98. *Æneam Vicum* Tab. II. *Cæſaris* n. 2. *Car. Patinum* in Theſ. Mauroceno p. 19. & denique *Com. Mediobarbum* p. 5.

NUM. 37.

Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, uti Tab. I. n. 1.

item

Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone Lituus & ſimpulum, uti T. I. n. 8.

item

Cajus Cæſar DICTATOR. Caput Cæſaris laureatum dextram verſus, pone Lituus, uti T. I. n. 30.

item

CAESAR DICTator TERTium PONTifex MAXimus. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone Lituus, uti Tab. I. n. 33.

vel

Cæſar DICTator PERPETUO. Caput Cæſaris velatum & laureatum lævam verſus, ante Lituus, pone apex, uti Tab. II. n. 70.

Lucius MUSSIDIUS LONGUS. Temo, cornucopiæ, frugibus plenum, orbique impoſitum, caduceus & albogalerus.

Videtur iſte ex *primâ* cum *anticâ* unus ex iis, qui *initio* ſtatim *decreti honoris ſignandi cum effigie Cæſaris*, fuêre ſignati, quod *ſolum caput laureatum* in eâ compareat, & ſuffecerit *IIII. Viris*, *ſolam imaginem ipſius exhibuiſſe*, licet *non ſuam dignitatem* (*IIII. Viratus*) adjecerint; quamvis etiam *poſteriores*, *ipſo* jam *Dictatore*, & *Dictatore Tertium*, *Pontificeque Maximo* percuſſi ſint. Sunt etiam, qui *primum* ſub *TriumViris* R. P. C. flatum exiſtiment; ſed nobis *prius* videtur. De *adverſa* in *præcedenti* numero à nobis actum eſt. Siſtit inſuper hunc Denarium *Goltzius* Tab. XVI. n. 18. *Nonnius* Tab. XV. n. 18. *Urſinus & Patinus* in *Fam. Muſſidia* T. I. n. 6. p. 182. & in *Julia* T. V. n. 4. p. 131. *J. Valens* in *Fam. Julia* T. LXXIV. n. 42. p. 521. & Tom. II. Tab. XCIX. n. 1. in *Fam. Muſſidia* p. 157. Idemque in *Præſtantioribus Argenteis* p. 5. *Patinus* in *Suetonio nummis illuſtr.* p. 1. *A. Morellius* in *Nummis* Conſul. in *Fam. Muſſidia* T. I. n. 6. & Lit. F. & Tab. V. n. 6. *C. Mediobarbus* p. 5. *Levin. Hulſius* in Roman. Imper. ſerie p. 3. ubi tamen ante faciem *lituum*, pone vero *apicem* expreſſit *in averſa*, quod ita obſervaſſe alios, non meminimus.

NUM. 38.

Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, uti Tab. I. n. 1.

item

CAESAR IMPerator. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone ſtella, uti Tab. I. n. 14.

Lucius MUSSIDIUS LONGUS. Cancelli Comitiorum, ſive Comitium, navis inſtar, in quod per gradus aſcenditur, in quo ſupra duo ſtantes figuræ togatæ cum tabellis, ſortes, ſive ſuffragia, in urnas projicientes, infra cum titulo Veneris CLOACINæ.

M. *Metium*, *IIII. Virum Monetalem*, in ſuperiori Denario n. 34. hujus Tabulæ vidimus, *Junonem Soſpitam Lanuvinam* addidiſſe, ad denotandam ſuam ex *Lanuvio Municipio originem*; heic verò *L. Muſſidius Longus* obvenit, qui, ut demonſtraret pariter ſuum *a Sabinis ortum*, ([69]) *Veneris Cloacinæ* memoriam (imprimendo vocem: CLOACINA, intellige *Venus*, quam à *Tatio* Sabinorum Rege, in cloaca repertam, dedicatamque in loco *Comitiorum* fuiſſe conſtat) *denario præſenti* inſeruit, niſi quoque ad *Comitii exornationem*, quam *à Cæſare factam eſſe* teſtatur *Suetonius*, ſimul reſpexerit: *Ædilis* (Cæſar) *præter COMITIUM ac FORUM, Baſilicaſque etiam Capitolium ornavit*; quique gentis *Muſſidiæ*, hoc eſt *plebejæ*, à voce *muſſare*, ſive ſubmiſſa voce loqui, *dictæ*, cognomen *Longus* ſine dubio à *corporis habitu* acceperat, & ſub *Cæſare*, *Dictatore*, *IIII. Virum Monetalem*, ut ſupra jam innuimus, *egerat*, cujus rei indicium eſt, *quod Cæſaris Dictatoris effigiem nudam abſque literis* nummis in *antica* impreſſerit. Iſta verò *Venus Cloacina* à *T. Tatio*, *SABINORUN Rege*, fuit *conſecrata*, ac *dedicata* eo in loco, ubi, depoſitis armis, *Tatius & Romulus coiverunt*, & ob captas virgines *fœdus* inierunt; qui locus dehinc à *coitione* partium *Comitium*

(69) Eundem typum etiam imprimi fecit, cum *Antonii* capite lævam verſus, *pone Lituo*, ante vero: M. ANT. IMP. ITER. in averſa *autem eandem figuram*, his circa literis: M. MUSSIDIUS T. F. LONGUS IIII. VIR. Vide *Goltzii Faſtos* p. 183. n. 2. ejusque *Cæſarem* T. XXXVIII. n. 13. & XLVII. N. 2. itemque cum *Concordiæ* capite, addita pone voce: CONCORDIA, quem exhibet *Abrah. Gorlæus* in *Theſ. Numiſm.* T. XXV. n. 3.

dedisse. Exhibuerunt aliàs jam hunc Denarium *argenteum Hub. Goltzius* T. VIII. n. 13. *L. Nonnius* T. VII. n. 14. *F. Ursinus & Patinus in Fam. Sepullia* n. 3. p. 255. *Joh. Valens* in *Fam. Julia* Tab. LXXV. n. 45. Ubi ex *incuria Sculptoris infra scutum omissum est*, ceu descriptio etiam p. 522. docet, & *in Familia Sepullia* T. CXXVIII. n. 2. p. 392. *Ant. Zantanus in Cæsare* T. II. N. 1. *Jac. Oiselius* Tab. XLIX. n. 1. p. 284. *A. Occo* p. 9. *A. Rubenius in nummis Arschotanis* Tab. II. n 24. *G. du Choul* p. 229. *Laur. Begerus* T. II. Thesauri Brand. p. 603. *A. Morellius in Nummis Consular.* in Fam. Sepullia n. 3. *Jac. Zabarella in Aula Heroum*, sive *Fastis Roman.* p. 97. ad annum 705. V.C. *Jac. Biæus* in Nummis Imper. Roman. Tab. III. n. 9. 10. *Joach. Oudanus* in Pot. Romana Tab. LII. N. 1. p. 260.

NUM. 2.

CAESAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus, pone sidus Julium, uti T. I. n. 18.

item

CAESAR IMPERator. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti Tab. I. n. 17.

item

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum dextram versus, uti Tab. II. n. 40.

item

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti Tab. II. n. 41.

item

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum & velatum, lævam versus, uti Tab. II. n. 45.

Publius SEPULLIUS MACER. Venus Victrix stans dextra victoriolam, læva hastam inversam tenet.

Multis *anticis partibus repetitus* hic nummus indicio est, istum vel *eo anno*, quo *Cæsar occisus* est, vel *anno sequente* à *P. Sepullio Macro*, sine dubio *tunc IIII. Viro Monetali*, cusum fuisse, cum sciamus, *hunc Magistratum*, velut alios, saltem *per annum iniisse*. *Multi*, & ex his *Ursinus*, *Patinus* & *Valens* eò inclinant, *vivente adhuc Cæsare*, *Officinam monetariam illos exivisse*, quod *caput* ejus exhibeant, cui singularem hunc *honorem effigiem suam nummis imprimendi Senatus detulerat*; dehinc, quod *Laurea istud redimitum* sit, quod specialiter *quoque ipsi erat concessum à Senatu*; porro & *Venus Victrix*, ob *victoriam*, quam *manu* gestat, *sic dicta*, *exhibeatur*, *fons* non solum *sui generis*, sed & cui *Templum Cæsar dedicavit*, *quam armatam annulo insculptam gestavit*, eaque pro *tessera in rebus summis plerumque usus est*. Fortè *quem vivum* nummis extulerat, *mortuum* & *isto celebrare voluit nummo*, qui *sidus suum*, sive *Cometen*, *pone caput* exhibet, quamvis etiam de *sidere Julio*, seu *Venere*, explicari possit; Sed cuique hic liberum esto judicium. Est cæterum hic nummus apud *Goltzium* T. VIII. n. 19. *Nonnium* T. VII. n. 19. *Ursinum & Patinum in Familia Julia* Tab. III. n. 7. p. 128. seq. & *in Sepullia* n. 1. & 2. p. 255. *Joh. Valentem in Gente Sepullia* T. CXXVIII. n. 1. & 3. p. 392. sequ. *L. Begerum* T. II. *Thes. Brand.* p. 603. *Occonem* p. 6. *A. Morellium in Nummis Consul.* in Fam. Sepullia n. 1. & 2. & in *Julia* Tab. III. n. 7. *Thom. Dempsterum* in Antiquitat. Rom. *Joh. Rosini* p. 177. edit. Genev. 1620.

NUM. 3.

CAESAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone stella, uti Tab. I. n. 14.

Publius SEPULLIUS MACER. Venus Victrix seminuda & tunicata stans, dextrâ victoriolam, sinistrâ hastam inversam tenet.

Existimat *Doctissimus Ursinus* in de *nummis Consularibus* libro p. 127. loco infra adducendo, cui & *J. Valens* in *Familia Julia* p. 522. accedit, hunc Denarium propter *adjectum Cometen*, *mortuo* jam *Cæsare* signatum à *P. Sepullio Macro* fuisse. Sed rectè monuit *Cl. Patinus* l. c. in Familia *Julia*, eundem & *sidus Veneris* indicare posse, quod & supra ad Tab. I. n. 14. nos jam monuisse meminimus, cujus sententiæ & *Johannes Tristanus* est, quamquam *laudatus modo Patinus* in *Suetonio* p. 61. *sidus* istud pone caput Cæsaris ad *Cometen*, qui post mortem ejus fulsit, *tamen retulerit*. *Venerem* adjecit, *à qua* non solum *originem suam Julius* jactabat, sed & *cui prosperum* rerum suarum *successum*, & *victoriarum summam se debere*, profitebatur. Cæterum dant hunc nummum in *Monumentis suis Fulvius* & *Patinus* in Fam. *Julia* Tab. II. n. 4. p. 127. & in *suo Suetonio nummis illustrato* p. 61. *L. Begerus* T. II. *Thes. Brandenb.* p. 603. *Tristanus* in *Commentario ad nummos Cæsaris* p. 23. qui tamen *posticæ partis figuram*, *Sculptoris fortè incuria*, *inversam planè dedit*. *Joh. Valens* in *præstantioribus argenteis* p. 5.

NUM. 4.

CAESAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone stella, uti Tab. I. n. 14.

Publius SEPULLIUS MACER. Venus Victrix stans seminuda & tunicata, dextra victoriolam, sinistra hastam inversam tenet, ante in area Litera K.

Et *eundem* à *Sepullio Macro* sub *TriumViratus initio*, *TriumVirorum jussu* (quorum quippe scopus erat, *necem Cæsaris* vindicare) in *memoriam Cæsaris fuisse cusum*, multa persuadent. Sed an *stella* circa *occipitium* ἀποθέωσιν *ejus* notet, an *divinam*

nam à Venere originem, vix definiri ſatis clarè poteſt. *J. Valens priori* ſententiæ accedit, alii *poſteriori*. Vide quæ ſupra ad T. I. n. 14. jam dicta ſunt. De cæteris in præcedentibus ſatis. Exhibet hunc nummum *Goltzius* T. VIII. n. 21. *Nonnius* T. VII. n. 21. *J. Valens in Fam. Julia* T. LXXIV. n. 44. *A. Morellius in Nummis Conſul. in Famil. Julia* Tab. II. n. 4. *Ant. Zantanus in Cæſare* T. II. n. 2. *ſed addito ſaltem vocabulo MACER & omiſſis literis*: P. SEPULLIUS, *quæ forte in ſuo nummo obliteratæ jam fuerunt.*

NUM. 5.

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæſaris laureatum dextram verſus, uti Tab. I. n. 40.

item

DIVI JULI. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, uti Tab. II. n. 52.

Publius SEPULLIUS MACER. Venus Victrix ſeminuda & tunicata ſtans, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam transverſim tenet, cubitu lævo clypeo impoſito, qui globo incumbit.

Sicut *prior*, *Cæſare* adhuc *vivente*, ita *poſterior*, *eo mortuo*, videtur percuſſus, ex quo eo clarius colligi poſſe auguramur, *P. Sepullium Macrum eo ipſo anno IIII. Virum Monetalem egiſſe, quo Cæſar mortuus eſt*, quod ſupra etiam innuimus. De *clypeo*, *globo impoſito* ad Num. 32. Tab. IV. jam diximus. Habet & illum *Goltzius* T. VIII. n. 22. *Nonnius* T. VII. n. 22. *Antonius Zantanus* T. II. in *Cæſaris* arg. N. 3. ut tamen præcedentes literas nempe P. SEPULLIUS, itemque haſtam, in læva plane omiſerit.

NUM. 6.

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæſaris laureatum dextram verſus, uti Tab. II. n. 40.

Publius SEPULLIUS MACER. Venus Victrix ſeminuda ſedens in ſcuto, pedesque imponens globo, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam tenet.

Venus *Victrix* hic *quieſcens ſuper arma Victoriarum Cæſaris*, *domita præcipua Orbis parte* (quod pedibus ſubjectus *Globus* arguit) *interſtitium denotare videtur*, ex eoque manifeſtum redditur, *extremis Julii Cæſaris*, *Dictatoris perpetui*, *temporibus* fuiſſe percuſſum hunc ipſum *Denarium*. Iſtum nummum ſaltem vidit *Goltzius* & ſiſtit illum T. VIII. n. 17. & *Nonnius* T. VII. n. 17. iſtum ſequens.

NUM. 7. & 8.

Publius SEPULLIUS MACER. Deſultor pileo tectus, equo effuſo curſu decurrens, dextraque flagellum vibrans, ſiniſtra alterum equum ſecum ducit, pone corona laurea & palmæ ramus.

CLEMENTIAE CAESARIS. Templum Clementiæ quatuor columnarum, tecto ejuſdem cono ſimili.

Non dubium eſt, quin hic *deſultor memoriam ludorum Circenſium*, *à Cæſare editorum*, refricare debeat, de quibus *Caſſiodorus in Epiſtolis*: *Equi deſultorii ſunt, per quos Circenſium miniſtri miſſos denuntiant exituros, ut Luciferi, quadam in aſtris ſimilitudine, præcurſorias velocitates imitari videantur*; & *Homerus deſultoris* jam meminit Il. O. v. 679:

Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδώς.
Ὅς τ' ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναγείρεται ἵππους.
Σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ διώκει.
Λαοφόρον καθ' ὁδὸν, πολέες τε ἐθηήσαντο
Ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες, ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ
Θρώσκων, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται, οἱ δὲ πέτονται.

Ut quum Vir equis deſultoriis uti benè ſciens
Qui poſtquam ex multis, quatuor congregavit equos
Impellens ex campo magnam ad civitatem agitat
Publicam per viam, multique eum admirando ſpectarunt
Viri & mulieres; hic autem firmiter ſecurè ſemper
Saliens, aliquando in alium alternat: illi autem volant.

Clarius *Hyginus*: *Cum* (interfecto Caſtore) *ipſe* (Pollux) *ſtellam à Jove accepiſſet, & fratri non eſſet data, ideo quod diceret, Jovis, Caſtorem ſemine Tyndarei & Clytemneſtram natos: ipſum autem & Helenam, Jovis eſſe filios. Tunc deprecatus Pollux, ut liceret ei munus ſuum cum fratre communicare: cui permiſit, ideoque dicitur alternâ morte redemtus. Unde etiam Romani ſervant inſtitutum, cum DESULTOREM mittunt, UNUS DUOS EQUOS HABET PILEUM IN CAPITE, DE QUO IN EQUUM TRANSILIT, quod ille ſua & fratris vice fungatur.* Binos autem trahebant *equos*, & alternatim ex uno in alterum mirâ celeritate transſultabant. *Corona* & *palmæ* à *tergo victoriam* notant, *præmia* in iſtis Ludis. *Primis* ſiquidem *Victoribus palma Lemniſcata* tribuebatur, *ſecundis* autem *abſque lemniſco*, quam hic videmus. In *poſtica Templum Clementiæ* Cæſari *Dictatori*, ob inuſitatam per omnem vitam omnibus exhibitam *clementiam* (de qua ſupra ad Tab. III. n. 24. plura diximus, quæ vide ſis) poſt *ejus* ex *Hiſpania reditum* anno $\frac{707}{8}$. *erectum* conſpicimus, quamvis *qua regionis parte* poſitum fuerit, dicere nequeat *Onuphrius Panvinius*, & *Alexander Donatus in de Urbe Roma* libro c. 22. p. 785. Dedicatum tamen ipſi fuiſſe *Clementiæ Templum*, de eo nos certos reddidit *Dio* Lib. XLIV: Καὶ ναὸν αὐτῷ τῇ ἐπιεικείᾳ αὐτοῦ τεμενισθῆναι ἔγνωσαν ἱερέα σφίσι τὸν Ἀντώνιον, ὥσπερ τινὰ Διάλιον, προχειρισάμενοι, h. e. *TEMPLUMque ei CLEMENTIÆ dedicari juſſerunt, Sacerdotioque ejus Antonium, quaſi*

 Flami-

Flaminem Dialem aliquem, præfecerunt. Et *Plutarchus in vita Cæsaris :* Καὶ τότε τῆς ἐπιεικείας ἱερὸν οὐκ ἀπὸ τρόπου δοκοῦσιν χαριστήριον ἐπὶ τῇ πρᾳότητι ψηφίσασθαι, καὶ γὰρ, ἀφῆκε πολλοὺς τῶν πεπολεμηκότων πρὸς αὐτὸν, ἐνίοις δὲ καὶ τιμὰς, καὶ ἀρχὰς, ὡς Βρούτῳ, καὶ Κασσίῳ προσέθηκεν. h. e. *Ac Clementiæ quidem ædem tunc non immeritò ad honorandam lenitatem Cæsaris decrevisse eos dicas. Quippe hostibus suis multis salutem dedit, nonnullis honores & Magistratus, velut Bruto & Cassio addidit.* Luculentius adhuc *Appianus* de *Bello civili* Lib. II : Καὶ νεὼς ἐψηφίσαντο πολλοὺς αὐτῷ γίνεσθαι, καθάπερ θεῷ, καὶ κοινὸν αὐτοῦ, καὶ ΕΠΙΕΙΚΕΙΑΣ, ἀλλήλους δεξιουμένων, h. e. *Templa multa tanquam Deo ex Senatus Consulto decreta sunt, & in his unum ipsi, CLEMENTIÆque commune, in quo simulacra eorum jungerent dextras.* Num ergo, quod *Sepullius Macer* etiam *nummum* cum *capite Antonii velato & lituo adjecto* dedit, ipsum sub *Auguris & Flaminis Cæsaris* schemate exhibere voluit ? Quid si ergo persuadeamur, *hunc Denarium, M. Antonio hoc anno Consule*, postquam *oratione in Foro contra percussores Cæsaris habita, Populum instigâsset*, ac *ipsis Ludis equestribus, in circo tempore dedicationis Templi Clementiæ institutis, ac celebratis*, (nam *Templum dedicatum nummus* exhibere omnino videtur) à *Sepullio Macro* in *rei hujus memoriam* fuisse signatum ? Sistunt præterea hunc nummum in *Monumentis suis Ursinus & Patinus* in Fam. *Julia* T. V. n. 6. p. 131. *Joh. Valens* in *Fam. Julia* T. LXXV. n. 52. p. 525. & in *Gente Sepullia* T. CXXVIII. n. 4. *Levinus Torrentius in Notis ad Suetonium Edit.* Græv. p. m. 89. *Occo* p. 9. *Patinus* in *Suetonio Nummis illustrato* p. 48. *A. Morellius* in Nummis Consul. in *Famil. Julia* T. V. n. 6. *Joh. Harduinus* in Notis ad *Plinium* T. II. p. 44.

NUM. 9. & 10.

PUTEAL CAESAR . . . . CL . : Ædificium quatuor columnarum.

MACER. Desultor pileo tectus, dextraque flagellum tenens, decurrit equo cursu effuso.

Singularis hic nummus est, & minus *obvium Monumentum* sistit, nec meminimus alibi eundem offendisse, nec dicere etiam possumus, ubi *Morellius* illum viderit, cum *signum nullum Possessoris* adposuerit, quod alias ipsi solenne est : interim certo *alicubi* eundem *reperisse*, ex eo etiam colligimus, quod *hunc ipsum nummi typum Nummis* suis *Consularibus* quoque inseruerit, & quidem *Familiæ Juliæ* Tab. V. Lit. E. Nisi dicere velimus ex incuria Monetario conjunctos fuisse hos duos diversorum nummorum typos. Notum verò alias ex Romana antiquitate & nummis plus satis est, *Puteal. L. Scribonii Libonis, Consulis II. cum M. Antonio*, anno DCCXIX. quod equidem *aræ similius* videtur, quam *ædificio*, quodque *situm fuit* in *Foro Romano*, & quidem *è regione statuæ Marsyæ* coronati, ad quam homines litigantes conveniebant, juxta illud *Horatii* Lib. I. *Serm.*

> *Deinde eo dormitum, non sollicitus, mihi quod cras*
> *Surgendum sit mane, obeundus Marsya.*

Inter *Porticum* scilicet *Juliam* & *arcum Fabianum*, juxta *Persii* interpretem, quod vulgo *Tribunal Prætoris Libonis* vocant, de quo Persii Glossæ ita : *Fœneratores ad Puteal Scribonis Licinii, quod est in PORTICU JULIA, ad arcum Fabianum, convenire solebant. Hoc* vero erat *ædificium*, in quo *jus* dicebat *Prætor*, à *Libone*, vel *propè habitante* sic dictum, vel, quod verisimilius, *ædificatum, aut restitutum* erat, *nomenque* acceperat à *puteo*, qui *inibi* esset; *Puteal* enim *tectum est, quo operitur Puteus.* De eo *Horatius* Lib. I. *Epist.* III.

> . . . . . . *Forum Putealque Libonis*
> *Mandabo siccis : adimam cantare severis.*

Idemque Lib. II. *Sermon. Sat.* 6.

> *Roscius orabat, sibi adesses ad Puteal cras.*

Itemque *Ovidius:*

> *Qui Puteal Janumque timent, celeresque Calendas.*

Et *Persius Sat.* IV.

> *Si Puteal multo cautus vibice flagellas.*

Nec non testibus *Sixto Rufo de Regionibus Urbis Romæ* Lib. I. p. 33. *Publio Victore, Regione VIII. Dionysio* Lib. III. Ἀρχαιολ. *Georgio Fabricio* de *Urbe Roma* p. 416. edit. Græv. *Barthol. Marliano de Urbis Romæ Topographia* Lib. III. c. 4. *Onuphr. Panvinio Descript. Urbis Romæ* p. m. 295. *Alex. Donato de Urbe Roma* Lib. II. c. 12. p. m. 603. Quodque æri incisum exhibent *Jac. Biæus* edit. in fol. 1617. Numism. Cæs. Tab. LXVIII. n. 22. *Ursinus & Patinus* p. 7. in *Famil. Æmilia* Tab. I. n. 5. *A. Morellius* in nummis Consul. sub *Familia Æmilia* T. I. n. 5. *Joh. Rhodius* in emendationibus & Notis in Scribonii Largi Compositiones Medicas Patav. 1655. Sed *Cæsaris Puteal* ubi locorum fuerit, de eo *altum* apud *Scriptores* est *silentium*, & futuri temporis hominibus indagandum relinquimus, nisi conjicere velimus in *Foro Cæsaris* exstitisse, *quod* ædificare *incepit in Gallia militans*, area coëmpta H-S. millies, h. e. *vicies quinquies centenis millibus aureorum*, testantibus *Plinio* Lib. XXXVI. c. 15. & *Suetonio* in *vita Cæsaris* c. 26. qui tamen supra id stetisse, memorat; & imprimis *Appiano* Lib. II. de *Bello Civili : Atrium*, inquiente, *Foro circumduxit, quod Romanum Forum esse voluit, non rerum quidem venalium, sed eorum, QUI AD JURA CONVENIRENT.* Nec *Dio* illud prætermisit Lib. XLIII. *Forum Cæsar exstruxerat, quod ab ipso nomen obtinuit, Romano pulchrius.* In *medio hoc Foro Templum Veneri Genetrici ipsum dicâsse*, supra diximus ; *ipsumque Forum* ad *sacram viam* fuisse situm, *Ovidius* docet Lib. III. *Tristium* El. I.

> . . . . *hæc sunt Fora Cæsaris*, inquit,
> *Hæc est à sacris, quæ via nomen habet.*

Sane si *Bergerium* in de *publicis & militaribus Imperii Romani viis* Libro V. Sect. 7. p. m. 560. edit. Græv. & *Henrici Christiani Henninii Indicem locorum*, quæ in parte *Regionis* VIII. sive *Fori Romani* ad mentem *Bergerii* exhibentur, consulimus, *FORUM CAESARIS cum Basilica Ulpia non procul à Templo Cæsaris situm fuit è regione milliarii aurei ante Fornicem Fabianum.* De eò *Scaliger* in *Euseb.* p. 145. *Parrhasiusque* in *Epist.* 57. hæc adducunt ex *Augusti Indice:* FORUM. JULIUM. ET. BASILICAM. QUAE. FUIT. INTER. AEDEM. CASTORIS. ET. AEDEM. SATURNI. CAEPTA. PROFLIGATAQ. OPERA. A PATRE. MEO. PERFECI. Ex quibus patet ab *Augusto* denium

demum *Forum Cæsaris* & *Basilicam Juliam* fuisse omni ex parte consummata.

Quæ verò connexio sit inter *equitem Desultorem* cum *Puteali Cæsaris*, non capimus, nisi & in *isto Foro*, aut *in inauguratione Fori ac Putealis illius Ludos quoque à Cæsare exhibitos fuisse*, credere velimus. Vel, quod aliquam veri speciem omnino habet, si, ex mente *Jacobi Gutherii*, in de *Jure Manium* Libro I. c. 4. *loca fulgure tacta*, quæ *attacta*, *fulgurita*, *Bidentalia*, *Obstita*, *Fanatica* dicebantur, nec inspici, nec calcari, ex *Ammiani Marcellini* Libro XXIII. sententiâ, debebant, sed *ara* iisdem, *superimposita* fuit, quæ *Puteal*, vel *Capitium* juxta *Glossam* veterem, περιστόμιον ἱερῦ Φρεγμὸς, ἱερὸς τόπος περικεκλεισμένος, & juxta *Ulpianum*, *operculum*, dicta fuit, & tunc *fulgur conditum* crediderunt, ita tamen, ut nefas esset *integi*, ut ibi semper *foramine aperto*, *cœlum pateret*; qua de re ibidem non solum *Festum* in verbo *Scribonianum* citat, & ipsum *Scribonii Libonis* nummi ectypum, ære expressum, adfert; colligere inde licet, ejusmodi fortè *fulmine ictum locum*, qui *religiosus* statim, ut audivimus, credebatur; *à Julio Cæsare quoque, fuisse ara*, sive, *puteali quodam opertum*, quale quid de *Augusto* quoque novimus, quod *aream* in Palatio à se emptam conservaverit & dehinc *Apollini dedicaverit*, quod de *cœlo tacta esset*, ἐπειδὴ κεραυνὸς ἐς αὐτὸν ἐγκατέσκηψε, inquit *Dio* Libro XLIX. Licet de hujus sensus *Puteali Julii Cæsaris* hactenus, quod sciamus, nihil à *Scriptoribus* memoriæ proditum fuerit.

NUM. 11. & 12.

DIVOS JULIUS DIVI Filius. Capita Julii & Augusti frontibus oppositis, illius laureatum, hujus nudum.

Marcus AGRIPPA Lucii Filius, COnSul DESignatus. In area nummi.

Post *mortem Cæsaris* à *M. Vipsanio Agrippa*, *Lucii* Filio, *Consule tunc designato*, *Augustique amico*, in honorem *Cæsaris* Patris, & *Augusti*, quò & suo *honori simul velificaretur*, fuisse hunc Denarium cusum, intuenti illum facilè patet. Similem typum, si *literas L. F. excipias*, supra jam T. III. n. 16. 17. vidimus, ubi plura huc facientia B. L. deprehendet. De *voce DIVOS* Tab. II. n. 57. egimus. Cæterum nummus hic est apud *Goltzium* T. XVII. n. 7. & *Nonnium* T. XVI. n. 7.

NUM. 12. & 13.

DIVOS JULIUS, DIVI Filius. Capita Julii Cæsaris & Augusti frontibus oppositis, illius laureatum, hujus nudum.

Marcus AGRIPPA COnSul DESIGnatus. In area nummi.

Idem planè *eximiæ raritatis typus*, cum jam à nobis supra Tab. III. n. 16. & 17. expositus sit, & non nisi *metallo* differat, eo B. L. ablegamus, ne actum agere videamur; solum adjicientes, illos, qui eundem jam ediderunt, fuisse *Goltzium* scilicet, Tab. XVII. n. 9. *Nonnium* Tab. XVI. n 9. & *J. Valentem* in *præstantioribus argenteis* p. 7. & in *Nummis Consularibus* sub Gente *Vipsania* Tab. CXLVII. n. 2. *Jacob. Biæum* in Nummis Cæsar. Tab. III. n. 5. 6. *A. Morellium* in *Nummis Consul.* in Fam. *Vipsania* n. 1.

NUM. 14.

DIVI JULI. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone lituus, uti Tab. I. n. 53.

item

DIVO JULIO. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, ante Lituus, pone stella, uti Tab. II. n. 61.

Quintus VOCONIUS VITULUS. Vitulus gradiens.

Hunc nummum in *argento rarissimum* à *Q. Voconio Vitulo*, tunc *IIII. Viro Monetali*, post *Dictatoris mortem*, anni *sequentis initio*, in *ejus honorem fuisse signatum*, ex *elogio DIVI* apparet. *Lituus* additus est, ut declaret *Sacerdotales dignitates*, quibus splenduit, *dum vixit*. *Ejusdem typi nummus*, *metallo* saltem differens, cum supra Tab. III. n. 18. jam *adfuerit*, eo B. L. remittimus, observantes illos tantum, qui eundem jam antè typis mandârunt, fuisse, *Goltzium* scilicet T. XIV. n. 3. *Nonnium* Tab. XIII. n. 1. ubi tamen, quod obiter moneo, *figura vituli*, *incuria Sculptoris*, *inversa sculpta est*. *Ursinum* & *Patinum* in *Familia Julia* T. V. n. 8. p. 131. & in *Gente Voconia* T. I. n. 2. p. 299. *L. Begerum* T. II. n. 2. *Thes. Brandenb.* p. 602. *Joh. Valentem* in *Fam. Julia* Tab. LXXV. n. 46. & in *præstantioribus argenteis* p. 6. *Occonem* p. 7. *Alb. Rubenium* in *nummis Croyjaci Ducis* T. II. n. 19. 20. *Ant. Zantanum* T. II. *Cæs.* n. 4. *A. Morellium* in *Nummis Consul.* in Fam. *Voconia* n. 2. & in *Julia* T. V. n. 8.

NUM. 15.

Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti T. I. n. 1.

Quintus VOCONIUS VITULUS Quæstor DESIGNatus. In area: Senatus Consulto.

Hunc *Denarium* à *Q. Voconio Vitulo*, *vivente* adhuc *Cæsare*, & *ab hoc Quæstore designato*, cusum existimat *Ursinus*, quod ipse, post subactam Hispaniam, *Quæstorum numerum ad quadraginta auxerit*, id testante *Dione* XLIII.: Ἀριθμὸν δὲ οἱ μὲν ἄλλοι ὅσοιπερ καὶ πρότερον, στρατηγοὶ δὲ τεσσαρεσκαίδεκα, ταμίαι τε τεσσαράκοντα ἀπεδείχθησαν. Πολλοῖς γὰρ δὴ πολλὰ ὑπεσχημένος, οὐκ εἶχεν ὅπως σφᾶς ἄλλως ἀμείψηται. *Numerus autem*, inquiens, *Magistratuum in reliquis idem, qui ante observabatur, sed Prætores quatuordecim, quadraginta Quæstores facti sunt. Aliam enim Cæsar rationem præstandi ea, quæ multis multa promiserat, nullam habebat*; Dehinc quod *C. Julius* in illo *capite laureato* compareat. Sed rectius fortè cum *J. Valente* statuimus, illum quoque *mortuo Cæsare*, & *sequentis anni sub finem* fuisse signatum, quod in illo *proximè præcedente jam Divus* audiat,

diat, & tamen *nondum fuerit Quæstor Designatus*, hic verò & *eundem typum* repetat, sed addita *nota Designati Quæstoris*, & sine dubio *à Senatu istud jussus*, quod adjectæ *literæ* S. C. persuadere videntur, *Quæstorumque numero* nunc fortè quoque *à Senatu diminuto*.

Dederunt jam alias hunc nummum ex *Ludovici Savoti* mente (vide Tomum XI. *Grævii R. R* p. 1307.) rariorem, *Hubertus Goltzius* T. XIV. n. 1. *Nonnius* T. XIII. n. 3. ubi tamen figura *Vituli*, *uti tota Tabula*, *incuriâ Sculptoris*, *inversa sculpta est*, & *aversæ* non rectè sunt *indicatæ*. *Ursinus* & *Patinus* in Gente *Julia* T. VI. n. 1. p. 133. & in *Gente Voconia* n. 1. p. 299. *L. Begerus* Tab. II. *Thes. Brand.* p. 602. n. 4. *Joh. Valens in Julia* T. LXXV. n. 471. 522. & in *Gente Voconia* n. 2. p. 569. *Ant. Zantanus* T. II. n. 6. *Hemelarius in Thes. Arschot.* p. 5. Iterumque *J. Valens in præstantioribus argenteis* p. 6. *A. Morellius in Nummis Consul.* in Fam. *Voconia* n. 1. & in *Julia* Tab. VI. n. 1.

NUM. 16.

Caput Cæsaris laureatum dextram versus, pone lituus, uti Tab. I. n. 7.

CAESAR IMPerator AUGUR Pontifex Maximus. Apex, securis, simpulum, culter victimarius, aspergillum.

Inscriptio sicut *ejus dignitates* prodit; ita *impressæ figuræ* & *Sacerdotiorum symbola* easdem *amplius confirmant*, de quibus omnibus supra, & quidem de *Apice*, ad Tab. I. n. 20; De *Securi* ad T. III. n. 7; De *Aspergillo* ad Tab. IV. n. 2; De *Simpulo* ad T. I. n. 8. dictum est. Restat nunc *culter*, quem alii *Secespitam* nominant. Siquidem *Secespita*, juxta *Festum*, *cultrum erat ferreum oblongum*, *manubrio rotundo*, *eburneo*, *solido*, *vincto ad capulum auro*, *argentoque*, *fixum clavis æneis*, *ære Cyprio*, *quo Flamines*, *Flaminicæque Virgines*, *Pontificesque ad sacrificia utebantur*. *Ille* verò *culter*, quo *Popa*, vel *Victimarius*, utebatur *in Sacrificiis*, idem *Festus clunaclum* nominat. *Clunaclum*, inquiens, *cultrum sanguinarium dictum*; *vel quia clunes hostiarum dividit*, *vel quia ad clunes dependet*. Hinc non fine aculeo erat, quod *Tiberius Liboni* sacrificanti *plumbeum cultrum* subjiciendum curaverit, de quo *Tranquillus* cap. 25. in Tib.: *Libonem*, *ne quid in novitate acerbius fieret*, *secundo demum anno in Senatu coarguit*, *medio temporis spatio tantum cavere contentus*. *Nam & inter Pontifices sacrificanti*, *simul pro secespita plumbeum cultrum subjiciendum curavit*. *Secespitæ* figuram si desideras, adeas, si libet, *Claude du Molinet* dans le *Cabinet de la Bibliotheque de Sainte Genevieve* Tab. X. n 8. p. 22. & *du Choul dans Discours de la Religion des Anciens Romains* p. 321. 322. & *Joh. Sauberti* Librum de *Sacrificiis Veterum*. Ex Tabulæ I. vero num. 8. & 20. patebit uberius, quod *Pontificem M. Flaminem Dialem*, *Augurem*que *egerit*, quibus in *civilibus* accessit & *Imperatoris titulus*, quem fortibus factis acquisivit, de quo ibidem Num. 14. Exhibet insuper hunc nummum *H. Goltzius* T. XV. n. 6. & *Nonnius* T. XIV. n. 6. *A. Morellius* in Nummis *Consul. Goltzianis* Tab. XIX. n. 1. in *Fam. Julia Jac. Biæus* in *Nummis Cæsarum* Tab. III. N. 14.

NUM. 18.

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum dextram versus, uti T. II. n. 40.

Lucius BUCA. Caduceus & fasces decussatim, manus junctæ, securis victimaria & globus.

Cum *hic* ipse nihil ab *illo* differat, *quem* Tab. III. n. 31. jam dedimus, nisi quod *manus junctæ* & *securis victimaria* aliter sint *dispositæ*, itemque *manuum junctarum alius sit positus*, B. L. eò remittimus, solum addentes quod illum sic sistat *Goltzius* Tab. XVI. n. 19. & *Nonnius* Tab. XV. n. 19.

NUM. 17. 19. 20.

DICtator QUARTum EX Senatus Consulto. Caput Victoriæ alatum, uti n. 17.

vel

DICTator QUARTum. Caput Victoriæ alatum, uti n. 19.

CAESAR IMPerator SEXtum. Victoria in bigis, palmam dextrâ præferens, sinistra frena equorum tenet.

Victoriæ caput alatum victoriam designat *citò partam*, quæ in *Dictaturam Cæsaris* IV. incidit. Obtigit autem isti Anno $\frac{708}{9}$ quo *ovans ex monte Albano Urbem ingressus est*, de quo jam pluribus T. I. n. 35. egimus. De *postica* nunc. *Imperatorem* verò *Sextum* tunc appellatum fuisse, non solum *circumscriptio capitis* T. II. n. 39. probat, sed & *hic nummus*. *Rationem* ejus supra dicto loco exposuimus, nec ulterius in hac *ipsa denominatione* progressum illum fuisse, *nummi testantur*, sicut nec *ultra IV. Dictaturam*, quæ in *altera facie* legitur, quippe quam *Dictatura perpetua* secuta est. *Goltzius* hunc nummum argenteum exhibet Tab. XI. n. 7. 9. & 12. & *Nonnius* T. X. n. 7. 9. & 10. ubi tamen notes, *omnes figuras & literas*, *incuriâ Sculptoris*, esse inversas, neque *rectum æs*, *neque veras anticas eidem ibidem assignatas A. Morellius* in Nummis *Consularibus Goltzianis* in *Famil. Julia* T. XIX. N. 6. ubi tamen literæ perigraphes minus rectè deorsum tendunt.

NUM. 21.

CAESAR DICTator QUARTum. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus, pone lituus, uti Tab. I. n. 35.

Lucius MUNATius PLANCUS PRAEFectus URBis. In area.

Cum *ejusdem typi* nummum, *metallo* saltem differentem, supra jam exposuerimus, *Tab. III.* scilicet n. 23. eo B. L. remissum cupimus. Ex

argento

argento pariter exhibet hunc nummum *Goltzius* Tab. XIV. n. 5. & *Nonnius* T. XIII. n. 5. *A. Morellius* in Nummis Consul. in Familia *Munatia* n. 20. De *antica* videndus est numerus 35. Tab. I.

NUM. 22. & 23.

Cajus CAESAR IMPerator, COnSul ITERum. Caput Veneris.

Aulus ALLIENUS PROCONSul. Sicilia sub muliebri figura, nuda stans, dextra triquetram, seu tria crura curva tenens, dextrum pedem navis proræ imponit, sinistrâ manu demissâ, & strophio implicita.

Veneris caput sæpius in nummis Cæsaris obvium jam observavimus, tum ob *Cæsaris* ac *Juliæ Familiæ ortum*, quem *ab ipsa* ducebat, tum ob *fortunam belli, quam ab ipsa se habere*, palam profitebatur. Exstare itaque hoc monumentum *illi adblandiens* voluit *Allienus, illo Imperatore secundum per excellentiam* in eodem dicto, (nam alias secundum ordinem jam *Imperator III. Allieni*, Siciliæ *Proconsulis, tempore*, audiebat) & tunc jam *Consule II*, quod factum est A. DCCV. quique *Collegam* tunc nactus erat *P. Servilium Vatiam Isauricum, eoque tempore, quo Pompejum* in campis Pharsalicis superans, *libertati Romanæ frenum injecerat*, & nunc in *Siciliam* profectus erat, in *Africam* transmissurus, ac contra *Scipionem* & *alios partium Pompejanarum Fautores bellum gesturus.* Tunc *A. Allienus* (cujus *Gentem*, quæ *plebeja* fuit, ab *Allio* deductam volunt, quique primo Anno $\frac{700}{1}$. *Tribunus*, Anno $\frac{702}{3}$. *Ædilis Plebis*, Anno $\frac{704}{5}$. *Prætor Urbanus* exstiterat, Anno $\frac{706}{7}$. *Proconsul*) *Siciliæ præfectus fuit;* Et expressè *A. Hirtius* in *Commentario de bello Africo* Lib. V. refert: *Allienum, Proconsulem, Siciliæ præfectum fuisse, bellantique in Africa Cæsari contra Scipionem & Jubam milites submisisse navibus, qui in Sicilia ab ipso relicti fuerant. Deinde*, inquiens, *Cæsar, Allieno, Prætori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcepit, & de reliquo exercitu celeriter imponendo, datis mandatis, ipse navem conscendit ad VI. Kal. Januar. & reliquas naves statim est consequutus.* Et paulo post: *Allienus interim Proconsule è Lilybæo in naves onerarias imponit Legiones, Decimam tertiam & Decimam quartam, & equites Gallos DCCC. Funditorum, sagittariorumque mille, ac secundum commeatum in Africam mittit ad Cæsarem; quæ naves ventum secundum nactæ, quarto die ad Ruspinam, ubi Cæsar castra habuerat, incolumes pervenerunt. Siciliæ ipsum* præterea *Allienum* præfectum fuisse, indicant præter jam memorata etiam *tria crura incurva* & *divaricata, quæ manu tenet* in nummo, non *Neptunus* Siculus, (ut *Ursinus, Goltzius* & *Nonnius* volunt) sed ipsa *Sicilia Provincia*, sub *muliebri figura*, commune Siciliæ symbolum; unde & olim *Trinacria* dicta, à *tribus* scilicet *Promontoriis, tres angulos* formantibus; De quibus *Ovidius:*

> *Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor,*
> *Trinacris, à positu nomen adepta loci.*

Proræ navis dextrum pedem imponit *figura*, ad indicandum, non nisi *navibus adiri posse hanc Provinciam*, seu *maris imperium sibi eandem aliquatenus vindicare.* Sistunt & hunc nummum *Goltzius* T. X. n. 11. *Nonnius* T. IX. n. 8. & 11. ubi tamen & *figuræ & literæ, incuria Sculptoris, inversæ conspiciuntur. Joh. Valens* in *Fam. Julia* T. LXXII. n. 18. p. 518. & *in Alliena* T. IX. n. 1. p. 63. *Ursinus & Patinus in Fam. Julia* T. III. n. 4. p. 128. & *in Alliena* T. I. p. 15. *A. Morellius* in Nummis Consularibus in *Famil. Alliena* N. 1. & in *Julia* Tab. II. N. 4. *H. Goltzius* in Fastis Rom. ad annum 705. p. 178. N. 1.

NUM. 24. & 25.

CAESAR IMPerator QUARTum. Caput Victoriæ alatæ.

Lucius PLANCUS PRAEFectus URBis. Guttus, sive Urceus.

De *postica* abundè ad Tab. III. n. 13. & 14. dictum est. *Anticam* attendimus, in *qua Imperator IV.* salutatur. Ex *Hispania Proprætor primâ* vice *Imperator* appellatus est, teste *Plutarcho;* hinc ad Urbem profectus, Triumphum postulabat, sed non impetravit. *Dehinc Imperator* in *Gallia*, ex qua triumphavit, nominatus est. *Tertio Imperator* dictus est *de Pharnace*, ubi Trophæum erexit; & *Quartum* proclamatus est in *Africa*, contra *Jubam*, Numidiæ Regem, *feliciter dimicans*, de quo pariter *Triumphum* anno $\frac{707}{8}$. egit: *quo tempore & L. Plancum denarium hunc dedisse*, credibile est, nempe, *devicto celeriter Juba*, Rege, ut diximus, in cujus rei indicium *Victoria alata* conspicitur. Habet hunc nummum ex *Ludovici Savoti* mente (vide Tom. XI. *Grævii R. R.* p. 1307.) rariorem, *Goltzius* Tab. XV. n. 9. & 12. & *Nonnius* Tab. XIV. n. 9. & 12. *Fulvius Ursinus & Patinus* in Famil. *Alliena* n. 1. *A. Morellius* in Famil. *Alliena* n. 1. Nummorum Consul. & *in Julia* Tab. III. n. 4. *Æneas Vicus* Lib. I. *Nummor. Imperator.* Qui etiam *Siciliæ Provinciæ* imaginem sub *muliebri simulacro*, loco *Neptuni*, conspexit, quamvis *Goltzius* sub calcem sui Cæsaris p. 232. pro *Neptuno Siculo* pugnet, quod tamen, si rem justa mentis lance trutinare velimus, utrumque rei veritati non adversetur.

AEREA.

NUM. 26. & 27.

DIVI JULIi. IMPerator CAESAR DIVI Filius. Julii & Augusti capita, cervicibus oppositis, illius laureatum, hoc nudum, intermedio palmæ ramo.

COPIA. Navis prætoria.

Magna Virorum doctorum circa *natales* hujus *nummi* disceptatio est. *Tristanus* Tom. I. *Commentarii sui in Cæsaris nummos* p. 18. & *L. Begerus in Thes. Brandenb.* p. 600. easdem in *Thurio, Magnæ Græciæ Urbe*, constituunt, idque ex eâ ratione, quod *Thurium* etiam *Copiæ* dictum, attestante *Strabone*, fuerit; dehinc, quod *unus Palmæ ramus victoriam & Cæsari & Augusto communem, & sine dubio navalem denotet; quæ* fortè de *Sexto Pompejo* fuerit, docente id & *navium vastitate*, quam Di-

Dio luculenter ſatis proponit, qui *turres* etiam in *navi* hic *conſpicuas* nominat; *Tharini* præterea à *Sexto Pompejo* obſeſſi, ab *Agrippa* verò liberati memorentur; ipſeque denique *Auguſtus*, ſive *ob originem*, ſive *ob victoriam paternam*, *THURINUS fuerit appellatus*; *piſciſque affictus navi* omen forte imperii deſignet, quem ex mari exſilientem *ad pedes ejus ſe projeciſſe*, *Dionis* teſtimonio conſtet. Erat autem *Thurium*, ut hoc in anteceſſum adjiciamus, etiam *Thurii* & *Thuriæ* dictum, in *magna Græcia* inter *duos amnes ſitum*, de quo *Plinius*: *Oppidum Thurii inter duos amnes Crathin & Sybarin, ubi fuit Urbs eodem nomine, Sybaris nempè vocitata* Hanc Urbem *Sybarim*, luxu perditam, *Crotonienſes* everterunt; *Athenienſes* verò aliique Græci *reſtituturi*, *illam* in alium propinquum locum *transpoſuerunt*, & à *fonte* ibidem reperto, cui *nomen* Θεεία erat, *Thurios* vel *Thurium* appellarunt, teſte *Diodoro Siculo* Lib. XII. c. 10. *Vicinitas ergo ſedis veteris & novæ* fecit, ut *Sybaris* & *Thurii Urbs eadem* viderentur, atteſtante *Stephani Epitome*: Θέελοι, πόλις Ιταλίας, ἡ πρότερον Σύβαρις, *Thurii Urbs Italiæ, prius Sybaris dicta.* Deinde *Romani Coloniam* eo deduxerunt, referente *Livio* Lib. XXXIV. cap. 53. *novo nomine COPIARUM eidem impoſito.* *Stephani* Epitome: Ὕστερον δὲ Κωπίαι, *poſtremum Copiæ adpellata.* Et *Strabo* Lib. VI: *A Tarentinis adflicti ad Romanos confugerunt*, οἱ δὲ πέμψαντες συνοίκους ὀλιγανδροῦσι, μετωνόμασαν Κωπιάς τὴν πόλιν, *qui ad paucitatem redactis colonos ſubmittentes*, *Copias Coloniam appellaverunt.* Quod *Onuphrius Panvinius in de Imperio Romano* p. 383. ſub *Auguſto* poſt bellum Siculum factum fuiſſe, omninò credit. *P. Harduinus in Nummis antiquis Populorum & Urbium* p. 297. *Lugduni Galliæ* illius natales collocat, ſcribens: *Apud Gruterum inſcriptio CCC AUG. LUGD. Colonia Copia Claudia Auguſta Lugdunenſis*, *iterumque alia: C. C. COL. LUG.* h. e. *Claudia Copia Colonia Lugdunenſis. Nam apud eundem Gruterum p. XXX. planiſſimè legas: COLON. COPIAE. CLAUD. AUG. LUGD. Fortè quod ibi Copiæ, hoc eſt, horrea & Apothecæ forent, in quibus militaris annona condebatur.* Et paulo poſt: *COPIA non Thuriorum, ut Goltzius falſè exiſtimavit*, (*in Magna Græcia Tab. XXXV.*) *ſed Lugdunenſium omnino nummus.* *Johannes Valens* verò, vel ex *Plinii* loco Lib. III. c. 4. *Forum Julii, Octavanorum Colonia*, quæ *Pacenſis* & *Claſſica*, legi poſſe literarum disjunctarum interpretatione, credit, ita: C. O. P. I. A. *Colonia Octavanorum Pacenſis Julia Auguſta*; *Juliam* quidem, ob *priorem Fori Julii appellationem*; *Auguſtam*, ob *Coloniam legionis Octavæ Auguſtæ* in *eam ab Auguſto deductam*: *Navem* in parte *adverſa earum præſidium* ab *Auguſto* in Urbe locatum arguere, exiſtimat, cujus meminit *Tacitus* Lib. IV. Annalium: *Italiam utroque mari duæ claſſes Miſenum apud & Ravennam, proximumque Galliæ littus roſtratæ naves præſidebant, quas Actiaca victoria captas Auguſtus in Oppidum Foro Julienſe miſerat, valido cum remige*; *Palmæ* ramum inter *Julii* & *Auguſti capita* in memoriam *Ægypti*, ab *utroque devictæ*, cuſum videri; (1) Vel, ſi, non disjunctis literis, vox una, nomen eſſe *Urbis*, conjicit, *cujus* apud *Geographos nulla* occurrat *mentio*. At cum *iſte conveniat* cum *illo ſequenti*, *forma*, *modulo*, rudique *fabrica*, impreſſæque ſint propemodum *eædem figuræ*, *eadem* propè inſit *inſcriptio*, conjicit exinde porro *Celeberr. Valens*, illum, propter tam memorabilem invicem ſimilitudinem, ad *unam eandemque Urbem* ipſum pertinere nummum, nempè *Valentiam*, quæ à *Julio Cæſare Colonia*, ut in ſequenti audiemus, *deducta*, & ab *Auguſto* pro *horreo & apotheca*, *in qua militaris annona coacervata*, *electa fuerit*, *ac indè fortè COPIA cognominata*, *ſitu* Urbis ad id valdè *opportuno*; quod etiam *Navis Prætoria*, ab *altera* parte in nummo expreſſa, *indicare videatur*; adeoque *in hujus* memoriam *Valentinos* modo cum *conſueto Coloniæ titulo*, modo cum *novo COPIÆ cognomine* nummos, Capita *beneficiorum ſuorum Principum ſiſtentia*, exhibere voluiſſe. Ut noſtram denique proferamus ſententiam, ſalva cujusvis alterius, exiſtimamus, quod cum *literæ COPIA diſtinctionibus careant*, ſive *punctis disjunctæ* (ſicut in C. I. V.) *non ſint in hoc*, qui in *Theſauro Schwartzburgico eſt genuino nummo*, & *quem propterea cum cura inſpexi*, vix doctis probari ſatis poſſe illam, quæ de *Colonia Octavanorum Pacenſi* protulit *eruditiſſimus J. Valens* explicationem, & cum de *cognomine COPIÆ* non conſtet ex *Auctoribus ſatis*, an iſtud habuerit *Valentia*; contra verò ex *Strabone* oſtendi poſſit, *Thurium*, *COPIAS fuiſſe cognominatum*, neſcimus, num iſta ſententia non præferenda ſit? Dum hæc crenæ jam exciderant, incidimus in *Alberti Rubenii Diſſertationem de Nummo Auguſti*, cum Inſcriptione ASIA RECEPTA, in qua deprehendimus, *Doctiſſimum Virum* ejusdem nobiſcum fuiſſe ſententiæ, ibidemque ſic ſcribentem: *Sic in nummis Auguſti ROSTRUM NAVIS expreſſum eſt ob VICTORIAM SICULAM*; *Sed & adjuncta eſt META quædam, ſeu OBELISCUS, COPIAE Civitatis INSIGNE, ut non male animadvertit Triſtanus, atque in QUIBUSDAM nomen COPIAE adſcriptum eſt, in aliis non.* Dedit alias jam illum *Paruta in Sicilia* n. 70. *Triſtanus* p. 84. qui *obeliſcum*, & *ſtellam Cæſaris cum Angelono agnovit ſupra navem.* *Franciſcus Angelonus* p. 24. in *la Hiſtoria Auguſta da Giulio Cæſare infino à Conſtantino il Magno*, *Joh. Valens* in de *Nummis Coloniarum* p. 6. ubi tamen perperam *caput Cæſaris nudum exhibuit*, cum contra *Angelonus* & *L. Begerus Theſ. Brand.* p. 600. *ex integro prototypo pariter cum Morellio, laureatum.* *Piſcem* mari affictum vidit *Begerus*, *Valens* omiſit, idemque *L. Begerus in Obſervationibus ad Numiſmata quædam antiqua eundem produxit* p. 51. ubi tamen *Vox IMP.* infra *minus rectè omiſſa cernitur*, perinde ac in *Theſ. Brand.* l. c. *Theſaur. Maurocenus* c. XI. Nos ex *genuino*, qui in *Theſauro Schwartzburgico* exſtat, ſic exhibemus, agnoſcimusque, *multum intereſſe*, *genuini nummi exemplar ante oculos habere.* Eadem facie eundem & *A. Morellius* in *Gaza Regia Verſalienſi* offendit. *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XXIX. n. 15. *L. Nonnius* in Auguſto. Comparebit & infra in *Nummis Auguſti* Tab. XXVI. n. 9. 10.

(1) Quorſum reſpicere etiam videtur *Angelonus* in *Hiſtoria Auguſta* p. 13. ſcribens: *Ma come la prima, ha nel roveſcio una meza nave, sù la quale ſta una Piramide, con la ſtella, e lettere nel diſotto: COPIA; coſi pare, che poſſa rappreſentare, che doppo la vittoria hauuta da Ceſare nell'Egitto, denotata nella palma fra le due teſte, e nella piramide, delle quali era quel Regno aſſai copioſo &c.*

NUM. 29. & 30.

DIVI IVLIi. CAESAR DIVI Filius, IMPerator. Capita Cæsaris & Augusti nuda, & sine laurea, cervicibus oppositis.

C. I. V.* h. e. *Colonia Julia Valentia. Navis Prætoria.

Vix audiendus hèic *Franciscus Mediobarbus* (1) ut nec *Franciscus Angelonus*, qui in *Historia Augusta* p. 14. existimat, posse etiam legi has literas: *Colonia Julia Victrix.* (3) Certe *Coloniam Juliam Valentiam* legunt in illo *Adolphus Occo*, *Joh. Valens*, *L. Begerus*: *Valentia vero citerioris Hispaniæ in Edetanis*, ut *Ptolomæus* describit, *Urbs*, sita fuit ad *Turium* fluvium III M. passibus à mari, hodie *nomen* etiam cum *Regio splendore* retinens. *Originem* ejus habemus in *Livii Epitome* LV: *Junius Brutus, Consul, in Hispania, iis, qui sub Viriato militaverunt, agros oppidumque dedit, quod VALENTIA vocatum est* Dehinc à *Pompejo Sertoriano* bello deleta est, ut tradit *Sallustius Histor.* Lib. III: *Castra*, inquiens, *hostium apud Sucronem capta, & prælium apud flumen Turiam, & Dux hostium C. Herennius cum Urbe VALENTIA & exercitus deleti.* Deinde *restaurata*, & *Colonia* facta, teste *Plinio* Lib. III. c. 3. *Regio Edetania amœno prætendente se stagno, ad Celtiberos recedens. VALENTIA Colonia III. M passuum à mari remota. Flumen Turium & tantumdem à mari Saguntum, civium Romanorum Oppidum.* Illam sane à *Julio* Cæsare deductam esse, *Juliæ nomen* arguit. Plurimis siquidem *Hispaniam Coloniis* frequentavit, uti ex *Livii* Lib. IV. *Decad.* 4. liquet: *Tertium Hispani genus Romani Coloni ab Divo Cæsare, post devictos Pompeji liberos, adjecti.* Hodie *Valence* audit, & *Turium* flumen incolæ *Guadalayar* vocant, quam ut *Mela* & *Plinius Turium*; sic *Sallustius Turiam* appellant. *Valentini* ergo *gratulaturi Augusto, Patris Julii, Coloniæ fundatoris*, effigiem *suæ* addiderunt. *Prætoria navis* in adversa aut *dictæ Urbis in mari potentiam*, aut *ejusdem* designat *situm*. Communicarunt jam ante hunc nobis nummum *Paruta in Sicilia* n. 69. *Joh. Valens in Coloniis* p. 5. & 6. *L. Begerus in Thes. Brand.* T. II. p. 600. ubi, si rectè video, *capitum & literarum positus est omnino inversus*, si conferantur cum nostris, *Goltzianis*, *Nonnianis*, *Angeloni & Valentis*. *Angelonus* p. 24. *Thes. Maurocenus* c. XI. *Goltzius* Tab. X. n. 12. in *Cæsare*, & in *Augusto* Tab. XXIX. n. 13. *Nonnius* Tab. IX. n. 10. in *Cæsare*, & in *Augusto* Tab. XXIX. n. 15. quamvis tum *navem*, tum *literas inversas*, *incuria Sculptoris*, *dederit*; taceo, *anticas* hujus nummi *posticæ* planè, uti in cæteris, *non convenire*. Et est *in ipso Thesauro* Regis Galliæ, itemque *Schwartzburgico*, sed quod dolendum, *Literæ* C. I. V. *distinctè cognosci non possunt*; alias nummus notæ optimæ. Comparebit & infra in *Nummis Augusti* Tab. XXVII. n. 5. 6. Porro & ille comparet in *Franc. Mediobarbo* p. 9. qui tamen in antica CAES. perperam pro CAESAR habet, & quidem ex Museo suo.

NUM. 28. 31. 32. & 33.

DIVI JULIi. IMPerator CAESAR DIVI Filius. Capita Cæsaris & Augusti cervicibus opposita, illius laureatum, hujus nudum, intermedia palma fructifera, uti Tab. V. n. 28.

vel

DIVI JULIi. IMPerator CAESAR DIVI Filius. Capita Julii & Augusti cervicibus opposita, illius laureatum, hujus nudum, uti Tab. V. n. 32.

vel

DIVI JULIi. IMPerator CAESAR DIVI Filius. Capita Julii & Augusti, cervicibus opposita, illius laureatum, hujus nudum in corona; uti Tab. V. n. 33.

Navis prætoria cum obelisco, vel potius turre, supra stella.

Cum *hic* nummus *maximam* non solum *convenientiam* habeat cum *illo*, quem n. 27. exhibuimus, sed & *metam*, seu *Obeliscum*, COPIAE civitatis insigne, ostendat, uti in præcedente Numero id ostendimus, ad *Copias*, vel *Thurium*, *eundem quoque referendum putamus*, quorsum quoque B. L. remittimus. Dedit jam ante nummum hunc ipsum *æreum Goltzius* Tab. X. n. 10. in *Julio Cæsare*, & in *Nummis Augusti* Tab XXIX. n. 24. & *Nonnius* Tab. IX. n. 12. qui rursus figuram *navis*, *incuria Sculptoris*, *inversam exhibuit.* Comparebit & infra in *Nummis Augusti* Tabula XXVI. n. 11. 12.

(1) Qui ista scribit in *Imperat. Roman.* Numism. p. 9. *Colonia Julia Valentia interpretatur ab Occone nummi inscriptio; quamvis ego ad Coloniam Juliam Victricem, de qua in Augusto, referendam putem.*

(3) *C. I. V. che per aventura possono dire: Colonia Julia Victrix. O pure: Valentia seu Victoria.*

TABULA VI.
EXHIBENS
NUMMOS CONTORNIATOS JULII CÆSARIS:
ITEMQUE MAJORIS ET MEDII MODULI ÆREOS.

NUM. 1. & 2.

DIVO JULIO. Caput Cæsaris laureatum ac diadematum lævam versus, ad frontem stella, in area Monogramma $\overset{P}{E}$.

ETERNIT. PRincipis. Cæsar in thensa à quadrijugis equis ramis laureis capita ornatis, tracta, dextra coronam lauream & scuticam, sinistra palmæ ramum tenens.

Cum in hac Tabula *Numismata maximi moduli*, qui Italis *Medaglioni* audiunt, nummi alias *inventu rarissimi*, exhibeantur, vel unico verbo præmonuisse, hic sufficiat, illos non *vulgaris & communis pecuniæ loco* fuisse, sed sicuti *modulo*, *cælatura*, *rerum & factorum*, quæ exhibent, *præstantia, raritateque alios quosque superant*; ita etiam ab *Imperatoribus amicis & exteris saltem*, Regia quâdam munificentia, *fuisse distributos*. De *Augusto* hunc morem, *Saturnalium tempore*, asseverat *Suetonius*: *Etsi aliquando alias libuisset, modo munera dividebat, & aurum & argentum, modo nummos omnis notæ, etiam Veteres, Regios & peregrinos.* Si vero *αὐθεντίας calculum huic & sequenti* nummo *detrahamus.*, non peccaturos nos credimus. Impressa enim tum *nota* $\overset{P}{E}$, quæ, vel gemella, in aliis & *recentioris temporis* nummis occurrit, occasionem præbet suspicandi, in alium finem hujusce generis nummos fuisse destinatos. *Inscriptio* quidem *DIVO JULIO* antiqua est, & *laurea ipsi*, inter *Divos relato*, *adjecta*, in *genuinis* quoque *nummis visitur*; sed quod probè notandum, plane absque DIADEMATE; *hoc* enim *constantissimè renuisse Cæsarem*, & *Antonio* hoc in *Lupercalibus* sibi *conferre* volente, *rejecisse*, sequente universi Populi applausu, supra Tabulâ I. num. I. ex *Plutarcho* in *Antonio* & in *Cæsare*, ac ex *Cicerone* etiam evicimus; *quod* tamen *hic luculentissimè comparet*, certissimo *νοθείας nummi indicio*. Deinde si legantur *ÆTERNITATI PRINCIPIS subscriptæ literæ*, quem sensum sine dubio intendit Auctor, *insolitum* illud est in *nummis Julii Cæsaris PRINCIPIS vocabulum*, in *sequentium Imperatorum* nummis magis obvium, quamvis Victoriis, Trophæis ac Triumphis, quos consecutus est, *æternitatem nominis* omnino sibi paraverit, quam *Plinius*, *Plutarchus* & alii satis deprædicant. (4) Neque & hoc *νοθείας indicium* reticendum est, illo seculo vocabulum *Æternitas* divisis semper literis AE, non *Eternitas*, per *simplex E*, uti in *nummo hic* deprehendimus, *scriptum fuisse*. *Recentioris artificis manum præterea sapit*, quod *coronam lauream* & *scuticam simul dextra teneat*, cum *lauri ramum solum eâdem tenere ipsum in genuinis*, sciamus, neque *palmæ ramum sinistrâ tenere*, in aliis sic offendamus, neque *lauri ramis equorum capita ornata alibi reperiamus*. Vidit horum nonnulla Cl. *Morellius*, propterea de *ejusmodi Conturniatis*, ut vocat, *nummis* in suo *Specimine* p. 44. ex re & verò ita: *Plurimi viri docti disquisiverunt, quo tempore & quam ob causam hac ratione nummi confecti fuerint; nec tamen memini, ab ullo eorum certi aliquid, aut explorati, fuisse prolatum, neque ego in promtu habeo, quod rei huic afferre possit lucem. A circuitu, vel flexu, qui conturnus dicitur, in veteribus chartis, annotante du Cange in Glossario, nomen quidem obtinuisse videntur, peculiaris autem illorum fabrica, à cæteris Romanis nummis omnino aliena est, & quodammodo barbara: tanta tamen in omnibus observatur similitudo, ut eodem tempore omnes conflatos existimare aliquis possit. Materia etiam iis adhibita, diversa est ab aliis nummis, & metallum plerumque usurpatum flavum. Major eorum pars impressas gerit Neronis & Trajani* (adde nunc *Cæsaris*, &, quod alibi observavimus, *Caracallæ & Alexandri Severi*) *effigies, quorum nummi longè plures, quam cæterorum, hac forma conspiciuntur. Omnes ferè capiti, quod exhibent, præferunt præfixam notam ex literis P. & E. junctis* (5) *conflatam; in aliis ramusculus* (6) *conspicitur, in aliis signum aliud; quæ notæ plerumque argenteis laminulis artificiose repletæ sunt. Reperi quosdam, nec ab antica, nec postica parte percussos, aut marculo signatos, sed figuram magno studio & labore incisam ostentantes, quæ* in

(4) Ita enim *Plinius* Lib. VII. c. 25. n. 2. *Idem*, (C. Julius Cæsar) *signis collatis, quinquagies dimicavit: solus M. Marcellum transgressus, qui undequadragies dimicaverat. Nam præter civiles Victorias undecies centena, & XCII. M. hominum occisa præliis ab eo, non equidem in gloria posuerim, tantam, etiam coactam humani generi injuriam: quod ita esse, confessus est ipse, bellorum civilium stragem non prodendo.* Solinus cap. 1. *quinquagies bis eum dimicasse*, notat, *hujus ductibus undecies centum XXX. & duo millia cæsa fuisse hostium*, Vellejus Lib. II. ait: *Amplius XL. millium hominum omnino à Cæsare cæsa esse.* Plutarchus numerum hunc auget in *Cæsare*, p. 715. ἑκατὸν μυριάδας ἐν χερσὶν, διέφθειρεν, ἄλλας δὲ τοσαύτας ἐζώγρησεν, *decies centena millia in acie interfecit, tantundem cepit.*

(5) Vide infra in Augusto Tab. XXIII. n. 9.

(6) Exempla hujus pete infra in Augusto Tab. XXIII. N. 11. B.

in quibusdam obductæ sunt argenteis laminis. Quidam notabiles habent Inscriptiones & figuras, quarum nonnullæ risum movent inspicienti, certissimo argumento, eos publica Auctoritate non fuisse cusos. Quis enim conciliabit aversam cum adversa parte nummi, qui caput Neronis, ipsius nomine inscriptum, refert, cujus in altero latere DIVA FAUSTINA MATER exstat? in aliis non minus incongrua reperiuntur alia. Multi nomina & imagines Athletarum, equorum, & similia exhibent; quæ faciunt, ut nummos hos ad athleticum quendam usum destinatos fuisse existimare liceat, nec monetæ locum obtinuisse. Imperatores in illis vix ultra Honorium signatos reperire licet, unde eo tempore cusos existimare aliquis possit. Huc usque Morellius. Refert & *Joh. Harduinus* in Notis ad *Plinium* Libro VIII. c. 42. p. 209. se nummum *Honorii* ex ære vidisse, qui in aversa parte effigiem habuerit *aurigæ insidentis quadrigis, & regentis equos quatuor*; in ora vero in orbem fuisse nomina *aurigæ* & *equorum*, nempe: *EUGENIUS, aurigæ*, postea vero *ACHILLEUS, SIDEREUS, SPECIOSUS, DIGNUS, equorum* scilicet, quod ex *du Cange Historia Byzantina p.* 63. clarescit. Credimus ergo, *ejusmodi nummos, cujus generis & sequentem esse, ex eodem impresso Monogrammate auguramur*, in *Ludis sequentium Imperatorum*, *Honorii* scilicet aut *Theodosii*, inque *memoriam priorum, itemque Virorum illustrium, præmiique loco simul fuisse factos*, & *distributos*. Siquidem, rectè censente *Carolo Patino in Epistola ad Johannem Henricum Eggelingium de Numismatibus quibusdam abstrusis Neronis* A. 1681. *Bremæ edita*, item hoc signum $\frac{P}{E}$ non in *Neronis* tantum, quod laudatus existimaverat Eggelingius, sed &, ut à *Patino* possessi nummi *testantur*, in *Trajani, Caracallæ, Alexandri Severi*, imo & in *Honorii nummis deprehenditur*, unde *si quis illo tempore istos conflatos credere velit, fortè non erraturus sit.* Nisi cum aliis statuere malit, (7) eos ipsos omnes *Gallieni* temporibus fuisse restitutos, illis nempe quibus *Consecrationes Antecessorum* suorum per nummos in memoriam hominum revocavit, quorsum ducere videtur ratio tum cudendi, tum modus scribendi: ETERNITAS, uti supra observavimus, tum idem finis. Taceo, *Antiquariorum omnium judicio*, & cumprimis *Joh. Valentis* in de *Coloniis* p. 1. *Julii Cæsaris primæ magnitudinis nummos cum sua sola effigie hactenus nondum fuisse observatos.* Denique monemus ex *Thesauro Regio Versaliensi* eum fuisse depromtum, & heic insertum.

NUM. 3. & 4.

***DIVO IVLIO.** Caput Cæsaris laureatum ac diadematum, lævam versus, supra frontem sidus Julium, in area ante faciem Monogramma* $\frac{P}{E}$.

Jupiter diademate revinctus in substructione quadam, dextra fulmen, sinistra hastam tenens, ad montem sedet, juxta ipsum in ara stat aquila, ante illum Vir galeatus dextra equum freno retinens, sinistra parazonium tenens.

De *antica* in præcedente actum; *posticam* saltem intuemur. In *hac* sine dubio *Jovis habitu* (cum *Divus* in *antica* audiat, adeoque dextra manu *fulmen*, quasi *suum telum*, plane secundum illud *Martialis* IX. 16.

> . . . . . *& tibi, Cæsar,*
> *Pro jaculo & parma fulmen & ægis erit;*

Sinistra *hastam puram*, quod *Jovis Sceptrum* est, tenens, juxta stante *aquila*, *ejusdem* pariter *ave*. *Miles galeatus* sinistra tenens *parazonium*, ante ipsum *freno* retinet *equum*, sine dubio *suum*, qui *ipsum solum ferre* saltem *poterat*, & *qui* ipsi, Augurum interpretatione, *orbis Imperium* portenderat, *ejusdem effigie* ante *Veneris Genetricis Ædem* etiam in *Foro suo* locatâ, siquidem de eo ita *Suetonius* cap. 61: *Utebatur autem equo insigni, pedibus propè humanis, & in modum digitorum ungulis fissis: quem natum apud se, quum aruspices Imperium Orbis terræ significare Domino, pronuntiassent, magna cura aluit, nec patientem Sessoris alterius, primus ascendit: cujus etiam instar pro Æde Veneris Genetricis postea dedicavit.* Item *Dio Cassius* Libro XXXVII. p. 54. 55. πρὸς ἐφρόνει, ἵππος τις αὐτῷ διττὰς ἐν ταῖς τῶν προσθίων ποδῶν ὁπλαῖς, ἔχων ἐγεννήθη· καὶ ἐκεῖνον μὲν γαυρούμενος ἔφερεν, ἄλλον δὲ ἀναβάτην οὐδένα ἀνεδέχετο, *nam præterea, quæ retuli, (quæ animum ejus inflaverant) equus ei quidam fissis in duas partes prioribus ungulis natus erat; ISque SOLUM CAESAREM EXULTANS FEREBAT, nullum alium sessorem admittebat.* Et *Manasses in Chronico*: Ἵππος βοείαις ἐγκρουσαῖς τοὺς πόδας ὡπλισμένος, μόνον δ᾽ αὐτὸν ἐδέχετο Γάϊον ἀναβάτην, καθάπερ τὸν Ἀλέξανδρον ἵππος ὁ Βουκέφαλος, h. e. *Equus bovis sculptura pedes armatos habens, solum Cajum sessorem ferebat, ut Alexandrum Bucephalus.* Ut taceamus *Plinium*, qui Libro VIII. c. 42. *Histor. Natur.* idem refert. *Nec Cæsaris Dictatoris*, scribens, *quemquam alium recepisse dorso equus traditur; idemque humanis similes pedes priores habuisse, hac effigie locatus ante Veneris Genetricis ædem* Sunt nonnulli Interpretes, qui & *Statii* verba in *equo Domitiani* huc trahunt *Sylv.* l. I.

> *Cedat equus, Latiæ qui contra Templa Diones*
> *Cæsarei stat sede Fori, quem tradere es ausus,*
> *Pellæo Lysippe, Duci; mox Cæsaris ora*
> *Aurata cervice tulit.*

Sed probe jam notavit *Gevartius* ad *Statium* ex *Plinii* Libro XXXIV. c. 8. *Neronem* hunc Cæsarem esse, qui *Alexandri equum inauravit*, & *suam* ei *statuam* imposuit.

Prætereo, quod *Dio* Lib. XLIII p. 243. testetur, *JOVIS nomen JULIO palam fuisse impositum*; (καὶ τέλος Δία τε αὐτὸν ἄντικρυς Ἰούλιον προσηγόρευσαν, *denique Jovis Julii cognomen tum ipsi palam imposuerunt*); in nummis *Augusti Julius* etiam compareat, dextra *aquilam* (velut *Jupiter*) sinistra *hastam puram* tenens, infraque etiam nummum ejus Tab. VIII. n. 8. visuri simus, in qua *aquila aræ insistit*, adstante *Venere*. Cum ergo *equus* Cæsari adducitur, quasi *illum spectaturus*, ex eo confirmatur nostra conjectura, quod *hi nummi distributi fuerint* in *ludis* sequentis *cujusdam Cæsaris*, quisquis etiam ille fuerit, *rei præteritæ* ac *præsentis* tunc memoriam refricaturi. Possidet hunc nummum *æreum Hamburgi D. Hedenus*, & ex ejus benevola communicatione huc insertus fuit. Addidit & illum *A. Morellius* Nummis suis *Consularibus*, & idem *Familiæ Juliæ* Tab. VII. sub Lit. L. intulit.

ÆS

(7) Vide *Joberti* Introduct. in rem nummariam p. 48. edit. recent. Germ.

ÆS MAGNUM.

NUM. 5. & 6.

Divus JULIUS. Caput ejus laureatum ac diadematum, lævam versus.

Navis Prætoria.

Licet hic *Nummus* ex *Regio Thesauro Versaliensi* à *Cl. Morellio* productus sit, quod adjecta docet *Lilii nota*; ille tamen non uno indicio videtur suspectus, nempè non solum propter *Scriptionem Vocis Divi*, quæ *sola litera D* notata in nullo alio occurrit *Cæsaris nummo genuino*; dehinc quod *diadematum* quoque ac *laureatum ejus caput sistat*, quod tamen diadema constanter renuisse Cæsarem, in *præcedentibus*, & *supra* jam *annotavimus*. *Post mortem*, si genuinus esset, *constitutus sit*, oportet, quod *Divi* elogium sistat. *Navis præterea* in *postica* an *Coloniam transmarinam*, *navibus transvectam*; an *copiam frumenti*, *navibus paratam*, an *Victoriam navalem*, *navibus reportatam*, designare debeat, vix definiri poterit, cum notâ omni διάκριτικῇ careat. Exhibet & illum *è Regio Thesauro Vaillant*. in *rarioribus Numismatibus* p. 1.

NUM. 7. & 8.

IMPerator DIVI Filius. Capita Cæsaris & Augusti cervicibus opposita, eaque nuda.

Navis Prætoria.

Post *mortem* quoque *Julii* ab *Augusto* hunc nummum esse cusum, *Divi* elogium prodit, *quo se Augustus* pariter, *adoptione facta, jactat*. An verò postica ad *Victoriam navalem*, an ad *Coloniam*, quam *Julius* Cæsar primùm aliquò deduxit, *ille* vero denuo *repetiit*, spectet, verosimile equidem dici, non luculenter satis probari potest, cum *omni nota destitutus sit nummus*. Asservatur iste in *Thesauro Schwartzburgico*, & *Paruta* quoque illum sistit in *Sicilia* p. 74. *Goltzius* in Nummis *Augusti* Tab. XXIX. n. 22. infra in nummis nostris *Augusti* Tab. XXVI. n. 13. 14. comparebit.

(8) Vide Ludov. Savotum de Nummis antiquis p. 1312. Tom. XI. *T. R. Grævii.*

(9) Quid sit *Colonia*, suggerit nobis Siculus Flaccus in de conditionibus agrorum c. 2. *Coloniæ autem ita dictæ sunt, quod populus Romanus in ea municipia miserit Colonos, vel ad ipsos priores municipiorum populos coërcendos, vel ad hostium incursus repellendos. In his ergo littoribus Romani Colonos miserunt, ut supra diximus, qui oras Italiæ tuerentur. Aliæ deinde causæ creverant. Gracchus Colonos dedit municipiis, vel ad supplendum civium numerum, vel, ut supra dictum est, ad coërcendos tumultus, qui subinde movebantur.*

(10) Ita siquidem *Plinius* Lib. III. H. N. C. I: *Et à læva Hispalis Colonia, cognomine Romulensis*; & clare *Isidorus* L. XV. c. 8. *Origin.* affirmat, *Juliam Romulam à Julio Cæsare nuncupatam.* Gruter. in Inscript. p. 257. QVI IVLIAE ROMVLEAE NEGOTIANTES. Hodiernum est *Seville*, Andalusiæ caput.

ÆS MEDIUM.

NUM. 9. & 10.

EX Decreto Decurionum. Caput Julii nudum.

Colonia Julia Carthago, Anno XXXVI. Caput Augusti laureatum.

Ante omnia observamus ærea mediæ magnitudinis Numismata esse rariora grandioribus. (8) Plures sunt *Coloniæ* (9) quibus *deducendis Cæsar æternum nomen* sibi acquirere annisus est. *Apamea*, nempe, *Asta*, (10) *Babba*, *Berytus*, *Carthago*, (11) *Cassandrea*, *Celsa*, *Comana*, *Corinthus*, *Cremna*, *Dertosa*, *Dium*, *Julia Romulensis*, (12) *Hippon*, *Norba*, *Parium*, *Pella*, *Philippi*, *Sinope*, *Valentia* & ignotæ adhuc aliæ. *Veteranos* siquidem *suos hac ratione se remuneraturum*, promiserat, teste *Lucano* Libro VII. ubi *Julium* milites suos *sic alloquentem* sistit:

> *Hæc eadem est hodie, quæ pignora, quæque Penates*
> *Reddat, & emeritos faciat vos Marte Colonos.*

Et *Suetonius* cap. 42. refert, *magnum civium numerum bellis disseminatum Lege Julia in Urbem revocâsse, ac dehinc octoginta hominum millia in transmarinas COLONIAS distribuisse.* Inter eas præcipuam nominamus *Carthaginem*, Urbem *Africæ*, ad littus jacentem, & Corinthum, quæ diu per *L. Mummium* eversa ac in ruinis jacens, à *Julio Cæsare* anno 710. altero suo Consulatu facta est *Colonia Romanorum*, siquidem de ea ita *Dio* Lib. XLIII. p. 239: Τὴν δὲ Κόρινθον, τήν τε Καρχηδόνα, πόλεις ἀρχαίας, λαμπρὰς, ἐπισήμους, ἀπολωλυίας, ἢ μὲν ἀποικίας Ῥωμαίων ἐνόμισε δεῖν ἀπῴκισεν, h. e. *Corinthum verò Carthaginemque, Urbes antiquas, splendidas, illustres, quæ jam perierant, restauravit, atque ibi Colonias Romanorum deduxit.* Pergit: *Quod ex usu fore censebat: easque pristinis suis nominibus decoravit, restituitque eas memoriæ eorum, qui olim eas habitaverant: ut ostenderet, se nullum adversus loca, nihil de se male merita, ob inimicitias habitatorum, odium exercere. Ita CARTHAGO & Corinthus, quæ Urbes prius uno tempore deletæ fuerant, tunc simul quasi reviviscere cœperunt, olim claræ rursus futuræ.* Mela Lib. I. c. 7. *Utica & Carthago; ambæ inclitæ, ambæ à Phœnicibus conditæ. Illa fato Catonis insignis, hæc suo: nunc populi Romani colonia, olim imperii ejus pertinax æmula: jam quidem iterum opulenta, etiam nunc tamen priorum excidio rerum, quam ope præsentium clarior.* Quod & confir-

(11) Vide *Plinium* H. N. Libro III. c. 3. qui eandem *CARTHAGINEM NOVAM, COLONIAM appellat.* Hodie incolis *Carthagena*, quam Dux Pœnorum *Asdrubal* condidit. de quo legendus *Mela* Lib. II. c. 6. scribens: *Præter Carthaginem, quam Dux Pœnorum Asdrubal condidit, nihil referendum est.* *Plinius* Lib. III. c. 3. *Sicut Carthago* (Colonia) *Pœnorum.* Addit heic *Harduinus*: Duce *Hamilcare*, nunc est illa *Franca de Panades* in Catalaunia. Sed de hoc alii dispiciant.

(12) De qua adi *Plinium* Hist. N. Lib. III. c. 1. *Asta, quæ regia dicitur.* *Melam* L. III. c. 1. *Ptolemæum* Lib. II. c. 4. Hodie vocatur *Xerez della Frontera*, ad amnem *Guadalete*, teste *Martino de Roa* in Hist. Astig.

confirmat Plinius H N. Lib. V. c 20. *Lepti, Utica,& illa Romani imperii æmula, terrarum orbis avida, Carthagine.* Et lib. V. c. 4. *Colonia Carthago magnæ in vestigiis Carthaginis.* Et *Plutarchus* in Cæsare p. 734: *Sepiens verò se, ut optimo juxta ac fidelissimo custode, benevolentia, populum iterum, epulis & tesseris annonariis delinivit,* τὸ δὲ στρατιωτικὸν, ἀποικίαις, ὧν ἐπιφανέσταται Καρχηδὼν καὶ Κόρινθος ἦσαν· αἷς καὶ πρότερον τὴν ἅλωσιν, καὶ τότε τὴν ἀνάληψιν ἅμα, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀμφοτέραις γενέσθαι συνέτυχεν, *milites Coloniis deducendis, quarum fuerunt clarissimæ Carthago & Corinthus: quibus & capi ante & tunc instaurari una eademque tempestate ambabus contigit.* Confer *Strabonem* Libro XVII. p. 833. Ab *C. Graccho* deductos prius Colonos, sed mox majore fama à *Cæsare*, scribit *Solinus* cap. 27. qui hoc ipsum ex *Livii* Libro LX. sumserat. Causam omnem dirimere videtur *Appianus Alexandrinus* qui Libro de *Bellis Punicis* de hoc ipso negotio ita p. 85: *Sed aliquanto post in C. Gracchi tribunatu, exortis in Urbe seditionibus ob inopiam, placuit in Africam mitti Colonorum sex millia Cui Coloniæ cum fundamenta designarentur, in solo dirutæ Carthaginis, lupi signa confuderunt. Quo factum est, ut senatus rem inhibuerit. Rursum aliquanto posterius cum Cæsare, qui adeptus mox victoriam, DICTATOR creatus est, Pompejum in Ægyptum persecutus, inde contra ejus amicos profectus esset in Africam, dicitur in somnis vidisse magnum exercitum appellantem se flentemque: & permotum eo somnio in memoriales tabellas retulisse confestim de CONDENDA CARTHAGINE ET CORINTHO.* (Καὶ αὐτίκα ἑαυτῷ εἰς μνήμην ὑπογράψασθαι, Καρχηδόνα συνοικίζειν. Καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ τῶν ἀπόρων αὐτὸν ἐς Ρώμην περὶ γῆς παρακαλούντων, συνέταξεν ὡς πέμψων τοὺς μὲν ἐς τὴν Καρχηδόνα, τοὺς δὲ ἐς Κόρινθον.) *Quo* (Julio Cæsare) *celeriter occiso ab inimicis in Romana curia, filius illius CÆSAR AUGUSTUS, quum forte fortuna tabellas illas reperisset, condidit eam, quæ nunc est, Carthaginem in proximo illius veteris, antiquas devotiones cavens religiosissime.* Cum verò & *Augustus*, filius, *illam denuò*, uti ex *Appiano* jam audivimus, *Colonis* frequentaverit, *grati Carthaginenses* una facie *fundatorem*, capite *nudo*, velut *Divum*; altera *restauratorem* capite *laureato* exhibere hoc nummo rarissimo, &, quod *Julii effigiem* simul contineat, rectè ad *nummos Cæsaris* relato, voluerunt. De repetita illa sub *Augusto Colonorum deductione* clarus pariter apud *Dionem* est locus Libro LII. p. 494. Καὶ Καρχηδόνα ἐπαπῴκισεν, ὅτι ὁ Λέπιδος μέρος τι αὐτῆς ἠρημώκει, καὶ διὰ τοῦτο τὰ δίκαια τῆς ἀποικίας σφῶν λελυκέναι ἐδόκει. h. e *Carthaginem quoque denuo Coloniam deduxit, quia Lepidus, cum partem ejus habitatoribus orbâsset, jus Coloniæ sustulisse videbatur.* Et *Appianus Alexandrinus* loco supra citato Libr. de Bellis Punic. p. 85. addit: *Eo* (Carthaginem) *Romanorum Colonorum compertum habeo missa* (sub Augusto) *ferme tria millia, reliquos additos è circum vicinis Oppidis.* (Οἰκήτορας τε Ῥωμαίους μὲν αὐτὸν τρισχιλίους μάλιστα πυνθάνομαι, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκ τῶν περιοίκων συναγαγεῖν) Pergit: *Atque ita Africa redacta in formam provinciæ, Carthago tunc à Romanis diruta, ab eisdem instaurata est, & Colonia facta post annum centesimum & alterum. Numerus* proinde *adjectus* XXXVI. *annum à priore deductione* sine dubio notat. Atque hoc saltem hic miramur, quei Cl. C. *Patinus* in *notis ad Suetonium* p. 31. scribere potuerit: *Certum est, ab eodem (Julio) Carthaginem amplificatam etiam fuisse, & Coloniam factam*; at *NULLI EJUS SUPERSUNT NUMMI.* Contrarium ex jam dictis omnino constare potest. *Harduinus* etiam hunc in *nummis antiquis Populorum & Urbium* exhibens, eum ad *Cæsaream Mauretaniæ* spectare existimat, ac de eo p. 111. ita: C. I. C. XXXVI. cum *Augusti Capite*, h. e. *Colonia Jol Cæsarea è Cimelio Regio, & in Patini Indice p. 3. Ex parte altera caput Cæsaris Julii Dictatoris E. D. D. Ex Decreto Decurionum. Sic in Babbæ Coloniæ nummo annorum hunc quoque signari numerum vidimus C. I. B. XXXVI.* Sed rectè monuit jam *Doctissimus Valens*, quod, cum *Colonia Jol Cæsarea*, hodie *Alger* dicta, *Augusti* tempore, *Jubæ Junioris Regia*, juxta *Melæ* L. I. c. 6 (13) & juxta *Plinii* Lib. V. c. 2. (14) *à Divo demum Claudio Coloniæ jure donata fuerit*; *Literæ* istæ C. I. C. *Colonia Jol Cæsarea* minimè interpretari queant. Exhibet hunc nummum, qui in *Thesauro Regis Galliæ* est, & *J. Valens* in *Numismatibus Colon.* p. 2. & 3. & *Harduinus* l. c.

NUM. 11. & 12.

LAUS JULIA CORINThus. Caput *Julii Cæsaris laureatum.*

Lucio CERTO ÆPPIO, Cajo JULIO II. VIRis. Bellerophon Pegaso insidens contra Chimæram pugnat.

Ex *præcedenti nummo*, illicque adducto *Dionis loco* satis constat, *Corinthum Achaiæ* Urbem, in medio *Isthmi Peloponesiaci*, (excisam A. V. C 708. à Romanis) *Carthaginemque eodem anno Colonias fuisse à Cæsare deductas*, nempe *Anno* 710. ipso Consule quintum & Collega *M. Antonio*, & cum sempiternam *gloriam* in restituenda *Corintho* sibi acquisiverit, rectè in nummo *LAUS JULIA Corinthus audit. Isthmum perfodere destinâsse J. Cæsarem Corinthiacum*, Suetonius auctor est, *unaque* absque ullo dubio ex istis *transmarinis Coloniis* fuit, in *quas*, referente *eodem*, *Cæsar octoginta civium millia distribuit* Quod ut eo certius reddamus, firmabimus id adhuc *Dionis* laudati verbis Libri XLIII p. 238: Ita *Carthago*, scribens, *& Corinthus uno tempore deletæ*, ὥσπερ ἅμα πρότερον καθῃρέθησαν, οὕτω καὶ τότε ἅμα ἀνεβιώσκοντο, καὶ ἔμελλον καὶ αὖθις ἀνθήσειν, *tunc simul reviviscere cœperunt, olim claræ rursus futuræ.* Itemque *Pausaniæ in Corinth* c. 1.: Λέγουσιν ἀνοικίσαι Καίσαρα, ὃς πολιτείαν πρῶτος ἐν Ῥώμῃ, πρῶτος τὴν ἐφ᾽ ἡμῶν κατεστήσατο, *restitutam ajunt à CÆSARE* (Corinthum) *eo, qui Romanam rempublicam, ut nunc est, primus constituit* Ejusdemque ibidem c. 2.: *Ultra Forum Octaviæ Ædes est Augusti sororis, qui Cæsari in Imperio Romano successit, EI nempe, à quo est Corinthus restituta:* Ejusdemque rursus Libro cit. c. 44. *Corinthii omnium maximè novi sunt in Peloponneso; abhinc enim annos fermè ducentos decem & septem COLONIA hæc ab IMPERATORE deducta est.* Quæ temporis computatio omnino ad *Cæsarem* pertingit, cum *Pausanias sub Aurelii Cæsaris temporibus* vixerit. Præterea & *Plinio* Lib. IV. Histor. Nat. c. 5. *Colonia Corinthus* audit. *Ista* verò *Civitas* magna & dives, teste *Strabone*, Lib. VIII. in *austrina Isthmi parte* sita, & *Ciceroni totius Græciæ lumen* vocata, à *Romanis* bello Achaico *à Mummio* deletâ, sed à *Julio*

(13 Cujus verba: *Jol ad mare aliquando ignobilis, tunc quia Jubæ regia fuit, & quod Cæsarea vocitatur, illustris.*

(14) *Plinii* verba sunt: *Oppidumque ibi celeberrimum Cæsarea, unaque antea vocitatum Jol, Jubæ Regia, à Divo Claudio Coloniæ jure donata, ejusdem jussu deductis veteranis.*

Julio Cæsare restituta, *antiquitatem suam jactatura*, *heroëm suum* nummo impressit, *Bellerophontem* scilicet, *inequitantem Pegaso*, *quem domitum* Chimæram aggressuro *Minerva* dederat, si credere velimus *Pausaniæ* Lib. II. *Corinth.* scribenti : Ἀθηνᾶν γὰρ θεῶν μάλιστα συγκατεργάσασθαί τά τε ἄλλα Βελλεροφόντῃ φασὶ, καὶ ὡς τὸν Πήγασον οἱ παραδοίη, χειρωσαμένη τε καὶ ἐνθεῖσα αὐτὴ τῷ ἵππῳ χαλινὸν, h. e. *Minervam etenim, ajunt, præ cæteris Diis Bellerophonti cum aliis in rebus opitulantem, tum verò à se domitum fræno jam imposito Pegasum dedisse.* Paulo aliter *Hyginus* Fab. LVII : *Bellerophontem Prætus ad Chimæram interficiendam misit, quæ tripartito ore flammam spirare dicebatur : item prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra.* Chimæra vero *capra sylvestris* est, teste *Hesychio* : χίμαιραν, αἶγα ἀγρίαν. Quod accurate in nummo expressum offendimus. Siquidem *animal* istud, quod *Bellerophon* hasta petit, prima parte *leonem*, media *capram sylvestrem*, & *postrema*, sive caudâ, *draconem* refert. *Plinio* Libro VII. c. 56. *Histor. Natur. Bellerophon dicitur primus docuisse equo vehi.* Recte hinc *Illustriss. Spanhemius* p. 236. in *De usu & præstantia Numismatum* : *Pegasus frequens in nummis Corinthiorum insigne, vel solus, vel cum sessore Bellerophonte, modo cum Leone, modo cum Chimæra depugnante.* Alias *Bellerophon Glauci*, Ephyræ Regis, *filius* à Deucalione VI. credebatur, hinc *Horatius* Lib. III. *Carmin.*

Bellerophon Glauco est, Ephyren qui rexerat, ortus;

quamvis apud *Palæphatum de Fabul.* Lib. I. pro *Viro Corinthio* habeatur, pulchro satis atque bono. *Hunc* (Bellephorontem) *equo vehi* docuisse, refert *Plinius* in Hist. Nat. Libro VII. c. 56. Cæterum cum *Pegasus frequentissimus in Corinthiorum nummis*, ipse exinde Πῶλος, *Pullus*, teste *Julio Polluce*, vocatus fuit, καὶ πῶλος scribens, τὸ νόμισμα τὸ Κορίνθιον· ὅτι ΠΗΓΑΣΟΝ εἶχε ἐκτετυπωμένον. *Pullus autem dicitur Nummus Corinthius, ideo, quod Pegasum haberet insculptum.* Immo, *Corinthii*, teste *Pausania* in *Corinth.* p. 90. Θέας δὲ μάλιστα ἄξια ἐνταῦθα τὸ ἄγαλμα τὸ τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ ὁ Βελλεροφόντης ἔπεστι καὶ τὸ ὕδωρ ὃ διʼ ὁπλῆς ἵππου ῥεῖ τοῦ Πηγάσου, *spectatu dignissima sunt, ubi à Dianæ signo discesseris, Bellerophontes, & ex ipsa Pegasi equi ungula manans aqua*, hoc est, *Pegasi etiam statua cum Bellerophonte in areis & templis collocata fuit.* Produxerunt jam hunc *æreum medii* moduli ac *rarioris notæ* nummum, quamvis *mutilum*, cum hâc epigraphe : L. ATO . . VLIO II. VIR *Tristanus* T. I. p. 2. & ex hoc Comes *Franc. Mediobarbus* in Nummis Imperat. p. 8. *C. Patinus* in *Thesauro Numism. Imperator.* ex ære mediocri p. 18. & in Indice Nummorum antiquorum p. 2. cum *eadem prope* : L. ATO . . IULIO II. VIR. ac in *suo Suetonio nummis illustrato* p. 31. Hunc dehinc secutus *Fabrettus de Col. Traj.* C. I. p. 11. Rectius vero *J. Valens* in *Nummis Colon.* p. 3. ex *Thesauro Regio Parisiensi*, *uti heic comparet.* *Lucas Holsteinius* in Notis ad Stephani Urbes p. 168.

NUM. 13.

LAUS JULIA CORINThus. Caput Julii Cæsaris laureatum, uti Tab. VI. n. 11.

. . . ERTo NÆPICIO. Cajo JULIO. II. VIRIS. Pegasus.

Ita hic ipse *æreus medii moduli*, exstat in *Thesauro Schwartzburgico*, & *bonæ notæ* videtur nummus. *Istum* a *Corintho* nos accepisse, & *anticæ* titulus: *LAUS JULIA CORINThus*, & *Pegasus* in *postica* impressus persuadent. An verò *TERTius NÆPICIUS*, an *CERTus Næficius* legendum sit, ex defectu priorum literarum, & non satis distincta expressione P. determinari accuratè vix potest.

NUM. 14. & 15.

CORINThi II. VIRIS. Caput Julii laureatum.

Lucio POMPONIO, Cajo IULIO. Caput Augusti nudum.

Pomponiam Gentem, quæ *plebeja* fuit, à *Pompone NUMÆ* Pompilii, Regis, *filio*, traxisse originem, comprobat nummus *L. Pomponii Molonis* apud *Ursinum*, & *Patinum* & alios, *Numam*, sacra facientem, sistens, & clarius *Plutarchus in Numa* : Εἶναι γὰρ ἀπὸ τοῦ Πόμπωνος τοὺς Πομπωνίους, *Pomponis enim esse Pomponios sobolem.* *Juliam* verò Gentem, *Patritias* & *Plebejas* familias habentem, ab *Julo*, *Æneæ filio*, *trahere originem*, latius supra ad Tab. III. n. 5. deduximus. An verò L. *Pomponius Flaccus*, *Consul* primum cum *C. Cæcilio Rufo* anno $\frac{760}{70}$. dehinc *Moësiæ ProConsul*, ac tandem $\frac{774}{5}$. *Syriæ Præses*, anno $\frac{785}{6}$. ibidem mortuus, de quo *Eminentissimus Cardinalis Norisius* Differt. III. de *Cenotaphiis Pisanis* egit, *hujus nostri* fuerit *filius*, suspicari omnino licet, cum *Julius Corinthum* Coloniam deduxerit, *virisque*, qui *præessent eidem*, sine dubio etiam *prospexerit*. An ille ? de quo *Appianus* Lib. IV. de Bello civili : *At Pomponius arreptis insigniis Prætorum, & servis excultis in modum apparitorum, Urbem ut Prætor cum lictoribus transiit, ante stipantibus apparitoribus, ne agnosceretur ab aliis : & ad portam conscenso vehiculo publico, iter fecit per Italiam, omnibus ut Prætorem & Legatum de pace à TriumViris ad Pompejum missum excipientibus, adeo ut etiam triremi publica ad eum transvectus sit.* Corinthii ergo, *gratiam Augusti captaturi*, sub cujus *potestate* tunc erant, *Patris adoptantis* & *filii adoptati effigiem* nummis impresserunt, adjectis *iis DuumViris*, sub *quorum Magistratu* illi in lucem prodibant nummi. Creabantur autem *DuumViri in Coloniis Romanis quotannis*, veluti *Consules Romæ*, nec Magistratus ille *ultra* prorogabatur. Neque ad hanc dignitatem adspirare poterant, nisi *annum* XLIII. attigissent. Et cum *hi* in *Coloniis Municipiisque* Senatum cogerent, *Curia* ibi dicebatur, quique huc admitterentur, *Decuriones*, ut Romæ Senatores : quæque illi statuissent, *Decurionum decreta*, ut Romæ *Senatus Consulta* vocabantur. Exhibet alias hunc nummum *rarissimum* etiam *Joh. Valens* in *Nummis Coloniarum* p. 5. *A. Morellius* in Nummis Consul. sub Famil. *Pomponia* Tab. IV. n. 1.

NUM. 15. & 16.

CORINThi II. VIRIS. Caput Julii Cæsaris laureatum, lævam versus.

Marco ANTonio HIPPARCHO. Marco NONIO (NOVIO) BASSO. Caput Augusti absque laurea.

Notum est ex Historia, *Corinthios* primum *Antonio* contra Augustum adhæsisse. *Illo* verò *mortuo*

mortuo, & *suæ ditionis* nunc facti, ut *aucuparentur ipsius gratiam*, *honorem* ipsi exhiberent, & *gratum* erga *Julium*, eò *qui* olim deduxerat *Coloniam*, *testarentur animum*, sub *his DuumViris*, qui *Corinthum* tunc *administrabant*, nummum hunc *cudisse videntur*. Hinc *Patris Fundatoris* effigiem *anticæ* suorum nummorum, *posticæ Augusti* impresserunt. Et, conjiciente *Doctiss. Valente*, sine dubio *Hipparchus*, *fuit Libertus Antonii*, qui *primus* ad *Augustum* defecit, quod *M. Antonii nomen* suspicari nos facit, de quo ita *Plutarchus* in *Antonio* : οὗτος ἦν Θεόφιλος, Ἱππάρχου πατὴρ, ὃς πλεῖστον παρὰ Ἀντωνίῳ δυνηθεὶς, πρῶτος δὲ πρὸς Καίσαρα τῶν ἀπελευθέρων μεταβαλόμενος, καὶ κατοικήσας ὕστερον ἐν Κορίνθῳ, h. e. *Hic fuit Theophilus*, *HIPPARCHI Pater*, *cujus fuit auctotas apud Antonium maxima*, & *primus ad Cæsarem ex Libertis ejus defecit*, *ac DOMICILIUM suum post contulit CORINTHUM.* *Nonia* Gens (si non NOVIA, ut suspicabatur in nummo aliquando *Morellius* qui & propterea eundem etiam *Familiæ Noviæ* in *Nummis* suis *Consularibus* intulit) quæ hoc in nummo occurrit, *Plebeja*, *Bassi cognomen* sine dubio à *sono* habuit. Offendimus hunc *rarioris notæ* ac *medii moduli* nummum *æreum* etiam in Operibus *P. Seguini* Edit. 2. p. 305. *ex Museo Sangenovefæo adjectum*, qui postea ex Museo ibidem R. Patris du Molinet in *Thesaurum Regium* translatus est. Ex hoc comparuit dehinc in *J. Valentis nummis Colon.* pag. 3. & 4. & *Morellii nummis* Consul. in Famil. *Novia* n. 1. Hoc tamen confiteri necesse habemus (etsi *Morellius* in MSto credat, NOVIO in isto legi debere) nos, cum & Rev. *P. Claude du Molinet* dans *son Cabinet de la Bibliotheque de Sainte Genevieve* p. 76. Tab. XX. n. 1. *ære expressum hunc* nummum exhibeat pariter cum literis M. NONIO BASSO M. ANT. HIPPARCO, & *Clar. Valens* cum Seguino illum quoque inspexerint, NOVIOque viderint, credere omnino, sic rectius in eo legi, modò quod Dominus *Molinetus* HIPPARCO pro HIPPARCHO habeat, & posteriori modo quoque legerit Illust. *Seguinus* loco supra citato, licet in explicatione *Hipparcum* vocet. Et nescimus, an non hic ipse noster sit, quem *Fr. Mediobarbus* ex Schedis *Sponianis* sic describit : *Caput Julii laureatum*, ℞. CORINT. . . . . . *Caput Augusti* ; *ut verba* cætera neque *legere* possessor potuerit, caputque *Julii* cum *Augusti* permutaverit ; sed de quo Lectori relinquimus judicium.

NUM. 17. & 18.

Caput Julii laureatum, cui à tergo signum impressum videtur cornu copiæ & duplex C (quod vel Cornu Copiæ, vel Cajum Cæsarem indicat) referens.

COLonia IULia BERytus. EX Senatus Consulto. Sacerdos, agens jugum boum, sulcos ducit aratro, ad designandos Coloniæ terminos.

Urbs *Phœniciæ* littoralis, nobis *Berytus*, hodie *Barut*, indigenis *Birout* dicta, *Coloniæ* titulum à *Julio*, ut inscriptio docet, accepit, hinc & ab *eo deductam fuisse*, verò simillimum est. *Carolus Patinus* propterea in *Notis suis* ad cap. 42, *Suetonii*, ejusque verba : *Octoginta civium millibus in transmarinas Colonias distributis* p. 31. ubi hunc nummum affert, ita scribit : *Transmarinarum Coloniarum à Julio Cæsare deductarum duo hic apposuimus monumenta*, *quæ Corinthum indicant & Berytum.* Sed Eminentissimus Cardinalis *Norisius* in *Cenotaphiis Pisanis* Differt. I. p. 22. & 23. evincere conatur ex *Lapide Ancyrano*, *Strabone* Lib. XVI. (15) *Ulpiano* de *Cens.* (16) & *Eusebio in Chronico*, (17) illam Cæsaris *Augusti potius* fuisse *Coloniam.* At, si rem recta judicii lance trutinare volumus, & simul perpendere, quod non solum *nummi hi*, tum *Julii imaginem* exhibentes, & *Coloniæ Symbola*, tum *Juliam* illam, non *Augustam* appellantes, pro *Julio* omnino pugnent, sed & quod *Plinius* Lib. V. c. 20. scribat : *BERYTUS Colonia*, *quæ FELIX IVLIA appellatur* ; rem facilè sic cum *J. Valente* componi posse credimus, si statuamus, quod equidem *Berytus* ob à *Julio primum eò Coloniam deductam*, *Julia* quoque dicta sit ; *Augustus* verò, cum dehinc bonam etiam *Veteranorum militum partem* ex Legionibus *V. Macedonica* & *VIII Augustâ* eo transmiserit, *Augustæ* nomen quoque tulerit. Hinc legas in nummo *Trajani*, quem ex Parisiensi Thesauro producit *Harduinus* ad l. c. *Plinii* : COL. IVL. AVG. FEL. BER. h. e. COL*onia* IUL*ia* AUG*usta* FEL*ix* BER*ytus*. *Jugum boum* ante se agens *Sacerdos Coloniæ* consueta est *nota*, unde juxta *Isidorum Hispalensem* Lib. XIV. c. 5. non vane conjecere fluxisse derivationem vocis *territorii*, dum *illud vocatum* tradit, *quasi tauritorium*, *tritum bobus & aratro.* Sed *plebejæ*, ut nobiscum opinatur *Raphaël Fabrettus* de *Columna Trajana* cap. 1. Exstat hic nummus insuper eximius apud *Patinum* in *Numismatibus æris medii Imperatorum* p. 18. & *illius Suetonio*, nummis illustrato, p. 31. & in *indice* Numismatum antiquorum p. 2. *ubi tamen infra Literæ EX SC. omissæ sunt*, *incuria sine dubio Sculptoris*, *iis priori in loco additis.* Exhibuit & *J. Valens* in *nummis Colon. p.* 2. Ex *Morellii* Schedis constat possidere & eundem nummum *Cl. D. Dronium.*

NUM. 15. & 19.

CORINThi II. VIRis. Caput Julii laureatum.

Quinto CAECILIO NIGro, Cajo HEIO POLLione. Caput Augusti nudum.

Corinthii, ut diximus, *obsequium suum & venerationem Augusto*, Imperatori, *probaturi* multos nummos, *Patris sui* adoptitii cum *effigie*, signârunt, inscriptis *DuumVirorum illorum nominibus*, sub quorum *Magistratu* nummi illi prodibant in lucem, non verò sub quibus *DuumViris illa Colonia fuit deducta*, aut, qui, *DuumViri exstiterunt ad frumentum emendum*, ut alii suspicantur. In hoc *nummo rarissimo Q. Cæcilius Niger*, & *Cajus Hejus Pollio* occurrunt. Gens *Cæcilia*, quæ *Plebeja* fuit, unde nomen traxerit, non eadem Auctorum est opinio. Alii à *parvis oculis*, alii à *cæcutientibus* ; alii à *Cæcade* Troja-

(15) Hic ab *Agrippa*, Augusti genero, vult illam deductam fuisse Coloniam.

(16) Cujus verba sunt ; *Berytensis Colonia Augusti beneficiis gratiosa*, Lib. 50. *Dig. tit.* 15.

(17) Qui & tradit, illam olim binominis fuisse, & *Beroeam* quoque fuisse vocatam.

Trojano, Æneæ Comite; alii à *Cæculo*, Vulcani consilio qui Præneste ædificavit, deducunt. Quis verò ille sit *Q. Cæcilius Niger* nesciremus, sicuti & *Carolus Patinus* in suis Familiis Romanis, hinc incognitum in gente Cæcilia Nigrorum Familiam restitui posse, cujus nullum vestigium sit apud veteres, & *Ezech. Spanheimus* de V. & P. N. p. 521. *ignotum cognomen, nisi in nummis*, existimant, nisi *Cicero* in *Oratione in Verrem* perhiberet, *domo Siculum fuisse*, ac *Quæstorem Verris in Sicilia*, & Auctor B. Hisp. c. 35. ejus injiceret mentionem. Idem *Cicero* ibidem & *Caji Heji*, *alterius Siculi Mamertini* meminit, quem *hunc ipsum Cajum Hejum Pollionem* esse, & dehinc *Corinthum se transtulisse*, *hujusque Urbis Decurionatum*, ut Romæ *Consulatum*, *adeptum esse*, suspicatur *Doctissimus Joh. Valens* Meminit & utriusque (Cæcilii Nigri & C. Heji) *Plutarchus* in Cicerone, *Asconius Pedianus* argumento in Divinationem Ciceronis. Imo contra cum Cicero illam ipsam orationem de Accusatore Verris constituendo dixit. *Confer Perizonii* Animadvers. Hist. p. 300. 301. Ut adeo hic Niger & Hejus ex Cæcilia Gente videantur Siculi ac Corinthum translati Decurionatum ibidem gessisse. Exhibet illum quoque, ut diximus, *J. Valens* in *Nummis Colon.* p. 3. *A. Morellius* in Nummis Consul. in Famil. *Cæcilia* T. III. n. 7.

Num. 15. & 20.

CORINThi II. VIRIS. Caput Julii laureatum.

Lucio AEMILIO BASSO . . . . . Caput Augusti nudum.

Ex *duobus* impressis *DuumVirorum Corinthi nominibus unum* saltem superest, donec integrior nummus reperiatur, scilicet *L. Æmilii Bassi Æmiliæ* Gentis, quam *Patriciam insignis antiquitatis ac claritatis*, *Albano* oriundam, à *lepore*, seu *dulci eloquio* nomen accepisse, *Plutarchus in Numa* p. 65. tradit hisce: Ἀπ' ἐκείνου καὶ τῶν Αἰμυλίων οἶκον ἀναμιχθέντα τοῖς Πατρικίοις ὀνομασθῆναι φασὶν ὄντως ὑποκοριζομένου τοῦ Βασιλέως τὴν ἐν τοῖς λόγοις αἱμυλίαν καὶ χάριν, h. e. *ab illo Æmiliam quoque Gentem Patriciis insertam, nomen referunt traxisse, Regemque blando eo nomine expressisse illius in dicendo lepores & venustatem. Festus* verò *Pompejus* Lib. I. de ea ita: *Alii à Mamerco, Pythagoræ filio, descendere volunt, quia primi Æmilii vocati sunt Mamerci.* Alii ad *Ascanium* hujus *Gentis originem* referunt, qui *duos* habuerit filios, *Julum*, à quo *Julii* Cæsares, & *Æmylum*, *Æmiliæ Generis propagatorem.* Et quoad priorem opinionem consentit *Plutarchus* in *vita L. Pauli Æmilii* scribens: Τὸν Αἰμυλίων οἶκον ἐν Ῥώμῃ τῶν εὐπατριδῶν γεγονέναι καὶ παλαιῶν, οἱ πλεῖστοι συγγραφεῖς ὁμολογοῦσιν. Ὅτι δὲ ὁ πρῶτος αὐτῶν, καὶ τῷ γένει τὴν ἐπωνυμίαν ἀπολιπὼν, Μάρκος ἦν Πυθαγόρου παῖς τοῦ σοφοῦ, δι' αἱμυλίαν λόγου καὶ χάριν, Αἰμύλιος προσαγορευθεὶς, εἰρήκασιν ἔνιοι τῶν Πυθαγόρᾳ τὴν Νουμᾶ τοῦ Βασιλέως παίδευσιν ἀναθέντων, h. e. *Æmiliorum Gentem Romæ Patriciam fuisse, & vetustam plerique consentiunt Scriptores. At eorum Auctorem, qui nomen reliquit familiæ, Mamercum fuisse, Pythagoræ, sapientis illius filium, qui ex dicendi lepore & venustate nomen invenit Æmilii, prædicaverunt nonnulli, qui Pythagoræ Regis Numæ institutionem attribuunt.* De *cognomine* istius BASSUS, altum apud omnes Scriptores est silentium, quod alias & *Betilienæ* & *Cæciliæ* Familiarum cognomen exhibent nummi. Prostat hic *rarissimæ notæ* nummus etiam in *Valentis Nummis Coloniarum* p. 4. & 5. & *A. Morellii Nummis Consul.* in Gente *Æmilia* Tab. II. Lit. G.

Num. 21. & 22.

Cajo ARRIO, Auli Filio, Cajo AQuilio, Cajo IVLio, Tito ANChario. . . . Caput Julii laureatum, certa nota occipitio capitis impressa.

IIII. VIRIS QUINQuennalibus EX Decreto Decurionum. Aratrum.

A. *Morellius* sic primum: C. ARRI. A. F..... CINI. INO. illius *anticam* posticamque: . . . . II. VIR QUINQ. EX D. D. dedit ex *Thesauro Regio Parisiensi.* Sed *Cl. Valens illam restitutam* in *Coloniis* & *Familiis* hoc modo sistit: C. ARRI. A. F. C. AQ. C. IVL. T. ANC. & ita *eandem* legit: *Cajo Arrio*, *Auli Filio*, *Cajo Aquilio*, *Cajo Julio*, *Tito Anchario*, quam & nos in repræsentatione nummi sequuti sumus. Adeoque præferre putat *laudatus Auctor memoriam Gentis Anchariæ*, *plebejæ*, nondum ab *Ursino & Patino* in *Familiarum serie adductæ*. *Aratrum* Coloniæ, à *Julio* deductæ, symbolum est, licet ex nummo, quænam illa fuerit, exsculpi non possit; *celebrioris* tamen *nominis* exstitit, propter *QuatuorViros Quinquennales*, hoc est, ad *Quinquennium creatos*, seu *singulo quinquennio* noviter *electos*, veluti *Censores Romæ*, quos sistit. Unde etiam *Quinquennales*, fuere dicti. Hinc *Livius* Libro IV. inquit: *Alios Magistratus annuos esse, quinquennalem censuram gravem esse in quibusdam Coloniis.* Ut adeo noster nummus *Corinthi* videatur cusus, ob impressum *Caput Julii Cæsaris*, qui eam *Coloniam* deduxit, uti supra audivimus. *Quatuor* vero creabantur pro *Censura*, inde videmus *IIII. Viros* pro *II. Viris* in *Coloniis* appellatos. *Q. Arrii Cicero* in *Bruto* meminit, & *unum hujus nominis* suum appellat *Vicinum* idem Libro II. epist. XV. ad *Atticum*. Nummum hunc rarissimum *C. Patinus* p. 202. sub *Familia Arria* in *Supplemento Nummorum Consularium*, quamvis saltem cum his literis in *antica*: Q. ARRI. & in *postica* cum his: II. VIR. AQ. EX D. D. *J. Valens* ex Thesauro Versaliensi in *Nummis Coloniar.* p. 7. & in nummis *Consularibus* sub Familia *Arria* Tab. XXII. n. 3. *quoque exhibet.* Secundum *Valentis mentem* illum ex ære incidi curavit *A. Morellius* in Nummis Consul. in Famil. *Arria* n. 4.

Num. 23. & 24.

Caput Veneris, ante globus.

CAESAR DICTator. Duo cornua copiæ, fascia colligata.

Caput *Veneris* ad *originem Gentis Juliæ* denotandam additum nummis fuisse, aliquoties diximus, & fusius ad Tab. III. n. 5. *Globus* nisi forte alius cujuscunque demum rei nota est, additus, ad denotandum *orbis imperium*, *Veneris ope & auspiciis* à *Julio Cæsare* sibi vindicatum. Qui verò sub *Cæsare, Dictatore Perpetuo*, bellis quiescentibus, ac restituta pace, *Urbis & orbis fuerit status*, duo *copiæ cornua*

-*nua* designant; nempe *omnium rerum ubertas*, *largaque copia.* Sic equidem nonnulli existimant. Sed nobis potius videtur, *ista locum*, ubi cusus fuit hic nummus, *indicare*, nempe *Valentiam*, Calabriæ civitatem, *Hipponium* vocatam ob fertilitatem territorii illius; & quidem, quod non solum *locus* à *Gelone*, Siciliæ Tyranno, ab ipso prope *Hipponium* exstructus, *Cornu Copiæ* vocatus fuerit, ut refert *Duris Samius* apud *Athenæum* Libro XII; sed & quod *alia Numismata istius Urbis duo Cornua Copiæ* præferant, cum adscripto nomine: VALENTIA, in quo ipso & *A. Rubenium* habemus consentientem. Vulgavit & illum ante *Goltzius* Tab. XIII. n. *6.* & *9.* itemque *Nonnius* Tab. XII. n. *6.* & *9.* *A. Rubenius* in *Dissertatione* de Nummo Augusti, cujus Inscriptio: ASIA RECEPTA, p. 1366. edit. *J. G. Grævii* Thes. Antiq. Rom. T. XI. *A. Morellius* in Nummis Consularibus *Goltzianis* in Fam. *Julia* Tab. XIX. N. 23.

TABULA VII,

EXHIBENS

NUMMISMATA JULII CÆSARIS,

EX ÆRE MEDIO; ITEMQUE GOLTZIANOS.

Num. I.

Caput Veneris, subtus COR., Corinthum significans.

Quinto CAECILIO NIGRO, Cajo HEIO PAULlione II. VIRis. Bellerophon equo insidens Chimæram impugnat.

Veneris caput in *antica* propterea additum existimat Illustrissimus *Spanhemius* in de *Usu & præstantia Numismatum* p. 237. quod *Corinthus Urbs* olim, & præcipuè ab elegantissimo Oratore *Dione Chrysostomo* in *Corinthiaca* venustè appellata fuerit *omnium Urbium, quæ sunt, aut quæ fuerunt, venustissima*, πολις τῶν ὀσῶν τε καὶ γεγενημένων ΕΠΑΦΡΟΔΙΤΟΤΑΤΗ; *Veneris* etiam *Fanum* apud *Corinthios* extiterit, *cultuque* singulari habita dea fuerit, testibus *Strabone*, *Pausania* aliisque. Sed, uti supra *eosdem DuumViros* in alio nummo, nempè Tab. VI. n. 15. & 19. vidimus, in cujus *antica Cæsaris facies* visitur: sic in hoc nummo non inepte cum *J. Valente* & ex sententia *Morellii* statuere licebit, *Veneris faciem esse propterea adjectam*, ut *memoriam* refricet *deductæ à Cæsare Corinthum Coloniæ*, adeoque in *ejus honorem* additam remur, cum sciamus, *à Venere* per *Julum*, *Æneæ* filium, *originem se trahere*, toties totiesque jactâsse *Cæsarem*. Constetque nunc, hos qui vel liberti, vel filii libertorum fuere apud *Juliam familiam* sub *Julio Cæsare*, DuumViros egisse *Corinthi*, adeoque ad *nummos Coloniarum* potius, si recte rem æstimemus, quam ad *Consulares*, spectare. De *Bellerophonte*, Heroe ipsorum, dictum est alibi, nempe quod Glauci, Ephyræ Regis, filius fuerit creditus, quanquam juxta *Palæphatum* de Fabulis Lib. I. vir fuerit *Corinthius*, bonus pulcherque, ex quo fabula de concertatione ejus cum Chimæra postea conficta. Diximus perinde & de duobus *istis DuumViris*. *A. Morellius* heic primum in *Antica* caput *Veneris* absque literis: COR. subtus, itemque in *postica* CAECIL. NIG. C. HEIO. modo subtus II. VIR sculpi fecerat; sed idem nummus nobis videtur, qui à *Goltzio* sistitur Tab. XII. n. 2. & 3. & *Nonnio* T. XI. n. 2. & 3. quamvis COR. sub capite Veneris deprehendatur & *literæ* in isto plenius sic legantur: Q. CAECIL. NIGER. C. HEIO PAULlione (ut *Goltzius* interpretatur) II. VIRis. In *Nonnio* verò VIR. pro II. VIR. *infra deprehendatur*. Nos *Goltzium* sequuti sumus, qui integrum nummi exemplar, ceu ipse sub calce *sui Cæsaris* p. 232. testatur, apud *Laurinum* inspexit, ubi *ita omnino perigraphe* habuit. Paulo aliter & istum Illustrissimus *Spanhemius* communicat, ut tamen II. VIR. *supra Bellerophontem legatur*, in *De usu & præstantia Numism.* p. 237. Ita illum communicavit *A. Morellius* in Nummis *Consul.* in Famil. *Cæcilia* Tab. III. n. 5. *Æneas* vero *Vicus* Libro I. *Nummorum Imperatoriorum*, loco Literæ Q. substituit *infantem nudum*, brachiis extensis *in aëre suspensum*, pro reliquis *literis* alia *elementorum vestigia*; è quibus nihil certi plane potest colligi. Offert & illum nobis *Fr. Mediobarbus* eadem cum *aversa*, nempe *COR.* sub capite fœmineo; sed in adversa hanc nobis propinat perigraphen: Q. CAECIL. NIGER C. HEIO PAL. II. VIR; nempe ut NIGER pro NIGR*o* & PAL. pro PAUL*lione* sistat. De eo egit *Gallandus* in Epistola ad *Morellium* apud Woltereccium p. *69.* *Joh. Valens* eum quoque sistit in Nummis Consularibus Tab. XXXI. N. 43. sed sine literis sub Capite Veneris, in postica vero cum his literis: Q. CAECIL. NIGRO. C. HEIO II. VIR. *Patinus* ita quoque in Nummis Consular. In alio vero sub Capite Veneris CORINTH.

NUM. 3. & 4.

Caput Veneris.

COLONIA Laus IVLia CORinthus. Bellerophon Pegaso insidens, contra Chimæram pugnat.

De *capite Veneris*, quare additum, ad præcedentem nummum diximus. Sicuti verò in isto nummo Tab. VI. n. 11. LAUS IVLIA CORINTHUS; ita hic *adjecta* adhuc *Voce* COLONIA, distinctè magis COLONIA LAUS IVLIA CORINTHUS obsignata est, de qua satis ibi, sicuti & de *Bellerophonte ac Pegaso*. Communicavit hunc nummum cum *B. Morellio Cl. Dronius*, quod *nota* ab ipso nummo adjecta docet, ac antea eum jam vulgavit *Antonius Zantanus* in *XII. Imperatorum priorum nummis*, sub *Cæsare* Tab. I. n. 5. 6. sed ut saltem: COL. L. IVL. CO. compareat inversa infra litera ℞. Refertur etiam in *Thesauro Mauroceno* C. X I. itemque in *Thesauro Goltzii* p. 240. ubi tamen solum COL. IVL. COR. legitur, *Litera* L. *omissa*. Eodem modo (omissa *L. Litera*) nempe: COL. IVL. COR. & illum exhibet *Fr. Mediobarbus* p. 9. ut tamen & *anticam* quasi cum literis: COR. sub *capite fœmineo* tradere videatur.

NUM. 4. & 8.

Caput Veneris.

COLonia Laus IVLia CORinthus. Bellerophon Pegaso insidet, Chimæram oppugnaturus.

Cum *hic ipse* nummus à *præcedenti* nihil differat, nisi *positu literarum*, diutius ille nos non habebit. Alias sistit & illum *hac figura Patinus* in *Familiis*, Tab. VI. n. 6. p. 131. ubi tamen pro *Chimæra* minus rectè *Leo* expressus est à *Sculptore*, & diu ante ipsum *æreum* istum jam vulgaverunt *H. Goltzius* Tab. XII. n. 10. & 11. *Nonnius* Tab. II. n. 10. & 11. *qui* tamen *minus rectè cum Goltzio Bellerophontem capite nudo* exhibuit & Literam L. CLaus) omisit, perinde ac *ultimam literam in* COR. *inversam* dedit *Æneas Vicus* Libr. I. *Nummorum Imperator.* sub *Cæsare pariter*: COL. L. IVL. COR. uti & nos illas exhibuimus, habet, quamvis perperam *istas voces COLonia Latinorum IVLia CORinthus*, interpretetur. ANTONIUS ZANTANUS hunc, non superiorem T. I. N. 5. 6. sistit, sed, quod notes, infra inversa litera ℞ in COR. *Albertus Rubenius* in *Croyjaci Ducis Numism.* & *Jacobus Biæus* (qui adversam omisit) T. IV. n. 17. & 18, qui in utroque etiam *R* in voce *COR.* omiserat, sistitque: COL. IVL. CO. Hoc addi adhuc meretur, *Hubertum Goltzium* pro sua lectione sub calce *Cæsaris sui* p. 232. acriter pugnare, nempe legendum saltem esse; *COLonia IVLia CORinthus*, additque: *uti ego exactè & ex non uno antiquo nummo descripsi*: Pergit: *Æneas autem sic scripsit: L. COL. IVL. COR. inserta perperam L. litera, & interpretatur: COlonia Latinorum Julia Corinthus. Cui errori causam præbuit scabrities quædam & asperitas, quam nummus ille, quem Æneas imitatus est, eo forte loco, quo L. inseruit, ex ærugine contraxerat: uti in eo ipso archetypo, mihi ante annos aliquot, cum Venetiis essem, à Clarissimo Doctissimoque Andrea Lauredano, Patricio Veneto, cum aliis aliquot nummis minime vulgaribus, donato, manifestè deprehendi, dum me una cum M. Laurino, cui illa Æneæ interpretatio minus satisfaciebat, quoque L. illud insertum suspectum erat, nummum ipsum curiosius inspiciente, admota leviter cultelli cuspide scabrities illa æruginosa dissiliit. Quæ nobis dudum intuentibus, quum C. potius quam L. literæ figuram referre videretur, effecit, ut aliquandiu legendum censeremus: Colonia Caji Julii Corinthus, donec tandem dissiliente, ut jam dixi, asperitate illa, apparuit primitus nihil fuisse scriptum, quam COL. IVL. COR.* Cui ut adsentiamur parum abest. *Morellii* interim & *Æneæ Vici* scalpturam sequuti, donec dies luculentiorem nummum protulerit, cum fieri etiam potuerit, ut *Litera L. in Goltzii nummo* ita ærugine corrosa fuerit, ut omnia ejus vestigia adhibito insuper cultello, *denique evanuerint*. Quando *Fr. Mediobarbus* p. 9. unum exhibet hac cum descriptione: COL. IVL. CORIN. *Figura insidens sellæ, pone quam Bellephorontis ala, sinistra sceptrum, sub pede anguis*, ex indice *Patini* f. 2; credimus, forte unum idemque cum *nostro*, male inspectum, pessimè descriptum.

NUM. 5. & 6.

ΘΕΟΣ. h. e. *DIVUS. . . . . Caput Julii Cæsaris laureatum.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. *Caput Augusti nudum.*

De *elogio DIVI*, & *honoribus*, quibus ipsum, ut *Deum* coluere Romani, supra N. 49. T. II. satis multa dicta sunt, quæ repetere hic nolumus. In *postica* verò *Octavium*, *Caji Octavii filium*, ex *Octavia* Familia in *Juliam* translatum, & vi testamenti, referente *Suetonio*, dignum isto fastigio hæredem, uti in *præcedentibus Corinthii* ac *Carthaginenses*, ita & hic *Thessalonicenses*, ad gratulandum proximi, aptissimè cum *Julio* conjunxerunt. Illo quippe tempore, quo *avunculus*, *Julius Cæsar*, Romæ interfectus est, *Octavius in Macedonia agebat*, & quidem *Apolloniæ*, referente *Vellejo* Lib II. c. 59. & *Dione* Lib. XLV. Sistit illum Nobilissimus *Jacobus de Wilde* in *selectis suis Numismatibus* T. XIII. n. 78. p. 108. ex *quibus* huc translatus est, indicante *nota*, nummo adjecta.

NUM. 6. & 7.

ΘΕΟΣ. . . . *DIVUS. Caput Julii laureatum.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*Thessalonicensium.*) *Caput Octavii nudum.*

Hic ipse *non differt* à præcedente, nisi *sigillo* quodam *addito*. *Sigillum* verò illud, infra ad *aurem* dextram appositum, *Neronis Cæsaris* (Literis NK. h. e. *Νέρων Καῖσαρ*, *indicati*) (de quo in Jacobi Wildii Nummis nihil legas) interpretamur, sicuti in aliis *Tiberii*, aliorumque Imperatorum, satis distinctè observavimus, quibus *valor istorum nummorum* sine dubio ab *istis illo tempore denuo confirmatus* fuit. Sistit hunc nummum iterum Nobilissimus *Jacobus de Wilde* in suis *selectis Numismatibus* p. 110. Tab. XIII. n. 79. ubi simul *alium* exhibet cum *sigillo*,

gillo, ut putat, *diverso*; sed fortè *idem* eſt, & ſaltem *non ſatis profundè expreſſum*, minimeque NB. ſed NK referens.

NUM. 9. & 10.

CAESAR DICtator TERtium. Caput pectore tenus Victoriæ alatæ, pone ſtella.

Cajus CLOVIus PRAEFectus. Pallas Victrix galeata gradiens, dextra trophæum, humero impoſitum, gerens, ſiniſtra ſcutum, in quo Ægis, ejusdem ornamentum proprium, ante infra proſiliente concomitanteque eam ſerpente.

Supra oſtendimus, *Cæſarem Dictatorem Tertium* audiviſſe, cum in *Hiſpaniam*, Pompeji liberos debellaturus, *proficiſceretur*, propterea que non ſolum *Lepidum Magiſtrum Equitum*, ſed & *octo*, ſive, ut alii, referente *Dione* Lib. XLIII, volunt, *ſex Urbis Præfectos* reliquiſſe. *Sed poſtquam*, ſcribit laudatus *Dio*, *Pompeji vires augeri*, *ſuos ad bellum ei faciendum non ſufficere animadvertit*, *ipſe*, *Romæ cuſtodia Lepido*, *octoque*, *ut nonnullis videtur*, *vel quod magis creditum eſt*, *ſex Urbis Præfectis injuncta*, *in Hiſpaniam expeditionem ſuſcepit.* Supra ex his Præfectis *L. Munacium Plancum* & *Livinejum* jam vidimus, nunc *tertium C. Clovium* accipimus, è Gente *Clovia*, ſive *Cluvia*, (nam utrumque reperitur, ſicuti *Voltejus* & *Vultejus*, *Volcanus* & *Vulcanus*, *Folvius* & *Fulvius*) *Plebeja*, quæ an *nomen* à *Cluvia*, Samnitico oppido, acceperit, ignorat *Glandorpius*, in *Onomaſtico Hiſtoriæ Romanæ*, & nos cum ipſo. *Hunc Clovium Puteolanum*, ſive *Puteolis*, Urbe Campaniæ, oriundum vocat *Cicero* Lib. XIII. Ep. LVI: *Clovius Puteolanus*, *valdè me obſervat*, *valdeque mihi eſt familiaris*; Porroque *Mylaſios & Alabandenſes pecuniam Cluvio debere*, ſcribit ad *Thermum*, Proprætorem, *eumque* in *Gallia operam Cæſari in bello præſtitiſſe*, idem docet Lib. XIII. Ep. VII. ſcribens: *Cum in Galliam proficiſcens pro noſtra neceſſitudine tuaque ſumma in me obſervantia ad me domum veniſſes*, *ſum tecum de agro vectigali municipii Attellani locutus* &c. Ut adeo certiores nunc ſimus magis de iis, quæ *Dio* ſupra memoriæ prodidit, &, *nummis* ſuppeditantibus, *ſciamus*, *quos* alias neſciremus *Præfectos*. *Victoriam* ergò in *antica* denotari iſtam crediderim, quam de *Pompeji Liberis & Hiſpania ſubacta*, occiſo Cn. Pompejo majore, reportavit *Julius*, ob *quam* etiam, vel *citò partam*, vel, *illâ cito ipſi nunciatâ*, *alatam* illam ſignavit *Clovius*, & quo minus ambigi de iſta queat, *ſtella Veneris conſpicitur addita*, *ſidus Julium*, quo *Juliam Victoriam* eſſe ſciamus. In *poſtica* verò *Palladem* impreſſit, *belli Deam ac Præſidem*, *quam* etiam *idem*, *individuumque* quaſi *cum Victoria* Numen exſtitiſſe, ſapientioribus viſum eſt, ac *Victoriam Minervæ* πάρεδρον, hoc eſt *Adſiſtricem*, antiquos appellâſſe, *Phornutus* ſcribit in *Fabulis*; quæque dicta fuit ἀπὸ τοῦ πάλλειν, h. e. *ab agitando*, *vibrando*, vel *ſaliendo*, quia *nunquam non in motu eſt*, bellorum ſcilicet rerumque gerendarum Rectrix; ut adeò per *iſtam*, *Trophæum ferentem*, *victoria* ubicunque reddatur manifeſta, *comitante illam ſerpente*, *Minervæ* ſacro, (teſte *Plinio*, *Plutarcho*, *Pauſania*, *Philoſtrato* & *Phornuto*.) Victoriæ itidem Symbolo. Adeoque comparet illa hic *eo* prorſus in *habitu*, quo eam deſcribit *Albericus* de *Imaginibus Deorum*: *Hæc pingebatur à Poëtis in ſimilitudinem unius Dominæ*, *armatæ lorica & gladio accinctæ*, *cujus caput viride cinctum circumerat*: *ipſamque caſſis cum criſta deſuper tegebat. Ipſa autem lanceam tenebat in dextra: in ſiniſtra verò ſcutum cryſtallinum habebat, quod caput Gorgonis à cervice cum ſerpentibus monſtroſè continebat. Et Pauſanias* Lib. I. *Minervam*, quæ *Athenis* colebatur, ita depingit: Τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς, ὀρθόν ἐστιν ἐν χιτῶνι ποδήρει, καί οἱ κατὰ τὸ στέρνον κεφαλὴ Μεδούσης, ἐλέφαντός ἐστιν ἐμπεποιημένη, καὶ Νίκη τε ὅσον τεσσάρων πηχῶν. Ἐν δὲ τῇ χειρὶ δόρυ ἔχει, καί οἱ πρὸς τοῖς ποσὶν ἀσπίς τε κεῖται, καὶ πλησίον τοῦ δόρατος, Δράκων ἐστιν, εἴη δὲ ἂν Ἐριχθόνιος οὗτος ὁ Δράκων. *Minervæ ſignum recto ſtatu eſt*, *cum tunica talari*; *in ejus pectore Meduſæ caput ex ebore factum*, *& Victoria cubitorum ferè quatuor*, *manu haſtam tenet*, *jacet ad pedes ſcutum*: *ad imam haſtam Draco*, *quem Erichtonium eſſe exiſtimare poſſis. Plinius* vero Lib. XXXVI. c. 5. ubi ita: *Neque ad hoc* (laudandum nempe Phidiam, clariſſimum per omnes gentes artificem) *Jovis Olympii pulchritudine utemur*, *non Minervæ Athenis factæ amplitudine*, *cùm ſit ea cubitorum viginti ſex*, *ebore hæc & auro conſtet*: *ſed ſcuto ejus*, *in quo Amazonum prælium cælavit intumeſcente ambitu parmæ*, *ejusdem concava parte Deorum & gigantum dimicationem*, *in ſoleis vero Lapitharum & Centaurorum*: *adeo momenta omnia compacta artis illius fuere. Pighius* Annal. T. II. p. 402. & *L. Begerus T. II. Brand.* p. 549. *de Victoriis in genere Cæſaris*, *ſumma prudentia & moderatione partis*, *quod ſerpens Palladem comitetur*, *prudentiæ* Genius, hunc nummum interpretari videntur, ac de *eadem* prior (Pighius) ita: *Talem videmus Draconem*, *comitem gradientis armatæ Palladis Victricis*, *in affabre factis nummis aereis*, *C. CLOVii PRAEFecti Caſtrorum Caeſaris in bello civili contra Pompejum*, *qui Quæſtor Galliæ Ciſalpinæ*, *ſub eodem Pro-Coſ. fuerat*, *ut ſuo in Annali latius explicabo. Ab una nummi facie videtur pulcherrimum alatæ Victoriæ Deæ caput crinibus involutis*, *& ad verticem in nodum collectis*, *cum titulo tali*: *CAESAR DIC. TER. Ab altera verò Palladis victricis armatæ ſimulachrum gradientis*, *quam comitatur à dextris Draco pervigil criſtatus*, *capite ſurrecto ſibila tollens*, *pectoreque ſinuoſo progrediens. Ipſa Pallas galeato capite*, *& Gorgonæo thorace pectus armata*, *dextro humero geſtat contum variis hoſtium*, *inſtar trophæi*, *ſpoliis onuſtum*: *Siniſtrum humerum brachiumque tegit parma*, *cui vaſtum gigantis*, *ab eadem occiſi*, *caput inſculptum eſt. Totum autem hoc Emblema tendit in Cæſaris laudem*, *quod ſcilicet multis in bellis infinitas Victorias ſumma ſua providentia*, *vigilantiſſimaque ſua cura nactus fuiſſet.* Hucuſque *Pighius*. Alii, in quibus *Urſinus*, de *Victoria in Africa*, de *Juba Rege ac Scipione* explicant, quod *Serpens* eam comitetur, *Africæ* ſymbolum, notaque *tertium Dictatoris* adſit, quod factum ſit Anno $\frac{707}{8}$. Sed, quia *tempus Victoriæ*, per *titulum Dictatoris tertium* indicatæ, quaſi *determinatum* eſt, *priori* inhærere *ſententiæ* omnino malumus. *Æneas Vicus Romæ Victricis ſimulacrum*, hoſtis ſpolia geſtantis, exhiberi contendit, ſed perperam planè, uti ex antecedentibus eſt colligere; præterea etiam ex *ſcuto* cum *Ægide*, & *concomitante illam Dracone*; ſicuti nec hoc adprobamus, quod ſcribat, *C. Clovium Præfectum alterum*, *C. Julium Cæſarem*, *tertium jam Conſulem cum M. Lepido*, itemque *tertium Dictatorem*, *Victoremque Pontici & Africi belli* hoc æreo monumento *decorare voluiſſe*, *ſignaque impreſſa* inſignem illam *de Ponto victoriam* ſignificare. Nec aſſentiri poſſumus *Cl. Morellio* in *Epiſtola ad Perizonium* p. ult. ſcribenti: *CLOVIO-*

RUM Pallas forsan Venus est, quam Cæsar annulo insculptam gestavit, eaque tessera in rebus summis usus est. Ita sanè *Minerva* hic conspicua est, uti omnes eam Scriptores depingunt; *Venerem* verò *hoc in habitu vidisse*, recordari non possumus. Cæterum exhibent hunc nummum obvium *H. Goltzius* Tab. X. n. 2. 5. *Lud. Nonnius* Tab. X. n. 2. & 5. sed, quod *sæpè monuimus, inversa figura & literis. Ful. Ursinus & Car. Patinus* in *Fam. Julia* T. IV. n. 8. p. 109. & in *Clovia* p. 76. *J. Valens in nummis Consul.* in Fam. *Julia* T. LXXIII. n. 22. & in *Familia Clovia* T. XLIII. ubi tamen & *stella pone Victoriæ caput, & L. in CLOVI omissa sunt. L. Begerus* T. II. *Thes Brand.* p. 549. *Jac. Oiselius* Tab. LII. n. 5. p. 314. *Joach. Oudanus* in Potentia Romana Tab. LV. n. 5. p. 270. *Occo* p. 6. *A. Rubenius in Croyaci Ducis Numism.* Tab. IIII. n. 21. 22. *Thes. Maurocenus* cap. 11. *Anton. Zantanus in Cæsare* Tab. I. N. 3. 4. ita tamen ut PRAET. falsò exhibeat N. 4. pro PRAEF. *A. Morellius* in Nummis Consular. in *Famil. Clovia* n. 1. & in *Julia* T. IV. n. 8.

NUM. 12.

ΚΑΙΣΑΡ. *Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti Tab. II. n. 66.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*Thessalonicensium.*) *In corona laurea.*

Ante omnia notamus, ærea, minimæ magnitudinis Numismata Julii, raritate longè præstare grandioribus. [18] Sicuti supra *Thessalonicenses* in illo N. 5. & 6. *devotum* erga *Augustum*, Cæsarem, *animum* exhibuerunt; ita & hoc nummo *iidem* exsistere voluere. Possidet hunc nummum *æreum minimi moduli Nobiliss. Jacobus de Wilde*, & ex ejus benevola communicatione hic insertus est.

NUM. 12. a. & b.

ΘΕΟΣ (*Divus*) *Caput Julii Cæsaris nudum lævam versus.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*Thessalonicensium.*) *Caput Augusti nudum lævam versus.*

Huic similes à *Thessalonicensibus* cusos Numeris præcedentibus vidimus. Discrepat saltem *positu vocis* ΘΕΟΣ. Asservatur iste in *Thesauro Versaliensi*, infraque denuo occurret in *Nummis Augusti* Tab. XXXIX. n. 27. 28.

NUM. 13.

ΘΕΟΣ (*Divus*) *Caput Julii Cæsaris laureatum lævam versus.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*Thessalonicensium.*) *Caput Augusti nudum lævam versus.*

Multos diversæque formæ dedisse Thessalonicenses in honorem Cæsaris nummos, hodie licet rarissimos, exinde palam fit. Siquidem hic positum vocabulum loci: ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ à cæteris distet. Dedit jam eum æri incisum *Cl. Vaillant in Nummis Græcis* p. 1.

NUM. 14.

Caput Veneris, lævam versus pone S. uti Tab. IV. n. 30.

Duo cornua copiæ. VALENTIA Signavit.

De Valentia urbe supra ad Tab. V. N. 29. & Tab. VI. N. 24. jam egimus, pluribusque infra ad T. X. N. 15. dicturi sumus. Communicat nobis hunc nummum *Cav. Patinus* in *Thesauro* Nummorum medii æris p. 18.

EX HUBERTO GOLTZIO.

NUM. 13.

Caput Julii Cæsaris laureatum lævam versus, uti T. I. n. 1,

vel

Caput Julii Cæsaris laureatum lævam versus, pone Lituus, uti Tab. I. n. 6.

vel

DIVOS JULIUS DIVI Filius. Caput Julii laureatum, & Augusti nudum, frontibus opposita, uti T. II. n. 68.

AEGYPTO CAPTA. Crocodilus lævam versus gradiens, cum hiatu conspicuus.

Notissimum in *postica*, soli *Nilo*, & iis Regionibus, quæ *Nilo* alluuntur, familiare animal quadrupes & amphibium, *Crocodilus*, ex eo, ut credunt, dictum, quod κρόκον δειλιᾷ *crocum fugiat*, *Ægypti*, quam fœcundat *Nilus*, *symbolum* sistitur, de *quo* multis *Plinius* in Historia Naturali, Libro VIII. c. 37. [19] &

(18) Vide *Ludov. Savotum* de Nummis antiquis T. XI. *Græcii* p. 1311.

(19) Qui de eo ita: *Crocodilum habet Nilus, quadrupes malum, & terra pariter & flumine infestum. Unum hoc animal terrestre linguæ usu caret. Unum superiore mobili maxilla imprimit morsum, alias terribilem, pectinatim stipante se dentium serie. Magnitudine excedit plerumque duodeviginti cubita. Parit ova, quanta anseres; eaque extra eum locum semper incubat, prædivinatione quadam, ad quam summo aucta eo anno accessurus est Nilus. Nec aliud animal ex minori origine in majorem crescit magnitudinem &c.*

& *Pierius in Hieroglyphicis* Lib. XXIX. cap. 13. Hinc & à quibusdam *ejusdem incolis Crocodilus religiosè colitur*, de quo *Juvenalis Satyra* XV. vſ. 1.

Quis neſcit, Voluſi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc . . . .

Sic & *Herodotus* in Euterpe: Τοῖσι μὲν δὴ τῶν Αἰγυπτίων ἱεροί εἰσι οἱ Κροκόδειλοι, τοῖσι δ' οὔ, ἀλλὰ πολεμίους περιέπουσι, *aliis quidem Ægyptiorum Crocodili ſacri ſunt, aliis vero non, ſed bella cum ipſis gerunt.* Confer *Strabonem* Libro XVII. & *Ælianum* Libro X. de Animal. c. 21. Adeoque *devictæ* Anno $\frac{736}{7}$. *Ægypti memoriam* tradere videtur Denarius. *Novem menſes* in *Ægypto* abſumſiſſe *Cæſarem*, tradit *Appianus* Lib. II. de B. C. & videtur d. VI. Kal. Apr. *Alexandriam* eundem occupâſſe, ſecundum Kalendarium vetus marmoreum Romanum, in quo ad VI. Kal. Apr. ſcriptum: HOC DIE CAESAR ALEXANDRIAM RECEPIT. Hinc *belli* ultra *quintum* aut *ſextum menſem* non protracti, exitum in menſem *Martium* incidere, clarum eſt. Belloque *ſexto menſe* finito, reliquum temporis *regioni luſtrandæ*, τὴν Χώραν Θεώμενος, tradente *Appiano*, impendit. Confer *Velſeri Rer. Aug. Vind. Librum II.* p. 199. & *Epiſtolam ad Scaliger.* 2. *Belli* hujus *cauſas & exitum* breviter tradit *L. Florus*: *Cum Ptolomæus, Rex Alexandriæ, ſummum civilis belli ſcelus peregiſſet, fœdusque amicitiæ, medio Pompeji capite, ſanxiſſet: ultionem clariſſimi viri manibus, quærente fortuna, cauſa non defuit. Cleopatra, Regis ſoror, affuſa Cæſaris genibus, partem regni repoſcebat. Aderat puellæ forma, & quæ duplicaretur ex illo, quod talis paſſa videbatur injuriam: Odium ipſius Regis, qui Pompeji cædem partium fato, non Cæſari dederat, haud dubium idem in ipſum auſurus, ſi expediſſet, quam ubi Cæſar reſtitui juſſit in regnum, ſtatim ab iisdem percuſſoribus Pompeji obſeſſus in Regia, quamvis exigua manu, ingentis exercitus molem mira virtute ſuſtinuit.* Suetonius & illud tangit c. 35. *Et fugientem Pompejum Alexandriam perſecutus, ut occiſum deprehendit, cum Ptolomæo Rege, à quo ſibi quoque inſidias tendi videbat, BELLUM ſanè difficillimum geſſit, neque loco, neque tempore æquo, ſed hieme anni, & intra mœnia copioſiſſimi ac ſolertiſſimi hoſtis, inops ipſe rerum omnium, atque imparatus. REGNUM ÆGYPTI VICTOR Cleopatræ fratrique ejus minori permiſit, veritus Provinciam facere.* Ptolomæus verò Rex dehinc fugiens è caſtris, quæ Cæſar oppugnabat, in Nilo ſubmerſus periit, *regnumque* à *Cæſare*, ut ex *Suetonio* audivimus, *Cleopatræ fuit traditum.* De *devicta Ægypto* Triumphum egit, *ordine ſecundum.* Ita enim *Dio* Lib. XLII: *Quatuor*, inquiens, *continuis diebus de Gallis, Ægypto, Pharnace & Juba ſingulos triumphos, duxit.* Et *Florus* Lib. IV. c. 2. §. 88. *Cæſar in patriam victor invehitur. Primum de Gallia Triumphum transmiſerat Rhenus & Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus: Alterum Laurus Ægyptia. Tunc in ferculis Nilus, Arſinoe, & ad ſimulacrum ignium ardens Pharus.* Sunt, qui *Cæſaris adhuc tempore, poſt Ptolomæum*, Ægypti Regem, devictum, hunc Denarium cuſum credunt, ut teſtatur Illuſtriſſ. *Spanhemius in Juliani Cæſaribus* p. 174. & hujus quoque ſententiæ eſt *Jac. Oiſelius* in ſuo Theſ. Num. 147. *Antica* vero, cum vel *nudum Julii caput* ſiſtat, vel *illud* cum *lituo*, quod *Augur* fuerit Cæſar, vel cum *Auguſti* ſimul *capite, idemque typus* cum *Crocodilo* in *Auguſti* quoque *nummis* occurrat, nullusque in *omnibus TriumVir Monetalis* occurrat, non inſcitè concludere poſſumus, hunc nummum ab *ipſo Succeſſore Octavio* in *rei factæ memoriam* fuiſſe ſignatum. Communicat præterea hunc nummum ex *auro & argento H. Goltzius* Tab. X. n. 3. *L. Nonnius* Tab. IX. n. 3. *Alb. Rubenius aureum in Croyjaci Ducis* Num. T. III. n. 21. 22. *Spanhemius in Juliani Cæſaribus* p. 174. *Joh. Hemelarius aureum in Theſauro Arſchotano* T. I. n. 9. p. 4. *J. Oiſelius* Tab. XXXII. n. 11. p. 147. *Occo* aureum p. 7. *Mediobarbus* p. 12. *Joh. Valens in Famil. Julia aureum* T. XXXVII. n. 28. p. 515. *Joh. Harduinus in Nummis antiq. Pop. & Urbium* p. 12. *J. G. Grævius in Floro Nummis illuſtrato* p. 396. n. 2. *H. Goltzius* aureum in *Faſtis Conſular.* ſive Romanis p. 180. n. 2. *A. Morellius* in Nummis *Conſul. Goltzianis* in Famil. *Julia* Tab. XX. n. 8. *Joach. Oudanus* in Potentia Romana T. XXXVI. N. 11. p. 164. *Jobertus* de notitia R. N.

NUM. 14.

Caput Julii laureatum dextram verſus, pone Lituus, uti T. I. n. 7.

vel

DIVUS JULIUS. Caput ejus laureatum, lævam verſus, uti T. II. n. 58.

ÆGYPTO CAPTA. Crocodilus dextrorſum gradiens, cum oris hiatu conſpicuus.

E*undem typum*, ſolo *Crocodili poſitu* differentem, cum in præcedenti numero viderimus, plura addere non attinet, præterquam quod his *ipſis nummis* (nam *aurei & argentei*, Auctore *Goltzio*, reperiuntur) confirmemur in *Aſſerto* præcedenti numero, nempe poſt *obitum Cæſaris ab Auguſto, filio, in memoriam ſubactæ Ægypti* fuiſſe ſignatos. Siſtunt illos *Goltzius* T. X. n. 6. & *Nonnius* Tab. IX. n. 6. *Occo* verò p. 7. argenteum. *A. Morellius* ex auro & argento in Nummis Conſularibus *Goltzianis* Tab. XX. N. 9. in Fam. *Julia.*

NUM. 15. & 16.

Caput Veneris, ante quod pectore tenus adhæret Cupidinis imaguncula.

CAESAR DICtator ITERum. Trophæum ſpoliis armorum onuſtum, ad quod captivus Barbarus nudus, manibus poſt terga revinctis, humi deſidet, ac Victoriam alatam reſpicit, quæ dicto trophæo dextra imponit lauream, ſiniſtra palmam tenet.

D*e Veneris capite*, originem *Julii Cæſaris* deſignante, nihil amplius. *Trophæum* quod attinet, in eo conſentiunt plurimi, nominatim *Alb. Rubenius & Jacobus Oiſelius*, quod iſtud de *Pharnace*, Boſporanorum Rege, intelligendum ſit, & quidem propterea, quod *Dio* ſcribat, Libro XLII: Καῖσαρ δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ, καίπερ οὐ πάνυ διαπρεπεῖ γενομένῃ, πολὺ καὶ ὅσον ἐπ' οὐδεμιᾷ ἄλλῃ ἐφρόνησεν, ὅτι ἔν τε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ὥρᾳ καὶ ἦλθε πρὸς τὸν πολέμιον, καὶ εἶδεν αὐτὸν, καὶ ἐνίκησε καὶ τότε λάφυρα πάντα, καί τοι πλεῖστα γενόμενα, τοῖς στρατιώταις ἐδωρήσατο &c. *Ea Victoria, quamvis non ſplendidiſſima, Cæſar magnopere*

gnopere ſeſe jactavit, ut nulla alia magis; quod eadem die & perveniſſet ad hoſtem, & viciſſet. Manubias omnes, quamvis plurimæ erant, militibus donavit. Siſtit illum *aureum & argenteum Goltzius* Tab. IX. n. 11. & 12. *Nonnius* T. VIII. n. 11. & 12. *Alb. Rubenius* in *Croyjaci Ducis Numiſmatibus ſub Cæſare*, & *Jacobus Biæus* in Nummis Imperat. T. IIII. n. 5. 6. *Jac. Oiſelius* T. XCV. n. 7. p. 472. *A Occo* p. 7. *A. Morellius* in Nummis *Conſular. Goltzianis* in Famil. *Julia* Tab. XIX. n. 22. *Joach. Oudanus* in Potentia Roman. Tab. CXI. N. 7. p. 477.

NUM. 17.

Hæc *antica* ſpectat ad *poſticam* Tabulæ IX. n. 10. quod monendum hic duximus.

NUM. 18.

DIVUS JULIUS. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone Lituus, uti Tab. II. n. 48.

LEPIDUS PONTifex MAXimus. Caput Lepidi nudum ante Lituus, pone ſimpulum.

A *Lepido* in honorem *Julii* poſt *fata ejus* fuiſſe hunc nummum cuſum, ſumma neceſſitudo, *quæ* inter *illos vivos* erat, perſuadet. De *Pontificatu Lepidi*, & alia huc ſpectantia, infra B. L. ad n. 27. Tab. VII. leget, quo ipſum ablegamus. Exhibet & illum *Goltzius* Tab. XXVI. n. 23. & *Nonnius* Tab XXI. n. 23. *A. Morellius* in Nummis *Conſul. Goltzianis* Tab. III. N. 8.

NUM. 19. & 20.

EX Senatus Conſulto. Caput Veneris, pone ſidus Julium, ut videtur.

Cajus CAESAR DICtator PERPetuo. Lucius MUSSIDIUS Titi Filius LONGUS. Comitium, in quod per gradus aſcenditur, in quo duo togati ſtant, unus tabellam ſiniſtra attollens, dextris utrique ſuffragia in urnas immittunt, inſcripto Titulo Veneris CLOACINæ.

Speciali Senatus permiſſu hunc nummum cum *capite Veneris & ſidere Julio* in *antica*, ut *Juliæ* Gentis *origo* eò luculentius omnibus conſtet, ceu ſæpius diximus, à *Lucio Muſſidio Longo*, *Titi filio*, *IIII. Viro Monetali*, *ſignatum fuiſſe*, ex nummo palam fit. De *Muſſidio Longo* ſupra Tab. III. n. 36. 37. 38. ſatis multa, ſicut & n. 38. de *Venere Cloacina*, & *Comitio*, *quod* hic nummus offert denuo, attulimus, quæ ibidem conſuli omnino poſſunt. De *prænomine Caji* T. I. n. 30. de *Dictatura perpetua* Tab. I. n. 40. egimus. Offert hunc nummum & *Goltzius* T. XIV. n. 2. 8. *Nonnius* T. XIII. n. 2. 8. ubi tamen *& facies Veneris & Comitium cum omnibus literis inverſa, Sculptoris incuria, conſpiciuntur. Alb. Rubenius in Croyjaci Ducis Nummis* ſub *Cæſare* T IIII. n. 9. 10.

NUM. 21.

DIVO JULIO. Caput Julii Cæſaris laureatum lævam verſus, ad frontem ſtella, uti Tab. II. n. 56.

Publius LENTULUS MARCELLINus AEDilis CURulis. Templum Julio dicatum ſex columnarum, in cujus medio ſimulacrum ejus, velut Auguris, ſupra verò illud, ſive in frontiſpicio, ſidus ſuum.

Viſis hactenus *Julii ortu*, *factis & Triumphis*, nunc *conſecrationem* quoque *ejusdem*, & *Divinitatem* ſpectabimus. Ad *Divinitatem* verò ejusdem pertinet, quod *Templum ipſi*, veluti *Deo*, poſt fata, & jam DIVO, *ædificatum fuerit à Populo Romano*, TriumViris admitentibus ſicuti hic in *nummo* occurrit; quod *Flaminem* acceperit, & quæ hujus generis fuere alia. Certe *Templi*, ſive *Sacelli*, *ipſi erecti*, meminit non ſolum *Suetonius* & *Appianus*, quorum verba ſupra T. I. n. 49. adduximus, ſed & ipſe *Dio* Lib. XLVII. pag. 337. Ταῦτά τε οὖν οὕτως οἱ τρεῖς ἄνδρες ἐκεῖνοι, ἐποίουν, καὶ ἅμα καὶ τὸν Καίσαρα τὸν πρότερον ἐσέμνυνον ἐπὶ πλεῖστον. . . . Καὶ ἡρῷόν οἱ ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ ἐκέκαυτο, προκατεβάλλοντο. *Præter has actiones TriumViri Cæſarem quoque ſuperiorem, ſummis honoribus affecerunt. SACELLUM ei in Foro, eo in loco, ubi crematus fuit, EREXERUNT. Statuam quandam ejus in Circenſibus cum VENERIS STATUA invexerunt.* Erat autem iſtud (*Sacellum*) in *Foro*, ut narrat *Dio*, prope *Templum Caſtorum*, quod docet *Ovidius* Lib. II. *de Ponto Eleg.* II. 83.

Quem pia vobiſcum proles comitavit euntem,
Digna Parente ſuo, nominibusque datis;
Fratribus aſſimilis, quos proxima templa tenentes
Divus ab excelſa JULIUS æde videt.

Et *Metamorph.* Lib. XV: 841.

. . . . ut ſemper Capitolia noſtra Forumque
Divus ab excelſa proſpectet JULIUS æde.

Et cum nomen *P. Lentuli Marcellini*, *Ædilis curulis*, *eidem circumſcriptum ſit*, *nomen* nunc etiam illius *Ædilis* novimus, qui *illud* excitavit *Sacellum*, forteque ille eſt, de quo *Cæſar* Lib. III. de *bello Civ.*: *Ad eas munitiones Cæſar Lentulum Marcellinum, Quæſtorem, cum Legione IX. poſitum habebat.* Nam *Ædilium curulium*, (quem titulum in nummo præfert,) erat, ut *ædes ſacras & privatas procurarent*, aut *magnificis operibus reficerent*, ac *ornarent*, teſte *Varrone* Lib. IV. de *Lingua Latina*. *Forma* etiam *ejusdem* amplius non latet, ex nummo admodum conſpicua, cujus pariter meminit *Vitruvius*: *Ergo pycnoſtylos eſt, cujus intercolumnio unius & dimidiatæ columnæ craſſitudo interponi poteſt: quemadmodum eſt in D. JULII TEMPLO.* Ejus *ſtatuam* dextra lituum, velut Augur tenentem, in *medio Sacelli* fuiſſe poſitam, *Venerisque ſtellam frontiſpicio* ejusdem additam, *comperta itidem ex ſolo hoc habemus nummo.* Probè verò monet *Servius*, *ejus Numini ſacratum locum eſſe, cujus SIMULACHRUM IM MEDIO collocatur, alia enim tantum ad Ornatum pertinere.* Ut ergo ex *Julii ſimulachro* in medio conſpiciendo rectiſſimè colligamus, ipſi, veluti

DEO,

DEO dicatum hoc exsistere *templum*, taleque prorsus, quale describit *Virgilius*, & *Augusto* prædicit:

Et viridi in campo Templum de marmore ponam
In medio mihi Cæsar erit, Templumque tenebit.

Communicat & illum nummum *Goltzius* T. XVII. n. 1. *Nonnius* Tab. XVI. n. 1. *Alb. Rubenius* in *Croyjaci Ducis Numismatibus* T. II. n. 21. & 23. *Jacob. Oiselius* in Thes. Numism. Select. Tab. CVI. N. 10. *Joach. Oudanus* in Potentia Romana Tab. CV. n. 10. p. 421.

NUM. 22.

Caput Cæsaris laureatum dextram versus, pone lituus, uti Tab. I. n. 7.

CAESAR IMPerator AUGUR Pontifex Maximus. Aspergillum, culter victimarius, simpulum, securis & apex.

Cum hic *metallo* saltem differat ab *illo*, *quem* supra Tab. V. n. 16. dedimus, eo B. L. ablegamus, solum adjicientes, quod illum ex *auro* exhibuerit jam *Goltzius* T. XV. n. 6. & *Nonnius* T. XIV. n. 6. *Jacobus Biæus* in Nummis *Cæsarum* edit. 1617. Tab. III. n. 14. *A. Morellius* in Nummis *Consul. Goltzianis* Tab. XIX. n. 1. in *Fam. Julia.*

NUM. 23.

Caput Julii laureatum lævam versus, uti Tab. II. n. 58.

item

DIVOS JULIUS. Caput Julii laureatum lævam versus, uti Tab. II. n. 57.

Stella crinita.

Hos nummos in *honorem Julii Cæsaris*, & *memoriam ejusdem consecrationis*, cusos esse, *stella crinita in postica*, sive *Cometes*, qui inter Septentrionem & Occasum apparuit, indicat, quem Vulgus *animam Cæsaris*, *in cœlum recepti*, dixit, & credidit. De illo supra jam *Dionis*, *Suetonii*, *Plinii*, *Bebii Macri* & aliorum testimonia ad Tab. II. n. 51. adduximus, quæ relegere ibidem potest Lector benevolus. Exhibet & hunc nummum ex *Argento* & *ære Goltzius* Tab. XVII. n. 6. & *Nonnius* Tab. XVI. n. 6.

NUM. 24.

Caput Julii laureatum lævam versus, super verticem stella crinita, uti Tab. II. n. 64.

DIVI JULI. Stella crinita.

Denuo *ἀποθέωσις Cæsaris* hujus *nummi & antica & postica* confirmatur. Quæ de *stella* ista *crinita* apud Auctores memorantur, illa jam ad Tab. II. n. 51. exposuimus. Tradit & nummum hunc *argenteum Goltzius* Tab XVII. n. 8. *Nonniusque* Tab. XVI. n. 8. *Octavius Strada* in vita *J. Cæsaris* p. 1. qui tamen perperam illum *aureum* ibidem prodit, cum saltem *sit argenteus.*

NUM. 25. & 26.

Lucius AEMILIUS BUCA DICtator III. Julius stans togatus in suggestu, inter fasces cum securi, & aquilam Legionariam, quasi adlocuturus.

CAESAR IMPerator IIII. Cæsar capite laureato in thensa, à quadrigis tracta, lauri ramum dextra protendens, sinistra habenas equorum tenens.

De *L. Æmilio Buca* ad Tab. III. n. 2. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. satis multa jam diximus. Factus nempe hic erat *IIII. Vir Monetalis*, *Julio Cæsare* ex *Africa* facto *reduce*, & *minores Magistratus augente*, ceu supra ex *Suetonio* audivimus. Ut adeò hunc Denarium cusum esse oporteat *initio anni* $\frac{708}{9}$, propterea, quod *omnes Magistratus initium eo tempore caperent*; in *quo* præterea *titulus Imperatoris IIII.* in *postica* nos confirmat, *quem* scilicet de *Africa* tulerat, de qua *triumphum egerat*, sicuti & in *posteriore parte* caput *laureatum* in *quadrigis Triumphalibus*, dextra *lauri ramum*, ob *victoriam* obtentam, præferens, veluti *ad Triumphum* vehitur, testantibus de eo Triumpho & *Marmoribus Capitolinis:*

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR IV. DICT. III. COS. III.
ANN. DCCVII. EX AFRICA DE REGE IVBA
DCCVI. Varr.

Et *Dione* Lib. XLIII: *Quatuor continuis diebus de Gallis, Ægypto, Pharnace, & Juba triumphos singulos duxit.* Itemque *Florus* Libro IV. c. 2. p. 396: *Cæsar in patriam victor invehitur. Primum de Gallia triumphum transmiserat Rhenus & Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus. Alterum laurus Ægyptia. Tunc in ferculis Nilus, Arsinoe, & ad simulacrum ignium ardens Pharus. Tertius de Pharnace currus, & Ponto. QUARTUS JUBAM & Mauros, & bis subactam ostendebat Hispaniam.* In *antica* Julius stat, veluti *allocuturus Senatum*, de quo *Dio* Lib. XLIII: *Cæsar postquam Romam advenit, suamque potentiam Romanis & animi altitudinem suspectam esse vidit, eosque sibi de ipso non minora, quam olim perpessi fuerant, mala polliceri, itaque non benevolentia erga ipsum motos, sed adulandi causa immodicos istos honores decrevisse: consolandi eos, inque spem adducendi gratia HÆC IN SENATU VERBA FECIT: Nemo vestrum P. C. existimare debet* &c. Porro quando *Dictator tertium* in nummo obsignatus est, *Julius*, observandum est, quod *Dictatura ista III.* in *decennium illi*, post *Africanam* victoriam à *Senatu* decreta fuerit: Sed eo ipso die, *quo* acceperat illam, ab isto quoque numerabatur, velut postea *Tribunicia Potestas Imperatorum*, unde contingebat, ut quandoque *bis in anno numeraretur*. *Stans* verò *Imperator* inter *fasces cum securi* & *aquilam Legionariam*, nihil aliud designat, quam *summam se potentiam* tum in *rebus civilibus*, tum *militaribus* jam obtinere. Sistit hunc nummum *argenteum* & *aureum Goltzius* Tab. XI. n. 8. 10. *Nonnius* Tab. X. n. 8. & 12. Ubi *tamen denuo* & *æs* minus rectè assignatum, nempe

nempe argentum solum, *& figuræ & literæ, Sculptoris negligentia, inversæ conspiciuntur.* Unde & factum est, ut *Morellius* in suis Nummis *Consularibus Goltzianis* in Fam. *Julia* Tab. XIX. n. 5. falsam plane *adversam* eidem addiderit, nempe cum *Capite Victoriæ* & perigraphe: DICT. QUART. EX S. C. quem tamen rectius ære expressum videre potuisset *in Fastis Rom. Goltzii* p. 180. N. 3. & *Sebastianum Erizzo* p. 234. *J. Valens in Gente Æmilia* T. VII. n. 46. *Occo* p. 7. *J. G. Grævius* in *Floro nummis illustrato* p. 396. n. 3. qui tamen hunc de *Victoria Pharnacis* interpretatur, sed *hoc non esse*, supra ex titulo evicimus. In quo tamen & videtur habere consentientem *H. Goltzium* in Fastis Romanis p. 180. n. 3. ad hunc triumphum eundem referentem, & *Sebastianum Erizzum* loco supra citato.

NUM. 27.

CAESAR Pontifex Maximus DICTator TERtium. Caput Cæsaris laureatum ac velatum lævam versus, ante Lituus, uti T. I. n. 34.

vel

CAESAR DICtator. Caput Julii laureatum lævam versus, pone præfericulum, uti Tab. I. n. 26.

vel

Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone stella, sine epigraphe, uti Tab. I. n. 4.

Marcus LEPIDUS IMPERator. Caput Lepidi nudum ac barbatum lævam versus.

Ex *Dione* Lib. XLIII. constat, *Cæsarem Dictaturam Consulatumque tertio*, utrumque Magistratum anno $\frac{708}{9}$. *Collegaque Lepido*, gessisse; scribit enim: Τῷ δὲ ἐχομένῳ ἔτει καὶ ἐδικτατόρευσεν ἅμα, καὶ ὑπάτευσε τρίτον ἑκάτερον, τοῦ Λεπίδου οἱ ἀμφοτέροις συνάρξαντος, id est: *Sequenti anno Dictaturam Consulatumque, tertio utrumque Magistratum, Collegaque Lepido gessit.* Et *Plutarchus* in *Antonio*: *Itaque reversus Cæsar Dolabellæ veniam dedit, & tertium Consul factus, non Antonium, sed Lepidum elegit Collegam. Dum autem Dio Lepidum Collegam in utroque Magistratu vocat*, vult, illum *secum Consulem* nominasse, & dehinc quando vocatus Cæsar fuit *Dictator iterum*, eum suum fecisse *Magistrum equitum*; nam *Dictatori* integrum erat, *sibi eligere, quem vellet, Magistrum equitum.* Quod *Cassiodorus*, *Marianus* & *Tabulæ Græcæ Consulum* & *Fasti Capitolini* probant, in quibus:

C. JULIUS C. F. C. N.
CAESAR
DICT. III. IMPER. CONSTIT. CAUSSA. MAG.
EQ. M. AEMILIUS M. F. Q. N. LEPIDUS.

Apud *Grævium in Antiqu. Romanor.* Tom. XI. p. 210. itemque *Goltzium* in Fastis p. 179. ad Annum DCCVII. & *St. Vinand. Pighium* in Fastis Tomo III. p. 457. ad A. DCCVIII. *Imperator Lepidus* audit, quod huncce titulum *Proprætor de Hispania citeriore* post Triumphum tulerit. Sic enim *Dio* l. c: *Ut enim primum ab eo Dictator proditus fuit, statim eum ex Prætura in Hispaniam citeriorem misit: reversoque triumphum, cum neque vicisset quenquam, neque omnino signis collatis dimicásset, concessit, ea præscriptione usus, quod is Longini & Marcelli actionibus interfuisset. Cæterum in Triumpho suo nihil intulit, præter eas pecunias, quibus socios despoliaverat.* Alias *Lepidus* hic ipse ex Gente *Æmilia*, *Patritia* ac clarissima (de *qua* supra ad Tab. III. n. 1. pluribus) quæ omnes tum *sacras*, tum *profanas dignitates consecuta legitur*, *genitus*, *Lepidique* cognomen primus ejusdem Familiæ sine dubio a *lepore* habuit, referente *Antonio Augustino de Familiis Romanorum*: *Non reticebo*, scribit, *videri eò voluisse exprimere, quid Æmilii nomine significaretur, ut cum familia dicitur Æmilia à voce* Αἱμυλίας, *id est, lepore, idem latinè exprimere voluit.* Factus autem hic ipse *M. Æmilius Lepidus*, *Marci Lepidi*, *Consulis*, filius, *Quinti*, & *Prætoris Provincialis*, *Nepos* Anno $\frac{701}{2}$. *Ædilis Curulis*, annoque $\frac{704}{5}$. Cæsaris partibus adhærens, *Prætura urbana* potitus est, Urbique à Cæsare præfectus fuit, (qui *Magistratus extraordinarius* erat) cum, Pompejo Italia fugato, *iste* in *Hispaniam properaret*, qui illo absente, *munus Consulare* obibat, & jus dicebat. Dehinc ex Prætura *Hispaniam citeriorem* obtinuit anno $\frac{704}{5}$, *in eam à Cæsare*, tunc *Dictatore ab ipso pariter novo more* (cum *Consules* alias solerent istos dicere) *pronunciato*, ablegatus, de qua anno sequenti $\frac{705}{6}$. *triumphum* tulit, ac post *hunc triumphum Proprætor de Hispania citeriore Imperatoris* titulum consecutus est, de quo jam modo diximus. Anno $\frac{707}{8}$. *Consulatum una cum Cæsare* gessit, & in *quarta & quinta Dictatura Magister Equitum* ejusdem exstitit. Cæsare dehinc Idibus Maji in Curia occiso, *Consuleque ipso* cum Antonio anno $\frac{709}{10}$. *creato*, *societatem cum isto* pactus est *Antonius*; potentiam verò ejus formidans *filiam*, *suam Lepidi filio* in matrimonium collocavit, ipsumque *Patrem* (Lepidum scilicet nostrum) *Pontificem Maximum* constituit; atque ut facilius hoc faceret, *Pontificis Maximi electionem à Populo ad Pontificum Collegium transtulit*, *per eosque Lepidum*, contra omnia Majorum instituta, ut loquitur *Dio*, Libro XLIV. *initiavit.* *Lepidus* in Provinciam *Hispaniam*, *à Cæsare* jam anno $\frac{709}{10}$. *cum Gallia Narbonensi decretam*, abiit, *Sextoque Pompejo* bellicos motus denuo excitante, cum *istum* sine sanguine & silentio, ut refert *Cicero Philip. XIII. Senatui Reipublicæque reconciliásset*, *statua ipsi togata*, *præclara inscriptione insignis*, *pro Rostris ob rem benè in Hispania gestam erecta fuit*, *Triumphusque absenti decretus*, quem postea *TriumVir* factus, cum *Antonio & Octavio Romæ* egit; *statua* verò, cum *hostis* P. R. *declaratus* esset, ut mox audiemus, dejecta fuit. *Antonio* interim ab obsidione Mutinæ ab *Octavio* profligato, *ad Lepidum* se recipiens, cum eo in *Italiam* venit adversus *Cæsarem*; sed congressi in *Insula parva* fluvii, qui *Bononiam* alluit, V. Kal. Dec. Anno 710. *sese æqua potestate & TriumViros Rei Publicæ Constituendæ in quinquennium renunciarunt*, contra *Julii percussores* bellum decreturi: quo tempore multi Senatores, multique Equites Romani proscripti fuerunt, inter quos & ipse *Paulus Lepidus*, *ejus frater*, anno 712. exstitit. *Consulatum* denuo gessit cum *L. Munacio Planco*, & *custodia Urbis* illi erat simul commissa, cum *Antonius & Cæsar Julii Dictatoris percussores bello persequerentur.* Sed quando anno $\frac{712}{13}$. *bello Philippensi*

penſi victoriam de *Bruto* & *Caſſio* obtinuerant, *Lepidum* hi non ſolum *antecellere* nitebantur, ſed & *imperium inter ſe partiti erant*, ita ut *Cæſari Hiſpania* & *Numidia*, *Antonio Gallia* & *Africa* maneret, eà conditione, ut ſi *Lepidus* animo iniquo hocce ferret, *ipſi Africa* concederetur. Id verò cum ægrè omnino ferret *Lepidus*, *Auguſtus illum in Africam* miſit, quo illum amiciorem haberet, quam etiam pacatam introivit. Dehinc anno 715. denuo *iidem Collegæ ſe TriumViros R. P. C.* in *alterum quinquennium* renunciarunt. Sed cum devicto *Sexto Pompejo*, *Lepidus* multa *contra Cæſarem* machinaretur, ab *Auguſto* omni *dignitate & exercitu exutus*, *Circejos in perpetuum relegatus eſt.* Refert id *Vellejus* L. II: *Quippe cum inermis & lacernatus eſſet* (Cæſar) *præter nomen nihil trahens*, *ingreſſus caſtra Lepidi*, *evitatis*, *quæ juſſu hominis praviſſimi tela in eum jacta erant*, *cum lacerna ejus perforata eſſet lancea*, *aquilam Legionis rapere auſus eſt : Scires*, *quid intereſſet inter Duces ; armati inermen ſecuti ſunt*, *decimoque anno*, *quam ad diſſimillimam vitæ ſuæ potentiam pervenerat Lepidus*, *à militibus & fortuna deſertus*, *pulloque velatus amiculo inter ultimam confluentium ad Cæſarem turbam latens*, *genibus ejus advolutus eſt ; vita rerumque ſuarum dominium conceſſa ei ſunt*, *ſpoliata*, *quam tueri non poterat*, *dignitas.* Quæ ſtudio uberius paulo expoſuimus, ne in ſequentibus iſta addere cogamur, quoque notabilior eſt horum *TriumVirorum hiſtoria.* Et cum in ſumma ſupra *Antonii* res geſtas dederimus, *Lepidi* hic adjunximus, *Octavii* in poſterum viſuri. Siſtit hunc nummum *argenteum* & *Goltzius* T. XIV. n. 7. & in *M. Æmilii Lepidi nummis* Tab. XXV. n. 1. & T. XXIX. n. 11. *Nonnius* T. XIII. n. 9. & T. XX. n. 3. & Tab. XXII. n. 11. quamvis *capite* & *literis inverſis*, *Sculptoris incuria*, utrobique. *J. Valens in Fam. Æmilia* T. VI. n. 25. iterumque *Goltzius* in Faſtis pag. 179. n. 4. *A. Morellius* in *Nummis Conſularibus Goltzianis* ſeorſim editis Tab. III. n. 13.

NUM. 28.

DIVUS JULIUS. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, *pone lituus*, *uti T. I. n.* 48.

Marcus LEPIDUS PONTifex MAXImus. Caput Lepidi nudum, *ante lituus.*

L*epidi faciem* frequentem comparere una cum *Cæſaris effigie* in *nummis* mirari non habemus, ſi *intimam horum* perpendimus *amicitiam*, de qua in præcedentibus jam diximus, & *TriumVirorum propoſitum* in *vindicanda Cæſaris nece*, ut adeo ſicuti *præcedentem illo vivo*, hunc *eo mortuo*, in honorem ipſius percuſſum fuiſſe, videamus; *Imperator* vero, cum in *præcedenti* nummo audiat, hic *Pontifex Maximus* cluit, *quam* dignitatem ab *Antonio conſecutum fuiſſe*, in præcedenti nummo audivimus. Siſtit hunc nummum *Goltzius* Tab. XXVI. n. 22. & *Nonnius* T. XXI. n. 13. & 22. *A. Morellius* in *Nummis Conſul. Goltzianis* ſeorſim excuſis Tab. III. n. 9. & 6.

TABULA VIII.

EXHIBENS

NUMMOS C. JULII CÆSARIS GOLTZIANOS.

NUM. 1. & 2.

Γαΐου ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟΣ ΔΟΚΤΑΤΩΡΟΣ Αυκάβαντ© Γ. (*Caji Julii Cæſaris Imperatoris Dictatoris Anno Tertio.*) *Caput Julii laureatum dextram verſus.* (*Exhibet hoc Caput Goltzius Tab. II. N.* 24.)

ΙΛΙΩΝ ΒΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (*Ilienſium bis Neocororum.*) *Æneas ſiniſtro humero Anchiſen velatum geſtans*, *dextra Palladium tenet*, *præcedente Aſcanio*, *ſive Julo*, *cum quodam capitis tegumento.*

C*um Julii genus* ſuum ad *Æneam* & *Venerem* referant, uti toties audivimus, *Ilienſes in Troade* adblandientes Cæſari, hoc *pietatis* emblema (de quo jam ſatis ſupra Tab. IV. n. 17. 18. egimus) nummis impreſſerunt, quod *à Cæſare*, vel *alio* jam factum, & *à Trajano*, *eundem typum reſtituente*, *repetitum* fuiſſe, ſupra jam T. IV. n. 16. 17. 18. vidimus, ubi ſatis multa de iſto attulimus, quorſum B. L. ablegamus. Conditorem *Ilii* alii cum *Virgilio* Libro VIII. Æneid. 134. *Dardanum* faciunt, canente:

> *Dardanus Iliacæ primus pater Urbis & Auctor*;

Alii cum *eodem Cynthium* volunt, Libro III. *Georgic.* 36. ſcribente:

> . . . . *Et Trojæ Cynthius Auctor.*

Servius Apollinem nominat propter muros: vel *Cynthium*, Regem Trojæ, quem in Troicis ſuis *Nero* commemorat. *Euſebius* ab *Ilo* conſtructum tradit, in quo, ut mox audiemus, *Stephanum* habet conſentien-

ſententem. Situm verò fuit *Ilium* in *Troade*, heroicis caſibus clariſſimum, inter *Idam* montem & oram maritimam, 1500. paſſus ab ea diſtans, à *quo* noſtrum profectum fuiſſe nummum, credimus, quamvis & *aliæ Urbes hujus nominis* fuerint. Siquidem de iſto ita *Stephanus de Urbibus* p. 416: Ἴλιον, πόλις Τρωάδος, ἀπὸ Ἴλου, ἣν οἱ Τρῶες Ἄτην ἐκάλουν. *Ilium, Urbs Troadis, nomen habens ab Ilo. Hanc Urbem Trojani Aten vocant.* Pergit laudatus Auctor: *Tertia Macedoniæ, ab Heleno condita. Quarta Theſſaliæ. Quinta Thraciæ, juxta Bizynam. Ilienſis Apollo eſt Trojæ.* Noſtræ favet ſententiæ *Jacobus Gronovius* in notis ad iſtum locum, ubi ſic commentatur: *Gentile* Ἰλιεὺς *apud Antiquarios Goltzium, Spanhemium, ſatis frequens occurrit, ut &* Ἴλιος *apud Triſtanum & Goltzium* Ἰλιέων Νεωκόρων. *Sed obiter obſervandum, Homerum nunquam hoc Gentile uſurpaſſe; pro* Ἰλιεῖς *paſſim habet* Τρῶες, *ut multis docet Euſtathius ad Iliad. B.* De *Urbibus* verò *Neocoris* legi meretur *Alb. Rubenius*, qui *integram* de *iis Diatriben* dedit, Anno MDCLXIV. *Trajecti ad Rhenum* typis excuſam, & poſtea Tom. XI. *Rerum Romanarum J. G. Grævii* inſertam. *Neocora* autem iſta dicebatur *Civitas*, in cujus *ſolo templum aliquod toti Provinciæ commune erat*, ad quod univerſa Provincia confluebat, quem *conventum*, ut non ſolum *ſacrificiis*, ſed & *certaminibus ac ludis celebrem* redderent, omni cura ſtudebant. Unde origo etiam *Ludorum Olympicorum*, *Pythiorum* aliorumque petenda eſt. Siquidem Νεωκορεῖν nihil aliud notat, quam *res ſacras tractare*, *honorem Numinis alicujus ejuſdemque Ædem curare*, ſicuti verbi gratia *Epheſii* Dianæ, *Dorienſes* Apollinis Triopii, *Magnetes* Leucophrynæ *Neocori* paſſim in nummis audiunt. Jam vero ex *Strabonis* Libro III. liquet, *Minervæ Templum* olim habuiſſe *Ilienſes*: *Fuit priſcum Ilium*, ſcribens, *XXX. fere ſtadiis ſupra verſus ortum & Idam ad Dardaniam, ubi nunc* (Strabonis ætate) *eſt Ilienſium pagus. Ilium, quod nunc eſt, ajunt pagum fuiſſe, & habuiſſe exiguum ac vile MINERVAE TEMPLUM. Alexandrum autem Magnum, cum à pugna ad Granicum eo adſcendiſſet, locum Urbis nomine ornaſſe, &, ut reficeretur, mandaſſe. Eo mortuo Lyſimachus Urbis curam ſuſcepit, TEMPLUMque condidit, muroque Urbem cinxit, XL. circiter ſtadiorum, & in eam commigrare juſſit circumjacentes Urbes antiquas jam ruinam trahentes*, & in *L. Veri* quoque nummo ab *Ilienſibus cuſo*, *Minerva ſtans* comparet, *dextrâ haſtam*, *ſiniſtra noctuam tenens*, cum inſcriptione: ΙΛΙΕΩΝ, ſicuti & *eadem* in *Juliæ Domnæ nummis* occurrit, dextra *haſtam*, ſiniſtra *victoriam* tenens, ad pedes jacente *clypeo*. Et quando in *ejuſdem Auguſtæ* nummo *Vir ſacra faciens ante Minervam, cippo impoſitam*, conſpicitur, cum inſcriptione ΔΟC (h. e. anno 274.) ex hoc manifeſtum fit, illos *Epocham Syllanam* ab A. V. C. 670. habuiſſe, ſiquidem *Sylla*, in fugam acto *Fimbria*, qui eos expugnaverat, *Ilienſes multis beneficiis refecit* & conſolatus eſt, ipſo hoc atteſtante *Strabone*. Si ergo *Ilio Æneas* ſalvus exceſſit, quidni *in rei ſempiternam memoriam*, & *honorem Julii*, ab iſto genus *ſuum ducentis*, *ſimul iſtum ſignaverint Ilienſes*? *Hectorem* quoque in ſuis nummis alias etiam præferentes, cui mortuo *Ilienſes*, *Philoſtrato* in Heroicis teſte, *divinos honores detulerunt*. Quâ occaſione non poſſumus non heic rememiniſſe *joci Tiberiani*, apud *Suetonium* in *Tiberio* cap. 52. proditi: *Quin & ILIENSIUM Legatis paulo ſerius conſolantibus* (de morte filii Druſi) *quaſi oblitterata jam doloris memoria, irridens: ſe quoque, reſpondit, vicem eorum dolere, quod egregium civem HECTOREM amiſiſſent.* Sane eò quo diximus, collimat & *Goltzius* in *vita Cæſaris* p. 143. *ſcribens: Ilienſes præterea, quos Sulla antea plurimis beneficiis affecerat, propter NECESSITUDINEM & COGNATIONIS VINCULUM per JULUM, majoribus inſuper beneficiis proſecutus, agris, libertate, immunitate donavit Julius.* Imo ferunt, eundem in *animo habuiſſe, confecto bello Parthico, translatis Imperii opibus, exhauſtaque delectibus Italia, ILIUM aut Alexandriam commigrare, ibique ſive Imperii ſive regni ſedem conſtituere.* Ipſum *Claudium* quoque Cæſarem opinionem hanc foviſſe, quaſi Romani ab *Ilienſibus* ſuam haberent originem, *Suetonius* teſtis eſt, in *vita ejus* c. 25: *Ilienſibus, quaſi Romanæ Gentis Auctoribus, tributa in perpetuum remiſit; recitata vetere Epiſtola Græca Senatus Populique Romani, Seleuco Regi amicitiam, & ſocietatem ita demum pollicentis, ſi conſangineos ſuos Ilienſes ab omni onere immunes præſtitiſſet.* Hæc cum ante aliquot jam hebdomadas, meis indulgens conjecturis, in chartam conjeciſſem, opportune adhuc in manus venit ſupra laudata *A. Rubenii de Urbibus Neocoris Diatribe*, & cum videam idem plane mecum ſentire, aliumque adhuc *Euſebii* locum adducere, non poſſum non integra ejus verba heic adponere: *Exſtat etiam Julii Cæſaris nummus inſcriptus:* ΙΛΙΕΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *quia nempe in Ilienſium Urbe olim Sacrarium erat Palladis, quod antea ignobile Alexander donariis auxit, & debellatis Perſis, promiſit, ſe Delubrum celeberrimum conditurum, ſacrumque certamen inſtituturum: mortuo autem Alexandro, Lyſimachus Templum exſtruxit, Strabone teſte Libro XV. Sacrum etiam Agonum (ex Alexandri promiſſo) inſtituiſſe videtur, quem* ΙΛΙΑ *vocatum fuiſſe, exiſtimo, cujus mentio apud Euſebium in Chronico de Nerone:* Ἰσθμίοις, καὶ Πυθίοις, καὶ ΙΛΙΌΙΣ, καὶ Ἀκτίοις ἐστεφανῶντο. *Vide Heſychium in voce* Ἰλίεια. *Deinde vero Julius Cæſar, cum ob æmulationem Alexandri Magni, tum etiam ob cognationem ſibi cum Ilienſibus intercedentem, exornandum Ilium ſuſcepit, ut Strabo memorat:* Χώραν τε δὴ προσένειμεν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἀλειτουργησίαν αὐτοῖς συνεφύλαξε. *Quin etiam (ut ex hoc nummo, qui Æneam præfert, conjicere licet) Templum aliud Æneæ, Juliæ Gentis Auctori, ædificavit, & Ludos in honorem ejus conſtituit; ita ut Ilienſes* ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΟΙ *facti ſint, Palladis nempe & Æneæ.* Exhibet inſuper hunc nummum *Goltzius* Tab. VII. n. 3. *Nonnius* T. VI. n. 3. *Occo*, *Octavius Strada* in vita *Cæſaris* p. 1. qui tamen aureum pro æreo prodit, & ΙΛΙΩΝ male reponit, *Triſtanus* T. I. p. 38. *Harduinus in nummis antiquis Populorum & Urbium* p. 218. ubi male *Goltzium*, *Nonnium ac Triſtanum corrigit*, ac legit ΙΛΙΕΩΝ ΔΙΣ &c. pro ΙΛΙΩΝ ΒΙΣ. quamvis & ipſe *Goltzius* in adjecta *dictionum Græcarum*, *quæ* in nummis legantur, interpretatione, calci p. 219. *adjecta*, ipſe moneat: ΒΙΣ *pro* ΔΙΣ & ΚΟΡΟΣ *inter cætera hominum cœtum, ſive multitudinem ſignificare*, & potius ad *inſcriptionem* ſpectare videatur. *Thom. Dempſterus* Antiquitat. *Roſini* auctis, edit. *Genev.* 1620. p. 199. *A. Morellius* in Nummis Conſularibus *Goltzianis* in Famil. *Julia* Tab. XX. N. 6. ubi tamen Νεωχόρων pro Νεωκόρων falſo æri inciſum legitur.

NUM.

Num. 3. & 4.

Γαΐου ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟΣ. *(Caji Julii Cæſaris Imperatoris) Caput Julii laureatum lævam verſus, pone lituus. (Habet hoc Caput Goltzius Tab. I. N. 7.)*

Elephas gradiens, ſupra quem, & infra ipſum, literæ conſpiciuntur Punicæ.

Si B. L. ea attenderit, quæ ſupra ad T. IV. n. 21. 22. & 23. item n. 26. & 27. ac 28. & & 29. jam diximus, multam lucem & huic nummo fœnerabitur. Obſervamus ſaltem, ex hoc *nummo æreo firmari poſſe illorum ſententiam*, qui putant, illos *Denarios cum Elephante cuſos fuiſſe, devicto à Cæſare Juba, & Africa ſubjugatâ*, quam *Regionem hoc animali abundare*, ſupra jam diximus, præſertim, quod *etiam Punicis literis circumſcriptum iſtud animal* in hoc nummo conſpiciatur. Certe eò tendiſſe etiam Eruditiſſimum *Albertum Rubenium*, verba ejus, quæ habet in *Diſſertatione de Nummo Auguſti*, *cujus Inſcriptio: ASIA RECEPTA*, evincunt, quæ pag. 1368. edit. *Grævianæ* in Tomo XI. *Theſ. Roman.* hæc ſunt: *Ita quædam Julii Cæſaris Numiſmata, quæ ne dubitari poſſet, in Africa ſignata eſſe, literis Punicis inſcribuntur, elephantem præferunt; alia ejuſdem formæ latinis literis inſignita ſunt.* *Nonnius* & *Oudanus* putant, reſpicere *originem cognominis Cæſaris*, quod *avus Cæſaris in Africa manu propria occiderit Elephantem*, teſte *Spartiano* & *Servio*. Quo tendere & videtur *Carolus Sigonius in Libro de Nominibus Romanorum* cap. 5. p. 1977: *Cæſar*, ſcribens, *Juliorum cognomen fuit, de quo alii aliter tradiderunt; Amicus autem meus in Libro de nominibus ita: Illud non prætermittam, Cæſarem non ab utero cæſo dictum, quod multis video placere; ſed quod ait Servius & Spartianus, ab elephanto primum cæſo; nam lingua Punica Cæſar Elephas dicebatur. Quare in quibuſdam argenteis nummis apud me videre eſt, ab altera parte elephantem cum hac inſcriptione CAESAR, ab altera autem inſtrumenta, quibus elephantos Romani perimebant.* Quam *Franciſci Robertelli* adverſæ partis explicationem jure meritoque ibi refellit doctiſſimus *Sigonius*. Nos priorem & *A. Rubenii* præferimus ſententiam. Siſtunt alias hunc nummum æreum *H. Goltzius* Tab. VII. n. 4. & *Lud. Nonnius* Tab. VI. n. 4. *Joach. Oudanus* T. IV. n. 4. p. 40. *Jac. Oiſelius* Tab. I. n. 4. p. 5. *A. Morellius* in Nummis Conſularibus *Goltzianis* Tab. XIX. N. 14. in *Fam. Julia*: ubi tamen *Caput Cæſaris* in antica falſo *dextrorſum* reſpicit.

Num. 5. & 6.

DIVO JULIO. Caput Cæſaris laureatum dextram verſus, ad frontem ſtella, uti Tab. II. n. 56. & Tab. VIII. n. 5.

vel

DIVUS JULIUS. Caput Cæſaris laureatum dextram verſus, ad frontem ſtella, uti T. II. n. 60.

Julius Cæſar ſedens laureatus ac ſeminudus ſiniſtram verſus, dextra cornu copiæ, ſiniſtra victoriolam protendens, Marti ante ipſum galeato, ſcutum & haſtam tenenti, ac in ara conſtituto, porrigentem lauream.

Mox poſt *fata Julii* ad *memoriam ipſius omnibus venerabilem reddendam*, & confirmandum populum in opinione, *ipſum vivum adhuc fuiſſe Deum*, *aureos* hujus formæ & *argenteos* nummos fuiſſe ab *Auguſto* ſignatos, *DIVI elogium arguit*, ſicut & *ſtella fronti ejus imminens*, quam *ſupra ſtatuam ipſius* ab *Auguſto conſtitutam quoque fuiſſe*, ſupra non ſolum monuimus, ſed & *ſic in nummis eandem* offendimus. Conſentit & *Cæſaris figura in adverſa*, ubi ſub *Dei habitu ſeminudus ſedet*, dextra *cornu copiæ* (quod *Geniis* & *Heroibus* ſemper tribuitur) *tenens*, ſiniſtra verò *victoriolam*, quæ adſtanti *Martis ſimulacro coronam lauream* tradere quaſi videtur, *Divus* nunc, & *victoriis quaſi ſatur*, gratiasque veluti *Marti* pro præſtita ope & auxilio relaturus. *Triſtanus* in *ſuo Commentario* p. 37. *Deam* agnoſcit *ſedentem*, putatque eſſe *Venerem Victricem*, vel *Figuram Urbis Romæ victorioſæ*, & *Julium Cæſarem comparere ſub Martis ſpecie*, qui à *Victoria coronam* accipiat, *meritam* omnino *victoriis* atque *factis ſuis illuſtribus*; aut potius *ſtatuam eſſe illam*, quam *Romani in Templo Quirini ipſi in honorem poſuere*, cum *titulo illo ſplendido*: ΘΕΩ ΑΝΙΚΗΤΩ, *Deo Invicto*, juxta *Dionem Caſſium* Lib. XLIII. præſertim cum *ſimulacrum* illud, ſi *Martis* eſſet, *haſtam tenere* deberet, non *jaculum*. Sed ſi *Goltzium*, qui primus eundem edidit, inſpicimus, non ſolum *Viri*, ſed & *ipſius Cæſaris faciem* repræſentari per ſedentem illum, deprehendimus, ut adeo *priorem* cum *A. Rubenio* præferre malimus ſententiam. Exhibet hunc nummum aureum *A Rubenius* in *Croyiaci Ducis Numiſm.* T. II. n. 21. 22. *Goltzius aureum & argenteum* Tab. VII. n. 8. *Nonnius* Tab. VI. n. 8. *Triſtanus in Commentario ad nummos Cæſaris* p. 33. *A. Morellius* in Nummis Conſul. *Goltzianis* Tab. XX. N. 10. & 11. in Fam. *Julia*. *Antonius Zantanus* argenteum T. III. in arg. *Cæſ.* N. 16. ut tamen heic neque Cæſar compareat laureatus, nec Mars cum ſcuto, ex oſcitantia ſine dubio ſculptoris.

Num. 7.

Cajus CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, uti Tab. II. n. 44.

Cajus COSSUTIUS MARIDIANUS. Venus Victrix nuda à tergo conſpicienda, infra clunes veſtis laciniâ circumdata, dextra galeam protendens, ſiniſtra verò haſtam, ſeu ſceptrum (& non jaculum, ut alii volunt) tenens, eaque clypeo aræ impoſito innitens, ante illam aquila Legionaria haſtæ infixa eſt conſpicienda.

In *honorem Julii Cæſaris*, tunc *Dictatoris Perpetuo*, ut *antica* prodit, hunc nummum à C. *Coſſutio Maridiano*, *TriumViro Monetali*, de quo ſupra Tab. III. n. 5. 38. & 39. plura jam diximus, fuiſſe ſignatum, ex *poſtica* ſimul diſcimus. *Nuda dea* hic conſpici-

ſpicitur prorſus ac *illam Praxitelis Cnidiam* depingit *Lucianus*, cujus hæc verba: Ἡράκλεις, ὅση μὲν τῶν μεταφρένων εὐρυθμία, πῶς δ' ἀμφιλαφεῖς αἱ λαγόνες, ἀγκάλισμα χειροπληθές· ὡς δ' εὐπερίγραφοι τῶν γλουτῶν αἱ σάρκες ἐπικυρτοῦνται, μήτ' ἄγαν ἐλλιπεῖς, αὐτοῖς ὀστέοις προσεσταλμέναι, μήτε εἰς ὑπέρογκον ἐκκεχυμέναι πιότητα: *Hercle, quanta dorſi concinnitas! ut prominentes lumbi amplexantis manus implentes! quam ſcitè circumſcriptæ clunium pulpæ incurvantur, neque tenues nimis ipſisque oſſibus adſtrictæ, neque in immenſam effuſæ pinguedinem. Venerem* verò *Victricem* quando imprimi fecit cum *haſta, galea & clypeo*, neſcimus, an non commodius de VENERE ARMATA interpretari poſſimus, QUAM *annulo inſculptam Cæſar quoque geſſit?* adeoque *nummum hunc* rectius *majorem lucem dare loco Dionis*, quam ſi iſte de *Cloviorum Pallade* explicetur, uti ſupra audivimus; quamvis non neſciamus *votum Cæſaris*, qui VENERI VICTRICI *ante pugnam Pharſalicam Ædem in Urbe ſacrandam promiſerat, ſi propitia juvaret, ut Victor in Urbem rediret, quod &, ſequuto eventu proſpero*, poſtea fecit; Nec vanum adeo fuerat *Pompeji* ſomnium ante eandem pugnam, quod *Plutarchus* refert, cum ſibi viſus fuiſſet, *Veneris Victricis Templum variis ſpoliis exornaſſe*, quod ad *Cæſarem* omnino pertinuiſſe, eventus docuit. Sed juvabit heic *Veneris armatæ originem* quoque ex *Lactantio* audire: *Cum Meſſenii à Lacedæmoniis obſeſſi, furtimque, deceptis obſeſſoribus, egreſſi, ad diripiendam Lacedæmonem cucurriſſent, à Spartanis mulieribus fuſi fugatique ſunt. Cognitis autem hoſtium dolis, Lacedæmonii ſequebantur. His armatæ mulieres obviam longius exierunt, quæ cum Viros ſuos cernerent, parare ſe ad pugnam, quod putarent Meſſenios eſſe, corpora ſua nudaverunt. At illi uxoribus cognitis, & adſpectu in libidinem concitati, ſicut erant, armati permiſti ſunt, utique promiſcuè, nec enim vacabat diſcernere. Sic juvenes ab iisdem ante miſſi cum virginibus, ex quibus ſunt Parthenii nati. Propter hujus facti memoriam, Ædem VENERI ARMATÆ ſimulacrumque poſuerunt. Aliam Veneris armatæ originem ſuppeditat Leonidas:*

Ἄρεος ἔντεα ταῦτα τίνος χάριν ὦ Κυθέρεια
Ἐνδέδυσαι, κενεὸν τοῦτο φέρουσα βάρος;
Αὐτὸν Ἄρη γυμνὴ γὰρ ἀφώπλισας· εἰ δὲ λέλειπται
Καὶ Θεὸς, ἀνθρώποις ὅπλα μάτην ἐπάγεις.

Ex Natalis Comitis verſione:

Hæc Martis ſunt arma, Venus cur cingeris iſtis?
Cur Cytherea geris tam grave pondus iners?
Mars eſt à nuda victus. Cum ceſſerit ipſe
Vel Deus, hæc fruſtra nunc geris arma viris.

Vulgavit alias jam ante hunc nummum *argenteum Hub Goltzius* Tab. VII. n. 10. *L. Nonnius* Tab. VI. n. 10. *Jac. Giſelius* Tab. XLIX. n. 3. p. 287. 288. *Joachim. Oudanus* in Poten. Rom. Tab. LII. N. 3. p. 260.

Num. 8.

Caput Cæſaris laureatum lævam verſus uti Tab. I. n. 1.

CAESAR DICTator PERPetuo. Venus Victrix nuda antrorſum ſtans, dextra protendens galeam, ſiniſtram, cui veſtis lacinia ſuperjecta eſt, imponens clypeo rotundo, à tergo aquila Legionaria terræ infixa, ante aquilam, aræ, vel ut alii rectius exiſtimant, columnæ inſidens.

In *præcedentibus* omnibus nummis vel *ſeminudam Venerem*, vel *penitus tectam* conſpeximus. Hic *penitus nudam eandem* offendimus, qualem *Poëtæ, Pictores* ac *Statuarii* illam exhibere ſolent communiter. *Ovidius* in Epiſtola *Didonis ad Æneam* de ita ita vſ. 60.

. . . . . quia Mater Amorum
Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

Et Lib. III. *de Arte amandi* vſ. 224.

Nuda Venus madidas exprimit arte comas.

Sidonius Apollinaris Carmine VII:

Nuda Venus, fœcunda Parens, pharetrata Diana

Appulejus Lib. X. Metamorph: *Qualis Venus, cum virgo fuit, nudo & intecto corpore &c. Albericus* de *Deorum imaginibus* ejus formam eam ſtatim communicat: *Pingebatur Venus pulcherrima puella nuda*, &c. Et *Arnobius* Lib. VI: *Venus nuda ac aperta depingitur, ac ſi dicas, illam publicare ac divendere meritorii corporis formam. Lucianus autem in Amoribus Praxitelis Venerem Cnidiam* ſic deſcribit: Εἴσω τοῦ νεὼ παρήειμεν. Ἡ μὲν οὖν θεὸς ἐν μέσῳ καθίδρυται. Παρίας δὲ λίθου δαίδαλμα κάλλιστον ὑπερήφανον, καὶ σεσηρότι γέλωτι μικρὸν ὑπομειδιῶσα, πᾶν δὲ τὸ κάλλος αὐτῆς ἀκάλυπτον, οὐδεμιᾶς ἐσθῆτος ἀμπεχούσης γεγύμνωται, πλὴν ὅσα τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ τὴν αἰδῶ λεληθότως ἐπικρύπτειν. *In templum introivimus, cujus in medio Dea poſita eſt, ex Pario marmore, opus ſanè pulcherrimum, & diducto ore paulum ſubridens. Tota autem ejus pulchritudo detecta, nulla veſte ipſam tegente, nuda conſpicitur, niſi quod oblita ſui altera manu pubem obtegat.* Quod tamen hic non fieri videmus. *Venerem Victricem* verò hic denuo exhiberi, *Galea*, quam *dextra* præfert, & *ſcutum*, quod *ſiniſtra* tenet, ſatis confirmare videntur. Sed quando *titulus Cæſaris, Dictatoris perpetui*, adjectus eſt, non *Venus*, quæ *Marti ſuperior fuit, armisque illum exuit*, ceu nonnulli illam tum in hoc, tum in præcedenti explicarunt, ſed *illa* potius indicatur, *quæ fortiter illi, velut deſcendenti ex ſuo ſanguine, in præliis contra hoſtes adſtitit*, quæ *victorem illum*, dum *eandem* quoque *teſſeræ loco* dederat, in *ultima & decretoria pugna eſſe voluit*, per quam ſummum iſtud axioma conſecutus fuit. Hinc illam *armatam ac Victricem* in nummo *galeam & clypeum magnum rotundum*, ſub *quo tutus in præliis egit*, ipſi *quaſi ſuppeditantem* videas, *eumque* reddentem, qui *Jovi ſimillimus*, quod *aquila* in *columna adſtans*, arguit. Siquidem *Dio* Lib. XLIV. teſtatur, *Jovis etiam cognomen Cæſari palam fuiſſe impoſitum*. Imo in nummis, ab *Auguſto*

Augusto cusis, Julius hastam ac aquilam tenens, ut Jupiter, in *Alexandri M.* nummis exhibetur. *Tristanus* eo abit, quasi *aquila in columna* forsan designet *subjectum ipsi nunc securum ac perpetuum per victorias suas fore Imperium Romanum*, cum *Aquila avis Regia sit*, ac *Majestatem Imperii*, ceu *S. Dionysius Areopagita* docet, & ex sequentium Imperatorum *præsagiis* colligi quoque potest, semper denotet: Sed *priori* malumus inhærere *sententiæ*, quod *aquila* tunc *temporis* non tam *celebre Imperii symbolum, ac sequioribus temporibus, exstiterit.* Communicavit olim jam hunc ipsum nummum *aureum* nobis *H. Goltzius* Tab. VII. n. 12. *L. Nonnius* Tab. VI. n. 12. *Alb. Rubenius in Croyjaci Ducis Numism.* Tab. III. n. 9. 10. *Jac. Oiselius* Tab. LXIX. n. 2. p. 285. 286. *Joach Oudanus* in Pot. Rom. Tab. LII. N. 2. p. 260. *Tristanus in Commentario suo in nummos Cæsaris* p. 26. *Ezech. Spanhemius in Juliani Cæsaribus* p. 305. *L. Begerus in Observationibus ad Numismata quædam antiqua* p. 8. *A. Morellius* in Nummis *Consularibus Goltzianis* in Famil. *Julia* Tab. XIX. N. 18. ubi tamen falsam anticam assignavit, nempe Caput Cæsaris laureatum dexteram versus.

NUM. 9. & 10.

ΓαΐΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΟΥΠΑΤΟΣ ΤΡΙΤΩΝ. *(Cajus Julius Cæsar Consul Tertium) Caput Julii Cæsaris laureatum lævam versus, pone lituus, Auguratus signum.*

ΠΟΥΒΛΙΟΣ ΣΟΥΛΠΙΚΙΟΣ ΡΟΥΦΟΣ. *(Publius Sulpicius Rufus.) Vir, capite nudo, insistens proræ navis rostratæ, dextra tenet aquilam legionariam, à tergo stat miles legionarius galeatus, dextra signum cohortis, læva clypeum tenens.*

Si *Publium Sulpicium Rufum* navi huic insistere credamus, *stipatum alio milite*, fortè non errabimus. Hujus *Publii Sulpicii Rufi* ipse *Cæsar* facit mentionem Lib. IIII. de *Bello Gallico* c. 22. Isque est, quem *portum Morinorum cum præsidio tenere*, jusserat, trajecturus in Britanniam Cæsar: *P. SULPICIUM RUFUM*, scribens, *LEGATUM cum eo præsidio, quod satis esse arbitrabatur, portum* (Morinorum) *tenere jussit.* Forteque idem est, cujus Libro III. de *Bello civili* c. 101. meminit: *Et cum esset Cæsaris classis divisa in duas partes, & dimidiæ parti PRÆESSET P. SULPICIUS Prætor, Liboque ad fretum, dimidiæ M. Pomponius ad Messanam, prius Cassius ad Messanam advolavit.* Circumspicientem ergò hic in prora navis de rebus classi necessariis, si hic offendimus, quid mirum? Exhibet nummum hunc *æreum & Goltzius* Tab X. n. 3. *Nonnius* Tab. IX. n. 1. *in quo iterum figura navis & hominum inversa, Sculptoris incuria, data est, minusque rectè antica ipsi adsignata, voxque* ΡΟΥΦΟΣ, *quæ punctis, quod legi satis distinctè non potuerat in prototypo Goltziano, indicata saltem fuerat, omissa planè est.* Anticam sive Caput sistit *Goltzius* Tab. II. N. 23. *A. Morellius* in Nummis *Consularibus Goltzianis* in Fam. *Julia* Tab. XX. n. 3. ubi tamen, quod notandum, non solum ΡΟΥΦΟΣ omissum fuit, sed &, dum incaute sequutus est *Nonnii* editionem, plane *falsam assignavit eidem anticam*, nempe cum Inscriptione hac, Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚ. ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. cum Capite Cæsaris laureato dexteram versus.

NUM. 11. & 12.

ΓαΐΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚράτωρ ΑΡΧΙΕΡεὺς ΜΕΓας. *(Cajus Cæsar Imperator Pontifex Maximus.) Caput Cæsaris laureatum dextram versus. Vide hoc Caput quoque apud Goltzium Tab. II. N. 15.*

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΚΟΙΝΟΝ. Αὐτοκράτορος Γ. *(Alexandrinorum Commune, sive Communitas, Anno tertio) Victoria alata, sinistra palmæ ramum tenens ac insistens rostratæ navis proræ, Aquilæ Legionariæ coronam lauream imponit.*

Ab *Alexandrinis, Cæsari devotis, ac gratis subditis*, hunc nummum fuisse cusum, primo intuitu quivis perspicit. Novimus verò, & *bellum Alexandrinum gessisse Julium, & feliciter illud quoque confecisse.* Post multas etenim clades acceptas, cum *se* deinceps *ejus potestati permisissent*, in gratiam eosdem recepit, nec, quod facere alias potuisset, in istos sævîit, sed *tamen de istis* Triumphum egit. Repetimus supra allata *Suetonii* verba c. 35: *Et fugientem* (Pompejum) *ALEXANDRIAM persecutus; ut occisum deprehendit, cum Ptolomæo Rege, à quo sibi quoque insidias tendi videbat, BELLUM sanè DIFFICILLIMUM gessit, neque loco neque tempore æquo, sed hieme anni, & intra mœnia copiosissimi & solertissimi hostis, inops ipse rerum omnium, atque imparatus.* Singulare *fatum*, quod ibi expertus est, pariter refert *Suetonius* cap. 64: *ALEXANDRIÆ circa oppugnationem pontis, eruptione hostium subita compulsus, in scapham, pluribus eodem præcipitantibus, cum desiliisset in mare, nando per CC. passus evasit ad proximam navem, elata læva, ne libelli, quos tenebat, madefierent: Paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis.* In quo & *Dio* consentit: Μηδὲν τῶν γραμμάτων βρέξας, ἃ πολλὰ ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ἀνέχων ἐνήξατο, *ne madefactis quidem inter natandum, quos sinistra manu tenuerat, libellis.* *Legionibus* verò, quas ibi reliquerat, præfecit, eodem prodente *Suetonio* cap. 76: *Trium Legionum, quas ALEXANDRIÆ relinquebat, curam & imperium Rufini Liberti sui filio, exoleto suo, demandavit.* Sed & *Triumphi* de eodem acti, idem meminit *Suetonius* c. 37: *Primum & excellentissimum Triumphum egit Gallicum, sequentem ALEXANDRINUM, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, novissimum Hispaniensem, diverso quemque apparatu & instrumento.* Quod & *Vellejus* Lib. II. confirmat: *Gallicum*, scribens: *citro*, (rectius *cedro*) *Ponticum Acantho, ALEXANDRINUM testudine, Africum ebore, Hispaniensem argento rasili constitisse*; quod verò de *ferculis triumphi*, diversa *materia* factis, intelligendum est. Quando denique in *antica* ipse ἀρχιερεὺς μέγας in nummo *obsignatus* legitur, probe id notamus non solum contra *Dionem*, qui *Cæsarem* non nisi ἀρχιερέα simpliciter, cæteros ἱερέας vocat, cum tamen *Græcus* fuerit, ac in *rebus Romanis exercitatus*, id ante nos quoque observante *Jacobo Gutherio* de *veteri Jure Pontificio* Libro I. c. 8. Sed & *contra Plutarchum* in Cæsare, *Appianum* Bell. Civ. Lib. II. & *Josephum* Libro XV. Antiquit. Judaic. c. 17. qui ipsum non nisi ἀρχιερέα simpliciter quoque vocant, rectius cum nominassent ἀρχιερέα μέγαν secundum *Romanorum instituta & fidem nummorum.* Offendimus denique hunc *æreum* nummum apud *Goltzium* Tab. X. n. 1. *Nonnium* T. IX. n. 3. ubi tota non *solum figura inversa,*

inverſa, *ſumma ſculptoris incuria*, *data eſt*, ſed & *antica malè huic poſticæ adſignata*, cum n. 15. loco 23. eſſe debeat, ceu ex prima *Goltzii editione conſtat. Harduinus* de *Nummis Græcis populorum & Urbium* p. 27. *Occo* p. 12. *A. Morellius* in Nummis Conſul. *Goltzianis* in Fam. *Julia* Tab. XX. N. 4. ubi dum *Nonnium* incaute ſecutus eſt, eidem & falſam aſſignavit anticam, nempe cum hac *inſcriptione :* Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΟΥΠΑΤΟΣ ΤΡΙΤΩΝ, cum Capite Cæſaris laureato lævam verſus pone cum lituo.

NUM. 13. & 14.

Lucius BUCA. Caput Veneris, à cujus collo pone adhæret Cupidinis imaguncula ad medium usque corpus, ante eſt lituus.

GERMAN. INDUTI IIII. Fluvius ſub barbati ſenis, qui capillis criſpis, & ſeminudus eſt, ſpecie, decumbens ad aquas, ſiniſtra ex hydria ſua aquam effundens, dextram naviculæ, vel cymbæ (ſcaphæ) potius, imponit, adjacent montes, quorum cacumina inſigniter ſunt conſpicua.

Nullum planè nobis eſt dubium, quin hic nummus ad *J. Cæſarem* referendus ſit. Adeſt *Veneris caput* cum *Cupidine* toties hactenus viſum, & inprimis *hac forma* T. IV. n. 6. & 11. ac Tab. VII. n. 15. *à qua genus ſuum ſe habere*, iterum iterumque *jactabat Julius*. Adeſt præterea *lituus*, qui *ſicuti Auguratus* & imprimis *Pontificatus omnia Sacerdotia* ſub ſe comprehendebat; ita & *quæque ſacrorum ſymbola* viciſſim *illum deſignabant*. De *Lucio Æmilio Buca*, *IIII. Viro Monetali à Cæſare conſtituto*, qui multos & ferè *omnium plurimos* dedit *nummos*, eosque vel *Venere Victrice ſtante*, vel *ſedente*, vel etiam *cum capite Veneris*, (cujus exemplum T. IV. n. 32. produximus) ad Tab. IV. n. 2. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. & Tab. VII. n. 25. ſatis jam dictum, ut adeo de *antica*, quod amplius afferamus, vix habeamus. *Poſtica* vero eo majori obſcuritate involuta eſt, & multis jam Antiquariis crucem fixit moleſtam. *Ludovicus Nonnius* quid iſta velit, ignorat, niſi *Victoria* intelligatur, *quam Cæſar de Arioviſto & Germanis reportavit*, cumque *montium ſpecies juxta viſantur*, exiſtimat *Rhenum*, terminum *Germaniæ*, qui *eam à Gallia* ſeparat, ſignificari, *quem Cæſar primus Romanorum* auſus fuerat *tranſire*, in quo *Oudanum & Oiſelium* quoque habet conſentientes. *Poſtremum* equidem veriſſimum eſt, & novimus, id teſtari quoque *Suetonium* in *Cæſare* c. 25 : *Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum, ponte fabricato, aggreſſus, maximis affecit cladibus.* Nec poſſumus negare, in alio *Druſi* nummo (20) ſimili plane figura *Rhenum* decumbere, ſiniſtrâ ex hydria ſua *aquam* effundentem, dextra *arundinem* tenentem, pone ſurgentibus, uti heic, *montium cacuminibus*, addito inſuper, ne de eo ambigi poſſit, *Vocabulo RHENUS*, de cujus (Druſi) *Victoria* etiam *Ovidius:*

Cornibus hic fractis viridi malè tectus ab ulva
Decolor ipſe ſuo ſanguine Rhenus erat.

Sique *Poſthumi* nummum, quem Illuſtriſſimus Dn. *Spanhemius* Diſſertatione V. p. 360. *de V. & Pr. Num.* ſuppeditat, conſulimus, *eandem Rheni*, cum noſtra prorſus, deprehendemus *figuram*, niſi quod *bicornis*, doctiſſimi viri judicio, ibidem compareat: cæterum *dexteram eodem modo navigio imponens*, *nudus eodem modo jacens*, *ſiniſtraque hydriam* & calamum ſimul *tenens*.

Imo in *Gallico Triumpho* inter *fercula RHENUM*, *Rhodanum*, *Oceanique captivi ex auro ſimulachrum* circumtulit. Sed unde probare velit *Nonnius*, quod illam præciſè *Victoriam* denotet, *quam* de *Arioviſto* tulit, non videmus. *Triſtanus* apertè confitetur, cuſum eundem eſſe, ut habeamus, in quo *divinationes ſuas exercere quisque poſſit. Cette medaille*, ſcribit, *ſemble avoir eſté frappée exprés, pour nous donner de l'exercice à diviner. Ejus* verò conjectura eo redit, nempe legi in illa poſſe GERMANIA INDUTIA, numerumque IIII. denotare *annum illum*, ex quo à *Cæſare*, vel *alio* ejus Duce, *facta illa eſſet Colonia*, aut *Urbs juſſu Cæſaris fundata.* Cumque apud *Plinium* Lib. III. c. 5. & 16. reperiſſet *Induſtriam* Oppidum, ad *Apenninos montes*, ac ad *Padum fluvium* ſitum, exiſtimat, cum *ſitus* congruat cum *typo* in nummi *poſtica*, forte apud *Plinium* pro *Induſtria* legi debere *Indutia*, adeoque *Plinium ex nummo hoc lucem & correctionem accipere poſſe*, præſertim cum & in alio nummo, Tab. IX. n. 10. adducendo, *Bos* exhibeatur, *Coloniarum* communiſſimum ſymbolum, iisdem prorſus cum literis, ac in hoc nummo. *Plinius* l. c. cap. 5. ita: *A tergo autem ſupradictorum omnium Apenninus mons Italiæ ampliſſimus, perpetuis jugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. Ab altero ejus latere ad Padum amnem Italiæ ditiſſimum, omnia nobilibus oppidis nitent; Libarna, Dertona Colonia, Iria, Barderate, INDUSTRIA, Pollentia, Cærea*, quod Potentia, cognominatur. Et c. 16 : *Ligurum quidem lingua amnem ipſum* (Padum) *Bodincum* (21) *vocari, quod ſignificet fundo carentem. Cui argumento adeſt oppidum juxta INDUSTRIA vetuſto nomine Bodincomagum, ubi præcipua altitudo incipit.* Huic ſententiæ favere & frigidam affundere videtur *Cl. Car. Patinus* in ſuo Numiſmatum indice Nummis medii æris adjecto p. 2. ita ſcribens : „ Hunc typum refert *Cl.* „ *Triſtanus* ad Coloniæ inſtaurationem, de qua *Plinius* Lib. III. c. 5. 16. illam non INDUTIAM „ ſed INDUSTRIAM nominans, FORTASSIS „ MENDOSE. GERMANOS EAM FUNDASSE NOMEN declarat, autoritate Cæſaris. Sita „ eſt ad Apenninum juxta Padum." Sed cum GERMAN. legatur in nummo, non GERMANIA; dehinc INDUTI, non INDUTIA, multo minus *Induſtria*, *Induſtriaque* recte omnino & *fide MStorum* ſic lectum, hodiernum ſit *Caſal*, Liguribus incolis olim *Bodinco-magus*, uti Romanis Induſtria) dicta, neſcimus, quid veri inde eliciendum ſit. *Clariſſ. Begerus* in *Obſervationibus ad quædam Numiſmata antiqua* p. 48. non *Venerem* in *antica* agnoſcit, ſed *caput virile*, *Reguli* forte cujusdam, *diadematum*, putatque in *poſtica* ſine dubio *nomen quoque* ejus fuiſſe expreſſum, perque *fluvium locum prælii*, cum *ipſo & Cæſare commiſſi*, *deſignatum.* Inde porro exiſtimat, ſubinnui literis INDUTI. *Indutiomarum*, cujus apud *Cæſarem* frequentius occurrit mentio, quique *is* fuit, qui in *Treviris* cum *Cingetorige* de Principatu contendens, *Cæſari primo adver-*

(20) Occurrit hic nummus apud *Jac. Oiſelium* Tab. XXIV. n. 6. *Oudanum* Tab. XXVII. n. 6.

(21) Sic & Polybius Lib. II. refert, ab accolis Βόδεγκον vocari. Confirmatque *Nic. Chorier.* Lib. II. *Hiſt. Delph.* p. 94. Voculam *ine* ſine, *Bod* vero finem, fundum ſive extremum ſignificare, Bodincus ergo, voce conflata, nil niſi fundo carentem indicare.

adversus, postea verò, facto excusato, *sese ipsi submiserat*, sequenti tamen tempore *à Cæsare*, Cingetorigi faventiore, rursus *defecit*, *à Labieno denique occisus* Quamvis autem de explicatione *posticæ* non magnam litem modo laudato *Auctori* movere heic velimus, donec dies majorem affuderit lucem, cum *de ea* & infra Tab. IX. n. 10. plura *dicturi simus*; interim in hoc assentiri non possumus, exhiberi in antica *Reguli faciem*, ex ea ratione, quod non solum *Caput Veneris*, ut in aliis solet nummis, *distinctè consueto in habitu exhibeatur*, sed præterea *Cupidinis imaguncula eidem adhæreat*, quæ qua ratione *Regulo* conveniat, ille videat. Communicat illum argenteum *rarissimum* (quales omnes *Goltziani* in ultimis Tabulis adjecti sunt reperiundi) *Goltzius* Tab. X. n. 5. & 9. *Nonnius* T. IX. n. 5. & 7. qui denuo non solum & *Veneris Caput*, sed & *in postica inversum planè typum per omnia dedit*, præterque INDUTI III. *pro IIII. uti Goltzianus nummus habet*, *perperam reposuit*. In quo tamen sequaces habet *Tristanum in suo Commentario ad Cæsaris nummos* p. 27. & *J. Oudanum* Tab. XXVII. n. 5. p. 137. itemque *J. Oiselium* T. XXIV. n. 5. p. 108. Rectius *L. Begerus in Observat. ad quædam Numism. antiqua* p 48. eundem exhibuit. *Car. Patinus* in indice Numismatum antiquorum p. 2.

Num. 15.

DIVI JULI. Caput Julii Cæsaris laureatum dextram versus, pone Lituus, uti Tab. II. n. 54.

Cæsar laureatus ac nudus jacens, dextram in clypeum Germanicum inclinat, sinistrâ vestis laciniam circumjecturus, caput reclinare videtur in varii generis arma, & præcipuè clypeum rotundum, desuper advolante ave, sine dubio, aquila, coronam lauream rostro adportante, ac ipsi quasi projiciente, circumjecta sunt arcus, pharetra cum sagittis clypei, ad sinistrum verò latus conspicua est ædicula quatuor columnarum.

A nullo hactenus, quod sciamus, præter *Ludovicum Nonnium*, *argentei* nummi interpretatio tentata fuit. Nobis videtur depingi hoc typo *Julius morti proximus*, *in armis*, *quibus ad summam gloriam pervenerat*, *decumbens*, cui *aquila*, *Jovis* ales, & ministra, *coronam lauream*, *victoriarum præmium*, *Gloriæque perpetuæ indicium* de cœlo quasi affert, & *veluti primum* ex *Imperatoribus* ac *dignum Deorum consortio* eâdem insignit, ad latus conspicitur *Ædicula*, sive *sacellum ejus*, *veluti Divi*, (uti in *antica* etiam audit) *honori post fata consecratum*, ut *ejus* adeo *memoria immortalis*, *cultusque esset perpetuus*. Alias ex historia & in primis *Suetonio* in *Galba* notum est, *aquilam Liviæ*, post Augusti nuptias Vejentanum revisenti, prætervolantem gallinam albam *lauri ramulum* rostro tenentem demisisse in gremium, cumque pangi ramulum placuisset, tale inde lauretum provenisse, ut triumphaturi Cæsares inde *laureas* decerperent. Quod hoc loco saltim propterea afferimus, quod sequiori tempore *aquilæ* singulari *omina obtinendi*, vel *amittendi Imperii dederint*, quod multis, si opus esset, exemplis probatum dare possemus. *Nonnius* quid de eo senserit, hisce p. 41. prodit: *Vir humi decumbens, juxta quem sunt tres clypei, Ædicula ad pedes visitur, quæ Romanam Architecturam non refert; advolat aquila, quæ rostro illi coronam defert; mihi suspectæ fidei est, nusquam enim similem nummum apud Antiquitatis peritos facile reperies. Si quid tamen conjecturæ dandum, ad apotheosin Julii Cæsaris referendum, quod Jovis ales illi præmium tot laborum, immortalitatem famæ deferat. Tu Lector dispice.* Hucusque Nonnius. Deprehendimus & hunc *argenteum* æri jam incisum nummum apud *Goltzium* Tab. X. n. 7. *Nonnium* Tab. IX. n. 11. ubi rursus *tota figura inversa*, *incuria Sculptoris*, *est exhibita*. *A. Morellium* in nummis *Consularibus Goltzianis* Tab. XX. N. 12. in Familia *Julia*.

Num. 16.

DIVI JULI. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone Lituus, uti Tab. II. n. 53.

vel

DIVOS JULIVS. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone lituus, uti Tab. II. n. 57. modo quod lituus heic desit. (Ita hoc Caput exhibet Angelonus in edit. prima p. 7. & Bellorius in recenti ejusd. edit. p. 6.)

CAESAR DIVI F. Caput Augusti nudum lævam versus. (Ita Zantanus T. I. N. 2.)

Cæsar laureatus dextra lauri ramusculum præferens, læva habenas tenens, in thensa triumphat, à quadrigis elephantorum vectus, infra Senatus Consulto, supra Αυκάβαντος Γ. (h. e. *anno tertio.*)

Post *mortem* hunc nummum esse cusum, *Divi* non solum in *antica* elogium arguit, sed & quod *in quadrigis elephantorum* quasi *Victor perpetuus*, *laurum dextra tenens*, *triumphet*. *Speciali Senatus permissione* eundem in lucem prodiisse, *Nota S. C.* arguit, sine dubio, ut *Consecratio ejus eo redderetur Populo notior*, quamvis *Lud. Nonnius* in suo *Commentario* p. 42. existimet in *memoriam acti ab eo triumphi* hunc typum fuisse impressum, præsertim cum *Suetonius* c. 37. memoret: *Ascenditque Capitolium ad lumina quadraginta Elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.* Hocque non in *Gallico*, sed *Africano* accidisse *Triumpho*, narrare quoque videtur *Dio* Lib. XLIII: *In forum suum prodit, atque inde domum vectus est, comitante ipsum toto ferè populo multisque Elephantis facem præferentibus*, πολλῶν ἢ ἐλεφάντων λαμπάδας φερόντων ἐκομίσθη. In qua sententia & *Joh. Georg. Grævius* est in *Floro* suo Nummis illustrato p. 396. putatque *quartum* & ultimum *Triumphum* de *Africa* designari, de quo *Florus* Lib. IV. c. 2: *Quartus (Triumphus) JUBAM & MAUROS, & bis subactam ostendebat Hispaniam.* Nec ab eâ abhorruisse *Goltzium* ex eo patet, quod eum *in Fastis suis Rom.* p. 180. n. 4. ad Triumphum de *Rege Juba* retulerit, Anno V. C. 707. actum, de quo ita Capitolini: C. JULIUS C. F. C. N. CAESAR IIII. DICT. III. COS. III. EX AFRICA DE

REGE JUBA. Sed unde Nota anni LF impressa fuerit, alii indagent. Est genuinum ejus exemplar in *Thesauro Schwartzburgico*, sed fateor, *hanc notam* ob marculi fissuram, quam in cudendo accepit, *distinctè cognosci non posse*, sed ejusmodi quid adfuisse, colligere omnino datur. Primus hunc *æreum* nummum vulgavit *Goltzius* Tab. XI. n. 3. & in *Fastis* ipsius *Romanorum* pag. 180. dehinc *Nonnius* Tab. X. n. 1. *qui non solum figuram nummi*, *Sculptoris incuria*, *inversam dedit*, *sed & anticam falsam & æs falsum plane illi assignavit*. *Antonius Zantanus in Cæsare*, ac in æreis, Tab. I. N. 2. *Angelonus* loc. cit. Edit. primæ 1641. p. 6. 7. *J. G. Grævius* in *Floro* nummis illustrato p. 396. n. 4. *Bellorius* in nova *Angeloni* editione pag. 7. Ipsum quoque à *Cavino* fuisse restitutum, ille quem ipse possideo, satis clare docet. *A. Morellius* & illum adfert in suis *Nummis Consularibus Goltzianis* Tab. XIX. n. 10. 11. sed, deceptus *editione Nonnii*, duplici cum adversa, una ex *Goltzii Fastis*, *verâque*; alteraque ex *Nonnii* editione *Cæsaris*, in qua ob inversum Capitum ordinem & numerorum confusionem, hanc falsò & contra fidem primæ editionis ibidem adjudicat: CAESAR DICT. QUART. effinxitque præterea *argenteum*. Tanti ergo est, *primas Autorum editiones*, præprimis, si sculptoribus fidendum est, consulere! Sed quid faciemus Clarissimo *Bellorio*, de hoc nummo ita judicante in nova *Angeloni* editione pag. 7: *La presente medaglia è finta e non antica. Il rovescio col carro de gli Elefanti*, *nel quale vien condotto Giulio Cæsare trionfante dell' Africa*, *è cavato da un'altro simile di Trajano*, *stampato in Egitto con la nota dell' anno: si conserva nel Regio Tesoro della Maestà della Regina Christina. Questo di Cesare fa publicato prima da Enea Vico nel suo Libro de XII. Cesari*, *& egli stesso dopo nel Commentario delle Medaglie del medesimo Giulio Cæsare lo riconobbe moderno*, *e confessò l' errore*: *Novimus ex æreo unciali fere Numismate impresso post Cæsaris mortem*, *quod sane haud vetus comperi*, *sed ut mea fert opinio recenter flato.* Et hoc confirmare videtur *Zantanus*, qui Tab. I. N. 2. Caput addidit sequens CAESAR DIVI F. dehinc L. Γ. notam supra omisit.

NUM. 17.

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti Tab. II. n. 44.

EX Senatus Consulto. Cæsar laureatus ac togatus in sella curuli considens, dextra tenet olivæ ramum, sinistra fasciculum convolutum, ante eum infra est aquila Legionaria, à tergo verò ipsi Victoria alata, palmam sinistra ferens, dextra imponit coronam lauream.

Ex *Doctiss. Valentis* mente *hic denarius statuam* illam repræsentat, quæ *Julio*, *jussu Senatus*, in *ejus honorem fuit erecta*, cum & hic legatur: EX S. C. *Olivæ ramum* dextra præfert, velut *signum pacis*, quod, confectis tot bellis civilibus, *eandem* universo populo Romano quasi restituerit. Per *aquilam Legionariam* sine dubio *summum in bello imperium*, quod penes ipsum viventem erat, *designarunt*, cum decretum esset à *Senatu*, teste *Dione*, *ne quis militiæ imperium cum Cæsare haberet*, quod & *titulus Dictatoris perpetui* in *antica* arguit, cum referente *Plutarcho* in *ejus vita*, ad Cæsaris *fortunam inclinantes Romani*, *frænumque accipientes*, *atque à bellis intestinis arbitrantes dominatus respirationem*, *DICTATOREM PERPETUUM eum dixerint*; *Aquilam Romanam*, *sive Legionis signum* alias nobis *Dio* ita describit Libro XL. 128: Ἔστι δὲ νεὼς μικρὸς, καὶ ἐν αὐτῷ ἀετὸς χρυσοῦς ἐνίδρυται, καθίσταταί τε ἐν πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ καταλόγου στρατοπέδοις, καὶ οὐδαμῶς ἐκ τῶν χειμαδίων, πλὴν εἴποι σύμπας ὁ στρατὸς ἐξίοι, κινεῖται· καὶ αὐτὸν εἷς ἀνὴρ ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἐς ὀξὺ τὸ στύρακα ἀπηγμένου, ὥστε καὶ ἐς τὸ δάπεδον καταπήγνυσθαι, φέρει. *Aquila exigua quædam sacelli effigies est*, *inque ea aquila aurea est collocata*; *erigitur autem in omnibus per delectum conscriptis legionibus*: *neque prius hibernaculis effertur*, *quam universus exercitus eo egrediatur. Eam aquilam hastæ sublimi impositam unus quidam vir portat*, *cujus hastæ pars infima in acutam cuspidem desinit*, *ut in solum defigi possit*. De *statuis* verò *ejus* hoc *idem* nobis prodit Lib. XLIV: *Utque in omnibus Urbibus*, *omnibusque Romæ templis ejus STATUA poneretur*: *in ipsis rostris duas collocarunt*, *civicâ unam*, *alteram obsidionali corona insignem*: *quasi & cives ab interitu*, *& Urbem obsidione liberasset. Insuper Concordiæ novæ Templum ædificari*, *annuumque ibi festum celebrari jusserunt*, *quod Cæsar ipsis pacem restituisset.* Et alibi: *Additum est*, *ut sella aurata uteretur*; *STATUAque ei posita est*, *qualis Regibus quondam.* Sed quando in *sequenti* nummo n. 18. ejusdem tabulæ idem typus propè signatus est, & tamen infra *Cæsaris Imperatoris Tertii titulus* additus est, *quem* ille, Pharnace devicto, *obtinuit*; dehinc *statua ejus stans*, non *sedens*, à Senatu *ipsi* fuisse videtur *posita*, ac cum *astro supra in vertice*, *quod* tamen heic non observamus; nescimus, an non hic nummus potius de *Victoria Africana* intelligendus sit, quippe quod post *hanc* Anno $\frac{707}{708}$. *Dictatoris perpetui* titulum, qui in *antica* legendus, à Senatu obtinuerit. *H. Goltzius* certe *prioris*, nostræque videtur esse sententiæ, propterea que illum ad annum $\frac{709}{710}$. retulit, & ad hosce Fastos:

C. IVLIVS C. F. C. NEPOS CAESAR
VI.
DICT. PERP. COS. V.
OVANS EX MONTE ALBANO
VII. KL. FEBR.

Alias exhibet & hunc nummum *aureum Goltzius* Tab. XI. n. 6. & *in Fastis Romanorum* pag. 183. N. 6. *Joannes Biæus* in Nummis Cæsar. Roman. Tab. I. n. 15. 16. edit. 1617. *Jac. Oiselius* Tab. XCIII. N. 8. p. 465. *Nonnius* Tab. X. n. 4. *ubi tamen totam figuram*, *Sculptoris incuria*, *inversam*, *& anticam quoque falsam dedit*. Rectius *Joh. Valens* in nummis *Famil. Rom. &* equidem in *Fam. Julia* T. LXXIII. n. 27. *Joachimus Oudanus in Potentia Romana* T. CIX. n. 8. p. 466. eundem communicant, itemque *And. Morellius* in Nummis *Consularibus Goltzianis* seorsim ad calcem *Consularium* excusis, ubi tamen *Nonnii* editione deceptus duas anticas dedit; veram ex *Fastis Goltzii*, falsam vero ex *editione Nonnii Cæsaris*, quod prætermittendum haud videbatur, Tab. XIX. n. 19. & 20. Præterea que *argenteum* unum ibidem facit, cum tamen à *Goltzio* nonnisi *aureus* deprehensus, itaque adductus fuerit tum in *Cæsare*, tum in *Fastis* locis allegatis.

NUM. 18.

Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, ad latus nota : S. C. uti Tab. I. n. 3.

CAESAR IMPerator TERtium. Julius laureatus togatus in ſella curuli conſidens, dextra olivæ ramum præfert, cui à tergo Victoria alata, palmam ſiniſtra tenens dextra coronam, lauream imponit.

Parum differt *præſens* nummus à *præcedente*, niſi quod *aquila Legionaria deſit. Eodem modo ſedet, eodem modo coronatur* à *Victoria*, eaque eodem in habitu comparet. Inde parum abeſt, quin credamus, eundem quoque *poſt mortem ejusdem fuiſſe cuſum*, præſertim cum *facies in antica absque dignitatibus* exhibeatur, addita tamen *nota S. C.* ut conſtet, *peculiari Senatus juſſu fuiſſe ſignatum.* Solum obſtat, quod *Imperator tertium in poſtica dicatur*, qui titulus ipſi datus fuit, devicto *Pharnace*, de *quo* etiam *trophæum erexit*, uti ſupra T. I. n. 15. vidimus. Hinc potius in *Victoriam iſtam* cuſum credimus, præſertim cum *ſedeat Imperator, lauri ramum, velut Victor in manu tenens, & ob Victoriam tam ſingularem, ac magnam, à Victoria retroſtante laurea coronetur.* Siſtit & hunc nummum *argenteum Goltzius* Tab. XI. n. 4. *Nonnius* Tab. VI. n. 6. qui *totam rurſus figuram, Sculptoris incuria, inverſam exhibet, minusque rectè & metallum & anticam ipſi aſſignavit.* *A. Morellius* in Nummis *Conſularibus Goltzianis* Famil. *Julia* Tab. XIX. N. 21. qui tamen *Nonnii* editione deceptus non ſolum *aureum* cum ipſo prodit, ſed & *anticam* falſam aſſignavit, nempe cum Inſcriptione : CAESAR DICT. PERPETUO, *capite Cæſaris laureato*, lævam verſus.

NUM. 19. & 20.

Γαΐ@ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΡΧΙΕΡεὺς ΜΕΓας. (*Cajus Cæſar Imperator Pontifex Maximus.*) *Caput Cæſaris laureatum ac diadematum lævam verſus.* (Vide hoc Caput apud *H. Goltzium Tab. II. N.* 13.)

ΑΠΥΑΧΙΜΙΣ ΡΗΓΕΙΝΩΝ. . . . . . ΚΟΥΙΝΤ. ΚΙΚΕΡΩΝ Γ. (*Quintus Cicero*) *Aquila legionaria inter duo ſigna cohortium.*

Quintus *Tullius Cicero, M. Tullii Ciceronis frater*, qui hic diſtinctè legitur in nummo, ſub *Cæſare*, in *Galliis* militante, egit, ac ejus *Legatus* exſtitit, ſiquidem ejus meminit ipſe *Cæſar* Lib. V. de *bello Gallico* c. 24 : *Legiones in plures Civitates distribuit, ex quibus unam in Morinos ducendam, C. Fabio Legato ; alteram in Nervios Q. Ciceroni. Hic* poſtea in caſtris ſuis ab *Eburonibus, Centronibus, Grudiis, Levacis, Plemoſiis, Gordanis, Atuaticis & Nerviis* oppreſſus, & à LXX. hominum millibus acerrimè obſeſſus eſt, *quæ* tamen ſumma cum virtute ac conſtantia uſque ad *adventum Cæſaris* defendit, à quo & in tempore ab *iſta oppugnatione liberatus eſt*, huncce noſtrum *Ciceronem pro ejus merito*, legionemque ſuam poſtea collaudante, referenteque l. c. Lib. V, c. 52. Rurſus *à Cæſare legioni XIV.* præfectus, ac in *caſtris juxta Atuatucam in Eburonibus relictus*, denuo à *Germanis circumventus* ac oppugnatus, maſcule illa cum parva manu, donec præſidium, ad frumentationem emiſſum, rediret, defendit. Et ab *hoc* ſine dubio nummum hunc ipſum accepimus, quamvis *circumſcriptæ literæ* ne dum *à Goltzio diſtinctè potuerint legi*, ex *quibus* alias fortè potuiſſet *conjectura fieri, quo in loco quave occaſione hic nummus ab ipſo fuerit cuſus.* Ex ſequentis tamen Tab. IX. N. 5. patet, illum *Trium-Virum* A. A. A. F. F. egiſſe, & ſine dubio ſub *Julio adhuc vixiſſe.* An ergò *Coloniam* ab ipſo deductam arguant *Aquila Legionaria & ſigna cohortium*, an *militiæ certæ Provinciæ* fuiſſe præfectum, an aliud quid? in medio relinquimus. Affert & hunc nummum *æreum Goltzius* Tab. XI. n. 11. *Nonnius* Tab. X. n. 11. ubi tamen *figura iterum, Sculptoris incuria, inverſa conſpicitur, literæque circumſcriptæ & apud Goltzium punctis notatæ, planæ ſunt omiſſæ.* Hæc dum ſcribo, in manus veniunt *delineationes Morellianæ Nummorum Imperat.* & inter alias & illæ, quas ex MStis *Car. Patini* collegit, qui (Patinus) *eundem* nummum, ſed quod miror, *argenteum* vidit, ac in *averſa* idem legit, ſed *faciem* in adverſa *Caji Caligulæ* agnovit, proptereaque etiam ad ipſum retulit. *Averſæ*, ut diximus, idem typus hanc habuit perigraphen : ΡΗΓΙΝΩΝ ΑΠΤΑ . . . . . Præferre hic tamen maluimus *Goltzium* non facile in *Vultibus Imperatorum* hallucinantem, ſed exacte potius illos noſcentem ac delineantem, præſertim cum *Patini* nummus metallo quoque à *noſtro* diſcrepet.

NUM. 21. & 22.

Lucius MUSSIDIUS LONGUS. Caput Veneris.

COLONIA JULia BERytus. Sacerdos jugum boum agens, ſulcos ducit aratro, ad deſignandum ibidem locum novæ Coloniæ, ad latus : Ex Senatus Conſulto.

Nota *adjecta* : EX S. C. docet, non *lege accepta*, ſed *Senatus Conſulto* facto, *Curatores* agrarios in *Coloniam Bêrytum* Côlonos deduxiſſe : Ubi verò *Colonos* in agris, quo deducendi erant, collocaſſent, tum *aratro* Urbem & agrum circumſcribebant, teſte *Varrone* Libro IV. de *Lingua Latina : Oppida, quæ prius erant circumducta aratro, ab Orbe Urbes. Et ideo Coloniæ noſtræ in literis antiquis ſcribuntur Urbes, quod item conditæ ut Roma. Et ideò Coloniæ ut Urbes conduntur, quod intra pomœrium ponuntur. Romulum tauro & vacca* junctis Urbi condendæ locum circumarâſſe, ac deſignâſſe, refert *Dionyſius. Thuſcos* vomerem *æneum* adhibere ſolitos in deſignandis condendisque Urbibus, ſcribit *Carminius* Lib. II. *de Italia.* Propterea & *Sacerdotem* ſive *jugo boum*, ſive *tauro & vacca junctis*, aratro ſulcos hic ducere ad *deſignandos Coloniæ terminos* in nummo offendimus. Sita verò *Berytus Colonia* in *Cœle-Syria* eſt, ut teſtatur *Onuphrius Panvinius* de *Imperio Romano* c. 21. p. 439. *Felix Julia* etiam, teſte *Plinio* Lib. V. c. 20. & poſtea, ob alios ſub *Auguſto* eo deductos colonos, *Auguſta* etiam dicta, de qua pluribus jam ſupra Tab. VI. n. 18. egimus, quorſum B. L. ablegamus. De *Muſſidio Longo, IIII. Viro Monetali*, qui *Ludovico Nonnio in Commentar.* p. 43. *Coloniam* hanc videtur deduxiſſe, ad Tab. IV. n. 36.

n. 36. 37. 38. multi pariter jam fuimus, quique cum hic & *Veneris caput impresserit*, certiores *ejus* nos singulariter facit, de *quo* supra ad Tab. VI. n. 18. disputavimus, nempè *hujus Coloniæ originem rectè ad Julium Cæsarem*, originem à Venere jactantem, referri. Communicat nummum hunc *argenteum nobiscum H. Goltzius* Tab. XII. n. 1. & 5. & *L. Nonnius* Tab. II. n. 1. & 5.

Num. 23.

Caput Julii Cæsaris laureatum lævam versus, uti Tab. I. n. 1.

Tiberius SEMPronius GRACcus Quæstor DESignatus. EX Senatus Consulto, Cajus CAESAR IMPerator.

Sacerdos jugum boum agens, sulcos aratro ducit ad designandos novæ Coloniæ terminos.

Moris non solum apud *Romanos* erat, uti ad præcedentem nummum jam monuimus, ut lege lata, aut facto Senatus Consulto, *Coloni* cum *signis deducerentur in locum ipsis assignatum*, sed &, ut illuc delati, *istum certis terminis, ducto aratro, circumscriberent.* Utrumque luculentissimè è nummis *L. Mussidii Longi* ostendi potest. Supra enim Tab. III. n. 15. & Tab. IV. n. 39. 40. in nummis *aureis & argenteis* non tantum *aquilam Legionariam, signum cohortis, aratrum & decempedam vidimus, Coloniæ* symbola, de quibus fusè jam ibidem à nobis actum est, sed & in *præcedenti* ac *sequenti* nummo *Sacerdotem habemus obvium, aratro sulcos ducentem, & jugum boum ante se agentem.* De *Tiberio Sempronio Gracco, IIII. Viro Monetali* sub Augusto Imperatore, tunc verò *Quæstore* jam designato, ut in nummo audit, satis l. c. ad Tab. III. n. 15. dictum est: Sed hoc altius perpendendum; an in *memoriam deductæ Carthaginis à Tiberii Sempr. Gracchi majoribus*, an *ab ipso deductæ Coloniæ Capuæ, quam in primo suo Consulatu deduxit*, an *Calatiæ*? an *Lanuvii*? an *Minturnæ*? an *Coloniæ Juliæ Beryti*, quod hic typus præcedenti num. 22. *planè respondeat*, & *notam* EX S. C. perinde *ac ille referat*, cusus sit? Nobis *postremum* videtur. De *Colonia Casilino* plura ad Tab. IX. n. 2. nunc statim dicturi sumus. Sistit & hunc nummum *argenteum Goltzius* Tab. XII. n. 7. & *Nonnius* Tab. XI. n. 7.

Num. 24.

Caput Cæsaris laureatum lævam versus, ad latus S. C. uti Tab. I. n. 3.

TIberius SEMPronius GRACcus Quæstor DESIGnatus. Vir velatus jugum boum ante se agens, dextraque scuticam tenens, eaque minitans, sinistra aratrum, eoque sulcum ducit, pomerii Coloniæ deducendæ ergo.

Cum *hic ipse* ab *antecedente* non differat, nisi quod *careat subscriptione*; C. CAESAR IMP. & *nota*: EX S. C. non est, quod pluribus eidem immoremur, monentes saltim, quod illum *argenteum* exhibeat *Goltzius Tab.* XII. n. 9. & *Nonnius* Tab. XI. n. 9.

TABULA IX,
EXHIBENS
NUMMOS C. JULII CÆSARIS GOLTZIANOS.

Num. 1. & 2.

CAESAR DICTator PERPetuus. Caput Veneris lævam versus.

TIberius SEMPRONius GRACCUS Quæstor DESignatus ITERum. Turris fortissima duobus ostiis constans, sive potius Urbs muris cincta, ac duabus portis conspicua cui inscriptum: COLOnia CASILINum.

Inter *illas*, quæ *in Italiam Cæsar* deduxit (1) *Colonias, Hispellam*, puta, *Lanuvium, Calatium, Vejos, Novum Comum*, (2) oppidum Mediolano vicinum (3) *Casilinum* quoque rectè numeratur, Urbs *Campaniæ* nobilis, & fide imprimis in Populum Romanum clarissima, ad utramque *Vulturni* amnis, qui & inde *Casilinus* dictus est, ripam sita, ubi nunc hodie *Capua nova*; olim, Auctore *Festo, vetus præfectura* exstitit. Vide *Onuphrium Panvinium de Imperio Romano* p. 381. *Hæc*, Punico bello secundo ab *Hannibale* obsessa, sordidissimis alimentis famem fortissimè toleravit, tandem de omni auxilio desperans, ipsi se tradidit. De *fame* ipse testatur *Plinius* L. VIII. c. 57. *venisse murem CC. denariis*

(1) Deductonis Coloniarum à *Julio Cæsare* mentio quoque est apud *Siculum Flaccum* de conditionibus agrorum c. 26. *Ita eveniunt ut qui a Divo Julio deducti erant temporibus Augusti militiam repetierunt, consumptisque belis victores terras suas repetierunt.*

(2) *Suetonius* L. I. c. 28. Retulit etiam, (*Marcellus*) ut Colonis, quos rogatione Vatinia *Novum-Comum* deduxisset, (*Cæsar*) civitas adimeretur.

(3) *Ammianus Marcell.* L. XV. c. 2. Epist. *Plinii* XIII. L. IV.

denariis (4) (hoc eſt *libris octoginta* monetæ Gallicæ) *Caſilinum obſidente Annibale* ; *eumque qui vendiderat, fame interiiſſe, emtorem vixiſſe* ; Et imprimis multis *eam* perſequitur *Strabo* Libro V. & *Livius* Decade III. Lib. III. p. m. 66. ubi inter alia refert, quod *T. Sempronius Gracchus* caſtris Romanis tum præfuerit, & farre in dolia congeſto, iisque in Vulturnum amnem conjectis, iisdemque ex eodem à *Caſilinis* extractis, famem eorum aliquamdiu ſublevaverit. Poſtea tamen deditum, & ab *Annibale* præſidio firmatum, à duobus Conſulibus *Q. Fabio Maximo* & *M. Marcello* recuperatum fuit, *eodem* teſte Dec. III. L. IV. p. m. 88. *Plinius* quoque ejus meminit Lib. III. c. 5. p. 246 : *Sunt*, ſcribens, *& morientis Caſilini reliquiæ*. Sed *obſtare* videtur *Ciceronis locus* in *Philippicis Oratione* II. Phil. p. m. 278. (quem & *Ortelius* & *Mediobarbus* repetunt) quo *Antonium* videtur facere *ductorem hujus Coloniæ*, inquiens : *Deduxiſti Coloniam Caſilinum, quo Cæſar ante deduxerat. Conſuluiſti me per litteras de Capua tu quidem, ſed idem de Caſilino reſpondiſſem : poſſes ne ubi Colonia eſſet, eo Coloniam novam jure deducere ? Negavi in eam Coloniam, quæ eſſet auſpicato deducta, dum eſſet incolumis, Coloniam novam jure deduci : Colonos novos adſcribi poſſe, reſcripſi, tu autem inſolentia elatus, omni auſpiciorum jure turbato, Caſilinum Coloniam deduxiſti, quo erat paucis annis ante deducta, ut vexillum videres, & aratrum circumduceres, cujus quidem vomere portum Capuæ pene perſtrinxiſti, ut florentis Coloniæ territorium minueretur.* Quibus hoc vult, ita *Antonium Caſilini agrum dilataſſe*, ut ad *Capuæ portam* pene ipſum extenderit, atque hac ratione imminuerit territorium ipſum Capuanum. Sed ſi *Ciceronis* verba rectè adſpicimus, ex iis manifeſtum fit, *eam* quidem *primum à Cæſare*, & ſine dubio ſub *T. Graccho* fuiſſe deductam, *eamque*, ut *Sigonius* ſuſpicatur, *militarem* ; ſed poſtea, *Cæſare mortuo*, *eandem*, *contra majorum inſtituta*, *Antonium repetiiſſe*. Fuit & inter illas, quæ inter *primas* in *C. Octavii Cæſaris* partes tranſiit, referente hoc nobis *Appiano* Libro III. de B. C. p. 552 : *Cæſar autem veritus ne ille* (Antonius) *cum exercitu reverſus ſe opprimeret deſtitutum præſidio, cum pecuniis properavit in Campaniam, veteranos à Patre in COLONIAS deductos ad ſuam militiam revocaturus. Moxque primam ad ſe pellexit Calatiam, dein CASSILINUM, ſitas ex utroque latere Capuæ,* (καὶ ἔπεισε Καλατίαν πρώτην, ἐπὶ δ' ἐκείνῃ καὶ Σίλιον, δύο τάσδε Καπύης ἑκατέρωθεν) *repræſentatiſque in ſingulos quingentis ſeſtertiis, contraxit circiter decem millia virorum &c.* Itemque *Vellejo Paterculo* Lib. II. c. 61. *Primumque à Calatia mox à CASILINO veteranos excivit paternos.* De hac ipſa verò Colonia, ubi hodie eſt Capua nova, ad utramque *Vulturni* amnis ripam, præcipue videndus eſt *Carolus Sigonius de antiquo Jure Italiæ* Lib. II. p. m. 1468. ac inprimis L. III. p. 1518. Exhibet & hunc ſingularis raritatis *nummum aureum H. Goltzius* Tab. XII n. 8. & 12. ac *in Theſauro* p. 238. & 256. *L. Nonnius* Tab. XI. n. 8. & 12. *Harduinus in nummis antiquis Populorum & Urbium* p. 118. *Strada* in MStis. *Alb. Rubenius in Croyjaci Ducis Numiſm.* & *Jacob. Biæus* in *Nummis Imper.* T. IIII. n. 7. 8. Comes *F. Mediobarbus* p. 8. Ut adeo in honorem *Cæſaris* & *memoriam deductæ à ſe Coloniæ T. Semp. Gracchus* hunc nummum nobis reliquerit.

Num. 3. & 4.

CAESAR DICTator PERPetuus. Caput Veneris ornatum.

VALENTIA. Duplex cornu copiæ cum baculo, in caput aſininum vel caput avis, os monſtroſe pandentis, deſinente, ſive lituo.

De *Capite Veneris* & titulo *Dictatoris perpetui* in ſuperioribus abunde actum à nobis eſt. *Copiæ cornu, ſpicis, uvis, aliisque fructibus plenum*, ſive hoc ab *Acheloi fronte per Herculem revulſum*, ſive *Amaltheæ capræ* fuerit, *omnium rerum abundantiam* notare in vulgus notum eſt, juxta illud *Dionis Chryſoſtomi* : Τό τε Ἀμαλθείας κέρας μηνύει τὴν ἀγαθῶν δόσιν, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν, *cornu copiæ felicitatem & bonorum largitionem indicat.* Cum verò *non una* ſit *Valentia*, difficile redditur judicatu, (5) *quæ* in nummo deſignetur. Una eſt *citerioris Hiſpaniæ*, de qua *Auguſti* exſtat *nummus*, & *Plinius* Lib. III. c. 3. loquitur : *Valentia Colonia III. M paſſuum à mari remota* ; hodie Valentini Regni caput, *Valence*. Hanc *Turium* flumen præterfluit, quam nunc *Guadalaviar* vocant ; *Mela* vero & *Plinius Turium*, *Salluſtius Turiam*, uti ſupra ad Tabulam V. N. 29. id monuimus. Alia eſt *in Calabria*, *Hippo* & *Hipponium* dicta, ac, teſte *Strabone* à *Locris* condita. Nos (vel propterea, quod *inſigne ſuum proprium*, *duplex* ſcilicet *cornu copiæ*, vel à *nomine*, vel à *fertilitate loci ipſi* collatum, exhibeat, de quo conſuli poſſunt alii hujus civitatis nummi Tab. VI. n. 23. & 24. & Tab. X. n. 15. & 20. occurrentes, cum *Antonio Auguſtino*, (6) *Alberto Rubenio*, *Oiſelio* & *Harduino*, poſteriori adſcribimus, quæ alias *Vibo-Valentia* quoque audit, ac ut diximus, & *Goltzius* jam notavit, in *Calabria* ulteriore ſita eſt, de qua *Plinius* Lib. III. c. 5 : *Hippo, quod nunc Vibonem Valentiam vocant.* In quo & *Strabo* Lib. VI. conſentit : Μετὰ δὲ τὴν Κωνσεντίαν Ἱππώνιον, Λοκρῶν κτίσμα. Βρεττίους δὲ κατέχοντας ἀφείλοντο Ῥωμαῖοι, καὶ μετωνόμασαν Οὐιβῶνα Οὐαλεντίαν, h. e. *Poſt Conſentiam eſt Hipponium à Locris conditum, quod Brutiis ademtum, Romani Vibonam Valentiam nuncupaverunt. Duris* quoque apud *Athenæum* Lib. XII. p. 542. de *Gelone* ait, *prope Hipponium oppidum* locum eſſe exædificatum, quem *cornu copiæ* appellarit : Πλησίον Ἱππωνίου πόλεως . . . τόπον τινὰ εἶναι καλούμενον Ἀμαλθείας κέρας, ὃν τὸν Γέλωνα κατασκευάσαι. *Stephanus* verò : Ἱππώνιον πόλις Βρεττίων, ἡ μετωνομάσθη ὑπὸ Ῥωμαίων Οὐίβων καὶ Οὐαλεντία. Τὸ ἐθνικὸν, Ἱππωνιάτης, καὶ Ἱππωνιεύς. Hodie *Bivona* vocatur, oppidi navale vero *Monte Leones.*

(4) *Ita pro nummis* ſcribendum putat *Harduinus*, quia in omnibus MStis tantum CC legatur, & facile X. excidere in deſcribendo potuerit. Præterea idem & teſtatur *Valer. Max.* L. VII. c. 6. nempe *ducentis* væniſſe *denariis* murem. Et *Frontinus* Lib. IV. Stratag. c. 5. *Caſilini, obſidente Hannibale, tantam inopiam perpeſſi ſunt, ut CC. denariis murem veniſſe proditum memoriæ ſit. Excidit & heic C. Librariorum oſcitantia.* Confer Livium Lib. XXIII.

(5) In medio propterea relinquit *Oudanus* an ad *Valentiam Calabriæ*, an *Hiſpaniæ* pertineat; loco infra citando.

(6) *Dial.* VII. p. 114 : *Unum habeo argenteum cum Veneris* [illegible] *imagine (rectius Veneris dixiſſet) illinc verò cornu copiæ titulo VALENTIA, eſtque drachmæ amplius pondere. Sed cur non ſit* [illegible] *Hiſpaniæ Valentiæ moneta ? Quia eſt alia civitas Italiæ* [illegible] *Vibo Valentia dicta, & vulgo Vibona.* Addimus aliam [illegible] *Valentiam* in *Narbonenſi Provincia* ſitam, de qua *Plinius* H. N. Lib. III. c. 4 : (Colonia) *In agro Cavarum Valentia*, [illegible] *Allobrogum* &c. & *Ptolomæus* L. II. c. 10: Οὐαλεντία Κολωνία. [illegible] in *Mauritania* ſita, de qua iterum *Plinius* L. V. c. 1. *Et tertia* (Auguſti Colonia) *Banaſa LXXV. M.* (paſſuum [illegible] *Valentia cognominata.*

nes. *Lituum*, ſive, ut *Mediobarbus* & alii vocant, inſtrumentum militare, (*quem* alii malè *radium* appellant) in *caput aſininum*, *vel caput avis*, *os monſtroſe pandentis*, deſinentem, & non *galeæ formam*, ut *Oiſelius* exiſtimat, *referentem*, de *fortitudine militari* interpretamur, ſi non *Bruttios*, Urbis conditores, ſimul reſpicit, *qui* etiam *eundem* in *nummis ſuis oſtendunt.* Ut adeo *Valentia Julio gratulatura & Deam ſuam, originisque ſuæ fontem, & temporis felicitatem ſub ſuo regimine prædicare*, hoc ipſo voluerit numiſmate. Sunt etiam, qui exiſtimant, *Romam ipſam*, Terrarum Dominam, Gentiumque Reginam, *iſto nomine gaviſam eſſe*, antequam hoc nominis acceperit, quod & *Anton. Auguſtinus* teſtatur *Dial. VII.* Antiquit. p. 114: *Galea quoque Virtutis ſymbolum eſt, unde Valentiæ nomen; ut inde quoque ſit à Græcis Roma, ut Urbs viciſſim Valentia aliquando ſit nominata, ceu in verſu quodam Hiſpanico canitur: O Valencia, O Valencia Roma primero nombrada.* Quorſum collimare videtur & *Patinus*, occaſione ejusdem prope nummi ſcribens in de *nummis Imperatorum æreis medii & minimi moduli: Sunt qui videri velint, Romæ vocabulum ab Evandro primum datum, cum Oppidum ibidem offendiſſent, quod exſtructum antea VALENTIAM dixerant, juventus Latina ſervataque ſignificatione impoſiti prius nominis* ΡΩΜΗΝ *græce, Valentiam latine, nominarunt* *Sic Roma Julio Cæſari gratulatur & veteri ſua appellatione, & Deâ, Anchiſis amaſiâ, quibus ſuam Julius debebat originem.* Undè & *Fr. Mediobarbus* hunc nummum *Romæ* videtur vindicare, ſcribens p. 9: *An ad Valentiam Hiſpaniæ* (ad quam tamen eandem non pertinere, jam docuimus) *an vero ad Romam, quam VAENTIAM à Græco Verbo* ΡΩΜΗΝ *dictam, docet SOLINUS, referendi ſint Nummi ſequentes* (eſt vero primus hic ipſe, quem ſub manibus habemus nummus) *eruditi Lectoris judicium eſto, MIHI certè ex NUMMORUM SCALPTURA, & eruditiſſimi Patini ſententia PERSUASUM EST, ROMAE CUSA NUMISMATA.* Sed hæc opinio, quamvis multos *Auctores* habeat conſentientes, *Grammaticorum potius luſum putamus*, cum tot alii *Romam* à *Romulo* & *conditam & appellatam clamitent.* Alias ſiſtit hunc nummum *argenteum Goltzius* Tab. XIII. n. 7. & 11. *L. Nonnius* T. XII. n. 6. & 11. *A. Occo* p. 15. *Fr. Mediobarbus* p. 9. qui tamen *anticam* non ſolum exhibet cum hac perigraphe: CAESAR. DICT. PERPETUO. h. e. CAESAR*i* DICT*atori* PERPETUO, cum alia plane noſtra ſit ex fide *Goltzii*; ſed & *Caput Cæſaris* in aliis *velatum*, in aliis *laureatum*; heic *Capite Veneris* comparente. Rurſus quando idem in aliis antica: S. Caput fœmineum, forte Veneris, & in poſtica VALENTIA S. duplexque cornu copiæ ex Indice Patini fol. 2. ſiſtit, eundem forte cum noſtro cenſemus, anticæ Inſcriptione paululum obliterata, niſi plane diverſus ſit, nobis nunquam viſus. *C. Patinus* in nummis *æreis medii & minimi moduli* p. 18. *Jac. Oiſelius* Tab. XXXI. n. 6. p. 136. *Harduinus* p. 415. de *nummis antiquis Urbium & Populorum. Joach. Oudanus* de Potentia Roman. Tab. XXXIV. N. 6. p. 155. *A. Morellius* in Nummis Conſularibus *Goltzianis* in Fam. *Julia* Tab. XIX. N. 24.

NUM. 5.

CAESAR Pontifex Maximus DICtator TERtium. Caput Julii velatum ac laureatum, ante lituus, uti Tab. I. n. 34.

Quintus TULLIUS, Marci Filius, CICERO III. VIR Auro Aegento Ære Flando Feriundo, intra coronam lauream, & decuſſatim in area.

De *antica* ad Tab. I. n. 34. dictum eſt. De *Quinto Julio Cicerone, Marci Filio, Marci Tullii Ciceronis Oratoris & Conſulis Fratre*, egimus ad Tab. VIII. n. 19 & 20. quorſum B. L. remittimus, ex quo & hoc conficitur, illum ſub *Cæſare Dictatore tertium, III. Virum monetalem* egiſſe, huncque denarium ſine dubio *gratitudinis ſuæ declarandæ ergo* ac *honori Cæſaris velificando* cudiſſe. Exhibet & illum *argenteum Goltzius* Tab. XIII. n. 8. & *Nonnius* Tab. XII. n. 8.

NUM. 6.

CAESAR IMPerator.. Caput Cæſaris laureatum dextram verſus, pone ſimpulum & lituus, uti Tab. I. n. 23.

Lucius LIVINEJUS, Caji Filius, REGULUS III. VIR Auro Argento Ære Flando Feriundo, decuſſatim in area.

De *averſa* vide Tab. I. n. 23. De *Lucio Livinejo Regulo* in *adverſa*, qui plura ſcire cupit, adeat Tab. III. n. 11. & Tab. IV. n. 31. & ſaltem monemus, corroborari hoc ipſo nummo, de *quo* ſupra ad Tab. III. n. 11. diſputavimus, nempe *Livinejum Regulum nummos hoſce vivo adhuc Cæſare*, & non poſt ejus mortem, ut *Urſinus* exiſtimat, *dediſſe*, præſertim cum *antica caput Julii laureatum cum ſimpulo & lituo*, tituloque Cæſaris *Imperatoris* exhibeat. Publicavit hunc ipſum nummum *argenteum Goltzius* Tab. XIII. n. 10. & *Nonnius* Tab. XII. n. 10.

NUM. 7.

Cajus CAESAR IMPerator. Caput Cæſaris laureatum, dextram verſus, ante lituus, pone guttus, uti T. I. n. 21.

item

CAESAR DICTATOR. Caput Julii Cæſaris laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. n. 29.

Lcius AEMILIUS Quinti Filius BUCA IIII. VIR Auro Argento Ære Flando Feriundo, decuſſatim in area.

De hujus nummi *anticis* locis citatis T. I. n. 21. & 29. nonnulla jam attulimus. *Lucium* vero

Bucam

Bucam & *aureos* & *argenteos nummos* in honorem Cæsaris, perinde ac hic, exhibentem, supra pariter Tab. III. n. 2. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. Tab. VII. n. 25. Tab. VIII. n. 13. vidimus. Sed cum Tab. III. n. 2. diximus, hunc *Lucium Æmilium Bucam*, *Lucii Æmilii Buccæ fuisse filium*, & juxta Tabulæ ejusdem n. 33. ex *Morellii* sententia *alius* fortè esse debeat *L. Æmilius Buca*, qui nummum illum dedit; hic verò *Quinti filius* vocetur, *alius hic ab illo omnino existimandus est*; ut tamen ex nummo certum hoc maneat, *eum Quatuor Virum pariter monetalem egisse sub Cæsare*, pro lubitu nunc & ex ambitione *IMPeratoris* titulum aut usurpantis, uti ex antica datur colligere, tunc *Imperatore* & *Dictatore*, & *hunc*, cujus & sunt nummi Tab. III. n. 29. & 30. *Quinti fuisse filium.* Sistit hunc aureum & argenteum nummum quoque *Goltzius* T. XIII. n. 1. & *Nonnius* Tab. XII. n. 1. *Jobertus* in Notitia rei nummariæ T. V. n. 5. p. 9. ubi male expressum est: Q. AEMILIUS Q. FABIUS BUCA IIII. VIR A. A. A. F. F.

Num. 8.

Caput Cæsaris laureatum lævam versus uti Tab. I. n. 1.

Lucius FLAMINIUS Titi Filius, Lucii Nepos, IIII. VIR Auro Argento Ære Flando Feriundo, decussatim in area.

De *antica* satis ad T. I. n. 1. dictum est. De *Lucio Flaminio*, *IIII. Viro Monetali*, pariter jam Tab. III. n. 40. nonnulla huc facientia monuimus, & solum attendimus, quod omnino *IIII. Viri Monetalis*, quicquid etiam *Æneas Vicus* & *Car. Patinus* contra sentiant, fuerint, de quo supra l. c. & præterea etiam, quod *primi IIII. Viri Monetales*, ex quibus *primus ordine* & noster hic *Flaminius* fuit, docente hoc alio nummo, *solum Julii caput laureatum sine nomine* & *titulo in nummis sistere consueverint.* Offendimus & hunc nummum *argenteum* apud *Goltzium* T. XIII. n. 3. *Nonnium* T. XII. n. 3. *Jacob. Biæum* in *Nummis Cæsar.* Tab. III. n. 16. *A. Morellium* in Nummis *Consul. Goltzianis* in Famil. *Flaminia* T. XVI. n. 22. ubi tamen *Morellius* Caput *dextram* versus exhibuit, à *Nonnio* rursus seductus, sua scilicet *Cæsaris editione.*

Num. 9.

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum dextram versus, uti Tab. II. n. 40.

item

DIVI JULI. Caput Cæsaris laureatum, lævam versus, uti Tab. II. n. 52.

Lucius MUSSIDIUS, Titi Filius, LONGUS, IIII. VIR Auro Argento Ære Flando Feriundo, decussatim in area.

De *anticis* videndi sunt Tab. II. n. 40. & 52. De *Lucio Mussidio Longo* & ejus nummis bene multa jam Tab. IV. n. 36. 37. 38. T. VII. n. 20. Tab. VIII. n. 21. tradidimus, quo B. L. ablegamus. Et hoc saltem attendimus, quod, quemadmodum supra, ac *Julio* adhuc *vivo*, ut *IIII. Vir Monetalis*, tum felix & omnibus rebus *abundans Imperium*, tùm *Comitii exornati memoriam* nummis suis commendaverat; ita *post mortem gratus Consecrationis quoddam monumentum* per nummos quoque exstare voluerit, *Divum* eundem nominando in ipsis. Sistit quoque hunc nummum *aureum Goltzius* Tab. XIII. n. 12. & *Nonnius* Tab. XII. n. 12. *Jacob. Biæus* in Nummis Cæs. Rom. T. III. n. 15. *A. Morellius* in Nummis *Consularibus Goltzianis* in Fam. *Mussidia* Tab XXVI. n. 10. & 11.

Num. 10.

Caput quoddam diadematum, &, ut videtur, virile Reguli cujusdam, uti Tab. VII. n. 17.

GERMANUS INDUTI IIII. Bos gradiens dextrorsum, uti Tab. IX. n. 10.

Hic iterum unus ex illis nummis est, qui nummorum significationem curiosis indagatoribus multum jam dedit negotii, & supra etiam Tab. VIII. n. 14. occasione alterius, sed similis, inscriptionis, non potuimus non hujus simul quoque meminisse. *Ludovicus Nonnius* in *Commentario suo ad nummos Cæsaris* silentio istum præteriit. *Goltzius*, quæ ratio & significatio ejus sit, ignoravit. *Tristanus*, T. I. p. 26. ut loco citato monuimus, in eo legit GERMANA INDUTIA, forteque posse esse *illam Coloniam*, quam *Plinius* vocet *Industriam*, existimavit. Sed cum distinctè hîc legatur GERMANUS, non *Germana*; dehinc INDUTI, non *Indutia*; multoque minus *Industria*, hæcce in locum suum abeat conjectura. *R. P. Jobertus* in *Notitia rei nummariæ* p. 93. ex recentiss. Edit. *German.* p. 122. literas INDUT. III. *quas* & hic infra in *postica* offendimus, ita explicari posse autumat, quasi significent *INDICTIO III. vel IV: Quin* &, scribens, *Indictiones deprehendi aliquando adscriptas, in quodam scilicet Mauritii nummo, ubi exstat: IND. II. Unde cœpit animum subire, quasi forte talis intelligi debeat in GERMANI aut SERMANI nummulo, quo legitur: INDUT. III, quæ verba nemo hactenus potuit capere satis; sed ego arbitror, significare aut INDICTione VIII. aut XIIII. Litera T, ex errore Monetarii adposita, quale quid occurrit non raro, ac neque clare etiam satis expressa.* Sed benè est, quod addit laudatus idem *Jobertus*: *Verum quoniam illi, qui rei nummariæ callentissimi sunt, hunc nummum adjudicant Imperio superiori, id autem meæ sententiæ adversatur, oportet, ut feliciori Oedipo relinquam, quicquid hoc est conjecturæ.* Addimus, *neque Indictionum usum illo ævo vix in chartis, multo minus in nummis fuisse consuetum. Cl. Begerus* in *Observationibus* ad vetera *quædam Numismata* p. 48. in eam it sententiam, quasi in *Induciomari*, Cingetorigis æmuli, & *Cæsaris* primum adversarii, postea tamen ejus Imperium agnoscentis, *memoriam* fuerit signatus, & quidem ex ea ratione, quod GERMANUS in nummo legatur, non *Germana*, ut *Tristanus* voluerat; dehinc quod in *antica caput virile diadematum* compareat, ex *comarum brevitate* & *virili genarum macie* & *diademate luculentissimè expresso*, colligendum, & non *Veneris*, ut *Goltzius* sculpserat. Cum verò GERMANUS dicatur,

TreViri

TreViri verò potius ad *Galliam Belgicam* tunc spe[illegible]t, putat, *eum Germanorum partibus accessisse*, [illegible] alias ibidem dicatur, *à TreVi*[illegible] *sollicitatos fuisse*, quæ fama etiam Cæ[illegible]verit, ut, suspensa expeditione Britannica, [illegible] perrexerit. Neque officere pu[illegible] *nem Induciomari* per C. apud [illegible] fit *transmutatio hujus literæ*, & [illegible] *Imperatorem* contingere potue[illegible]bile esse, cum *bos* in nummo [illegible] *Coloniam quandam potuisse* [illegible]m & peditatum insignem con[illegible] ibidem etiam legatur. Immò [illegible] quoque non incommodè ad *incur*[illegible] *adversum Romanos factas*, re[illegible], sicuti [illegible]vius, qui in altero numismate [illegible] haud ineptè intelligatur, *me*[illegible] inter *Germanos trans Rhenum* & *TreViros*, de quo dudum *Ausonius* cecinerit:

Armipotens dudum celebrari Gallia gestit
Trevericæque Urbis solium, quæ proxima Rheno.

Hanc suam quoque sententiam pluribus porro firmare annititur rationibus in *Thesauro Brandenburgico Tom. I.* p. 309. & existimat, fortè *literas*, infra obsignatas, legi debere: *INDUTIOmarus III. Virensis*, notamque esse *scriptionem III. Viri* hoc modo apud Romanos, & pronunciationem *TreViri* vel ex solo Ciceronis loco Lib. VII. Ep. XIV. ad Familiares constare: *TREVIROS vites censeo: audio CAPITALES esse: mallem AURO, ARGENTO, ÆRI essent.* Respondetque insuper ad objectionem, si *Trevirensis* ex hac conjectura esset *Indutiomarus*, quomodo supra GERMANUS dici possit? *Cum enim*, scribit, *in TreViris cum Cingetorige de Principatu contendens Cæsari se opposuerit, famamque tulerit, à TreViris Germanos TransRhenanos sollicitari, quæ fama & Cæsarem permovit*, ut *contra Indutiomarum progrederetur, jam constat, quâ ratione Germanus dicatur. Germani Trans-Rhenani certe, quos Cæsar apertè memorat, etiam Cis-Rhenanos supponunt, id quod rationibus ad Commium prolatis conveniens est, ubi utique & ex Cæsare & ex Tacito monstravi. Belgas plerosque à Germanis esse ortos, qui posterior de Treviris apertè: Treviri, inquit, & Nervii circa affectationem GERMANICI sanguinis ultro ambitiosi sunt, tanquam per hanc gloriam à similitudine & inertia Gallorum separentur.* Huc usque *Doctiss. Begerus*, ad quæ saltem hæc non possumus non regerere, *Colonias Indutiomaro assignare nummis expressas*, rem insolitam tunc fuisse apud Germanos, multoque magis *excursiones* in *Romanos factas*, ac in *nummis obsignatos*, rem pariter esse apud *Germanos inauditam*; An *Germani* illum *signaverint*? Apud quos *tanta* tunc temporis *æris tractatio* in officinis monetariis quærenda non est, multoque minus invenienda. An *Romani*? quorum *gloriæ* omnino videtur esse contrarium, *Barbari*, à *Labieno* trucidati, *memoriam* tanto monumento dignari! Si *Indutiomarus Germanus* est *dictus* in nummo, cur & *Trevirensis*? Tantis ergo adhuc *difficultatibus*, quæ assensum impediunt, hæc opinio obsepta est, ut calculum nostrum eidem addere planè nequeamus, sed potius *Oedipum feliciorem* inposterum exspectemus. *Harduini* in operibus *selectis* p. 718. jocularis verius quam vera est interpretatio, qua eum pro genio suo sic interpretatur: GERMAN. I. N. D. V. T. I. IIII. GERMANIcus *Imperator Neglecto Duplicis Victoriæ Triumpho Imperator* IIII. (*Quater*) Præterquam enim, quod nemo *Germanici* caput in aversa notaverat, Germanicus etiam nusquam legitur in nummis *Imperator*, ne dum *quater Imperator*. Fuit amicus, qui istas literas GERMANorum INDUCias interpretabatur, præsertim cum *bos* adsit, *pacem* fortè designans, agricolis longè gratissimam, quæ per *Inducias* comparari omnino solet. Sed cum de his nihil apud *Cæsarem*, *Suetonium*, ac alios legamus, *induciæque* per *C* & non T, *uti in nummo legimus*, vulgo scribi soleat, *bello* in oppugnanda nummi hujus obscuritate, hic potius *inducias* dabimus, præsertim cum etiam *Morellius*, nescius, quorsum referendus sit, eundem inter *miscellaneos* nummos retulerit, *Consularium* adjectos; addam saltem, quod illum jam vulgaverint *rarissimum nummum æreum H. Goltzius* Tab. XIV. n. 11. & 12. *L. Nonnius* T. XIII. n. 10. & 11. qui tamen *bovis figuram, Sculptoris incuria, non solum inversam dedit, sed & falsas anticas, & æs minus recte ipsi adsignavit. L. Begerus in Observationibus* & notis ad varia antiqua Numismata p. 47. & in *Thesauro Brandenb.* T. I. p. 309. *Carolus Patinus* in indice Nummorum antiquorum, Nummis æreis medii moduli adjecto p. 2. sed mutilum exhibens GERMANUS INDUTI, sine Numero IIII. *A. Morellius*, ut diximus in Miscellaneis nummis, quos sub finem *Consularium* exhibuit n. III. itemque in *Nummis Consularibus Goltzianis*, quos solum excudi fecit Tab. XIX. n. 2. & 3. [illegible], quod obiter moneo, *Nonnia editione* quoque deceptus *Morellius*, non solum & *aureum* & *argenteum* hunc ipsum exhibuit nummum, sed & falsas adversas, nempe cum *J. Cæsaris capite*, sed his diversis epigraphis: C. CAESAR IMP. & C. CAESAR DICTATOR ipsi assignavit; & nempe, ne Lector, aut futurus horundem editor, cœca credulitate *denuo* decipiatur. *W. Ern. Tentzelius* in Colloquiis menstruis Anni 1696. p. 692. 693. ubi & illum Mensi Augusto æri incisum ex Thesauro *Begeri* præfixit, insuperque *Begeri* opinionem recensuit & approbavit.

NUM. II.

CAESAR DICTator QUARTum. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone Lituus, uti Tab. I. n. 35.

JOVi OPTimo MAXimo SACRum. Bos coronatus & immolandus, dorsuale gerens, sub ipso culter Popæ, seu victimarius, ante ipsum ara fumans, ac verbenis ornata.

Taurum, velut *victimam* jugulandam *cultro victimario*, qui subjacet, & non *secespita*, ut *Oiselio* & aliis placet, *Jovique* O. M. *sacrificandam*, hic stare, *caput* intra cornua *vitis ac infulis redimitum*, ostentantem, *dorso* vero *phaleras* gestantem, intuenti statim patet. *Taurum*, vel potius *Juvencum*, *Jovi* Gentiles, sacrificasse, *Macrobius* inter alia testatur, rationemque addit Lib. III. c. 10. *Saturnalium*; *Virgiliusque* Lib. III. *Æneidos* v. 21. id docet, canendo:

Cœlicolum Regi mactabam in littore Taurum.

Idemque Libro IX. *Æneidos*:

Jupiter omnipotens audacibus annue cœptis,
Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona,

Et

Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum
Candentem &c.

Vetus inſuper *Inſcriptio* Fratrum Arvalium apud *Gruterum*: BOVE AURATO VOVEMUS ESSE FUTURUM. *Phaleras* haſce *Trebellius Pollio dorſuale* vocat in *Gallienis* Cap. VIII. *Proceſſerunt centum albi boves cornibus auro virgatis & dorſualibus ſericis præfulgentes.* Solebant ſcilicet *cornua* in ſacris triumphalibus auro *exornare*, aut *illa inaurare*, quem morem tangit ex quorundam opinione *Virgilius* rurſus Lib. I. *Georgic.* vſ. 217. 218.

Candidus auratis aperit quum cornibus annum
Taurus.

Et Ovidius Lib. Metam. VII. vſ. 161.

— — — *Indutaque cornibus aurum*
Victima, vota facit.

Tertullianus Libro de *Corona c. XII Tunc tibi Jupiter, bove cornibus auro decoratis vovemus eſſe futurum.*

Vittis vero ex *lana* confectis eadem tegere conſueverant, quas curioſè exhibet inprimis *Antii Reſtionis nummus* apud *Urſinum* in Familia *Antia*, & *Marmor* apud *du Choul en diſcours de la Religion des Anciens Romains* p. 301. unde *Virgilius* Lib. V. *Æneid.* vſ. 366.

Victori velatum auro, vittisque juvencum.

Et Lib. III. *Georgic.* vſ. 486.

Sæpe in honore Deûm medio ſtans hoſtia ad aram
Lanea dum nivea circumdatur infula vitta.

Rurſusque *Prudentius* Hymn. X. περιστεφ:

Huc Taurus ingens, fronte torva ac hiſpida,
Sertis revinctus: aut per armos floreis,
Aut impeditus cornibus deducitur.

Ara, cum igne accenſo, ad latus eſt, quæ certo *Deo*, *Jovi* hic, conſecrata erat, in qua & illi *Deo* dicata ligna accendebant, velut *Jovi* de *Eſculo*, quæ ex genere glandiferarum eſt, *verbenaque* eandem ornabant. De quibus omnibus videndus iterum *du Choul* eſt l. c. p. 296. Sed quorſum referendus hic *Taurus*, *Jovi immolandus*? An ad *ludos*, quibus inter alia & id animal ſacrificabatur, *à Cæſare inſtitutos*? an ad *ſacrificium*, quod *Jovi* Julius, & quidem *Dictator IV Victorque* ex *Hiſpania rediens*, pro impetrata victoria obtulit? Exhibet hunc nummum *aureum H. Goltzius* T. XV. n. 8. *L. Nonnius* T. XIV. n. 8: *Occo* p. 8. qui refert, hunc nummum ſe deprehendiſſe in *Libro nummorum delineatorum Alberti*, Principis Palatini ac Ducis Bavariæ, cui ſuo tempore eximius nummorum erat Theſaurus. *Hemelarius* in *Theſ. Arſchotano* T. I. n. 4. 5. *Alb. Rubenius in Croyjaci Ducis Numiſm.* T. II. n. 9. & 10. *Oiſelius* T. CXI. n. 4. p. 542. *Oudanus* T. CXIV. p. 496. *A. Morellius* in Nummis Conſularibus *Goltzianis* in Familia *Julia* Tab. XIX. N. 4.

NUM. 12.

CAESAR AUGUR IMPerator QUINtum, COnSul QUARtum. Caput Cæſaris velatum & laureatum dextram verſus, ante lituus, uti Tab. II. n. 37.

DICtator QUARTum PARENS PATRIÆ. Tripus, ſub quo duo corvi, impoſitâ eidem laureâ & ramis laureis, ad dextrum latus ſimpulum, ſive capeduncula, & ſecuris victimaria, ad ſiniſtrum guttus.

De *antica* T. II. n. 37. jam egimus. *Poſticam* quod attinet, non miramur *Dictaturam IV.* & *Parentis patriæ titulum in ea conjungi*, cum ſciamus hunc *à Senatu* honorem impetraſſe, *cum Dictator IV.* dictus, & *Victor liberorum Pompeji* ex Hiſpania eſſet reverſus, eumque honorem *inter primos tunc temporis recenſeri ab Auctoribus*, quod nempe PARENS PATRIÆ appellatus fuerit. Quando verò in *antica* ſimul *Conſul IV.* obſignatur, non poſſumus non *Eutropii* verba adſcribere: *Poſt annum inde Romam Cæſar cum quatuor triumphis ingreſſus, QUARTO DICTATOR ET CONSUL CREATUS, diſpoſito reparatoque Reipublicæ ſtatu continuo in Hiſpaniam contra Pompeji liberos profectus eſt.* Addimus *Appianum*: *Cæſar jam Quartum Conſul expeditionem contra juniorem Pompejum fecit in Hiſpaniam.* *Dio* præterea & *Plutarchus* tradunt, eo anno, quo Conſulatum IV. geſſit, Pompeji liberos in Hiſpania viciſſe, ſiquidem prior ita in Indice Libri XLIV. eidem præfixo: *Cajus Julius Cæſar, Dictator IIII. Æmilio Lepido, Magiſtro Equitum, & Conſul IIII. ſolum*; Et in hiſtoria ipſa: *Eo autem tempore Cæſar Dictaturam gerebat, & ſub exitum demum anni Conſul* (ſcil. Quartum) *creatus fuit.* Afferemus ſaltem adhuc ex *Livii Epitomes Libro LXVI.* quæ huc faciunt: *Cæſar ex Hiſpania quintum Triumphum egit, & cum multi maximique honores ei à Senatu decreti eſſent, inter quos ut Pater Patriæ appellaretur, ut Sacroſanctus, ac Dictator in perpetuum eſſet.* *Tripus Apollini ſacer* alias eſt, & hic cum impoſita *laurea* & *lauri ramis*, conſpicitur. Cui ſubſunt *Corvi*, auguriis præcipue apti, unde & *Statius* Lib. III. Theb. *corvum comitem tripodum* vocat, idemque *Phædrus* Fab. LVII. prodit, ubi *Juno* ad *Pavonem*:

Fatorum arbitrio partes vobis ſunt datæ:
Tibi forma, vires Aquilæ, Luſciniæ melos,
Augurium Corvo, læva Cornici omina.

Ut adeo hic, ſicuti omnia illa *inſtrumenta* ſunt Sacerdotii atque Augurii ſymbola, Julium domum reverſum innuant, haud *vanum in arte ſua fuiſſe Augurem*, ſed, *Apolline* favente, *cui* hæc ars ſubjacebat, & *Tripus* quoque attribuebatur, ut monuimus, *tam felix cepiſſe augurium profectionis* ſuæ, tamque *auſpicato* Pompeji filium fuiſſe adgreſſum, ut de eventu non niſi *lætari*, ac *Apollini* viciſſim, extollendo hanc artem, ac ſacrificando, gratias queat agere. *Huic* enim adſcribebant iſta, ut propterea *Heſiodus in Theogonia* illum Φοῖβον τ' Ἀπόλλωνα *Augurem Apollinem*, nominet, & *Martianus Capella* hæc de eo prodat Lib. I. de *connubio Mercurii & Philologiæ*: *Jampridem offenſus contamine monendorum, dedignatus Augur Pythius nuncupari, ſed alibi lauros primores*

primores arentesque hederas, alibi cariantem tripodem, crepidasque situ murcidas, præsagiorumque interlitam memoriam repererunt. Et Lib. VIII. *Apollo* ita loquitur: *Oeonistice tertia est, per quam tripus illa ventura denuntiat, atque omnis eminuit nostra cortina, denique in argumentum præscientiæ mihi corvus alludit, cygnus etiam sociatur, ut diei noctisque proventus nos avibus præsentire, concolor temporum pluma testetur, ipseque tripus, trini cursus præsagia pollicetur.* Vulgavit jam & ante hunc nummum *argenteum Goltzius* Tab. XVI n. 1. *Nonnius* T. XV. n. 13. *C. Patinus* in *Suetonio nummis illustrato* p. 59. *Tristanus* in *Commentario ad Numism. Cæsaris* p. 29. *Octavius Strada* in vita Cæsaris p. 2. in eo errans, quod *aureum* prodat, cum sit *argenteus*, inque eo habens socium, si non antecessorem *Auctorem Chronici Cæsarum Romanorum*, Belgica lingua conscripti, eundem nummum quidem, sed, ut diximus, *aureum* quoque exhibentem p. 1. *A. Morellius* in Nummis Consular. *Goltzianis* in Famil. Julia Tab. XIX. N. 8.

Num. 13. & 14.

ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. (*Cæsar Imperator*) *Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone lituus.* (Vide hoc Caput apud *Goltzium T. I. N.* 9.)

ΑΡΧΙΕΡεὺς ΜΕΓας ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ. (*Pontifex Maximus Augur*) *Tripus, super quem duæ stellæ.*

Quanti fecerit *Julius Auguratus sui Sacerdotium*, non solum ex eo liquet, quod *lituum* toties in nummis suis præferre voluerit, sed ex *hoc* cumprimis & *præcedenti nummo* colligitur. *Tripus* verò ad *Pontificatum Julii* spectans instrumentum erat, tribus pedibus constans, non verò instar illorum confectum, quibus *Phœbades* supersedere solebant, dum vaticinari cupiebant; sed in horum *summitate concavum vas erat*, in quo *carbones erant candentes*, in quos è *patera Pontifex suffimentum pro sacris faciendis spargebat*, ceu ex tot Imperatorum nummis in proclivi est colligere. *Tristanus* existimat *Apollinis & Veneris indicari astra*, quippe *quorum favore*, & *influxu* quasi adjutus fuerit *Julius* in consequendo hoc *Pontificatus Maximi ac Auguris sacerdotio*, hâcque *Imperatoris summi & absoluti dignitate*; Immo *quâ* nunc *fulgens*, *gratias* hisce *& aliis Diis* pro obtenta tam multiplici & cumprimis de *Pompeji liberis insigni & decretoria victoria sacrificando, thuraque spargendo*, ut *Pontifex Maximus*, retulit. Publicavit jam ante hunc *æreum* nummum *Goltzius* Tab. XVI. n. 15. *Nonnius* T. XV. n. 15. *Tristanus in Commentario* ad Cæs. Num. p. 29. *J. Seobal. Fabricius in Julio Cæsare* Numismatico, parvi commatis alias Libro, p. 22. *A. Morellius* in Nummis Consul. *Goltzianis* Tab. XX. N. 2. in Fam. *Julia*; ubi tamen circa caput Cæsaris conspiciuntur inverso ordine, sicut & Caput ipsum *dexteram* versus, cum *heic ad lævam* potius esse debeat.

Num. 15.

CAESAR IMPerator QUARTum. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone lituus, uti Tab. I. n. 31.

AUGUR PONTifex MAXimus CONSul QUARtum DICtator QUARtum. In area.

Hic nummus *omnes* propè *Julii titulos* exhibet, modo, alias non frequenti, in postica scilicet simul, & quidem in *antica* audit *Imperator Quartum*, quem titulum in *Africa* obtinuit contra *Jubam*, Numidiæ Regem, feliciter pugnans, & de eo triumphum postea Anno $\frac{707}{708}$ agens, ut supra diximus. *Consul IV.* reversusque ex Hispania, *Dictaturam IV. suscepit*, ita enim Fasti:

C. JULIUS C. F. C. N.
CAESAR
DICT. IIII. . . . .
. . . IMPER. CONSTIT. CAUSS.
MAG. EQ. II. . . .

Augur, uti supra quoque ostendimus, jam erat, antequam *Pontificatum Maximum* acciperet, de quibus satis ad Tab. I. n. 32. jam dictum est. Sistit hunc *aureum* nummum quoque *Goltzius* Tab. XVI. n. 17. & in *Fastis Roman.* p. 181. n. 2. *Nonnius* Tab. XV. n. 17. *A. Rubenius in Croyjaci Ducis Numism.* T. II. n. 5. & 6. *Jacobus Biæus* in Nummis Cæsar. Tab. I. n. 5. 6. *Joh. Valens* in Fam. *Julia* T. LXXIII. n. 24. *Occo* p. 8. *A. Morellius* in Nummis Consular. *Goltzianis* Tab. XIX. n. 7. in Familia *Julia*. *Jobertus* in *Notit. Rei* Numm. p. 157.

Num. 16.

Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti Tab. I. n. 1.

CAESar AUGur PONTifex MAXimus COnSul V. DICtator PERPetuus. In area lituus, patera & simpulum, sive capeduncula, intra coronam lauream.

Magni fecisse *Julium Sacerdotia sua*, & inprimis *Pontificis Maximi*, ex impressis & huic nummo *istius symbolis* satis clarè est colligendum. De *lituo & simpulo* supra ad Tab. I. n. 6. & 9. satis dictum est. *Patera* verò (quam *A. Rubenius discum*, & *Nonnius patellam* vocant) utebantur tum *ad injiciendum super carbones in tripode suffimentum inter sacra*, tum ut *eâdem*, cæsâ victimâ, *ministri cruorem exciperent*, & flammis traderent; de quo inter alios *Virgilius* Lib. VI. *Æneidos* vs. 248.

Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem
Suscipiunt pateris.

Consul autem quando *V.tum* in nummo audit, factum id est *post IV. Dictaturam*, & cum jam *Dictator perpetuus à Senatu designatus* esset, Anno scilicet 709. eundem-

eundemque Conſulatum *cum M. Antonio* geſſit. Ex quo colligimus ſimul, nummum hunc *eo ipſo anno, quo* à conjuratis, *Caſſio & Bruto*, Julius *interemtus fuit, adhuc fuiſſe cuſum.* Exhibet & hunc nummum *aureum Goltzius* T. XVI. n. 20. *Nonnius* T. XV. n. 20. *L. Begerus* in *Floro nummis illuſtrato* p. 34. *A. Rubenius in Croyſaci Ducis Numiſm.* T. III. n. 12. *A. Morellius* in nummis *Conſular. Goltzianis* Tab. XIX. N. 17. in Familia *Julia.*

NUM. 17.

CAESAR AUGUR IMPerator SEXTum COnSul QUINTum. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone lituus, uti Tab. II. n. 39.

PONTifex MAXimus DICtator PERPetuus. Duæ Sellæ curules, quibus impoſita eſt corona laurea, hinc & inde verò faſces cum ſecuri.

De *Auguris* dignitate, *qua* toties Cæſar ſeſe *jactavit in nummis*, tum *imprimendo lituum*, hujus Sacerdotii ſymbolum, tum ipſum nomen *AUGURIS*, & ex *hoc*, & *aliis*, quos conſpiciendos hactenus dedimus, *nummis relucet.* Supra etiam T. I. *n. 6.* oſtendimus ex *Dione*, ipſum, poſtquam ex *Ægypto & Aſia* rediiſſet in Urbem Victor, *Augurum* Collegio fuiſſe adſcriptum. De *Conſulatu ejus Quinto* præcedenti numero 16. hujus Tabulæ egimus. Reſtat *Imperator VI.tum* titulus, in nummo hoc quoque obvius, de quo *Goltzius*, & omnes, qui *Faſtos Cæſaris* dederunt, tacent. Refert tamen laudatus *Goltzius* ex *Capitolinis* ſine dubio Faſtis, quos *Cæſari ſuo* ſubjecit p. 202. & in ipſis *Faſtis Romanorum* p. 183. n. 1. inter alia & hæcce:

C. JULIUS C. F. C. N. CAESAR. VI.   Annò 709
DICT. PERP. COS. V.   Var. 10
OVANS EX MONTE ALBANO
VII. K. FEBR.

Suſpicatur hinc *Doctiſſ. Valens* numerum VI. *poſt CAESAR ſequentem*, de *Imperatoris titulo* eſſe intelligendum, conjicitque, cum nullibi *cauſa hujus Ovationis* tradatur, illum ad *montem Albanum* pro Feriis Latinis concipiendis profectum fuiſſe, cum animo jam meditaretur, adverſus *Parthos proficiſci*, ne ſcilicet profectio illi malè cederet. Ut adeo feriis iſtis forſan *Imperator VI renunciatus fuerit*, *Populusque anticipaverit iſtam victoriam*, perinde ac antea, tradente *Dione* Lib. XLII, de *Juba* triumphum ipſi decreverant, antequam *ſciret*, *an profecturus eſſet contra eum. Triumphare enim* (ſcribit) *eum de JUBA, Romaniſque qui cum eo militabant, juſſerunt, quaſi jam parta victoria: cum ne futurum quidem tunc id bellum ſciret Cæſar.* Hoc verò certum eſt, ſediſſe ipſi animo expeditionem contra Parthos; ita enim *Dio* Lib. XLV: *Itaque Cæſar ad bellum adverſus Parthos ſe hoc modo parabat.* Probeque perpendenda ſunt ſequentia *Dionis* verba de *Ovatione ejus*: *Ipſi datum eſt, ut Feriis Latinis peractis, ex Albano in URBEM CURRU INVEHERETUR*; nempe velut triumphans jam de Parthis. Præterea *Sella curulis* in *poſtica* comparet, quæ unde dicta fuerit, docet *Gabius Baſſus* apud *A. Gellium* Libro III. 18. ſcribens: *Senatores enim, qui curulem Magiſtratum geſſiſſent, dicit, curru ſolitos honoris gratia in curiam vehi, in quo CURRU SELLA eſſet, ſupra quam conſiderent, quæ ob eam cauſam CURULIS appellaretur.* Hæc ſicuti ut plurimum quatuor lignis incurvis conſtabat, ita de illis *Plutarchus* nomen traxiſſe, ſcribit in *Mario* p. 408: Ἡ μὲν ἀπὸ τῶν δίφρων τῶν ἀγκυλοπόδων ἐφ' ὧν καθεζόμενοι χρηματίζουσιν, ἔχουσα τοὔνομα τῆς ἀρχῆς, *altera à ſellis curulibus, quæ incurvis erant pedibus, ex quibus munia explicabant, nomen traxit.* Hanc à *Tarquinii Priſci* ævo in uſu fuiſſe, *Florus* prodit, ſcribens Lib. II. c. 5. §. 6: *Duodecim* (Tarquinius Priſcus) *Tuſciæ populos frequentibus armis ſubegit. Inde FASCES* (quæ & hic in *nummo* occurrunt) *Trabeæ*, *CURULES*, *Anuli*, *Phaleræ*, *paludamenta*, *Prætexta. Iſta* verò erat *eburnea*, unde *Horatio curule ebur* audit *Epiſt. VI.* 52.

> *Cuilibet hic faſces dabit, eripietque curule*
> *Importunus ebur.*

Et *Athenæus* Lib. V: Τυχὼν δὲ τῆς ἀρχῆς καὶ καθίσας ἐπὶ τὸν ἐλεφάντινον δίφρον κατὰ τὸ παρὰ Ῥωμαίοις ἔθος, *Magiſtratum adeptum, in eburnea ſella curuli ſedentem, ut mos eſt Romanis.*

Conſidebant in *ea Conſules*, *Prætores* & *Ædiles*. In præſenti verò nummo ſine dubio memoriæ commendare voluerunt *illam Cæſaris ſellam curulem*, *qua* ſemper uſus eſt, quippe *Dio* inter alios ipſi decretos honores refert, *ut ſemper curuli ſella ſederet, exceptis ludis*; Vel etiam forte *illam auream*, quam pariter laudatus *Dio* honoribus à *Senatu ipſi decretis* adſcribit hiſce Lib. XLIV: δίφρος ἡ ἐπίχρυσος καὶ στολὴ, ᾗ ποτε οἱ βασιλεῖς ἐκέχρηντο, ἐδόθη, h. e. *Sella aurea & toga, qua olim Reges uſi, ipſi decreta.* Idem tradit & *Suetonius* cap. 76: *Sed & ampliora etiam humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt, SEDEM AUREAM in curru & tribunali.* Et rurſus ibidem *Dio ſellæ cum corona*, meminit: Ἐπειδὴ καὶ ταῦτα ἠρέσκετο, οὕτω δὴ ἔς τε τὰ θέατρα τόν τε δίφρον αὐτοῦ τὸν ἐπίχρυσον, καὶ τὸν στέφανον τὸν διάλιθον, καὶ διάχρυσον, ἐξ ἴσου τοῖς τῶν θεῶν ἐσκομίζεσθαι· κἀν ταῖς ἱπποδρομίαις ὄχλον ἐσάγεσθαι ἐψηφίσαντο. h. e. *Quum hæc etiam Cæſari placuiſſent, jam in theatra etiam SELLAM ejus AUREAM, CORONAMque gemmis auroque inſignem, (qui honor Diis tribui ſolebat,) inferri atque circum etiam introduci à multitudine juſſerunt.* Et Lib. XLV. p. 273: Καὶ τότε μὲν οὔτε τὸν δίφρον τὸν τοῦ Καίσαρος τὸν ἐπίχρυσον, οὔτε τὸν στέφανον τὸν διάλιθον, ἐς τὸ θέατρον ἐσήγαγεν, ὥσπερ ἐψήφιστο, φοβηθεὶς τὸν Ἀντώνιον, h. e. *Sellam tamen Cæſaris auream, coronamque gemmis ornatam, in theatrum, (quamvis ita fuerat conſtitutum,) Antonii metu non intulit.* Cujus & *Plutarchus* in vita *Antonii* mentionem facit p. 922: *Sellam auream Patris ex plebiſcito ponenti* (Octaviano) *minitatus eſt,* (Antonius) *niſi populum deſiſteret ſolicitare, in carcerem ſe eum ducturum. Plinius* H. N. Libro XI. c. 37. & hujus aliud agens meminit: *Cæſari Dictatori, quo die primùm VESTE PURPUREA proceſſit, utque in SELLA AUREA ſedit, ſacrificanti bis in extis cor defuit.* Addemus ſaltem *Appiani* verba Lib. III. de *Bello Civ.* p. 543. 544: *Interea tempus Ludorum inſtabat, quas editurus erat Ædilis & Cæſar,* (ſc. Auguſtus) *Patri, SELLAM AUREAM atque CORONAM parabat, id quod illi ex Senatus Conſulto in perpetuum Ludis omnibus decretum fuerat.* Θέαι δὲ ἦσαν ἃς Κριτώνιος ἀγορανόμος ἔμελλε τελέσειν, καὶ ὁ Καῖσαρ ἐς τὰς θέας τῷ πατρὶ τόν τε χρύσεον θρόνον καὶ στέφανον παρεσκεύαζεν, ἅπερ αὐτῷ κατὰ πάσας θέας ἐψηφίσαντο προτίθεσθαι. De quo ritu ac more, qui tùm ex *honore* προεδρείας in *Theatris quæſito*, tum ex ſimili *honore Diis exhibito* in *Ludorum ſolennitatibus*, ortum traxit, inprimis conſulendi ſunt *Caſaubonus in Suetonii Cæſarem & Lipſius ad* Lib. II. *Annalium Taciti.* Niſi fortè potius *Dictaturam ejus perpetuam* deſigna-

re debeat. Si enim *Sella Consulum* & *Magistratuum Curulium* erat *insigne*, multò magis *Dictatoris*, cui quandoque multo *major* erat *auctoritas;* sicuti & Consuli *duodecim*, Dictatori *quatuor & viginti præferebantur secures cum fascibus*, quæ & hic ad *utrumque latus sellæ* deprehenduntur, velut *indices plenioris ac summæ in civilibus ac bellicis rebus potentiæ. Corona honoris gratia* imposita, quâ *sella* in Ludis ac Theatris in *Magistratus absentia* semper *decorata conspiciebatur*, aut *arescentes* hæ etiam, ut *Minutius* vocat, *coronæ sellæ curuli* in funere *imponebantur eorum*, qui *Magistratum curulem* gessissent, uti probe *Jacobus Gutherius* de *Jure Manium* Libro I. cap. 21. observavit, & in ejus argumentum *nummum* quendam, huic nostro haud multum absimilem, adduxit, *Cæsari* adjudicatum, qui tamen rectius *Augusto* tribuitur. Sistit nummum hunc *argenteum Goltzius* Tab. XVI. n. 22. & in suis *Fastis* pag. 183. N. 1. *Nonnius* T. XV. n. 22. *Occo* p. 9. *Alb. Rubenius in Croyjaci Duc. Num.* Tab. II. n. 11. 12. *Oiselius* Tab. XCVI. n. 7. p. 478. *Joh. Valens* in *Fam. Julia* T. LXXIII. n. 26. *Oudanus* T. CXII. n. 7. p. 481. *Joh. Georg. Grævius* in *Floro* Nummis illustrato p. 25. n. 2. *Jac. Zabarella* in Aula Heroum, sive *Fastis Roman.* p. 100. *A. Morellius* in nummis Consularibus *Goltzianis* in Famil. *Julia* Tab. XIX. N. 15.

NUM. 18.

CAESAR AUGUR PONTifex MAXimus. Caput Cæsaris laureatum dextram versus, pone apex, uti Tab. I. n. 32.

Publius CLODIUS, *Marci Filius*, *PRætor. Simpulum, seu capeduncula, secespita, sive securis victimaria, guttus, lituus, patera.*

In *antica* sicuti à *P. Clodio Augur & Pontifex* vocatur; ita in *postica sacrorum* prope *insignia omnia* conspiciuntur. Sunt, qui *Claudiam & Clodiam Gentem unam* putant. Alii nomen *Claudiæ* ab *Appio Claudio* originem trahere, *Clausum* postea, *Clausium* & tandem *Claudium* dictum; *Clodiam* verò à nomine *clodus*, hoc est, *curvus*, *Isidoro* auctore dictum, opinantur; Alii cum *Festo Pompejo* à *Clodio*, Æneæ, socio, nuncupatum volunt. Sed ad *quam stirpem* pertineat noster *Clodius* definiri vix à nobis poterit. Illum neque ad *Claudii Neronis*, nec ad *Claudii Pulchri* (licet *A. Rubenio ex Pulchrorum Familia* fuisse, videatur, cujus ratio nobis non videtur sufficiens, in *Commentario suo ad nummos Cæsaris p.* 4.) nec ad *Claudiorum plebejorum*, quibus *Marcelli* plerumque *cognomen* adhæret, pertinere, certum est, quod in illis cum *Publii prænomine* nullus occurrat, nec *Marci Filius* dicatur. *P. Clodium, Ciceroni inimicissimum*, fovisse *Cæsarem* & sustinuisse, atque *a patribus* ad *plebem* per adoptionem traduxisse, Tribunatumque ei contulisse; ut scilicet is factus Tribunus perniciem Ciceroni eò facilius machinari potuerit, ex historia ejus temporis novimus. Sed postea, Pompejo ipsi contrario, & Cicerone ex exsilio revocato, per Milonem è medio in via Appia sublatus est. At cum *Prætor* hic nominetur, nec *hoc* cum *titu'o* ille legatur, ad *hunc* quoque spectare non poterit. Persuademur ergo illum esse *Clodium*, cujus meminit *Appianus* Lib. V. de *Bello Civ.* Hunc *partes Cæsaris fuisse primum sequutum*, non solum *hic nummus* demonstrat, sed & alius, in quo *Martem tranquillum* signavit, quem infra Tab. X. n. 5. dabimus. Ut suspicari liceat, illum inter *illos Prætores fuisse*, *quos Cæsar*, eorum numero aucto, *noviter creavit*, de quo *Dio*. Quod inter alia ex illo nummo colligitur, quem *P. Clodius*, Marci filius, tunc *Ædilis curulis*, in memoriam *Ludorum Apollinarium* anno 708. cudi fecit, qui est apud *Fulvium*, *Patinum*, & *Valentem*, exhibens caput *Apollinis radiatum*, ut *Dei Solis*, cum *Dianæ* symbolo, *Lunam*, inter *quinque Triones* in *postica*; *alioque*, quem in *Ludos Cereales* signari fecit, cum capite *Apollinis laureato* ac *lyra*, in altera parte cum *Cerere stante*, & *utraque manu faces accensas gerente*. De ludis illis testatur *Dio* Lib. XLIII: *Eo anno duo Ædiles thesauris publicis præfuerunt: alterque horum Cæsaris sumtibus Ludos Apollinares fecit.* Et sicuti *alii Genus suum*, *victorias*, *Colonias*, & si quæ alia, nummis suis celebrarunt; ita hic *Pietatem & Sacerdotia ejus* æternitati hoc nummo, *ut Prætor*, commendare inprimis voluit. Post *necem Cæsaris* in bello *Perusino Antonii partibus adhæsit*, posteaque Octaviano contrarius, ab eo sublatus est, sic referente *Appiano* loco citato: *Sequenti die Cæsar* (A. 712.) *fœdus iniit cum omnibus exercitibus: tamen tumultuari contra quosdam non desiit, donec interfecti sunt, qui erant inimicissimi Cæsaris, Canutius, C. Flavius, Clodius Bithynicus & cæteri.* Vulgavit jam ante nummum hunc *aureum Goltzius* T. XVI. n. 23. *Nonnius* T. XV. n. 23. *A. Rubenius in Croyjaci Ducis Numism.* T. II. n. 3. 4.

NUM. 19.

Caput Cæsaris laureatum ac velatum dextram versus, ante simpulum, pone lituus, uti T. I. n. 9.

Cajus CAESAR *DICtator PERPetuus COnSul QUINTum IMPerator SEXtum. Sella curulis, cui impositæ binæ laureæ, inter quas guttus.*

Antica sicut *Julium Augurem* ac *Pontificem Maximum* sistit; ita *postica*, ut *Dictatorem perpetuum*, *Consulem Quintum* (de quo n. 16.) & *Imperatorem Sextum*, (de quo n. 17. hujus Tabellæ) ut etiam *utrobique symbola* eximiè conspirent cum *titulis* ejusdem summis, quos *posteriores* ultimo vitæ suæ anno consecutus est. Atque adeo corroboramur hoc ipso nummo in nostra sententia, *eundem* cum illo n. 17. cusum in *ejus Dictaturam perpetuam*, cujus *Sella curulis* index est, perinde ac *Consulatus*, de *qua*, sicuti ac *laurea* jam ad n 17. egimus. *Guttus Pontificatus insigne* hic est. Produxit jam hunc nummum *argenteum* in lucem *Goltzius* T. XVI. n. 24. & *Nonnius* XV. n. 24. Ejusque anticam partem *G. Grævius* in Floro Nummis illustrato p. 288. Utramque vero faciem communicat *A. Morellius* in nummis Consularibus *Goltzianis* in Famil. *Julia* Tab. XIX. n. 16.

NUM.

NUM. 20.

Caput Julii Cæsaris laureatum lævàm versus, uti Tab. I. n. 3.

Lucius MUSSIDIUS LONGUS. Temo, globus, cornu copiæ, frugibus plenum, caduceus & apex.

Vidimus & exhibuimus jam supra Tab. IV. n. 37. *eundem typum*. Cum *hic vero* nummus ab *isto nihil differat*, nisi *antica*, de *qua* tamen supra jam ad T. I. n. 3. dictum est, & *metallo*, quod *aurum* hic est, nunc quidem B. L. *eò ablegamus*, modo addentes, quod *ob typi præstantiam, non in uno metallo* exstare illum voluerit *Mussidius*. Dedit olim jam illum *Goltzius* T. XVI. n. 18. & *Nonnius* T. XV. N. 18.

NUM. 21. & 22.

ΓΑΙοΣ ΙοΥΛΙοΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΔοΥΚΤΑΤΩΡ. *Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone litera B.*

ΘΩ, *forsan* ΘΕΩ, *ut Goltzius vult p. 218, in suo Cæsare. Julius Cæsar laureatus sedet sub habitu Dei in sella, dextra victoriolam, sinistra hastam puram tenens.*

Vivum *Julium* pro *Deo* jam *cultum fuisse*, supra monuimus, neque ejus obscura vestigia *in nummis* Tab. VI. n. 4. & Tab. VIII. n. 6. deprehendimus; In illo priori velut *Jupiter* sedet; *fulmen tenens dextra*, ac *hastam puram sinistra*; In *altero* pariter sub *Dei* habitu sinistra *victoriolam sustinet*. *Tertius* nunc accedit, qui sub manu est, in quo rursus *laureatus*, *sinistra hastam puram*, *victoriolam dextra* præfert, *eamque* hoc positu, ut *lauream dextra ipsi quasi imponere videatur*, & *sinistra palmam* teneat, cum addito vocabulo Θω, quod *Goltzius* p. 219. suspicatur esse forsan pro Θεῷ, *Divo*. Notum siquidem est ex historia, quod ipsi inter alios honores etiam hic decretus fuerit, ut *imago ipsius Orbis terrarum simulachrum pedibus premeret*, cum *titulo* SEMI DEI. Et *Dio* Libro XLIV. disertè memorat, *JOVIS ipsi cognomentum palam imposuisse; Templum Clementiæ dedicari jussisse, ejusque Sacerdotio Antonium, quasi Flaminem Dialem, præfecisse. Ipsi porro Quinquennalia Festa, tanquam HEROI, ut haberentur, ordinasse, & quæ his sunt similia.* Ex quibus omnibus, ac nummis præcipuè ipsis, satis elucet, quod pariter *Dio* prodit, *alios aliosque ultra modum accumulasse honores, tum studio adulandi nimio, tum ut eum obtrectationibus exponerent.* Ante jam publicavit hunc *æreum nummum rarissimum Goltzius* T. XVII. n. 2. & *Nonnius* Tab. XVI. n. 2. Anticam vero, sive Caput exhibet ibidem *Goltzius* Tab. II. N. 22. *A. Morellius* in Nummis Consularibus Tab. XX. N. I. in Fam. *Julia*.

NUM. 23. & 24.

Γαΐ© ΙοΥΛΙοΣ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ. *(Cajus Julius Cæsar Deus vel Divus.) Caput Cæsaris cum corona radiata lævam versus.*

Stella crinita in area.

Claudimus hanc Tabulam *nummo consecrationi Julii* dicato, quod non solum *elogium* Θεῦ in *antica*, sed & *stella crinita* in *postica* arguit. Θεῦ, *Dei* sive *Divi* elogium non miramur, cum sciamus, diu jam ante *ipsam Romam* Θεὰν Ῥώμην à *Græcis ac Asiaticis Urbibus* fuisse vocatam, quod *huic* post mortem, *Augusto* vero adhuc *vivo* contigit, veluti supra mortalitatem elato; de quo suo loco plura dicturi sumus. Solus & unicus est, qui *ipsum* cum *corona radiata* exhibet, antea sic non visum, quare & judicium nostrum de hujus αὐθεντίας suspendimus. Post apotheosin corona ipsi quoque fuit attributa radiata, ut Deum scilicet decet, quæ alias Soli tribuitur, illisque qui ab illo originem ducunt. Eleganter in hanc rem *Virgilius* Lib. XII. vs. 16.

> . . . . . *ingenti mole Latinus*
> *Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum*
> *Aurati bis sex radii fulgentia cingunt,*
> *Solis avi specimen.*

De *stella crinita*, quæ post mortem ejus apparuit, quæque *Populo occasionem* præbuit *credendi*, *animam ejus, in cœlum receptam, notabili splendore jam coruscare*, fusius supra ad Tab. II. n. 51. egimus, & hoc solum observamus, *Consecrationem ipsius non solum Romanis*, sed & *Græcis nummis fuisse undiquaque divulgatam*. Vulgavit primus hunc nummum *æreum Goltzius* T. XVII. n. 4. & dehinc *Nonnius* T. XVI. n. 4. & ex his sine dubio *Octavius Strada* in vita *Cæsaris* p. 2. in eo errans, quod *aureum* prodat, cum sit *æreus*. *A. Morellius* in nummis Consularibus *Goltzianis* Tab. XX. N. 16. in Famil. *Julia*.

TABULA X,
EXHIBENS
NUMMOS C. JULII CÆSARIS OMISSOS.

NUM. 1. & 2.

Cajus CAESAR DICtator TERtium Caput Victoriæ alatæ.

Lucius PLANCus PRAEFectus URBis. Urceus.

Cusum hunc Denarium *Ursinus* suspicatur in memoriam *victoriæ*, quam de *Juba*, Rege, ex Africa *Cæsar*, *Dictator III*, retulerat; alii & fortè rectius de ista, quam de *Pompeji filiis* celeriter tulit. Nam cum Româ anno 708/9. contra istos proficisceretur, *Dictaturam adhuc tertiam* gerebat, hinc *caput Victoriæ anticæ* additum. *Urceus* in *postica Pontificatum Maximum Dictatoris* arguit, quem prætermittere *L. Munatius Plancus* haud potuit, *multum Cæsari debens*, & sine dubio *unus ex numero octo Præfectorum*, quos *Romæ* reliquerat, de quo *Dio* Lib. XLIII. & nos supra T. III. n. 13. & 14. jam egisse, meminimus, ubi *ejusdem typi* nummum, præter quod *Dictaturam IV.* Cæsaris exhibeat, jam vidimus, quo B. L. ablegamus. *De Dictatura III.* verò ad T. I. n. 3. egimus. Est hic nummus *aureus* præterea apud *Ursinum* & *Patinum* in Gente *Munatia* n. 1. p. 181. & in *Gente Julia* T. V. n. 1. p. 131. *Joh. Valentem* in Gente *Munatia* Tab. XCVIII. n. 1. p. 152. *A. Morellium* in Nummis Consularibus in Familia *Munatia* n. 1. & in Familia *Julia* Tab. V. n. 1. *A. Rubenium* in Nummis Arschotanis, & *Jacobum Biæum* in Nummis Imperatorum Rom. Tab. IV. n. 3. 4. *C. Patinum* in Thesauro Mauroceno p. 11. parsque hodie *is est Thesauri Schwartzburgici.*

NUM. 3.

Cajus CAESar DICtator TERtium. Caput Victoriæ alatæ, uti hac Tab. X. n. 1.

Lucius PLANCus PRæfectus URBis. Urceus.

De *antica* ad n. 1. hujus Tabellæ dictum est; neque *postica*, nisi *positu literarum* & *figura urcei* aliquantum differt ab *illa*, *quam* Tab. III. n. 14. & hic Tab. X. n. 2. vidimus. Offendimus & illum *aureum* apud *Goltzium* Tab. XV. n. 7. & 10. *Nonnium* Tab. XIV. n. 7. & 10. *J. Valentem* in Fam. *Julia* T. LXXIII. n. 23. *A. Morellium* in *Nummis Consular.* in Fam. *Munatia* N. 2. *Jacobum Gutherium* de veteri *Jure Pontificio* Libro II. cap. 13. p. 103. Tom. V. *Grævii* Antiquit. Roman.

NUM. 4.

Caput Cæsaris laureatum lævam versus, ante caduceus, pone lauri ramus, uti Tab. I. N. 11.

Lucius LIVINEIUS. Bos cornupeta.

Quod *duobus diversis typis* diversoque *metallo* hic ipse nummus *repetitus fuerit*, persuademur eo magis, eum in *rem memorabilem* fuisse cusum, *eam* quidem, *quam* supra jam Tab. III. n. 11. innuimus. Hactenus nullibi eundem ex *auro*, nisi in *Thesauro Schwartzburgico offendimus.*

NUM. 5.

CAESAR IMPerator. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti Tab. I. n. 15.

Publius CLODIUS Marci Filius. Mars nudus stans galeatus, sinistra sceptrum, vel parazonium, tenet, dextra hastæ innititur.

De *antica videatur* Tab. I. n. 15. De *P. Clodio* pluribus quoque jam supra T. IX. n. 18. egimus, qui nummus ibidem poterit consuli. *Quiescit* scilicet hic *Mars in postica*, & indicare videtur, *Julium*, occiso Anno 708. in Hispania *Cn. Pompejo*, *Urbem* nunc *tranquillam* in posterum habiturum, eandemque sic recturum. Sistunt hunc nummum *argenteum Ursinus* & *Patinus* in *Gente Claudia* T. I. n. 7. & *Joh. Valens* in *Fam. Claudia* Tab. XLIII. n. 43. Ubi tamen *crucem*, loco *hastæ*, tenet *dextra* & *Scipionem alatum* loco *Parazonii. A. Morellius* in Nummis *Consularibus* in Gente *Claudia* T. I. n. 7.

NUM. 6.

CAESAR IMPERator. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti Tab. I. n. 17.

Marcus METTIUS. Venus Victrix tunicata & seminuda, succinctaque stans, dextra victoriolam, læva hastam transversim tenet, cubito clypeo innititur, qui globo impositus est, absque litera.

Hicce nummus *argenteus* ab *illo*, *quem* Tab. IV. n. 32. dedimus, saltem in *eo differt*, quod *hic*

hic omni planè *litera*, in aliis alias conſpicienda, *careat*, & propterea jam etiam eam ob cauſam ab *Abrahamo Gorlæo æri* inciſus, *vulgatusque fuerit* in *Theſauro Numiſmatum Roman* ad *Familias ejus Urbis* ſpectantium, Tab. XXIV. n. 10. in Familia *Mettia*.

NUM. 7.

CAESAR IMPERator. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, uti Tab. I. n. 7.

Marcus METTIUS. Venus Victrix eodem habitu ac modo ſtans, uti in præcedente, in area Litera D.

Nihil in hoc nummo *argenteo* obſervamus, præter *Literam D.* in areâ, quæ ſine dubio referenda eſt ad deſignandas *diverſos in officinis monetariis operarios*, quale quid etiam in Familia *Thoria* & aliis paſſim deprehendere licet, *publicato* jam à *Laurentio Begero* in *Theſauro Brandenburgico* T. II. p. 603.

NUM. 8.

Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, uti Tab. I. n. 1.

vel

CAESAR IMPerator. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone lituus, & ſimpulum, uti Tab. I. n. 22.

Marcus METTIUS. Venus Victrix eodem modo, ut in præcedentibus ſtans, in area Litera H.

Nihil attendimus, præter *literam H.* in *area* hujus nummi *argentei*, *quem* olim *Adolphus Occo* in publicam lucem jam emiſit in *Theſauro Numiſm.* primæ editionis p. 6. & *A. Morellius* in Nummis Conſular. in Familia *Mettia* ſub Lit. C.

NUM. 9.

CAESAR IMPerator. Caput Cæſaris laureatum dextram verſus, pone lituus & ſimpulum, uti Tab. I. n. 22.

vel

CAESAR IMPERator. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, uti Tab. I. n. 18.

Marcus METTIUS. Venus Victrix, uti in præcedentibus comparens, in area Litera I.

Differt ſaltem, ut intuenti ad oculum patet, impreſſa *Litera I.* quem *argenteum* hoc modo pariter *Gerlæus* olim emiſit in lucem in *Theſauro Numiſmatum ad Familias ſpectantium* in *Familia Mettia* Tab. XXIV. n. 9. & *Occo* p. 6. *A Morellius* in Nummis *Conſularibus* in *Familia Mettia* ſub Lit. D.

NUM. 10.

CAESAR IMPerator. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, pone lituus & ſimpulum, uti T. I. n. 22.

Marcus METTIUS. Venus Victrix eodem modo ac in præcedentibus ſtans, in area Litera L.

Denuo *Literam L.* in *area hujus* nummi ſaltem obſervamus, quem jam publici juris fecerat *C. Patinus* in *Urſini Familiis auctis*, & quidem in Familia *Julia* T. II. n. 1. p. 127. & *A. Morellius* in Nummis Conſularibus in Familia *Mettia* ſub Lit. E.

NUM. 11. & 12.

ΘΕΟΣ (*Divus*) *Caput Cæſaris laureatum lævam verſus.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ (*Theſſalonicenſium*) *Caput Auguſti nudum lævam verſus.*

Theſſalonicenſium ſtudium & devotionem erga *Julium defunctum*, *Auguſtumque* ſucceſſorem, ſupra jam Tab. VII. n. 5. 6. & 12. contemplati ſumus, pauloque poſt ex alio adhuc, numero ſcilicet 18. hujus Tabulæ, cognoſcemus. Quæ huc ſpectare poterunt, ibi jam diximus, modo addimus, quod nummum hunc *æreum* debeamus *Celeber. Joh. Valenti* in de *nummis Imperatorum à Populis Græcè loquentibus percuſſis* p. 1.

NUM. 13.

CAESAR IMPerator. Caput Julii laureatum lævam verſus, pone Lituus & ſimpulum, uti Tab. I. n. 22.

Marcus METTIUS. Venus Victrix tunicata & ſeminuda, ſuccinctaque ſtans, dextra victoriolam, læva haſtam transverſim tenet, cubito clypeo innititur, qui globo impoſitus eſt, in area Litera G.

Tab. IV. n. 32. & Tab. III. n. 12. nummi jam typum expoſuimus, quo & B. L. remittimus, jam addentes ſaltim, quod hunc ipſum *Litera G.* obſignatum nummum *argenteum* contineat *Theſaurus Schwartzburgicus.*

NUM.

NUM. 14.

DIVOS JULIUS DIVI Filius. Caput Julii Cæsaris laureatum & Augusti nudum opposita.

Marcus AGRIPPA, Lucii Filius, COnSul ITERum, DESignatus TERtium. Caput Agrippæ lævam versus, corona navali redimitum, infra signum Trinacriæ, sive tria crura.

Nullum est dubium, quin hic nummus A. V. C. $\frac{725}{26}$. signatus sit, cum hoc *Consulatus II. Agrippæ* prodat, quem hoc Anno cum *Augusto* gessit, hinc *gratulaturus sibi* de hoc *insigni honore*, *Augusti* & *Patris Julii* Cæsaris imagines simul in eo imprimi fecit.

Nummum hunc aureum vulgavit primus *H. Goltzius* & in *Fastis Romanorum* p. 204. n. 2. & in *Augusti* Nummis Tab. XXVIII. n. 7. & Tab. IV. n. 40. Ex quo repetiit *Andreas Morellius* in Nummis *Augusti* Tab. XXII. n. 3. 6. & in *Familia Augusta* sub *Agrippa* Tab IV. n. 23. & 24. nec non in *Consularibus Goltzianis* sub Familia *Vipsania* Tab. XXXV. n. 8. Plura de *Agrippa* Tab. III. n. 17. 18. B. Lectori suggerit.

NUM. 15. & 20.

Caput Veneris lævam versus ornatum.

Duplex cornu copiæ colligatum, & fructibus abundans, infra Litera Q.

Vel ex *illis* hic denarius est, quos in *dedicatione Templi Veneris* in vulgus sparsit *Julius*, de quibus jam supra ad Tabulam IV. n. 30. & 35. multi fuimus occasione *ejusdem* fere formæ nummi; vel, quod mallemus, *à Valentia Urbe*, quæ hoc *cornu* signi loco habet, eundem accepimus, de quo adeas, si placet, Tabulam VI. supra n. 23. 24. ubi non solum in *antica* caput *Veneris*, sed & *duplex cornu copiæ* in postica offendes, & lege, quæ ibi attulimus. Hunc ipsum vero debemus *Thesauro Schwartzburgico.* Hoc saltem adhuc adjicimus, quod sicuti ille, supra Tab. IV. n. 30. & 35. D. à tergo *Veneris* exhibet, noster vero heic Q. habeat literam; ita & à *B. Morellio* in Nummis Consularibus & quidem in *Familia Julia* Tab I. Lit. N. adduci alios, qui Literas E. F. & M. præferant, studio heic, ne numerus nimium cresceret, prætermissos, perinde ac ille *nostrum* sic quoque æri incidi fecit *ibidem.* Dedit & illum *Abr. Gorlæus* in suo *Thesauro* Numism. Consul. Tab. XXXVIII. n. 11.

NUM. 16.

Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone stella, uti Tab. I. n. 5.

Marcus ANTOnius IMPerator ReiPublicæ Constituendæ. Caput M. Antonii nudum, pone lituus.

De *capite* loco citato dictum est. Reliqua, quæ in *adversa* etiam occurrunt, supra, Tab. III. n. 3. explicata jam dedimus. Vidimus ibidem *Antonium affinitate* cum *Cæsare conjunctum*; nam mater ejus *è Julia* erat *Gente*; vidimus eum *à Cæsare*, *quem* in Gallias proficiscentem *sequebatur*, *officiis publicis admotum. Ejus* enim *auspiciis* & *commendatione* fiebat quod *Quæstor*, quod *Tribunus plebis* esset, quod *Augur* Anno $\frac{703}{4}$. diceretur, cujus sui *Auguratus* indicium *lituus*, in nummo hic quoque denuo *pone caput* occurrit, & quidem tum in *hoc*, tum in *aliis nummis eò frequentius*, quod *Sacerdotium hoc per omnem vitam duraret. Imperator* dicitur, quod ab *Exercitu* sicut à *Senatu* hunc titulum tulisset. *Magister Equitum* Anno $\frac{706}{7}$. à *Cæsare Dictatore* creatus est, & in absentia ejus vices sustinuit. Cumque per omnem vitam *Cæsari adhæsisset*, cujus & plures *nummi* testes sunt, *post mortem gratus* quoque exsistere voluit, *nummisque* hoc, veluti *monumento publico*, *attestari.* Siquidem & *hic ipse* ab *eo*, jam *TriumViro* R. P. C. percussus, & in *antica* caput *Julii* cum *stella*, sive *Veneris*, sive *Comete*, *Consecrationem* ejus notante, obsignatum est. Communicavit illum *aureum* jam ante *Goltzius* T. XIV. n. 9. & in *Antonio* T. XXXVII. n. 11. cum *antica* T. XLIII. n. 7. *Nonnius* T. XIII. n. 7. ubi tamen & *literas & caput inversa dedit*, *æsque falsum cum minus convenientibus aversis assignavit*; *rectius verò* T. XXVIII. n. 11. & T. XXXIII. n. 7. illum dedit. *Jacobus Biæus* in Nummis Cæsar. edit. 1617. *Antw.* Tab. III. n. 7. 8. *A. Morellius* in Nummis Consularibus *Goltzianis Famil. Anton.* Tab. V. n. 7.

NUM. 17.

DIVI JULI. Caput Julii laureatum dextram versus, pone lituus, uti Tab. I. n. 54.

Quintus VOCONIUS VITULUS Quæstor DESIGNatus. Vitulus stans, ad latus: Senatus Consulto.

De *aversa* consulendus est citatus n. 54. Tab. I. Cæterum *eundem typum* cum explicatione inveniet B. L. Tab. V. n. 15. supra, quo ipsum ablegamus, cum *metallo* saltem differat, hicque ex *auro*, ille ex *argento* cusus est, ex quo simul *typi præstantiam* colligimus. Dedit jam illum in lucem *Goltzius* Tab. XIV. n. 1. & *Nonnius* T. XIII. n. 3. ubi *tamen Vituli figura*, *Sculptoris incuriâ*, *inversa visenda est*, *itemque falsæ aversæ sunt. Jacobus Biæus* in Nummis Imperator. Tab. III. n. 1. 2. edit. *Antw.* 1617.

NUM. 18.

CAESAR IMperator Pontifex Maximus. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone simpulum, uti Tab. I. n. 24.

Lucius BUCA. Venus Victrix sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam transversim tenet.

Hic *aureum* exhibemus, quem supra jam Tab. III. n. 28. *argenteum* contemplati sumus, cum ergo

ergo & *anticam* T. I. n. 24. & *posticam* ibi expofuerimus, addimus modo, iftum jam olim vulgâsse *Goltzium* Tab. VIII. n. 20. & *Nonnium* Tab. VII. n. 20.

NUM. 19.

CAESAR PARENS PATRIAE. Caput Julii laureatum ac velatum, ante lituus, pone apex, uti Tab. I. n. 20.

Cajus COSSUTIUS MARIDIANUS Auro Argento Ære Flando Feriundo. In area decuſſatim.

Eundem *typum* cum jam fupra Tab. III. n. 39. expofuerimus, & hic *aureus* faltem metallo difcrepet, eo B.L. remiffum cupimus, monentes, quod illum debeamus *Goltzio* in *Cæfare* Tab. XIII. n. 5. & *Nonnio* T. XII. n. 5.

NUM. 21.

DIVUS JULIUS. Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, ad frontem ſtella, uti Tab. II. n. 63.

Marcus LEPIDUS PONTifex MAXimus. Caput Lepidi nudum dextram verſus, pone lituus.

Anticam l. c. expofuimus. In *poftica* cum nihil monendum fit, quod non fupra *T III. n.* 1. & *Tab VII. n.* 18. 27. *tactum fit*, diutius eidem inhærere nolumus, addentes, quod iftum jam publicaverit *Goltzius* T. XXVI. n. 24. & T. XXX. n. 5. itemque *Nonnius* T. XXI. n. 24. & Tab. XXIII. n. 5. *A. Morellius* in Nummis Confular. *Goltzianis* feorfim excuf. T. III. n. 10.

NUM. 22. & 23.

Caput Pietatis, ante quod ciconia.

IMPERator. Urceus & lituus, intra coronam lauream.

J. *Valens* definire non audet, an ad *Patrem*, *Cæcilium Pium*, an ad *Cæcilium Pium Scipionem* referendus fit, cum *corona ex lauro* ambobus convenire queat, neque *urceolum & lituum*, figna Pontificalia, dubium tollere, quod *Metellus Pius Pater Pontifex* fuerit *Maximus*, *cui fucceſſerit Julius Cæfar*, juxta *Dionem* Libro XXXVII. *Metellusque Scipio Pontifex* renunciatus fuerit, tefte *Suetonio* in *Tiberio* c. 4. De *ciconia* notum eft, quod *Pietatis* fit Symbolum, à *Petronio* Arbitro *Pietati-Cultrix* vocata, de *qua Ambrofius* in *Hexaëmero* L. V. c. 16: *Aves non erubeſcunt reverendi ſenis membra portare, eſt enim vectura pietatis. Quod eo usque frequenti teſtificatione percrebuit, ut congruæ remunerationis invenerit mercedem. Nam Romanorum uſu PIA AVIS vocatur: & quod vix uni Imperatori Conſulto Senatus delatum dicitur, hoc iſtæ aves in commune meruerunt.* Et *Epiphanius* in *Phyſiologo* c. 25: Τὸ γὰρ ὄρνεον τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ εὐσεβεῖ θαυμασίως γηροβοσκεῖ. h. e. *Hæc enim avis patrem & matrem admiranda pietate in ſenectute alit. Amoris* & fidei fymbolum fingulare hanc avem exhibere, vel in *Delphenſi incendio* adparuit, ubi *Ciconia* rediens, & nidum ardere videns, expanfis alis pullis implumibus in nido incubuit, quafi vel fic iisdem auxilium latura, donec & *ipſa* cum *nido & pullis* à flammis fuerit abfumpta. Hinc & Græci, inquit *Auguſtinus* (in Dial. II. p. 16.) uno verbo ἀντιπελαργεῖν, pro *rependere beneficium*, ac paria facere dicebant: quod Latinis effet ad verbum, *Ciconiare*, fi fas effet vocem cudere, ut Poëtis, quibus major eft indulta licentia. Sed quâ ratione hic nummus *Julio* tribuendus fit, non videmus, cum *nihil offerat*, *quod Julio competat.* Propterea tamen addimus, quod ab *aliis ei jam tributus* fuerit, *incuſarique poſſimus*, quafi *illum non vidiſſemus*, *aut attendiſſemus.* Siftit fcilicet hunc nummum in *Julii nummis Hub. Goltzius* Tab. XV. n. 3. & 11. *Lud. Nonnius* T. XIV. n. 3. & 11. *Alb. Rubenius* in *Croyjac. Ducis* Numm. & *Jacobus Biæus* in Nummis Imper. Rom. T. IV. n. 13. & 14. *J. Valens ad Familiam Cæciliam* illum retulit T. XXX. n. 26. *Jacobus Oifelius* verò *Cæfaris* rurfus accenfet Tab LXXVI. n. 6. p. 404 itemque *Joachimus Oudanus* Tab. LXXIX. n. 6. pag. 325. Exhibet & illum *Sada* in Dialogis *Auguſtini* in *Linguam Italicam verſis* pag. 33. N. 1.

NUM. 24.

ΓαΪΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΥΠΑΤΟΣ Β. (*Cajus Cæſar Imperator Conſul Iterum.*) *Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, uti Tab. II. n.* 67.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*Theſſalonicenſium.*) *In corona laurea.*

De *antica* ut plura addamus, cum jam nonnulla ad dictum numerum 67. T. II. monuerimus, non eft. *Theſſalonicenſium* verò *optimè* de *Succeſſore Auguſto merendi ſtudium*, (ficuti & *Strabo* Lib. VII. de ea prædicat, quod fupra cæteras illius ætatis Urbes eximia civilitate floreat) ex *ſimili* propè *nummo* Tab. VII. n. 12. item n. 5. & 6. ejusdem Tabulæ, rurfusque Tab. X. n. 11. fuit colligere, quorfum, & inprimis ad Tab. VII. n. 5. & 6. B. L. remittimus. Et obfervamus, ex dictis liquere, *Macedoniam Provinciam*, ex illo tempore, quô illam receperat *Cæfar*, & *Cn. Domitium Calvinum* eò miferat, *ſub ejus fide manſiſſe.* Dedit jam olim hunc nummum *æreum Goltzius* Tab. X. n. 2. & *Nonnius* T. IX. n. 2. *A. Morellius* ex illis in Nummis *Conſularibus Goltzianis* Tab. XX. n. 5. in Familia *Julia.*

NUM. 25.

Caput Cæſaris laureatum lævam verſus, ſupra verticem ejus exſiſtente ſtella crinita, uti T. II. n. 64.

Publius SEPULLIUS MACER. Venus Victrix ſeminuda ſtans, dextra victoriolam præfert, ſiniſtra haſtam tenet, adjecto infra ſcuto.

Metallo, *auro* fcilicet, faltem *differentem* hic exhibemus ab illo, quem fupra T. V. n. 1. explica-

explicatum dedimus, quo & B. L. remittimus, adjicientes hoc unicum, ante jam eundem *aureum* divulgâsse *Goltzium* T. VIII. n. 14. & *Nonnium* T. VII. n. 14. & postea quoque, ut nunc video, *Antonium Zantanum* in Cæsaris *aureis* T. IV. n. 1.

NUM. 26.

DIVO JULIO. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, supra verticem stella existente crinita, uti Tab. II. n. 62.

Publius SEPULLIUS MACER. Venus Victrix seminuda stans, dextra victoriolam, sinistra hastam inversam tenet.

Supra T. V. n. 2. *eundem typum* jam spectandum dedimus in *argento*, nunc illum in *auro* sistimus. Et postquam B. L. *eò* remisimus, monemus tantum, eum jam luci exposuisse *Goltzium* T. VIII. n. 19. & *Nonnium* Tab. VII. n. 19.

NUM. 27.

Caput Cæsaris laureatum lævam versus, uti Tab. I. n. 1.

Lucius FLAMINIUS IIII. VIR. Mulier stolata stans, dextra caduceum, sinistra hastam puram tenet.

Expositionem qualemcunque hujus nummi qui desiderat, adeat Tab. III. n. 40. ubi *eundem* typum in *argento* deprehendet, hic in *auro* exhibitum, præeuntibus nobis *Goltzio* Tab. VIII. n. 23. & *Nonnio* Tab. VII. n. 33.

NUM. 28.

CAESAR DICTator TERTium PONTifex MAXimus. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, pone lituus, uti Tab. I. n. 33.

Lucius MUSSIDIUS LONGUS. Temo, globus, cornu copiæ, frugibus plenum, caduceus & apex.

De *antica* evolvenda est T. I. n. 33. *Posticæ typum*, quod concernit, *eundem* jam supra Tab. IV. n. 36. intuentium oculis exposuimus, ubi B. L. plura deprehendet; Hic *metallo* saltem ab isto differt, nempe *auro*, unde constat, *frequentiorem* eundem in *hominum manibus esse voluisse Mussidium.* Exhibuit eum jam *Goltzius* T. XVI. n. 16. & *Nonnius* T. XV. n. 16. *A. Rubenius in Croyjaci Ducis Numism.* T. III. n. 23. & 24.

NUM. 29.

Caput Cæsaris laureatum lævam versus, ante caduceus, pone lauri ramus, uti T. I. n. 11.

Lucius LIVINEIUS REGULUS. Bos cornupeta.

De *antica* videatur Tabula I. n. 11; de *posticæ typo* jam supra Tab. III. n. 2. egimus, ac observamus saltem, propter *rei*, typo expressæ, *præstantiam*, nummum in *auro argentoque* voluisse exstare *Livinejum Regulum.* Vulgavit ipsum *argenteum* jam *Goltzius* Tab. XIIII. n. 10. & *Nonnius* Tab. XV. n. 12. *ubi iterum ex Sculptoris incuria non solum figura bovis inversa cernitur, sed & æs falsum cum antica ipsi assignata nomenque* LTVINBIVS *pro* LIVINEIUS *falso* æri incisum ibidem occurrit.

NUM. 30.

CAESAR DICTator PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum ac velatum, uti Tab. II. n. 45.

Publius SEPULLIUS MACER. Venus Victrix seminuda stans, dextra victoriolam alatam præfert, sinistra hastam tenet, subjecto infra ad pedes scuto.

Nihil *hic* ipse *nummus* differt *ab illo*, quem jam hac Tabula n. 25. exhibuimus, quàm quod *alio* gaudeat *positu* vox MACER, clarius hoc docente adspectu; ubi & suprà jam plura. Debemus vero illum aureum *Paolo Pedrusi* in libro, cui titulus: *J. Cesari in oro raccolti nel Farnese Museo* Tab. I. n. 4.

TABULA

TABULA I,

EXHIBENS

CAPITA OCTAVII CÆSARIS AUGUSTI,

CUM INSCRIPTIONIBUS LATINIS PAUCISQUE GRÆCIS PRIMORUM IMPERII ÆTATISQUE ANNORUM.

NUM. I.

Caput Augusti juvenile, imberbe ac nudum, lævam versus.

Augusti (1) augusto, quod confidimus, augurio Historiam dum auspicamur verè *augustam*, talis quippe herois, qui cœlo utique demissus insigni suâ fortitudine, prudentia, (2) & rara planè animi moderatione (3) Romanum nomen & potentiam ad summum tandem evexit fastigium, multa oppidò magni planè momenti in ejusdem conspectu nobis obvenient. Sed non fuerunt quoque pauca, quæ hoc summum in terris culmen & *infanti*, & *adolescenti*, & *viro* protenderunt. Equidem *Augustum nihil amplius quàm equestri familiâ ortum* novimus, *vetere quidem & locuplete, & in qua primus Senator pater suus fuerit*; (4) *sed amplis subinde innutritus opibus, honores adeptus est facile*, eosque virtutum insita vi, adeo auxit, atque ante ipsum, ac ferè post ipsum, nullus. Ex *Velleji Paterculi* descriptione Libro II. cap. 5. fuit *Cajus Octavius, ut non patricia, ita admodum speciosa equestri genitus familia, gravis, sanctus, innocens, dives.* Commodius vero *ejusdem magnitudinis præsagia, & futuri imperii portenta*, ex instituto, vel nobismet ipsis præscripto, haud proferemus, quam ipsius *Tranquilli* verbis in *Vitâ* ipsius, capite XCIV: *Et quoniam ad hoc ventum est, non abs re fuerit, subtexere, quæ ei prius, quàm nasceretur, & ipso natali die, ac deinceps evenerint, quibus futura magnitudo ejus, & perpetua felicitas sperari, animadvertique posset. Velitris antiquitus tacta* (5) *de cœlo parte muri, responsum est, ejus oppidi civem quandoque rerum potiturum: qua fiducia Velitrini & tunc statim, & postea sæpius pæne ad exitium sui cum Populo Romano belligeraverant: sero tandem documentis apparuit, ostentum illud Augusti potentiam portendisse. Auctor est Julius Marathus, ante paucos, quam nasceretur, menses, prodigium Romæ factum publice, quo denuntiabatur, Regem Populo Romano naturam parturire:* (6) *Senatum exterritum censuisse, ne quis illò anno genitus educaretur: eos, qui gravidas uxores haberent, quo ad se quisque spem traheret, curasse, ne Senatus Consultum ad ærarium deferretur. In Asclepiadis Mendetis* Θεολογουμένων *libris lego, Atiam, cum ad solenne Apollinis sacrum media nocte venisset, posita in templo lectica, dum cæteræ matronæ dormirent,* (rectius *Grævius*: domum irent,) *obdormisse, draconemque repente irrepsisse ad eam, paulloque post egressum,*

(1) *Natus is est IX. Kal. Octob. (29. Sept.)* $\frac{620}{19}$. *A. V. C. M. Tullio Cicerone & Cajo Antonio Hybrida Coss. Romæ paullo ante Solis ortum. Suetonius* Cap. 5. *Aug.* & *Plutarchus* in Vita *Ciceronis*, T. I. p. 883; Καὶ γὰρ ἐκ τύχης αὐτῷ γεγονέναι συμβεβήκει Κικέρωνος ὑπατεύοντος, *forte fortuna namque acciderat, ut nasceretur Consule Cicerone*; Itemque *Paterculus* 36: *Consulatui Ciceronis non mediocre adjecit decus, natus eo anno D. Augustus. Dio* Lib. LVI. p. 590: Τῇ γὰρ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Σεπτεμβρίου ἐγεγέννητο, *siquidem natus est IX. Kal. Octobris. In veteri Kalendario*, sive hemerologio Juliano: IX. Kal. OCTOBRIS H. D. AUGUSTI NATALIS. Ita præterea *Marmora* antiqua. Reductus ad Kalendarium Julianum, in XV. aut XVI. Kal. Nov. antiqui incidit. Videatur *Rubenius de Gemma Augustina* p. 215. & *de Natali Augusti. Fasti Idatiani* annum 691. suggerunt, itemque *Fasti Consulares* anonymi à *F. Henr. Norisio* è Bibliotheca Cæsarea deprompti. Constat & dies ex *Gellio* Lib. XV. c. 7. hujusque ibi *Augusti* ad Cajum adducta epistola, IX. Kal. Octobr scripta, in qua: *Spero Cajum meum lætum & benevolentem celebrasse (hodierno die) quartum & sexagesimum natalem meum.*

(2) *Dio* Lib. LXV. p. 272: Καὶ αὐτὰ καὶ κατέπραξε καὶ κατειργάσατο, παντὸς μὲν ἀνδρὸς νεανικώτερον, παντὸς δὲ πρεσβυτέρου φρονιμώτερον, *sic vero* Augustus *rem confecit, ut viros omnes juvenili audacia, senes omnes prudentia superasse videatur. Florus* Lib. IV. Histor. c. 3 *Gratulandum tamen in tanta perturbatione est, quod potissimum ad Octavium Cæsarem Augustum summa rerum rediit; qui sapientia sua atque solertia perculsum undique & perturbatum ordinavit Imperii corpus.*

(3) *Suetonius* c. 21: *Qua virtutis moderationisque fama Indos etiam ac Scythas, auditu modo cognitos, pellexit ad amicitiam suam, Populique Romani ultro per Legatos petendam. Eutropius* in *Breviario* ad Valentem: *Neque enim ullus eo aut in bellis felicior fuit, aut in pace moderatior.*

(4) *Suetonius* in Aug. c. 2.

(5) Nempe *sine ulla læsione*, adnotante *Casaubono* & *Torrentio*, ex Etrusca de fulminum jactibus disciplina, in qua fulmen istud vocatur *Regale. Seneca* N. Q. II. 49: *Regalia fulmina sunt, quorum vi tangitur vel Comitium, vel principalia Urbis liberæ loca: quorum significatio regnum Civitati minatur.*

(6) *Casaubonus* glossatur ita: *Idem è libris Sibyllinis fuisse creditum, & quidem eo nasciturum tempore, quo Ægyptus in Romanorum potestatem venisset*, probat certissimus Auctor *Cicero* Lib. I. Epistolarum, ad Lentulum, & Libro II. de *Divinatione. Verum illum Orbis terrarum Regem & Dominum fuisse JESUM CHRISTUM, etiam adversariorum testimoniis convincitur.*

ſum, illamque expergefactam quaſi à concubitu mariti purificâſſe ſe, & ſtatim in corpore ejus exſtitiſſe maculam, velut depicti draconis, nec potuiſſe unquam exigi, adeo ut mox publicis balineis perpetuo abſtinuerit: Auguſtum natum menſe decimo, & ob hoc Apollinis filium exiſtimatum. Sed prius, quam ad reliqua *Suetonii* pergamus, aliorum ſimul de *Atiá* (7) jungemus teſtimonia, & primo quidem *Dionis* de *ſola Atia* dormiente, Libro XLV. p. 270: Ἄλλως τε καὶ ὅτι ἡ Ἀτθία δεινῶς ἰσχυρίζετο ἐκ τοῦ Ἀπόλλωνος αὐτὸν κεκυηκέναι· ὅτι καταδαρθεῖσά ποτε ἐν ναῷ αὐτοῦ, δράκοντί τινι μίγνυσθαι ἐνόμισε. καὶ διὰ τοῦτο τῷ ἱκνουμένῳ χρόνῳ ἔτεκε, *quod, quo magis faceret, Atia etiam movit; quæ etiam affirmabat, Octavium hunc ex Apolline conceptum fuiſſe: quod quum in ejus Dei templo quodam tempore obdormiviſſet, viſa ſibi eſſet cum dracone coire, ac tempore ad eum conceptum competenti, Octavium peperiſſet.* Cui & adſtipulatur *Sidonius Apollinaris* Carm. II. vſ. 121.

Magnus Alexander, nec non Auguſtus, habentur
Concepti ſerpente Deo: Phœbumque Jovemque
Diviſere ſibi: namque horum quæſiit unus
Cinyphia ſub Syrte patrem maculis genetricis;
Alter Phœbigenam ſeſe gaudebat haberi,
Pœonii jactans Epidauria ſigna Draconis.

Pergit *Suetonius*: *Eadem Atia, priusquam pareret, ſomniavit, inteſtina ſua ferri ad ſidera, explicarique per omnem terrarum & cœli ambitum. Somniavit & pater Octavius, utero Atiæ jubar Solis exortum.* Hoc rurſus nobis confirmat *Dio* Libro XLV. p. 270: Πρίν τε ἢ εἰς φῶς ἐξιέναι, ἔδοξεν ὄναρ τὰ σπλάγχνα ἑαυτῆς ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρεσθαι, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐπεκτείνεσθαι· καὶ τῇ αὐτῇ νυκτὶ καὶ ὁ Ὀκταούϊος ἐκ τοῦ αἰδοίου αὐτῆς τὸν ἥλιον ἀνατέλλειν ἐνόμισεν. *Præterea, antequam eum partum ediddiſſet, per quietem ſibi viſum eſſe, quaſi inteſtina ſua in cœlum efferrentur, atque hinc ſupra univerſam extenderentur terram; eademque nocte Octavius ex conjugis pudendis Solem exoriri imaginatus fuit.* Itemque *Zonaras* T. II. *Annal.* p. 134. 135: ἥτε γὰρ μήτηρ αὐτοῦ Ἀτθία, ἐγκυμονοῦσα αὐτὸν, ἔδοξε κατ' ὄναρ τὰ σπλάγχνα αὐτῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρεσθαι, καὶ ὑπὸ πᾶσαν ἐκτείνεσθαι τὴν γῆν· καὶ ὁ ἐκείνης ἀνὴρ κατὰ τὴν αὐτὴν νύκτα ἐδόκει ὁρᾶν ἥλιον ἐκ τῆς νηδύος αὐτῆς ἀνατέλλοντα. *Nam Attia mater ejus prægnans, ſomniavit, inteſtina ſua ferri ad cœlum, explicarique per omnem terrarum ambitum. Somniavit & pater Octavius eadem nocte, utero Attiæ jubar ſolis exortum.* Rurſus *Suetonius*: *Quo natus eſt die, cum de Catilinæ conjuratione ageretur in curia, & Octavius ob Uxoris puerperium ſerius adfuiſſet, nota & vulgata res eſt, P. Nigidium, comperta moræ cauſa, ut horam quoque partus acceperit, affirmâſſe, Dominum terrarum orbi natum.* Quod multo explicatius tradit *Dio* loco citato, Libro XLV. p. 270: *Infanti recens edito Nigidius Figulus, Senator, ſtatim imperium vaticinatus eſt, qui ea tempeſtate omnem cœli deſcriptionem, ſiderumque differentias & eorum proprias quasque coituum intervallorumve ſuorum ratione effectiones ea edunt, præ cæteris adeo callebat, ut arcanis quibusdam ſtudiis eum uti, crederetur. Is Figulus Octavium, qui ob filii nativitatem in Senatum (tum fortè convocatum) tardius veniebat, (obviam factus) interrogavit, cur cunctatus fuiſſet: cognitâque cauſa, exlamavit, Dominum nobis genuiſti,* ὅτε γὰρ τότε τὸν Ὀκταούϊον βραδύτερον ἐς τὸ συνέδριον, διὰ τὸν τοῦ παιδὸς τόκον (ἔτυχε γὰρ βουλὴ οὖσα) ἀπαντήσαντα ἀνήρετο, διὰ τί ἐβράδυνε· καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν, ἀνεβόησεν, ὅτι Δεσπότην ἡμῖν γεγέννηκας.) Pergit: *Eo ſermone conturbatum Octavium, ac necare infantem volentem inhibuit, quod ei infanti tale quid evenire impoſſibile foret. Hæc ea die, qua in lucem natus eſt C. Octavius, acta ſunt* *Suetonius* porro: *Octavio poſtea cum per ſecreta Thraciæ exercitum duceret, in Liberi patris luco barbara ceremonia de filio conſulenti, idem affirmatum eſt à Sacerdotibus: quod, infuſo ſuper altaria mero, tantum flammæ emicuiſſet, ut ſupergreſſa faſtigium templi ad cœlum uſque ferretur, unique olim omnino Magno Alexandro apud easdem aras ſacrificanti, ſimile proveniſſet oſtentum. Atque etiam ſequenti nocte ſtatim videre viſus eſt filium mortali ſpecie ampliorem, cum fulmine & ſceptro, exuviisque Jovis Opt. Max. ac radiata corona ſuper laureatum currum, bis ſenis equis candore eximio trahentibus. Infans adhuc, ut ſcriptum apud Cajum Druſum exſtat, repoſitus veſpere in cunas à nutricula loco plano, poſtera luce non comparuit: & diu quæſitus, tandem in altiſſima turri repertus eſt, jacens contra Solis exortum. Cum primum fari cœpiſſet, in avito ſuburbano obſtrepentes fortè ranas ſilere juſſit; atque ex eo negantur ibi ranæ coaxare. Ad quartum lapidem Campanæ viæ in nemore prandenti ex improviſo aquila panem ei è manu rapuit: & cum altiſſime volaſſet, rurſus ex improviſo leniter delapſa reddidit.* Cujus poſterioris ominis & *Dio* meminit Libro XLV. p. 270: Τρεφομένου δὲ ἐν ἀγρῷ αὐτοῦ, αἰετὸς ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐξαρπάσας ἄρτον, ἐμετεωρίσθη. καὶ μετὰ τοῦτο καταπτάμενος, ἀπέδωκεν αὐτόν. *Quum in agro is educaretur, aquila panem ei è manibus eripuit, ac in ſublime evolavit; poſt ſe iterum demiſit, panemque ei reddidit.* Itemque *Zonaras* T. II. p. 135: Τρεφομένου δὲ τοῦ παιδὸς ἐν ἀγρῷ, αἰετὸς ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐξαρπάσας ἄρτον, καὶ μετεωρισθεὶς, αὖθις ἀπέδωκεν αὐτὸν καταπτάς, *cum puer ruri educaretur, aquila, pane ex manibus ejus rapto, ſubvolavit, ac delapſa rurſus eundem reſtituit.* Quæ præſagia *puer* habuerit; ſequentia refert *Suetonius* eodem Capite: *Quintus Catulus poſt dedicatum Capitolium duabus continuis noctibus ſomniavit: primâ Jovem Optimum Maximum, prætextatis compluribus circum aram ludentibus, unum ſecreviſſe, atque in ejus ſinum ſignum Reipublicæ, quod manu geſtaret, repoſuiſſe: at inſequenti animadvertiſſe ſe in gremio Capitolini Jovis eundem puerum: quem cum detrahi juſſiſſet, probibitum monitu Dei, tanquam is ad tutelam Reipublicæ educaretur. Ac die proximo obvium ſibi Auguſtum, cum incognitum alias haberet, non ſine admiratione contuitus, ſimillimum dixit puero, de quo ſomniaſſet.* Quodnam iſtud *ſignum Reipublicæ* fuerit, (nempe qua obſignare ſolebant diplomata, & quæ Reipublicæ nomine fiebant) dilucide id nobis prodit *Dio* Libro XLV. p. 270: Ὅ, τε Κάτουλος, οὐδ' αὐτός που ἑορακὼς τὸν Ὀκταούϊον, ἐνόμισε τοὺς παῖδας ἐν τοῖς ὕπνοις τοὺς εὐγενεῖς πάντας ἐν τῷ Καπιτωλίῳ πρόσοδον πρὸς τὸν Δία πεποιῆσθαι, καὶ ἐν αὐτῇ τὸν θεὸν εἰκόνα τινὰ τῆς Ῥώμης ἐς τὸν ἐκείνου κόλπον ἐμβεβληκέναι. Ἐκπλαγεὶς δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἀνῆλθεν ἐς τὸ Καπιτώλιον προσευξόμενος τῷ θεῷ· καὶ ἐκεῖ τὸν Ὀκταούϊον εὑρὼν ἄλλως ἀναβεβηκότα, τό, τε εἶδος αὐτοῦ πρὸς τὸ ἐνύπνιον προσήρμοσε, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῆς ὄψεως ἐβεβαιώσατο. *Catulus autem, qui ipſe quoque Octavium nunquam viderat, per quietem putavit, omnes nobiles pueros ad Jovem in Capitolio accedere, eumque IMAGINEM ROMAE in Octavii ſinum injeciſſe. Eo inſomnio territus, Capitolium, adorandi Jovis cauſa, aſcendit: quumque ibi Octavium, qui ipſe quoque fortè eodem ſe contulerat, offendiſſet; formam ejus* cum

(7) Non vero *Actia*, ut paſſim proditur, vſ. 9; ab interprete *Plutarchi* p. 883. cum tamen in Græco legatur: Ἀτθίας ἡ μητρὸς, neque *Accia*, ut habet translator *Zonaræ* pag. 134. T. II.

cum ea, quæ in ſomnis oblata ſibi fuerat, contulit, veritatemque inſomnii apud ſeſe confirmavit. Eadem ratione ſed breviter idem tradit *Zonaras T. II. Ann.* p. 135: Κάτουλος δὲ καὶ αὐτὸς καθ' ὕπνους ἔδοξε, τὴν διὰ τῆς Ρώμης εἰκόνα εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ὀκταβίου, παιδὸς ἔτι ὄντος, ἐμβεβληκέναι, *Catulus vero & ipſe in ſomnis vidit, Jovem ROMAE IMAGINEM in ſinum filii Octavii, pueri adhuc, demittere. Quidam prius ſomnium Catuli (Suetonii eſt relatio) aliter exponunt, quaſi Jupiter compluribus prætextatis tutorem à ſe poſcentibus, unum ex eis demonſtraſſet, ad quem omnia deſideria ſua referent, ejusque oſculum delibatum digitis ad os ſuum retuliſſet. Marcus Cicero Cajum Cæſarem in Capitolium proſecutus, ſomnium priſtinæ noctis familiaribus fortè narrabat: puerum facie liberali, demiſſum cœlo catena aurea, ad fores Capitolii conſtitiſſe, eique Jovem flagellum tradidiſſe: deinde repente Auguſto viſo, quem ignotum adhuc plerisque avunculus Cæſar ad ſacrificandum acciverat, affirmavit ipſum eſſe, cujus imago ſecundum quietem ſibi obſervata ſit.* Paucioribus id tradit *Dio* loco citato p. 270: Παιδίσκου τε αὐτοῦ ὄντος, καὶ τὴν διαίτην ἐν τῇ Ρώμῃ ποιουμένου, ἔδοξέ ποτε ὁ Κικέρων ὄναρ ἁλύσεσί τε αὐτὸν χρυσαῖς ἐς τὸ Καπιτώλιον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καθιμῆσθαι, καὶ μάστιγας παρὰ τοῦ Διὸς εἰληφέναι· καὶ (οὐ γὰρ ἠπίστατο ὅστις ἦν) περιέτυχέ τε αὐτῷ τῇ ὑστεραίᾳ ἐν αὐτῷ τῷ Καπιτωλίῳ, καὶ γνωρίσας αὐτὸν, διηγήσατο τοῖς παροῦσι τὴν ὄψιν. *Puer adhuc, cum Romæ ageret, in ſomnis Cicero vidit eum aurea catena è cœlo in Capitolium demitti, flagellaque à Jove accepiſſe: quumque ignoraret, quemnam eum vidiſſet, poſtridie in eum forte fortuna in ipſo Capitolio incidit, agnovitque, & iis, qui aderant, quæ ſibi adparuiſſent, expoſuit.* Eodem modo, ſed paucioribus & *Zonaras* loco citato p. 135: Παιδίσκου τε αὐτοῦ ὄντος, καὶ ἐν Ρώμῃ διαιτωμένου, ἔδοξεν ὁ Κικέρων καθ' ὕπνον ὁρᾶν ἁλύσεσι χρυσαῖς ἐκ τοῦ πόλου πρὸς τὸ Καπιτώλιον καθιμώμενον, καὶ παρὰ τοῦ Διὸς μαστιζόμενον, *deinde cum adoleſcentulus in Urbe degeret, ſomniavit Cicero, ſe videre illum catenis aureis è cœlo ad Capitolium demitti & à Jove flagris cædi.* Rurſus aliter, & quod cum Catuli ſomnio coincidere videtur, id prodit *Plutarchus* in vita *Ciceronis* T. I. p. 883: *Siquidem Pompejo & Cæſare adhuc incolumibus, ſomnium fuit Ciceroni, accire ſe in Capitolium nonnullos Senatorum filios, ex quibus Jupiter unum deſignaturus Romanum Principem eſſet: cujus ſtudio contemplandi cives templum cinxiſſe, pueros prætextatos conſediſſe tacitos: hinc foribus ſubito patefactis ſingulos ordine exſurrexiſſe pueros, & in Orbem Deum præteriiſſe: Deum omnes, ut conſideravit eos, remiſiſſe triſtes: ubi vero hic acceſſit, dexteram porrexiſſe ad eum, cum hiſce verbis: Bellis civilibus hic, Quirites, cum erit Principatum adeptus, imponet finem.* (ὡς δ' οὗτος ἦν προσιὼν κατ' αὐτὸν, ἐκτεῖναι τὴν δεξιὰν, καὶ εἰπεῖν, Ὦ Ρωμαῖοι, πέρας ὑμῖν ἐμφυλίων πολέμων οὗτος ἡγεμὼν γενόμενος.) Pergit: *Ex hac oblata in ſomnio viſione Ciceronem ferunt clarè pueri effigiem animo impreſſiſſe, & mente complexum eſſe, neque qui eſſet, cognoviſſe tamen. Poſtero die cum in campum Martium deſcenderet Cicero, pueros ab exercitatione rediiſſe, Ciceronique primum illum viſum, qualis ei obverſatus fuerat per ſomnium: obſtupefactum, qui parentes ejus eſſent, rogaſſe. Filius fuit Octavii, viri non perinde clari, & Actiæ, ſororis Cæſaris. Qua de cauſa orbus liberis Cæſar hæredem eum teſtamento ſcripſit, & in familiam adoptavit. Ciceronem deinceps, ſi quando in puerum incideret, ſtudioſe eum ſalutaſſe, illique fuiſſe eam comitatem jucundam. Forte fortuna namque acciderat, ut naſceretur Conſule Cicerone.* Reſtat, ut & afferamus, quæ viro evenerint præſagia, ea nobis primùm referente *Suetonio* loco citato: *Sumenti virilem togam, tunica lati clavi reſuta ex utraque parte, ad pedes decidit. Fuerunt, qui interpretarentur, non aliud ſignificare, quam ut is ordo, cujus inſigne id eſſet, quandoque ei ſubjiceretur.* *Dio* pariter id ita p. 270. effert: Μειρακιωθέντος δὲ μετὰ τοῦτο αὐτοῦ, καὶ ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσιόντος, τήν τε ἐσθῆτα τὴν ἀνδρικὴν ἐνδύντος, ὁ χιτὼν περιερράγη τε ἑκατέρωθεν ἀπὸ τῶν ἐπωμίδων, καὶ μέχρι τῶν ποδῶν κατερρύη· τοῦτο αὐτὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ οὐχ ὅπως τεκμαρσίν τινα ὡς καὶ ἀγαθόν τι προσημαίνει ἔφερεν, ἀλλὰ καὶ ἠνίασε τοὺς παρόντας, ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἀνδρικοῦ χιτῶνος ἐνδύσει συνεβεβήκει· ἐπελθὸν δὲ τῷ Ὀκταουΐῳ εἰπεῖν ὅτι, τὸ ἀξίωμα τὸ βουλευτικὸν πᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας μου σχήσω· ἔκβασιν πρὸς τὸ λεχθὲν ἔλαβεν. *Poſtquam Octavius ætate adultior factus, virilem togam aſſumpſit; toga ea utrinque ab humeris rupta ad pedes ei decidit. Id per ſe non in præſagium bonæ alicujus rei tractum eſt, ſed dolorem præſentibus attulit, quod in aſſumptione prima veſtis virilis accidiſſet: Sed Octavius, dignitatem, inquit, ſenatoriam omnem ſub meis pedibus habeo: idque ab eo tum temere, uti in buccam venerat, prolatum, eventus comprobavit.* Pergit *Suetonius*: *Apud Mundam D. Julius caſtris locum capiens, cum ſylvam cæderet, arborem palmæ repertam conſervari, ut omen victoriæ, juſſit. Ex ea continuo enata ſuboles, adeo in paucis diebus adolevit, ut non æquipararet modo matricem, verum etiam obtegeret, frequentareturque columbarum nidis: quamvis id avium genus duram & aſperam frondem maximè vitet. Illo & præcipue oſtento motum Cæſarem ferunt, ne quem alium ſibi ſuccedere, quam ſororis nepotem vellet.* Paullo aliter rurſus id refert *Dio* Libro XLIIII. p. 234: *Quanquam quasvis res maximas ſe perfecturum ſperaret,* (Cæſar) *cum aliis de cauſis, tum quod in eo loco, quo pugnatum fuerat, ſtatim à victoria germen è palma enatum eſſet,* (ὅτι βλαστός τις ἐκ φοίνικος ἐν τῷ τῆς μάχης χωρίῳ ὄντος εὐθὺς ἐπὶ τῇ νίκῃ ἐξέφυ. καὶ οὐ λέγω μὲν ὅτι συνέφερέ τι τούτῳ, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ γε ἔτι, ἀλλὰ τῷ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ ἐκγόνῳ τῷ Ὀκταουΐῳ. (Ut quidem hoc loco legit *Caſaubonus*,) *Id verò non Cæſari quidem, ſed Octavio, ſororis Cæſaris nepoti, fauſtum oſtentum fuit, qui tunc cum Cæſare militabat; eratque futurum, ut ex ſuis laboribus, periculisque magnum ſplendorem conſequeretur.* Porro *Suetonius*: *In ſeceſſu Apolloniæ Theogenis, Mathematici, pergulam, comite Agrippa, adſcenderat, cum Agrippæ, qui prior conſulebat, magna & penè incredibilia prædicerentur, reticere ipſe genituram ſuam, nec velle edere perſeverabat, metu ac pudore, ne minor inveniretur. Qua tamen poſt multas adhortationes vix, & cunctanter edita, exſilivit Theogenes, adoravitque eum: Tantam mox fiduciam fati habuit Auguſtus, ut thema ſuum vulgaverit, nummumque argenteum nota ſideris capricorni, quo natus eſt, percuſſerit.* Sed nec prodigia poſt necem Cæſaris ipſi defuerunt, quæ non minus nobis reliquit *Suetonius*: *Poſt necem Cæſaris reverſo ab Apollonia, & ingrediente eo Urbem, repente liquido ac puro ſereno, circulus ad ſpeciem cœleſtis arcus, orbem Solis ambiit: ac ſubinde Juliæ, Cæſaris filiæ, monumentum fulmine ictum eſt.* Gemellis propemodum verbis id effert *Eutropius* Hiſtor. Rom. in Auguſto p. m. 94: *Nam cum primo C. Cæſare, avunculo ſuo, interfecto ex Apollonia rediens, urbem ingrederetur, hora circiter tertia, repente puro ac liquido ſereno circulus ad ſpeciem cœleſtis arcus Orbem Solis ambiit.* Circulum circa Solem & vocat *Seneca* N. Q. Lib. I. 2: *Memoriæ proditum eſt, quo die Divus Auguſtus Urbem, ex Apollonia reverſus, intravit, circa Solem viſum coloris varii circulum, qualis eſſe in arcu ſolet.* Itemque *Plinius* L. II. c. 28. H. N: *Cernuntur & ſtellæ cum Sole totis diebus, plerumque & circa Solis orbem, ſeu ſpecie coronæ,* (*Harduinus* habet in ſuo *Plinio*: *ceu ſpiceæ coronæ,*) *& verſicolores circuli, qualiter Auguſto Cæſare in prima juventa Urbem intrante, poſt obitum*

patris,

patris, ad nomen ingens capessendum. Nec non *Vellejus Paterculus* II. 59 : *Cum intraret Urbem, Solis orbis super caput ejus, curvatus æqualiter, rotundatusque in colorem arcus, veluti coronam tanti mox viri capiti imponens, conspectus est.* Et iisdem propemodum verbis ex hoc ipso *Orosius* VI. 20. qui, uti & *Eutropius*, Histor. Rom. sub Augusto addit, *quasi eum unum ac potentissimum in hoc mundo, solumque clarissimum in Orbe monstraret, cujus tempore venturus esset, qui ipsum Solem solus, mundumque totum & fecisset & regeret.* Tandemque *Obsequens* de Prod. c. 128 : *horam* quoque addit, qua id factum est : *Cumque hora diei tertia ingenti circumfusa multitudine Romam intraret, Sol puri ac sereni cœli Orbe modico inclusus, extremæ lineæ circulo, qualis tendi arcus in nubibus solet, eum circumscripsit.* Unde non capimus, cur *iridem* appellet *Dio* Libro XLV. p. 272. scribens : ἐς γὰρ τὴν Ῥώμην ἐσιόντος αὐτοῦ, ἶρις πάντα τὸν ἥλιον πολλὴ καὶ ποικίλη περιέσχεν, *ingrediente enim Romam Octavio, iris ingens, eaque varia, Solem ambivit.* In quo sequacem habet *Zonaram* Lib. II. Annal. p. 135 : Εἰσιόντος δὲ αὐτοῦ εἰς τὴν Ῥώμην, ἶρις πάντα τὸν ἥλιον ποικίλη καὶ πολλὴ περιέσχεν, ἡ προδήλου τῆς μελλούσης ἔσεσθαι ταραχῆν, *eo Urbem ingrediente, magnus circulus & instar cœlestis arcus varius; orbem Solis ambiit, futuri tumultus prænuncius :* Quem & portendisse scribit *Dio*. Pergit *Suetonius* : *Primo autem Consulatu ei augurium capienti duodecim se vultures, ut Romulo, ostenderunt : & immolanti omnium victimarum jocinera replicata intrinsecus ab ima fibra apparuerunt, nemine peritorum aliter conjectante, quam læta per hæc & magna portendi.* Paullo aliter rursus *Dio* Libro XLVI. p. 321 : Καὶ ὅτι τῇ πρώτῃ τῶν ἀρχαιρεσίων ἐς τὸ πεδίον τὸ ἄρειον ἐσελθὼν, γῦπας ἕξ, καὶ μετὰ ταῦτα δημηγορῶν τι πρὸς τοὺς στρατιώτας, ἄλλους δώδεκα εἶδε· πρός τε γὰρ τὸν Ῥωμύλον, καὶ πρὸς τὸ οἰώνισμα ἐκείνου τὸ γενόμενον ἀναφέρων, καὶ τὴν μοναρχίαν αὐτοῦ λήψεσθαι προσεδόκησεν. *Præterea, quod prima Comitiorum die in Campum Martium progressus, sex vultures; ac post concionem ad milites habens, alios duodecim vidisset. Id enim ad Romulum auguriumque eidem oblatum referens, regnum quoque ejus sibi sperabat.* *Appianus* Bell. Civ. III. p. 586 : Αἱρεθεὶς δὲ αὐτὸς σὺν ᾧπερ ἐβούλετο Κοΐντῳ Πεδίῳ ἐς τὴν πόλιν αὖθις ὡς ὕπατος ἐσῄει καὶ ἔθυε, δώδεκά οἱ γυπῶν φανέντων, ὅσους φασὶ καὶ Ῥωμύλῳ τὴν πόλιν οἰκίζοντι ὀφθῆναι. *Electus deinde ipse, cum quo volebat, Collega, Q. Pedio, in Urbem Consulari pompa ad sacrificandum ingressus est : quo tempore duodecim vultures illi apparuerunt, ut quondam Urbem condenti Romulo.* Sed *Obsequens* de Prod. cap. 129. illos *duodecim* cum *Dione*, quem supra audivimus, distinguit ; quos *Suetonius* & *Appianus* conjunxerant : *Cæsar cum in campum Martium exercitum deduceret, sex vultures apparuerunt. Conscendenti deinde rostra creato Consuli iterum sex vultures conspecti, veluti Romuli auspiciis novam Urbem condituro signum dederunt.* Quod vero alterum in *jocinoribus* prodigium attinet, *illorum numerum* quoque prodit *Dio* Libro XLVI. p. 314 : Ἄλλως τε καὶ ὅτι θύοντι αὐτῷ, ὅτε τὸν κόσμον καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ στρατηγοῦ ἔλαβε, διπλᾶ τὰ ἥπατα ἐν πᾶσι τοῖς ἱερείοις δώδεκα οὖσιν εὑρέθη. *idque eo magis, quod cum habitum ac potestatem Prætoriam acciperet,* (h. e. eo die, quo bellum contra *Antonium*, una cum *potestate Prætoria*, decretum intellexit ; tunc vero ipsum in *Piceno* fuisse observat *Torrentius*) *sacrificanti omnium hostiarum (erant autem duodecim) jocinora gemina inveniebantur.* *Plinius sex* non solum, sed & *locum* alium diversumque *tempus* adnotat, ubi hoc factum, *Spoleti* nempe, explicationemque hujus prodigii refert Libro XI. c. 37 : *Divo Augusto Spoleti sacrificanti primo potestatis suæ die sex victimarum jecinora replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt : responsumque, duplicaturum intra annum imperium.* Ad hunc ferè modum *Obsequens* de Prodigiis Cap. 129 : *Cæsari, cum honores decreti essent, & imperium adversus Antonium, immolanti duplicia exta apparuerunt.* Ut adeo miscere posterius prodigium cum primo videatur *Suetonius*, cum id nempe *ad primum quasi Augusti Consulatum* referat. Quantis proinde prodigiis diuturnum hocce, maximumque imperium *Augusto* fuerit indicatum, vidimus ; nunc ad *faciem ipsius* nos conferimus, *quam* vel ipsa *prodigia* & *insomnia liberalem* portenderunt. Supra etenim ex *Suetonio* jam audivimus, *Ciceroni* puerum *facie liberali* in somnio comparuisse, *qua* omnino & *ingenua* plane etiam fuisse *Augustum*, ex corporis totius filo & habitu, quem nunc iterum nobis dabit *Suetonius* & *Scriptores alii*, nunc comparebit clarius, atque ita, ut in *iconibus nostris eundem vivere ac spirare*, Benevolus animadvertere etiam possit Lector. Nempe statim non solum in *hoc primo capite* ; sed etiam per *omnia subsequentia FORMAM*, ex *Suetonii* indicio, Cap. 79. offendimus *EXIMIAM, & per omnes ætatis gradus VENUSTISSIMAM : quanquam & omnis lenocinii negligentem, &* (quod maximè ex omnibus propemodum ejusdem heic allatis *iconibus* clarissimè elucescit) *Augustum* nostrum *in CAPITE COMENDO TAM INCURIOSUM, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam dederit, ac modo totonderit, modo raserit barbam : eoque ipso tempore aut legerit aliquid, aut etiam scripserit.* Hinc est, ut illum semper in nummis *barba* conspiciamus *rasâ*, nisi *post mortem Cæsaris*, & cum Inscriptione DIVI FILIUS, aut III VIR R. P. C. quod ob *luctum fuisse factum propter Cæsaris interitum* rectissime olim *Cl. Morellius* in Epistola ad Doctissimum *Perizonium* p. 50. editionis Woltersianæ, observavit. Nutriverat autem illam ab anno $\frac{709}{10}$. usque in annum $\frac{714}{15}$. *quinque propemodum annis*, id clare rursus nobis prodente *Dione* Libro XLVIII. p. 377 : Ἀμέλει τὸν πώγωνα ὁ Καῖσαρ τότε πρῶτον ξυράμενος, αὐτός τε μεγάλως ἑώρτασε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δημοτελῆ ἑορτὴν παρέσχε· καὶ ὁ μὲν καὶ ἔπειτα ἐπελειοῦτο τὸ γένειον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι· ἤδη γὰρ καὶ τῆς Λιουίας ἐρᾶν ἤρχετο. *Etenim Cæsar tum primum* (8) *barbam radens, ipse splendide diem eum festum egit, & publicum epulum dedit. Ab eo tempore GENAS LÆVES servavit, sicut alii solebant. Jam enim Liviam amare ceperat.* Ex conspectu porro *iconum* patet, *VULTU, vel in sermone vel tacitum, fuisse adeo TRANQUILLO, SERENOQUE, ut etiam quidam è primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum ac remollitum, quo minus, ut destinarat, in transitu Alpium per simulationem colloquii propius admissus, in præcipitium propulerit. OCULOS* porro si intuemur, eos statim contemplamur *CLAROS AC NITIDOS, quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris, gavisusque est, si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem Solis, vultum summitteret,* inquit rursus *Suetonius* loco supra citato cap. 79. Quod & de ipso adnotasse legimus *Sextum Aurelium Victorem de Vita*

(8) Quando vero idem *Dio* Lib. LXVIII. p. 777. de *Hadriano* affirmat, Ἀδριανὸς γὰρ πρῶτος γενειᾶν κατέδειξε, *Hadrianus enim primus barbam nutrivit*, non sibi contradicit, siquidem Augustus semper rasa, uti diximus barba conspectus fuit, nisi luctus tempore, *Hadrianus* vero ex *Imperatoribus primus* cœpit nutrire barbam.

tu & moribus Imperatorum Romanorum à Cæsare Augusto ad Theodosium Imperatorem, itemque *Eutropium* in Historia Rom. ad *Valentem*, scribentem: *Fuit TOTO CORPORE PULCHER, sed OCULIS MAGIS: Quorum aciem, clarissimorum siderum modo, vibrans, libenter accipiebat, cedi ab intendentibus, tanquam Solis radiis, aspectui suo, A cujus facie cùm quidam miles oculos averteret, & interrogaretur ab eo, cur ita faceret, respondit: quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum.* Et tales, sub *Æneæ* persona, *Augusto*, dum vult placere, ipsi quoque adscribit *Virgilius* Lib. I. Æneid. vs. 573:

> — — — *Namque ipsa decoram*
> *Cæsariem nato genetrix, lumenq. e juventæ*
> *Purpureum, & lætos oculis aaflarat honores.*

Itemque Libro VI. *Æneidos:*

> — — — *Geminas cui tempora flammas*
> *Læta vomunt.*

Quando ergo *Plinius* Libro XI. Hist. Nat. c. 37. *GLAUCOS* ipsi tribuit *OCULOS*, scribens: *Divo Augusto equorum modo glauci fuere*, (oculi) *supra hominem albicantis magnitudinis*, (h. e. candore, qui pupillam circumcingit, inusitatæ ac supra cæteros homines, magnitudinis.) *Quam ob causam diligentius spectari eos, iracundè ferebat*; ex hoc potius conjicimus, aulicos, oculorum dejectione, religionem simulasse, quale quid periti aularum spectatores diu jam in aula *Ludovici XIV.* observarunt. Quamvis & hoc à nobis prætermittendum non sit, quod monet *Suetonius* c. 79. ipsum *in senecta sinistro minus vidisse.* Pergit vero *Suetonius* in depingenda facie: *Dentes raros & exiguos & scabros, CAPILLUM LEVITER INFLEXUM & SUFFLAVUM*, (eò magis heic *ita conspicuum*, cum corona laurea desit) *SUPERCILIA CONJUNCTA, MEDIOCRES AURES, NASUM & A SUMMO EMINENTIOREM, & AB IMO DEDUCTIOREM.* Uti vero *capillum leviter inflexum* (qui est medius, inter rectum & crispum) *& modice flavum, superciliaque supra nasum levi discrimine commissa* laudabant veteres in principibus viris, veluti pulchritudinem conciliantia, veluti de *Commodo* Imperatore novimus, *flammeam* & *crispam Cæsariem cœlestem veluti authoritatem ipsi conciliasse. Quoniam enim in Sole ambulanti, ut igne quodam, crines rutilarent, sic, ut quidam eum scrobe aurea conspergi putarent: quidam etiam pro argumento divinitatis accipiebant, radiosque illos circa verticem genitivos, opinabantur*, inquit *Herodianus* Libro I.; ita ex *Aristotelis* mente, (Hist. Animal I. 11.) Τὰ δὲ μέσα ὤτων, βελτίστου ἤθους σημεῖον, *mediocres aures notam habent optimorum morum*, & *nasus aquilinus* (uti supra in *Jul. Cæsare* jam monuisse meminimus) & in *Achille* jam *Philostr.* (Ἡρωικ. p. 708.) atque in *Cyro Plutarchus* (πολιτικ. παραγγελ. p 821; in *Galba Suetonius* c. 21; & in *Theodorico*, *Sidonius* Ep. I. 2. adnotarunt, itidem ex *Aristotelis* (9) effato *fortem* semper designare solet, quæ omnia egregie *Augusto* convenisse, novimus. Et licet in nostris iconibus *color faciei* cognosci haud possit, illum tamen nec nobis reticet *Suetonius*: *COLOREM* nempe *INTER AQUILUM, CANDIDUMQUE*; sicuti & *staturam brevem*, quam tamen *Julius Marathus*, libertus, *etiam in memoriam ejus, quinque pedum &, dodrantis fuisse, tradit, sed quæ commoditate & æquitate membrorum occuleretur, ut non nisi ex comparatione adstantis alicujus procerioris intelligi potuerit.* Quæ de reliquo corporis habitu nobis prodit *Suetonius*, illa, veluti huc non facientia, heic studio prætermittimus, contenti, faciem ad *Suetonii* cum maximè penicillum jam nos vidisse, dignam curatiori contemplatione vel propterea, quod & illum, dum viveret, uti omni alia selectori *vetustatis* memoria, (*dum, ut tradit, Tranquillus* (c. 72.) *is Prætoria sua, omissis* ornamenus aliis, *excoluit REBUS VETUSTATE* (10) *& raritate notabilibus*); sic *Nummis* etiam *antiquis* & *peregrinis* fuisse delectatum, non obscure licet colligere, quippe qui illo quoque munusculorum genere amicos suos solitus fuit nonnunquam prosequi. Unde hac de re *Tranquillus* in *Augusto* cap. 75: *Saturnalibus, & si quando alias libuisset, modo munera dividebat, vestem & aurum & argentum; modo NUMMOS OMNIS NOTAE, etiam VETERES ac PEREGRINOS.* Adeo ut hac ratione *plures* etiam ad tractanda id *genus* monumenta adliceret, ac clarissime intelligatur, ut cum alibi apud eundem *Suetonium* (c. 86.) legamus, *Augustum Antiquarios & Cacozelos pari fastidio prosequutum*; non rerum vetustarum antiquorumque nummorum; sed verborum antiquorum sectatores illum innuere; ne de ævi sui infelicitate usurpari posset aliquando illud *Symmachi* Lib. III. Ep. 2. *Spectatorum VETERIS MONETAE solus supersum.* (11) Exhibet hoc ipsum Caput quoque *H. Goltzius* in Cæsare *Augusto* Tab. IV. n. 37.

Num. 2.

Caput Augusti juvenile ac nudum dexteram versus.

Caput hoc solummodo à præcedenti *positu* differt, nempe quod *dextrorsum* hoc respiciat, illud *sinistrorsum.* Offendimus quoque hoc ipsum Caput apud *H. Goltzium* in *Augusto* T. IV. N. 39. *A Rubenium* in Ducis Croyjaci & Arschotani Nummis Tab. XIIII. N. 1. *Jacobum Biæum* Tab. XIV. N. 1.

Num. 3.

Caput Augusti juvenile nudum lævam versus.

Per omnia hoc convenit cum illo Capite n. 1. nisi quod magis comprobare videatur illud, quod de ipso supra prodiderat *Suetonius*, ipsum *IN CAPITE COMENDO FUISSE INCURIOSUM.*

Num.

(9) In φυσιογ. c. 6: Οἱ δὲ γρυπὴν ἔχοντες, καὶ ἀπὸ τοῦ μετώπου διηρθρωμένην, μεγαλόψυχοι, ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀετούς, *qui aquilinum habent nasum, à fronte articulatum, magnanimi: referuntur ad aquilam.*

(10) Verba sunt *Ill. Ezech. Spanhemii* Diss. I. de V & P.N. edit. noviss. p. 8. & mediæ p. 11.

(11) Huc haud injuste referas, quod Augustus *dentes apri Calydonii* ex *Arcadia* Romam detulerit. Vide *Pausaniam* in Arcadicis.

NUM. 4.

CAESAR DIVI Filius III. (*Trium*) *VIR. Rei Publicæ Constituendæ. Caput Augusti juvenile ac nudum lævam versus.*

Caput *Augusti Imperatoris*, quoad *Physiognomiam*, in præcedentibus, *primo* cumprimis *Numero*, consideravimus. Nunc id occurrit in hac Tabula, (quæ nummos, *nomen Cæsaris* cummaximè exhibentes, tradit) quod primum offert *perigraphen*. In eadem rursus *primam*, quod attinet *vocem* CAESARIS, observandum est, primum quidem *Octavium* nostrum *Thurinum* cognomento fuisse appellatum, deinde CAESARIS cognomen assumsisse, ob *testamentum majoris avunculi*, *Julii Cæsaris*. Nam cum primum *Cajus Octavius Cæpias*, tradente *Dione*, vocaretur, interfecto avunculo, *C. Julio Cæsare*, ut se in *filium* adoptatum cognovit, *Apollonia*, ubi studiorum gratia se continebat, relicta, tuncque *Magister equitum* Julio Cæsari in unum annum creatus, (12) *Romam* venit, *C. Antonium*, Marci fratrem, accessit, *Prætorem* Urbanum tunc, & *adoptionem se accipere*, professus est; *quo relato* in Acta publica per scribas, C Julius Cæsar appellatus est. Et quoniam promulgatione *Legis Curiatæ* esset Opus, referente iterum id distincte *Dione*, eamque *Antonius* variis artibus impediret, Cæsar eandem demum in *Consulatu suo*, proximo anno pertulit, qua *adoptivi* idem juris assequebantur, quo *legitimi* utebantur filii. Sed hæc omnia ipsissimis *Auctorum* verbis nunc amplius confirmatum dabimus. Ita enim nos disertè docet *Suetonius* Cap. VII: *Infanti cognomen Thurino inditum est, in memoriam majorum originis: vel quod in regione Thurina, recens eo nato, pater Octavius adversus fugitivos rem prospere gesserat. Thurinum cognominatum satis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imagunculam ejus æream veterem, ferreis, ac pæne jam exolescentibus literis, hoc nomine inscriptam: quæ dono à me Principi data, inter cubiculares colitur. Sed & à M. Antonio in epistolis per contumeliam sæpe Thurinus appellatur: & ipse nihil amplius, quam mirari se, rescribit, pro opprobrio nomen prius sibi objici. Postea Caji CAESARIS, & deinde AUGUSTI cognomen assumsit: alterum* (Cæsaris) *testamento majoris avunculi, alterum Munatii Planci sententia.* De altero, *Cæsaris* nempe, *Dio* Libro LIII. p. 509: Ἡ γὰρ δὴ τοῦ Καίσαρος, ἥτε τοῦ Αὐγούστου πρόσρησις δύναμιν μὲν οὐδεμίαν αὐτοῖς οἰκείαν προστίθησι, δηλοῖ δ' ἄλλως τὸ μὲν, τὴν τοῦ γένους σφῶν διαδοχὴν, τὸ δὲ, τὴν τοῦ ἀξιώματος λαμπρότητα, *nam CAESARIS & AUGUSTI vocabulo, nihil eis* (Imperatoribus) *quidem ea potentiæ adjiciunt peculiaris, sed alterum* (CAESARIS) *successionem stirpis, alterum splendorem dignitatis significat.* Quæ generalius dixerat, nunc specialiora de hoc nomine tradentem quoque audiemus, si prius ex *Vellejo Paterculo* Lib. II. c. 59. monuerimus, displicuisse prius parentibus, quod nomen *Cæsaris*, invidiæ plenum, assumere voluerit, scribente: *Non placebat Atiæ, Matri, Philippoque vitrico, adiri nomen invidiosæ fortunæ CAESARIS: sed asserebant salutaria reipublicæ terrarumque orbis fata conditorem conservatoremque Romani nominis.* Pergit tamen: *Sprevit itaque cœlestis animus humana consilia; & cum periculo potius summa, quàm tutò humilia proposuit sequi, maluitque avunculo & Cæsari de se, quam vitrico credere, dictitans, nefas esse quo nomine Cæsari dignus esset visus, sibimet ipsum videri indignum.* Libro XLV. p. 269: Ὁ δὲ δὴ Γάϊος ὁ Ὀκτάουϊος Καιπίας (οὕτω γὰρ ὁ τῆς Ἀττίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἀδελφιδῆς υἱὸς ὠνομάζετο) ἦν μὲν ἐξ Οὐελίτρων τῶν Οὐολσκῶν. *C. Octavius Cæpias* (*hoc enim nomen fuit Attiæ filio, quæ sororis Cæsaris filia erat*) *Velitris Volscorum oppido oriundus fuit.* Et p. 271: *Proinde is Octavius, quo tempore Cæsar occisus fuit, Apolloniæ* (*quæ Urbs est ad Jonium mare*) *disciplinæ capiendæ ergo morabatur: —— —— Cæsaris morte audita, quanquam, ut par erat, ægrè eam ferret, tamen novi quicquam conari non audebat. —— —— Cum verò Brundusium transmisisset, ibique de TESTAMENTO CAESARIS, posterioreque Populi sententia certior factus esset, — STATIM NOMEN CAESARIS ASSUMPSIT, HAEREDITATEMQUE INIIT, & ad negotium exsequendum se contulit*, ἀλλὰ τό, τε ὄνομα τοῦ ΚΑΙΣΑΡΟΣ παραχρῆμα ἀνέλαβε. καὶ τὸν κλῆρον αὐτοῦ διεδέξατο, τῶν τε πραγμάτων εἴχετο. Pag 272: *Antonius enim, præterquam quod re verbisque Octavium alias lædere solebat, promulgationem legis Curiatæ* (*secundum quam eum in familiam Cæsaris adoptari oportebat*) *quanquam se eam ferre simulabat, per tribunos plebis quosdam extraxit: ut Octavius, quum nondum secundum leges filius Cæsaris esset, neque de facultatibus ejus inquirendi potestatem haberet, & in reliquis quoque rebus infirmior esset.* (13) *Appianus Alex.* Lib. III. de Bel. Civ. p. 531: Ὀκτάουϊος δὲ τῆς ἀδελφῆς τοῦ Καίσαρος θυγατριδοῦς, ἵππαρχος μὲν αὐτοῦ Καίσαρος γεγένητο πρὸς ἓν ἔτος. *Cæterum Octavius, Cæsaris ex sororis filia nepos, avunculi magister equitum in unum annum creatus erat.* Et p. 532: ὡς δὲ αὐτῷ καὶ ὁ ἐνθάδε στρατὸς οἷα Καίσαρος υἱὸν δεξιούμενος ἀπήντα, θαῤῥήσας ἔθυε, καὶ εὐθὺς ὠνομάζετο ΚΑΙΣΑΡ. ἔθος γάρ τι Ῥωμαίοις τοὺς θετοὺς τα τῶν θεμένων ὀνόματα ἐπιλαμβάνειν· ὁ δὲ οὐκ ἐπέλαβεν, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτοῦ καὶ τὸ πατρῷον ὅλως ἐνήλλαξεν, ἀντὶ Ὀκταουΐου παιδὸς Ὀκταουΐου, Καῖσαρ εἶναι καὶ Καίσαρος υἱὸς, καὶ διετέλεσεν οὕτω χρώμενος· εὐθύς τε ἐς αὐτὸν ἄθρουν καὶ πανταχόθεν, ὡς υἱὸν, πλῆθος ἀνθρώπων συνέθεον, *ut vero ab eo exercitu obviam progresso tanquam Cæsaris filius exceptus est, ad audendum confirmatus, sacrificavit, confestimque cœpit nominari CAESAR, quum alioquin Romanis sit mos, assumere nomen patris adoptivi: hic vero id omnino mutavit, pro OCTAVIO OCTAVII FILIO, DICTUS IN PERPETUUM CAESAR FILIUS CAESARIS. Ad quod nomen mox non aliter, quam ad verum filium, undique magnus concursus fuit* &c. Pergit p. 534: *Ubi Cajum, fratrem Antonii, Prætorem Urbanum, accedens, ait, se adoptionem accipere: qui mos Romanus est, adoptioni autoritatem Prætoris interponere. Hoc verbo relato per scribas in Acta publica, statim è foro Antonium adiit.* Libroque rursus III. p. 568: ἀπὸ δὲ τῶν θυσιῶν ἑαυτὸν εἰσεποιεῖτο τῷ πατρὶ αὖθις κατὰ νόμον κουριάτιον· ἔστι δ' ἐπὶ τοῦ δήμου γίγνεσθαι τὴν θέσιν· κουρίας γὰρ, ἐς μέρη τὰς φυλὰς ἢ τοὺς δήμους διαιροῦντες, καλοῦσιν, ὡς Ἕλληνας εἰκάζοντι φάναι φρατρίας· ἐπινομώτατος δ' ἐστὶ Ῥωμαίοις ὁ τρόπος οὗτος ἐπὶ τῶν ἀπάτορων, καὶ δύνανται μάλιστα αὐτοὶ ἴσα τοῖς γνησίοις παισὶν ἄγειν τοὺς συγγενεῖς τῶν θεμένων καὶ ἀπελευθέρους, *post sacra peracta* (& jam Consul) *rursum SE IPSUM IN PATRIS FAMILIAM AC NOMEN INSERUIT CURIATIS COMITIIS, hoc est, per plebiscitum. Plebs enim Romæ in curias dividitur, sicut apud Græcos in phratrias. Est autem hujusmodi orborum adoptio maximè legitima: nam sic adopta-*

(12) Ita App. L. de B. C. III. 531. Ἵππαρχος μὲν αὐτοῦ Καίσαρος γεγένητο πρὸς ἓν ἔτος, *avunculi Magister equitum in unum annum creatus* Octavius.

(13) Idem & docet *Florus* L. IV. c. 4: *Antonius prælatum sibi Octavium furens — — ipsum insectari probris & CUNCTIS ARTIBUS ADOPTATIONEM JULIAE GENTIS cum inhibere non desineret.*

adoptati idem quod nativi filii jus habent erga suorum patrum cognatos ac clientes. Tandemque ordinem totius cognominationis hisce prodit *Dio* Libro XLV. p. 272: Οὕτω μὲν ὁ πρότερον Ὀκταουΐος, τότε δὲ ἤδη Καῖσαρ, μετὰ τοῦτο Αὔγουστος ἐπικληθεὶς, *proinde prius Octavius, dehinc Cæsar, post Augustus dictus fuit.* CAESAR deinde, (uti *heic* habet ejus *titulus*) *DIVI Filius* audit, quod *Cajus Octavius*, uti *Suetonius* Cap. LXXXIII. inquit, *IN FAMILIAM NOMENque Cæsaris adoptatus fuerit.* Sic enim disertè præterea *Dio* Libro XLVI. p. 321: Καὶ ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος γένος κατὰ τὰ νομιζόμενα ἐσεποιήθη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐπίκλησιν μετέθετο· ὠνόμαζε μὲν γὰρ καὶ πρότερον αὐτὸς ἑαυτόν, ὥς γέ τισι δοκεῖν, Καίσαρα, ἐξ οὗ τὸ ὄνομα αὐτῷ τοῦτο μετὰ τοῦ κλήρου κατελείφθη· οὐ μέντοι οὔτ' ἀκριβῆ τὴν προσηγορίαν, οὔτ' ἐπὶ πάντας εἶχε, πρὶν δὴ καὶ ἐκ τῶν πατρίων αὐτὸν τότε ἐβεβαιώσατο, καὶ οὕτως ἐξ ἐκείνου Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ Ὀκταουϊανὸς ἐπεκλήθη· Νενόμισται γὰρ ἄντις εἰς ποιηθῇ, τὴν μὲν ἄλλην αὐτὸν πρόσρησιν ἀπὸ τοῦ εἰσποιησαμένου λαμβάνειν, ἓν δέ τι τῶν προτέρων ὀνομάτων σχηματισθέν πως τηρεῖν. *Deinde, secundum instituta majorum, IN CAESARIS FAMILIAM ADOPTATUS EST, NOMENque MUTAVIT, (quanquam enim jam ante, ut fert quorundam sententia, CAESARIS NOMEN sibi cum hæreditate assumserat, tamen neque id nomen constanter, neque apud omnes gerebat, priusquam more Romano id confirmasset)* ac Cajus *JULIUS CAESAR OCTAVIANUS dictus est. Sic enim institutum est, ut qui adoptatur, ab adoptante appellationem accipiat: nomen tamen aliquod eorum, quæ prius gessit, aliter paulo formatum, servet.* Addit mox *Dio* loco citato: *Ego autem non Octavianum eum, sed CAESAREM nominabo; quod ita usus obtinuit, ut nomen id omnibus Romanorum summis Imperatoribus tribuatur* Et Lib. XLIIII. p. 257: *Cæterum post, recitato Cæsaris testamento, quam populus cognovisset, Octavium à Cæsare adoptatum &c.* Paullo brevius id habet *APPIANUS* de B. A. Lib. I. p. 352: Καὶ ὅτῳ πρότερον μὲν Ὀκταούϊος ὄνομα ἦν, Καίσαρι δὲ πρὸς γένους ὤν, καὶ θετὸς, ἐν διαθήκαις ὑπ' αὐτοῦ γενόμενος, Καῖσαρ ἐκ τοῦδε μετωνομάζετο, *& is, qui primum Octavius, deinde ab avunculo in nomen & hæreditatem adoptatus, Cæsar dictus est.* Et Lib. II. de B. C. p. 518: *Allato deinde testamento Cæsaris, — — in eo filius adoptatus est ex sororis filia nepos Octavius.* Nude rem exponunt *Excerpta Aurelii Victoris: Octavianus igitur, patre Octavio, Senatore, genitus, maternum genus ab Ænea, per Juliam familiam, sortitus, adoptione vero CAJI CAESARIS, majoris avunculi, CAJUS CAESAR dictus.* Sic in *Additamentis Virorum Illustrium Septimii Aurelii Victoris: Cæsar Octavianus ex Octavia familia in Juliam translatus, in ultionem Julii Cæsaris, à quo hæres fuerat institutus. Livii Epitomator* Lib. 117: *C. Octavius — — omnibus prosperis exceptus, etiam nomen CAESARIS sumsit. Ausonius:*

Ultor, successorque debinc Octavius, idem
CAESAR & AUGUSTUS, nomine nobilior.

Vellejus Paterculus Lib. II. Histor. c. 59: *Cæsaris deinde testamentum apertum est, quo Cajum Octavium, nepotem sororis suæ Juliæ, adoptabat.* Quam rectè ergo *Plutarchus* in *Antonio* Octavium *Filium sororis* nominet, Lector judicet. Bene in hanc rem *Antonius Augustinus* de *Legibus*, & quidem *Julia* de adulteris p. 1207. (T. II. *Grævii* Rerum Roman.) scribit: "Veteres præter duo illa adoptionis genera, quæ in vulgus nota sunt, cum quis apud populum, vel Principem adoptatur, si sui juris est, vel apud Magistratum, si in aliena potestate est, tertium adoptionis genus per testamentum habuisse. Hæredem enim aliquem ea conditione faciebant, ut nomen ejus ferret, filiusque illius, qui adoptabat eum, testamento esse, diceretur. Sic T. Pomponius Atticus à Q. Cæcilio ejus avunculo adoptatus testamento, Q. Cæcilius Pomponianus dictus est, ut Varro & Cicero scribunt. Cujus rei vestigia apud Cajum L. II. Fidei-commissorum permanent, de his qui heredes rogant, ut eorum nomen ferant. Nihil enim, inquit, male est honesti hominis nomen adsumere. — — Sed ut Dio scribit, hæc testatoris adoptio lege lata confirmabatur. Itaque in hunc modum C. Cæsar Dictator filium C. Octavii & Attiæ, quæ filia M. Attii Balbi & Juliæ Cæsaris sororis fuit, testamento adoptavit: qua de causa C. Julius Cæsar Octavianus dictus est."

Sequitur, III. VIR REIPUBLICAE CONSTITUENDAE. Hunc *TriumViratum*, quem *novi generis honorem*, vocat *Suetonius* cap. XXVI. cum *M. Lepido & M. Antonio* erexit ad cædem Patris sui vindicandam, de quo inter alia *Suetonius* Cap. VIII: *Cæterum* (Apollonia) *Urbe* (Roma) *repetita, hæreditatem adiit; — — — Atque ab eo tempore exercitibus comparatis, primum cum M. Antonio, Marcoque Lepido, dein tantum cum Antonio per duodecim fere annos, novissime per quatuor & quadraginta solus Rempublicam tenuit.* Capiteque XIII: *Inita cum Antonio & Lepido societate, Philippense quoque bellum, quanquam, æger atque, invalidus duplici prælio transegit.* Rursusque Cap. XXVII: *TRIUMVIRATUM REIPUBLICAE CONSTITUENDAE per decem annos administravit; in quo restitit quidem aliquandiu Collegis, ne qua fieret proscriptio, sed inceptam, utroque acerbius exercuit.* Erectum autem hunc *Triumviratum* in *Insula parva* quadam ejusdem fluvii, qui *Bononiam* præterlabitur, fusè describit *Dio* Libro XLVI. p. 326. de quo & infra dicendi erit locus. Jam afferemus ea modo, quæ huc faciunt ex eodem: *Ne vero palam rerum summam ad paucos se omnem reducere velle viderentur, ideoque aliorum invidiæ ac suorum cæptorum impugnationi locum darent; ita inter eos convenit:* Κοινῇ μὲν τοὺς τρεῖς, πρός τε διοίκησιν καὶ πρὸς κατάστασιν τῶν πραγμάτων, ἐπιμελητάς τε τινὰς καὶ διορθωτὰς, καὶ τοῦτο οὐκ ἐς ἀεὶ δῆθεν, ἀλλ' ἐς ἔτη πέντε αἱρεθῆναι, *ut publicè quidem IPSI TRES CONSTITUENDIS administrandisque REBUS præficerentur, idque non in perpetuum, sed in quinquennium.* Pergit: *Ita ut omnia ex animi sui sententia, etsi neque ad Senatum, neque ad Populum de his retulissent, agere; Magistratus, aliosque honores, quibus ipsi vellent, tribuere possent: privatim autem, ne viderentur omnes provincias sibi ipsis arrogare velle, Cæsari Africa, utraque Sardinia & Sicilia: Lepido Hispania omnis, ac Gallia Narbonensis: Antonio reliqua omnis Gallia, quæ cis ac trans Alpes jacet, tribueretur. — — Præterea compositum inter ipsos est, ut inimicos suos cæderent, utque Lepidus in locum D. Bruti Consul fieret, Romamque & totam Italiam in custodia haberet: Antonius verò & Cæsar contra Brutum & Cassium bellum moverent.* Qui ex hoc tempore ejus fuerit Titulus, nobis quoque exponit *Tacitus* L. I. Annal. Cap. II: *Posito TRIUMVIRI nomine, CONSULEM se ferens, & ad tuendam plebem Tribunicio jure contentum;* quod ita omnino esse Nummi nos mox clarius docebunt. Offert nobis quoque hoc Caput *Goltzius* Tab. I. N. 1. in Augusto.

Num. 5.

ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. (*Cajus Julius Cæsar Triumvir.*) *Caput Augusti juvenile nudum, lævam versus.*

Nihil heic offendimus, quod adnotemus, nondum in præcedentibus tactum, nisi illud usitatissimum *prænomen Caji*. In eo consentiunt omnes & *Epitome de Nominum Ratione* hoc tradit, à *gaudio Parentum* (ἀπὸ τοῦ χαίρειν, à *gaudendo*) id fuisse inditum, solo contradicente *Christiano Becmanno*, de Orig. Linguæ Latinæ, p. 247. apud quem: *Cajus, ab antiquitate*, Γαῖος, *scilicet à terra*, (in quo & habet *Scaligerum* consentientem, qui illud ἀπὸ τῆς γῆς, à *terra* c. 28. Lib. L. derivat) *quasi Gajus. Nam*, inquit, *sicuti apud Athenienses* αὐτόχθονες, *& apud Thebanos* σπαρτοὶ; *ita Latinis à vetustate, & Opici & Indigenæ, & Caji dicti sunt.* Cæterum supra in *Cæsare* Tab. I. n. 30. præter alia & hoc jam ex *Suetonio* in Caligula Cap. LX. notavimus, scribente: *Observatum notatumque est in primis, Cæsares omnes, quibus Caji prænomen fuit, ferro periisse jam inde ab eo, qui Cinnanis temporibus sit occisus.* Sed neque Cajum, Augusti filium, Lucii fratrem, neque Cajum Julium Cæsarem, Dictatoris patrem, neque nostrum Cajum Octavium sic periisse, constat. Confer *Sertorium Ursatum* de Notis Roman. p. 583. T. XI. *Grævii* R. R. *Caji* verò ipsi fuisse prænomen, non solum *nummi* loquuntur, sed & id confirmat *Dio* Lib. XLV. p. 269: Ὁ δὲ δὴ Γάϊος ὁ Ὀκταούϊος Καιπίας (οὕτω γὰρ ὁ τῆς Ἀττίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἀδελφιδῆς υἱὸς ὠνομάζετο) ἦν μὲν ἐξ Οὐελίτρων τῶν Οὐολσκίδων, *Cajus Octavius Cæpias* (*hoc enim nomen fuit Attiæ filio, quæ sororis Cæsaris filia erat*) *Velitris Volscorum oppido oriundus fuit.* Sistit etiam hoc Caput *H. Goltzius* Tab. I. N. 2. in Augusto.

Num. 6.

Cajus CAESAR III. (Trium) VIR ReiPulicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum, juvenile, imberbe, lævam versus.

Num. 7.

Cajus CAESAR III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum & juvenile, lævam versus.

Offendimus quoque hoc ipsum Caput in Augusto apud *H. Goltzium* Tab. I. n. 3. *Jacobum Oiselium* Tab. I. N. 10. *Joach. Oudanum* Tab. IV. N. 10. *A. Rubenium* in Nummis Ducis Croyjaci Tab. IX. N. 9. *Jacobum Biæum* Tab. IX. N. 9.

Num. 8.

CAESAR III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum, juvenile & paullo barbatum, lævam versus.

Quæ heic attendantur, non habemus; modò quod *perigraphes literæ* alio gaudeant *situ & positu*, (quod ocularis rectius docere poterit facile inspectio;) & illud N. 8. *Caput* clarius doceat, quod supra N. 1 jam ex *Suetonio* c. 79. innuimus, *illum RAPTIM COMPLURIBUS SIMUL TONSORIBUS OPERAM DEDISSE, AC MODO TONDISSE, MODO RASISSE BARBAM.* Addimus, *luctus* post *Patris obitum*, tempore, more Romanorum, *barbam* studio quoque *aluisse*. Occurrit & hoc Caput apud *H. Goltzium* Tab. I. n. 4. in Augusto, & in *Fastis Romanor.* p. 189.

Num. 9.

CAESAR III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti juvenile, imberbe, galeatum, à tergo hasta, vel spiculum.

Perigraphem quod attinet, eadem N. 4. & 6. jam legitur. Notamus modo *galeâ* heic *caput* munitum esse, quod tunc in bello degentibus admodum fuit solenne; quale quid etiam de *Antonii* Prætorianis notat *Appianus* L. III. de Bello Civili p. 570: *Galearum clypeorumque fulgurem intermicuisse*, καὶ ἀσπὶς ἤδη τις καὶ κράνος ἐξέλαμπε, scribens. Confer, si lubet, quæ infra T. II. N. 41. de *galea* disseruimus. Et *jaculi*, quod *à tergo* comparet, frequentem apud Romanos legimus usum, & succurrit *Sexti Julii*, Gentilis Cæsaris, interitus, quem exercitus, non ferens insolentiam ejus, *jaculis confixerat*, τὸν Ἰούλιον κατηκόντισε, scribit *Appianus* loco citato p. 575. *jaculis confixit.* Suppeditat nobis quoque hoc Caput *H. Goltzius* Tab. I. N. 5. in Augusto.

Num. 10.

CAESAR III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti paulò barbatum, nudum & juvenile lævam versus. (Vide hoc Caput quoque apud *Goltzium in Augusto Tab. I. N. 6.*)

Num. 11.

Cajus CAESAR III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum, juvenile, imberbe, lævam versus.

Quæ heic moneri possent, dicta jam supra sunt N. 4. & 6. Tantum addimus, comparere hoc Caput quoque apud *H. Goltzium* Tab. I. N. 7. in Augusto, ac in *Fastis Roman.* p. 191. *A. Rube-*

nium in Croyjaci Ducis Nummis Tab. IX. n. I. *Jacobum Biæum* Tab. IX. N. I.

NUM. 12.

Cajus CAESAR IMPerator III (Trium) VIR ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput Auguſti nudum, juvenile, lævam verſus.

Prima vice occurrit *IMPeratoris* titulus, qui illi in bello *Mutinenſi*, contra *Antonium*, obtigit, quando *A. Hirtius*, Conſul, audito eventu ſiniſtræ pugnæ, quo *Antonius* ſuperior *Panſæ*, Collegæ, copias fuderat, redeuntem *Antonium* invaſit, fuſisque ejus copiis, ipſum in *fugam conjecerat*, ob quam victoriam *Conſul uterque* & *Cæſar* à militibus & Senatu *Imperatores* fuere dicti. Audiamus de hac re ipſiſſima *Dionis* verba Libro XLVI. p. 316: Ἡττηθέντος δ' αὐτοῦ, αὐτοκράτορες, οὐ μόνον ὁ Ἵρτιος, ἀλλὰ καὶ ὁ Οὐΐβιος, καίπερ κακῶς ἀπαλλάξας, ὅ, τε Καῖσαρ, καί τοι μηδὲ μαχεσάμενος, καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν καὶ ὑπὸ τῆς βουλῆς ὠνομάσθησαν. *Antonio victo, non Hirtius tantum, ſed Panſa quoque, qui adverſum prælium fecerat, & Cæſar, qui pugnæ non interfuerat, à militibus Senatuque IMPERATORES nominati ſunt.* *Tacitus* Annal. L. c. 10: *Mox ubi decreto Patrum, faſces & jus Prætoris invaſerit, cæſis Hirtio & Panſa, (ſive hoſtis illos, ſeu Panſam venenum, vulneri adfuſum, ſui milites Hirtium & machinator doli Cæſar abſtulerant) UTRIUSQUE COPIAS OCCUPAVISSE.* *Suetonius* Cap. X: *Sequenti* (prælio) *ſatis conſtat, non modo DUCIS, ſed etiam militis functum munere: atque in media dimicatione, aquilifero legionis ſuæ graviter ſaucio, aquilam humeris ſubiiſſe, diuque portaſſe* (14). Eoque comprobavit, quod ſcribit *Onoſander* Strateg. Cap. XXXIII: Στρατηγοῦ γνώμη πλέον ἰσχύει ῥώμης. Σώματος μὲν γὰρ ἀνδρείᾳ δρᾶσαι τι μέγα καὶ στρατιώτης δύναται; γνώμης δὲ προμηθείᾳ βουλεῦσαι τὶ κρεῖττον, οὐκ ἄλλος, *Imperatoris prudentia plus valet robore. Corporis enim robore ſtrenuè quid facere quilibet miles poteſt; mentis autem prudentia bene conſulere, non alius;* Atque quod habet *Marcellinus* Lib. XXV: *Corporis munus à milite, ab Imperatore verò animi poſcitur.* Qualis vero *inſignis* fuerit *Imperator*, vel ipſa ejus *axiomata* produnt, quæ nobis *Excerpta Septimii Aurelii Victoris* ſuppeditant, in quibus inter alia hæc legimus: *Neque IMPERATORI bono quidquam minus, quam temeritatem congruere. Satis celeriter fieri, quidquid commode geritur. Armaque, niſi majoris emolumenti cauſſa, nequaquam movenda eſſe: ne compendio tenui, jactura gravi, petita victoria ſimilis ſit hamo aureo piſcantibus: cujus abrupti, amiſſique detrimentum, nullo capturæ lucro penſari poteſt.*

NUM. 13.

Cajus CAESAR IMPerator III. (Trium) VIR ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput Auguſti nudum, juvenile, imberbe, lævam verſus.

NUM. 14.

Cajus CAESAR IMPerator III. (Trium) VIR ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput Auguſti nudum, juvenile, paulloque barbatum, lævam verſus.

Siſtit hoc Caput *H. Goltzius* T. I. N. 9. in Auguſto, & in *Faſtis Romanis* p. 187.

NUM. 15.

CAESAR IMPerator III. (Trium) VIR ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput Auguſti nudum, juvenile, imberbe, lævam verſus.

Offendimus hoc ipſum Caput quoque apud *Goltzium* Tab. I. N. 10. in Auguſto. Harum omnium Inſcriptionum explicatio ex præcedentibus facile quis haurire poterit, præſertim N. 4. & 6.

NUM. 16.

Cajus CAESAR DIVI Filius IMPerator COnSul, III. (Trium) VIR ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput Auguſti nudum, imberbe ac juvenile, lævam verſus.

Omnes heic occurrentes *tituli* in præcedentibus expediti; ſola heic *Conſulis* appellatio reſtat, de qua non prætermittendum, quod *Tacitus* de ea nobis reliquit Annal. Lib. I. C. 2. p. I: *Poſtquam, Bruto & Caſſio cæſis, nulla jam publica arma; Pompejus apud Siciliam oppreſſus; exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Julianis quidem partibus, niſi Cæſar, Dux reliquus: poſito TRIUMVIRI nomine, CONSULEM SE ferens* (Auguſtus) *& ad tuendam plebem Tribunicio jure contentum.* Idemque Annal. L. I. C. 10: *Numerus etiam CONSULATUUM celebrabatur, quo Valerium Corvinum & C. Marium ſimul* (Auguſtus) *æquaverat.* Sed hunc *extortum, invito Senatu, Conſulatum* (uti idem *Tacitus* Lib. I. Ann. C. 10. vocat) clarius & alii Autores loquentur. Audiamus primum ejus *artes* conſequendi *hunc honorem.* Nempe Ciceronem vult Conſulem, Collegam, ut ipſum ſibi conciliaret & ſuis adjungeret partibus, faciliusque à Senatu illum honorem impetraret. Hoc etenim diſerte *Appianus* prodit L. III. de B. C. p 587: *Deinde in reliquum ejus anni Conſulatum Pompejani petierunt, in locum Hirtii Panſæque, QUEM ETIAM CAESAR PETEBAT, non jam Senatum ſollicitans, ſed privatim Ciceronem, rogans, ut ſimul Magiſtratum gereret:* (Μετῄει δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ, οὐκ ἐς τὴν βουλὴν ἔτι πέμπων, ἀλλ' ἐς τὸν Κικέρωνα ἰδίᾳ, καὶ αὐτὸν παρεκάλει καὶ συνάρξαι) *penes illum enim fore adminiſtrationem, ut ſeniorem & longo uſu peritum; ſibi ſufficere, ſi fruatur SOLO NOMINIS HONORE, quo poſſit honeſtius arma deponere, ideoque etiam Triumphum ſe petiiſſe antea.* Sed reſtiterunt ipſi cum maximè parricidæ, id nobis iterum prodente *Appiano* loco citato p. 597. *cauſamque hujus* ſimul exponente: Καὶ οἱ συγγενεῖς μάλιστα τῶν σφαγέων ἐνέστησαν, δεδιότες μὴ αὐτοὺς ὁ Καῖσαρ ὑπάτος ὢν ἐπιτρίψειεν, *reſiſtentibus illi maxime percuſſoribus, quod timerent, ne Cæſar Conſulatum adeptus, pœnas de iis ſumeret.* Interim tamen ab ipſo ad *Senatum* ablegantur ſuæ partis *Centuriones*, qui hunc honorem pro ipſo ſollicitarent apud *Senatum*. Verba & *Cæſaris* & *Centurionum* & *Senatus* ipſis *Appiani* verbis (p. 582.) in latinum verſis, audiemus: *Me certe ambitione carere, comperiſtis, quando à vobis oblata Præturæ inſignia*

(14) *Florus* Lib. IV. c. 4: *Octavius Cæſar, ætate & injuria favorabilis, & nominis Majeſtate, quod ſibi induerat,* -- -- *tum quidem etiam manu pulcher apparuit, Nam cruentus & ſaucius, aquilam à moriente ſignifero traditam, ſuis humeris in caſtra referebat.*

ſignia recuſavi; nunc unicam tam vobis, quam mihi ſalutem reliquam video, ſi, veſtro favore, CONSULATUM aſſequar, tunc enim & mei patris confirmabuntur quæ accepiſtis beneficia, & Colonias accipietis, quæ debentur adhuc, & integra præmia. Ego quoque homicidas reos peragam, & ſic tandem erit bellorum finis. Hæc dicenti occlamatum eſt alacriter: moxque Centuriones miſſi, qui Conſulatum illi peterent. Cæterum Senatu ætatem juvenis cauſante, reſponderunt Centuriones, ut erant præmoniti, & Corvinum quondam juvenem factum Conſulem, & Scipionem poſtea: nec pœnitere patriam geſtorum ab utroque juvene. Proferebatur etiam recens exemplum Pompeji Magni, ipſiusque Dolabellæ: quin & CAESARI JAM CONCESSUM DECENNIUM ante ætatem legitimam. ([15]) Quos vero cum objurgatos à *Senatu* intellexiſſet Cæſaris exercitus, magis exaſperati, poſtularunt, ut confeſtim ducerentur ad Urbem; ſe creaturos eum Conſulem privatis Comitiis, *FILIUM CAESARIS*, quem immenſis extollebant laudibus. Sic illi ad Urbem, tumultu ac timore completam, pergenti, uno momento mutatis rebus, Legati obviam fuêre miſſi, qui nuntiarent, quod *S. C. ABSENS CONSUL DESIGNATUS ſit*, ([16]) (καὶ ἐς τὴν ὕπατον ἀρχὴν παραγγέλλειν ἀπόντα.) Atque paulo poſt ingreſſus *Urbem*, nullo certamine eandem occupavit; eamque rurſus exceſſit, donec Comitiis crearentur *Conſules.* Αἱρεθεὶς δὲ αὐτὸς σὺν ᾧπερ ἐβούλετο Κοΐντῳ Πεδίῳ, ὃς τὸ μέρος αὐτῷ δεδώρητο τῆς Καίσαρος κληρονομίας, ἐς τὴν πόλιν αὖθις ὡς ὕπατος ἐσήει καὶ ἔθυε. *Electus deinde ipſe, cum quo volebat, Collega, Q. Pedio, qui portionem ſuam ex Cæſaris hæreditate illi donaverat, in Urbem CONSULARI POMPA ad ſacrificandum ingreſſus eſt*; ita ut *ipſe* A. V. C. 710./11. (*Vellejus Paterculus* annum 709. P. V. C. prodit, loco mox infra citando,) pro quo tamen DCCIX *Aldus Manutius* in *Scholiis* rectè monet, legendum eſſe DCCXI.) ([17]) cum *Q. Pedio*, Collega ſuffectus fuerit *Aulo Hirtio* & *Cajo Vibio Panſæ*,([18]) bello *Mutinenſi* occiſis: quod clariſſimè docet *Tacitus* Orat. XVII. 2: *Nam ut de Cicerone ipſo loquar, Hirtio nempe & Panſa, Conſulibus (ut Tiro, libertus ejus, ſcripſit) VII. Idus Decembris occiſus eſt, quo anno D. Auguſtus in locum Panſæ & Hirtii ſe & Q. Pedium Conſules ſuffecit.* *Dio* verò Libro XLVI. p. 320: *Cæſar à populo Conſul factus eſt: quod etſi metu armorum fiebat, tamen Cæſar, ne vim intuliſſe populo exiſtimaretur, Comitiis non interfuit: quaſi verò præſentia ejus, ac non potentia reliquis terrori eſſet.* οὕτω μὲν ἐν ὕπατος ᾑρέθη, καὶ αὐτῷ καὶ συνάρχων (εἴγε τοῦτο δεῖ, ἀλλὰ μὴ ὑπάρχον αὐτὸν εἰπεῖν) ὁ Πέδιος ὁ Κόϊντος ἐδόθη. *Ita Conſul creatus eſt, Collega, (ſi quidem is Collega, ac non potius Legatus dicendus eſt) addito, Q. Pedio.* Addit *Dio*: *Magnos id ſpiritus Cæſari addidit, quod ea ætate, qua nemo unquam* ([19]) *ante ſe mortalium, Conſulatum eſſet geſturus.* *Suetonius* Cap. XXVI. annum ætatis *vigeſimum* ([20]) addit, quem *nonum & decimum* nominat *Vellejus Paterculus* ([21]) & *Livius* Epit. CXIX. (*cum annos, novendecim haberet, Conſulem creatum eſſe*) quod *dies ſex & triginta* adhuc deeſſent, ſcribens: *Magiſtratus atque honores, & ante tempus,* (ſiquidem annus legitimus capiendi Cònſulatum XLIII. ([22]) conſtitutus erat) *& quosdam novi generis, perpetuosque cepit. CONSULATUM vigeſimo ætatis anno invaſit, admotis hoſtiliter ad Urbem legionibus, miſſisque, qui ſibi, nomine exercitus, depoſcerent. Cum quidem, cunctante Senatu, Cornelius Centurio, Princeps Legationis, rejecto ſagulo, oſtendens gladii capulum, non dubitaſſet in curia dicere: HIC FACIET, SI VOS NON FECERITIS.* Eundem annum & memorat *Eutropius* VII. Breviar. ad Valentem: *Cæſar, quaſi vindicaturus Patris ſui mortem, à quo per teſtamentum fuerat adoptatus, Romam cum exercitu profectus eſt; extorſitque, ut ſibi VIGESIMO ANNO CONSULATUS daretur.* Menſe præterea *AUGUSTO* obtigiſſe ipſi hunc honorem, tradit itidem *Suetonius* Cap. XXXI: *In cujus* (anni) *Ordinatione Sextilem menſem è ſuo cognomine nuncupavit, magis quam Septembrem, quo erat natus: quia hòc ſibi & PRIMUS CONSULATUS, & inſignes Victoriæ obtigiſſent.* Et præter *Macrobium* quoque *Dio* Libro LV. p. 552: Καὶ τὸν μῆνα τὸν Σεξτίλιον ἐπικαλούμενον, Αὔγουστον ἀντωνόμασε. τῶν γὰρ ἄλλων τὸν Σεπτέμβριον οὕτως, ἐπειδήπερ ἐν αὐτῷ ἐγεγέννητο, προσαγορεῦσαι ἐθελησάντων, ἐκεῖνον αὐτὸς προετίμησεν, ὅτι καὶ ὕπατος ἐν αὐτῷ τὸ πρῶτον ἀπεδέδεικτο, καὶ μάχας πολλὰς καὶ μεγάλας ἐνενικήκει, *menſemque Sextilem Auguſtum nominavit, quod nomen cum alii Septembri, quo menſe natus eſſet Auguſtus, indere vellent, ipſe Sextilem prætulit; quod eo menſe primum CONSUL FACTUS, ac eo multis magnisque præliis victoria potitus eſſet.* Et cum utrique, & *Suetonius* & *Dio*, *victoriarum* mentionem injiciant, hoc menſe obtentarum, ſciendum eſt, quod *Alexandrina* & *Rhætica* illa fuerint, de quibus alibi dicendi erit locus commodior. Cæterum & *Vellejus diem* nobis communicat, *XIV. Kal. Octobris*, (alii X. Kal. Octobris) ſcribens, *iniiſſe ipſum Conſulatum.* Itemque *Dio* ſed alium plane diem indicans Libro LV: Καὶ ὁ μὲν οὕτω τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τοῦ Αὐγούστου, ἐν ᾗ ποτε τὸ πρῶτον ὑπάτευσε, μετήλλαξε, *Vita exceſſit XIII Kal Sept qua die quondam primum Conſulatum inierat.* *Dionem* ſecutus eſt

(15) Eo quoque tendunt, quæ nobis prodidit *Dio* Libro XLVI. p. 310: *Itaque decretum eſt, partim ut Cæſari ſtatua poneretur: ut inter Quæſtorios eſſet Senator: ut RELIQUOS MAGISTRATUS MATURIUS, QUAM LEGIBUS PERMISSUM ESSET, petendi jus haberet,* τό, τε τὰς ἄλλας ἀρχὰς θᾶσσον παρὰ τὸ νενομισμένον αἰτῆσαι; Itemque *Appianus* loco citato p. 560: *Additumque decreto, -- -- ut ſententiam poſthac inter Conſulares diceret,* (Auguſtus) *& jus petendi CONSULATUS, haberet DECENNIO ante ætatem legitimam.* (Καὶ τὴν ὑπατείαν αὐτὴν μετιέναι τοῦ νόμου θᾶσσον ἐτῶν δέκα.) Quò reſpicit & *Tacitus* Annal. XI. 22: *Apud majores virtutis id præmium fuerat, cunctisque civium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere Magiſtratus; ac ne ætas quidem diſtinguebatur, quin prima juventa CONSULATUM & DICTATURAS inirent.* *Cicero* quoque Legibus Auguſtum planè non teneri, judicat Philip. V. 17: *Quid eſt, P. C. cur eum, Auguſtum, non quam primum ampliſſimos honores capere, cupiamus? Legibus enim annalibus cum grandiorem ætatem ad conſulatum conſtituebant, adoleſcentiæ temeritatem verebantur. C. Cæſar ineunte ætate docuit, ab excellenti eximiaque virtute progreſſum ætatis exſpectari non debere.*

(16) *Appianus* L. III. de B. C. p. 583. 586.

(17) *Pigbius* Annal. III. p. 471. *Lud. Nonnius* p. 43. Hunc rectè 710. *annum* ex *Capitolinorum Faſtorum* calculo vocant *Sextus Ruffus & Solinus.*

(18) Non ergo erant modò *deſignati* Conſules, ut ſcribit *Vellejus Paterculus* II. 61, ſed *Conſulatum* ante *Kalendis Januarii iniere*...

(19) C. *Marius*, C. Marii filius, equidem *Conſul ante annos viginti*, ſed *per vim* creatus eſt, *Livius* Epit. LXXXVI. refert; *Auguſtus* verò, ut ex *Dione* & aliis audivimus, per *ſpeciem liberorum ſuffragiorum Conſul* fuit creatus.

(20) Hoc est *anno vicesimo primum cœpto* capiendum eſſe, obſervat *Jacobus Schegkius* in notis ad *Vellejum*, addens, *natus eſt Auguſtus Coſ Cicerone IX. Kal Octobr. interfectis Hirtio & Panſa, ſuffectus Conſul. 10. Kal Octobr., quæ ſi ad calculum revocaveris, numerabis viginti annos, uno die minus: ideoque exacte noſter Vellejus.*

(21) Libro II. Hiſtor. Cap LXV. *Conſulatum iniit Cæſar pridie quam viginti annos impleret, X. Kalendas Octobris, cum Collega Quinto Pedio, poſt Urbem conditam annis ſeptingentis novem, ante ſeptuaginta duos, quam tu Marce Vinici, Conſulatum inires*

(22 Quod vel ex *Ciceronis* verbis Philip. V. 17. eluceſcit: *Quid Macedo Alexander? cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nonne tertio & triceſimo anno mortem obiit? quæ eſt ætas noſtris legibus decem annis minor, quam Conſularis.*

est *Lipsii* ad I. *Taciti*. Interim hunc I. *Consulatum* per integrum annum haud gessit, testante *Appiano* Lib. IV. de B. C. p. 590 : *Ibi* (Cæsar, Antonius & Lepidus) *per integrum biduum habito colloquio, hæc statuerunt de communi sententia : Ut Cæsar Consulatum in reliquum anni Ventidio cederet*, ἀποθέσθαι μὲν τὴν ὕπατον ἀρχὴν Καίσαρα, καὶ Οὐεντίδιον αὐτὴν ἐς τὸ λοιπὸν τοῦ ἔτους μεταλαβεῖν Igitur ex pacto, III VIR factus, *Consulatum deposuit*, & *C. Carinatem* sibi in reliquum anni suffecit. *Bimestrem* ergo *Consulatum* hunc *Cæsaris* appellat *L. Plancus*, ad *Ciceronem* scribens, Fam. Lib. X. *Q. Pedio* autem Collega in Urbe, relicto & in tumultu exanimato, in ejus locum suffectus est à TriumViris *P. Ventidius*, quem *Gellius & Eutropius Bassum* vocant, quod clarius patet ex Tabula *Collotiana*, quam exscribit *Pighias* p. 472.

C. VIBIVS. C. F. C. N. PANSA.	A. HIRTIVS. A. F.
SVF. C. IVLIVS CAESAR	SVF. Q. PEDIVS Q. F.
C. VARRINAS. C. F.	P. VENTIDIVS P. F.

Dio de hoc negotio ita : *Cæsar postquam se Consulatu abdicasset, & ejus Collega decessisset, P. Ventidius Prætor cum ALIO QUODAM* (Carrinate) *à TriumViris Consul factus est*. Nec prætermittendum est *Augusti responsum*, quod *Ciceroni* dedit, laudanti conatum in *postulando Consulatu*, quod nobis reliquit *Appianus* Lib. III. de B. C. p. 585 : *Cicero*, scribens, *ubi de pace audiit, per amicos Cæsaris impetravit Colloquium, admissusque causam pro se dixit, summis laudibus eum extollens, quod CONSULATUM peteret, de quo & ipse antè ad Senatum retulisset : ille tantum hoc, non sine morsu, respondit : Eum sibi ultimum amicorum occurrere*, ὁ δὲ τοσοῦτον ἀπεκρίνατο ἐπισκώπτων, ὅτι, τῶν φίλων αὐτῷ τελευταῖος ἐντυγχάνοι. Nec tamen eo, quo antea, modo voluit *hunc honorem* sibi decerni, sed *exegit etiam*, ut scribit *Suetonius* Cap. XXXVII : *ut, quoties CONSULATUS sibi daretur, binos pro singulis Collegas haberet : nec* tamen *obtinuit, reclamantibus cunctis, satis Majestatem ejus imminui, quod honorem eum non solus, sed cum altero gereret*. Hinc, quod ὡς ἐν παρόδῳ addimus, factum fuisse persuademur, ut omnes post *Diocletianum* Principes *hunc honorem* cum *privatis* communicare cessaverint, usque ad *Juliani* tempora, qui hunc veterem morem in integrum rursus restituit, & *unum ex privatis* in Collegam sibi adscivit ; de quo more videri potest *Salmasius* in Spart. Adrian. C. VIII. Tandem & hoc, ex *Suetonii* Cap. LIII, singularis *humanitatis signum* notamus, *ipsum in CONSULATU pedibus fere, extra CONSULATUM sæpè adoperta sella* (ne obvios officii causa inquietaret) *per publicum incessisse*. *Suam* etiam *matrem* (Atiam) *in PRIMO CONSULATU amisisse*, refert quoque idem *Suetonius* Cap. LXI. Offert nobis hoc etiam caput *H. Goltzius* in Augusto Tab. I. N. 12.

NUM. 17.

CAESAR IMPerator PONTifex III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ.

Caput Augusti nudum juvenile imberbe, lævam versus.

De voce *Cæsaris* N. 4 ; *Imperatoris* N. 12 ; *TriumViri Reipublicæ Constituendæ* N. 4. jam jam dictum est : Restat saltem *Pontificis* titulus explicandus. *Pontifex* heic audit, (quis verò ille fuerit, ad Cæsaris Tabulam I. jam exposuimus) non *Pontifex Maximus*, quem quidem titulum non prius, quam Lepido mortuo, Anno $\frac{740}{41}$. assumsit, uti infra N. 140. audiemus. Sicuti verò ipse in *Sacerdotum* & *Pontificum* numero erat ; (nam ex Pontificibus eligebatur Pontifex Maximus) & Augustus puer adhuc inque filium adoptandus à Julio Cæsare *Pontificatus sacerdotio* (juxta *Vellejum* L. II. c. 59.) jam honoratus erat, ita & *eorum numerum & dignitatem, sed & commoda auxit*, autore *Suetonio* Cap. XXXI. De Pontifice Maximo plura verò infra ad N. 184. Neque quis miretur, nos Caput *juvenile* TriumViri *Augusti* appellasse, cum tale quoque nobis prodat *Florus* Lib. IV. c. 4 : *Quippe cum* (Antonius) *infra decem & octo annos tenerum & obnoxium & opportunum injuriæ JUVENEM* (Augustum) *videret* &c. Imo, Octavio Consulatum ambiente, *Senatus ætatem JUVENIS causatus est*, referente *Appiano* Lib. III. de B. C. p. 582. *Eutropius* VII. Breviar. ad Valentem : *Missi ad eum* (Antonium) *persequendum duo Consules, Pansa & Hirtius & Octavianus, adolescens annos XVIII. natus, Cæsaris nepos ; quem ille testamento hæredem reliquerat*. Immo, postquam causam Optimatium deseruisset, ad prætextum mutatæ voluntatis dicta factaque quorundam calumniatus fuit, quasi alii *SE PUERUM* alii *ornandum tollendumque* jactassent, *Suetonius* refert Cap. XII. Nam ita vulgo *Romæ* tum appellabatur, teste *Dione* Lib. XLI. p. 318 : Καὶ παῖδα, (ἅπερ που διεθρύλλουν) ὄντα, *Cæsar reapse adolescens aut puer etiam, hæc enim verba vulgo de eo jactabant*. Quod & ex *Cicerone* licet colligere Epist. ad Attic. XVI. 15 : *Quanquam enim posset in præsentia belle iste PUER retundere Antonium*. Non tamen reticet quoque *Dio* hanc ægerrime tulisse adpellationem loco citato p. 318 : ἐκεῖνος δὲ ἐπί τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ, ὅτι παῖς ἤκουε, δεινῶς ἀγανακτῶν, οὐκ ἔτ' ἐπαναβολὰς ἐποιήσατο, *cæterum is cum alia indigne ferens, tum id indignissime, quod PUER vocaretur, omnem moram amputavit* &c. Immo rem ; ut est, pro nobis, & tempus consequuti Pontificatus eloquitur *Vellejus Paterculus* Hist. L. II. cap. 59 : *PONTIFICATUSque SACERDOTIO PUERUM* (Octavium) *honoravit, major avunculus Cæsar*.

NUM. 18.

CAESAR IMPerator PONTifex III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ.

Caput Augusti nudum juvenile lævam versus, pone lituus.

Nihil heic occurrit, quod non in præcedenti Numero legamus, aut videamus, præter *lituum*, *augurii* symbolum, de quo ad N. 21. plura sumus allaturi.

NUM. 19.

Cajus CAESAR IMPerator PONTifex III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ.

Caput Augusti nudum juvenile imberbe, lævam versus, pone lituus.

De prænomine *Caji* ad N. 5. & 6. egimus ; reliqua ex præcedentibus capitibus clara sunt.

De *Auguris* titulo, cujus index est *lituus*, Num. 21. plura differemus. *H. Goltzius* quoque hoc Caput exhibet Tab. II. n. 13. in Augusto.

NUM. 20.

CAESAR DIVI Filius IMPerator PONTifex III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ.

Caput Augusti nudum pauloque barbatum lævam versus, pone lituus.

De omnibus N. 4. 12. 17. à nobis jam actum est. *H. Goltzius* hoc Caput quoque sistit in Augusto Tab. II. n. 14. ac in *Fastis* p. 194. Sed, quod notes, *Capite inverso* & reluctantibus nummis.

NUM. 21.

Cajus CAESAR DIVI JULI Filius IMPerator AUGUR PONTifex III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ.

Caput Augusti nudum juvenile imberbe, lævam versus.

Cùm in præcedentibus Capitibus *CAESAR DIVI Filius* solummodo legatur; heic distinctius: *CAESAR DIVI JULI Filius*, in nummo obsignatus legitur; *majorem*, sine dubio, ut inde sibi *auctoritatem* & *majestatem* compararet, & *jus adoptionis* nunc plenissimè consequutus, *hæresque* à *Populo* & *Senatu* agnitus, hac ratione illud ebuccinaret. Prima verò vice *AUGURIS* obviat titulus, quem Numero 18. 19. & 20. *lituo* jam indicatum conspeximus. Hujus *sacræ dignitatis originem*, *officium*, *numerum*, *auctoritatem* ac *potestatem*, itemque *instrumenta* jam supra in *Cæsare* N. 6. contemplari nobis datum fuit; illam dignitatem summam vero & *Augustum*, perinde ac *Cæsarem*, gessisse, ex nummis quoque hisce nunc palam fit; quanquam & apud *Autores* hoc ipsum quoque confirmatum fortè legamus, & inprimis apud *Dionem* Libro LIII. p. 508: *Hæc igitur singula*, (Consulatus, Sacerdotia, Tribunicia potestas) *cum legibus fuerint stabilita in ea Reipublicæ constitutione, qua penes populum erat summa rerum*, οὕτω τε καὶ διὰ τούτων τῶν ὀνομάτων εἰλήφασιν, ὅπως μηδὲν ἄνευ δόσεως τινὸς ἔχειν δοκῶσιν *IMPERATORES CUM IPSIS NOMINIBUS SIBI SUMUNT, ut nihil sibi à subditis non datum habere, videantur.* Sistit hoc Caput quoque *H. Goltzius* Tab. II. n. 16. in Augusto.

NUM. 22.

CAESAR IMPerator PONTifex III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ.

Caput Augusti nudum, imberbe ac juvenile, dexteram versus, pone lituus.

Omnia hujus *perigraphes* vocabula N. 4. 12. 17. jam expendimus, quidque *lituus* velit, N. 22. diximus: *positu* saltem ab antecedentibus differt. Vide hoc Caput quoque apud *H. Goltzium* Tab. II. n. 15. in Augusto.

NUM. 23.

CAESAR IMPerator PONTifex COnSul, III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ.

Caput Augusti nudum & juvenile dextram versus, pone lituus.

Convenit per omnia hæc *perigraphe* cum præcedente, nisi quod *Consulis* titulum adhuc gerat, quem jam supra N. 16. vidimus. Offert quoque hoc Caput *H. Goltzius* Tab. II. n. 17. in Augusto.

NUM. 24.

IMPERator CAESAR PONTifex IMPerator ITERum, III. (Trium) VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ.

Caput Augusti nudum & juvenile, lævam versus.

Omnia hujus *Inscriptionis* verba in præcedentibus à nobis fuerunt excussa, præter quod *Imperator iterum* & *TriumVir iterum* in *perigraphe* audiat. Dum verò *bis Imperator* heic vocatur, attendendum est, prima vice *honoris ergo* heic comparere, nempe veluti id *elogium*, quod *Julio* à *Senatu* datum, eoque postea *omnes Cæsares* usi sunt; & quidem heic *prænominis loco*, quod tamen *Julius* facere nunquam ausus est, sed *cognominis* loco saltem, uti ex ejus nummis constat, usurpavit. Quo sensu & *quo tempore ferè* id usurpaverit *Augustus*, hoc diserte tradunt *Excerpta Sexti Aurelii Victoris*, in quibus hæc legas: *Anno Urbis conditæ septingentesimo vigesimo secundo; ab exactis vero Regibus quadringentesimo octogesimoque, mos Romæ repetitus uni prorsus parendi, pro Rege, IMPERATORI, vel sanctiori nomine Augusto appellato.* Et clarius adhuc *Dio L.* Libro LII. p. 493. ἐν ᾧ τὸ πέμπτον ὑπάτευσε, καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἐπίκλησιν ἐπέθετο. λέγω δὲ οὐ τὴν ἐπὶ ταῖς νίκαις κατὰ τὸ ἀρχαῖον διδομένην τισίν (ἐκείνην γὰρ πολλάκις μὲν καὶ πρότερον, πολλάκις δὲ καὶ ὕστερον ἀπ᾽ αὐτῶν ἔργων ἔλαβεν, ὥστε καὶ ἐν εἰκόσιν ὄνομα αὐτοκράτορος σχεῖν) ἀλλὰ τὴν ἑτέραν τὴν τὸ κράτος διασημαίνουσαν, ὥσπερ τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ Καίσαρι καὶ τοῖς παισὶ, τοῖς τε ἐκγόνοις ἐψήφιστο, *eodem anno (quo Consul quintum fuit) etiam IMPERATORIS nomen accepit: non quale propter victoriam tribui more vetusto solebat, (id enim sæpius & antea, & postmodo ex ipsis actionibus reportavit, adeo quidem, ut etiam ipsius imagines nomen imperatoris habeant) sed quo summa imperii demonstraretur, quod patri quoque ejus Julio & ejus filiis nepotibusque fuerat decretum.* Alterum verò *Imperatoris* nomen ei, ut ex *Dione* quoque jam audivimus, ob *novam obtentam Victoriam* fuit impositum; proptereaque studio *Imperator ITERUM* dicitur. De quo *Imperatoris nominis* diverso sensu elegantia admodum sunt *Dionis* verba, huc maxime spectantia & Perigraphen nostram apprimè illustrantia, Libro XLIV. p. 235: Τό, τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα, οὐ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔτι μόνον, ὥσπερ ἄλλοι τε καὶ ὡς ἐκεῖνος πολλάκις, ἐκ τῶν πολέμων ἐπεκλήθησαν, οὐδ᾽ ὡς οἱ τινὰ αὐτοτελῆ ἡγεμονίαν ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ἐξουσίαν λαβόντες,

ὀνομα-

ὀνομάζοντο, ἀλλὰ καθάπαξ τοῦτο δὴ τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κράτος ἔχουσι διδόμενον, ἐκείνῳ τότε πρώτῳ τε καὶ πρῶτον, ὥσπερ τι κύριον, προσέθεσαν. καὶ τοσαύτῃ γε ὑπερβολῇ κολακείας ἐχρήσαντο, ὥστε καὶ τοὺς παῖδας τούς τε ἐγγόνους αὐτοῦ οὕτω καλεῖσθαι ψηφίσασθαι, μήτε τέκνον τι αὐτοῦ ἔχοντος, καὶ γέροντος ἤδη ὄντος. ὅθεν περ καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορας ἡ ἐπίκλησις αὕτη, ὥσπερ τις ἰδία τῆς ἀρχῆς αὐτῶν οὖσα, καθάπερ καὶ ἡ τοῦ Καίσαρος, ἀφίκετο. οὐ μέντοι καὶ τὸ ἀρχαῖον ἐκ τούτου κατελύθη, ἀλλ' ἔστιν ἑκάτερον. καὶ διὰ τοῦτο καὶ δεύτερον ἐπ' αὐτῶν ἐπάγεται, ὅταν νίκην τινὰ τοιαύτην ἀνέλωνται. οἱ μὲν γὰρ αὐτὸ τοῦτο αὐτοκράτορες, ἅπαξ τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ πρώτῃ γε χρῶνται· οἷς δ' ἂν καὶ διὰ πολέμων ἀξιόν τι αὐτῆς κατορθωθῇ, οὗτοι δὴ καὶ ἐκείνην τὴν ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου προσλαμβάνουσι. κἀκ τούτου καὶ δεύτερόν τις καὶ τρίτον, πλεονάκις τε, ὁσάκις ἂν παράσχῃ οἱ, αὐτοκράτωρ ἐπονομάζεται, *IMPERAKORIS quoque nomen, non antiqua tantum pro consuetudine, qua id cum alii, tum IPSE quoque sæpius, ex bello re portaverant, neque ea ratione, quod ei merum Imperium, absolutamque potestatem deferrent, CAESARI tribuerunt; Sed eo modo, quo nunc iis, qui SUMMUM IMPERIUM obtinent, tum PRIMO CAESARI PRIMUM imposuerunt, tanquam IPSI PROPRIUM. Eo etiam adulationis progressi sunt, ut filios quoque ejus, nepotesque, ita nominari juberent; quum neque filium ipse ullum haberet, & jam senex esset. Id vero NOMEN IMPERATORIS à JULIO, quemadmodum etiam CAESARIS NOMEN, tanquam peculiare SUMMI IMPERII COGNOMENTUM, ad OMNES deinceps IMPERATORES dimanavit: non tamen sublata antiqua hujus nominis ratione, sed UTRAQUE INTEGRA. Itaque DENUO IMPERATORIS NOMEN ADSCISCIT, qui victoriam eo dignam obtinuit. Nam qui sunt IMPERATORES, semel hac adpellatione, sicut & aliis, adeoque prima utuntur Qui verò bellis hac adpellatione dignum aliquid gesserunt, priscum quoque nomen illud sibi adsciscunt. Unde fit, ut QUIS EORUM ITERUM & TERTIUM & PLURIES, nimirum quoties id meritus sit, IMPERATOR nominetur.* Inde veluti quid peculiare notavit quoque *Dio* Libro LX. p 679. quod *Claudius* ob victoriam Britannicam aliquoties *Imperator* dictus fuerit, κἀκ τούτου συχνούς, τοὺς μὲν ὁμολογίᾳ, τοὺς δὲ καὶ βίᾳ προσαγόμενος, αὐτοκράτωρ πολλάκις ἐπωνομάσθη παρὰ τὰ πάτρια (οὐ γὰρ ἔστιν ἐν οὐδενὶ πλέον ἢ ἅπαξ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολέμου τὴν ἐπίκλησιν ταύτην λαβεῖν) *Ob hæc aliquoties IMPERATOR dictus est, contra institutum Romanorum. Neque enim sæpius, quam semel, licet uno de bello ID NOMEN ADSUMERE.* Adeoque uti *hoc posterius* sæpius, atque additis cum *numeris* offendemus, sic haud raro & *alterum*, quod *Imperatoriam & Summam* designat *Majestatem*, habebimus obvium, & quidem, ut *Dio* loquitur Libro LIII. p. 508. loco *nominis Regii & Dictatoris*, τήν τε τοῦ αὐτοκράτορος πρόσρησιν διὰ παντὸς οὐ μόνον οἱ νικήσαντές τινας, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, πρὸς δήλωσιν τῆς αὐτοτελοῦς σφῶν ἐξουσίας, ἀντὶ τῆς τοῦ βασιλέως τοῦ τε δικτάτορος ἐπικλήσεως, ἔχουσιν, *nomenque IMPERATORIS, non modo si qui aliquam victoriam retulerint, sed & alii omnes ad significandam PLENAM SUAM ET PERFECTAM POTENTIAM, semper gerunt; loco NOMINIS REGII & DICTATORIS.* Quando igitur quærimus, qua insigni victoriâ *Imperator iterum* factus fuerit *Augustus*, non possumus non id in Annum V. C. $\frac{716}{717}$. ante C. N. 37. conjicere; nempe *L. Antonio* Cæsari dedito, & bello *Perusino* consummato, itemque *Octavia*, Cæsaris sorore, *Antonio* in matrimonium locata, *paceque* inter *eosdem* composita. *Triumviratus* verò ille famosus, (quod attinet titulum *TRIUM VIRI ITERUM*) quinquennio elapso, in aliud rursus prolongatus *quinquennium* fuit, de quo clarissima sunt *Dionis* verba Libro XLIX. p. 390. *Præterea vero Sexto Pompejo Consulatum & Sacerdotium, quæ ei destinata fuerant, ademerunt,* ἑαυτοῖς δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἐς ἄλλα ἔτη πέντε, ἐπειδὴ τὰ πρότερα ἐξεληλύθει, ἐπέτρεψαν, *ac in aliud sibi quinquennium (jam enim exierat prius) PRINCIPATUM PROROGAVERUNT. Hinc TRIUMVIRUM ITERUM Rei Publicæ Constituendæ* Augustum in perigraphe nostra legimus. Habet & hoc Caput *H. Goltzius* Tab. II. n. 19. in Augusto.

Num. 25.

CAESAR IMPerator PONTifex III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ, Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Vide N. 4. 12. 17. omnia explicata. Et convenit per omnia cum illo N. 18. & N. 22. nisi quod *ibi* caput *sinistrorsum*, heic *dextrorsum* respiciat; N. 22. verò *lituum pone* exhibeat, qui heic non comparet. Exhibet & hoc caput *H. Goltzius* T. II. N. 18, in Augusto.

Num. 26.

IMPerator CAESAR DIVI Filius PONTifex, III. (Trium) VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum, juvenileque, lævam versus, pone lituus.

De *omnibus* N. 4. 17. 24. dictum jam est, quo B. L. ablegatum cupimus. Dabit & hoc Caput *H. Goltzius* Tab. II. N. 22. in Augusto.

Num. 27.

IMPerator CAESAR DIVI Filius III. (Trium) VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum, paulloque barbatum, dexteram versus, pone lituus.

In omnibus convenit cum præcedente, nisi quod *PONTificis* titulus desit, alias est positus idem. Sistit & hoc Caput *H. Goltzius* in Augusto T. II. N. 20. sed quod notes, *capite inverso*, & in *Fastis Roman.* p. 193.

Num.

Num. 28.

IMPerator CAESAR DIVI Filius III. (Trium) VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum, lævam versus, & juvenile.

Cum *præcedenti* hoc Caput *idem* est, nisi quod *lituus* à tergo desit. Occurrit & hoc Caput apud *H. Goltzium* in Augusto Tab. II. n. 21. sed *capite inverso*.

Num. 29.

IMPerator CAESAR DIVI Filius COnSul TERtium, III. (Trium) VIR TERtium ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum & paullo barbatum, dexteram versus.

Titulus *IMPeratoris* N. 12. *CAESARis DIVI Filii* N. 4; *COnSulis* N. 16; *Trium Viri Reipublicæ Constituendæ* N. 4. jam adfuit. Hoc verò majori excussione heic meretur, quod *Consulem Tertium* & *Triumvirum Tertium* in perigraphe obsignatum legamus nostrum Augustum. De *Consulatu primo*, qui A. V. C. $\frac{710}{11}$. *Hirtio Pansâque* in bello Mutinensi occisis, ipsi contigit, supra N. 16. dispeximus; *Secundum* vero ipse egit A. V. C. $\frac{710}{21}$. cum *Lucio Volcatio Tullo*, L. F. (23) cum tamen *hunc Consulatum*, ex fœdere pacis contractæ, cum *Sexto Pompejo* gerere debuisset, nisi is bello superatus & occisus fuisset, quô tamen mox abdicavit, Consule in *suum locum* constituto *L. Autronio Pæto*; Siquidem de eo ita *Suetonius* Cap. 26: *SECUNDUM CONSULATUM post IX. annos gessit*, (Hoc *Fasti Capitolini* post *decem* annos efferunt, (24) *Dioque* annum DCCXXI. reponit.) Et paullò post: *Cæteros* (Consulatus) *aut novem, aut sex, aut quatuor, aut tribus mensibus; SECUNDUM verò paucissimis horis. Nam die Kalendarum Januarii, cum mane pro æde Capitolini Jovis* (*ut* Consulare sacrum, ex more omnium Consulum, faceret) *paullulum curuli sella præsedisset, honore abiit, suffecto alio in locum suum.* Quod & *Dio* totidem verbis confirmat scribens Libro XLIX. p. 417. ὁ δ᾽ οὖν Καῖσαρ τὴν μὲν ὑπατείαν (ἦρξε γὰρ μετὰ Λουκίου τοῦ Τούλλου δεύτερον) τῇ πρώτῃ εὐθὺς ἡμέρᾳ κατὰ τὸν τοῦ Ἀντωνίου τρόπον ἀπεῖπε, *Cæsar Consulatum, quem secundum, Collega L. Tullo gerebat, statim primo die, exemplum Antonii sequutus, deposuit.* Idem & dicit *Appianus Alexandrinus* de Bellis Illyricis p. 766: Ex illo prælio (cum Dalmatis) *convalescens Romam ad Consulatum rediit, cum Barbatio Tullo*, (rectius Volcatio Tullo) *Collega, Magistratum initurus, Statilium Taurum ad residua ejus belli dereliquit, mensis initio ingressus CONSULATUM, EAMET DIE ANTONIO administratione præbita ipse in Dalmatas iterum procurrit, TRIUMVIRATUM ADHUC obtinens.* Heic *Appianum* mendosum existimat & ex Tabulis *Capuanis* P. *Autronium* (pro *Antonio* uti *Appianus* habet) Cæsari suffectum esse, affirmat *Pighius* Ann. III. p. 497. & juxta cum illo *Sigonius* Fast. p. 318. Id quoque probe observandum est, quod *Dio* de *secundo ejus Consulatu* commemorat p. 321. Libro XLVI: *Ac quia jam ante Consularibus ornamentis decoratus fuerat, non tamen hunc suum Consulatum, secundum nuncupavit. Idque in similibus omnino deinceps usque ad nostra tempora observatum est. Primus enim omnium Severus Imperator, quum Plautiano honores Consulares tribuisset, eumque deinde in Senatum adscriptum, Consulem faceret, ITERUM CONSULEM ESSE dixit. Idque EXEMPLUM ALII DEINDE SUNT SECUTI. Tertius* vero cumprimis *Consulatus*, quem in hoc Capite obsignatum cernimus, nobis heic perpendendus est; qui sumptus omnino videtur ab *Augusto* ob bellum *Ægyptiacum*, novissimumque bellum Civile cum *Antonio*, quem ad *Actium Promontorium* IV. Non. Septembris, ut tradit *Dio*, superavit, de hoc ipso vero Consulatu hoc nobis refert *Suetonius* Cap. 26: *TERTIUM* (Consulatum) *anno interjecto gessit*; Ut adeo esset (tradentibus id Fastis Capitolinis, *Dione* vero DCCXXIII.) Anno post V. C. $\frac{722}{23}$. Collega nempe *M. Valerio Messalla Corvino*, (25) quo ipso bellum civile cum Antonio & Cleopatra gessit superior; Sed quod *Trium Viratum Tertium* concernit, notamus, quod primùm in *Quinquennium* illum decreverint; hoc vero elapso, *iterum* in *quinquennium*; hoc verò cum rursus effluxisset, & tamen ille *Triumviratus prorogatus* ab ipsis esset, *Triumvir Tertium* ab illo tempore fuerit appellatus; quo spectant verba *Appiani* de Bellis Illyricis p. 766: *Ipse* (Augustus) *in Dalmatas iterum procurrit, TRIUMVIRATUM adhuc obtinens: jam enim SECUNDI QUINQUENNII TEMPUS EFFLUXERAT: quem à se ipsis à principio invaserant, populus verò subinde confirmarat*; Et inprimis *Dionis* verba, supra jam allata, Libro XLVIII. p. 390: *Præterea vero* (Triumviri) *Sexto Pompejo Consulatum & Sacerdotium, quæ ei destinata fuerant, ademerunt: ac in aliud sibi quinquennium* (*jam enim exierat prius*) *PRINCIPATUM PROROGAVERUNT.* Sistit & hoc Caput *H. Goltzius* T. II. N. 23. in Augusto.

Num. 30.

IMPerator CAESAR AUGUR PONTifex III. (Trium) VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum juvenile dexteram versus, pone lituus.

De Titulo *Imperatoris* N. 12; *Cæsaris* N. 4; *Auguris* N. 21; *Pontificis* N. 17; *Triumviri Ite-*

(23) Sic id prodente *Pigbio* Ann. III. p. 497. qui annum 720. habet, docetque hos Consules quoque afferre *Marianum* & *Cassiodorum*, sed *posteriorem* omisisse *reiterati Consulatus notam*, & exinde sequentes falso quoque numerasse.

(24) Si incipias numerare *primum* ab illo anno, quo *Consulem* I. egit, POST *novem* absolutos annos omnino gessit *secundum*, secundum *Suetonium*; post *decem* annos vero id contigit, si *primum Consulatus* annum adnumeras, secundum *Fastos*. Ex quo tamen factum videmus, ut sequentes Imperatores, *decimo* anno *Regiminis vel ineunte, vel exeunte, eandem dignitatem* quoque sumserunt. Confer Pagi Dissert. Hypat.

(25) Hos Consules ita habet, ut diximus, *Dio*, itemque *Marianus*, & *Cassiodorus*, modo quod hic posterior *Cæsarem Consulem II.* falso prodat.

Iterum Reipublicæ Conſtituendæ N. 24. jam actum eſt, quo B. L. ablegamus, ne crambem toties coctam eidem apponamus. Profert & hoc Caput *H. Goltzius* Tab. II. N. 24. in Auguſto.

NUM. 31.

CAESAR DIVI JULI Filius. Caput Auguſti juvenile nudum, lævam verſus.

Uti ſupra N. 4. & in pluribus ſequentibus *DIVI Filius* ob adoptionem impetratam nominari, ſcribi, obſignarique in nummis volebat; ita in hoc & ſequentibus, *majoris* impetrandæ *autoritatis* ergo, & unicuique oſtendendi, quis *magnus iſte* ſit *Divus*, & qui jam vivens ſupra mortalitatem collocari voluit, additum legimus: *DIVI JULI Filius.* Vide & hoc Caput apud *H. Goltzium* Tab. III. N. 25. in Auguſto.

NUM. 32.

DIVI FIlius. Caput Auguſti nudum crinibus incomptis, paulloque barbatum, ante faciem verò aſtrum.

DIVI *Filius* voluit appellari, quaſi κατ' ἐξοχὴν, & *unius ſuper æthera noti*; & quo *Divi* hujus *origo* conſtet clarius, *aſtrum* addidit, ſive in memoriam *originis à Venere*, uti ſupra in *Cæſare*, ſæpius notandum, ſive *animæ Julii*, inter aſtra receptæ, & nunc poſt mortem in cœlo conſpicuæ, de quo conſule, ſi placet, *Cæſarem* T. I. n. 5. & T. II. n. 51. 56. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. De *incomptis* ejusdem crinibus, moris indice, *barbaque* vix *ſatis raſa*, *luctus*, ob mortem *Patris* adoptantis, ſigno, ad N. 1. ſupra dictum eſt. Inſpice hoc *Caput* apud *H. Goltzium* Tab. III. N. 26, in Auguſto.

NUM. 33.

IMPerator CAESAR DIVI JULI Filius. Caput Auguſti nudum dextram verſus, paullo barbatum.

De nomine *Imperatoris*, quod nunc *prænominis* loco exhibet N. 24; *Cæſaris* vero *Divi Julii filii* N. 4. & 31. egimus. Offendet & hoc B. L. Caput apud *H. Goltzium* Tab. III. N. 27. in Auguſto.

NUM. 34.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΙΟΥ ΥΙΟΣ, *IMPERATOR CAESAR DIVI FILIUS. Caput Auguſti nudum & juvenile, lævam verſus.*

Studioſe *Græcas Provincias* Romanas in *efferendo Auguſto* & tribuendis *Dignitatis ſummæ characteribus*, propalandisque ejusque tum *adoptione*, tum *ſummo* in hoc mundo *imperio* fuiſſe imitatos, ex his & ſequentibus Capitibus diſpaleſcit. De impreſſis *nominibus* N. 4. 24. poſſunt conſuli. Occurrit & hoc Caput apud *H. Goltzium* T. III. N. 28. in Auguſto.

NUM. 35.

ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ. *CAESAR DIVI FILIUS. Caput Auguſti juvenile nudum, lævam verſus.*

Graece heic legimus Titulum, quem ſupra *Latinum* N. 4. jam conſpeximus, quo propterea B. L. ablegatum volumus, hoc indicio, *Græce loquentes populos* nequaquam *Romanis* in *Auguſto* extollendo cedere voluiſſe.

TABULA II.

EXHIBENS

CAPITA OCTAVII CÆSARIS AUGUSTI

CUM INSCRIPTIONIBUS LATINIS PAUCISQUE GRAECIS SEQUENTIUM IMPERII ANNORUM.

NUM. 36.

CAESAR DIVI Filius. Caput Augusti juvenile, nudum & imberbe, lævam versus.

De hac *Capitis perigraphe* consulat B. L. Tabulam I. N. 4. ubi *eandem* offendet. Sistit hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. III. N. 31. & in Fastis Romanorum p. 184.

NUM. 37.

CAESAR DIVI Filius. Caput Augusti juvenile, nudum & imberbe, dextram versus.

Hoc *positu* saltem differt à præcedente N. 36. quod vide. Offendes & hoc Caput apud *H. Goltzium* Tab. III. N. 33. in Augusto.

NUM. 38.

DIVI JULI Filius. Caput Augusti nudum, juvenile & imberbe, lævam versus.

Vide, quæ ad Tab. I. N. 4. & 31. jam attulimus. Occurrit hoc Caput quoque apud *H. Goltzium* in Augusto Tab. III. N. 34. sed *literis* aliter plane circa Caput dispositis, nos nummos sequuti ipsos sumus.

NUM. 39.

IMPerator DIVI Filius. Caput Augusti nudum, juvenile & imberbe, dextram versus.

De *Imperatoris & Divi Filii* Titulo consulendi sunt Numeri 4. & 24. Tabulæ I. Vide hoc Caput quoque apud *H. Goltzium* T. III. N. 36. in Augusto.

NUM. 30.

ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ. (*CAESAR DIVI FILIUS.*) *Caput Augusti nudum, juvenile & imberbe, lævam versus.*

Ex hoc videmus, quod dum indifferenter vocari voluit *Imperator Divi Filius*, & *Cæsar Divi Filius*, hæc *dignitatis* & *Familiæ* nomina *ipsi* valuisse *idem*. Si quidem rectè ex mente *Dionis*, Libro LIII. p. 509.: τοῦ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ἥτε τοῦ Αὐγούστου πρόσρησις δύναμιν μὲν οὐδεμίαν αὐτοῖς οἰκείαν προστίθησι. δηλοῖ δὲ ἄλλως τὸ μὲν, τὴν τοῦ γένους σφῶν διαδοχήν· τὸ δὲ, τὴν τοῦ ἀξιώματος λαμπρότητα, *Cæsaris & Augusti vocabula, nihil eis* (Imperatoribus) *quidem ea potentiæ adjiciunt peculiaris, sed alterum successionem stirpis, alterum splendorem dignitatis significat.*

NUM. 31.

IMPerator DIVI JULI Filius. Caput Augusti juvenile & galeatum, lævam versus.

Eadem est *perigraphe*, quam N. 39. jam vidimus; modo quod *Caput ejus galea* ornatum *primum* heic compareat, quam non nisi *belli*, adversus *Parricidas*, aut *Antonium*, declarati existimamus indicem. Nam usitatissimum contra *capitis ictum* fuisse instrumentum bellicum, vel ex *Caligulæ* Cap. XLVI. apud *Suetonium* patet, quippe qui imperaverat, ut milites *galeas* suas conchis replerent. Fiebant verò ex *ferarum pellibus*, *ferro & ære*, easque describit *Polybius* VI 20: Προσεπικοσμεῖσθαι δὲ καὶ λιτῷ περικεφαλαίῳ: ποτὲ καὶ λυκείαν, ἤ τι τῶν τοιούτων ἐπιτίθεται, σκέπης ἅμα καὶ σημείου χάριν: ἵνα τοῖς κατὰ μέρος ἡγεμόσι προκινδυνεύοντες ἐῤῥωμένως, καὶ μὴ διάδηλοι γένωνται, *Insuper adornatur vili capitis tegumento: cui*

cui lupina interdum, aut aliquid ejusmodi imponitur, simul TUTELAE causa, & indicii: ut in obeundis fortiter, seciusve prœliis, dignosci ab Ordinum queant ductoribus. Confer de iisdem, si plura lubeat, *Stewechium* in Veget. I. 20. *Lipsii* militiam Romanam III. 1. *Lazii* Comment. R. R. VIII. 16. Vide idem Caput apud *H. Goltzium* Tab. III. N. 29. in Augusto.

NUM. 42.

IMPerator. Caput Augusti juvenile galeâque ornatum, lævam versus.

Vix commodior *titulus* Capiti huic *Augusti galeato* imprimi poterat, quam *IMPeratoris*, quippe *Imperatoris* præcipuè est, *Legiones* galeâ cristâque ornato capite anteire, ut *exemplum* exinde *fortitudinis* capiant. Offendes idem Caput apud *H. Goltzium* Tab. III. N. 32. in Augusto.

NUM. 43.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti juvenile, nudumque, lævam versus, ante lituus.

Summos licet & in *bello* & *domi* dignitatis gradus impressa indicent elogia; *sacrorum* tamen & *directionem curamque* negligere noluit, ostendendo in nummis *lituum*, *Auguris* consuetum instrumentum, de quo multi supra fuimus in *Cæsare* Tab. I. N. 6. Idem Caput obvium habebis apud *H. Goltzium* Tab. V. N. 49. *A. Rubenium* in Croyjaci Ducis Nummis Tab. XI. N. 13. *Jacobum Biæum* Tab. XI. N. 13.

NUM. 44.

ΚΑΙΣΑΡ. *(CAESAR) Caput Augusti nudum lævam versus, ante lituus.*

Lituus sicuti in *sacris curam* (*Augurem* designans) denotat; ita *CAESaris* inscriptum nomen summam in *politicis*, per adoptionem, potestatem infert.

NUM. 45.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti juvenile nudumque lævam versus.

Eos, quos supra cum aliis conjunctos vidimus titulos, hic veluti *summos*, & reliquos *omnes* sub se *comprehendentes*, nunc seorsim intuemur. Offendimus & hoc Caput apud *H. Goltzium* Tab. V. N. 55.

NUM. 46.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti juvenile nudumque lævam versus.

Repete quæ ad *eandem Inscriptionem* Numero præcedenti jam diximus. Vide hoc quoque Caput apud *H. Goltzium* Tab. II. N. 54. in Augusto.

NUM. 47.

Senatus PopulusQue Romanus IMPeratori CAESARI. Caput Augusti juvenile nudumque, lævam versus.

Quæ antea, veluti *suo jussu*, impressa contemplati sumus *elogia*, ea *speciali Senatus Populi Consulto* obsignata nunc legimus, & quidem in *Casu Dativo*, quo ipsi, uti *IMPERATORI & CAESARI*, plenam in *bello* & in *civilibus potestatem* ambabus veluti largiuntur manibus, cujus aliquoties testis est *Dio*, & imprimis Lib. XLVI. p. 316: *Antonio victo, non Hirtius tantum, sed Pansa quoque, qui adversum prælium fecerat, & CAESAR, qui pugnæ non interfuerat, à militibus SENATUQUE IMPERATORES nominati sunt.* En quam quadret nummus noster? *Senatus Populusque Romanus IMPeratori CAESARI* inscriptus. Obviat nobis quoque hoc Caput apud *H. Goltzium.* Tab. V. N. 52. in Augusto.

NUM. 48.

IMPerator CAESAR DIVI Filius. Caput Augusti juvenile nudumque, dexteram versus, ante lituus.

Nunc *conjuncta* denuo offendimus *elogia*, cum, *Auguris* indice, *lituo*, quæ in præcedentibus non semel jam habuimus obvia. Suppeditat nobis quoque hoc Caput *H. Goltzius* Tab. V. N. 51. in Augusto, & in *Fastis Roman.* p. 203.

NUM. 49.

ΚΑΙΣΑΡ. (*CAESAR.*) *Caput Augusti juvenile & nudum, lævam versus.*

Vide, quæ ad N. 44. ubi idem occurrit *elogium*, jam diximus; modo ibidem *positus Capitis* sit *diversus*, & *lituus* heic *absit*.

NUM. 50.

ΚΑΙΣΑΡ. (*CAESAR.*) *Caput Augusti juvenile nudumque, dexteram versus.*

Solum hoc nomen, *hæreditario jure*, impressit, quasi hoc *unum* ad *conciliandos sibi bonos amicos*, & *terrendos hostes* sufficeret.

NUM. 51.

ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙΣΑΡ. (*IMPERATOR CAESAR.*) *Caput Augusti juvenile nudumque, lævam versus.*

Romanos exactè secuti sunt *Græce loquentes populi*, quippe quorum *eundem* jam *titulum* su-

pra N. 46. jam vidimus. Sistit nobis quoque hoc Caput *H. Goltzius* Tab. V. N. 56. in Augusto.

NUM. 52.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. (*IMPERATORIS CAESARIS.*) *Caput Augusti nudum & juvenile, lævam versus.*

Titulus, quem Numero antecedenti in *Nominativo* legimus, nunc in *Casu* occurrit *Genitivo*, pro cujusvis *imprimentis*, aut *Senatus*, aut *Provinciæ*, lubitu. Offert quoque nobis hoc Caput *H. Goltzius* Tab. V. N. 53. in Augusto.

NUM. 53.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti juvenile nudumque, lævam versus.

Titulum eundem supra N. 43. & 46. leges, *positus* saltem ejusdem heic *circa Caput* discrepat. Alias sistit hunc nummum *H. Goltzius* in Aug. Tab. V. N. 57.

NUM. 54.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Vocum harundem *positus* circa *Caput* à præcedente saltem est differens, cætera eadem. Obvium habemus hunc nummum apud *H. Goltzium* Tab. V. N. 58. in Augusto.

NUM. 55.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti juvenile nudumque dexteram versus.

Et *Caput* & *voces* alio à præcedentibus N. 53. & 54. gaudent *situ* ac *positu*, cætera adfuere. Offendimus alias hunc nummum apud *H. Goltzium* Tab. 5. N. 60. in Augusto.

NUM. 56.

IMPERATOR CAESAR DIVI Filius PONTifex IMPerator TERtium COnSul ITERum & TERtium DESignatus. Caput Augusti nudum lævam versus.

Titulus *IMPeratoris* N. 24; *CAESARis DIVI Filii* N. 4; *PONTificis* N. 17; *COnSulis Tertium* N. 23. jam adfuit. Hac vice curatius expendendi restant: *IMPeratoris Tertium* & *Consulis Iterum & Tertium designati.* Vidimus verò *Augustum* supra Tab. I. N. 12. *Imperatorem Primum*, nempe ex bello *Mutinensi*, devicto Antonio; dehinc Tab. I. N. 24. *Imperatorem iterum*, sive *secundum*; nunc *Imperator Tertium* audit, scilicet *Pompejo*, *per Agrippam*, *Legatum*, devicto, & in fugam conjecto, Anno videlicet V. C. DCCXVIII. A. N. C. XXXV. *Consulibus L. Gellio Poblicola*, & *M. Coccejo Nerva*, ex quo tempore & *Lepidum* coëgit, *III. Viratu* suo se abdicare; ipse vero *Sicilia* & *Africa* potitus est, sequentibus annis, hoc titulo usus. Anno vero $\frac{721}{22}$. *Iterum Consul*, *Tertium* designatus fuit. De *Tertio Consulatu*, quem cum *M. Valerio Messala Corvino*, M. F. gessit, *Dio* Libro L. p. 424. Μετὰ δὲ δὴ ταῦτα ἦσαν μὲν ὕπατοι ἐς τὸ ἐχόμενον ἔτος ὅ, τε Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντώνιος προαποδεδειγμένοι τότε, ὅτε ἐς τὰ ὀκτὼ ἔτη τὰς ἀρχὰς ἐπὶ πᾶξ προκατεστήσαντο, καὶ τόγε τελευταῖον ἐκεῖνο ἦν· παραλυθέντος δὲ τοῦ Ἀντωνίου, ὥσπερ εἶπον, ὁ Μεσσαλᾶς Οὐαλέριος ὁ προγραφείς ποτε ὑπ' αὐτῶν, ὑπάτευσε μετὰ τοῦ Καίσαρος, *Anno sequenti, quum essent Consules ad eum designati Cæsar & Antonius, idque jam olim quum in octo continuos (ex quibus hic ultimus erat) annos Magistratus ordinassent: Antonio deposito, sicuti à me demonstratum est, Valerius Messala, quondam ab his proscriptus, cum Cæsare Consul fuit.* *Suetonius* de hoc tertio suo Consulatu Cap. 26. ita: *Secundum Consulatum post novem annos, TERTIUM ANNO INTERJECTO GESSIT.* Cumque ergo *secundum* cum *L. Volcatio Tullo gesserit* A. V. C. $\left(\frac{720}{21}\right)$ DCCXX. ut *Pighius* Annal. III. p. 497. vult, hunc gessisse DCCXXII. $\left(\frac{722}{23}\right)$ oportet. *Dio* verò in annum DCCXXIII. id refert l. c. & p. 418. Suppeditat & hoc Caput *H. Goltzius* in Augusto Tab. VI. N. 61, & in Fastis Roman. p. 197.

NUM. 57.

CAESAR DIVI Filius AUGUR PONTifex IMPerator QUARtum COnSul TERtium. Caput Augusti juvenile nudum, lævam versus.

De titulo *CÆSARIS DIVI FILII* jam satis ad Tab. I. N. 4; de *Auguris* N. 21. ibidem; *Pontificis* N. 17; *Consulis Tertium*, cum *M. Valerio Messalla Corvino* N. 29. & 56. dictum. Restat *IMPERATORIS QUARTUM* saltem *axioma*, quod heic *prima vice* nobis obviat. Impetravit verò hoc ipsum, si temporis rationem inimus, Anno $\frac{22}{723}$ *devicto* IV. Non. Septembr. ad *Actium Marco Antonio*, quoque factum fuit, ut ex illo tempore *Rempublicam teneret solus*, de quo legendus *Dio* p. 426, & 449. Sistit & hunc nummum *H. Goltzius* Tab. VI. N. 62, & in *Fastis Roman.* p. 200.

NUM. 58.

CAESAR DIVI Filius IMPerator V. (QUINTUM) COnSul IIII. (QUARTUM) Caput Augusti nudum, dexteram versus.

De titulo *CAESARIS DIVI Filii* adi Tabulam I. N. 4. Sed *Imperatoris Quintum*, & *Consulis Quartum* elogium prima vice heic offendimus. Si verò tempus recte computamus, clarum erit, *istud honoris* ipsi obtigisse Anno V. C. DCCXXIV. $\left(\frac{723}{24}\right)$ A. C. N. XXIX. Et quidem, quod *pri-*

mum attinet, factum id est prope Alexandriam, devicto *Marco Antonio*, *eoque* cum *Cleopatra*, illo *ferro*, hac admota *aspide* ad mortem compulsa, ac exinde *toto Ægypti Regno* in Provinciam redacto. *Alterum* (*Consulatum* nempe *Quartum*) quod concernit, eundem cepisse videtur, ut *ultimam manum bellis civilibus* imponeret, quod &, uti audivimus, præstitit, *eodemque* ipsi, uti conjunctio titulorum in Capite nostro docet, contigit *anno*, nempe DCCXXIV. ($\frac{723}{24}$) Collegam nactus *Marcum Licinium Crassum*, M F. (Ita enim *Suetonius* C. 26:) *Augustus SECUNDUM CONSULATUM post IX. annos*; *TERTIUM*, *anno interjecto*, *gessit*: *SEQUENTES USQUE AD UNDECIMUM CONTINUAVIT.* Deinde & ipse notavit, ubi illum gesserit, scribens: *Nec omnes ROMAE* (26) (Consulatus) *sed QUARTUM CONSULATUM IN ASIA iniit.* Et *Dio* Libro LI. p. 445: Καὶ διὰ τοῦτο Ἀντώνιον μὲν ἄλλοις ἀναζητῆσαι προσέταξεν, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἠπείχθη, μεσοῦντος τοῦ χειμῶνος, ἐν ᾧ τὸ τέταρτον μετὰ Μάρκου Κράσσου ἦρχεν. οὗτος γὰρ, καίπερ τά τε τοῦ Σέξτου καὶ τὰ τοῦ Ἀντωνίου πράξας, τότε μηδὲ στρατηγήσας συνυπάτευσεν αὐτῷ, *aliis ad investigandum Antonium constitutis*, *in Italiam properavit media hieme*, *SE QUARTUM*, *& M. CRASSO* (*hunc enim Collegam habebat*, *quamquam & Pompejanas & Antonianas prius partes secutum*, *nec Prætura functum*) *CONSULIBUS.* Communicat alias quoque hoc Caput nobis *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VI. N. 63. & in *Fastis Roman.* p. 200.

Num. 59.

IMPeratori CAESARI DIVI Filio COnSuli V, (*Quintum*) *IMPeratori VI.* (*Sextum*) *Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum*, *lævam versus.*

De axiomate *Imperatoris* consule Tab. I. N. 24; *Cæsaris*, *Divi Filii* Tab. I. N. 4. Jam verò attendas, à *Senatu Populoque Romano Consulem Quintum* in hoc Capitis perigraphe, itemque *Imperatorem Sextum* fuisse obsignatum. De *Consulatu quinto* sequenti numero cum denuò occurrat, agemus pluribus. De titulo *Imperatoris* VI. constat, illum, *devictis Treviris*, *Germanis*, *Morinis* & *Suevis*, qui sæpius Rhenum transierant, de quibus aliquoties *triumphaverat*, (27) accepisse, uti infra quoque N. 64. audiemus. Sistit hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VI. N. 64. & in *Fastis Roman.* p. 201.

Num. 60.

CAESARI DIVI Filio COnSuli V. (*Quintum*) *IMPeratori VII.* (*Septimum*) *Caput Augusti nudum*, *lævam versus.*

Cæsarem Divi Filium jam Tab. I. N. 4. obsignatum deprehendimus. Restat solum *Consulis Quintum* elogium, quod alterâ nunc vice nobis hoc Caput suppeditat. Est verò ea dignitas, quam à *quarta* ad *undecimam* una serie continuavit, de qua *Suetonius* Cap. 26: *Secundum Consulatum post IX. annos*; *Tertium*, *anno interjecto*, *gessit*: *SEQUENTES* (in quibus & Vtus) *USQUE AD UNDECIMUM CONTINUAVIT.* Porro eundem gessit annuum, uti nobis autor est *Dio* Lib. LI. p. 458: ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ τοῦτο πᾶν τὸ ἔτος, ὥσπερ καὶ τὰ δύο τὰ πρότερα, ὑπάτευσε, *Cæsare toto hoc anno*, *sicuti & priori biennio*, *CONSULATUM obtinente.* Præterea & illum non *domi* iniit, sed in *Samo*, Insula, de quo iterum *Suetonius* ibidem: *Nec omnes Romæ*, *sed - - QUINTUM IN INSULA SAMO iniit.* Obtigitque hæc ipsi *secundum Dionem & Orosium* Anno DCCXXV, ($\frac{724}{25}$) Collegam tunc nactus est (28) *Sextum Apulejum*, *Sexti Filium*, *Sex. N.* quod nobis prodit *Dio* Libro LI. p. 457: ὑπατεύοντος δ᾽ αὐτοῦ τὸ πέμπτον μετὰ Σέξτου Ἀπουληΐου, τά τε πραχθέντα ὑπ᾽ αὐτοῦ πάντα ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Ἰανουαρίου νουμηνίᾳ ὅρκοις ἐβεβαιώσαντο, *Cæsare V*, *Sexto Apulejo Coss. juramento omnia ejus acta confirmata sunt*, *ipsis Kalendis Januariis* &c. Hoc ipso suo *Consulatu quinto*, confecto bello *Alexandrino* & rebus in *Ægypto* constitutis, per *Asiam* & *Græciam* reversus est, cui *advenienti Senatus* multos inusitatosque *honores* decrevit, nempe *Tribuniciam potestatem*, *quam diu viveret*, ut ejus *acta omnia* Kalendis Januariis, ineuntibus novis Consulibus, *quotannis juramento confirmarentur*, ut in *votis publicis* & *privatis* pro ejus *salute libaretur*, *vota* seorsim pro eodem *conciperentur*, *Pater Patriæ* vocaretur, *sacerdotum numerum* ex arbitrio suo *augeret*, *Janum clauderet*, ut *tribus Julia* ab eo *denominaretur*, *corona* & *habitu triumphali* in solennibus uteretur, *currus ipsi statueretur in foro.* Eodem & *tres curules triumphos continuo triduo duxit*, *Dalmaticum*, *Actiacum vel Macedonicum*, & *Alexandrinum.* *Victoriæ statuam* in Senatu reposuit, & dedicavit, *Cleopatræ statuam* auream in *Veneris* templo posuit, *Ludos in* Consecratione *Ædis Juliæ* magnificentissimos, *Trojæque ludum* edidit. Hinc *Pigbii* temporibus basis marmoreæ pars effossa hac cum inscriptione.

SENATUS. POPULUSQ. ROMANUS.
IMP. CAESARI DIVI. JULI. F. COS. QUINCT.
COS. DESIG. SEX. IMP. SEPT.
REPUBLICA CONSERVATA.

In qua eundem *Consulatum V. Imperatorisque axioma septimum* illi collatum, conjunctum pariter observes, uti circa Caput nostrum legitur. Ut adeo ipsum hoc Consulatu & anno *solum rerum potitum*, *sublato* nempe *Antonio*, cognoscamus. De Titulo *Imperatoris VII.* præcedenti Numero jam dictum est. Exhibet quoque hoc Caput *H. Goltzius* in Aug. Tab. VI. N. 66. & in Fastis Roman. p. 202.

Num.

(26) *Sacrum* siquidem *Consulare* in *Capitolio* peragere debebant: hinc Senatus & *Flaminium* increpat apud *Livium* XXI. 63. *quod contra Majestatem Imperii Arimini potius*, *quam Romæ*, *magistratum inierit.*

(27) Sic enim *Dio* Libro LI. p. 457: *Erant quidem tum in armis Treviri*, *Germanis sibi adjunctis*, & *Cantabri*, *Vaccæi*, *Asturesque*; *verum hos Statilius Taurus*, *illos Nonius Gallus domuit.* Et p. 459: *Nam C. Carina Morinos*, *aliosque eorum rebellionis socios domuerat*, *Suevosque Rhenum magno numero transgressos profligaverat*; *itaque & ipse triumphum duxit Cæsar*: *quoniam victoria ad summæ rei præfectum IMPERATOREM referri solebat.*

(28) Hos præterea hoc anno Consules memorant *Tabula Cass. Capuana* & *Tabulæ Græcæ*, *Orosius*, L. VI. *Marianus*.

NUM. 61.

IMPeratori CAESARI DIVI Filio COnSuli V. (*Quintum*) *Patri Patriæ IMPeratori VII.* (*Septimum*) *Senatus Populusque Romanus. Caput Augusti nudum, lævam versus.*

De *Titulo Imperatoris* consule N. 24. Tab. I; *Cæsaris, Divi Filii*, N. 4; *Consulis V.* N. 60. *Imperatoris VII.* N. 59. Solum *Patris Patriæ* axioma, quod solenniori quasi ceremonia, una mente voceque, *Senatus Populusque Romanus* heic ipsi defert, nobis heic superest expendendum. Hoc, quasi hoc nostro numismate inspecto, tradere videtur *Suetonius*, C. 58: scribens: *PATRIS PATRIÆ cognomen UNIVERSI* (*Senatus Populus Que Romanus*) *repentino, maximoque CONSENSU DETULERUNT EI. Prima PLEBS legatione Antium missa: dein, quia non recipiebat, INEUNTI ROMÆ spectacula frequens, & laureata; mox in CURIA SENATUS: neque decreto, neque acclamatione, sed per Valerium Messalam, ID MANDANTIBUS CUNCTIS: Quod bonum*, inquit, *faustumque sit tibi, domuique tuæ, CÆSAR AUGUSTE:* (*sic enim nos perpetuam felicitatem Reipublicæ, & læta huic precari existimamus*) *SENATUS TE CONSENTIENS CUM POPULO ROMAMO CONSALUTAT PATRIÆ PATREM. Cui lacrymans respondit Augustus, his verbis:* (*ipsa enim sicut Messalæ posui*) *Compos factus votorum meorum, Patres Conscripti, quid habeo aliud Deos immortales precari, quam ut hunc CONSENSUM VESTRUM ad ultimum vitæ finem mihi perferre liceat?* Universum hunc *Ordinum* in deferendo hoc *Augusto Cæsari* axiomate *consensum* & *Ovidius* Fastor. II. 127. deprædicat:

Sancte, PATER PATRIÆ, tibi plebs, tibi curia nomen
Hoc dedit; hoc dedimus nos tibi nomen Eques.

Sed de *re ipsa* nunc satis certi, *tempus* vero *delationis* adhuc curatius scrutaturi, deprehendimus equidem *diem certam*, sed *annum* adhuc *ambiguum*. Et ut de *die* agamus prius, eam nobis communicat iterum *Ovidius* Fast. II. 121:

Dum canimus sacras alterno pectine Nonas.

Ex quo patet, *Nonis Februarii* detulisse ipsi hunc honorem, sic quoque censente *Casaubono*. De *anno* major omnino restat controversia. Per *Valerium Messalam* oblatum scribit *Suetonius* l. c. Refert hujus Consulatum *Steph. Vinand. Pighius* Annal. III. p. 534. ad A. V. C. DCCLVII. quippe quo & *L. Valerius Messalla, Potiti filius*, & *Cn. Cornelius Cinna Magnus L. F. L. N.* Consules exstiterunt, secundum *Dionis* indicem, *Cassiodorum* & *Marianum*, (29) nempe post *decimum tertium* & *ultimum* ejus *Consulatum*. *Casaubonus* quoque ad annum DCCLVIII. id refert, additque: *Id si certum, qui constare poterit fides vetustissimæ Inscriptioni, quæ Seduni in Vallesia hodieque visitur, ad majorem summi templi portam:*

P. CAESARI DIVI I.
UGUSTO COS. XI.
RIBUNICIA POTESTATE XV.
PATRI PATRIAE.
TIFICI MAXIMO
* AS SEDUNORUM
** PATRONO.

Pergit verò: *Sed puto, numeros in hac Inscriptione esse corruptos, & ex fide historiæ emendandos: nam malè suppleverunt viri docti, prorsusque in Auctario in veterum Inscriptionum corrupte hoc egregium vetustatis monumentum est descriptum: non enim minus falsum, fuisse Augustum Pontificem Maximum undecimo suo Consulatu, quam fuisse tum Patrem Patriæ salutatum, quare ita potius emendandum:*

IMP. CAESARI. DIVI. JULI. F.
AUGUSTO. COS. XIII.
TRIBUNICIA. POTESTATE. XXVIII.
PATRI PATRIAE.
PONTIFICI. MAXIMO.
CIVITAS. SEDUNORUM.
* PATRONO.

Addit: *Scio, extare lapides, qui vulgatam istius sculpturam firmare videantur: sed plus apud me historicorum in veritate valet consensus, quam paucorum lapidum in errore συμφωνία.* Tangit & hanc Controversiam Clarissimus *Jacobus Perizonius* in Animadversionibus suis historicis Cap. VII. p. 313. ubi eandem hoc modo decidere adnititur, scribens: „ Onuphrius „ in Fastis, Wolffgangus Lazius in Commentario „ vetustorum Numismatum, Casaubonus ad Suetonii Augustum & Rupertus ad Reinesium Epist. „ XXVIII. ad Consules Valerium Messalam & Corn. „ Cinnam referunt, qui Annus est ab V. C. 758. At „ Goltzius jam annis XXXIII. ante, quando Augustus ipse Consul V. fuit, id factum, probare „ ex nummis contendit. *Verba* H. Goltzii *in suis* „ *ad aliquot* Fastorum *locos Animadversionibus p.* „ *286. statim adscribimus;* Onuphrius in suis ad „ Fastos Commentationibus scribit, Augustum „ anno demum DCCLVII. L. Valerio Messalla, „ Cn. Cornelio Cinna, Coss. post tertium decimum & ultimum Consulatum Patrem Patriæ „ appellatum: idque nulla auctoritate. Nam „ quod Suetonium & Ovidium in Fastis hujus sententiæ auctores facit, ex hoc quidem illud tantum intelligi potest, Nonis Februarii, aut sub „ Nonas honorem illum Cæsari à Senatu Populoque Romano & Equestri Ordine delatum: ex „ illo verò mandantibus cunctis per Valerium „ Messallam, sed non CONSULEM, uti Onuphrius credidisse videtur, ideoque illo anno „ primùm delatum fuisse, quo L. Valerius Messalla cum Cornelio Cinna Cos. fuit. Sed huic „ Onuphrii sententiæ nummi antiqui, iique quam „ plurimi refragantur, qui à tertio decimo Cæsaris Consulatu ad quintum usque, per singulos „ ferè non solum Consulatuum, sed & Tribuniciæ Potestatis annos, in hisce Fastis spectantur, „ in quibus omnibus inter ceteros titulos nomen „ Patris Patriæ adscriptum legitur, è quibus suffecerit

(29) *Tabulæ Græcæ* Magnum & Valerium; *Cuspiniani* autem Magnum & Volusum habent; *Fasti Consulares Anonymi* è Codice MSto Bibliothecæ Cæsareæ per *Henricum Norisium* editi, Catulum & Saturninum, & in sequenti anno 758. supra dictos nominant Consules.

„ fecerit heic tria, aut quatuor, adſcripſiſſe, & „ primum quidem ad XII. Cæſaris Conſulatum *fol.* „ 219. ſic in Nummo legimus : *IMP. CAESAR* „ *DIVI F. AUGUSTUS COS. XII. P. P. Item* „ *fol.* 210 : *IMP. CAESARI AUGUSTO TRI-* „ *BUN. POT. VIII. IMP. IX. COS. XI.* „ *PATRI PATRIAE S. P. Q. R. item fol.* 205: „ *CAESAR DIVI F. AUGUSTUS COS. VIII.* „ *P. P. IMP. VII.* Denique fol. 202. ad trium- „ phum ipſius ex Ægypto : *IMP. CAESARI DI-* „ *VI F. COS. V. P. P. IMP. VII. S. P. Q. R.* „ (*Atque hoc ipſum eſt Caput, quod ſub manibus ha-* „ *bemus*). Quare cum vel à quinto Conſulatu eo „ titulo uſum conſtet, ſed NEC MATURIUS, „ adſcripſimus hic in tabella, quinto ipſius Con- „ ſulatui ſubjecta, in illo honore Patrem Patriæ „ appellatum, idque eo lubentius, quod antiqua „ Inſcriptio baſis ſtatuæ, ut videtur, equeſtris „ (oblonga eſt enim) teſtatur, in eo Conſulatu „ Rempublicam ab ipſo conſervatam, aut propter „ Rempublicam ab ipſo jam tùm antea conſer- „ vatam, ſtatuam, aut alium aliquem honorem „ decretum ipſi fuiſſe, quod ipſum à nobis in „ Tabella additum, quod ob hoc veriſimile ſit, „ inter alios honores Patrem Patriæ appellatum. „ Ipſa autem Inſcriptio ſic habet:

„ SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS
„ IMP. CAESARI. DIVI IVLI F. COS. QVINCT.
„ COS. DESIGN. SEX. IMP. SEPT.
„ REPVBLICA CONSERVATA.

„ Statuam autem equeſtrem ipſi Quinčto Con- „ ſulatu decretam arguit nummus, qui ad quin- „ čtum ejus Conſulatum expreſſus cernitur, in cu- „ jus parte averſa eſt iſtiusmodi ſtatua, protenſa „ dextra, quem in ſtatuis habitum geſtumque *Pa-* „ *cificatoris* appellant, ipſaque nummi Inſcriptio „ haud multum ab Inſcriptione baſeos differt, & „ ſic habet : *IMP. CAESARI DIVI F. COS.* „ *COS. V. IMP. VI. S. P. Q. R. Huc usque* „ Goltzius." *Pergit nunc* Perizonius *p.* 313 : "Sen- „ tentiæ Goltzii refragrari exiſtimat Rupertus frag- „ mentum Calendarii apud Gruterum p. 136. „ Quod, quia noſtra cura atque interpretatione in- „ diget, dignum eſt, ut hic (*ex Gruteri Inſcriptio-* „ *nibus p.* 136.) exhibeatur integrum : *NON. N.* „ *CONCORDIAE. IN. ARC. FERIAE. EX.* „ *S. C. QUOD. EX. S. C. QUOD. EO. DIE.* „ *IMPERATOR. CAESAR. AUGUSTUS. PON-* „ *TIFEX. MAXIMUS. TRIB. POTEST. XXI.* „ *XIII. A. SENATU. POPULO. QUE. RO-* „ *MANO. PATER. PATRIAE. APPELLA-* „ *TVS.* Pro Onuphrio ſtare hoc fragmentum, „ ait Rupertus p. 133. haud dubiè, quia ex eo „ liquere, ſentit, Auguſtum Patrem Patriæ demum „ appellatum, quum jam Conſul XIII. eſſet, vel „ fuiſſet. Sed ad evadendam hanc obječtionem, „ eâdem ratione, qua ſæpius jam fuimus uſi, re- „ ſponderi pro Goltzio poſſet, Auguſtum toties „ Conſulem jam fuiſſe, quum illud in Faſtis ad „ eum diem adſcriptum eſt, non quum primum „ Pater Patriæ appellatus fuit. Sed dici hæc qui- „ dem poſſent, ſpecioſe forſan, non tamen verè, „ ut mox patebit. Ceterum hoc fragmento ma- „ nifeſtius multo everti certum eſt illorum ſenten- „ tiam, qui initium iſtius appellationis in hoc Im- „ peratore rejiciunt in annum 758. quo anno il- „ le Tribuniciam poteſtatem non XXI. ſed XXIII. „ habuit : id quod animadvertiſſe debuiſſet Ruper- „ tus, qui iſto fragmento contra Goltzium pro „ Onuphrio pugnat. Nam Onuphrius, quem il- „ le iſto in errore una cum ceteris ſequitur, per- „ motus videtur, ut in annum L. Valerii Meſſa- „ læ Voluſi Conſulis, fačtum illud conferret, eo ſo- „ lo, quod Suetonius Cap. LVIII. dicit : Senatum „ per *Valerium Meſſalam*, mandantibus cunčtis, „ Auguſtum Cæſarem ſalutâſſe *Patrem Patriæ*. At „ etiam annus 751. (*perperam excuſus eſt annus* „ 721.) ex eadem familia Conſulem habuit M. „ Valerium Meſſalam & eopte anno Auguſtus „ Tribuniciam poteſtatem XXI. cepit. Sed tamen „ non illo, verum ſequente demum anno Conſu- „ latum XIII. geſſit. Nempe Conſulatus inibatur „ Kalendis Januariis, at Tribunicia Poteſtas à d. „ V. Kal. Julias, ideoque & ſuperioris anni extre- „ mo, & hujus initio, XXI. ea poteſtate prædi- „ tus fuit Auguſtus. Ergo ut ex illo fragmento „ Suetonium, & ex utroque rem ipſam illuſtre- „ mus, haud dubiè honeſtiſſima illa *Patris Patriæ* „ appellatio à Senatu collata fuit Auguſto initio „ anni 752. quo ipſe erat Tribuniciæ Poteſtatis „ XXI. Coſ. XIII. quod congruum fragmento. „ Eamque ad rem adhibuit Senatus *M. Valerium* „ *Meſſalam*, ſuperioris anni Conſulem, & præte- „ rea eo nomine *ferias eo die* quotannis conſtituit, „ Sacrum ut fieret *Concordiæ*, in templo, quod in *Ar-* „ *ce* habebat, quoniam res hæc geſta repentino ma- „ ximoque conſenſu, ut ait Suetonius, ſeu, ut Meſſala, „ *conſentiente Senatu cum populo Romano.* Cui pro- „ inde reſpondens Auguſtus precatur, ut hunc „ *conſenſum* illorum ad ultimum finem vitæ per- „ ferre ſibi liceat. Dixi initio anni hoc fačtum, „ quia numerus Tribuniciæ Poteſtatis id poſtula- „ bat, immo fačtum ipſis Nonis Februariis, ut „ patet ex Ovid. II. Faſt. ubi diſertè hunc diem „ ea de cauſa pulchris verſibus celebrat. Quid „ verò heic fragmentum? Rupertus ſanè cenſet, „ illud ab Ovidio diſſentire, quoniam non *Nonas* „ *Febr.* ſed *NON. N.* adſcriptas habeat, inter- „ pretatus illas literas, ut apparet, *Nonis Novem-* „ *bribus.* Abſurdè prorſus; quaſi ſingulis diebus „ Nomen, vel Notam menſis appingi in Faſtis „ opus eſſet, nec ſufficeret, ſi, ut fit, (vide In- „ ſcript. Gruteri p. 133. & 134.) primo die, ſeu „ Kalendis ipſis exprimeretur. N. itaque in hoc „ fragmento non Menſem *Novembrem*, ſed diem „ *Nefaſtum* denotat. Paulus ex Feſto : *Nefaſti* „ *dies N. litera notantur.* Atque ita ſolet in Kalen- „ dariis. Videſis eorum fragmenta apud Grute- „ rum, & inprimis elegantiſſimum illud Cardina- „ lis Maffei, in quo & Maji & Junii Nonis eadem „ litera adjicitur, immo ſingulis diebus vel C. qua „ *Comitialis*, vel F. qua *Faſtus*, vel N. qua *Ne-* „ *faſtus*, vel NP. qua non, ut ibidem p. 133. „ Gruterus exponit, *interciſus* ſeu *ater*, qui & ipſi „ ſunt diverſi inter ſe dies, ſed *Nefaſtus Parte*, „ vel potius *Principio.* Nam ut de his diebus ca- „ nit Ovidius I. Faſtorum:

Qui jam Faſtus erit, mane nefaſtus erat.

„ Vel denique EN, quo interciſus dies ſignifi- „ catur, qui mane & veſperi Nefaſtus, medio „ tempore Faſtus. Sunt autem in Menſe Februa- „ rio plerique dies Nefaſti, nullus omni parte „ Faſtus, & ipſæ Nonæ à purgationibus, quæ „ cauſa nominis, nefaſtorumque dierum huic menſi, „ propriè *Februatus dies*, teſte Varrone, V. de „ Ling. L. vocabantur, quoniam tunc Rex ſacro- „ rum Ferias menſtruas edicebat. Et ne quis pu- „ tet, à Nefaſto die abhorrere Ferias, ſciendum, „ eas ſæpiſſime, ut & ſacra ac Ludos iſtis diebus, „ qui per ſe nec atri nec religioſi ſunt, fieri. Sed „ ut è diverticulo redeam, conſtituto jam non ſo-

„ lum

lum anno, sed & die, collabitur *Goltzii* quoque opinio, cui tamen etiam Suetonii locus, quem nihil sibi obesse putat, vel maximè, mea sententiâ, obest, eo quod illic Messala, cujus *ipsa verba*, ut & Augusti respondentis, se retulisse, profitetur Auctor, Imperatorem alloquitur his verbis: *Cæsar Auguste*. Jam verò hunc novo prorsus & inaudito antea *Augusti* cognomine aliquandiu post quintum ejus Consulatum ex SCto, in Munatii Planci sententiam facto, honoratum fuisse; satis constat ex Dione & Censorino, qui disertè non modo ad septimum ejus Consulatum, sed & diem XVI. Kal. Febr. ejus anni id refert. Quid ergo statuendum de Nummis, quos Goltzius allegat, & qui Augustum etiam ante XIII. Consulatum ad quintum usque hoc *Patris patriæ* titulo insigniunt? Putat Rupertus Epistola XXXIV. p. 219. hos nummos à posterioribus Imperatoribus restitutos, id quod factum multis aliis, vetustate jam penè abolitis; eosque solemnem hunc & usitatum Imperatoribus titulum de suo adjecisse etiam illis Augusti Consulatibus, quibus nondum *Pater Patriæ* appellatus fuerat. Convenientem sanè nostræ de Cossi spoliis sententiæ. Nam & sic à posteris in tam brevem nummorum Inscriptionem collata fuissent, quæ minimè congruebant in unum tempus, atque adeo etiam inde appareret clarissimè, non ita facile Historiarum fidem ex hujusmodi titulis esse solicitandam. Sed tamen, ut simpliciter & verè loquar, nec contra animi sententiam causæ, quam hunc ago, faveam, non putem, ita se rem habere. Cur enim non etiam ante quintum Consulatum illi temporum vel negligentes vel imprudentes Restitutores hanc *Patris Patriæ* ἐπίκλησιν Augusto dedissent? Censeam potius, quum non solum CAESAR, sed & CICERO hac appellatione antea fuerit publicè ornatus, eos, qui nummis his cudendis præfuerunt, PRIVATA ADULATIONE, nimis profectò Romæ tunc usitata, hoc HONORIS solummodo, non alicujus POTESTATIS vocabulum addidisse Augusto, cum jam solus rerum potiretur. Qua ratione ego quidem semper lapidum & nummorum Inscriptiones, si cum diserta & expressa Scriptorum auctoritate pugnare videntur, conciliandas cum ea hujusmodi in rebus existimo, ut alibi pluribus ostendam. Multum me confirmat, quod non ante, sed statim post victum & sublatum Antonium, Consulatu demum quinto Cæsaris Augusti, notæ istius cognomenti in nummis expressæ apparent. Et credibile est, post eam Victoriam ante Consulatum XIII. sæpius hoc cognomentum ei publicè privatimque delatum esse, æque ac Tribuniciam Potestatem ante XI. Consulatum, de quo ex Dione res est certa: sed ab illo non ante receptum, quam — Nonis Februariis Consulatus XIII, atque ideo exinde demum in perpetuum inductum esse usum. Et notæ sunt satis artes hujus maximè ambitiosi Principis, dum ab ambitione alienissimus videri volebat; Cui proinde nihil convenientius, quam ut sæpius antea rogatus, tunc tandem, quasi per summum istum Senatus ac Populi consensum, expugnari se simularet. De Cassandro Macedone testatur Plutarchus in Demetr. ipsum Regio nomine abstinuisse, quamvis τῶν ἄλλων αὐτὸν βασιλέα καὶ γραφόντων καὶ καλούντων, alii eum Regem & scriberent & appellarent. Similiter de hac appellatione *Patris Patriæ* in Augusto censeam ante XIII. ejus Consulatum." Hucusque *Clarissimus Perizonius*. Cum quo video convenire *Comitem Mediobarbum* in *Romanorum Imper. Numism.* p. 39. scribentem: *Scio quam diversæ sint eruditissimorum hominum sententiæ in anno stabiliendo, quo Patris Patriæ nomen Augusto delatum fuit; tamen ex inscriptione à Fulvio Ursino relata, in Familia Julia & Suetonii textu, qui illum Patrem Patriæ salutatum à Valerio Messalla scribit, absque dubio hoc anno* (751) *Patris Patriæ nomen Augusto delatum sentio à Consule Messalla, de quo plenius in Fastis nostris disseremus.* Atque ut nostram nunc etiam proferamus sententiam, putaremus, omnino *Augusto ante Consulatum XIII.* delatum hoc *publice* fuisse *axioma*, quod à *L. Floro* equidem nude & sine *ulla temporis mentione*, additis tamen causis non unis, ob quas ipsi fuerit collatum, refertur Lib. IV. c. 12: *Ob hæc tot facta ingentia, Dictator perpetuus, & PATER PATRIAE dictus.* Quo etiam modo in *Excerptis Sexti Aurelii Victoris* traditum legimus: *Nam præter id, quod antea Senatus PATREM PATRIAE dixerat, templa tam Romæ, quam per Urbes celeberrimas ei consecravit.* Itemque ab ipso *Sexto Aurelio Victore* in Historia abbreviata de *Cæsaribus* Parte II: *PATER PATRIAE ob clementiam, ac Tribunicia Potestate perpetuò habitus.* Et cum *Floro* fere paria habente *Egnatio*: *Urbemque Romam optimis institutis ac legibus, magnificentissimisque Operibus sic excoluit, ut merito PARENS PATRIAE primus atque AUGUSTUS diceretur.* Ac denique ne *causam* impositionis veram ignoraremus, ab ipso *Dione* Libro LIII. p. 509. scribente: Καὶ ἥγε τοῦ πατρὸς ἐπωνυμία τάχα μὲν καὶ ἐξουσίαν τινὰ αὐτοῖς, ἥν ποτε οἱ πατέρες ἐπὶ τοὺς παῖδας ἔσχον, κατὰ πάντων ἡμῶν δίδωσιν· οὐ μέντοι καὶ ἐπὶ τοῦτο ἀρχὴν ἐγένετο, ἀλλ᾽ ἔς τε τιμὴν καὶ ἐς παραίνεσιν, ἵνα αὐτοί τε τοὺς ἀρχομένους, ὡς καὶ παῖδας ἀγαπῶεν, καὶ ἐκεῖνοι σφᾶς, ὡς καὶ πατέρας αἰδῶνται, *PATRIS autem nomen tametsi eis* (Imperatoribus) *aliquod jus in nos omnes tribuit, quale patribus olim erat in liberos; tamen initio non in hunc finem impositum est; sed honoris gratia, utque admonitioni esset ipsis, ut subditos instar liberorum diligerent, hique rursus ipsos, veluti patres.* Nempe ex quo tum ex supra adductorum *Autorum testimoniis*, tum ex *fragmento Calendarii Gruteriani* certum, quod *Augustus* initio *Anni* 752. *Nonis Februarii Tribunicia Potestate* XXI. *Consulatu* XIII. *publicè à Senatu, Populoque Romano PATER PATRIAE* per L. *Valerium Messalam* fuerit appellatus, ferias id propter eo die quotannis constituens, sacrum ut fieret *Concordiæ* in Templo, quod in arce habebat; dehinc quod *septimo* demum *Consulatu* Anno $\frac{726}{27}$. *Augustus* fuerit appellatus, uti id infra pluribus probatum dabimus; & tamen in Oratione heic à Messala, appelletur CAESAR AUGUSTE. Porro non solum in Nummis sub *Consulatu V.* cusis, sed & in tot aliis sub sequentibus Consulatibus formatis, quos postea videbimus, diserte jam *Pater Patriæ* salutetur, & quidem cum *perigraphis*, *priores* regiminis *annos arguentibus*, v. g. IMPERATOR CAESAR DIVI FILIUS uti Tab. IX. N. 38. Ex hoc clarum fit, illum omnino equidem id, anno 752. *publice denuo oblatum*, tandem quasi *precibus victum recepisse*; antea tamen, & *sub Consulatu suo V.to* jam quoque *publicè à Senatu Populoque fuisse oblatum*, & non *privatim* ac *privata saltem adulatione* ab iis, qui cudendis monetis præfuerunt, *ipsi* fuisse tributum, sed *publice*, ut diximus, *publicaque autoritate* illud fuisse nummis impressum, nempe ex ea ratione, quod S. P. Q. R. *decreto* fuisse hoc factum, consuetæ in nummo additæ *literæ* evincant; Et *Fasti Capitolini* id quoque ad hunc Consu-

Consulatum habeant p. 201: IMP. CAESAR DIVI F. C. N. OCTAVIANUS IN HOC HONORE REPUBLICA CONSERVATA A SENATU POPULOQ. ROMANO PATER PATRIAE APPELLATUS EST. Neque *honoris* solummodo, sed tum *magnæ multæque potestatis simul fuisse* ἐπίκλησιν, *Antonio* quippe è medio sublato; ex quo tempore *se Libertatem P. R. restituisse*, & in alio *nummo*, *se Libertatis Populi Romani vindicem*, & juxta supra adductam *Inscriptionem*, *Rempublicam se conservasse*, jactare haud dubitabat; licet lubentes fateamur, illud tunc ab ipso non fuisse receptum. Et quid? si id *publice ipsi*, *Consuli* tunc *V.tum*, oblatum, *publicaque autoritate* veluti *Libertatis vindici*, Legatione *Antium* (quo forsan, ut civilibus occupationibus se subduceret, secesserat) (30) missa, dicamus, cum *Suetonius* id clarè adstruat, loco supra citato Cap. LVIII: *Prima plebs Legatione Antium missa*, *DEIN* (non indicato temporis intervallo) *QUIA NON RECIPIEBAT, INEUNTI ROMÆ SPECTACULA frequens & laureata*; *mox in curia Senatus*, *neque decreto*, *neque acclamatione*, *sed per Valerium Messalam id mandantibus cunctis*. Ut adeo clarissime videamus, hoc *Patris Patriæ* cognomen ipsi ab *universis*, h. e. *omnibus Ordinibus*, publicè fuisse oblatum, *Legatione* primùm à prima plebe *Antium* missa; dehinc, quia illud tunc non recepeṙat, *aliquot* annorum *intervallo forte interjecto*, iterum publicè ineunti *Romæ spectacula* à plebe frequente & laureata & veluti triumphantis currum sequente; non diu post vero demum in *curià Senatus*, neque *decreto* (quod *Populus* eundem titulum à *quinto* ejus *Consulatu* usque, adeoque jam diu ante in *nummis* legerat) neque *acclamatione* (quod hoc elogium plebs laureata ipsi ineunti Spectacula jam ante dederat) sed per *Valerium Messalam*; quo tempore & illud, à *Senatu* oblatum *publice*, *recepit*, & *decentes eidem* persolvit *gratias*. Alias sistit hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VII. N. 67. & in *Fastis Romanorum* p. 262.

NUM. 62.

CAESAR IMPerator VII. (Septimum) Caput Augusti nudum lævam versus.

Titulum *Cæsaris* N. 4; *Imperatoris Septimum* vero N. 62. jam vidimus. Exhibet hoc Caput quoque *Goltzius* in *Augusto* Tab. VI. N. 68. & in *Fastis Romanorum* p. 262.

NUM. 63.

DIVI Filius Pater Patriæ. Caput Augusti nudum dextram versus.

De axiomate *Divi Filii* Num. 4. Tab. I; de Titulo *Patris Patriæ* verò N. 61. consulendus est; ut hoc saltem adhuc attendamus, *altera vice* hunc titulum, ante *Consulatum XIII.* occurrere, adeoque *Goltzii* sententiam hoc ipso magis confirmari. Offert quoque hoc Caput *H. Goltzius* Tab. VII. N. 91.

NUM. 64.

CAESAR COnSul VI. (Sextum.) Caput Augusti nudum, lævam versus, pone lituus.

De voce *Cæsaris* vide Tab. I. N. 4. de *Consule VI.* (sextum vero ut agamus exquisitius) impressus monet titulus. *Eundem* vero *Consulatum* iniit A. V. C. $\frac{725}{26}$. cum *M. Vipsanio Agrippa*, L. F. II. cujus meminit *Tacitus* Lib. I. Annal. c. 5. *Marcum Agrippam*, *ignobilem loco*, *bonum militia & victoriæ socium geminatis Consulatibus extulit*; nempe hoc ipso Anno $\frac{725}{26}$. & sequenti $\frac{726}{27}$. qui honos illa ætate raro tribuebatur, nisi illis qui *imperabant*, aut *imperio destinabantur*, ex *Lipsii* judicio. Atque est unus Consulatuum, quos usque *ad undecimum continuavit*, de quo *Suetonius* Cap. XXVI: *Tertium Consulatum*, *anno interjecto*, *gessit*, *SEQUENTES USQUE AD UNDECIMUM CONTINUAVIT.* Dehinc & ipsi Consulatus fuit *annuus*, hoc iterum nobis prodente *Suetonio* loco citato *QUINQUE medios CONSULATUS*, *à SEXTO ad UNDECIMUM ANNUOS gessit.* Disertis verbis de eo *Dio* Lib. LIII. p. 496: Τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει ἕκτον ὁ Καῖσαρ ἦρξε, καὶ τά τε ἄλλα κατὰ τὸ νομιζόμενον ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου ἐποίησε, καὶ τοὺς φακέλους τῶν ῥάβδων τῷ Ἀγρίππᾳ συνάρχοντί οἱ κατὰ τὸ ἐπιβάλλον παρέδωκεν, αὐτός τε τοῖς ἑτέροις ἐχρήσατο· καὶ διάρξας τὸν ὅρκον κατὰ τὰ πάτρια ἐπήγαγε, *anno insequenti* (726) *CAESAR CONSUL VI, cum alia omnia secundum institutum majorum egit, tùm fasces cum Agrippa, Collega suo, partitus est, ita ut dimidia ipse parte uteretur: ac perfunctus magistratu, juramentum patris more præstitit.* Quo suo in Consulatu VI. cum Collega Agrippa, *plebem muneribus* & *ludis* magnificentissimis *frumentoque* donato, sibi conciliavit, *Senatores pecunia* juvit, ærarium publicum privata sua pecunia, vel mutuo sumpta sustentavit, instituitque, ut administrationi *ærarii* quotannis *duo prætorii* præficerentur. *Jani portas*, quas anno superiori clauserat, *Orosio* & *Honorio* Augustodunensi testibus, rursum ob bellum *Cantabricum*, aperuit. *Censum* superiore anno inceptum, hoc anno peregit, & *Lustrum* condidit, *Parthorumque* seditiones sedavit. Egregie in hanc rem *Tacitus* Lib. I. Annal. c. 2: *Ubi militem donis*, *populum annona*, *cunctos dulcedine otii pellexit*, *insurgere paulatim*, *munia Senatus*, *Magistratuum*, *legum in se trahere*, *nullo adversante.* Post Actiacam Victoriam, *devictis Morinis* & *Suevis*, qui sæpius Rhenum transierant, aliquoties triumphavit, *Imperator VI* & *VII* scriptus & in nummis obsignatus. *Lituum* Augu-

(30) Sic enim *Strabo* IV: *Hodie* (Antium) *principum otio & vacatione civilium occupationum dicata est: itaque magnifica ibi sunt ædificia permulta, excitantis, cum eò commigrant, oblata occasione, Principibus.* Vulgo hodie *Nettuno* vocatur, docentque *Merula* in *Cosmographia* & *Kirchero* in Latio. Sic &, quod *Strabo* memorat, confirmat *Tiberius* hoc de eo cap. XXXVIII. prodente *Tranquillo*: *Biennio continuo post adeptum imperium, pedem porta non extulit: sequenti tempore, præter quam in propinqua oppida, & cum longissime, Antio tenus nusquam abfuit.* Eodem *Auctore* novimus *Cajum Caligulam Antii* fuisse editum, & *illud omnibus semper locis atque secessibus prætulisse, ac non aliter quam natale solum dilexisse, etiam sedem ac domicilium imperii tædio Urbis transferre eo destinasse.* Cap. VIII. 48. Porro & *Neronem Antii* natum idem *Tranquillus* & *L. Verum Antoninum Spartianus* & *Plinius* VII. c. 13. prodiderant. *Tacitus* Lib. XV. Annal. c. 27: *Locus puerperio* (filiæ Neronis ex Poppæa) *Colonia Antium fuit, ubi ipse generatus erat.* (Nero) Imo & ibidem secessisse quandoque & tunc cum Roma arderet, ibi degisse, rursus *Tacitus* Lib. XV. c. 39. commemorat: *Eo in tempore Nero Antii agens, non ante in urbem regressus est &c.*

Auguris vel *Pontificis* signum, quando *Augusti* capiti adjectum videmus, tunc *Consulatum VI.* gerentis, causam ejus prodit *Dio* Libro LIII. p. 496: *Ludos, propter Actiacam victoriam decretos cum Agrippa exhibuit, & in iis equestre certamen per pueros & viros patricios peregit: iique quinto quoque anno, quo temporis spatio peragebantur, curæ erant QUATUOR SACERDOTUM COLLEGIIS per ordinem, PONTIFICIBUS nimirum, AUGURIBUS, Septemviris & Quindecim viris*, ταῖς τέσσαρσιν ἱερωσύναις ἐκ περιτροπῆς μέλλουσι· λέγω δὲ τούς τε ποντίφικας καὶ τοὺς οἰωνιστὰς, τούς τε ἑπτὰ καὶ τοὺς πεντεκαίδεκα ἄνδρας καλουμένους. *Præterea Apollinis in palatio templum ac bibliothecas perfecit ac dedicavit. — — Ægyptiis Diis sacra fieri intra pomoerium non est passus: Templorum tamen curam gessit, ut quæ privatus quispiam fecisset, ea ab horum filiis ac posteris, si qui superessent, instaurarentur, reliqua ipse fecit*, inquit rursus *Dio* loco citato p. 497. Dabit etiam hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VI. N. 70.

Num. 65.

CAESAR COnSul VI. (Sextum) Caput Augusti nudum, dexteram versus, pone lituus, auguris symbolum.

Eadem per omnia cum præcedente est *perigraphe*, hinc eo B. L. remittimus. Offendes & hoc Caput apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. VI. N. 72.

Num. 66.

CAESAR DIVI FILIUS COnSul VI. (Sextum) Caput Augusti nudum, lævam versus, infra Capricorni signum.

De Titulo *Cæsaris Divi Filii* adi Tabulam I. N. 4; *Consulis (Sextum)* Tab. II. N. 59; sed *Capricorni* signum, quo natus erat Augustus, ulteriorem meretur disquisitionem, *Capiti* ipsius heic *subjectum*. Infra equidem de eo dicendi commodior erit occasio, sed nec heic intactum ut abeat, par erit. De hoc vero suo *themate*, uti Suetonius, Sidonius Apollinaris, & Firmicus vocant; sive *Genesi*, uti Juvenalis, Isidorus & Censorinus nominant; sive *Genitura*, uti Suetonio & Spartiano in Antonino Geta audit; sive *nativitate*, uti Tertulliano (de Idololat. c. 9.) dicitur; sive *nascentia*, uti Vitruvio nominatur; sive *horoscopo*, uti *Persio* & *Mathematicis* vulgo dicitur, hæc nobis prodit *Suetonius*, supra quoque ad Tab. I. N. 1. ex parte allata, Cap. 94: *In secessu Apolloniæ Theogenis, Mathematici, pergulam, comite Agrippa, ascenderat: cum Agrippæ, qui prior consulebat, magna & pœnè incredibilia prædicerentur, reticere ipse genituram suam, nec velle edere perseverabat, metu ac pudore, ne minor inveniretur. Qua tamen post multas adhortationes vix, & cunctanter edita, exsilivit Theogenes, adoravitque eum. Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut THEMA SUUM VULGAVERIT, NUMMUM ARGENTEUM NOTA SIDERIS CAPRICORNI, QUO NATUS EST, PERCUSSERIT.* Uti vero infra plurimos nummos omnis æris & moduli in medium proferemus, hoc signum *Capricorni* in *postica* exhibentes; ita hoc, veluti quid singulare, observamus, quod in *antica*, *Capiti* suo subjectum quoque, id exhiberi voluerit *Augustus*. Est verò *Capricornus* signum unum ex duodecim *Zodiaci*, quod, una cum cancro, *Portæ Solis* vocatur, teste *Macrobio* in Somnio *Scipionis* L. XII. *Sol* siquidem in *eodem obliquum* incipit agere *retrogressum*: ibique *brumale* facit *solstitium*. Cur verò inter *sidera* sit relatus *Capricornus*, docet *Hyginus* Poët. *Astron.* III. 27. & *Isidorus* Orig. III. 70. *Beroaldus* verò ex *Firmico*, VIII. observavit, quod *quicunque habuerit horoscopum in prima parte Capricorni, erit Rex, aut Imperator: in tertia vero parte qui habuerint, magni, potentes, maximam gladii potestatem habentes.* Nunc verò *Augustum* hoc *Capricorni* horoscopo fuisse natum, præter supra citatum *Suetonium*, asserentes habemus *Manilium* II. 497.

> — — *contra Capricornus in ipsum*
> *Convertit visus, quid enim mirabitur ille*
> *Majus, in Augusti felix qui fulserit ortum.*

Et *Germanicum Cæsarem* de Capricorno:

> *Hic, Auguste, tuum, genitali corpore nomen*
> *Attonitas inter gentes, patriamque paventem*
> *In cœlum tulit, & maternis intulit astris.*

Hinc est, quod *Pansa* moribundus in Oratione inter alia apud *Appianum* Libr. III. de B. C. p. 575. illum σὺν δαιμονίᾳ μοίρᾳ γενόμενον, *felici genio natum* quoque vocet. An autem *hic* ejus dici possit *horoscopus*, diu varieque inter *Mathematicos* fuit disceptatum, de quo infra pluribus dispiciendi erit locus. Admodum notabile vero hoc censemus, quod sub *sexto* suo *Consulatu horoscopum faciei* subjecerit, quippe quo *eventum hujus signi* cognoscere habuit clarius; nempe quo *Parthorum dissensiones sedatæ, milites donis, populus annona, cuncti dulcedine otii sibi conciliati erant*, & omnia ab ipso, veluti *Capite Reipublicæ*, in melius erant constituta. Forte, ut etiam *Collegæ* in *Consulatu* hoc *suo*, *M. Vipsanio Agrippæ*, una cum *ipso* olim *Apolloniæ* Theogenem, Mathematicum, uti supra ex *Suetonio* audivimus, *consulenti memoriam præsagii hujus refricaret*, & *fiduciam fati haud vanam* manifestè ostenderet. Exhibet etiam hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VI. N. 69.

Num. 67.

IMPerator CAESAR, DIVI Filius, COnSul VI. (Sextum) LIBERTATIS Populi Romani VINDEX. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Imperatorem jam prima vice Tab. I. N. 21; *Cæsarem, Divi Filium* eadem Tab. N. 4; *Consulem Sextum* Tab. II. N. 64. vidimus, ubi plura jam B. L. inveniet. Jam singulare ejus encomium: *LIBERTATIS Populi Romani VINDICIS* nobis curatius expendendum erit, *laureaque* penitius *primum* consideranda. Ut verò prius primum intueamur, *vindicem* eundem *libertatis populi Romani* in nummo legimus, cùm tamen ea specie id unice ageret, ut *compedes illi potius injiceret*, omnem libertatem ipsi adimeret, secumque, quo vellet, duceret, &, ut *Tacitus Annal.* L. I. c. 2. loquitur, *insurgeret paulatim, munia Senatus, Magistratuum, legum in se traheret, NULLO ADVERSANTE,*

TE, — — *invalido legum auxilio, quæ VI, AMBITU, postremo PECUNIA TURBABANTUR.* Et licet, juxta *Suetonium*, Cap. XII. *Nursinos* (contra se in pugna Mutinensi belligerantes) *grandi pecunia, & quam pendere nequirent, multatos, extorres egerit oppido, quod dicta Mutinensi acie interemptorum civium tumulo, publicè exstructo, adscripserant :* PRO LIBERTATE EOS OCCUBUISSE, &, ut *Dio* refert, Libro XLVIII. p. 365 : Θάψαντες, ἐπέγραψαν τοῖς μνημείοις αὐτῶν, ὅτι ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνιζόμενοι ἐτελεύτησαν, *sepelientes* (Nursini) *eorum monumentis inscriberent, pugnantes EOS PRO LIBERTATE OCCUBUISSE ;* nihilominus hoc elogio *se* heic in *nummo* tolli cupit, veluti *illa* (libertate) cum maximè post *victoriam Actiacam* parta, & restituta. Eadem etenim *Antonius* non solum è medio sublatus, sed & *Cleopatra*, quæ ab illo *imperium Romanum* sibi expetierat & impetraverat, referente *Floro* Lib. III. c. 11 : *Hæc mulier*, inquiens, *Ægyptia, ab ebrio Imperatore, pretium libidinum, Romanum imperium petit : & promisit Antonius, quasi facilior esset Partho Romanus.* Adstipulatur *Dio* Lib. L. p. 421. 422: *Ipsa* (Cleopatra) *cum non Antonium modo, sed omnes etiam, qui in aliqua apud eum essent existimatione, hujusmodi incantatione quasi usa constrinxerat, ut sibi ipsa Imperium in ROMANOS AUSA SIT SPERARE* (ὥστ' αὐτὴν καὶ τῶν Ῥωμαίων ἄρξειν ἐλπίσαι) *ac, si quid maximo jure jurando affirmaret, jus quod esset ipsa datura in Capitolio, juramentum fecerit.* Pergitque : *Volebantque hoc ipsum ei crimen objici posse, quod CONTRA PATRIAM, nihil à suis læsus, IPSE ULTRO BELLUM pro ÆGYPTIA MULIERE SUSCEPISSET.* Et p. 449 : *Ideo* (Cleopatra) *non veniam modo sibi & regnum Ægypti, sed Romanorum Imperium sperabat. Propertius* verò Lib. III. Eleg. II. de ea ita :

> *Conjugis obscœni pretium Romana poposcit*
> *Moenia, & addictos in sua regna Patres.*

Et hæc ipsa *libertatis vindicatio* erat, quâ in *Oratione* ad Senatum publica Consul VII. quoque se jactabat apud *Dionem* Lib. LIII. p. 498. 499. inquiens: *Neque me ulla res à subsidio vobis in periculo versantibus ferendo avertit; non labor, non terror, non inimicorum minæ, non amicorum preces, non multitudo seditiosorum, non furor adversariorum, quin propter vos me in omne discrimen prorsus darem, eaque & agerem & sustinerem, quæ nota sunt, & unde nihil mihi, quam LIBERATIO PATRIAE, vobis autem salus & quies parta est,* ἐξ ὧν αὐτὸς μὲν οὐδὲν κεκέρδακα, πλὴν τοῦ τὴν πατρίδα περιπεποιῆσθαι, ὑμεῖς δὲ καὶ σώζεσθε, καὶ σωφρονεῖτε. Et *hanc*, ut *optimum bonum*, eadem in Oratione Senatui Populoque commendat, p. 499. dicens: *Sin utilitatem,* (quisquam respiciat) *mibi utilissimum esse judico, ne negotiis distinear, neve invidiæ & insidiis sim obnoxius; Vobis autem,* utilissimum esse judico) *ut IN LIBERTATE placidè ac amicè Rempublicam teneatis,* καὶ ὑμῖν, τὸ μετ' ἐλευθερίας καὶ σωφρόνως καὶ φιλικῶς πολιτεύεσθαι. *LAUREAM* verò, quod concernit, quam *prima vice* heic offendimus, eam *Augustinus* Dial. II. p. 23. *vinculum* existimat, quo & *victi* hostes alligari solent, aut verius *præmium, victori oblatum.* Alias *laurus Apollini* sacra, ut *Daphnes* amore capto ; *quodque ea coronatus fuit, Pythone serpente devicto. Alii causam volunt, quod Caput firmet, vireatque perpetuo, qualis & militum vivida sit virtus, ac fortitudo necesse est. Adhæc, qui Delphis Pythia vicisset, lauro coronatus fuit; quod Apollini sit dedicata.* Sic enim *Pausanias* Lib. X: p. 815: Δάφνης δὲ στέφανος ἐπὶ τῶν Πυθίων τῇ νίκῃ κατ' ἄλλο μὲν (ἐμοὶ δοκεῖν) ἐστιν οὐδέν· ὅτι δὲ τῆς Λάδωνος θυγατρὸς Ἀπόλλωνα ἐρασθῆναι κατέσχηκεν ἡ φήμη, *lauream quidem Pythicis ludis peculiarem fuisse nulla alia de causa existimo, quam quod Daphnen, Ladonis filiam, adamatam ab Apolline fama vulgavit.* Illam *Julii*, à quo adoptatus erat, *exemplo*, (*qui ex omnibus decretis sibi à Senatu Populoque honoribus, non aliud aut recepit aut usurpavit libentius, quam jus lauree perpetuo gestandæ*, teste *Suetonio* Cap. 45.) sibi sine dubio *frequentius*, & præcipue in *triumphis*, imponi passus est; immò, referente *Dione*, Lib. XLIX. p. 400. ipsi *Romæ*, unanimi consensu, inter *alios honores & hic* erat decretus, τὸ, τε στεφάνῳ δαφνίνῳ ἀεὶ χρῆσθαι, *ut semper lauro coronaretur.* Hinc esse remur, quod *totum Caput* ejus *laurea* ambiat, ceu infra N. 169. 171. videre est. Et Libro LIII. p. 506. testatur, multos ipsi fuisse honores delatos, & inter hos, καὶ γὰρ τὸ, τε τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ προτίθεσθαι, καὶ τὸ τὸν στέφανον τὸν δρύινον ὑπὲρ αὐτῶν ἀρτᾶσθαι, τότε οἱ, ὡς καὶ ἀεὶ τούς τε πολεμίους νικῶντι καὶ τοὺς πολίτας σώζοντι, *nempe ut ante ipsius domum in palatio lauri ponerentur, ac super eas coronæ quernæ suspenderentur, nimirum quod perpetuus hostium victor, ac civium esset servator.* Alias *jactantis ingenii & levissimi esse*, censens, *ardore triumphandi, & ob LAUREAM CORONAM, id est, folia infructuosa, in discrimen, per incertos eventus certaminum, securitatem civium præcipitare*, juxta Excerpta *Sexti Aurelii Victoris* in *Augusto* & *Eutropium* in Historia Romana sub Augusto p.m 96. Cæterum & hoc memorabile, ipsum *C. Asinio Gallo* & *C. Marcio Censorino*, Coss. post mortem *Drusi*, *LAUREAM in Jovis Feretrii templum, præter consuetudinem Romanam, intulisse,* (τὴν δάφνην ἐς τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Φερετρίου παρὰ τὸ νομιζόμενον ἐσήνεγκε) inquit *Dio* Libro LV. p. 551; itemque Anno $\frac{740}{41}$ Ti. Claudio Nerone & P. Quinctilio Varo Consulibus, *in Capitolium adscendisse, LAUREAM fascibus detraxisse, ac ad Jovis eam genua adposuisse*, Lib. LIV. p. 539. (καὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνελθὼν τήν τε δάφνην ἀπὸ τῶν ῥάβδων περιεῖλε, καὶ ἐς τὰ τοῦ Διὸς γόνατα κατέθετο) Offendimus hoc *Caput* quoque apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. VI. N. 71. & in *Fastis Consularibus* p. 204. in *Laurentii Begeri Floro* p. 85.

NUM. 68.

IMPERator CAESAR AUGUSTUS Pater Patriæ. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

De *prænominis* loco, usurpato elogio *Imperatoris* ad Tab. I. n. 24; *Cæsaris* Tab. I. N. 4; *Patris Patriæ* Tab. II. N. 61. à nobis dictum est; notamusque modo, *tertia vice* in hac Tabula *Patris Patriæ* axioma heic ipsi tribui, cum nempe & illud Tab. II. N. 63. jam legamus. *AUGUSTI* saltem prima vice heic offendimus appellationem; Augusto ipsi impositam, devicto nempe ad *Actium* Antonio. Et ex nummis statim vel *temporis ratio* quoque constat, quam tradit *Suetonius* Cap. 7: Postea (post quam *Thurini* nomen deposuerat) C. CAESARIS, & DEINDE AUGUSTI COGNOMEN ASSUMSIT : *Alterum testamento majoris avunculi, alterum Munatii Planci sententia : cum, quibusdam censentibus, ROMULUM appellari oportere, quasi & ipsum Conditorem urbis, prævaluisset, ut AUGUSTUS potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, AUGUSTA* dican-

dicantur, ab auctu, vel ab avium geſtu, guſtuve, ſicut etiam Ennius docet, ſcribens:

Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.

Conſimili fere ratione id quoque refert *Dio* Lib. LIII. p. 507: ἐπεὶ δ' ἢ ϰαὶ τῷ ἔργῳ αὐτὰ ἐπετέλεσεν, οὕτω δὴ ϰαὶ τὸ τοῦ Αὐγούστου ὄνομα ϰαὶ παρὰ τῆς βουλῆς ϰαὶ παρὰ τοῦ δήμου ἐπέθετο. βουληθέντων γὰρ σφῶν ἰδίως πως αὐτὸν προσειπεῖν, ϰαὶ τῶν μὲν, τὸ, τῶν δὲ, τὸ ϰαὶ ἐσηγουμένων ϰαὶ αἱρουμένων· ὁ Καῖσαρ ἐπεθύμει μὲν ἰσχυρῶς Ῥωμύλος ὀνομασθῆναι, αἰσθόμενος δὲ ὅτι ὑποπτεύεται ἐκ τούτου τῆς βασιλείας ἐπιθυμεῖν, οὐκέτ' αὐτοῦ ἀντεποιήσατο, ἀλλὰ Αὔγουστος, ὡς ϰαὶ πλεῖόν τι ἢ ϰατὰ ἀνθρώπους ὤν, ἐπεκλήθη, *Sed poſtea quam ea, quæ pollicitus fuit, re ipſa perfecit; ibi demum* AUGUSTUS *à Senatu Populoque appellatus eſt. Etenim cum ſtatuiſſent, peculiari cum quodam cognomento inſignire, ac alii alia referrent, ac probarent; Cæſar, quamvis Romuli nomen vehementer appetebat, tamen cum ſentiret, hinc ſe ſuſpectum affectati regni fieri; eo omiſſo,* AUGUSTUS, *quaſi hominis natura amplior ipſe, cognominatus eſt. Appianus Alexandrinus* de B. C. L. I. p. 352: ὥστε Σεβαστὸς εὐθὺς ἐπὶ τοῖς ἔργοις, ἔτι περιὼν, ὅδε πρῶτος ὀφθῆναί τε Ῥωμαίοις ϰαὶ ϰληθῆναι πρὸς αὐτῶν· αὐτός τε ἑαυτὸν ὥσπερ Γάϊος, ϰαὶ ἐς τὸ δυνατώτερον ἔτι Γαΐου ἄρχοντος ἀποφῆναι τῇ τε πατρίδι, ϰαὶ τοῖς ὑπ' αὐτὴν ἔθνεσιν ἅπασιν· οὐδὲν αἱρέσεως, ἢ χειροτονίας, ἢ προσποιήματος ἔτι δεηθεὶς, *quo facto vivus videnſque conſecratus, & Auguſtus à populo Romano appellatus, majorem etiam quam Cajus Pater poteſtatem ſibi uſurpavit in patriam genteſque omnes ſubditas, ne in ſpeciem quidem exſpectatis populi ſuffragiis.* Florus IV. 12: *Tractatum etiam in Senatu, an quia condidiſſet imperium, Romulus vocaretur; ſed ſanctius & reverentius viſum eſt nomen* AUGUSTI*; ut ſcilicet jam tum, cum colit terras, ipſo nomine & titulo conſecraretur.* Livii Epitomator Libro CXXXIV: *C. Cæſar, rebus compoſitis, & omnibus Provinciis in certam formam redactis,* AUGUSTUS *quoque cognominatus eſt.* Excerpta ex Libro Sexti Aurelii Victoris de Vita & Moribus Imperatorum: *Anno Urbis Conditæ ſeptingenteſimo vigeſimo ſecundo; ab exactis verò Regibus, quadringenteſimo octogeſimoque, mos Romæ repetitus, uni prorſus parendi, pro Rege Imperatori, vel, ſanctiori nomine,* AUGUSTO *appellato. Octavianus igitur, patre Octavio, Senatore, genitus, maternum genus ab Ænea, per Juliam familiam, ſortitus, adoptione vero Caji Cæſaris, majoris avunculi,* CAJUS CAESAR *dictus; DEINDE ob Victoriam* AUGUSTUS *cognominatus eſt.* Aurelius Victor Hiſtoriæ abbreviatæ de Cæſaribus Parte II: *Namque Octavianus, patre Octavio, atque adoptione magni avunculi Cæſaris, ac mox Procerum conſulto, ob victoriam patriam placide exercitam,* AUGUSTI *cognomento dictus, illectis per dona militibus, atque annonæ curandæ ſpecie vulgo, cæteros haud difficulter ſubegit.* *Eutropius* Hiſt. Rom. in *Auguſto* p. m. 94: *Hic ie primum Auguſtus, quod Rempublicam* AUXERIT, *conſalutatus eſt: quod nomen cunctis antea inviolatum, & hucusque cæteris inauſum, Dominis tantum orbis licitè uſurpatum, apicem declarat imperii: atque ex eadem die ſumma rerum ac poteſtatum penes unum eſſe cœpit & manſit, quod Græci μοναρχίαν vocant. Nec ullo tempore ante Cæſarem Auguſtum magis Romana res floruit.* Egnatius: *Urbemque Romam optimis inſtitutis ac legibus, magnificentiſſimiſque operibus ſic excoluit, ut merito Parens Patriæ primus atque* AUGUSTUS *diceretur.* Nempe hoc factum fuit A. V. C. $\frac{726}{27}$. *ipſo VII. & M. Vipſanio Agrippa III*, Conſulibus. Teſtantur id *Faſti Capitolini* p. 204: IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N. OCTAVIANVS VII. M. VIPSANIUS L. F. AGRIPPA III. QUI IN HOC HONORE AUGUSTUS APPELLATUS EST. Itemque *Caſſiodorus* in Chronico: *His Coſſ.* C. Cæſare VI. VII. reponendum eſt & M. Agrippa III. *Cæſar leges protulit, judices ordinavit, Provincias diſpoſuit; & ideo* AUGUSTUS *cognominatus eſt. Pontificale igitur hoc vocabulum,* (inquit Pighius p. 507.) *& in ſacris tantummodo uſurpari ſolitum, hoc anno in cognomen venit cœpit, [illegible] terii poſtea fuit, ut qui rerum potiretur, Cæſar &* AUGUSTUS *appellaretur.* [illegible] cari poterit in dubium; ita dies, quo [illegible], eò magis latet. *Idibus Januarii* (13. Januarii) hoc factum fuiſſe, teſtatur *Ovidius Faſtorum* I. 587.

Idibus in magni caſtus Jovis æde Sacerdos
Semimaris flammis viſcera libat ovis:
Redditaque eſt omnis populo provincia noſtro,
Et tuus AUGUSTO nomine dictus avus.

Citius verò, nempe *Octavo Iduum Januarii* (Sexto Januarii die) hoc nobis tradit *Oroſius* VI. 20. ſcribens: *Octavo Idus Januarias Urbem triplici triumpho ingreſſus eſt — — Hac die primum* AUGUSTUS *conſalutatus eſt.* Rurſus *XVI. Kalendarum Februarii* (17. Januarii) nobis perſuadere videtur *Cenſorinus* de *die Natali*, Cap. XXI, quando inquit: *Quamvis ex ante diem decimum ſextum Kal. Februarii Imperator Cæſar D. F. ſententia L. Munatii Planci à Senatu, cæteriſque civibus,* AUGUSTUS *appellatus eſt, ſe VII. & M. Vipſanio Agrippa III. Coſſ.* Sed quis in hoc ſententiarum divortio judicem facile aget? ſufficiat nobis, *menſe* adhuc *Januario* A. V. C. $\frac{726}{27}$. hoc fuiſſe factum, & à *Senatu*, *Munatii Planci* ſententia, hoc ſanctiſſimum *Majeſtatis nomen* impetraſſe, quod & *Dio* confirmat, Libro LIII. p. 507. ſcribens: πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα ϰαὶ τὰ ἱερώτατα, αὔγουστα προσαγορεύεται· ἐξ ὅτουπερ ϰαὶ σεβαστὸν αὐτὸν ϰαὶ ἑλληνίζοντές πως, ὥσπερ τινὰ σεπτὸν, ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, προσεῖπον, *Auguſta enim ea, quæ honore digniſſima ac ſanctiſſima ſunt, dicuntur: ideoque σεβαστὸν Græci Auguſtum, quaſi venerandum dicens, inclinati ſunt.* Et Suidas: Αὔγουστα δὲ λέγονται τὰ τίμια, ϰαὶ μεγάλα, ϰαὶ ἐπίσημα: *Dicuntur autem Auguſta pretioſa, magna, inſignia.* Ex quo factum, ut per *Auguſtum*, dum in vivis eſſet, & poſt fata (31) etiam, autore Caligula, *juraverint homines*, teſte *Tranquillo* Cap. XI. in Caligula: *Jusjurandum neque ſanctius ſibi, neque crebrius inſtituit, quam per Auguſtum.* De priori verò *Horatius* Epiſt. II. I. 16:

Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

Menſem præterea in ejus honorem *Sextilem* (quod loco apud Latinos *ſexto* fuerit) ab ipſo *Auguſtum* fuiſſe dictum, auctor eſt *Suetonius* Cap. XXXI: *In cujus* (anni) *ordinatione Sextilem menſem è ſuo cognomine nuncupavit, magis, quam Septembrem.* *Dio* Libro LV. p. 552: Καὶ τὸν μῆνα τὸν Σεξτίλιον ἐπικαλούμενον, Αὔγουστον ἀντωνόμασε· τῶν γὰρ ἄλλων τὸν Σεπτέμβριον οὕτως, ἐπειδήπερ ἐν αὐτῷ ἐγεγέννητο, προσαγορεῦσαι ἐθελησάντων, ἐκεῖνον αὐτὸς προετετιμήκει, ὅτι ϰαὶ μάχας πολλὰς ϰαὶ μεγάλας ἐνενικήκει, *menſemque Sextilem Auguſtum nominavit: quod nomen cum alii Septembri, quo menſe*

(31) Jurandi formulæ erant: *Per Principis ſalutem, fortunam, genium.*

mense natus esset, indere vellent, ipse Sextilem prætulit; quod eo mense primum Consul factus, ac eo multis magnisque præliis victoria potitus esset. Brevibus id tradit *Epitomator Livii* Libro CXXXIV: *C. Cæsar, rebus compositis, & omnibus provinciis in certam formam redactis, Augustus quoque cognominatus est: & mensis SEXTILIS in honorem ejus appellatus est.* Nempe *Legem*, ut *Sextilis* sic vocaretur, Consul VII. tulit, (32) de quo & cum maximè adeundus *Macrobius* qui Saturnal. I. 12. ita: *Cum Ægyptus mense Sextili in potestatem populi Romani redacta sit, finisque hoc mense bellis civilibus impositus sit, placere Senatui, ut hic mensis Augustus appelletur. Suidas: AUGUSTUS CAESAR, nepos Julii ex sorore; à quo & MENSIS AUGUSTUS nomen habet. Tironis Prosperi Aquitani Chronicon:* (p. 283. T. XI. *Grævii* R. R.) *Cæsar Augustus appellatur, à quo Sextilis mensis* (33) *Augusti nomen accepit. Censorinus: Qui Sextilis fuerat, ex S. C. Marcio Censorino, C. Asinio Gallo, Coss. in Augusti honorem dictus est Augustus Anno Augustorum XX. Augusta* loca supra in Suetonii Capite VII. vidimus, infraque in Galba Cap. XVIII. deprehendemus: Et quoniam *Tiberius* adoptione audiret *Augustus*, *montem Cælium*, appellatione mutata, *Augustum* vocari jusserat. (34) Et quid venerabile non Augustum?

Sancta vocant Augusta patres: Augusta vocantur
Templa, Sacerdotum ritè dicata manu.

inquit *Ovidius* Fast. I. vs. 609.

Cæterum, *lauream* Numero præcedente jam expendere licuit, qua & heic cinctum est ejus caput.

Num. 69.

IMPerator CAESAR AUGustus Pater Patriæ. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

De *Laurea* Tab. II. N. 67; de Titulo *Imperatoris* Tab. I. N. 24; *Cæsaris* Tab. I. N. 4; *Augusti* Tab. II. N. 68; *Patris Patriæ* Tab. II. N. 61. dictum, quo B. L. remissum volumus.

Num. 70.

CAESAR IMPerator. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

De duobus *summi fastigii* vocabulis consulendi sunt Tab. I. N. 4. & 24.; de *laurea* vero Tab. II. N. 67. addimus hoc saltem, quod Caput hocce quoque exhibeat *H. Goltzius* Tab. V. N. 50.

(32) *Censorinus* hoc in Consulatu XI. A. V. C. $\frac{745}{46}$. fuisse factum vult, cui adstipelantur. *Dio, Macrobius.* Confer *Pigbium* T. III. Annal. p. 225.

(33) Sicut à *Julio Quintilis*, ita enim pariter hoc Chronicon *Tironis Prosperi* Aquitani p. 282: *Antonius decernit Quintilem mensem Julium debere dici, quia in eo natus fuisset Julius.*

(34) Sic enim *Tacitus* Annal. IV. 64: *Adduntur sententiæ, ut mons Cælius inposterum Augustus appellaretur: quando cunctis circumflagrantibus, sola Tiberii effigies, sita in domo Junii Senatoris, inviolata mansisset.*

TABULA III.

EXHIBENS

CAPITA OCTAVII CÆSARIS AUGUSTI

IMPERATORIS, IN AETATE VIRILI, CUM INSCRIPTIONIBUS LATINIS ET NONNULLIS GRAECIS.

NUM. 71.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Quam multum tribuerit huic à Senatu oblato cognomini Cæsar, ex eo clarum est, quod vel *solum* Capiti addi passus fuerit, quasi *hoc omnes* suos comprehendat *titulos*, de quo ad N. 68. Tab. II. jam multi fuimus. Sistit hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. IX. N. 101. *A. Rubenius* in Croyjaci Ducis Nummis Tab. X. N. 1. & *Jacobus Biæus* in Nummis ad Aug. Dial. Tab. X. N. 1.

NUM. 72.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Uti sæpius supra vidimus *æmulationem Græce* loquentium *populorum*, in tribuendis *Augusto* titulis, quos videbant *Romanos* ipsi imposuisse; ita & heic Σέβαστον appellatum legimus, quem antea à Romanis *Augustum*, *veluti Numinis quadam Majestate colendum*, cognovimus. Disertè & nobis hoc exponit *Pausanias* in Lacon L. III. p. 232: Ὁ δὲ Αὐγούστῳ πεποίηται παιδὶ ἐκείνου, τήν τε βασιλείαν βεβαιωσαμένῳ μᾶλλον, καὶ ἀξιώματος καὶ δυνάμεως ἐς πλέον ἢ πατήρ οἱ προελθόντι· Τὸ δὲ ὄνομα εἶναι τούτῳ Αὔγουστος, ὃ κατὰ γλῶσσαν δύναται τὴν Ἑλλήνων, σεβαστός: *Alterum* (in Foro Spartano templum) *ejus filio, Augusto, dicatum, qui & imperium confirmavit, & in eo, quum dignitate, tum verò opibus augendo, paternam gloriam facilè superavit. Cognomen vero AUGUSTI idem planè voce ipsa pollet, quod Græcorum lingua* σεβαστὸς, i. e. *SANCTUS, AC IPSA QUASI NUMINIS CUJUSDAM MAJESTATE COLENDUS. Dio* Libro LIII. p. 507, uti supra jam audivimus, ita: πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα, αὔγουστα προσαγορεύεται· ἐξ οὗπερ καὶ σεβαστὸν αὐτὸν καὶ ἑλληνίζοντές πως, ὥσπερ τινὰ σεπτὸν, ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, προσεῖπον, *Augusta enim ea, quæ honore dignissima, ac sanctissima sunt, dicuntur: ideoque* σεβαστὸν *Græci AUGUSTUM interpretati sunt, quasi VENERANDUM dicas.* Suidas: *Augustus Cæsar Octavianus, qui &* Σεβαστὸς *cognominatus est.* Communicat & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. IX. N. 103.

NUM. 73.

ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*AUGUSTUM.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Solum attendimus, heic *cognomen* ipsius præcipuum in *casu accusativo* fuisse obsignatum, quod in *nominandi* casu Numero præcedenti legimus, ut subintelligamus tamen, ἐτίμησαν, colunt. Reliqua ex iis, quæ ad N. 68 Tab. II. & N. 72. Tab. III. jam diximus, repetenda sunt.

NUM. 74.

ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*AUGUSTI.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

De *laurea* ad N. 67. T. II; de *Augusti* cognomine N. 68. & 72. egimus. Tantummodo observamus, id elogium, quod in præcedentibus vel in *Nominativo*, vel in *Accusativo* casu jam offendimus, heic quoque in *Genitivo*, more *Græcorum*, legi expressum. *H. Goltzius* id nobis offert Caput in *Augusto* Tab. IX. N. 109.

NUM. 75.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Eadem denuo nobis offertur *perigraphe*, quam N. 72. hac Tabella jam conspeximus; modo quod literæ *alio* gaudeant *situ*, & *laurea corona* heic desit. Obviam habemus quoque hoc Caput alias apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. IX. N. 105.

NUM.

NUM. 76.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus, pone figura insolita.*

Quæ dici heic poterant, B. L. ad N. 72. hujus Tabulæ leget, per omnia enim *idem* ibidem est *Caput eademque Inscriptio*, nisi quod *literæ* circumscriptæ *aliter* sint *positæ*, & heic *figura* à tergo compareat, in illo non observanda; quæ tamen quid velit, aut denotet, fatemur, nos ignorare; perinde ac videmus, nihil *Nonnium*, quod ad ejus expositionem faceret, in Notis ad *Goltzium* quoque attulisse. † Si quid tamen dicendum est, putaremus, *Urbis cujusdam Græciæ* esse *signum*. Exhibet nobis quoque hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. IX. N. 107.

NUM. 77.

Caput Augusti nudum, lævam versus.

Vide, quæ supra ad T. I. N. 1. diximus. Deprehendimus quoque hoc Caput in *A. Rubenii Croyjaci* Ducis Nummis Tab. XII. N. 2. & in *Jacobi Biæi* Nummis ad Augustini Dial. Tab. XII. N. 2.

NUM. 78.

Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Adi, quæ ad Tabulam I. Numero 1. dicta sunt.

NUM. 79.

Caput Augusti, paullo senioris laureatum, lævam versus.

Heic repetenda sunt, quæ ad Tab. I. N. I. & Tab. II. N. 67. de *laurea* jam attulimus.

NUM. 80.

Caput Augusti laureatum, dexteram versus.

N. 1. Tab. I. & N. 67. Tab. II. omnia explicata offendet B. L. huc spectantia.

NUM. 81.

Caput Augusti corona quernea redimitum, lævam versus.

Civica, sive *quernea*, corona à *quercu* cum *glandibus*, (nam huic coronæ duplex è *re* nomen inditum; nempe à *cive servato* & *Servatore*, CIVICA; à *materia*, unde plectebatur, QUERCEA & QUERNEA dicebatur) quæ Caput *Augusti* cingit, *dabatur ei* (verba sunt *Augustini* Dial. II. p. 24. *qui civem servasset*, (35) velut *Appianus* Libro II. de Bello Civil. p. 494. loquitur, ᾧ πάλαι τοὺς ὑπερασπίσαντας ἐγέραιρον οἱ περισωθέντες, *quo genere* (civicarum coronarum) *olim cives honorabant eos, qui salutem ipsorum protexissent*; &, per assentationem, *Augusto*, Cæsari, tributa, quod *Populum Romanum servasset. Civicæ coronæ, militum virtutis insigne clarissimum: jam pridem verò & Clementiæ Imperatorum, postquam civilium bellorum profano, meritum cœpit videri, civem non videre*, inquit *Plinius* Libro XVI. c. 4. Hist. Nat. Et *Gellius* Lib. V. c. 6: *CIVICA corona appellatur, quam civis civi à quo servatus est in prælio, testem vitæ salutisquè perceptæ dat, ea fit è fronde quernea, quoniam cibus victusque antiquissimus quercus capi solitus: fit etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est.* Disertissimus idem Plinius Libro XVI. cap. IV: *Civica Iligna primo fuit, postea magis placuit ex Esculo Jovi sacra. Variatumque & cum quercu est, ac data ubique quæ fuerat, custodito tantum honore glandis. Additæ leges arctæ & ideo superbæ (quasque conferre libeat cum illa Græcorum summa, quæ sub ipso Jove datur, cuique muros patria gaudens rumpit) civem servare, hostem occidere, utque eum locum, in quo sit actum, hostis obtineat eo die, utque servatus fateatur, alias testes nihil prosunt: ut civis fuerit, auxilia quamvis Rege servato decus id non dant; nec erexit honos idem Imperatore conservato, quoniam conditores in quocunque cive summum esse voluerunt. Accepta, licet uti perpetuo. Ludos ineunti semper assurgi, etiam ab Senatu in more est: Sedendi jus in proximo Senatui, vocatio munerum omnium, ipsi patrique & avo paterno. Quatuordecim eàs accepit Siccius Dentatus, ut retulimus suo loco, sex Capitolinus, is quidem & de Duce Servilio. Africanus de Patre accipere noluit, apud Trebiam. O mores æternos! qui tanta operâ honore solo donaverint, & cum reliquas coronas auro commendarent, Salutem civis in pretio esse noluerunt, clarâ professione servari quidem hominem nefas esse lucri causa.* Hanc probasse *Augustum*, autor quoque est *Plinius* Libro XVI. c. 4: *Dedit hanc* (rostratam) *Augustus coronam Agrippæ: sed CIVICAM à GENERE HUMANO accepit IPSE.* Quâ non fuisse etiam contentum *Augustum*, *Plinius* quoque testatur Libro XXII. c. 6: *Ipsum Augustum*, scribens, *cum M. Cicerone, filio, Consulem, Idibus Septembribus Senatus OBSIDIONALI donavit. Adeo CIVICA NON SATIS VIDEBATUR.* Et, ut ad *Civicam* redeamus, decreta illa *ipsi*, *VII. Consuli*, erat cum *lauru PERPETUO ante fores domus suæ in Palatio*: quæ quotannis in Vestibulo Kal. Martiis renovabatur, tanquam qui hostes vicisset, & CIVES SERVASSET. Audiamus *Dionis* verba Libro LIII. p. 507: Ὁ δ᾽ οὖν Καῖσαρ πολλὰ καὶ μὲν πρότερον, ὅτε τὰ περὶ τῆς ἐξωμοσίας τῆς μοναρχίας, καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν διανομῆς διελέχθη, ἔλαβε· καὶ γὰρ τό, τε τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ προτίθεσθαι, καὶ τὸ τὸν στέφανον τὸν δρύινον ὑπὲρ αὐτῶν ἀρτᾶσθαι, τότε οἱ, ὡς καὶ ἀεὶ τούς τε πολεμίους νικῶντι καὶ τοὺς πολίτας σώζοντι, ἐψηφίσθη, *Cæsari, quum orationem de ejurando regno, ac dividendis provinciis habuisset,* multi *erant honores delati, nempe ut ante ipsius domum in palatio lauri ponerentur, ac super eas CORONAE QUERNEAE suspenderentur, nimirum, quod PERPETUUS HOSTIUM VICTOR ac CIVIUM ESSET*

† Imo Labyrinthus Creticus est, atque signum, in Cnoso, nobili ejus insulæ urbe, cusum fuisse numisma. SIG. HAVERC.

(35) Sic *Coriolano* est data, teste *Plutarcho*, in ejus vitâ p. 214: Τοῦτον γὰρ ὁ νόμος τῷ πολίτην ὑπερασπίσαντι τὸν δρυὸς στέφανον ἀποδέδωκεν.

ESSET SERVATOR. Ex eo deinde *postes Augustæ domus sempiterna gloria QUERCU TRIUMPHARUNT*, ut verbis utamur *Valerii Maximi* Lib. II. c. 3. Eo respexit *Ovidius*, in sua Metamorphosi de *Daphne* in laurum mutata canens, Lib. I. vs. 561. sequ.

Tu Ducibus lætis aderis, cum læta Triumphum
Vox canet, & longas visent Capitolia pompas;
Postibus Augusti eadem fidissima custos
Ante fores stabis, mediamque tuebere quercum.

Hinc & *Plinio* Lib. XV. H. N. c. 30. laurus *gratissima domibus janitrix Cæsarum, quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat*, dicitur. Et *Tertullianus* in Apologetico inquit: *Qui sunt qui Imperatores inter duas lauros obsident?* Rursusque *Ovidius* Libro III. Tristium Eleg. I. vs. 39. de Augusti palatio:

Cur tandem apposita velatur janua lauro,
Cingit & Augustus arbor opaca fores?
Nam quia perpetuos meruit domus ista triumphos?

Exhibet & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab IV. N. 46. *A. Rubenius* in Croyjaci Ducis Nummis Tab. XI. N. 9. *Jacobus Biæus* in Nummis ad August. Dial. Tab. XI. N. 9.

NUM. 82.

Caput Augusti corona quernea redimitum, dexteram versus.

D*iverso situ* gaudet hoc Caput à præcedente cætera idem. Suppeditat & idem *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. IV. N. 48.

NUM. 83.

Caput Augusti paullo junioris laureatum, lævam versus.

In *eo* saltem hoc *Caput* discrepat ab *isto* N. 79. hujus Tabellæ, quod ibi in *magis provectiore ætate*, quam *heic*, compareat.

NUM. 84.

AUGUSTus. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Omnia L. B. N. 1. Tab. I. & N. 68. T. II. inveniet jam à nobis excussa.

NUM. 85.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Solo *diverso positu* cognominis AUGUSTI, hoc ipsum à *præcedente* discrepat capite. Aliàs & istud sistit *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. IX. N. 106.

NUM. 86.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

De *Augusti* cognomine ad Tab. II. N. 68. jam egimus. Cæterum notamus, quod, quando heic *nudum Augusti* obviat *Caput*, observari mereatur, *Augustum* non *tam impensè delectatum fuisse laurea*, perinde ac *Antecessorem* suum *Cæsarem*, (de quo supra in *Cæsare* Tab. I. N. 1. nonnihil jam nos notasse, meminimus) quippe tota *Tabula* I. & II. omnia *sine laurea* exhibet *Augusti* capita. Dehinc *galea* ornatum & illud *suum Caput* sistere voluisse *Augustum*, jam Tab. I. N. 9. & Tab. II. N. 41. 42. observavimus. Porro & *querneam coronam* caput *ejusdem* cingere, ex Tab. II. N. 81. 82. constare facile potest, perinde ac *totam ipsius protomen* non solum *laurea*, sed & *quernea* ambit corona, teste Tabula V. N. 169. 170. 171. Tandem & *corona radiata* illud fulgere, ex Tabula VIII. Numeris 247. 248. 251. 252. 255. 257. 259. 260. & multis sequentibus ad oculum patet. Exhibet hoc ipsum Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. IX. N. 108. & in *Fastis* p. 233.

NUM. 87.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, pone lituus.

I*dem* per omnia cum *præcedente* Caput offendimus, nisi quod *lituum* pone Caput conspiciamus, de quo tamen jam Tab. I. N. 18. diximus. Communicat quoque hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. IX. N. 104.

NUM. 88.

CAESAR IMPerator. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

De voce *Cæsaris* ad Tab. I. N. 4; *Imperatoris* eadem Tabula I. N. 12. & 24. egimus; de *laurea* verò Tab. II. N. 68. dicendi jam erat locus.

NUM. 89.

CAESAR IMPerator. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Idem ex collatione facilè offendet B. L. *hoc* Caput cum *præcedente*, in hoc tantummodo discrepans, quod vocis *IMPeratoris* alius conspiciatur positus; & differt *Caput hoc ipsum* ab *illo* Tab. II. N. 70. *latiori* saltem *filo*, sive ampliori ambitu.

NUM.

NUM. 90.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*CAESARIS AUGUSTI.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Sicuti supra N. 74. *Tabula* hac ipsa *tertia* Σεβάστε (*Augusti*) elogium Capiti ipsius circumscriptum vidimus; ita heic, addita adhuc *Cæsaris*, eodem *genitivo* casu voce, obsignatum legimus, nempe Καίσαρος Σεβάστε; de *Cæsaris* verò Tab. I. N. 4; *Augusti* Tab. II. N. 68. dictum est. Sistit hoc quoque Caput *H. Goltzius* in *Augusto* T. X. N. 110.

NUM. 91.

Senatus PopulusQue Romanus CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Tertium nobis nunc sub manibus hæret publicum *Augusto* à *Senatu Populoque Romano* erectum, obsignatumque *monumentum*. Et cum *primum* Tab. II. N. 61. Consulatu suo V; *alterum* eadem Tabula N. 59. Consulatu VI. prodierit; hoc verò cum *Augusti* præferat *cognomen*, ex hoc constat, vel *Consulatu suo VII.* Anno scilicet V. C. 526. quippe quo, postquam Romani Orbis imperium in decem annos accepisset, leges pertulerat, judices ordinaverat, provincias disposuerat, hoc accepisse, licet ille *Consulatus* in ipso obsignatus non legatur; ut adeo in *grati animi signum Senatus Populusque Romanus* hoc monumentum esse omnino voluerint; vel certè post illum Consulatum VII, quocunque etiam fuerit tempore, quod ex *postica* quandoque colligendum est omnino. Exstat hoc Caput quoque apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. X. N. 109. & in *Fastis* suis p. 224. ex quibus patet, hanc *anticam* sic inscriptam, *quod viæ munitæ fuerint ab Augusto.*

NUM. 92.

CAESARI AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Per omnia convenit hoc Caput cum præcedenti, nisi quod heic *dextrorsum*, illic *sinistrorsum* respiciat, & de *quarto publico Populi Romani monumento* apertè testetur. De vocibus *Cæsaris* Tab. I. N. 4. & de *Augusti* Tab. II. N. 68. jam diximus. Attulit jam hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. X. N. 111.

NUM. 93.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

De *laurea*, itemque vocibus *CAESARIS* & *AUGUSTI* aliquoties jam antea multi fuimus. Plura hinc neque hic addimus, nisi quod & hoc Caput nobis exhibeatur à *Goltzio* in *Augusto* Tab. X. N. 112. & in *Fastis Romanorum* p. 225. ubi tamen corona quercea est.

NUM. 94.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum, dexteram versus.

In *hoc* discrepat à *præcedenti* nostrum Caput, quod hoc *dextrorsum*, illud *sinistrorsum* respiciat, cætera per omnia eadem. Vide & illud apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. X. N. 114.

NUM 95.

ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ (*AUGUSTUM CAESAREM*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Uti *supra* N. 73. ΣΕΒΑΣΤΟΝ legimus; ita & *heic*, quasi cum addito, ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ offendimus, in *casu* nempe *accusativo*, ut subintelligamus; ἐτίμησαν, colunt. *Horum* verò *vocabulorum* explicationem Tab. I. N. 4. & Tab. II. N. 68. L. B habebis obviam. Dabit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. X. N. 113

NUM. 96.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Consule, quæ ad Tab. I. N. 4. Tab. II. N. 67. & 68. jam dicta sunt. Nec alia ratione à *præcedentibus* diversum est Caput, nisi quod *alio casu* circumscriptum exhibeatur, & uti N. 86. legitur AUGUSTUS; heic CAESAR AUGUSTUS exstet. Vide quoque hoc Caput apud *H. Goltzium* in *Fastis* p. 209.

NUM. 97.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti corona quernea redimitum, dexteram versus.

Positu Capitis à præcedenti differt, cætera eadem. Conspicimus quoque hoc Caput apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. X. N. 117. & in *Fastis* ipsius *Romanis* p. 229.

NUM. 98.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Solo *positu vocabulorum* differt à sequente.

Num. 99.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Diverso modo disposita sunt *elogia* circa Caput, quæ supra Tab. I. N. 4. & II. N. 68. jam attigimus. Cæteroquin hoc Caput in conspectu jam est apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. X. N. 118. & in ejus *Fastis* Romanorum p. 205. & 214. *Jacobum Oiselium* Tab. I. N. 9. *Joachimum Oudanum* Tab. IV. N. 9.

Num. 100.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Dextrorsum hoc Caput respicit, uti præcedens *sinistrorsum*, cætera adfuere. Suppeditat & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. X. N. 120.

Num. 101.

Cajus CAESAR AUGUSTus. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

De *prænomine Caji* consulatur Tab. I. N. 5. & 6; *Cæsaris* verò & *Augusti* nominibus Tab. I. N. 4. & II. N. 68. de *laurea* N. 67.

Num. 102.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Inscriptionem toties jam vidimus. *Græcè* heic legitur, quæ N. 96. 97. 98. 99. 100. 101. *Latinè*. Dedit & hoc Caput jam *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. III. N. 116.

Num. 103.

ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑCΤΟC. (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Eadem *inscriptio*, idem *positus* circa literarum, modo quod heic Σῖγμα litera (Σ) per C. expressum legamus, adeoque egregie firmatum habeamus *Illustrissimi Ezechielis Spanhemii* judicium, (36) scribentis: *Falli ex antiquis Græcorum nummis patebit eruditos, qui C alterò Σῖγμα vetustius statuunt; quod ex quodam Agathonis apud Athenæum loco, à Viris doctissimis, Scaligero in Eusebianis, & Isaco Vossio ad Melam, opportunè jam observatum novi. Neque verò id tam arcus Scythici argumento, quam indubia testium fide mihi fit manifestum; qui in lautissima illa, quæ bono litterarum fato, etiamnum super est, Græcorum nummorum copia, Σ passim in antiquioribus observo; alterum verò C rarius ante Domitiani tempora usurpatum, sequentium demum ætatum proprium ac peculiare, ut rarius postea prioris illius Σ vestigia eadem Nummorum suppellex præbeat.* Unde patet, quam contra nummorum fidem scribat *Harduinus* in *Nummis antiquis Pop. & Urb.* Græc. p. 275: *Quod suspectæ mihi fidei est: cum illud C pro Σ NUSQUAM AUGUSTI ævo, nec ante Domitiani tempora in nummis lapidibusve occurrat*; Itemque *Salmasius in Solinianis* p 838.: *Sigma Græcorum antiquissimum formatum ut C Latinorum.* Contrarium oppidò ei docent hæc nostra & sequens capitum *Augusti perigraphe*, uti & reliquæ, quas vidimus, omnes *Augusti Græcæ*, & cum primis N. 75. 158. 165. 168. 259. 260.

(36) Noviss. Edit. p. 99, 100. mediæ p. 54. & 55.

Num. 104.

ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑCΤΟC. *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Positu literarum differt à *præcedente* hoc Caput, cætera eadem; nisi quod & *corona* sit ornatum *laurea*, de qua jam toties. Cæterum & hoc invenimus apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. X. N. 119.

Num. 105.

IMPerator CAESAR DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

De voce *Imperatoris* Tab. I. N. 21; *Cæsaris Divi Filii*, eadem Tabula N. 4. dictum est; deque *laurea* Tab. II. N. 67. quo B. L. ablegamus. Solum restat, ut moneamus, hoc Caput quoque conspici apud *H. Goltzium* Tab. III. N. 35.

TABULA IV.

EXHIBENS

CAPITA AUGUSTI CUM INSCRIPTIONIBUS PLURIMAM PARTEM LATINIS ET PRÆCIPUE CUM PATRIS PATRIÆ ET AUGUSTI ELOGIIS.

NUM. 106.

IMPerator AUGUSTUS Pater Patriæ. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Nihil hic denuo, quod adnotemus, occurrit. Nam de *Imperatoris* voce ad Tab. I. N. 21; de *Augusti* cognomine Tab. II. N. 68; de *Patris Patriæ* elogio Tab. II. N. 61; de *Laurea* Tab. II. N. 67. jam egimus. Et cum *Patris patriæ* titulum jam N. 61. 68. 69. obvium habuerimus, *quarta* ille nunc vice occurrit, ut videamus, aut *singulariter illum Augusto placuisse*, aut *insigniter, eundem ipsi tribuendo promereri gratiam ejus voluisse Senatum;* quod vel ex sequentibus elucescet præterea adhuc clarius.

NUM. 107.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Si consulantur N. 4. 61. 68. omnia erunt planiora. Quod super est, idem quoque offert Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VII. N. 73. & in *Fastis Romanorum* p. 221.

NUM. 108.

AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Adi Tab. I. N. 4. 61. & 68. ubi explicationem hujus perigraphes offendes.

NUM. 109.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Per omnia *idem* cognoscimus Caput, quod N. 107. jam tradidimus, nisi quod *facies* aliquantùm *amplior* compareat, & literæ circumscriptæ illic *Caput latius* cingant. Alias communicat & hoc Caput *A. Rubenius* in Croyjaci Ducis Nummis Tab. XII. N. 1. & *Jacobus Biæus* Tab. XII. N. 1.

NUM. 110.

AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, dexteram versus.

De *Augusti* cognomine confer Tab. II. N. 68; *Divi Filii* elogio Tab. I. N. 4; *Patris Patriæ* verò Tab. II. N. 61. & de *laurea corona* Tab. II. N. 67; ut saltem notemus, *Patris Patriæ* elogio *Augustum* singulariter fuisse vel delectatum; vel per illius attributionem insigniter sese apud *Augustum* insinuare voluisse Senatum. Offert alias & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VII. N. 75.

NUM. 111.

IMPerator AUGUSTus PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

De voce *Imperatoris* T. I. N. 12; *Augusti* N. 68; *Patris Patriæ*, (quod elogium *nona* jam vice heic legitur) N. 61; de *laurea corona* N. 67. jam egimus.

NUM. 112.

AUGUSTUS Pater Patriæ. OB CIVIS SERvatos. Caput Augusti nudum, lævam versus, quod undique corona cingit quernea.

De voce *Augusti* adi N. 68; *Patris Patriæ*, qui titulus *decima* vice occurrit, N. 61; de *quernea corona* N. 81. jam disseruimus. Restat: *OB CIVIS SERvatos*, quæ verba, ob *querneam*, sive civicam, coronam, addita videmus, datam scilicet *Augusto*, quod, compositis intestinis bellis,

Populum Romanum ab interitu quasi vindicasset, quod supra pluribus ad N. 81, ostendimus: Nec dubium esse potest, hoc Caput hac cum perigraphe *Consulatu suo VII.* fuisse percussum, si attendantur imprimis, quæ infra ad N. 175. dicturi sumus. CIVIS verò in eodem legimus, pro CIVES, quoniam veteres & *nominativos* & *accusativos* in IS terminabant, v. g. apud *Virgilium* L. I. Georgicorum 25.

Urbisne invisere Cæsar,

Sic *Omnis*, *Fontis*, *Montis*, *Puppis*, *Restis* offendimus apud *Varronem* Libro VII. de Lingua Latina, & apud *Gellium XIII.* 19. Exhibet alias quoque hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VII. N. 80.

NUM. 113.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

De summo dignitatis vocabulo *Imperatoris*, quo supra alios longè eminere satagebat Augustus, N. 12; *Cæsaris* T. I. N. 4; *Augusti* N. 68. dictum jam satis est.

NUM. 114.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

De hujus *perigraphes* verbis vellem adires N. 4. 12. & 68, unde clariorem ejusdem lucem haurire tibi licebit.

NUM. 115.

IMPerator AUGUSTus DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Numeri supra 4. 12. & 68. explicationem hujus perigraphes tibi dabunt.

NUM. 116.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Uti supra sæpissimè *Cæsar*, *Divi filius*, ob adoptionem avunculi, Tabula I. audivit; nunc *AUGUSTUS DIVI Filius* nuncupari quoque vult, ob summæ eminentiæ cognomen, quod pro ROMULI elegerat, uti supra jam N. 4. & 68. id indicavimus. Communicat quoque hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VIII. N. 91. & in *Fastis Roman.* p. 223. *A. Rubenius* in Croyjaci Ducis Nummis Tab. XV. N. 1. *Jacobus Biæus* Tab. XV. N. 1.

NUM. 117.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, dexteram versus.

Eadem perigraphe occurrit, atque in præcedente, quo ablegatum B. L. volumus. Debemus hoc Caput quoque *H. Goltzio* in *Augusto* Tab. VIII. N. 86.

NUM. 118.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti corona quernea redimitum, lævam versus.

Perigraphe coincidit cum illa N. 116: sed in hoc differt hoc Caput ab illo, quod ibi corona *laurea*, de qua N. 67. egimus; heic vero *quernea*, de qua N. 81. diximus, fulgeat: Nec mirum, *Augusti* vocem heic conspici in hoc Capite obsignatam, cum ipse in *Consulatu suo VII.* & *Augusti* cognomen & *coronam querneam* à Senatu Populoque Romano impetraverit, unde & *hoc ipso Consulatu* Caput hoc videtur percussum. Confer, quæ infra ad N. 175. dicturi sumus. Exhibet & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VIII. N. 88. & in *Fastis Romanorum* p. 217.

NUM. 119.

AUGustus DIVI Filius. Caput Augusti corona quercea redimitum, lævam versus.

Eadem *perigraphe*, idem *Caput* cum præcedente, quod adeas. Offendimus & illud apud *H. Goltzium* Tab. VIII. N. 90.

NUM. 120.

Caput Augusti laureatum, quasi basi insistens, aut veluti Terminus, pone fulgur.

De *laurea* ad N. 67. egimus. *Fulguris* signum, quod pone Caput conspicimus, cumprimis heic nobis expendendum; sed hujus generis plura signa jam & vidimus, & infra visuri sumus, quæ *Capitibus suis* adjici passus fuit *Augustus*, nempe supra Tab. I. N. 9. *hastam*, sive jaculum potius, à tergo; *Lituum*, tum *pone Caput*, uti N. 18. 19. 20. 22. 23. 26. 27. 30. 64, 65. 87. 153. tum *ante illud*, uti N. 43. 44. 48, 140. 211. 212. 213. 214. tum *lituum & simpulum simul*, infra N. 219; *Stellam*, sive *astrum*, ante faciem, N. 32; *Stellam* ante & pone faciem, N. 276. 277. 278; *Stellam supra verticem*, N. 271. 272; *septem stellas circa Caput*, infra N. 279; *Capricornum sub Capite* N. 66; *Figuram insolitam* (Urbis Græcæ fortè signum) N. 67; *Victoriam à tergo* infra 193. Jam *fulgur* pone Caput conspicuum est, quod infra N. 271. & 272. ante illud nobis obviat. Sed quid *fulgur*? quod Deorum, & cumprimis *Jovis*, esse aliàs solet, juxta illud *Lucani* VII. 468.

Bella

Bella pares Superis facient civilia Divos:
Fulminibus manes : radiisque ornabit & astris ?

Signum cum *Nonnio* reputarem fœdæ adulationis, qua *Senatus Romanus* ipsi inter alios honores, etiam *Jovis* detulerunt, cujus rei & meminit *Dio.* Sic & *Pedo Albinovan.* in Eleg. de morte *Drusi* ad Liviam, de fortuna, *Augustum Jovem* vocat:

Quæ tamen hoc uno tristis tibi tempore venit,
Sæpè etiam rebus favit amica tuis:
Nata quod es alte, quod fœtibus aucta duobus,
Quodque etiam magno consociata Jovi.

Cognoscimus quoque heic Sole clarius *præsagii* eventum, quod *Octavius*, pater, olim post ejus nativitatem videre visus fuerit *filium, mortali specie ampliorem, CUM FULMINE & sceptro, exuviisque Jovis Optimi Maximi, ac radiata corona, super laureatum currum, bis senis equis candore eximio trahentibus*, referente hoc totidem verbis *Suetonio* in Augusto Cap. XCIV. Quod nempe *ex imperio* provenisse, scimus, ob quod *Jovi* communiter æquiparari solet. Nam: *Jupiter in Cœlis, Cæsar regit omnia terris.* Et exinde esse, remur, quod *Imperatores* postea picti fuerint cum *fulmine*; ita enim *Martialis* IX. 16.

—— —— —— *& tibi Cæsar,*
Pro jaculo & parma fulmen & ægis erit.

Offendimus aliàs hoc Caput apud *A. Rubenium* in Croyjaci Ducis Nummis Tab. XI. N. 5. itemque apud *Biæum* Tab. XI. N. 5; *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. IV. N. 41.

NUM. 121.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Per omnia hoc Caput *idem* cernimus cum illo N. 116; nisi quod *heic corona laurea* Caput ejus non cingat, quo B. L. ablegamus. Sistit aliàs hoc Caput *H. Goltzius in Augusto* Tab. VIII. N. 85. & in *Fastis Roman.* p. 218.

NUM. 122.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Consule N. 4. & 68. ubi hæc perigraphe jam explicata fuit. Dedit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VIII. N. 94. & in *Fastis Rom.* p. 221.

NUM. 123.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Adi N. 4. & 68. ubi plura jam dicta. Obviat hoc Caput quoque apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. VIII. N. 69.

NUM. 124.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Vide N. 4. & 68. & habebis, quæ ad hujus perigraphes explicationem faciunt. Cæterum offendimus hoc Caput apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. VIII. N. 87. & in *Fastis Romanorum* p. 227.

NUM. 125.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Sæpius laudati N. 4. & 68. heic consulendi sunt. Cæterum communicat nobis hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VIII. N. 95.

NUM. 126.

Caput Augusti paullo senile crine incompto, lævam versus.

Heic adeundus est N. 1. Tabulæ, & differt ab *illo* N. 77. quod ibidem *juvenile* magis compareat.

NUM. 127.

Caput Augusti nudum in provectiore ætate, dexteram versus, crine fluido.

Quæ heic spectant, invenies ad præcedentem numerum, cum capita sint eadem, nisi quod *alio* saltem gaudeant *positu.*

NUM. 128.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Numeri 4. & 68. &, ob *coronam lauream*, 67. adeundi tibi erunt. Dabit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VIII. N. 93.

NUM. 129.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, dexteram versus.

Coincidit per omnia hoc Caput cum præcedente, nisi quod *alius* sit *positus Capitis & perigraphes.*

NUM. 130.

IMPerator AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Numeri supra 4. 12. & 68. omnia clariora reddent.

NUM. 131.

IMPerator CAESAR DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Si attendas, quæ ad N. 4. 12. & 67. jam fuere dicta, pluribus haud erit opus.

NUM. 132.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

De *Augusti* cognomine, quod præ aliis ipsi placuit, jam ad N. 68. multi fuimus. Cæterum & hoc Caput habemus obvium apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. IX. N. 97.

NUM. 133.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Positu saltem vocabuli *Augusti* à præcedenti differt, cætera idem. Suppeditat aliàs hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. IX. N. 99.

NUM. 134.

CEBACTOC. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

De *laurea* N. 67. deque vocabulo Σεβάςυ prolixi jam ad N. 72. fuimus, quo B. L. ablegamus, ne cramben toties coctam recoctamque apponamus. Cæterum hac (C.) Σίγμαλ© *scriptura*, heic rursus occurrente, denuò corroborantur, quæ supra jam ad N. 103. monuimus.

NUM. 135.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, dexteram versus.*

Heic velim consulas, quæ ad N. præcedentem attulimus. Offendimus quoque hoc Caput apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. IX. N. 98.

NUM. 136.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AVGVSTVS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Positu perigraphes à præcedentibus differt cætera idem Caput.

NUM. 137.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AVGVSTVS.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Heic numeri saltem 67. & 72. adeundi erunt.

NUM. 138.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AVGVSTVS.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Per omnia idem cum Capite præcedenti, nisi quod *positu perigraphes* differat. Sistit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. IX. N. 102.

NUM. 139.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AVGVSTVS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Et eundem positum Capitis & perigraphes N. 137. cernes, modo quod heic desit *laurea*.

NUM. 140.

ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ. (*IMPERATOR CAESAR AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus, ante lituus.*

De voce *Imperatoris*, *Cæsaris* & *Augusti* consulendi sunt N. 4. 12. 24. & 68. *Pontificis M.* saltem restat expendenda heic curatius dignitas, quæ heic prima occurrit vice. *Sacerdotem* & *Augurem*, hujusque suum symbolum *Lituum*, supra jam N. 18. 19. 20. & cumprimis N. 22. contemplati sumus, & quid *Augur* sit, in *Cæsare* N. 6. vidimus: nunc *summum in sacris gradum consequutum* eundem intuemur, (*Pontificem* enim jam supra N. 17. Tab. I. conspeximus) qui per *Pontificis Maximi* titulum heic exprimitur, summaque quævis in *sacris potestas* & *juris* αὐτοκρατορίας *complementum* eodem denotatur. Novimus enim, *duobus* contineri *Rempublicam* omnem, *religionum ceremoniis*, & *legibus humanis*; quorum omnino utriusque curam apud *Reges* olim deprehendimus, pluribus hoc declarante ad hunc locum in *Suetonio* p. 167. & ad *Strabonem* p. 192. Τῷ πάνυ *Casaubono*. Eleganter autem in hanc rem *Dio* Lib. LIII. p 508: ἔκ τε τοῦ ἐν πάσαις ταῖς ἱερωσύναις ἱερῶσθαι, καὶ προσέτι καὶ τοῖς ἄλλοις τὰς πλείους σφῶν διδόναι, ἀρχιερέων τέ τινα αὐτῶν, κἂν

κἂν δύο, κἂν τρεῖς ἅμα, ἄρχωσι εἶναι, πάντων αὐτοὶ καὶ τῶν ὁσίων καὶ τῶν ἱερῶν κυριεύουσιν, *quod autem omnibus sacerdotiis inaugurati sunt, ac plerosque in ea Collegia adsciscunt, semperque unus eorum (si quidem duo vel tres simul Imperatores sunt) summum Pontificatum gerit; eò fit, ut omnes RELLIGIONES ET SACRIFICIA IN SUA HABEANT MANU.* Et cum, juxta *Cassiodorum* [1] Variar. Lib. VI. c. 2. *Pontifices Sacerdotium non deponerent, nisi cum vitæ munera derelinquerent*; ex eo contigit, ut *Augustus*, non nisi M. *Lepido* [2] mortuo, hanc dignitatem capesseret, nec prius quoque capessere vellet. Docet hoc nos clarissimè *Tranquillus* in *Augusto* Cap. XXXI: *Postquam vero PONTIFICATUM MAXIMUM, quem nunquam vivò LEPIDO auferre sustinuerat, mortuo demum suscepit.* Itemque *Dio* Libro LIV. p. 531: Πολλάκις γὰρ καὶ ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ τῆς ἱερωσύνης ταύτης ἀξιούμενος, οὐκ ἐδικαίωσε ζῶντος τοῦ Λεπίδου λαβεῖν αὐτήν, *qui sane, quum sæpenumero & privatim & publico judicio hoc sibi sacerdotium expetiisset, non censuit tamen id, vivo Lepido, occupandum.* Imo & à *Populo* oblatum detrectavit, affirmante hoc iterum totidem verbis *Dione* Lib. XLIX. p. 401: Καὶ τὴν τοῦ Λεπίδου ἱερωσύνην διδομένην οἱ οὐκ ἔλαβεν, *Pontificatum Lepidi, sibi oblatum, non accepit*; itemque *Appianus* de Bello Civ. Lib. V. p. 746: Τοῦ δὲ δήμου τὴν μεγίστην ἱερωσύνην ἐς αὐτὸν ἐκ Λεπίδου μεταφέροντος, οὐκ ἐδέχετο, *& quum Populus PONTIFICATUM MAXIMUM à Lepido ad eum transferre vellet*, non recepit. Caussam addunt; οὐδὲ γὰρ ἐξῆν ζῶντα τινὰ ἀφελέσθαι, *neque enim licebat, eum vivo alicui adimi*, & (secundum *Appianum* ἣν ἔθος ἔχειν νενόμιστο μέχρι θανάτου, *nemini vivo, more majorum, adimi solitum.* Hinc Seneca de Clementia I. 10: *Pontificatum maximum, nonnisi mortuo illo, transferri in se passus est; maluit enim illum honorem vocari, quàm spolium.* Et cum eundem quoque jam suscepisset, nullos amplius à Senatu decretos honores accipere ulterius volebat, docente hoc iisdem verbis nobis iterum *Dione* Lib. LIIII. p. 540: Ἐπειδή τε τοῦ Λεπίδου μεταλλάξαντος ἀρχιερεὺς ἀπεδείχθη, καὶ διὰ τοῦθ᾽ ἡ βουλὴ ψηφίσασθαι αὐτῷ ἠθέλησεν, οὔτε τι αὐτὸν προσθήσεσθαι ἔφη, καὶ ἐγκειμένων οἱ, ἐξανέστη καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ συνεδρίου. *Quum, Lepido mortuo, AUGUSTUS SUMMUS PONTIFEX ESSET CREATUS, ac propterea decernere quædam ipsi Senatus vellet; professus, nihil se admissurum, quum nihilominus instarent, surgens è Senatu abiit.* Suscepit vere hunc honorem *pridie Nonas Martii* Anno $\frac{740}{41}$. *Tiberio Claudio Nerone*, & *P. Quintilio Varo*, Consulibus, [3] De quo negotio *Ovidius* in *Martio*, *Fastor.* III. 419:

> *Cæsaris innumeris, quos maluit ille mereri,*
> *Accessit titulis Pontificalis honos.*

Et *Fasti Capitolini* apud *Goltzium* in *Fastis* p. 213:

EX A. D. PRID. NONAS MART.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONTIFEX MAXIMUS FACTUS EST.

Notamus & hoc, quod cum *Pontifex summus* alias habitaret in *sacra via*, & *peculiare* ipsi esset *domicilium*, hoc itidem detrectavit *Augustus*, sed *suarum ædium* partem huic destinavit, & *summi Pontificis* consuetum alias domicilium Virginibus *Vestalibus* dedit, quia his erat contiguum, referente *Dione*, ac ubi supra desiit, pergente, loco scilicet citato p. 541: *Ita neque eorum decreta approbata sunt*, οὔτ᾽ οἰκίαν τινὰ δημοσίαν ἔλαβεν, ἀλλὰ μέρος τι τῆς ἑαυτοῦ, ὅτι τὸν ἀρχιερέα ἐν κοινῷ πάντως οἰκεῖν ἐχρῆν, ἐδημοσίωσε· τὴν μέν τοι τοῦ βασιλέως τῶν ἱερῶν ταῖς ἀειπαρθένοις ἔδωκεν, ἐπειδὴ ὁμότοιχος ταῖς οἰκήσεσιν αὐτῶν ἦν, *neque DOMUM PUBLICAM accepit: sed quum omnino PUBLICAM ESSE PONTIFICI MAXIMO HABITATIONEM OPORTERET, SUARUM AEDIUM PARTEM IPSE PUBLICAM ESSE JUSSIT: ac regis sacrorum domum Virginibus VESTALIBUS dedit, quoniam earum ædibus contigua erat.* Ipso Pontifice Maximo creato, quid egerit *Augustus*, nobis quoque communicat *Suetonius*, Cap. XXXI. scribens: *Postquam verò Pontificatum Maximum — —. suscepit: quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, nullis, vel parum idoneis autoribus, vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit: ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. — — Sacerdotum & numerum & dignitatem, sed & commoda, auxit: præcipue Vestalium virginum. Cumque in demortuæ locum aliam capi oporteret: ambirentque multi, ne filias in sortem darent, adjuravit, si cujusquam neptium suarum competeret ætas, oblaturum se fuisse eam.* Communicat hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XV. N. 173.

(1) Verba ita sonant in Patritiatus formula: *Mox ut datus fuerit in vitæ tempus reliquum homini fit coævus, ornatus individuus, cingulum fidele, quod nescit ante deserere, quam de mundo homines contingat exire. Credo ad similitudinem Pontificatus, unde venerat, rem fuisse formatam; quia Sacerdotium non deponunt, nisi quum vitæ munera derelinquunt.* Et eò, *Casauboni* judicio, quoque alludunt *Imperatores*, scribentes: *Hi, veluti dicati infulis, mysterium perenne custodiant*: siquidem *dicati infulis* sunt *Pontifices*, lege CXXII. de *Decurionibus in Theodosiano* Cod.

(2) Sic enim *Dio* eum appellat Libro XLV. p. 278: Πρὸς τῇ τοῦ ἀρχιερέως τοῦ Λεπίδου. *Ad Lepidi, Pontificis Maximi* &c. Et *Vellejus Paterculus* Lib. II. Hist. c. 63. inquit: *A. Marco Lepido, qui Pontifex Maximus in Caji Cæsaris locum, furto creatus &c.*

(3) *Pighius* Annal. T. III. p. 521. *Casaubonus* & *Torrentius* ad *Suetonium*, ubi tamen in nova *Grævii* editione *falso* annus 711. pro 740. utrobique legitur, & corrigendus in *Lu..ov. Nonnii* Commentario ad *Augusti Numismata* p. 48. est Numerus, ubi 750. pro 740. pariter legitur.

TABULA

TABULA V.

EXHIBENS

CAPITA AUGUSTI

CUM CAESARIS AUGUSTI IMPERATORIS ET PATRIS PATRIAE ELOGIIS.

NUM. 141.

ΚΑΙΣΑΡ. (*CAESAR.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Majoris avunculi nomen, veluti ejus, qui ad summam potentiam ipsi muniverat viam, vel solum ut in nummis *Augusti* compareat, placuit, nempe ut successionem stirpis unico hoc designarent vocabulo, tradente id *Dione* Libro LIII. p. 508. de quo supra ad N. 4. Tab. I. satis prolixi jam fuimus, sicuti & de *laurea* N. 67. Tab. II. Cæterum, in eo saltem ab *illo* Capite N. 49. Tab. II. discrepat, quod ibi *nudum*, heic *laureatum* compareat, cætera idem.

NUM. 142.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.* *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Non solum *Cæsaris*, (de quo supra T. I. N. 4.) sed & *Augusti* nominibus superbire voluit, ac ita in nummo obsignari; de quo posteriori repetenda omnino sunt, quæ ad Tab. II. N. 72. jam diximus. Monemus, hoc Caput & supra N. 102. Tab. III. *eadem cum inscriptione* occurrere, sed in hoc ab isto differt, quod heic *Caput* ejus in *magis provectiore* sistat *ætate*, quam ibidem, cæterum idem. Obviabit hoc quoque Caput apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. X. N. 116.

NUM. 143.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Circa hanc inscriptionem consulas N. 4. Tab. I. & N. 68. Tab. II. cum Numero 72. Tab. II.

NUM. 144.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Adi ea, quæ ad N. 143. jam dicta sunt, cum *positu* saltem *inscriptionis* à præcedente differat capite.

NUM. 145.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.* *Caput Augusti nudum lævam versus.*

Confer N. 143; *Positu* etenim *perigraphes* discrepat. Notamus, hoc nostrum Caput nec *positu inscriptionis*, nec *capitis* differre ab illo quod jam supra Tab. III. N. 104. vidimus, sed *diversa* saltem *inscriptionis scriptura* discrepare, cum ibi *Sigma* per C, heic per hanc figuram Σ expressum legatur; præterea ibidem *laureatum*, heic *nudum* offeratur Caput.

NUM. 146.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, dexteram versus.*

Vide quæ ad N. 143. jam protulimus. Abit verò hoc nostrum Caput ab eo, quod N. 144. jam vidimus in eo, quod hoc *laureatum*, illud *nudum* conspiciatur. Cæterum idem plane. De *laurea* jam à nobis Tab. II. N. 67. actum est, quo B. L. ablegatum cupimus.

NUM. 147.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.* *Caput Augusti, laureatum, lævam versus.*

Idem Caput per omnia offendes jam hac ipsa Tabula V. 143; modo quod heic *laureatum*, illic

nudum compareat Caput; de qua *laurea* tamen vide sis, quæ jam ad Tab. II. N. 67. attulimus.

Num. 148.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*CAESARIS AUGUSTI.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Idem positus & inscriptionis & Capitis heic ante oculos habemus ac Num. 144. Tabula hac V. modo, quod perigraphe per casum genitivum, more Græcorum, heic legatur expressa. Consule alias, quæ ad N. 143. dicta sunt.

Num. 149.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*CAESARIS AUGUSTI. Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Positu perigraphes à præcedente Capite diversum est, cætera idem, nisi quod heic *laurea* conspiciatur, de qua N. 67. Tab. II. jam egimus.

Num. 150.

ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. (*PATER PATRIAE.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Quam studiosi *Græci* fuerint in exprimendis in suis nummis *Romanorum elogiis*, vel ex hoc ad oculum liquet Capite. Supra etenim hanc *Patris Patriæ* ἐπίκλησιν à *Romanis* ipsi datam, & quidem *Senatus Populi Que Romani Consensu*, Tab. II. N. 61. (ubi multa ad ejus explicationem facientia jam congessimus) N. 68. 69. 107. 108. 109. 110. 111. 112. ad satiem usque contemplati sumus; nunc ut *Græci* adulatione illis haud cederent, *eandem* in nummis suis obsignarunt, veluti peculiarem, & *a Senatu* non solum, sed & *ab universo Orbe* adprobatam.

Num. 151.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Repete heic, quæ supra ad N. 68. & 72. jam attulimus.

Num. 152.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Σεβαστὸς *cognomen* solum supra jam N. 72. 73. 74. 75. 76. 134. 135. 136. 137. 138. 139. aliquoties in Nummis vidimus, sed ab illis omnibus hoc differt *positu*. Peculiariter verò de *eodem* N. 68. Tab. II. egimus, sicuti de *laurea* N. 67.

Num. 153.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum lævam versus, pone lituus.*

Adi Num. 4. 18. & 24. Tab. I. & N. 67. & 68. Tab. II. & omnia habebis explicata. Offendimus aliàs quoque hoc Caput apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tabula XI. N. 124.

Num. 154.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*IMPERATOREM CAESAREM AUGUSTUM.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Repete quæ ad Caput præcedens modo fuêre prolata, ubi in *nominativo*, heic vero in *casu accusativo* hunc ejus obsignatum offendimus titulum, ut nempe subintelligamus, consueto scilicet *Græcorum* more, *τιμῶσιν*, *colunt*; perinde ac supra Tab. III. N. 73. ΣΕΒΑΣΤΟΝ, & N. 95. Tab. III. ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ jam vidimus. Dedit quoque jam hoc Caput *H. Goltzius* in suo *Augusto* Tab. XI. N. 124.

Num. 155.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum lævam versus.*

Idem cùm per omnia offendamus hoc Caput cum eo, quod Num. 153. jam adfuit; nisi quod heic *titulus* desit, & *alius* potius *perigraphes positus* conspiciatur, eo B. L. ablegamus, monentes saltem, quod hoc Caput quoque exhibeat *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XI. N. 125.

Num. 156.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ. (*CAESARIS AUGUSTI IMPERATORIS. Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Uti N. 74. Tab. III. ΣΕΒΑΣΤΟΥ & Tabula hac V. N. 148. ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ jam conspeximus Inscriptiones; ita heic conjunctim illi obviant tituli; ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ, de quibus consulendi sunt N. 4. 12. 24. 67. 68. 72. Dabit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XI. N. 126.

NUM. 157.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Omnia in præcedentibus, & Numero cumprimis 156. jam adfuere. Sistit quoque hoc Caput *H. Goltzius* Tab. XI. N. 127. in *Augusto*.

NUM. 158.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑCΤΟC. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Singula, quæ adferri modo heic poterunt, præcedenti jam Numero attigimus, ut saltem hoc adhuc notemus, *corroborari magis hac* nostra *perigraphe*, quæ supra ad N. 103. ex illustri *Ezechiele Spanhemio* jam observavimus. Suppeditat & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XI. N. 129.

NUM. 159.

IMPeratori CAESARI AUGUSTO Senatus Populusque Romanus. Caput Augusti nudum, lævam versus.

De *Inscriptionis* vocibus consuli poterunt N. 4. 12. 24. 68. Interim non ambigendum est *publicum* hoc *Senatus Populique Romani* esse monumentum, qualia vel supra jam nonnulla N. 56. 59. 91. 92. vidisse nos, meminimus. Offendimus hoc quoque Caput apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. XI. N. 121.

NUM. 160.

IMPeratori CAESARI AUGUSTO Senatus Populus Que Romanus. Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Cum *diversus* heic saltem *Capitis positus*, cætera eadem per omnia cum præcedente Capite, ad id B. L. remittimus, ut saltem addamus, conspici hoc quoque Caput apud *H. Goltzium* Tab. XI. N. 123. in *Augusto*.

NUM. 161.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Ob inscriptionis voces velim N. 4. 12. 24. 68. consulas. Dabit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XI. N. 130. & in *Fastis Romanor.* p. 231.

NUM. 162.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Repete quæ ad N. 1. 4. 12. 24. & 68. jam fuere adlata.

NUM. 163.

Cum hoc Caput per omnia conveniat cum præcedente, nisi quod heic *dexteram* versus ponatur, ibi *lævam*, eo B. L. ablegatum volumus.

NUM. 164.

IMPerator CAESAR AUGUSTus. Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Tenuior heic est *filus faciei Augusti*, quàm in præcedenti, cæterum reliqua per omnia eadem. Hujus quoque formæ Caput suppeditat *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XI. N. 132.

NUM. 165.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC. (*CAESARIS IMPERATORIS.* (*Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

De *vocibus* perigraphes, Numeri 4. 12. & 24. consulendi sunt, de *laurea* verò N. 67. Hoc tamen prætermittere haud possumus, in una eademque perigraphe, *Σίγμα literam* & per C & per Σ exprimi, de quo supra nonnulla ad N. 103. jam monuimus.

NUM. 166.

ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Toties supra *Augusti cognomen* per ΣΕΒΑΣΤΟΥ expressum N. 72. 73. 74. 75. 76. 90. 95. 102. 103. 104. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. jam vidimus, ut adeo cognoscamus, *consuetissimo ac familiarissimo* modo *apud Græcos* hoc ita reddi; sed heic in nostro Capite *Romanizantes offendimus Populos Græcos*, & AUGUSTI cognomen per ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ non solum hoc, sed & subsequentibus duobus Numeris exprimentes, quæ *scribendi ratio* illis omnino est *rarior*, quod video & *Nonnium* jam ad *Goltzii Augustum* p. 46. observasse, ut tamen & hoc simul attendamus, ΑΥΓΟΥCΤΟΥ *vocem ordine retrogrado & literis inversis*, nummo fuisse impressam *vitio* tamen sine dubio *sculptoris*.

NUM.

NUM. 167.

ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum lævam versus.*

Idem Caput, *eadem* perigraphes & in hac eadem *scribendi* heic *ratio*; in eo saltem hoc à præcedente Caput discrepat, quod heic *laureatum*, ibidem *nudum* compareat. Addimus modo, hoc Caput quoque exhiberi à *H. Goltzio* in *Augusto* Tab. XII. N. 133.

NUM. 168.

ΑΥΤοκρατωρ ΚΑΙϹΑΡ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, dexteram versus.*

Repete, quæ supra ad N. 4. 12 24. 68. & 166. jam diximus. Differt perigraphe à præcedenti in eo, quod ejus *literæ forma* & *situ* gaudeant *ordinario*. qui in præcedentibus *inversus* conspiciendus omnino fuit. Quod superest hoc Caput & obvium habemus apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. XII. N. 135.

NUM. 169.

CAESAR. Caput Augusti nudum, lævam versus, corona laurea illud ambiente.

Adoptionem & legitimam successionem indicaturo, unicum hoc subjicere Capiti vocabulum, Romanis placuit, veluti, qui Principatum jam *solus obtineret*. referente *Dione* Lib. LIII p. 503: ὅπως ὡς ἀληθῶς καταδέξαιτο τὴν μοναρχίαν ἐπεθύμησε, & pag. 506, *qui re ipsa Cæsar unus in omnibus rebus plenum imperium habiturus, cum & pecunias & milites in sua haberet potestate*, τῷ ἔργῳ καὶ πάντων καὶ διαπαντὸς αὐτὸς ὁ Καῖσαρ, ἅτε καὶ τῶν χρημάτων κυριεύων, καὶ τῶν στρατιωτῶν κρατῶν, αὐταρχήσειν ἔμελλε; quod postea quoque imitati sunt *Græci*, uti hoc ex N. 49. 50. 141. facile constare potest. De *corona laurea*, quæ communiter *Caput* cingit, heic verò *totum* ambit, satis ad N. 67. jam dictum est, quo B. L. remittimus. *Laurea* verò heic (uti sequenti Numero *quercea*) ejus ambit caput *corona*, quod inter alia & *hic honor* ipsi delatus, nempe ut *ante ipsius domum in* PALATIO LAURI *ponerentur, ac super* EAS CORONAE QUERNEAE. SUSPENDERENTUR, nimirum quod PERPETUUS HOSTIUM VICTOR ESSET ET CIVIUM SERVATOR, juxta *Dionis* Librum LIII. p. 507. Sed en heic non *super palatium*, sed super *Caput* ipsius suspensam in nummo *coronam lauream*! en in subsequenti nummo circumdatam capiti coronam querneam! Recte hinc doctissimus *Pighius* in Annalibus Librorum Libro XVII. p. 507: *Hinc varii adhuc reperiuntur ejus rei in memoriam excusi nummi à III. VIRIS monetalibus ejus temporis cum CORONA & LAUREIS RAMIS, & hoc plerumque elogio; OB CIVEIS SERVATOS.* Sistit aliàs hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XII. N. 136.

NUM. 170.

CAESAR. Caput Augusti nudum lævam versus, corona quercea illud undique ambiente.

Par *hujus Capitis* est ratio per omnia cum præcedente, nisi, quod hoc *quercea*, (qualem & supra jam N. 112. contemplati sumus illud *laurea* circumdet corona, utraque *multi maximique* à Populo Romano *Augusto*, *VII. Consuli, scilicet* ob *victorias obtentas*, *civesque servatos*, exhibiti *honoris* signum. De *civica*. sive *quernea* corona, si plura cupis, adi Num. 81. & Numer. antecedentem 169. Suppeditat & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XII. N. 138.

NUM. 171.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ambiente illud corona laurea.

De *Cæsare* ad N. 4; de *Augusto* ad N. 68. supra jam satis fuit à nobis dictum, de *laurea* verò consuli possunt, quæ N. 67. & 169. allata sunt. Sistit nobis hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XII. N. 139.

NUM. 172.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Adeat B. L. Num. 4. 12. 24. 67. 68. & omnia habebit explicata, quæ huc modo possunt facere. Cæterum idem Caput & offert *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XII. N. 142. & in *Fastis Roman.* p. 218.

NUM. 173.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, dexteram versus.

Singula Numero præcedenti jam vidimus, in eo saltem ab illo nostrum est diversum, quod heic *dextrorsum*, illic *sinistrorsum* respiciat. Dabit cæteroquin hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XII. N. 144. & in *Fastis Romanorum* p. 218.

NUM. 174.

CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS. COnSul VIII. (Octavum) Pater Patriæ IMPerator VII. (Septimum.) Caput Augusti laureatum, lævam versus.

De *CAESARIS DIVI Filio* N. 4; de *Augusti* N. 68; de *Patris Patriæ* N. 61; de *Imperatoris* compellationibus N. 12. & 24; supra jam fusius egimus. Et, uti *Patris Patriæ* elogium jam supra sub *Consulatu* V. N. 61. & sine adjecto *Consulatu*, N. 63. 68. 69. 107. 108. 109. 110. 111. 112. observavimus; ita heic sub *Consulatu VIII.* offendimus, ut adeo corroborata hoc ipso magis videamus nunc ea, quæ supra ad N. 61. disputavimus, firmataque magis per *subsequentia* deprehendamus quoque *Capita*, horumque inscriptiones. Contigit autem ipsi hic Consulatus VIII. A. V. C. $\frac{727}{28}$. *Collega T. Statilio Tauro* II, (4) qui *Consulatus* cum sequenti suscepti videntur, ob *bellum Hispanicum*. Hunc iniit *Tarraconæ*, ceu disertè hoc nobis prodit *Suetonius* Cap. XXVI: *Nec omnes* (Consulatus) *Romæ, sed* — — *OCTAVUM & nonum Tarracone iniit.* Præterea & is fuit, quem ANNUUM gessit, referente eodem ibidem: *Sequentes* (Consulatus à quarto nempe) *usque ad undecimum CONTINUAVIT.* — — *Quinque medios Consulatus à sexto ad undecimum ANNUOS gessit &c.* Hoc suo Consulatu octavo *M. Agrippa* Romæ *septa* in Campo Martio tributis comitiis à se in ampliorem formam restituta, tabulisque & picturis exornata dedicavit, *Septaque JULIA* ab AUGUSTO appellavit. Ita enim disertè *Dio* Libro LIII. p. 512: μετὰ δὲ δὴ τοῦτον αὐτός τε τὸ ὄγδοον σὺν τῷ Ταύρῳ τῷ Στατιλίῳ ὑπάτευσε, καὶ ὁ Ἀγρίππας τὰ Σέπτα, ὠνομασμένα καθιέρωσεν· ὁδὸν μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἐπισκευάσειν ὑπέσχετο — — καὶ πλαξὶ λιθίναις καὶ ζωγραφήμασιν ἐπεκόσμησεν, Ἰούλια αὐτὰ ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου προσονομάσας. *Anno sequenti, Augusto VIII. Statilio Tauro Consulibus, Agrippa, quia nullam viam sternendam susceperat, Septa dedicavit,* — — *tabulis lapideis & picturis à se exornatum Agrippa, Septa Julia ab Augusto cognominavit. Polemoque*, Rex Ponti, inter *fœderatos & socios Populi Romani* adscriptus est, teste *Dione* Libro LIII. Sistit & hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* N. 145. & in *Fastis Romanorum* p. 205.

NUM. 175.

CAESAR COnSul VII. (Septimum) CIVIBUS SERVATEIS. Caput Augusti corona quercea redimitum, dexteram versus.

Cæsaris vocem N. 4. explicatam vide. *CONSULIS septimum* compellatio prima vice heic perigraphen cum cæteris constituit. Nec *ab eadem* abludit *corona quernea*, dum eandem ipsi, *Consuli VII. publicè delatam* sciamus. Hæc enim *civica* hoc ipso suo Consulatu VII. cum *laurea* decreta *fuit perpetuo ante fores domus suæ in palatio: quæ quotannis Kal. Martiis renovabatur, tanquam qui HOSTES VICISSET & CIVES SERVASSET*, totidem verbis id prodente *Dione* Lib. LIII. p. 507: *Cæsari, cum Orationem de ejurando regno ac dividendis provinciis habuisset, multi erant honores delati, nempe ut ante ipsius domum in palatio LAURI ponerentur, ac super eas CORONÆ suspenderentur, nimirum quod perpetuus hostium victor, ac CIVIUM ESSET SERVATOR*, καὶ γὰρ τὸ, τε τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ προτίθεσθαι, καὶ τὸ τὸν στέφανον τὸν δρύϊνον ὑπὲρ αὐτῶν ἀρτᾶσθαι, τότε οἱ, ὡς καὶ ἀεὶ τούς τε πολεμίους νικῶντι καὶ τοὺς πολίτας σώζοντι, ἐψηφίσθη. Cæterum probe observandum, *ablativum* in EIS heic legi, pro IS, *servateis* scilicet pro *servatis*, sicuti notum, *nominativum pluralem* apud veteres in EI *diphthongum*, ut *captivei* pro *captivi*, terminare, & passim alias EI pro I occurrere in elegantibus nummorum veterum reliquiis, in quibus legimus: LEIBERTAS, EIDUS, PREIMUS, SERVEILIUS, OPEIMIUS, PLEBEI, PREIVER. seu PREIVERNUM; perinde ac apud *Græcos* hinc inde EI pro I observamus, v. g. NEIKH, NEIKOΠOΛIΣ, NEIKAION, AΔPIANOΠOΛEITΩN, TPIΠOΛEITΩN, ΦIΛIΠΠOΠOΛEITΩN. (5) Cæterum quod *Consulatum* attinet *septimum*, is est, quem *annum* non tantum, sed & *continuatum* egit, prodente hoc nobis rursus *Suetonio* Cap. XXVI: *Sequentes* (à quarto) *Consulatus usque ad undecimum continuavit.* — — *Quinque medios Consulatus à sexto ad undecimum annuos gessit.* Hunc Consulatum gerens, idibus Januariis, frequentissimo Senatu, *Orationem ad Senatum* recitavit de deponendo imperio, qua Senatui populoque *libertatem, leges, vectigalia, reditus, arma, provincias se tradere velle*, simulabat. Qua arte effecit, ut omnes uno ore precibus contenderent, Vellet *imperium feliciter cœptum retinere, & continuare*, referente hoc & illam ipsam integram *Orationem Dione* Libro LIII. p: 497: Κἀκ τούτου τοὺς μάλιστα ἐπιτηδείους, οἱ τῶν βουλευτῶν παρασκευάσας, ἔς τε τὴν γερουσίαν ἐσῆλθεν, ἕβδομον ὑπατεύων, καὶ ἀνέγνω τοιάδε. *Itaque septimum Consulatum gerens, quum ad id studiosissimum sui quemque Senatorum sibi comparasset, in Senatum venit, atque hanc de scripto orationem recitavit.* Contigit autem eidem hic ipse VII. (6) *Consulatus* A. V. C. $\frac{726}{27}$. cum Collega *M. Agrippa tertium*, testibus *Dione* Libro LIII. p. 496. Tabulis *Græcis, Mariano, & Censorino.* Et cum eodem *Consulum leges protulisset, judices ordinasset, provincias disposuisset*, propterea quoque *AUGUSTI cognomen*, ex SCto, in *Munatii Planci* sententiam facto, die XVI. Kal. Febr. accepisset & tandem coactus *Romani orbis Imperium in decem annos suscepisset*, (hoc enim temporis spatio, credebat se Rempublicam tutam tranquillamque constiturum) inde *Romanorum decennalia* sunt enata, quibus sacra faciebant, festosque agebant dies, votaque publica in proxima decennalia suscipiebant, recte censente *Antonio Pagi* in sua *Dissertatione Hypatica*; Licet, decennio peracto, caussans res nondum omni ex parte compositas, *quinquennium* rursus proposuit, rursus *alterum quinquennium*, post denuo *decennium*, ac tertium tandem *decennium* expetivit, impetravitque,

(4) Falso *Cassiodorus* cum Statilio Tauro eum *Consulem VII.* facit; aliter, & ut supra *Tabulæ Græcæ*, *Dio*, *Fragmenta Capitolina*, *Pigbius*.

(5) Confer *Ezech. Spanh. Dissert.* II. de P. & V. N p. 119. edit. noviss. & med. p. 80.

(6) In exemplaribus *Græcis* perperam Consul IIII. *Agrippa* nominatur, sicuti apud *Cassiodorum Augustus* Consul. VI.

vitque, hacque *decenniorum quinqueniorumque prorogatione* imperium, quoad vixit, *scite continuavit.* Unde notissima illa *Romanorum Quinquennalia*, *Vicennalia*, *Tricennalia.* Offert & hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. VII. N. 84.

TABULA VI.

EXHIBENS

CAPITA CAESARIS AUGUSTI,

ADDITIS RELIQUIS CONSULATIBUS ET TRIBUNICIÆ POTESTATIS NUMERIS PONTIFICISQUE MAXIMI DIGNITATE.

NUM. 176.

AUGUSTUS COnSul $\overline{VIII}$. (Octavum.) Caput Augusti nudum, lævam versus.

Augusti (de quo N. 68. jam plura) cognomen *Consulatu suo* $\overline{VII}$. jam impetraverat, uti supra audivimus, de *Consulatu verò suo VIII.* jam ad N. 174. satis. Modo hoc addimus, exhibere & hoc Caput *H. Goltzium* in *Augusto*, Tab. XIII. N. 146.

NUM. 177.

AUGUSTUS Pater Patriæ COnSul X. (decimum) Caput Augusti nudum, lævam versus.

De *Augusti* elogio, quod *Consul VII.* impetraverat, jam ad N. 68. multi fuimus; De *Patris Patriæ* titulo repetenda sunt, quæ fusius ad N. 61. disseruimus. Solum restat *Consulis* $\overline{X}$. expendenda dignitas. Hanc suscepit A. V. C. $\left(\frac{728}{29}\right)$ Collega *C. Norbano Flacco.* (7) De *hoc Consulatu* repetenda sunt iterum, quæ tradit *Suetonius* Cap. XXVI: *Sequentes* (Consulatus) *usque ad undecimum continuavit.* — — *Quinque medios Consulatus à sexto ad undecimum annuos gessit.* Eodem suo Consulatu, *Salassi*, *Cantabri* & *Astures* insurgentes à *Legatis Cæsaris* fuere subacti, paceque parta, *Janus denuo clausus*, ob easque victorias *Augusto* iterum *triumphus* Romæ decretus. Hunc verò cum recusasset, *Imperatoris* nomine sumpto, decretum fuit à Patribus, ut Kalendis Januariis *corona & veste uteretur triumphali*, *trophæo* iterum etiam ipsi in Alpium jugis erecto. Ita enim *Dio* Lib. LIII. p. 513. δὲ ἐν ταῦτα ὁ Αὔγουστος (ἤδη γὰρ ἔννατον μετὰ Μάρκου Σιλάνου ὑπάτευεν) ἐπὶ μὲν τοὺς Σαλάσσους Τερέντιον Οὐάῤῥωνα ἔπεμψε. *Igitur Augustus, qui tum NONUM CONSULATUM M. Silano, Collega, gerebat, adversum Salassos Terentium Varronem misit, (ipse bellum contra Cantabros & Astures gerendum suscepit) Agri eorum pars optima cohortibus prætorianis data, conditam deinde Urbem cui Augustæ Prætorianorum nomen inditum, habuit. — — Augustus emeritos milites exauctoravit, urbemque eos in Lusitania, Augustam Emeritam nomine, condere jussit, — — M. Vinicius Germanos quosdam ultus — ipse quoque nomen Imperatoris (VIII.) Augusto concessit; triumphique ei propter hanc, aliasque res tùm gestas, decreti sunt; quos cum recusasset, arcus triumphalis in Alpibus ei positus est, dataque potestas Kalendis Januarii singulis coronæ & vestis triumphalis gestandæ. Augustus, bellis ad hunc modum confectis, Jani templum, quod propter hæc bella fuerat reseratum, clausit.* Suppeditat hoc Caput *H. Goltzius in Augusto* Tab. XIII. N. 148. & in *Fastis* p. 205.

NUM. 178.

AUGUSTUS COnSul $\overline{XI}$. (undecimum) Caput Augusti nudum, lævam versus.

Augusti cognomen, quod in *Consulatu suo* $\overline{VII}$. delatum accepit, supra N. 68. jam vidimus; Super est *Consulatus* $\overline{XI}$. excutiendus. De hoc audiamus ante omnes *Suetonium* rursus Cap. XXVI: *Sequen-*

(7) Teste *Dione*, *Tabulis Græcis*, & *Mariano Cassiodorus* falso rursus *Cæsarem Octavum Consulem h. a.* vocat.

Sequentes (Consulatus) *usque ad UNDECIMUM ANNUOS gessit.* Idem & inculcat *Vellejus Paterculus* L. II. c. 89. §. 5. *CONSULATUS tantummodo usque ad UNDECIMUM, QUEM CONTINUARET CAESAR, cum sæpe obnitens repugnasset, impetrari potuit.* Ad *undecimum*, quod notes, scribit *Suetonius*, ut adeo *illum non includat* & *annuum* prodat; quod & verum: nam non *annuum* eundem gessisse docet *Tabulæ Collotianæ fragmentum* apud *Pighium* T. III. Annal. p. 458: SUF. L. SESTIUS P. F. *Dioque* testatur, *se Consulatu abdicasse* Lib. LIII. p. 518: Διατάξας δὲ ταῦτα ὡς ἕκαστα, ἀπεῖπε τὴν ὑπατείαν ἐς Ἀλβανὸν ἐλθών. *His singulis ordinatis in Albanum exiit, ac Consulatu sese abdicavit.* Pergit: *Quoniam enim ipse jam inde à compositione Reipublicæ ac nonnulli alii toto anno Consulatum gesserant: inhibere eum morem cupiens, ut ad plures Consulatus perveniret, extra urbem Magistratu abiit, ne impediretur. Laudatum hoc est ejus factum, idque etiam, quod in suum locum subrogavit L. Sestium.* Obtigit vero hic ipse Consulatus ipsi Anno $\left(\frac{730}{31}\right)$, Collegam nactus *A. Terentium*, A. F. *Varronem Murenam* (8) qui ante biennium Salassos subegerat, eoque mortuo *Cn. Calpurnium Pisonem*, (9) *quo* ipso simul *anno vigesimus* fuit absolutus, à primo Consulatus Augusti anno, *quintusque* ab eo, quo *orbis imperium acceperat in decennium*, eoque ipso etiam *Tribunicia potestas* & *proconsulare imperium* ipsi fuit collatum, & quidem *perpetuum*, tam in Urbe, *quam extra Urbem, ne eam ingrediens deponere, vel egrediens denuò resumere necesse haberet, & ut in provinciis plus posset, quam earum Præfecti, utque in Senatu, quotiescunque & quibuscunque de rebus vellet, etiam si Consul non esset, referre posset*, hoc clare referente *Dione* Libro LIII. p. 518. 519. Hoc anno & graviter *decubuit Augustus*, *Antonii Musæ* ope sanitati restitutus, amisitque *M. Marcellum*, sororis filium, splendide in *Campo Martio* postea sepultum; controversiasque inter *Tiridatem* & *Phraatem*, Reges, composuit, attestante hoc rursus *Dione* Libro LIII. p. 517: Ὁ δ᾽ Αὔγουστος, ἑνδέκατον, μετὰ Καλπουρνίου Πείσωνος ἄρξας, ἠῤῥώστησεν αὖθις. *Augustus XI. Consul cum Calpurnio Pisone adeo gravi morbo decubuit, ut nulla salutis spes adesset &c.*

Num. 179.

AUGUSTUS Consul XI. (undecimum) Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Consule, quæ ad præcedentem Numerum fuere dicta, cum per omnia cum isto conveniat; nisi quod *laurea Caput* heic redimitum conspiciatur, ibi *nudum*. Sistit & hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIII. N. 149. & in *Fastis Roman.* p. 205.

(8) Testibus *Fragmentis Capitolinis*: oportet ergò *Pisonem Murenæ* vel in *Magistratu ipso*, vel, antequam illum iniret, *mortuo suffectum fuisse*.

Num. 180.

CAESARI AUGUSTO DIVI Filio COnSuli XI. (undecimum) TRIBunicia POTestate Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum, lævam versus.

N. 178. & 179. *Consulem XI.* jam vidimus Augustum. Hoc verò observatione dignum est, illum quamvis *Tribunicia Potestas*, *se* V. & *Sexto Apulejo*, Coss. A. V. C. $\left(\frac{724}{25}\right)$ postquam *Antonium* devicisset, decreta *ipsi* fuerit, eandem tamen, non nisi *se XI.* & *Cn. Calpurnio*, Coss. A. V. C. $\left(\frac{730}{31}\right)$ recepisse. Prioris asserti autorem laudamus *Dionem* Lib. LI. p. 457: Καὶ τὸν Καίσαρα τήν τε ἐξουσίαν τὴν τῶν δημάρχων διὰ βίου ἔχειν, καὶ τοῖς ἐπιβοωμένοις αὐτὸν, καὶ ἐντὸς τοῦ πωμηρίου, καὶ ἔξω, μέχρι ὀγδόου, ἡμισταδίου ἀμύνειν, (ὃ μηδενὶ τῶν δημαρχούντων ἐξῆν) *ut Cæsar per omnem vitam TRIBUNICIAM POTESTATEM haberet: eique qui ipsum implorassent intra pomœrium ac extra, usque ad octo stadia cum dimidio, auxilium ferre posset, quod nemini quidem Tribuno Plebis licebat.* Videatur *Pighius* Annal. III. p. 503. Causam affectatæ *hujus potestatis* nobis nec reticet *Dio* Libro XLV. p. 272: Ἐπεχείρησε μὲν δημαρχῆσαι, πρός τε τὴν τῆς δημαγωγίας ἀφορμὴν, καὶ πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς ἐξ αὐτῆς δυναστείας. *Tribunatum plebis affectavit, ut & populum demulcendi, & tribunicia potestate utendi facultatem haberet.* Causamque *denegationis* ab initio exponit *Appianus* de B. C. LIII. p. 546: *Defuncto deinde uno ex Tribunorum plebis Collegio, Comitiis tribuniciis Cæsar Flaminio favebat: plebs vero IPSUM RATA EJUS HONORIS CUPIDUM, quamvis propter immaturam ætatem non profiteretur nomen inter candidatos, volebat CÆSAREM TRIBUNUM declarare suis suffragiis. Senatus verò invidebat ei hanc honoris accessionem, timens, ne potestatem adeptus, inimicos cædis paternæ reos citaret in judicium populi.* Eodem vero anno $\left(\frac{730}{31}\right)$ quo *Consulatum XI.* iniit; & *Tribuniciam* potestatem, ut inviolabilis esset, perpetuam, & quamdiu viveret, *accepisse*, (die V. nempe Kal. Julii, Dictatura repudiata) *Augustum*, hocce non solum inculcant *Autores*, & in his *Dio* Lib. LIII. p. 518: Καὶ διὰ ταῦτα ἡ γερουσία δημαρχεῖν τε αὐτὸν διὰ βίου εἶναι ἐψηφίσαντο. *Ea propter Senatus Augusto hos honores decrevit, ut TRIBUNUS PLEBIS PERPETUUS esset: ut quoties Senatus haberetur, etiamsi Consulatum non gereret, de quibuscunque rebus, quidquid vellet, sancire posset*; itemque *Suetonius* C. XXVII: *TRIBUNICIAM POTESTATEM PERPETUAM RECEPIT: in qua semel atque iterum per singula lustra Collegam sibi cooptavit*: sed *nummus* etiam noster disertè loquitur. *Inde exortum est*, inquit *Dio* Lib. LIII. p. 519. *ut Augustus, & qui eum sequuti sunt Imperatores, quasi consuetudinis & dicis causa, cùm aliis, tùm tribunicia potestate uterentur*; Ἀφ᾽ οὗ δὴ καὶ ἐκεῖνος, καὶ οἱ μετ᾽ αὐτὸν αὐτοκράτορες ἐν νόμῳ δή τινι τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῇ δημαρχικῇ ἐχρήσαντο. Pergit: *Nam Tribuni plebis nomen neque Augustus, neque ullus alius Imperator gessit.* (10) Hanc

(9) *Dio*, *Tabulæ Græcæ* ad h. a. *Marianus*, *Pighius* Annal. III. p. 513.

(10) Sed Tribunitiam potestatem gessisse, propter num-

Hanc autem *Senatus* obtulerat dignitatem eximiam, ut *Regis*, aut *Dictatoris*, eo facilius deponeret, docente hoc totidem verbis *Appiano* Lib. V̄. de B. C. p. 747 : ἐφ᾽ οἷς αὐτὸν εὐφημοῦντες εἵλοντο δήμαρχον ἐς ἀεὶ, διηνεκεῖ ἄρα ἀρχῇ προτρέποντες τῆς προτέρας ἀποστῆναι. *Quapropter faustis exceptus acclamationibus, tribuniciam potestatem accepit in perpetuum, ceu invitatus hoc honore ad priorem deponendum*; Affirmante idem & *Tacito* Lib. III. Annal. C. 56. 2 : *Id summi fastigii* (Tribuniciæ Potestatis) *vocabulum Augustus repperit, ne Regis aut Dictatoris nomen adsumeret, ac tamen apellatione aliqua cætera imperia præmineret.* Ubi obiter monendus es *Lector*, quod quando *Tacitus* heic dicat, *id summi fastigii vocabulum*, (sive hanc dignitatem) *Augustum repperisse*, & contrarium plane apud *Dionem* Libro XLII. p. 194. legamus : *Quippe hoc etiam accepit Julius Cæsar, ut Dictator non ad semestre tantum spatium, sed in integrum annum diceretur* : τήν τε ἐξουσίαν τῶν δημάρχων διὰ βίου, ὡς εἰπεῖν, προσέθετο. *Ad hæc TRIBUNICIAM POTESTATEM per omnem vitam suam haberet*; hos Autores ita esse conciliandos, *Julium Cæsarem* hoc *titulo* quamvis *oblato*, *publice non usum* fuisse, sed *Augustum* ejus *usum primum* in *publicis monumentis*, testibus *nummis* nostris, invexisse, adeoque ipsi *eandem primùm* tribui à *Tacito*. Ac Lib. I. An. c. 2. 2. idem *Tacitus* inquit: *Posito TRIUMVIRI nomine, CONSULEM se ferens, & ad tuendam plebem TRIBUNICIO JURE contentum.* Produnt & hoc *Fasti Consulares* ad annum DCCXXX. & Consulatum XI. apud *H. Goltzium* in *Fastis Rom.* p. 206. & apud *Joh. G. Grævium* Tom. XI. *Antiquit Roman.* p. 211. & *Gutherium* de Offic. Dom. Aug. I. 39: IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS DICTATOR PERPETUUS APPELLATUS EST ABDICAVIT TRIB. POT. ACCEPTA EX A. D. V̄. KAL. JULI. IMPER. CAESAR DIVI F. AUG. PONT. TRIB. POT. II̅. COS. X̅I̅. P. P. IMP. V̅I̅I̅I̅. Ab hoc *Consulatu* verò X̅I̅. & anno (730/31) post diem 14. Junii continuavit Tribuniciam potestatem usque ad mortem per annos X̅X̅X̅V̅I̅I̅, uti *Tacitus* vult, aut X̅X̅X̅V̅I̅. ut *Fragmenta Capitolina* habent. *Dictaturam* vero *perpetuam*, uti supra audivimus, & *Suetonius* Cap. LII. refert, *magna vi offerente populo, pertinaciter recusavit, dejecta ab humeris toga* (vel, ut *Dio* habet, *veste discissa*) *nudo pectore, genu nixus* deprecatus est, quoniam *Tribunicia potestas* in perpetuum suscepta cum *Proconsulari imperio Dictatoris* honorem & dignitatem longè antecelleret, veram hujus consilii ἐπίκλησιν prodente *Dione* Libro LIV. p. 521 : Τήν τε γὰρ ἐξουσίαν καὶ τὴν τιμὴν καὶ ὑπὲρ τοὺς δικτάτωρας ἔχων, ὀρθῶς, τό, τε ἐπίφθονον καὶ τὸ μισητὸν τῆς ἐπικλήσεως αὐτῶν ἐφυλάξατο. *Recte declinavit invidiam & odium hujus, quam offerebant, appellationis: quippe qui & honorem & potestatem dictatoria majorem jam haberet.* Licetque *Vellejus* pariter Lib. II. c. 89. affirmet : *Nam Dictaturam, quam pertinaciter ei deferebat Populus, tam constanter repulit.* Ex quo fortassis & superiori loco liceret colligere, plane *eandem* illum non accepisse, ex *Fastis* tamen *Capitolinis*, jam modò allatis, & *Flori* IV. 12. 66. verbis : *Ob hæc tot facta ingentia, DICTATOR PERPETUUS & Pater Patriæ dictus est*, jam patet, *Dictatorem perpetuum* à populo quoque ipsum fuisse appellatum, licet *hujus tituli usum* aut non *recepè rit*, aut, quod magis, *probabile* videtur, *eandem dignitatem* statim *abdicaverit*, & deprecatus fuerit. Nempe ita (*tribunicia* gaudens *potestate*) *sacro-sanctus* erat, uti jam diximus, & *inviolabilis*. Sacrosanctum enim dicitur, *quod, jure jurando interposito, est institutum, si quis id violasset, ut morte pœnas penderet, cujus generis sunt TRIBUNI PLEBIS*, secundum *Festum*; quod *Appianus Alexandrinus* ita effert de B. C. Lib. I. p. 370 : Ὅπως ἡ ἡ τῶν δημάρχων ἐς τε κώλυσιν ἁμαρτημάτων, καὶ ἐπικούρησιν τῶν δημοτῶν γενομένη, ἱερὰ καὶ ἄσυλος ἔσοι. *Quando sacrosancta potestas tribunicia cohibendis sceleribus & protegendis plebejis inventa*; Et *Dio* Libro LIII. p. 508. paulo clarius exponit : *At Tribunicia Potestas*, inquiens, *quam præclarissimus quisque Imperator olim habuit, efficit, ut intercedere iis, quæ ab aliis contra ipsorum sententiam moventur, possint; ac inviolabiles sint, ita ut si vel minimo, non dicam facto, sed verbo se ab aliquo læsos existiment, eum, indicta causa, tanquam qui se piaculo obstrinxerit, necare queant. Gerere quidem tribunatum plebis nefas ducunt Imperatores, cum utique ipsi patricii sint : Omnem vero Tribuniciam potestatem, quanta unquam maxima fuit, accipiunt : & juxta eandem Imperii quoque sui numerant annos; quasi si quotannis & ipsi cum tribunis plebis eam acciperent. Hæc igitur singula, prout olim in usu fuerunt, ita ex reipublicæ popularis statu Imperatores per illa ipsa nomina sibi sumunt, ut nihil sibi à subditis non datum habere videantur.* Sed, ut ad *Caput* nostrum redeamus, ex eo palam fit, ab *hujus anni parte omnino Tribuniciæ potestatis Augusti* initium cœpisse, & non sequenti, quorsum video alios velle inclinare, (11) inque hunc finem, & ut *testatior hujus rei sit memoria, Senatum Populum Que Romanum* hoc *publicum* exstare voluisse *monumentum*. Suppeditat quoque hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIII. N. 150.

Num. 181.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICIA POTESTATE. Caput Augusti nudum lævam versus.

Quanti æstimaverit hanc tot artibus impetratam, magnam illam eximiamque *Tribuniciæ Potestatis* dignitatem *Augustus*, non solum ex hoc sed ex multis subsequentibus colligi in proclivi est capitibus, de qua, Numero præcedenti, pluribus jam egimus, sicuti de *Cæsaris* N. 4. *Augustique* compellationibus. N. 68. Ut tamen ii, qui *Orthographiæ* student, ex nostra perigraphe discere habeant, *penultimam* in voce *Tribunicia* non per T exprimi debere, sed per C, exemplo scripturæ publicæ *ævi Augusti*, adeoque *aurei*; quod tamen secus à multis (12) video fuisse factum, fierique in dies. Suggerit & hoc Caput nobis *H. Goltzius* Tab. XIII. N. 151. in *Augusto* & in *Fastis* Romanorum ipsius p. 224.

Num.

mos, docent Eutropius in Hist. Roman. p. 97 : *Tribuniciam potestatem per se exercuit.*

(11) *Pighius* Lib. III. Ann. p. 514 : *Ut anno insequenti* (731.) *primum eam incepisse videatur, cum Dictaturam pertinaciter recusasset.*

(12) *Joh. Leonclavium* in versione *Dionis Cassii*.

NUM. 182.

CAESAR AUGUSTUS Tribunicia POTeſtate. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.

Repete, quæ Num. præcedenti 181. jam adlata ſunt, quoniam *epigraphe* cum *illa* coincidit, diſcrepatque re nulla alia, niſi quod heic *laureatum* compareat Caput, in antecedenti vero & ſequenti *nudum*. Conſpicitur hoc Caput etiam apud *H. Goltzium* in *Auguſto* Tab. XIII. N. 152. & in *Faſtis* Roman. ipſius p. 222.

NUM. 183.

AUGUSTUS TRibunicia POTeſtate. Caput Auguſti nudum, lævam verſus.

Numero præcedenti 181. omnia jam attigimus, quæ huc facere modo poſſunt. Monemus ſaltem, occurrere hoc quoque Caput apud *H. Goltzium* in *Auguſt* Tab. XIII. N. 153. & in ejus *Faſtis* Romanorum p. 206.

NUM. 184.

IMPerator CAESar AUGuſtus Tribunicia POTeſtate PONTifex MAXimus. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.

De voce *Imperatoris* N. 12. & 24; *Cæſaris* N. 4; *Auguſti* N. 68. *Tribunicia Poteſtate* N. 168; *Pontificis Maximi* N. 140. actum jam fuiſſe, meminimus.

NUM. 185.

IMPerator CAESar AUGuſtus TRibunicia POTeſtate PONtifex MAXimus. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.

Idem Caput, *eadem inſcriptio* (niſi quod heic PON. ibi PONT. legatur) uti præcedente Num. 184. quo ergo B. L. ablegamus.

NUM. 186.

ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΑΡΧΙΕΡΕΙ. (*CAESARI AUGUSTO PONTIFICI.*) *Caput Auguſti nudum, lævam verſus.*

De voce *Cæſaris* N. 4; *Auguſti* N. 68; *Pontificis* N. 17. & *Pontificis Maximi* N. 140. jam à nobis actum fuiſſe, meminimus.

NUM. 187.

CAESAR PONTifex MAXimus. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.

De voce *Cæſaris* conſule ſupra N. 4; *Pontificis Maximi* N. 140; de *Laurea* N. 67. Siſtit præterea hoc Caput *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XIV. N. 167. & in *Faſtis* Roman. p. 213.

NUM. 188.

IMPerator CAESar AUGuſtus TRibunicia POTeſtate PONtifex MAXimus Pater Patriæ. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.

De voce *Imperatoris* N. 12. & 24; *Cæſaris* N. 4; *Auguſti* N. 68; *Tribuniciæ poteſtatis* titulo N. 180. & 181; *Pontificis Maximi* N. 140; *Patris Patriæ* N. 61. conſulendi erunt.

NUM. 189.

AUGUSTUS TRibunicia POTeſtate CAESAR. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.

Uti ſupra ſæpius *Auguſti* & *Cæſaris*, aut, vice verſa, *Cæſaris Auguſti* communiter *conjuncta* contemplati ſumus vocabula; ita & heic *disjuncta*, interjecta *Tribuniciæ poteſtatis* dignitate, veluti peculiare quid, intuemur, quaſi hanc ejusdem gradus cum illis exiſtimet.

NUM. 190.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICia POTESTate. Caput Auguſti laureatum lævam verſus.

Nihil novi in hoc Capite occurrit, quod non antea N. 4. 68. 180. & 181. jam viderimus, & confirmamur eo magis in eo, de quo jam ſupra N. 181. diſſeruimus. Exhibet & illud *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XIII. N. 156. & in *Faſtis* Romanor. p. 230.

NUM. 191.

CAESAR AUGUSTus PONTifex MAXimus TRIBUNICia POTESTate. Caput Auguſti nudum, lævam verſus.

Omnia rurſus ſupra N. 4. 68. 140. 180. & 181. fuere jam excuſſa. Addimus ſaltem, quod hoc Caput quoque exhibeat *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XV. N. 170.

NUM.

NUM. 192.

CAESAR AUGUSTus PONtifex MAXimus TRIBUNICia POTestate. Caput Augusti, lævam versus, corona laurea, quam imponere ipsi dextera videtur Victoria à tergo, insigne, palmæ ramum sinistra tenens.

Si evolvas, quæ ad N. 4. 68. 140. & inprimis N. 180. 181. jam diximus, omnia erunt plana. Uti vero supra jam *nonnulla tum antè, tum pone Caput*, licuit advertere; ita *Victoriam* heic attendas velim, quæ in *victoriis divitis Augusti* nummis alias non est infrequens. Suppeditat quoque hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XV. N. 169.

NUM. 193.

CAESAR AUGUSTus PONTifex MAXimus TRIBUNICia POTestate. Caput Augusti, dexteram versus, cinctum corona laurea, quam Victoria à tergo ipsi videtur dextera imponere, læva tenens palmæ ramum.

Idem cum sit *typus*, *eadem inscriptio*, cum præcedente, nisi quod Caput heic *dextrorsum* respiciat, heicque PONT. illic PON. legatur, ad præced. Num. B. L. ablegamus; monentes saltem, quod idem Caput & sistat *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XV. N. 171.

NUM. 194.

AUGUSTUS DIVI Filius COnSul IX. (nonum) IMPerator VIII. (octavum.) Caput Augusti laureatum, lævam versus.

De *Augusti* voce N. 68; *Divi filii* elogio N. 4. jam supra disseruimus, & uti supra Tab. I. frequentissime communiterque *CAESAR DIVI Filius* audit; ita heic *AUGUSTUS DIVI Filius* appellatur. Restat *Consulis IX. & Imperatoris VIII.* compellatio. Primum, quod attinet, *nonum* nempe *Augusti Consulatum*, ille ipsi contigit A. V. C. $\left(\frac{728}{29}\right)$ *M. Junium Silanum* Collegam nacto, (13) teste *Dione* Libro LIII. p. 513: δὲ ἐν τούτῳ ὁ Αὔγουστος (ἤδη γὰρ ἔνατον μετὰ Μάρκου Σιλανοῦ ὑπάτευεν) ἐπὶ μὲν τοὺς Σαλάσσους Τερέντιον Οὐάρρωνα ἔπεμψε. *Igitur Augustus, qui tum NONUM CONSULATUM, SILANO COLLEGA, GEREBAT, adversum Salassos Terentium Varronem misit.* Fuit vero Consulatus, quem annuum continuavit, teste *Suetonio* Cap. XXVI: *Sequentes* (Consulatus à tertio) *usque ad undecimum continuavit. —— —— Quinque medios Consulatus à sexto ad undecimum annuos gessit.* Dehinc nec illum *Romæ*, sed, uti octavum, *Tarracone* iniit, referente eodem *Autore* ibidem: *Octavum & nonum Tarracone iniit.* Describit vero Tarraconem *Strabo* Lib. III. ita: Μεταξὺ τῶν τοῦ Ἴβηρος ἐκτροπῶν, καὶ τῶν ἄκρων τῆς Πυρήνης πρώτη ἐστὶ πόλις, ἀλίμενος μὲν, ἐν κόλπῳ δὲ ἱδρυμένη, καὶ ἔστιν ὥσπερ μητρόπολις οὐ τῆς ἐντὸς Ἴβηρος μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκτὸς τῆς πολλῆς. *Inter Iberi ostia & Pyrennes extrema prima Urbs est portu quidem carens, sed in sinu condita, estque metropolis non tantum intra Iberum sitæ Hispaniæ, sed magnæ partis ejus, quæ extra est. Plinius* H. N. Lib. III. C. 3. inquit: *Colonia Tarraco, Scipionum opus, sicut Carthago Pœnorum.* Quod & *Solinus* c. 23. & *Martianus* Lib. VI. confirmant. Hodie *Tarragona*, parum corrupto nomine veteri, vocatur, in ora *Cataloniæ* sita, docentibus *Pinedo ad Stephanum* & *Merula* Cosm. II. 2. 20. Quod vero alterum, *Imperatoris III.* compellationem attinet, *eandem* quoque hoc anno accepit, devictis *Salassis*, *Cantabris*, *Asturibus*, & inprimis; per *Vinicium*, *Germanis*, sive *Celtis*, qui ex parte rebelles, Romanos negotiatores crudeliter vexatos occiderant. Nempe *Romæ* ipsi, ob has victorias, *Triumphus* erat decretus, illum tamen recusaverat, ac *Imperatoris VIII.* nomen sumpsit. Interim tamen & hoc decernunt Patres, ut *Kalendis Januarii corona & veste* uteretur *triumphali*, *Trophæo* ipsi etiam in Alpium jugis erecto. Ita enim *Dio* Libro LIII. p. 514: *Fere hoc ipso tempore M. Vinicius Germanos quosdam ultus, qui homines Romanos, ipsorum regionem commercii gratia ingressos, obtruncaverant*, τὸ ὄνομα καὶ αὐτὸς τὸ τοῦ αὐτοκράτορος τῷ Αὐγούστῳ ἔδωκε. *Ipse quoque NOMEN IMPERATORIS AUGUSTO PARAVIT; triumphique ei propter hanc, aliasque res tùm gestas, decreti sunt: quos cum recusasset, arcus triumphalis in Alpibus ei positus est, dataque potestas, Kalendis Januarii singulis coronæ & vestis triumphalis gestandæ. Augustus, bellis ad hunc modum confectis, Jani templum, quod propter hæc bella fuerat reseratum, clausit.* Exhibet hoc Caput *H. Goltzius* Tab. XIII. N. 147.

NUM. 195.

AUGUSTO DIVI Filio COnSuli XI. (undecimum) TRibunicia POTestate II. (secundum) Imperatori VIII. (octavum) Caput Augusti nudum, lævam versus.

Repete, quæ de hujus Inscriptionis vocibus N. 4. 68. 178. 180. 181. 194. jam diximus, & lucem suam habebunt. Hoc notes in Consulatu suo undecimo Tribuniciæ potestatis annos septendecim continuasse, uti ex Fastis apparet. Et Suetonii Cap. XXVI: *Sequentes Consulatus usque ad UNDECIMUM continuavit; MULTISque mox, cum deferrentur, RECUSATIS, DUODECIMUM MAGNO, id est, SEPTENDECIM ANNORUM INTERVALLO —— —— petiit.* Ut adeo Tribunicia Potestas II. in Annum N. V. $\left(\frac{731}{32}\right)$ incidat, & in Consules *M. Claudium Marcellum Æserninum* II. & *L. Arruntium* (14) juxta Fastos *Goltzianos* p. 206.

EX

(13) Sic eosdem præferunt *Dio, Tabulæ Græcæ, Marianus.* Cassiodorus pro more eum Consulem hoc Anno VIII. vocat.

(14) Ita ad hunc annum referuntur à Dione in fragmento Collotiano, Mariano. Æsernini ac Aruntii Oratorum meminit Tacitus Lib. XI. Confer Pigh. Ann. Tom. III. p. 515.

EX A. D. V̄. KAL. JULI.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONTIF. TRIBUNICIA POTESTATE II.
COS. XI. P. P. IMP. VIII.

Hoc anno præterea Auguſtus legem de ſuffragiis contra eos, qui judicia ſubterfugerent, dedit. Cyprum & Narbonenſem Galliam, pacatas Povincias populo reddidit & Proconſulares. Templum Jovis Tonantis in Capitolio exſtruxit & dedicavit, de quo legendi Dio Lib. LIV. Suetonius & Vellejus. Cenſuram perpetuam, quam populus obtrudebat, recuſavit, creatis Cenſoribus ex privatis *Paulo Æmilio Lepido* & *L. Munatio Planco*. Dabit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XIV. N. 157. & in *Faſtis Roman.* p. 206.

NUM. 196.

CAESAR AUGUSTUS TRIBunicia POTESTate III. (tertia) Pater Patriæ. Caput Auguſti nudum, lævam verſus.

Ad Inſcriptionis explicationem facient, quæ jam ad N. 4. 68. 180. 181. 195 attulimus. Tribunicia Poteſtas III. quando inſculpta nummo legitur, indicat ejusdem nativitatem in A. V. N. ($\frac{732}{33}$) cadere, [15] & in Conſules *Q. Æmilium Lepidum*, & *M. Lollium*, conſentientibus pariter *Faſtis Goltzianis* p. 207.

EX A. D. V̄. KAL. JUL.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONTIF. TRIBUNICIA POTESTATE. III.
COS. XI. P. P. IMP. VIII.

Hoc anno Auguſtus in Siciliam profectus, ut eam atque omnes alias ad Syriam usque provincias ordinaret, M. Agrippam ex Aſia revocatum, urbi Romæ præfecit, & ex Mœcenatis conſilio generum ſibi adſcivit, data ei Julia, M. Marcelli vidua, in uxorem. Ipſe vero rebus in Sicilia & Græcia compoſitis, in Samo hibernavit. Cæterum dabit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XIV. N. 158. & in *Faſtis Roman.* p. 207.

NUM. 197.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS TRIBunicia POTeſtate IIII. (quarta) Caput Auguſti nudum, dexteram verſus.

De voce Imperatoris Numerus 12. 24; Cæſaris Divi Filii Imperatoris N. 4; Auguſti N. 68. Tribuniciæ Poteſtatis N. 180. 181. adeundi Tibi erunt. Cæterum Tribunicia poteſtas, quæ cum annis regiminis creſcit, & heic quarta legitur, referenda eſt ad A. V. C. ($\frac{733}{34}$) quo ipſo Conſules legimus M. Appulejum & P. Silium Nervam, [16] & Auguſtus aquilas & ſigna Craſſiana à Parthis recepit juxta *Faſtos Goltzianos* p. 207:

PAX CUM PARTHEIS
SIGNIS RECEPTIS
EX A. D. V̄. KAL. JULI.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONTIF. TRIBUNICIA POTESTATE IIII.
COS. XI. P. P. IMP. VIII.

Præterea & hoc anno Auguſtus Aſiam & Bithyniam Provincias ordinavit, Cyzicenis libertatem ademit, ex eo quod Romanos cives virgis cæſos occidiſſent, cum Indis amicitiam firmavit, & Phraati Parthorum Regi pacem dedit, viarum curam ſuſcepit & miliarium aureum Romæ condidit, viisque muniendis Prætorios viros præfecit; Julia, Agrippæ Conjux, Cajum Cæſarem peperit. Siſtit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XIV. N. 159. & in *Faſtis Rom.* p. 207.

NUM. 198.

IMPerator IX. (nonum) TRibunicia POteſtate V. (quinta) Caput Auguſti nudum, lævam verſus.

De voce *Imperatoris* ſupra N. 12. & 24; itemque *Tribuniciæ Poteſtatis* N. 180. 181. jam egimus. Heic vero *Imperator nonum* occurrit, quæ appellatio cum conjuncta legatur cum *Tribunicia Poteſtate V.* in A. C. V. ($\frac{734}{35}$) incidere eam novimus, Conſulibus *Q. Lucretio Veſpillone*, & *Cajo Sentio Saturnino*, [17] juxta *Faſtos Goltzianos* pag. 208.

EX A. D. V̄. KAL. JULI.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONTIF. TRIBUNICIA POTESTATE V̄.
COS. XI. P. P. IMP. IX.

Imperator forte dictus, quod ipſi ex *Syria* & *provinciis Romam redeunti*, ob ejus adventum *& ea, quæ abſens geſſiſſet*, multa in ejus *honorem decreta fuerint*, & inter alia *currus cum aurea corona*, quo tamen vehi non voluit, ſed nocte Urbem invectus eſt. Poſtridie *Tiberium* inter *Prætorios* allegit, & *Druſo*, ut *quinquennio ante legitimum tempus Magiſtratus capeſſere poſſet*, *conceſſit*. Ipſique Auguſto *præfectura morum* cum *Cenſoria poteſtate* à *populo oblata eſt*, quam in *quinquennium* quoque accepit. Teſtantur id *Faſti* apud *Goltzium* p. 209:

IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
MORUM LEGUMQ. REGIMEN ITER.
IN QUINQUENN. ACCEPIT.

Conſu-

(15) Ita habent Tabulæ Græcæ; Collotianum fragmentum *Horatius* Lib. I. Epiſt. XX. 28.

Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Confer *Pigh.* Annal. T. III. p. 516.

(16) *Dio*, Tabula Collotiana, Tabulæ Græcæ, Caſſiodorus, Marianus.

(17) *Tabulæ Græcæ*, *Honorius Auguſtodunenſis*, *Caſſiodorus*, *Tabulæ Collotianæ* & *Dio* imprimis. Confer *Pighium* in Annal. T. III. p. 417.

Consularem præterea ut potestatem, quam diu viveret, haberet; sella curuli medius inter Consules sederet & XII. fasces illi semper præferrentur, decretum fuit, verba sunt *Dionis* Libro LIV. p. 527. & *Suetonii*. Sistit & hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIV. N. 160. uti in *Fastis Roman.* p. 208.

Num. 199.

IMPeratori CAESARI AUGusto COnSuli XI. (undecimum) TRIbunicia POTestate VI. (sexta) Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum, lævam versus.

De voce Imperatoris vide N. 12. 24; Cæsaris N. 4; Augusti N. 68; Consulis XI. N. 178. Tribuniciæ Potestatis N. 180. 181. Incidit verò Tribunicia Potestas VI. quæ sub Capite nostro legitur, in annum $\left(\frac{735}{36}\right)$ Consules agentibus *P. Cornelio Lentulo Marcellino & Cn. Cornelio Lentulo* (18) quo Augustus Imperii defensionem in quinquennium sibi prorogavit, à quo quinquennio Augusti, Imperatorum quinquennalia originem ducunt, assentiente Pagi in Dissertatione Hypatica, Cæsares in iisdem fuere nuncupati & Augusti, Urbes exstructæ & dedicatæ. Completo nunc decennio, quo provinciarum administrationem cum exercitibus susceperat, hinc publicum hujus rei & gratitudinis documentum S. P. Q. R. exstare voluit hoc nummo Augustus, quod in proximè præcedentibus annis non observare licet, M. Agrippam sibi Collegam in Tribunicia potestate adsciverat, testibus *Dione*, *Vellejo* & *Tacito* Lib. III. Annal. Et in primis *Fastis* apud *Goltzium* p. 209:

M. VIPSANIUS L. F. AGRIPPA
TRIBUNICIAM POTESTATEM
AB IMP. CAESARE DIVI F. AUGUSTO
IN QUINQUENNIUM ACCEPIT.

Dabit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIV. N. 161. & in *Fastis Roman.* p. 209.

Num. 200.

AUGUSTUS TRibunicia POTestate VII. (septima) Caput Augusti laureatum, lævam versus.

De Augusti cognomine N. 68. & de Tribunicia Potestate N. 180. 181. jam dictum est. Septima vero incidit in annum $\left(\frac{736}{37}\right)$ & in Consules C. Furnium C. F. qui prius an. $\left(\frac{724}{25}\right)$ Consul fuit, recte observante *H. Goltzio* ad *Fastos* p. 287.) & C. Junium Silanum (19) quo anno Ludi sæculares quintum facti juxta Capitolinos Fastos:

LUDI SAECULARES
QUINCTI
EX S. C. FACTI.

M. Agrippæ ex Julia alter filius natus est, L. Cæsar appellatus, statim cum fratre C. Cæsare adoptatus.

Num. 201.

AUGUSTUS TRibunicia POTestate VII. (septima) Caput Augusti nudum, lævam versus.

Eadem præcedenti Numero inscriptio, idem Caput, nisi quod illud laurea cingat, hoc nudum compareat. Cæterum invenimus illud quoque apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. XIV. N. 162. & in *Fastis Roman.* p. 210.

Num. 202.

IMPerator CAESAR AUGUStus TRibunicia POTestate VIII. (octava) Caput Augusti nudum, lævam versus.

Vellem consulas de inscriptionis vocibus N. 4. 12. 24. 68. 180. 181. Obtigit vero ipsi Tribunicia Potestas VIII. A. V. C. $\left(\frac{737}{38}\right)$ Consulibus *L. Domitio Ahenobarbo & P. Cornelio Scipione* (20) quo ipso Augustus, prius quam in Galliam abiret, Templum Quirini renovatum dedicavit, Ludi quinquennales ex S. C. a M. Agrippa XV. Viro ob felix Augusti Imperium editi ludique pro ejus reditu fuerunt voti.

Num. 203.

CAESARI AUGUSTO TRIBUNicia POTestate VIII. (octava) IMPerator IX. (nonum) Caput Augusti nudum, lævam versus.

De voce Cæsaris repetenda sunt, quæ supra N. 4. diximus, de Augusti item N. 68. Tribuniciæ Potestatis dignitate N. 180. 181. actum est. In præsentis Nummi Capite Tribunicia Potestas VIII. cum Imperatoris IX. titulo conjungitur, ad fidem prorsus *Fastorum*, quos vide apud *Goltzium* p. 210.

EX A. D. V. KAL. JULI
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONTIF. TRIBUNIC. POTEST. VIII.
COS. XI. P. P. IMP. IX.

Imperator IX. declaratus forte, quod P. Silius Nerva Legatus Procos. Camunos & Vennonetes, Alpinas

(18) *Dio*, *Cassiodorus*, Tabulæ Græcæ, Marianus. Fragmentum Collotianum.

(19) *Dio*, Collotianum fragmentum, Julius Obsequens *Cassiodorus*, *Marianus*, Tabulæ Græcæ.

(20) *Dio*, *Cassiodorus*, *Marianus*, *Pigh.* Annal. T. III. p. 519.

Alpinas gentes ſubegerit. Pannonios cum Noricis Iſtriam incurſantes retuderit, & ad pacem petendam compulerit teſte *Dione*; *Claudius* item *Marcellus Macedoniæ Propr. Dentheletas & Scordiſcos* repreſſerit, ipſe vero Auguſtus, rem per *M. Lollium* Leg. Procoſſ. Legionis quintæ aquila amiſſa in Gallia Celtica inclinantem reſtituerit. Communicat hunc nummum *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XIV. N. 163. & in *Faſtis Romanorum* p. 210.

NUM. 204.

IMPerator CAESAR AUGUSTus TRibunicia POTeſtate IIX. (octava) Caput Auguſti nudum, lævam verſus.

Et Inſcriptio & Caput & Inſcriptionis poſitus per omnia coincidit cum illo N. 202. niſi quod ibi Numerus octavus hoc modo VIII. heic verò ſic IIX. expreſſus conſpiciatur.

NUM. 205.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICia POTeſtate IX. (nona) COnSul XI. (undecimum) Caput Auguſti nudum, lævam verſus.

De Inſcriptionis vocibus Cæſaris Auguſti Tribuniciæ Poteſtatis, quæ toties recurrunt, confer N. 12. 24. 68. 180. 181. & Conſulis XI. compellatione N. 178. Tribuniciam poteſtatem nonam vero, quando ſimul heic obviat, obſervamus illam in Annum V. C. $\left(\frac{738}{39}\right)$ cadere, Conſules tunc agentibus *M. Livio Druſo Libone & L. Calpurnio Piſone Cæſonino* (21) *Faſti Goltziani* p. 211:

EX A. D. V̄. KAL. JULI
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONTIF. TRIBUNIC. POTEST. IX̄.
COS. XI̅. P. P. IMP. IX̄.

Hoc anno Auguſtus multas in Hiſpaniam & Galliam deduxit Colonias, Cyzicenis libertatem reddidit, Paphiis terræ motu afflictis ſubſidio fuit, juſſitque ut Urbem ſuam Auguſtam nominarent. Nero vero Claudius Druſus ad Alpes Tridentinas Rhætos prælio ſuperavit & ex Italia ejecit, ita enim *Faſti*:

P. SILIUS P. F. C. N. NERVA
PRO COS.
EX ALPIBUS
ET PANNONIEIS.

Et: L. ASINIUS C. F. CN. N. GALLUS
PRO COS.
DE SAUROMATEIS
— — — —

Exhibet hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XIV. N. 164. & in *Faſtis Roman.* p. 211.

NUM. 206.

IMPeratori CAESARI AUGUSTO COnSuli XI. (undecimum) TRibunicia POTeſtate X. (decima) IMPerator X. (decimum) Caput Auguſti nudum, lævam verſus.

De vocibus Imperatoris N. 12. 24. Cæſaris N 4. Auguſti N. 68. Conſulis XI. N. 178. Tribuniciæ Poteſtatis N. 180. & 181. conſulendi ſunt. Jam prima vice Tribunicia Poteſtas X. & titulus Imperatoris X. nobis obviat. Faſtos vero conſulentes, deprehendimus, utrumque incidere in Annum $\left(\frac{739}{40}\right)$ Conſulibus M. Licinio Craſſo & Cn. Cornelio Lentulo, Getulico poſtea appellato, (22) exſiſtentibus, ita enim illi habent:

EX A. D. V̄. KAL. JULI
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONTIF. TRIBUNIC. POTEST. X̄.
COS. XI̅. P. P. IMP. X.

Hoc ipſo anno Pannonii rebellantes ſunt coerciti, Baſilicaque Paulli cum Veſtæ templo conflagravit. Boſphori regnum Polemoni Regi fuit traditum per M. Agrippam, qui & triumphum oblatum recuſavit, nec literas de rebus à ſe geſtis ad Senatum ſcripſit, inſignibus & ornamentis triumphalibus contentus, quæ erant, ſupplicationes, ſacrificium, tunica palmata, toga picta, laurea, bullæ, armillæ, ſceptrum eburneum, ſtatua, & alia. Siſtit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XIV. N. 165. & in *Faſtis Rom.* p. 212.

NUM. 207.

AUGUSTus DIVI Filius PONTifex MAXimus TRibunicia POTeſtate X. (decima) COnSul XI. (undecimum) IMPerator XI. (undecimum) Caput Auguſti nudum lævam verſus.

De *Auguſti* voce N. 68; *Divi Filii* N. 4; *Pontificis Maximi* N. 140; *Tribunicia Poteſtate* N. 180. 181. & inprimis *decima* N. 206; *Conſulatu* XI. N. 205. ſunt evolvendi. Heic *Imperator XI.* prima vice audit, quod ſine dubio factum eſt, ipſo ex *Gallia & Hiſpania*, rebus ibi conſtitutis, *Romam reduce facto, & honores à Senatu decretos recuſante, Marcelli* verò *theatro* ab ipſo dedicato, *ludisque votivis* habitis, *Julio Antonio*, M. Triumviri Filio, epulum *Auguſto* & Senatoribus in Capitolio dante, uti id *Dio* Lib. LIV. refert, & Ode *Horatiana* confirmat:

Concines majore Poëta plectro CAESAREM, quandoque trahit feroceis
Per ſacrum Clivum, merita decorus
Fronde Sicambros.

Conci-

(21) *Dio*, Tabulæ Græcæ, *Caſſiodorus*, *Marianus*.

(22) *Dio*, *Marianus*, *Caſſiodorus*, Tabulæ Græcæ.

Concines, lætosque dies, & Urbis
Publicum ludum, super impetrato
Fortis Augusti reditu, forumque
Litibus orbum.

Consules tunc erant *Tiberius Claudius, Ti. F. Nero* & *P. Quinctilius Varus,* (23) Anno scilicet $\left(\frac{740}{41}\right)$ quo etiam *Pontifex Maximus, Lepido* mortuo, renunciatus est Augustus, de quo supra jam egimus, & *Caput* nostrum nos edocet ulterius, perinde ac *Ovidius* Lib. III. *Fastorum*:

Cæsaris innumeris, quos maluit ipse mereri
Accessit titulis Pontificalis honor.

Unde quoque factum esse remur, ut *Imperatores* in *quinquennalibus* & id genus festis *religioni rebusque Ecclesiasticis* consuluerint. Sistit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIV. N. 166.

NUM. 208.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS PONtifex MAXimus TRibunicia POTestate X. (decima) Caput Augusti nudum, dexteram versus.

De voce Imperatoris N. 12. & 24. supra jam à nobis actum est. Reliqua perigraphes verba Caput præcedens quoque exhibet. Solum observamus Tribuniciam Potestatem decimam denuò cum Pontificatu Maximo conjungi, ut adeo videamus eundem suscepisse eadem, & in annum $\left(\frac{740}{41}\right)$ id incidere. Suppeditat quoque hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIV. N. 168.

(23) *Dio, Cassiodorus,* Tabulæ Græcæ, Marianus; *Pighius* T. III. p. 521. 522.

NUM. 209.

CAESAR AUGUSTUS TRibunicia POTestate. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

De voce Cæsaris N. 4; Augusti N. 68; Tribunicia Potestate N. 180. 181. jam egimus. Communicat hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIII. N. 154. & in *Fastis Romanor.* p. 226.

NUM. 210.

AUGUSTO Pontifici Maximo TRibunicia POTestate XII. (duodecima) PRætoribus II. VIRis (Duumviris) Caput Augusti laureatum, lævam versus.

De Augusti voce vide N. 68; Pontificis M. N. 140. Restat saltem Tribunicia Potestas XII. quam in annum $\left(\frac{741}{42}\right)$ incidere juxta *Fastos* novimus *Goltzianos* p. 214.

EX A. D. V. KAL. JULI.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XII.
COS. XI. P. P. IMP. XII.

Consules tunc exsistebant *M. Valerius Messalla Barbatus, & P. Sulpicius Quirinus* (24) quibus M. Agrippa ex Illyrico reversus in Campania morbo correptus obiit: Cæterum sistit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XV. N. 178. & in *Fastis Roman.* p. 214.

(24) Juxta *Dionem, Marianum, Cassiodorum,* Tabulas Græcas.

TABULA VII.
EXHIBENS
CAPITA AUGUSTI
CUM RELIQUIS TRIBUNICIAE POTESTATIS NUMERIS.

NUM. 211.

Caput Augusti nudum, lævam versus, ante lituus.

Caput Augusti, quoad Physiognomiam supra jam N. 1. excussimus, perinde ac de lituo, summi Pontificatus heic Symbolo, Tab. I. N. 18. egimus.

NUM. 212.

IMPerator DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ante lituus.

De Imperatoris voce supra jam N. 12. 24. Divique Filii N. 4. idemque de laurea N. 67. ac lituo N. 18. multi fuimus. Dabit cæteroquin hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. V. N. 59. & in *Fastis Roman.* p. 215.

NUM. 213.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ante lituus, pone simpulum.

Augusti titulus N. 68. Divi Filius N. 4. à nobis jam evolutus, perinde ac de lituo N. 18. & de simpulo ad Julium Cæsarem Tab. I. N. 8. jam egimus.

NUM. 214.

ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus, ante lituus.*

Idem Caput eandemque perigraphen supra jam N. 140. vidimus, nisi quod heic in provectiore ætate videatur exhiberi.

NUM. 215.

AUGUSTO DIVI Filio PONTifici MAXimo TRibunicia POTestate XI. (undecima) IMPerator XII. (duodecimum) Caput Augusti nudum, lævam versus.

Anno ($\frac{741}{42}$) hunc ipsum fuisse conflatum nummum & Tribunicia Potestas, & Pontificatus M. titulus, elogiumque Imperatoris XII. videtur arguere. Id enim adserunt & *Fasti Goltziani* p. 214:

EX A. D. V. KAL. JULI.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XII.
COS XI. P. P. IMP. XII.

Hoc vero sine dubio accepit, Consulibus *M. Valerio Messala* & *P. Sulpicio Quirino*, *Sicambris* tunc, Usipetis, Tencteris, & Chaucis à *Nerone Druso* oppugnatis, & Pannoniis per Tiberium devictis, Tiberio id propter, cui Triumphus à Senatu destinatus erat, primo triumphalibus ornamentis honorato [25] De Augusti titulo N. 68. Divi Filii N. 4. Pontificis Maximi N. 140. Tribunicia Potestate XI. 180. 181. jam egimus Tribunicia Potestate XII. prima nunc vice occurrente, quam ex confecto bello Germanico forte suscepit. Suppeditat quoque hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XV. N. 177.

NUM. 216.

AUGUSTUS PONTifex MAXimus TRIbunicia POTestate XIII. (decima tertia) COnSul XI. (undecimum) Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Consule si lubet N. 68. 140. 180. 181. 199. & omnia *perigraphes* verba erunt clariora. Audivimus enim supra *Consulatum XI.* per *septendecim annos* continuâsse, ut saltem *Tribunicia Potestas* XIII.

(25) Juxta *Dionem*, *Cassiodorum*, *Obsequentem*, *Tabulas Græcas*, *Marianum*, *Pighium* Tab. III. Annalium p. 523.

XIII. heic attendenda veniat, quæ in annum incidit ($\frac{742}{43}$), Consulibus *Q. Ælio Tuberone & Paullo Fabio Maximo*, ([26]) adstipulantibus *Fastis*:

EX A. D. V. KAL. JULI.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XIII.
COS. XI. P. P. IMP. XII.

Sistit hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XV. N. 179. & in *Fastis Roman.* pag. 215.

NUM. 217.

IMPerator AUGUSTUS TRibunicia POTestate. XIIII. (decima quarta) Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Vide, quæ dicta jam supra sunt ad N. 12. 24. 68. 180. 181. Insoliti & novi cæteroquin nihil offendimus in hac perigraphe, nisi Tribuniciam Potestatem XIV. quam suscepisse novimus Augustum Anno ($\frac{743}{44}$) Consulibus Julio Antonio M. F. M. N. & Q. Fabio Q. F. Q. N. Maximo Africano, ([27]) quo ipso Claudius Cæsar natus est, Augustus verò Flamen Dialis creatus fuit post L. Merulam, bello civili Mariano occisum; consentiunt *Fasti Goltziani* p. 216.

EX A. D. V. KAL. JULI
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XIIII.
COS. XI. P. P. IMP. XIII.

Exhibet & hoc Caput *H. Goltzius in Augusto* Tab. XVI. N. 181.

NUM. 218.

AUGustus TRIBunicia POTestate. Caput Augusti nudum, lævam versus.

De Augusti vocabulo repetenda sunt, quæ jam ad N. 68. supra diximus. Tribuniciam Potestatem supra quoque N. 180. & 181. attigimus. Solum heic numerum ejusdem observamus, nempe decimam quintam, quæ prima vice heic obviat. Incidit vero eadem in Annum post N. C. ($\frac{744}{45}$). Consulibus Nero Claudio Druso Germanico & T. Quinctio Crispino; ([28]) Sulpiciano. Ita enim *Fasti Goltziani* p. 216.

EX A. D. V. KAL. JULI
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XV.
COS. XI. P. P. IMP. XIII.

Hoc ipso vero, loquimur cum *Fastis* ibidem,

IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
MORUM LEGUMQ. REGIMEN QUART.
IN DECENNIUM ACCEPIT.

Nero Drusus Cæsari apud Lingonum Gentem Templum sacravit, & ad Albim fluvium usque procurrens trophæa in ejus ripis fixit, & paullo post ex equi lapsu in castris æstivis exstinctus est, cui Senatus Germanici cognomen postea, itemque arcum Triumphalem marmoreum decrevit, corpore ejus in Julii tumulum Romæ illato. Tiberius Claudius Nero vero ob Dalmatiam pacatam, & Pannonios subactos ovationem hoc primum anno duxit. *Fasti* siquidem p. 217.

TI. CLAUDIUS TI. F. AP. N. NERO
PR. COS. AN. DCCXLIV. OVANS DE
DALMATEIS ET PANNONIEIS.
ET DACEIS EX ILLYRICO.

Exhibet hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVI. N. 182. & in *Fastis Roman.* p. 216.

NUM. 219.

IMPerator AUGUSTUS TRIBunicia POTestate XIV. (decima quarta) Caput Augusti laureatum, dexteram versus, ante simpulum & lituus.

De perigraphes vocabulis consulendi sunt N. 12. 24. 68. 180. 181. de laurea N. 67. de Tribunicia Potestate XIV, heic quoque obsignata, anteced. N. 217. simpulum & lituum Summi Pontificatus interpretamur symbola.

NUM. 220.

AUGUSTO DIVI Filio PONTifici MAXimo TRibunicia POTestate XVI. (decima sexta) IMPerator XIIII. (decimum quartum) Caput Augusti nudum, lævam versus.

Augusti vocem supra N. 68. Divi Filii N. 4; Pontificis Maximi N. 140. jam vidimus. Nunc prima vice occurrit Tribunicia Potestas decima sexta & titulus Imperatoris decimum quartum. Utrumque cadit in Annum V. C. ($\frac{745}{46}$) & in Consules C. Marcium Censorinum & C. Asinium Gallum, ([29]) quo ipso altero imperii decennio ad finem perducto, imperium rursus Augusto in novum & quintum decennium prorogatum fuit, ab ipso pomœrii termini ampliati, & Exercitus in Galliam missus; Tiberius extra ordinem contra Germanos in locum Drusi cum Imperio ablegatus, &

(26) Suetonius : *Tiberius primus triumphalibus ornamentis honoratus est , novo nec antea cuiquam tributo genere honoris.*
(27) *Dio*, *Tabulæ Græcæ*, *Cassiodorus*, *Suetonius*, *Marianus*; *Pighius* Tab. III. p. 524.
(28) *Dio*, *Tabulæ Græcæ*. *Pighius* Tab. III. p. 524.
(29) *Dio*, *Tabulæ Græcæ*, *Cassiodorus*.

& Consul in annum sequentem designatus, teste *Dione* Libro LIV. *Fasti* id docent:

EX A. D. V. KAL. JULI
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XVI.
COS. XI. P. P. IMP. XIIII.

Imperator XIV. audit, quod Pannonii hoc anno ab Augusto subacti, Illyricum, sub jugum missum, Germani omnes, juxta Cassiodorum, inter Albim & Rhenum habitantes, Tiberio se dederint. Offendimus quoque hoc Caput apud *H. Goltzium* Tab. XVI. N. 184.

Num. 221.

IMPeratori CAESARI DIVI Filio AUGUSTO IMPeratori XIIII. (decimum quartum) Caput Augusti nudum, lævam versus.

Confer N. 4. 12. 24. 68. & Numerum antecedentem 220. & clara erunt perigraphes verba omnia. Addimus hoc Caput quoque conspici apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. XVI. N. 187.

Num. 222.

AUGUSTUS DIVI Filius COnSul XI. (undecimum) DESignatus XII. (duodecimum) TRibunicia POTestate XIX. (decima nona.) Caput Augusti laureatum, dexteram versus.

De prioribus perigraphes verbis adeundi sunt Numeri 4. 68. 180. 182. 195. Prima vice vero occurrit Tribunicia Potestas decima nona. Hæc incidit in annum $\left(\frac{748}{49}\right)$ juxta *Fastos*:

EX A. D. V. KAL. JULI
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XIX.
COS. XIV. P. P. IMP. XIIII.

Consules erant Augustus XII. & L. Cornelius Sulla (30). Ex quo simul & hoc liquet eodem anno & Consulem designatum & Consulem fuisse. Causam suscepti XII. Consulatus Suetonius prodit Cap. 26: *Multisque mox cum deferrentur,* (Consulatibus) *recusatis, DUODECIMUM magno, id est, septemdecim annorum intervallo, & rursus tertium decimum biennio post ultro petiit, ut Cajum & Lucium filios amplissimo præditus Magistratu, suo quemque tyrocinio deduceret in forum.* Deposuisse tamen illum ex *Fastis* liquet, licet nesciamus, quis suffectus ipsi fuerit. Cajum ergo filium, uti audivimus, data virili toga in curiam adductum Principem juventutis designavit, & Sacerdotio ornavit, uti & titulus statuæ ad C. & L. Basilicam repertæ docet, erectæ tamen triennio post, quam Augustus Consulem eum designasset:

C. CAESARI AUGUSTI F.
PONTIFICI COS.
DESIGNATO
PRINCIPI JUVENTUTIS.

Volunt nonnulli, sub his Consulibus Christum Salvatorem nostrum fuisse natum, alii sequenti anno id conjiciunt.

Ob aquæ ductus omnes restauratos hic titulus Augusto in honorem inscriptus arcui, qui adhuc exstat informis, aquæ Marciæ, supra portam S. Laurentii, teste *Pighio* T. III. Annal. 528:

IMP. CAESAR. DIVI. JULI. F. AUGUSTUS
PONTIFEX. MAXIMUS. COS. XII.
TRIBUNIC. POTESTAT. XIX. IMP. XIIII.
RIVOS AQUARUM OMNIUM REFECIT.

Num. 223.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS PONTifex MAXimus TRibunicia POTestate XIX. (decima nona) Caput Augusti nudum, lævam versus.

Repete ea, quæ N. 4. 12. 24. 68. 140 180. 181. & Numero præcedente 222. de verbis hujus perigraphes jam disseruimus. Offert quoque hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVI. N. 189. & in *Fastis Roman.* p. 220.

Num. 224.

IMPerator AUGUSTus TRIBunicia POTESTate XX. (vigesima) Caput Augusti nudum, lævam versus.

De prioribus Inscriptionis vocibus N. 11. 24. 68. 180. egimus. Continuationem Numerorum Tribuniciæ Potestatis heic saltem attendimus, & uti præcedenti N. decimam nonam contemplati sumus, ita heic vigesima sequitur, quæ in annum $\left(\frac{749}{50}\right)$ incidit, sub Consulibus *C. Calvisio Savino* & *L. Passieno Crispino Rufo* (31). Assentiunt *Fasti*:

EX A. D. V. KAL. JULI
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XX.
COS. XII. P. P. IMP. XIIII.

Num.

(30) *Cassiodorus* primum Consulatum Augusti non supputans falso hoc anno Consulatum XI. cum Sulla prodit, *Dio* rectius, licet Collegam Sullam omittat. Confer *Marianum*, & *Tab. Græcas.*

(31) *Secundum Cassiodorum, Marianum, Cuspiniani Tabulas Græcas*, qui tamen, nescimus quam recte, *Rufinum* pro *Rufo* habent. *Pighius* T. III. Annal. p. 528.

NUM. 225.

IMPerator AUGUSTUS TRIBunicia POTESTate XX. (vigesima) Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Eadem perigraphe cum præcedenti, idem per omnia Caput; addimus modo, hoc Caput exhiberi quoque à *H. Goltzio* in *Augusto* Tab. XVI. N. 190. & in *Fastis* ipsius p. 220.

NUM. 226.

AUGUSTus PONTifex MAXimus TRIbunicia POTestate XXI. (vigesima prima) COnSul XIII. (decimum tertium) IMPerator XIIII. (decimum quartum) Caput Augusti nudum, lævam versus.

De voce Augusti adeundus est Numerus 68; Pontificis Maximi N. 140. de titulo Imperatoris XIIII. N. 221. Tribuniciæ Potestatis N. 180. multi jam fuimus. Jam consideranda restat Tribunicia Potestas XXI. cum Consulatu XIII. in annum $\left(\frac{760}{61}\right)$, uti videmus, incidentibus. Nam Tribunicia Potestas XXI. inibatur D. V. Kal. Julii, juxta *Fastos*:

EX A. D. V. KAL. JULI.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XXI.
COS. XII. P. P. IMP. XIII.

Adeoque hujus anni extremo & sequentis initio XXI. Tribunicia Potestate præditus fuit Augustus: Kalendis vero Januarii sequ. Consulatum XIII. sumsit Augustus, ut Lucium, filium adoptivum in forum deduceret, iisdem illi datis honoribus, qui ante triennium in fratrem Gajum fuerant collati. Sic enim *Tranquillus* Cap. 26: *Et rursus tertium decimum biennio post ultro petiit, ut Cajum & Lucium filios amplissimo præditus Magistratu, suo quemque tyrocinio deduceret in forum.* Ex quo clarum est, eum hoc anno Lucium natu minorem deduxisse in forum. Consules tunc erant *L. Cornelius Lentulus, Flamen Martialis*, & *M. Valerius Messalla Cotta* (32). Hoc anno Christum in salutem humani generis Anno regiminis Augusti XLI. in lucem fuisse editum Cassiodorus & Tertullianus volunt. Plures tamen anno id sequenti VIII. Kal. Jan. factum fuisse contendunt, anno imperii quadragesimo secundo. Suppeditat quoque hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVI. N. 191. & in *Fastis* p. 221.

(32) *Secundum Cassiodorum*, qui tamen unum Messallani vocat, & Marianus, qui Messalinum appellat. *Pigbius* Annal. Tom. I. T. III. p. 529. *Goltzius Fast*: p. 221.

NUM. 227.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS PONtifex MAXimus TRIbunicia POTestate XXIII. (vigesima tertia) Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Consule, si lubet, de prioribus perigraphes vocabulis N. 4. 12. 24. 68. 140. 180. & exposita erunt singula. Sola restat Tribunicia Potestas XXIII. præterita, vel, ut rectius id eloquamur, non observata hactenus in nummis, sequenti vigesima secunda, ut adeo XXIII. incidat in annum V.C. $\left(\frac{752}{53}\right)$ sub Consulibus Cornelio Lentulo Cosso, Getulico postea appellato, & L. Calpurnio Pisone, Augure (33) docentibus hoc *Fastis Goltzii*:

EX A. D. V. KAL. JULI.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. TRIB. POT. XXIII.
COS. XIII. P. P. IMP. XIIII.

Exhibet hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVII. N. 193. & in *Fastis* p. 222.

NUM. 228.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS PONTifex MAXimus TRIbunicia POTestate XXIIII. (vigesima quarta) Caput Augusti nudum, lævam versus.

Ob priora perigraphes vocabula vellem adires N. 4. 12. 24. 68. 140. 180. ut saltem Tribunicia Potestas XXIV. superesset curatius ponderanda. Illam subiit A. V. C. $\left(\frac{753}{54}\right)$ Consulibus, C. Julio Cæsare, *Aug. F. Divi N. M. Agrippæ*, ex Julia, Augusti, filio, & *L. Æmilio Paulo*. *Fasti Goltziani* p. 223:

EX A. D. V. KAL. JULI.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XXIIII.
COS. XIII. P. P. IMP. XIIII.

Ad hunc Consulatum Cajus jam designatus erat ab Augusto in Consulatu XII. dubitatum vero fuit, an Augustus, an Cajus Consulem hoc anno egerit. *Petavius* Lib. XII. de Doctrina Temporum, Consules *Augustum* XIV. & *L. Æmilium Paullum* proponit, in Chronica tamen *Cajum* & *Paullum*, sic & *Baronius Augustum* & *Paullum* sistit. Porro & *Marianus Augusti* hunc XIV. Consulatum, existimavit. Sed quid multis? Augustum XIII. tantum Consulatus gessisse *Dio* clare docet in indice Consulari Libri LV. Immo Neapoli in marmoreæ tabulæ titulo ita eosdem legimus:

C. CAESARE AUG. FIL. & L.
PAULLO COS.
LARES AUGUSTOS &c.

Hunc

(33) Juxta *Dionem*, *Marianum*, *Cassiodorum*, Tabulas Græcas,

Hunc Auguſtus cum fratre Lucio adoptaverat, Principesque Juventutis appellari juſſerat. Nam *genitos Agrippa Cajum & Lucium in familiam Cæſarum induxerat, nec dum poſita puerili prætexta, Principes Juventutis appellari, deſtinare Conſules, ſpecie recuſantis flagrantiſſime cupiverat*, inquit *Tacitus* Annal. Lib. I. c. 3. Clarius longè *Suetonius* c. 64. *Cajum & Lucium adoptavit domi, per aſſem & libram emptos à patre Agrippa, tenerosque adhuc ad curam Reipublicæ admovit: Et Conſules deſignatos circum provincias exercitusque dimiſit.* Communicat aliàs quoque hoc Caput *H. Goltzius* in *Auguſto* T. XVII. N. 194. & in *Faſtis* p. 223

NUM. 229.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS PONTifex MAXimus TRibunicia POTeſtate XXV. (vigeſima quinta) Caput Auguſti nudum, lævam verſus.

De prioribus perigraphes verbis adi N. 4. 12. 24. 68. 140. 180. ſola reſtat expendenda Tribunicia Poteſtas vigeſima quinta. Hanc incidere in Annum V. C. $\left(\frac{754}{55}\right)$ Conſulibus tunc *P. Vinicio* & *P. Alſinio Varo* (34) adſtipulantibus *Faſtis Goltzianis* p. 223.

EX A. D. V̄. KAL. JULI.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XXV̄.
COS. XIII̅. P. P. IMP. XIIII̅.

Hoc ipſo anno quoque L. Cæſar Conſul deſignatus, & ad viſendos Hiſpaniarum exercitus ab Auguſto miſſus, Maſſiliæ repentino morbo mortuus eſt; Cajus verò Cæſar Syriam obtinens, ad Armeniam in poteſtatem redigendam cum exercitu ab Auguſto miſſus, Phraatem, Parthorum Regem, Armenia cedere fecit, ipſe verò Auguſtus morum legumque Regimen quinctum in decennium accepit, juxta *Faſtos Goltzianos* p. 223.

IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
MORUM LEGUMQ. REGIMEN QUINCT.
IN DECENNIUM ACCEPIT.

Exhibet hunc nummum *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XVII. N. 195. & in *Faſtis* ejus p. 223.

NUM. 230.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS IMPerator XIIII̅. (decimum quartum) Caput Auguſti nudum, dexteram verſus.

Eadem perigraphe, idem Caput, quod jam N. 221. vidimus, niſi quod ibi ſiniſtrorſum, heic dextrorſum reſpiciat, nihil præterea addimus, niſi quod hoc Caput quoque ſiſtat *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XVII. N. 196. & in *Faſtis Romanorum* p. 224. 225.

NUM. 231.

AUGUSTus PONTifex MAXimus TRibunicia POTeſtate XXX. (trigeſima) COnSul XIII. (decimum tertium) IMPerator XV. (decimum quintum) Pater Patriæ. Caput Auguſti nudum, lævam verſus.

De voce Auguſti conſule N. 68; Pontificis Maximi N. 140; Tribuniciæ Poteſtatis N. 180; Jam modo attendimus Tribuniciam Poteſtatem trigeſimam, combinatam cum Conſulatu XIII. perinde ac in antiqua Onuphrii inſcriptione, quam & adducit *Pighius* Tom. III. p. 536:

IMP. CAESAR DIVI F. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XXX.
IMP. XV. COS. XII. PATER PATR.

Et ſecundùm *Faſtos Goltzianos* p. 227.

EX A. D. V̄. KAL. JULI.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONTIF. MAX. TRIB. POT. XXX̅.
COS. XIII̅. P. P. IMP. XV̅.

Unde oppido conficimus, non plures omnino, quam XIII. geſſiſſe conſulatus Auguſtum, contra illos XIV. Conſulatum etiam aſſerentes, quos ſupra N. 228. in proſcenium produximus. Præditus verò hac ipſa XXX. Tribunicia Poteſtate fuit A. V. C. $\left(\frac{759}{60}\right)$ Conſulibus tunc exſiſtentibus *A. Licinio Nerva Silano*, *Q. Cæcilio Metello Cretico Silano*. (35) Hoc ipſo Anno Auguſtus Agrippam Poſtumum, quod Auguſtum calumniis laceſſiverat, exheredatum in Planaſiam Inſulam relegavit, & Germanicus Cæſar, Ti. F. quinquennio antequam per leges liceret, Quæſturam obtinuit, teſte Suetonio in Caligula. Sequitur Titulus Imperatoris, quem A. V. C. $\left(\frac{757}{58}\right)$ obtinuiſſe ex *Faſtis Goltzianis* p. 225. conſtat, Conſulibus nempe *L. Valerio Meſſalla Voluſo*, & *Cn. Cornelio Cinna Magno*, quo ipſo anno Auguſto Poſtumo virilem togam dedit *Auguſtus*, & *P. Quinctilium Varum* Legatum Proconſularem in Germaniam tribus Legionibus præfectum miſit. De Patris Patriæ elogio vide ſis ſupra adducta ad N. 61. Offert & hunc nummum *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XVII. N. 197. & in *Faſtis Roman.* p. 227

NUM.

(34) *Secundum Caſſiodorum, Tabulas Græcas, Marianus* illos male *C. Vinitium* & *P. Alphenum* vocat.

(35) *Secundum Tabulas Græcas, Caſſiodorum* & *Marianum, Dionem* Lib. LV. *Pighium* T. III. p. 536.

NUM. 232.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS IMPerator XVI. (decimum sextum) Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Ad intelligendas hujus perigraphes voces adeundi tibi erunt N. 4. 12. 24. 68. Ut adeo præter titulum Imperatoris XVI. nihil excutiendum nobis restet amplius. Offendimus autem hunc ipsi prima vice attributum A. V. C. $\left(\frac{761}{62}\right)$ cum Tribuniciam Potestatem XXXII. gereret, Consulibus *C. Poppæo Sabino & Q. Sulpicio Camerino.* Ita enim *Fasti:*

EX A. D. V. KAL. JULI.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XXXII.
COS. XIII. P. P. IMP. XVI.

Causa erat, quod Germanicus Cæsar cum Seretium & alia loca cepisset, Tiberio junctus, Illyricum ingressus fuerit, tripartitoque exercitu Dalmatas, Pannoniosque variis præliis & cladibus affectos tandem hi subjugarunt, Batone quoque hostium principe cum filio ad deditionem compulso, hocque ipso finem bello Dalmatico imposuerunt. Senatus ob hanc insignem victoriam Augusto ac Tiberio IMPERATORIS nomen; triumphumque decrevit, Germanico triumphalia ornamenta honoresque Prætorios, & ut sententiam primus post Consulares diceret, & Consulatum citius legibus solutus peteret. Adstruit hoc clarè *Dio* Lib. LVI. p. 582. Ἀνήγγειλε δὲ καὶ τότε τὴν νίκην ὁ Γερμανικός, καὶ ἐπ' αὐτῇ τῷ μὲν Αὐγούστῳ καὶ τῷ Τιβερίῳ, τότε δὲ αὐτοκράτορος ὄνομα προσθέσθαι, καὶ τὰ τὰ ἐπινίκια πέμψαι &c. *Victoriæ nuntium attulit Germanicus, EJUSque ERGO AUGUSTO ET TIBERIO NOMEN IMPERATORIUM AUCTUM, ac triumphus decretus, atque inter alios honores, arcus duo triumphales in Pannonia concessi, quibus trophæa insisterent &c.* Ut omnia mereatur Imperatoris XVI. titulus solus heic lectus in perigraphe. Exhibet hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVII. N. 198. & in *Fastis Rom.* p. 229. 230.

NUM. 233.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS COnSul XIII. (decimum tertium) Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Consule N. 4. 12. 24. 68. 226. & omnia erunt plana.

NUM. 234.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS IMPerator XVII. (decimum septimum) Caput Augusti nudum, dexteram versus.

De prioribus perigraphes verbis consulendi sunt N. 4. 12. 68. Imperatoris XVII. titulum prima nunc habemus vice. Obtigit verò hic ipse Augusto A. V. C. $\left(\frac{763}{64}\right)$ cum Tribuniciam Potestatem gereret XXXIV. Sic enim *Fasti Goltziani* p. 231:

EX A. D. V. KAL. JUL.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XXXIIII.
COS. XIII. P. P. IMP. XVII. XIIX. XIX. XX.

Consules tunc erant *M. Æmilius Lepidus & T. Statilius Taurus.* Videtur hoc nominis toties suscepisse quod *Tiberius & Germanicus Pro Coss. Rhenum* transgressi, Germaniam intraverint, & longe lateque populantes non occurrentibus inimicis eandem pervagati fuerint. Ita enim *Dio* Libro LV. p. 586: *M. Æmilio Lepido, Statilio Tauro Consulibus, Tiberius & Germanicus, cui Pro-Consule erant imperium, impressionem in Germaniam fecerunt: ac populati nonnullas partes, nullo tamen prælio vicerunt, quum nemo manum consereret, neque ullum populum subegerunt. Veriti enim ne rursus cladem acciperent, eo quidem usque progressi sunt, ut à Rheno non admodum magno abessent intervallo, sed illic alicubi usque ad autumnum morati — — in Italiam reversi sunt.* Suppeditat hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVII. N. 199.

NUM. 235.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS IMPerator XVIII. (decimum octavum) Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Adi N. 4. 12. 24. 68. & præcedentem N. 234. cum titulus Imperatoris XIIX. in eundem annum quoque incidat. Exhibet hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVII. N. 200.

NUM. 236.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS IMPerator XIX. (decimum nonum) Caput Augusti nudum dexteram versus.

Rursus consulendi Tibi erunt N. 4. 12. 24. 68. & 234. quoniam titulus Imperatoris XIX. denuo in eundem cadit annum, uti supra ex *Fastis Goltzianis* evicimus. Suppeditat hoc quoque Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVII. N. 201.

NUM. 237.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS IMPerator XX. (vigesimum) Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Observes saltem, quæ ad Num. præcedentem jam fuêre dicta. Nam & Titulus Imperatoris XX. anni V. C. ($\frac{763}{64}$) est. Offendimus præterea hoc Caput apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. XVII. N. 202. & in *Fastis* p. 231.

NUM. 238.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS IMPerator XXI. (vigesimum primum) Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Si attendas, quæ jam ad N. 4. 12. 68. dicta sunt, vix erit, quod heic observandum sit amplius, præter titulum Imperatoris XXI. Hunc usurpasse Augustum A. V. C. ($\frac{765}{66}$) cum gereret Tribuniciam Potestatem XXXVI. non solum ex nummis, sed ex *Fastis Goltzianis* p. 233. constat, ubi ita legas:

EX A. D. V. KAL. JULI.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XXXVI.
COS. XIII. P. P. IMP. XXI.

Consules exsistebant tunc *C. Silius* & *L. Munatius Plancus*. Quo ipso anno Augustus Testamentum suum fecerat & apud *Vestales* deposuerat, teste *Suetonio*, itemque Regimen reipublicæ in quintum decennium denuo, licet invitus, suscepit, Tiberioque Tribuniciam Potestatem prorogavit, Drusoque Tiberii filio potestatem petendi Consulatum fecit tertio post Quæsturam anno, etiam non gesta Præfura; porro & censum cum Tiberio filio egit, & sequenti anno lustrum condidit. Sistit & hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVII. N. 204. & in *Fastis* p. 233.

NUM. 239.

CAESAR. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Quæ heic attendenda, L. B. N. 1. & 4. inveniet.

NUM. 240.

CAESAR AUGUStus PONTifex MAXimus TRIBUNICia POTestate. Caput Augusti nudum, dexteram versus.

De voce Cæsaris vide N. 4. Augusti N. 68. Pontificis Maximi N. 140. Tribuniciæ Potestatis dignitate N. 180. 181.

NUM. 241.

AUGUSTUS PONTifex MAXimus TRIBunicia POTestate XVIII. (decima octava) COnSul XI. (undecimum) Caput Augusti nudum, lævam versus.

Augusti cognomen N. 68. Pontificis Maximi titulum N. 140. jam vidimus. Jam Tribunicia Potestas obviat, superius prætermissa, nunc vero heic inserta. Hanc gessit Augustus A. V. C. ($\frac{747}{48}$) *Coss. D. Lælio Balbo*, & *C. Antistio Vetere*, quo ipso ut Cajum & Lucium, Nepotum audaciam, insolentiamque (jam enim Lucius Cajum fratrem Consulem renuntiari petebat) compesceret, Tiberium Tribuniciæ Potestatis Consortem in quinquennium (ut modestiores efficeret) fecit, (teste *Dione* Libro LV.) atque Armeniæ, quæ jam post Tigranis obitum alienata erat, præfecit. Hujus tamen curam Tiberius, ne C. & L. Cæsares offenderet, recusavit, atque Rhodum studiorum gratia secessit. De Consulatu XI. ad N. 178. jam dictum est.

NUM. 242.

MUNicipium CALaguris JULia. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Duplicem in Hispania citeriore Calagurim offendimus, quarum una Nassica dicta, inter Nassicos populos prope Oscam sita; altera verò Fibularia cognomine, Ptolemæo Calagorina vocatur. Utra verò ex his hunc nummum dederit, vix liquido doceri poterit. Si quid tamen dandum conjecturis, illi attribuerem, quæ Nassica fuit dicta. Ita enim *Plinius* H. N. Lib. III. C. 3: De hac Colonia: *Calaguritanos, qui Nassici cognominantur*, i. e. *Calaguritanos, qui Fibularenses cognominantur.* Et benè observat *Harduinus* in suo Commentario ad *Plinium*, quod prior in Inscriptionibus legatur: *MUN. CALAGURIS JULIA NASSICA.* Hodieque vocetur, *Loharre*, ac ab *Huesca* leucis quatuor diffidere, juxta *Andrez* p. 33. Infraque Tab. XXXV. N. 1. 3. 6. 9. 13. 15. 21. 23 oppido multa hujus Calaguris Juliæ Nasicæ adducturi sumus Numismata, quo interea B. L. ablegatum volumus. Alteram vero hodie Calahoram audire in Castella vetere. Prioris situm describit *Strabo* Lib. III. p. 112. *ἐν δὲ ταῖς πόλεσι ταύταις ἐπολέμει τὸ τελευταῖον Σερτώριος, καὶ ἐν Καλαγούρει Οὐασκώνων πόλει. In his Urbibus postremam belli partem confecit Sertorius, & in Calaguri Vasconum Urbe.* Imitatus verò in isto

Augu-

Augustus fuit Cæsarem; qui etiam Hiſpanorum cuſtodias habuit, de quo vide *Suetonium* in Cæſare C. 86. *Sunt, qui putent confiſum eum noviſſimo illo Senatus Conſulto ac jurejurando, etiam cuſtodias Hiſpanorum, cum gladiis ſectantium ſe, removiſſe.* De Auguſto ita *Tranquillus* C. 49: *Certum numerum partim in Urbis, partim in ſui cuſtodiam allegit, dimiſſa Calaguritanorum manu, quam uſque ad devictum Antonium, item Germanorum, quam uſque ad cladem Varianam inter armigeros circa ſe habuit.*

Exhibet hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XII. N. 137.

NUM. 243.

IMPerator CAESAR. Caput Auguſti nudum, lævam verſus.

De voce Imperatoris N. 12. Cæſaris verò N. 4. tibi erit adeundus.

NUM. 244.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Auguſti nudum, lævam verſus.

Idem Caput, eandemque perigraphen, eundem ſitum perigraphes & Capitis cum ſupra N. 162. offendamus, modo quod ibi CAES. heic CAESAR plenius legatur, eò B. L. ablegatum cupimus.

NUM. 245.

IMPerator CAESAR AUGUSTus TRibunicia POTeſtate. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.

Uti ſupra N. 182. CAESAR AUGUSTUS TRibunicia POTeſtate circa Auguſti Caput laureatum jam legimus; ita heic IMPerator Auguſtus Tribunicia Poteſtate occurrit, de quibus tamen vocibus omnibus jam N. 12. 68. 180. egimus.

TABULA VIII.
EXHIBENS
CAPITA AUGUSTI
DIVINITATEM ET CONSECRATIONEM EJUS ARGUENTIA.

NUM. 246.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Auguſti ſenile laureatum, lævam verſus.

De Auguſti voce N. 68. à nobis jam actum eſt. Divi verò elogium manifeſto eſt indicio hoc Caput poſt mortem ejus fuiſſe obſignatum, perinde, uti hoc ſupra in Cæſare Tab. II. jam obſervavimus, & ipſe poſtea Auguſtus toties DIVI Filius nuncupari voluit in nummis. Jure verò heic Divus ſalutatur, quoniam ipſi divini honores poſt exceſſum à Senatu fuêre decreti, teſte *Dione* Lib. LVI. p. 600. Τότε δ᾽ ἀθανατίσαντες αὐτὸν, καὶ θιασώτας οἱ καὶ ἱερὰ, ἱέρειάν τε τὴν Λιουίαν, Ἰουλίαν τε ἤδη καὶ Αὐγοῦσταν ἤδη καλυμένην, ἀπέδειξαν. *Tum vero* INTER IMMORTALES DEOS EUM INDIGETARUNT, *& flamines ei cum ſacris, & Sacerdotem Liviam (quæ tunc Juliæ etiam Auguſtæque cognomenta acceperat) conſtituerunt, lictoreque uti eam in ſacrificiis permiſerunt.* Cæterum Livia Numerio cuidam Attico, Senatori & Prætorio, decies ſeſtertium dono dedit, quod juraverat, vidiſſe ſe AUGUSTUM IN COELUM ASCENDENTEM, quemadmodum antiquitus Romulum Proculus vidiſſe perhibetur. Decretum quoque ROMAE AUGUSTO SACRARIUM à Senatu, à Livia autem, & Tiberio factum: alibi quoque multis locis EI FANA EXSTRUCTA SUNT A POPULIS, partim volentibus, partim invitis: NOLAEque DOMUS, in qua deceſſiſſet, IN TEMPLUM MUTATA. Dum ejus Romæ Templum ædificabatur; auream ipſius IMAGINEM IN AEDE MARTIS LECTO IMPOSITAM collocaverunt, omnique eam cultu, qua inpoſterum eſſent uſuri, venerati ſunt. Ex parte id quoque refert *Suetonius* Cap. CI: *Nec defuit vir prætorius, qui ſe effigiem cremati euntem in cœlum vidiſſe juraret.* Idem affirmat *Eutropius* in *Breviario ad Valentem*, ſcribens: *Vir, qui non immerito ex maxima parte DEO SIMILIS eſt putatus.* Et paulo poſt: *Moriens DIVUS appellatus eſt.* *Auſonius* de Cæſaribus:

In terris poſitum credidit eſſe DEUM.

Sextus Aurelius Victor in Additamento Virorum Illuſtrium: *A Senatu ob res geſtas DIVUS AUGUSTUS eſt appellatus.* Ante vero quam ad ſequentem pergamus Numerum obſervamus modo malas labentes (quas lapſas vocat *Seneca* Hipp. n. 364.) in ejus facie, *quas vel ſuprema quoque ejus die petito ſpeculo corrigi præceperat*, ut docet *Suetonius* Cap. C. *Dehinc capillum rarum ac tenuem, quem tamen eodem die comi volebat, ut, membris decenter & τὸ φίλον compoſitis, abiret.* Attendimus & oculos, non uti

supra N. 1. vidimus, claros, sed jacentes, uti Claudianus illos vocat de bello *Gildonis* N. 21.

Vox tenuis, tardique gradus, oculique jacentes,
Interius fugere genæ.

Cæterum exhibet hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVIII. N. 214.

NUM. 247.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti senile corona radiata ornatum, lævam versus.

Præter Divi epitheton, quod præcedenti numero excussimus, aliud quoque apotheoseos & divinitatis Augusti heic intuemur indicium, nempe coronam radiatam. Hæc cingit Caput nunc suum non alio modo, ac pater ejus *Octavius* olim eundem nocte videre visus fuerat (singulari animi præsagio) eundem suum filium MORTALI SPECIE AMPLIOREM, cum fulmine & sceptro, exuviisque Jovis Optimi Maximi ac RADIATA CORONA super laureatum currum, bis senis equis candore eximio trahentibus. Observavimus nempe, & supra jam in Cæsare Tab. II. ostendimus ejusmodi coronam radiatam in prioribus Imperatoribus Consecrationem, ac uti Græci vocant, *ἀποθέωσιν* denotare, in posterioribus verò non idem, ut bene Adolphus Occo & alii jam monuerunt. Solares autem radios Divinitatis typum fecerunt, & duodecim radiis constare voluerunt, quod Sol duodecim signa Zodiaci cursu annuo pertranseat. Hinc videas passim Imperatoribus, quos supra mortalitatem elatos volebant, *orbem radiatum*, vel, ut *Papinius* Theb. I. 28. vocat, *radiantem arcum* à veteribus apponi. Ita enim ille loco citato:

Ipse tuis alte radiantem crinibus arcum
Imprimat.

Et *Virgilius* Lib. XII. Æneidos vs. 161.

——— ——— ingenti mole Latinus
Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum
AURATI BIS SEX RADII fulgentia cingunt.

Quam verò deridere videtur Plinius in Panegyrico Cap. LII. 1: *Horum unum si præstitisset alius, illi jam dudum RADIATUM CAPUT, & media inter Deos sedes auro staret aut ebore.* Sistit hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVIII. N. 211.

NUM. 248.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti senile corona radiata ornatum, dexteram versus.

Idem Caput, eadem perigraphe cum præcedenti, nisi quod illic lævam, heic dexteram respiciat. Suppeditat cæterum hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVIII. N. 213.

NUM. 249.

DIVOS AUGUSTUS. Caput Augusti senile nudum, lævam versus.

De *Divi* elogio jam N. 246. egimus nihilque, quod moneamus heic, est residuum, nisi quod DIVOS legamus, pro DIVUS, uti in præcedentibus jam legimus, adeoque repetitam aliquando videamus *veterem scribendi rationem*, *Romana lingua jam multo tum exsistente* cultiore. Ratio est, quod veteres secundum *Quintilianum* Lib. I. C. 4. *Literas O. & V. frequentius permutaverint*, vel ut *Priscianus* Lib. I. loquitur, *sive longa*, *sive brevis Lit. O. affinis fuerit*, ut *ebur*, *robur*, *βοῦς*, *pro ebor*, *robor*, *bos*. Cujus rei exempla hodienum habemus in JULIOS, AEGYPTOS, (37) VOLTEIA, (38) VOLCANUS, (39) CONSOLES, HERCOLI, FOSTLUS (40) aliisque, & supra DIVOS quoque in *Cæsaris* nummo jam offendimus Tab. II. N. 57. *Cæsaris*, quæ consuli omnino & hanc in rem poterit. *Sine corona radiata* verò heic comparet hoc *Caput*, quod illud vel *sine ista nunc satis fulgeat*, & perpetua *ejus* in mentibus hominum numquam non floreat *memoria*.

NUM. 250.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Quando heic DIVUS legimus, quam vocem per DIVOS præcedenti Numero videmus expressam, confirmamur eo magis, *promiscuè* veteres *Vocales O & V.* tunc quandoque commutasse, uti præcedenti Numero jam ex *Quintiliano* & *Prisciano* innuimus.

NUM. 251.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti senile, corona radiata ornatum, lævam versus.

Quæ huc spectant, ad N. 247. jam dicta sunt, modo quod heic Caput ab illo positu perigraphes saltem differat. Sistit & illud *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVIII. N. 208.

NUM. 252.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti senile corona radiata ornatum, dexteram versus, ad latus utrumque consueta Senatus Consulti Nota est conspicua.

Ad N. 247, & 248. & exiguam offendes Diversitatem tùm in perigraphes, tum in Capitis

(37) In Nummis *Hadriani* sic legitur aureis, argenteis & æreis.

(38) In Nummis *Gentis Volteja*. V d: *Patin.* p. 301. & *Morellii Consul.* in *Familia Volteja*, ubi in 26. Nummis, nonn.si *Volteja* legas.

(39) *Morelli Consul.* T. I. N. 8. in *Gente Claudia*, & in nummis *Valeriani*.

(40) In Nummis *Gentis Pompeja* ubi: *SEX POM. FOSTLUS ROMA.* legitur. Vide Nummos *Consulares Morellii* T. III. N. 5. Croyaci Ducis Num. Tab. I. N. 1. 2. nempe pro *Faustulus*, uti *Plostra*, pro Plaustro, & *Clostra*, pro Claustra.

pitis positu, modo, quod heic Senatus Consulti Nota adhuc sit adjecta, indicans communi Senatus Consensu fuisse hoc Caput sic obsignatum, quod in æreis contigisse saltem, certè frequentissime novimus. Communicat hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab XVIII. N. 210.

NUM. 253.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti senile nudum, lævam versus.

Uti gratam noverant *Patris Patriæ* compellationem (vide supra N. 61.) per vitam; ita post mortem *Patris* nomine eundem honorare non cessabant *Romani*, ut amorem, quem exhibuisset illis vivens mortuo vicissim publice declararent. Dabit hoc quoque Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIX. N. 218.

NUM. 254.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

In hoc discrepat à præcedente Capite, quod heic laurea addita sit capiti, illic prætermissa, ut pateat, sicuti Augusto per vitam placuerat promiscuè modo sine, modo cum laurea in nummis effingi, ita hoc post mortem quoque ejus à Tiberio & Senatu fuisse observatum, præsertim cum hanc summam semper duxerit adoream supraque omnes laureas, in cordibus sequentium seculorum & hominum virere, & perpetuam ducere vitam. Vide hoc Caput quoque apud *Hub. Goltzium* Tab. XIX. N. 220.

NUM. 255.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Velim expendas, quæ ad N. 246. & 247. jam fuêre dicta, ut saltem hoc attendamus, Romanos post mortem eundem & laurea & radiata corona promiscuè Caput Augusti fulgere voluisse, quandoque & nudum, eadem tamen cum perigraphe, apotheosin ejus docente, exhibuisse, ut ostenderent, virtutem ejus non indigere externo indicio, universo orbi alias manifestam, notissimamque.

NUM 256.

Caput Augusti senile nudum, lævam versus.

Juvenile Augusti Caput sine inscriptione supra N. 1. 2. 3. at virile N. 77. 78. 79. 80 81. 82. 83. jam contemplati sumus. Senile istud, & post mortem nunc intuemur. Repetenda heic sunt, quæ jam modo ad Caput proximè præcedens N. 255. monuimus. Addimus modo, comparere alias hoc Caput quoque apud *H. Goltzium* Tab. XIX. N. 221.

NUM. 257.

Caput Augusti senile corona radiata cinctum, dexteram versus.

De corona radiata egimus supra N. 248. Sistit & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIX. N. 224.

NUM. 258.

DIVOS AUGUSTus, DIVI Filius. Caput Augusti senile laureatum, lævam versus.

Rursum comprobatum offendimus scriptione DIVOS, quod supra N. 249. evicimus, nempe O & V. literam apud veteres sæpius fuisse commutatam, quo B. L. ablegamus. Cæterum, Divus Augustus DIVI FILIUS uti per vitam, ita & post mortem audivit, non æque majoris divinitatis, quam certioris ortus argumento. Suppeditat quoque hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVIII. N. 205.

NUM. 259.

ΚΑΙϹΑΡ (*CAESAR*) *Caput Augusti senile, corona radiata cinctum, dexteram versus.*

De Cæsaris voce consulendus est supra Num. 4. quæ adoptionem, legitimamque sui successionem in Imperio arguit, ut tamen scriptione hac ipsa simul confirmemur in eo, quod supra pluribus N. 103. ex *Ezechiele Spanhemio* docuimus, nempe usum hujus (C) Sigmatis, & Augusti tempore jam invaluisse.

NUM. 260.

ΚΑΙϹΑΡ. (*CAESAR*) *Caput Augusti senile, corona radiata cinctum, dexteram versus.*

Diverso saltem positu vocis ΚΑΙΣΑΡΟΣ à præcedente differt, cætera eadem. Exhibet hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVIII. N. 206.

NUM. 261.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti senile lævam versus.

Consule N. 246. & 247. Cæterum repete quæ 253. 254. 255. jam fuêre adlata. Obvium cæteroquin hoc Caput quoque est apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. XVIII. N. 209.

NUM.

NUM. 262.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti senile laureatum, lævam versus.

Repetenda sunt, quæ N. 246. 247. 253. 254. 255. jam diximus. Vide & hoc Caput apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. XVIII. N. 216.

NUM. 263.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti senile radiatum, lævam versus.

Numero præcedente jam diximus, quæ huc quoque spectant.

NUM. 264.

DIVUS AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti senile laureatum, lævam versus, supra stella.

Eandem perigraphen circa Caput Augusti obsignatam jam N. 258. vidimus, modo quod ibi DIVOS, heic DIVUS legatur, cætera eadem, nisi quod præterea astrum Capiti Augusti immineat, sine dubio, originis cœlestis, à Julio Cæsare, hujusque à Venere indicium. Cæterum offert hoc Caput quoque *H. Goltzius in Augusto* Tab. XIIX. N. 207.

NUM. 265.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti senile laureatum, dexteram versus.

Si conferas hoc Caput cum illo N. 254. idem per omnia deprehendes, nisi quod hoc dextrorsum, illud sinistrorsum respiciat. Habebis illud & obvium apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab XIX. N. 222.

NUM. 266.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti senile corona radiata ornatum, lævam versus.

Coincidit hoc Caput cum illo, quod supra N. 254. vidimus, modo quod heic radiata, illic laurea gaudeat corona, & propius accedit illi N. 255. modo, quod alius positus perigraphes, cætera per omnia cum illo eadem, quo B. L. ablegamus. Sistit hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIX. N. 226.

NUM. 267.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti senile corona radiata cinctum, dexteram versus.

Idem cum præcedenti est capite, nisi quod heic dextrorsum, illic sinistrorsum respiciat. Omnia cæteroquin sæpius adfuêre.

NUM. 268.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti senile corona radiata ornatum, dexteram versus.

Idem Caput, eandem perigraphen Numeris præcedentibus jam vidimus. Cæterum suppeditat hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIX. N. 219.

NUM. 269.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti senile, corona radiata ornatum, dexteram versus.

Nihil heic aliud, quam quod in præcedentibus, & heic legimus, inde pergimus.

NUM. 270.

ΘΕΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ. (*DIVO CAESARI AUGUSTO.*) *Caput Augusti senile nudum, lævam versus.*

Conjunguntur heic à Græcis, quæ à Romanis sejuncta supra vidimus Augusti nomina, ità ut heic DIVO CAESARI AUGUSTO legamus, quæ supra per DIVUS AUGUSTUS, vel CAESAR solummodo expressa observavimus.

NUM. 271.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti senile radiatum, imminente eidem astro, anteque faciem fulgure exsistente, lævam versus.

Perigraphen jam N. 246. radiatam coronam N. 247. astrum N. 264. fulgur N. 120. supra observavimus, ut adeo, quod moneamus amplius, nunc restet nihil. Solum addimus, divinitatis notas heic cum maxime conjunctas deprehendi per vocum DIVUS, per coronam radiatam, per astrum, & fulmen, Jovem communiter concomitans indicium. Offendimus cæterum hoc Caput apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. XXI. N. 241.

NUM. 272.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti senile radiatum, astro supra verticem, & fulgure ante faciem conspicuo, dexteram versus.

Singula præcedenti Numero jam vidimus & Patris compellationem supra N. 253. excussimus. Dabit & idem Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXI. N. 243.

NUM. 273.

DIVUS AUGUSTUS Pater Patriæ. Caput Augusti senile radiatum, dexteram versus.

Qua ratione primum recusaverit, postea aliquoties denuo oblatum tandem receperit, illud acceptabile *Patris Patriæ* nomen, supra N. 61. pluribus jam evicimus. Jam observamus, post excessum non solum absolute PATRIS, uti supra sæpissime vidimus, sed & PATRIS PATRIAE titulo superbire voluisse ejusdem nummos, quo eo certius non interrupti amoris ad posteros exstaret monumentum. Communicat & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIX. N. 228.

NUM. 274.

DIVUS AUGUSTUS PATER PATRIAE. Caput Augusti senile laureatum, dexteram versus.

Idem Caput, eandemque Inscriptionem, uti Numero præcedente offendes, modo quod heic laurea corona, illic radiata insignis sit Augustus, quibus promiscuè ornatum & post fata voluere Romani, Augusti amantissimi. Offert hoc Caput quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIX. N. 225.

NUM. 275.

ΘΕΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*DIVUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti senile & radiatum, lævam versus.*

Eandem Inscriptionem, quam supra N. 270. in casu dandi legimus, nunc in nominandi habemas obviam, quo ipso idem tamen voluisse, vel ex superioribus perigraphis constare potest satis; ut tamen & hoc simul attendamus, Græcos Romanorum vestigia in obsignandis Nummorum perigraphis, presse fuisse sequutos. Sistit & hoc Caput in *Augusto Hub. Goltzius* Tab. XX. N. 230.

NUM. 276.

DIVUS AUGUSTUS PATER PATRIAE. Caput Augusti senile radiatum lævam versus, cum astro ante faciem & pone cervicem conspicuo.

Quem titulum N. 273. & 274. literis initialibus saltem vidimus expressum, hunc totidem literis exaratum heic legimus, de quo supra N. 61. pluribus quoque egisse meminimus. Interim & astrum, quod supra N. 264. 271. 272. supra verticem conspeximus, heic duplicatum, ante faciem nempe, & post occipitium, & veluti novum Consecrationis divinitatisque indicium offendimus, quod an Solem & Lunam astra cœli præcipua? an Julium & Augustum, quod magis placet, designet, Lectoris judicio relinquimus. Offert & illud Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXI. N. 245. *Anselmus Solerius* de Pileo p. m. 376.

NUM. 277.

Caput Augusti senile radiatum lævam versus, hinc & illinc astrum.

Quid corona radiata velit supra N. 247. quid astrum duplicatum significet N. præcedenti 276. hariolati sumus. Debemus quoque hoc Caput *H. Goltzio* in *Augusto* Tab. XXI. N. 244.

NUM. 278.

Caput Augusti senile radiatum dexteram versus, hinc & illinc comparente astro.

Confer, quæ ad Caput præcedens observavimus. Habet & hoc Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXI. N. 246.

NUM. 279.

Caput Augusti senile radiatum, dexteram versus, septem planetis circumdatum.

Novum denuo divinitatis & ἀποθεώσεως argumentum, nempe septem occursant nobis planetæ, veluti primæ magnitudinis astra, Caput Augusti cingentia, & ubi ille nunc habitet, distinctè indicantia, quod postea sequiores tùm in Imperatoribus, tum Imperatricibus, frequentius imitati sunt, ut eosdem mortalibus exemptos, relictis persuaderent vivis. Conspicuum quoque hoc est Caput apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. XXI. N. 248.

NUM. 280.

ΤΟΝ ΘΕΙΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. (*DIVUM AUGUSTUM PATREM PATRIAE.*) *Caput Augusti senile radiatum, lævam versus.*

Studiosos Romanorum in exprimendis Nummorum perigraphis imitatores, supra aliquoties jam exhibuimus Græcos, quod nostra perigraphe denuo nunc comprobare licebit amplius atque clarissime. Nam, sicuti N. 273. 274. 276. totidem eundem *Patrem Patriæ* in Nummis à Senatu legimus compellatum obsignatumque, ita heic πατέρα πατρίδος eundem pariter sistunt Nummi Græci; amoris affectu Græcis, haud cedere volentibus Romanis, sed hac amicissima omnium compellatione cum illis veluti de palma concertantibus. Suggeret cæteroquin hoc quoque Caput *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XX. N. 235.

CHRISTIANI SCHLEGELII COMMENTARIUS IN NUMMOS AUREOS CAESARIS AUGUSTI.

TABULA IX.

NUM. 1. & 2.

CAESAR IMPerator. Caput Augusti nudum, lævam versus.

CAESAR IMPerator. Caput Augusti nudum, dexteram versus.

Nummum heic, B. L. conspicis prima vice *aureum*, talemque, qualis vulgò solet vocari *incusus*, ex celeberrimo *Regis Galliarum* Thesauro, uti adjectum docet *Lilii* signum, depromptum. Nempe, cum *metallum subjectum* fortè uni typarii matrici infra adhæserit, & illud denuò sic alteri subditæ lamellæ impositum fuit, percussumque denuò malleo, non potest non eadem facies denuò, huic lamellæ subjectæ imprimi; unde postea nomen *incusorum* merentur. Quoniam verò hoc non frequentius, sed *rarissimè* ex errore, uti diximus, *fabrorum* saltem *monetariorum* contigit, hinc non tàm frequens quoque horum incusorum in *celeberrimis* etiam *Cimeliarchiis* habetur copia; quod ex eo facilè æstimandum est, quod in omnibus *argenteis Augusti* unus saltem hujus formæ impressæ, sed quinarius, adsit, perinde atque hic unicus forte in *aureis* Cimeliarchii est *Regii Parisiensis*, studio à *Morellio* id propter ab initio statim *æri* traditus. Exhibet hoc Caput *C. Mediobarbus* p. 25.

NUM. 3.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum lævam versus, uti Tab. III. N. 69.

vel

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, dexteram versus, uti Tab. III. N. 97.

vel

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, dexteram versus, ubi Tab. III. N. 100.

DIVUS JULIUS. Astrum caudatum, quod Cometen vulgò nominant.

Non dubium est, hunc nummum ab *Augusto* fuisse cusum in *honorem Julii Cæsaris* & in memoriam *ejusdem consecrationis* atque obtentæ *divinitatis*, quod ex adjecto *DIVI epitheto* relucet, quod per *Cometen*, sive *stellam crinitam*, quæ inter Septentrionem & Occasum apparuit, quamque vulgus *animam Cæsaris*, in cœlum recepti, dixit, credidítque, indicatur. Hanc stellam non solùm *super verticem Cæsaris* in *anticis* ejus supra in Cæsare Tab. II. n. 51. 62 64. tùm & in aliis ejus nummis *ante frontem*, uti Tab. II. n. 56. 59. 60. 65. ibidem; inque aliis *post cervicem*, uti Tab. II. n. 61; sed &

& Tab. VII. N. 23. & 24. itemque Tab. IX. n. 24. in *posticis* seorsim, tùm *sine adjectis literis*, tùm additis : *DIVI JULI*, jam conspeximus, quæ & heic hoc modo obvia est, adjectis vocibus : DIVUS JULIUS, quo minus dubitare liceat, in honorem *ejusdem consecrationis* fuisse conflatum. De hac vero stella *Suetonius* ita Cap. LXXXVIII : *In Deorum numerum relatus est, non ore modo decernentium, sed & persuasione vulgi. Siquidem ludis, quos primos consecratos ei hæres Augustus* (Apollonia reversus) *edebat, STELLA CRINITA per septem dies continuos fulsit, exoriens circa undecimam horam : creditumque est, ANIMAM esse CAESARIS in COELUM RECEPTI, & hac de causa SIMULACRO EJUS IN VERTICE ADDITUR STELLA.* Nempe hoc inter alia factum est *simulacro ipsius* in *Veneris Genetricis Templo*, numinisque hunc in modum ab *Augusto eandem* fuisse impressam, modò in Cæsare monuimus, confirmavimusque simul *Dionis* verbis Libro XLV. pag. 273 : Θαρσήσας, χαλκοῦν αὐτὸν ἐς τὸ Ἀφροδίσιον, ἀστέρα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα ἔστησεν, *animo confirmatus Cæsar STATUAM ÆREAM CUM STELLA SUPRA CAPUT in Veneris templo posuit.* Augustum ipsum de hac stella differentem, CAUSAMQUE ADJECTI CAPITI CAESARIS SIDERIS prodentem, *Plinius* H. N. Libr. II. c. 25. introducit : *Cometes in uno totius Orbis loco colitur in templo Romæ, admodum faustus Divo Augusto judicatus ab ipso : qui incipiente eo, apparuit ludis, quos faciebat VENERI GENITRICI, non multò post obitum patris Cæsaris, in Collegio ab eo instituto. Namque his verbis id gaudium prodidit : Iis ipsis ludorum meorum diebus, SIDUS CRINITUM per septem dies in regione cœli, quæ sub Septentrionibus est, conspectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque & omnibus è terris conspicuum fuit. Eo sidere significari vulgus credidit, Cæsaris animam inter Deorum immortalium Numina receptam: quo nomine ID INSIGNE SIMULACRO CAPITIS EJUS, quod mox in foro consecravimus, ADJECTUM EST.* *Dio* in *Octaviano* Libro XLV. eandem *causam apparitionis* hujus *Cometes* refert, p. 273 : Ἐπεὶ μὲν τοι ἄστρον τι παρὰ πάσας τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἐκ τῆς ἄρκτου πρὸς ἑσπέραν ἀνεφάνη, καὶ αὐτὸ κομήτην τέ τινων καλούντων, καὶ προσημαίνειν οἷά που εἴωθε λεγόντων, οἱ πολλοὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἐπίστευον· τῷ δὲ δὴ Καίσαρι αὐτὸ, ὡς καὶ ἀπηθανατισμένῳ, καὶ ἐς τὸν τῶν ἄστρων ἀριθμὸν συγκατειλεγμένῳ, ἀνετίθεσαν. *Cæterum stella quotidie quædam inter septentrionem & occasum apparuit, eamque cometen vocantes nonnulli, ea portendere dicebant, quæ alias hujusmodi signum sequi consuevissent. Creditum quidem hoc à plebe est, sed tamen Cæsari eam, immortalitatem nimirum jam adepto, inque siderum numerum allecto, sacram esse dixerunt.*

Idem propemodum affirmat *Joh. Zonaras* Annal. Tom. II. p. 135 : Καὶ οὕτω τὸν δῆμον ἐφελκυσάμενος, ἐπεί τις ἀστὴρ τότε ἐφάνη ἐξ ἄρκτου πρὸς ἑσπέραν, ὃν οἱ μὲν κομήτην ἔλεγον, προσημαίνοντα οἷά που εἴωθεν, οἱ δὲ τῷ Καίσαρι αὐτὸν ἀνετίθεσαν, ὡς ἐς τὸν τῶν ἀστέρων ἀριθμὸν ἐγκατειλεγμένῳ, θαρσήσας ὁ πρώην μὲν Ὀκτάβιος, ἤδη δὲ Καῖσαρ κληθεὶς, μετὰ ταῦτα μέν τοι καὶ Αὔγουστος, χάλκεον ἀνδριάντα τοῦ Καίσαρος, ἀστέρα φέροντα ὑπὲρ κεφαλῆς, εἰς τὸ Ἀφροδίσιον ἔστησεν. *Cujus* (plebis) *studia cum sibi adjunxisset, exorta stella, quæ à septentrione versus occasum tendebat, quam alii Cometam dicebant, ea portendentem, quæ solet id genus impressionum : alii Cæsari dedicabant, in stellarum NUMERUM RECEPTO scilicet; non dubitavit pridem Octavius, tum Cæsar, post etiam Augustus, æneam statuam CAESARIS, CUM STELLA SUPRA CAPUT in æde Veneris dedicare.* Meminit & ejus *Seneca* Nat. Quæst. VII. 17 : *Cometes, qui post necem Divi Julii, ludis Veneris Genetricis circa undecimam horam diei emersit. Ovidius* Lib. XV. Metamorph. de isto sidere ita versu 45.

> *Hic tamen accessit delubris advena nostris:*
> *CAESAR in URBE SUA DEUS est, quem Marte togaque*
> *Præcipuum, non bella magis finita triumphis,*
> *Resque domi gestæ, properataque gloria rerum,*
> *In SIDUS VERTERE NOVUM STELLAMQUE COMANTEM.*

Studio præterimus magnam Poëtarum manum, quam supra ad Tab. II. n. 51. adduximus, unicumque de illa audiamus Poëtarum Principem *Virgilium* Ecloga IX. 46. canentem :

> *Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?*
> *Ecce Dionæi processit CAESARIS astrum,*
> *Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo*
> *Duceret apricis in collibus uva colorem.*

Et Lib. VIII. 681. Æneidos de Augusto :

> —— —— *geminas cui tempora flammas*
> *Læta vomunt, patriumque aperitur vertice sidus.*

Ut verè nunc usurpare liceat, quod cecinit *Manilius* IV. 948 :

> *Jam facit ipse DEOS, mittitque ad sidera Numen*
> *Majus & Augusto crescit sub principe cœlum.*

Exhibet hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXII. N. 1. Exstat hodie in Thesauro *Regis Galliæ.*

NUM. 4.

IMPerator CAESAR DIVI JULIi Filius: Caput Augusti nudum, dexteram versus nudum ac quodammodo barbatum, uti Tab. I. N. 33.

vel

CAESAR DIVI Filius IMPerator PONTifex III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti juvenile, sinistram versus, pone lituus, uti Tab. I. N. 20.

DIVUS JULIUS. Sidus crinitum, uti in antecedente.

De *astro caudato*, sive *Cometa* Num. præced. dictum fuit, quæ hùc transscribere supervacaneum omnino esset. Notamus modo, singulari studio *Cometæ* hujus (quem *recentiores Christi nativitatis præconem* rectius augurantur) *memoriam* ab Augusto, *Pontifice*, quod lituus, ponè sive post cervicem impressus innuit, tunc non solum *Imperatore*, quod elogium ipsi post Victoriam Mutinensem, die 14. Kal. Maji Anno $(\frac{710}{11})$ impetratam, fuit tributum, sed & (ut antica altera docet) jam *Trium-Viro*

Viro ReiPublicæ Conſtituendæ cum *Antonio* & *Lepido* aut proxime ſequentibus annis (cur præciſe anno $\left(\frac{715}{16}\right)$ ex *Goltzii* in *Faſtis* p. 192. mente, ſit ſignatus, non capimus, fuiſſe conſervatam, quod ex tam multis monumentis, cui impreſſum eſt hoc *aſtrum*, relucet, *divinitatemque* Julii omni occaſione, qua licuit, populo fuiſſe inculcatam, dum nempe non ſolum in *antica* DIVI FILIUS audire vult, ſed in *poſtica* cum hoc elogio: DIVUS JULIUS, nummum voluit obſignari. Nummum hunc aureum jam vulgavit *H. Goltzius* Tab. XXII. N. 3. in *Auguſto*, idemque in *Faſtis Romanorum* p. 192. ad annum 715. *Joh. Hemelarius* in Nummis Ducis *Croyjaci* Tab. III. N. 1. p. 10. *A. Rubenius* in Nummis Arſchotanis Tab. IX. N. 2. p. 15. *Jacob Biæus* in iconibus Tab. IX. N. 2. *Ad. Occo* auctus per *C. Mediobarbum* p. 23. *A. Morellius* in Nummis ConſularibusGoltzianis Tab. XX. N. 17. in *Fam. Julia.*

NUM. 5.

CAESAR DIVI Filius AUGUR PONTifex IMPerator QUARtum COnSul TERtium. Caput Auguſti nudum, lævam verſus, uti Tab. II. N. 57.

DIVI JULII. Caput Julii laureatum, dexteram verſus, pone lituus.

Novum denuo monumentum *divinitatis*, *Julio* attributæ, ſub manus venit, de qua Num. 3. jam plura in hanc rem attulimus, ut ſaltem ratione *adverſæ* notemus, illum ab *Auguſto aliquandiu poſt illos* ſupra adductos, ſub *Conſulatu* ſuo ſcilicet *Tertio*, quem A. V. C. $\left(\frac{722}{23}\right)$ Ante Chriſtum N. 31. cum *M. Valerio Meſſalla Corvino* egit; *Imperator* tunc *Quartum* dicto, (nempe ex quo *M. Antonium TriumVirum* R. P. C. IV. Non. Septembr. *ad Actium* devicerat, adeoque exinde Rempublicam ſolus tenuerat) fuiſſe cuſum. Confer. Tab. II. N. 57. ſup. In quo conſentit & *Hubertus Goltzius* in *Faſtis* ſuis *Romanorum*, hunc nummum ad A. V. C. 722. referens. Produxit illum jam in lucem *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XXIII. N. 14. Idem in *Faſtis Romanorum* pag. 200. *Occo* ſeu potius *Mediobarbus* pag. 26. ſine dubio ex *Goltzio A. Morellius* in Nummis *Goltzianis Conſularibus* Tab. XXI. N. 5. in *Familia Julia.*

NUM. 6.

IMPerator CAESAR DIVI Filius III. VIR (TriumVir) ITERum ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput Auguſti nudum, & aliquantum barbatum, dexteram verſus, pone lituus, uti Tab. I. N. 27.

DIVO JULIO. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus, ante illud aſtrum.

Quanti *apotheoſin* æſtimaverint Gentiles, vel ex tot jam prolatis colligere licet monumentis, noſtro hoc non ſolum DIVUM JULIUM nominante, ſed & *aſtrum* ejus (non Cometam) ante faciem ipſius exhibente, procurato per *Auguſtum*, avunculum, & à Julio Cæſare *adoptatum*, *mortemque* ejus adhuc *lugentem*, quod *genæ*, *crinibus veſtitæ*, docent. *TriumViri* vero iterum in adverſa quando elogium legimus, ex eo palam fit, ipſum circa annum $\left(\frac{716}{17}\right)$ fuiſſe cuſum, quod & innuere videtur *Goltzius* in *Faſtis* ad hunc annum hoc Caput referens p. 193. Nam, expleto *priori TriumViratus quinquennio*, quod ab anno $\left(\frac{711}{12}\right)$ cœperat, in aliud *quinquennium* Principatum hunc prorogaverant, teſte *Dione* Libro XLIX. p. 390. atque hinc eſt, quod *TriumVir iterum*, ſive *ſecundum*, in nummo audit. *Aſtrum*, uti diximus, ſine dubio *Veneris* eſt, quod ab *illa genus* ſuum *ſe deducere* gloriaretur, unde & Templum *Veneri Genetrici* ab ipſo dicatum. DIVUS autem obſignatur, quod in *Deorum* numerum poſt mortem *primus* ex *Cæſaribus*, & quidem autore *Auguſto*, fuerit adſcitus, referente id *Suetonio* Cap. LXXXVIII: *Periit VI. & L. ætatis anno: atque IN DEORUM NUMERUM RELATUS EST, non ore modo decernentium, ſed & perſuaſione vulgi.* *Dio* Lib. XLVII. p. 388: Πρὸς δὲ τούτοις, ἀπεῖπον μὲν μηδεμίαν εἰκόνα αὐτοῦ, καθάπερ θεοῦ τινὸς ὡς ἀληθῶς ὄντος, ἐν ταῖς τῶν συγγενῶν αὐτοῦ ἐκφοραῖς πέμπεσθαι. *Edixerunt porro, ne in funeribus eorum, qui Cæſari ſanguine juncti fuiſſent, Cæſaris, nimirum, qui VERE DEUS ESSET, ulla imago (ſicut tum adhuc pro antiquiſſima conſuetudine fiebat) geſtaretur.* Ac ipſum Octavianus *Auguſtus* in Oratione ad Senatum apud *Dionem* Libro LIII. p. 501: ἐκεῖνος (πατὴρ) μὲν γὰρ καὶ ἰσόθεος ἀπεδείχθη, καὶ τιμῶν ἀϊδίων ἔτυχεν. h. e *Is enim* (Pater) *inter Deos relatus; conſecutusque eſt ſempiternos honores, quum ejus occiſores digno ſuis factis interitu perierint.* Et *Appianus* morem conſecrationis exinde fluxiſſe clare pronunciat Lib. II. de B. C. p. 521: ὁ γάρ τοι θετὸς αὐτοῦ παῖς Ὀκταούιος, τό τε ὄνομα ἐς τὸν Καίσαρα μεταβαλὼν — — τὸν πατέρα τιμῶν ἰσοθέων ἠξίωσεν. *Nam adoptivus ejus filius Octavius, mutato nomine Cæſar, ipſum Patrem inter Deos retulit.* Pergit: *Quo exemplo nunc quoque Romani ſuos Imperatores, niſi quis aut tyrannicus ſit, aut alioquin criminoſus, poſt mortem conſecrant, qui prius ne vivos quidem vel Reges appellari tulerunt.* De quo & *Manilius* IV. 948. eleganter:

Jam facit ipſe Deos, mittitque ad ſidera Numen
Majus, & Auguſto creſcit ſub Principe cœlum.

Nec non Lib. IV. p. 97:

Illum Urbes & regna trement, nutuque regentur
Unius, & COELI poſt terras JURA manebunt.

Ac *Propertius* Libro IV.

At Pater Idalio miratus Cæſar ab aſtro,
Sum Deus, & noſtri ſanguinis iſta fides.

Edidit jam hunc nummum *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XXIII. N. 16. *Adolph Occo* pag. 24. à *Mediobarbo* auctus; *A. Morellius* in Nummis *Conſularibus Goltzianis* Tab. XXI. N. 3. in *Famil. Julia.*

NUM.

NUM. 7.

IMPerator CAESAR AUGUR PONTifex III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum, dexteram versus, pone lituus, uti Tab. I. N. 30.

COnSul ITERum ET TERtium DESIGNatus. Templum tetrastylum, in cujus summitate, sive frontispicio, astrum cernitur, peristylio adscriptum est: DIVO JULio. In area, sive medio, stat Julius Cæsar laureato Capite, veluti Augur, dextera tenens lituum, ad dexterum Templi latus visitur capeduncula, sive simpulum.

Consul iterum, sive *secundum*, dictus est nonum *post annum primi Consulatus* (quem A. V. C. $\left(\frac{710}{11}\right)$ occupaverat) teste *Suetonio*, adeoque Anno $\left(\frac{720}{21}\right)$ *Fasti* Capitolini decem post annis habent, nempe cum *L. Volcatio Tullo*; sed ipse abdicavit, & in ejus locum Consul factus est *L. Autronius Pætus*. *Dio* annum 721. reponit; ut adeo videamus, Anno supra memorato $\left(\frac{720}{21}\right)$ *Consule* tunc II. & *tertium designato* retinuisse *TriumViratum*, licet alterius quinquennii TriumViratus terminus jam effluxisset, quod clare antica nostra cum postica combinata docent.

Cæterum fine dubio *Templum* est illud, quod ipsi *Julio*, veluti *Deo*, fuit post fata à *TriumViris*, & cum maximè *Augusto*, dicatum, quod non solum *stella* docet, sed & *Inscriptio* in peristylio: *DIVO JULio*. Erat verò illud in *Foro*, prope *Templum Castorum*, cujus non solum *Suetonius* Cap. LXXXIV: meminit, scribens: *Funere indicto, rogus exstructus est in Martio campo, juxta Juliæ tumulum; & pro Rostris aurata ÆDES ad simulacrum Templi Veneris Genetricis collocata*; Itemque *Appianus* Libro II. de Bellis Civilibus: *Quo loco* (in Foro, quo loco Regia quondam fuerat,) *primum ARA fuit, nunc TEMPLUM est IPSIUS CAESARIS, ubi DIVINIS HONORIBUS colitur.* Ἔνθα βωμὸς πρῶτος ἐτέθη, νῦν δ' ἐστὶ νεὼς αὐτοῦ Καίσαρος, θείων τιμῶν ἀξιούμενος. Ipseque *Dio* Libro XLVII. pag. 337: Ταῦτά τε οὖν οὕτως οἱ τρεῖς ἄνδρες ἐκεῖνοι ἐποίουν, καὶ ἅμα καὶ τὸν Καίσαρα τὸν πρότερον ἐσέμνυνον ἐπὶ πλεῖστον. —— —— Καὶ ἡρῷόν οἱ ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ ἐκέκαυτο, προκατεβάλλοντο. *Præter has actiones TriumViri Cæsarem quoque superiorem summis honoribus affecerunt, —— —— & Sacellum ei in Foro, eo in loco, ubi crematus fuit; erexerunt.* *Ovidius* Lib. II. de Ponto Eleg. II. 83. Templum hoc describit ita:

> *Quem pia vobiscum proles comitavit euntem*
> *Digna parente suo, nominibusque datis:*
> *Fratribus assimilis, quos proxima templa tenentes*
> *DIVUS ab EXCELSA JULIUS AEDE videt.*

Et *Metamorph.* Lib. XV: 589.

> *—, — ut semper Capitolia nostra, Forumque*
> *DIVUS ab EXCELSA prospectet JULIUS ÆDE.*

Atque *Papinius Statius* de ejusmodi Templo:

> *—— Hinc obvia limina pandit,*
> *Qui fessus bellis, assertæ munere prolis,*
> *Primus iter nostris ostendit in æthera Divis.*

Formam ejus quoque tradit *Vitruvius*: *Ergo pycnostylos est, cujus intercolumnio unius & dimidiatæ columnæ crassitudo interponi potest: quemadmodum est in D. JULII TEMPLO.* Consentit & *P. Victor*, qui illud in VIII. Urbis Regione situm fuisse refert; Supraque in *Cæsare* Tab. IX. N. 21. illud sub Ædile, *Lentulo Marcellino*, exædificatum fuisse, conjecimus, cujus Templi ibidem structura cum hac nostra prorsus convenit. Immo & illud *asyli loco* habitum fuisse, testis est *Dio* Lib. XLVII. p. 338: *Edixerunt porro, ne quis impunitatis causa in EJUS* (Julii) *SACELLUM confugiens, inde ejiceretur aut abriperetur.* Ἀπηγόρευσαν δὲ, μηδένα ἐς τὸ ἡρῷον αὐτοῦ καταφυγόντα ἐπ' ἀδείᾳ, μήτε ἀνδρηλατεῖσθαι, μήτε συλᾶσθαι. Ejus *statuam* in *medio*, sive *area* ejusdem fuisse collocatam, veluti *Dei*, *Venerisque stellam* frontispicio ejusdem fuisse adjectam, ex nummo hoc clarum reddi omnino potest; ex *Servii* etenim mente *illi Numini sacratus locus est, cujus SIMULACRUM in medio collocatur, alia enim simulacra; alio loco in templo eodem posita, tantum ad ornatum pertinere*; Ac non alio modo, in eodem comparet, quàm quem *Virgilius* aliquando *Augusto* auguratur post fata, *Georg* III. 13.

> *Et viridi in campo Templum de marmore ponam,*
> *IN MEDIO mihi Cæsar erit, TEMPLUMque TENEBIT.*

Nempe Templum qui dicabat, *postem* tenens, *dare se* dicebat *Numini*, quod ab alio necesse fuerat jam *teneri*, & ab humano jure discedere. Atque in ejusmodi *templis* semper sacratus erat *Numini locus in medio*, ejusque *simulacrum* eo loco, nempe *in medio* collocabatur, ut rectè monet supra laudatus *Servius* ad L. III. Georg.

Stella verò, sicuti, referente *Dione* Libro XLVII. p. 273. *supra simulacrum ejus in Templo Veneris Genetricis* fuit constituta, scribente: Χαλκοῦν αὐτὸν ἐς τὸ Ἀφροδίσιον, ἀστέρα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα, ἔστησεν. *STATUAM patris æream, cum STELLA SUPRA CAPUT in Veneris Templo posuit*; itemque *Zonara* T. II. p. 135: Χάλκεον ἀνδριάντα τοῦ Καίσαρος, ἀστέρα φέροντα ὑπὲρ κεφαλῆς, εἰς τὸ Ἀφροδίσιον ἔστησεν. (Augustus) *æneam STATUAM CAESARIS CUM STELLA SUPRA CAPUT in æde Veneris dedicavit*; ita & heic sub frontispicio micat, quem pro *Veneris* astro magis habere, quam *Cometa* (de quo pluribus jam hac Tabula N. 3. egimus) vellemus, quamvis; sive illam sive hanc sententiam amplectaris; res eò redit; *divino honore* ipsum *fuisse cultum*, ac *ab omni Populo inter astra collocatum*. Publici juris jam hunc nummum fecerunt *H. Goltzius*, in *Augusto*; Tab. XXIII. N. 15. p. 50. *A. Rubenius* in Nummis *Arschotan*. Tab. IX. N. 8. p. 16. *Jacob. Oiselius* Thes. Num. select. Tab. CVI. N. 12. p. 518. *Joach. Oudanus* Pot. Rom. Tab. CV. N. 12. *Jacob. Biæus* Tab. IX. N. 8.

Num. 8.

CAESAR IMPerator PONTifex III. VIR (Triumvir) ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti, dexteram versus nudum, uti Tab. I. N. 25.

DIVO JULIO EX Senatus Consulto. Templum tetrastylon cum acroteriis suis, in cujus frontispicio stella conspicitur, in aditu, sive area, sedet in sella curuli laureato Capite Julius, dextera tenens lituum, auguris insigne.

De Templo, sive *Sacello* hoc *Divi Julii*, post fata à TriumViris exstructo, præcedente Numero satis actum à nobis est, quo B. L. remittimus. Ex *antica* patet, *non diu post Cæsaris necem* fuisse percussum, cum ab *Augusto* cum maximè, adhuc *TriumViro*, proficiscatur, ut adeo veritatem *Dionis* discamus, scribentis, *à TriumViris hoc*, sive *Templum*, sive *Sacellum*, &, quod adhuc majus est, ac insuper ex *hoc tantum nummo* constat, *ex SENATUS CONSULTO fuisse excitatum*. Hoc fortè singulare animadvertes, quod heic velut *Deus in Templo suo sedeat*, in præcedenti verò *stat*; sed sic fortè conciliari hæc differentia poterit, si dicatur, in præcedenti nummo statuam ejus conspici, uti alias fabricari fuit solita & circumferri in pompa atque ludis; heic verò uti Deum in proprio suo domicilio sedere, non secus ac *Virgilius* de *Augusto* loquitur Georg. III. 13.

Et viridi in campo Templum de marmore ponam,
In medio mihi Cæsar erit, Templumque tenebit.

Johanni Hemelario verò assentiri non possumus, inquienti: *Seu potius Templum istud sit Veneris, ubi statuam Patris Augustus dedicavit.* Posterius equidem sicut non negamus; ita cum *hoc* Templum cum *præcedente*, & *illo*, quod supra in *Cæsare* Tab. IX. N. 21. vidimus, ratione *structuræ*, sit prorsus idem, mallemus cum *Clarissimo Vaillantio* pro *Templo Julii*, sive ejusdem *Sacello*, interpretari, ut tamen eidem *Joh. Valenti* non credamus, qui non solum *figuram velatam stantem* in templo tetrastylo, sed & *dextera simpulum* gerentem, ac in frontispicio templi *stellam crinitam*, juxta primam editionem (1674.) ac quod posteriora duo in posteriore (1694) conspexit, contrario planè ex nostri typo statim elucescente, nempe, quod *C. Julius Cæsar* non *velatus* stet, sed *togatus sedeat*, dehinc non *simpulum* dextera, sed *lituum* gerat, & tandem, non *stella crinita* in frontispicio compareat, sed *Veneris astrum*. Ut taceamus ex *argento* haud esse frequentem, quod tamen contendit, laudatus Autor, sed primùm *aureum* produxisse *Goltzium*, & post eum secutos esse cæteros.

Nummum hunc sistunt aureum *rarum H. Goltzius* Tab. XXIII. N. 22. p. 50. *Jac. Oiselius* Tab. CVI. N. 11. p. 517. 518. *A. Rubenius* in Nummis Arschot. Tab. IX. N. 7. *Joach. Oudanus* in Pot. Rom. Tab. CV. n. 11. *Jacob. Biæus* Tab. IX. N. 7. *Joh. Hemelarius* Tab. III. n. 2. p. 11. *Joh. Valens* in Nummis aureis rar. pag. 19. edit. vet. 1764. & in nova (anni 1694.) p. 36. *A. Morellius* in Nummis *Consularibus Goltzianis* Tab. XX. N. 19. in *Famil. Julia.*

Num. 9.

Caput Augusti nudum, dexteram versus, sine Inscriptione, uti Tab. IV. N. 127.

vel

Caput Augusti virile nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 77.

CAESAR DIVI Filius. Quadrigæ triumphales

Currum triumphalem videmus, incerti tamen, utrum in nummis ob bellum *Siculum* confectum an ob *Antonium devictum*, obsignatus? Ob bellum *Siculum* certè *statuas* & *currus triumphales*, magno omnium consensu, Augusto fuisse decretos, *Dio*, autor est, scribens Libro XLIX. pag. 400: Καὶ οἱ ἐν τῷ ἄστει ἐπαίνους τε αὐτοῦ ὁμοθυμαδὸν, καὶ εἰκόνας, καὶ προεδρίαν, ἁψῖδά τε, τροπαιοφόρον, καὶ τὸ ἐφ' ἵππου ἐσελάσαι, τό τε Στεφάνῳ δαφνίνῳ ἀεὶ χρῆσθαι &c. *Romæ autem Cæsari laudatio unanimi consensu, STATUAEque, primus locus in consensu, arcus trophæo ornatus, utque eques in Urbem intraret, semper lauro coronaretur &c decretum est.* Et *Suetonius* perhibet Cap. XXII; *Bis ovans ingressus est Urbem, post Philippenses & rursus post SICULUM bellum.* Quod & affirmant *Fasti Capitolini:*

IMP. CAESAR DIVI F. C. N. II.
III VIR R. P. C. II. A. DCCXVII.
OVANS EX SICILIA IDIBUS
NOVEMBRIS.

Alias *curules triumphos tres egisse*; *Dalmaticum*, *Actiacum*, *Alexandrinum*: *continuo triduo omnes*, idem *Suetonius* auctor est Cap. XXII. *A. Morellius*, uti video, ad posteriorem inclinare visus est sententiam, quasi nempè *ille ad victoriam Mutinensem* spectet, qua & *Antonius* victus in Gallias fugit, & duo Consules, *Hirtius* & *Pansa*, occisi fuerunt A. V. C. $\left(\frac{711}{12}\right)$ in quo & hos habet consentientes, præsertim quia *Augustus CAESAR DIVI Filius* in illo legatur, quod indicio est, hunc prioribus statim annis fuisse consulatum; dehinc post bellum *Siculum ovationem*, ergo non *curulem triumphum* egerit, quem tamen *quadrigæ triumphales* arguunt. Vocatur autem *Divi Filius* propterea, quod *Augustus* ab avunculo suo, Cæsare, in Deorum numerum post fata recepto, fuerat adoptatus, teste *Suetonio* in *Cæsare* C.LXXXIII: *Sed novissimo testamento tres instituit hæredes, sororum nepotes, C. Octavium ex dodrante &c. C. Octavium etiam in FAMILIAM NOMENque adoptavit*; Ex *Dione* Libro XLV. p. 269: αὐξηθεὶς δὲ, συνδιέτριβε τῷ Καίσαρι· ἄπαις τε γὰρ ἐκεῖνος ὢν, καὶ μεγάλας ἐπ' αὐτῷ ἐλπίδας ἔχων, ἠγάπα τε καὶ περιεῖπεν αὐτὸν, ὡς καὶ τοῦ ὀνόματος, καὶ τῆς οὐσίας, τῆς τε μοναρχίας διάδοχον καταλείψων. *Postquam adolevit, (Octavius) cum Cajo Cæsare vixit; qui liberis ipse carens, magnamque de eo adolescente spem habens, summo eum amore complexus est, atque fovit: eumque sibi nominis, fortunarum, regnique hæredem constituerat.* *A. Rubenius* eò abire videtur, quasi sint *quadrigæ*, quibus *signa à Parthis*

Parthis recepta in Urbem fuêre relata, quod nobis non placet, idque vel hanc ob cauſam, quod *Cæſar Divi filius* in illo audiat, qui titulus *priora regiminis tempora* arguit. Vulgavit hunc aureum rarum *Joh. Valens* in raris aureis veteris edit. pag. 18. & recentioris p. 34. ex *Theſauro Regis Chriſtianiſſimi*, in quo duplici modo comparet, uti mox & alterius formæ videbimus. Exſtat & hoc modo in *Theſauro Schwartzburgico.*

Num. 10.

Caput Auguſti nudum, dexteram verſus, ſine Inſcriptione, uti Tab. IV. N. 127.

CAESAR DIVI Filius. Quadrigæ triumphales.

In hoc à præcedente differt *rarior* equidem nummus *aureus*, uterque in *Regis Chriſtianiſſimi* Gazophylacio reperiundus, quod illinc *ſiniſtrorſum* heic *dextrorſum* quadrigæ decurrant, *eodem* tamen *ſine* ſine dubio *uterque* cuſus, quem Numero præcedenti attigimus. Exhibet & illum *Albertus Rubenius* in Nummis *Arſchotanis* Tab. XIV. N. 1. & 2. pag. 24. N. 1. 2. *Joh. Valens* in raris aur. veter. edit. p. 18. & recentior. p. 34. hodieque ut diximus pars eſt Gazæ *Regis Chriſtianiſſimi.*

Num. 11.

Caput Auguſti nudum, lævam verſus, ſine Inſcriptione, uti Tab. IV. N. 126.

vel

IMPerator. Caput Cæſaris galeatum, lævam verſus, uti Tab. II. N. 42.

CAESAR DIVI Filius. Victoria alata in bigis, dexterâ palmam, ſiniſtra habenas tenens, lævam verſus aurigans.

Ad *Ludos Circenſes*, quos *Auguſtum* exhibuiſſe legimus, ſine dubio hic ipſe ſpectat nummus, de quo *Dio* Lib. XLV. p. 272: Καὶ μετὰ τοῦτο τὴν πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῇ τοῦ ἀφροδισίου ἐκποιήσει καταδειχθεῖσαν &c. *Deinde Ludos inſtitutos ob perfectionem Fani Veneris, quos, vivo adhuc Cæſare, quidam ſeſe celebraturos receperant, ſed tum ſicut & equeſtre certamen Parilibus, negligebant; ipſe ſuis ſumptibus, tanquam ad ſe ratione generis pertinens, ad captandam populi gratiam, fecit.* Et Libro LIII. p. 466: *Ludos, propter Actiacam victoriam decretos,* A. V. C. $\left(\frac{726}{27}\right)$ *cum Agrippa exhibuit, & in iis equeſtre certamen per pueros & viros patricios peregit: iique (deinceps ad noſtram usque ætatem) ludi quinto quoque anno facti ſunt. Eorumque curatio quatuor Sacerdotum collegiis per ordinem incumbit, pontificibus nimirum, auguribus, ſeptemviris & quindecimviris. Gymnici quoque ludi, ſtadio in campo Martio exſtructo ligneo, acti ſunt: & munus gladiatorium depugnantibus captivis exhibitum.* *Suetonius* Cap. XVI. horum ludorum Circenſium meminit: *Ac die Circenſium proximo ſolenni pompæ ſimulacrum Dei* (Neptuni) Auguſtus *detraxerit*; Immo ægrotum iis interfuiſſe idem *Suetonius* teſtatur Cap. XLIII: *Accidit votivis Circenſibus; ut correptus valetudine, lectica cubans, thenſas deduceret.* Et Cap. XLV: *Ipſe Circenſes ex amicorum ferè, libertorumque cœnaculis ſpectabat, interdum è pulvinari, & quidem cum conjuge ac liberis ſedens.* Non equidem neſcimus, *H. Goltzium* in *Faſtis* ſuis p. 195. hunc ipſum nummum ad *Ovationem Auguſti*, ex Sicilia redeuntis, Idibus Septembris inſtitutam, Annumque $\left(\frac{717}{18}\right)$ referre, Comitemque *Mediobarbum* p. 21. ad *Victoriam Mutinenſem* Anno $\left(\frac{710}{11}\right)$ impetratam, (dum ſcribit: *Ad Victoriam Mutinenſem referendus, qua & Antonius victus in Gallias fugit & ambo Conſules Hirtius & Panſa occiſi*) retuliſſe, ſed priori mallemus inhærere ſententiæ, quod typus hic magis *ludos* quam *ovationem* ſapiat, *ovatioque pedibus* aut equo, non *bigis* peracta fuerit. Ut taceamus, typum alias magis ludos quam victoriam conſecutam denotare.

Siſtit hunc nummum aureum maximè rarum *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XLIII. N. 10. & in *Faſtis* p. 195. ubi tamen ſaltem argenteum prodit num. *Goltzius*? ſculptoris num incuria? *Joh. Valens* in raris nummis aureis edit. veteris p. 18. ex ſuo Muſeo, & recentioris pag. 34. *Mediobarbus* p. 21. Hodiè pars eſt *Theſauri Verſalienſis.*

Num. 12. & 13.

Caput Auguſti laureatum, veluti terminus, lævam verſus, pone fulgur, uti Tab. V. N. 120. *& heic N.* 12.

CAESAR DIVI Filius. Venus ſeminuda ſtans, columnæ ſiniſtro brachio innititur, dexterâ galeam, ſiniſtrâ haſtam tenet, columnæ adjacet ſcutum infra.

Veneris Victricis typum hic conſpicis B. L. non ſecus ac illum ſupra Tab. III. Cæſaris N. 19. ex reſtitutione *Imperatoris Trajani* jam obſervâſti, ut veluti ab illo nummo noſtrum mutuatus fuiſſe Auguſtus videatur. *Victricem Venerem* & non aliam eſſe, *galea*, quam dextera oſtendit, docet, *qua*, loco *ſymboli*, in Pharſalica pugna quoque uſum fuiſſe *Julium Cæſarem*, novimus. Hanc obſignari in nummo voluit quoque ipſe *Octavianus*, ut *memoriam originis Julii*, Fundatoris Regni, & qui ipſum adoptaverat, nempè à *Venere*, quam vivus toties jactabat, *refricaret*, omnibusque *notiorem* etiam per *nummos* redderet. *Venus* verò columnæ innititur, veluti *quieſcens*, poſtquam ſcilicet *Familiam & poſteros* in *Deorum* numerum evexerat; *galea*, *ſpiculo* & *clypeo* additis, quo pateret, *qua via*, *quibusque mediis* hoc perfecerit, uti ſupra jam pluribus monuimus. Hinc non fruſtra & *Auguſti Capiti* à tergo *fulmen* additum, in *antica* cernas, nempe ob *Imperium* ſuper univerſum propemodum *terrarum orbem*, propter quod *Jovi* omnino æquiparari poteſt. Nam,

Jupiter in Cœlis, Cæſar regit omnia terris.

Qua de cauſa & *Auguſtum Jovem* vocat *Pedo Albinovanus* in Eleg. de morte *Druſi* ad Liviam,

> *Quæ* (fortuna) *tamen hoc uno triſtis tibi tempore venit,*
> *Sæpe etiam rebus favit amica tuis:*
> *Nata quod es alte, quod fœtibus aucta duobus,*
> *Quodque etiam magno conſociata JOVI.*

Sed

Sed de hoc prolixi jam supra Tab. IV. N. 120. ad hujus anticam fuimus.

Luci exposuerant jam hunc rariorem nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LVI. N. 9. *Alb. Rubenius* in Nummis *Arschotanis* Tab. XI. N. 5. & 7. *Jac. Biæus* Tab. II. N. 5. & 7.

NUM. 14.

Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. I. N. 1.

vel

Caput Augusti virile nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 77.

CAESAR DIVI Filius. Augusti equestris statua, dextera elata, sinistra habenas tenentis, equo erecto.

Apotheosin *Julii* non solum, sed & *adoptionem*, & *jus in Regnum* hoc ipso declarare denuo vult nummo *Octavianus*, hujusque cumprimis *Inscriptione*. *Statuam* ejus *equestrem*, quam videmus; quod attinet, *transit & ab Diis ad hominum statuas atque imagines multis modis*, inquit *Plinius* Lib. XXXIV. H. N. C. IV. *Athenienses*, pergit loco citato idem *Auctor*, *nescio, an primi omnium Harmodio & Aristogitoni tyrannicidis publicè posuerint statuas. Hoc actum est eodem anno, quo & Reges Roma pulsi. Excepta deinde res est à toto Orbe terrarum, humanissima ambitione. Et jam omnium municipiorum foris statuæ ornamentum esse cœpere, prorogarique memoria hominum, & honores legendi ævo basibus inscribi, ne in sepulchris tantum legerentur Honos clientum instituit sic colere patronos.* *Thorace* & *chlamyde* indutus heic equitat, secundum illud *Plinii* loco citato Cap. V: *Græca res est, nihil velare: at contra ROMANA & MILITARIS, THORACAS addere Cæsar quidem DICTATOR loricatam sibi dicari in FORO SUO passus est.* Constat quoque, *Lucium Scipionem statuam suam chlamydatam & crepidatam in Capitolio poni voluisse, quoniam eo habitu aliquando usus fuisset*, inquit *Valerius* Lib. III. Cap. 6. Hocque ex *Plinio* (Lib. XXXIV. C. 5.) novimus, *Equestres utique statuas Romanam celebrationem habere, orto sine dubio à Græcis exemplo.* Imo hoc honore Urbs postea ita abusa est, ut, referente *Alexandro ab Alexandro* Lib. IV. C. 12. *alter populus lapideus videretur.* Post *Cæsaris* loricatam in *Foro*, & antea *Lucii Syllæ*, & *Cn. Pompeji* equestres statuas, *Augusti* quoque nunc occurrit *equestris*, talisque plane, qualem infra N. 31. POPULI JUSSU habemus obviam, *equo*, cui insidet, *se in altum attollente.* Non nescimus, de *ovatione* quoque *ejus*, vel post *bellum Philippense*, vel post *Siculum*, vel ex *Syria redeuntis*, interpretari alios hanc statuam; sed de hoc reditu potius sequentem nummum interpretari mallemus. Hanc potius auguramur, honori ejus datam, de qua certos nos reddit *Vellejus Paterculus* Lib. II. Cap. 61: *Mox, cum Antonius occurrisset exercitui, quem ex transmarinis Provinciis Brundusium venire jusserat, Legio Martia & Quarta, cognita & Senatus voluntate, & tanti juvenis indole, sublatis signis, ad Cæsarem se contulerunt. Eum SENATUS, honoratum EQUESTRI STATUA, quæ hodieque in Rostris posita, ætatem ejus scripturâ indicat (qui honor non alii, per CCC. annos, quam L. Sullæ & Cn. Pompejo & Cæsari contigerat) Proprætore, una cum Coss. designatis, Hirtio & Pansa, bellum cum Antonio gerere jussit.* Eam *Philippus* decrevit, de qua *Cicero* legendus ad *M. Brutum*. Et plane non mirum est, *talem* ipsi fuisse decretam, cum sciamus, *ipsum* (Augustum) *statuas omnium* (Ducum) *triumphali effigie in utraque Fori sui porticu dedicasse; & professum fuisse edicto, commentum id se, ut illorum velut ad exemplar, & ipse dum viveret, & insequentium ætatum principes exigerentur à Civibus*, juxta *Suetonii* Cap. XXXI.

In lucem emisit hunc nummum aureum *Paulus Pedrusius* in nummis aureis Musei *Farnesiani L. Begerus* in Thesauro *Palatino* pag. 292. N. 3. idemque Tomo II. *Thesauri Brandeburg* p. 608. N. 3 *Comes Mediobarbus* p. 21. Exstat hic quoque in Thesauro Regio Parisiensi atque *Schwartzburgico*.

NUM. 15.

Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. III. N. 79.

vel

Caput Augusti nudum, dexteram versus, uti Tab. III. N. 78.

CAESAR DIVI Filius. Figura equestris Augusti, dextera elata, habenas sinistra tenentis, equo gradiente.

De *Capite* N. 78. & 79. Tab. III; de *Statua*, itemque *Inscriptione* præcedenti Numero dictum fuit. In hoc saltem à præcedenti differt statua, quod ibi in *altum se attollat equus*, heic vero *gradiatur*; cætera conveniat. Nisi malis ex eo *profectionem* ad *bellum contra Antonium*, aut alium hostem intelligere, aut etiam *ovationem* ipsius ex Syriâ redeuntis. Siquidem ex *Dione* Lib. LIIII. p. 526. constat, ipsum *equo ovantem* in Urbem invectum esse, postquam ex Syria Anno $\left(\frac{733}{34}\right)$ rediisset. Καὶ προσέτι καὶ ἐπὶ κέλητος ἐς τὴν πόλιν ἐσήλασε, καὶ ἀψῖδι τροπαιοφόρῳ ἐτιμήθη *Equo etiam ovans in Urbem invectus, ac arcu triumphali trophæum gestante honoratus est.* Ut taceamus, quod tradit de aliis duabus ejus Ovationibus *Suetonius* Cap. XXII: *Bis ovans ingressus est Urbem, post Philippense, & rursus post Siculum bellum.* Ubi addere fortè haud incongruum erit, qua ratione *ovatio* differat à *triumpho* ex *Dionysio* A. R. v. 6. Πρῶτον μὲν, ὅτι πεζὸς εἰσέρχεται μετὰ τῆς στρατιᾶς προηγούμενος ὁ τὴν εὐάσιν κατάγων θρίαμβον, ἀλλ' οὐκ ἐφ' ἅρματος, ὥσπερ ἐκεῖνος· ἔπειθ' ὅτι οὐ τὴν ποικίλην καὶ χρυσόσημον ἀμφιέννυται στολὴν, κοσμεῖται τήβεννον τὸ ἐπιχώριον τῶν ὑπάτων τε καὶ στρατηγῶν φόρημα, στέφανον δ' ἐπίκειται δάφνης· μειοῦται δὲ καὶ τοῦ σκήπτρου τῇ φορήσει παρὰ τὸν ἕτερον. *Primum quod in ipsa ovatione Dux cum exercitu ingreditur pedibus, non autem curru, ut ille:* (triumphans) *deinde quia non gestat togam pictam & palmatam, neque ornatur trabea, qui est Consulum & Prætorum patrius cultus; neque laurea corona redimitur;* (ovantium enim myrtea est) *quin etiam hac in re altero est inferior, quod non gestat sceptrum.* Sed quando heic *Dionysius* scribit pedibus ovationem fuisse peractam, id intelligendum est, de antiquioribus temporibus, *equo* etenim sequioribus eandem peregisse, *Dio* docet Libro LIV. p. 544.: Καὶ τὸ ἐπὶ κέλητος ἐς τὸ ἄστυ ἐλάση. *Ut* (Drusus) *eques in Urbem inveheretur*

beretur; Quod etiam de ipso *Augusto* supra affirmaverat *Dio*, & nummus noster luculentissimè comprobare omnino videtur. Quod præterea & confirmat *Symmachus* Epist. X. 22: *Ut ovantes equorum dorsa gestarent, ut triumphantes currus inveheret.* Hujus causam clarè dictitat *Gellius* V. 6: *Quum aut bella non ritè indicta, neque cum justo hoste gesta sunt: aut hostium nomen humile & non idoneum est, ut servorum piratarumque: aut, deditione repentè facta, impulverea, ut dici solet, incruentaque victoria obvenit.* Adjicimus *Fastos Capitolinos*, qui pariter ovationis Augusti post bellum Philippense, non quidem ob oblatam victoriam, sed ob pacem, cum M. Antonio initam, mentionem injiciunt, habent autem: IMP. CAESAR DIVI F. C. N. III. VIR R. P. C. OV. . . : QUOD PACEM CUM M. ANTONIO FECIT. quos ex nummis argenteis supplet *Pigh.* Annal. III. p. 486. Unde & *Dio Cæsarem & Antonium* equitantes, veluti in *triumpho* quodam in Urbem adductos, refert Libro XLVIII. p 375: Ἐν δ᾽ οὖν τῷ τότε ἐπί τε ἵππων αὐτὰς, ὥσπερ ἐν ἐπινικίοις τισὶν εἰσαγαγόντες. *Itaque qui modo Cæsarem Antoniumque equitantes tanquam in triumpho quodam in Urbem adduxerant &c.*

Post bellum *Siculum ovationis*, cujus supra ex *Suetonio* fecimus mentionem, memoriam nobis quoque conservarunt *Fasti* iidem: IMP. CAESAR DIVI F. C. N. II. III. VIR R. P. C. II. A. DCCXVII. OVANS EX SICILIA IDIBUS NOVEMBRIS.

Addimus saltem; quod hunc nummum ex auro jam exhibuerit *H. Goltzius* Tab. XLV. N. 6. *A. Rubenius* in Nummis Arschot. Tab. IX. N. 17. 18. *Jacobus Biæus* Tab. IX. N. 17. 18. *C. Mediobarbus* pag. 21. ex Museo suo *Joh. Valens* in edit. recentiss. p. 34. & veteri p. 18.

NUM. 16.

Cajus CAESAR IMPerator III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. I. N. 14.

Marcus LEPIDUS III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Lepidi nudum, lævam versus.

Lepidi historiam supra in *Cæsare* Tab. VII. N. 27. attigimus, unde huc necessaria peti possunt. Hoc addimus, nummum hunc, sicut sequentes, *concordiam TriumVirorum*, quam inter se *ReiPublicæ Constituendæ causa*, sanxerunt, designare; siquidem disertè *Suetonius* Cap. VIII: *Cæterum* (Apollonia) *Urbe* (Roma) *repetita, hæreditatem adiit. — — Atque ab eo tempore, exercitibus comparatis, primùm cum M. Antonio, Marcoque Lepido, dein tantùm cum Antonio per duodecim ferè annos, novissime per quatuor & quadraginta solus rempublicam tenuit.* Et Cap. XIII: *Inita cùm Antonio & Lepido societate, Philippense quoque bellum, quanquam invalidus atque æger, duplici prælio transegit.* Capiteque XXVII: *TRIUMVIRATUM REIPUBLICAE CONSTITUENDAE per decem annos administravit; in quo restitit quidem aliquandiu Collegis, ne qua fieret proscriptio, sed inceptam utroque acerbius exercuit.* Sed fortè exitum hujus *Concordiæ* desideras? Eum audi ex *Dione* Libro XLVIII. p. 357: Χαλεπὸν γὰρ, ἄνδρας τρεῖς ἢ καὶ δύο, ὁμοτίμους, ἐγκρατεῖς τηλικούτων ἐκ πολέμου πραγμάτων γινομένους, ὁμονοῆσαι. *Difficilè enim erat, tres, aut etiam duos viros, æquali dignitate sublimes, quum tantas bello res adepti fuissent, CONCORDIAM SERVARE.* Itemque *Suetonio* Cap. XVI: *Post Pompeji fugam, Collegarum alterum M. Lepidum, quem ex Africa in auxilium evocarat, superbientem XX. Legionum fiducia, summasque sibi partes terrore ac minis vindicantem, spoliavit exercitu: supplicemque, concessa vita, Circeos in perpetuum relegavit.* Eundem Concordiæ finem & alii exponunt Autores, in quibus *Vellejus Paterculus* II. 80. 1. 2: *Cæsar Lepidum acciverat, gerens contra Pompejum bellum, ex Africa, cum XII. semiplenis legionibus. Hic vir omnium vanissimus, neque ulla virtute tam longam fortunæ indulgentiam meritus, exercitum Pompeji, quia propior fuerat, sequentem non ipsius, sed Cæsaris autoritatem & fidem, sibi junxerat: inflatusque amplius XX. Legionum numero, in id furoris processerat, ut inutilis in alienâ Victoria Comes, quam diu moratus erat, dissidendo in consiliis Cæsaris, & semper diversa iis, quæ aliis placebant, dicendo, totam victoriam, ut suam, interpretaretur; audebatque denunciare Cæsari, excederet Sicilia. — — Armati inermen secuti sunt, decimoque anno, quam ad dissimillimam vitæ suæ potentiam pervenerat Lepidus, & à militibus & à fortuna desertus, pulloque velatus amiculo, inter ultimam confluentium ad Cæsarem turbam latens, genibus ejus advolutus est. Vita rerumque suarum dominium concessa ei sunt, spoliata, quam tueri non poterat, dignitas.* Idem & exponit *Appianus* B. C. L. I. p. 352. Λέπιδον μὲν πρότερον αὐτὴν, ἣν ἐκεκλήρωτο Λιβύην, ἀφείλετο. *Lepidum prius, quam sortitus esset, Africa exuit.* Et rursus, Lib. V. p. 741: Ὁ δὲ σὺν τούτοις ἔχων δύο καὶ εἴκοσι τέλη πεζῶν καὶ ἱππέας πολλοὺς, ἐπῆρτο, ὡς κρατήσειν ἐδόκει Σικελίας. *Qui accessione horum auctus usque ad viginti duarum legionum numerum cum equitatu valido, elatus est animo, de obtinenda Sicilia cogitans.* Ac tandem pag. 743: *Sic Lepidus nec opinans desertus ab omnibus, reflante fortuna, exercitum citò amisit, mutatoque cultu properavit ad Cæsarem, aliis passim festinantibus velut ad spectaculum. Cui Cæsar assurrexit, nec passus accidere sibi ad genua.* Ἔπεμψεν ἐς Ῥώμην ἐφ᾽ ὅπερ ἦν σχήματος, ἰδιώτην ἀπ᾽ αὐτοκράτορος, οὐδὲν ἔτι πλὴν ἱερέως ἧς εἶχεν ἱερωσύνης. *Remisitque sic cultum ad Urbem, adempto imperio, relictoque tantum sacerdotio. Sic ille sæpius Imperator, & quondam TriumVir, qui Magistratus creaverat, & tot pari dignitate præditos proscripserat, privatus sub nonnullis olim proscriptis Magistratibus vitam exegit.* Dio Libro XLIX. p. 398. 399: *Lepidus Cæsarem culpabat, recensitis omnibus ejus injuriis, reposcensque ea omnia, quæ à conjuratione prima sibi data fuerant, & Siciliam quoque sua opera subactam sibi vindicans. — Habebat autem secum eos milites, quos ex Africa adduxerat, omnesque eos, qui Messanæ remanserant. — — Cæsar ad objecta nihil respondens, ac omne jus in se ponens, & in armis, quibus Lepido præstabat, statim cum paucis quibusdam in Lepidi castra advenit: sperans, se eum repentino adventu, hominem alioquin parum strenuum, perterrefacturum, ejusque milites sibi adjuncturum. — — Quapropter post cum universo suo exercitu adversum eos profectus, castris inclusos (Lepidi milites) obsedit. Hi cum metuerent, ne vi caperentur; etsi, Lepidum reverentes, publicè nihil movebant, tamen privatim ab eo sensim ad Cæsarem desciverunt. Lepidus igitur eorum defectione adactus est, ut ultro supplex, vestitu pullo, ad Cæsarem veniret: eique principatus prorsus ademptus, vitaque in*

in Italia non sine custodia concessa est, καὶ οὕτω καὶ ἐκεῖνος ἠναγκάσθη ἐθελοντὴς ἐν ἐσθῆτι φαιᾷ ἱκέτης αὐτοῦ γενέσθαι· καὶ ὁ μὲν ἐκ τούτου τῆς τε ἐξουσίας πάσης παρελύθη, καὶ διάγειν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ οὐκ ἄνευ φυλακῆς εἶχε. Et rursus Libro LIIII. p. 531 : *Augustus Lepidum, quum odio taberet & aliis de causis, & quia filius ejus, perniciem ipsi machinatus fuisse convictus, pœnas dederat, tamen interficere nolens, alia tantum supra aliam ignominia affecit: nimirum ex agro in Urbem invitum venire jussit, ac subinde in Conventus publicos introduxit, ut propter potentiæ ac dignitatis in contrarium mutationem risui & ludibrio omnibus esset. Quumque alias nulla in re eum, ut alicujus pretii, adhiberet, tunc postremum ei dicendæ inter Consulares sententiæ locum dedit.* Produxit illum jam *H. Goltzius* Tab. XXIV. N. 4. in *Augusto*.

NUM. 17.

Cajus CAESAR IMPerator III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. I. N. 14.

Marcus LEPIDUS III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Lepidi nudum, dexteram versus.

De *Marco Lepido* præcedenti Numero dictum fuit, ubi ab *utraque* parte hi *TriumViri*, tunc *amici*, fuere quoque exhibiti, *Concordiæ* ipsorum indicandæ ergo, licet non *diu* admodum *duraverit*, ut jam dictum fuit & in subsequentibus etiam mox audiemus. Vulgavit jam hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXIV. n. 6.

NUM. 18.

CAESAR IMPerator PONTifex III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. I. N. 17.

Marcus ANTONius IMPerator III. VIR ReiPublicæ Constituendæ AUGur. Caput M. Antonii nudum, lævam versus.

Sicut præcedentes Nummi N. 16. & 17. *Lepidi* & *Augusti* designabant oppido *concordiam*; ita hic & sequentes *Augusti* & *Antonii* denotant ὁμόνοιαν, quæque uti *fucata* & sæpius jam ante coaluerat, (1) ita cum maximè per *milites* conciliabatur. De priori satis clarè loquitur *Dio* Libro XLVI. p. 325. 326 : *Etsi enim summis mutuo se odiis prosequebantur, tamen quod [stain]is viribus erant instructi, quodque mutuis prius operis ulcisci suos alios inimicos volebant, PACEM & CONCORDIAM FICTAM COMPOSUERUNT.* Milites vero volebant, ut *Antonii* privignam, *Claudiam*, & *Fulviæ* ex *P. Clodio* filiam, uxorem haberet *Augustus*, referente *Dione* Lib. XLVI. in fine p. 326: Κἀν τούτῳ οἱ τοῦ Ἀντωνίου στρατιῶται τὴν θυγατέρα τὴν τῆς Φουλουίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἣν ἐκ τοῦ Κλωδίου εἶχε, τῷ Καίσαρι, καί τοι ἑτέραν ἐγγεγυημένῳ, προεξένησαν, Ἀντωνίου δηλονότι τοῦτο κατασκευάσαντος. *Eodem tempore* (post erectum Triumviratum) *milites Antonii ut filia Fulviæ, uxoris ejus, quam Clodio pepererat, Cæsari nuberet, autores fuerunt, instinctu haud dubie Antonii, quamvis aliam Cæsar sibi jam tùm despondisset. Neque id Cæsar detrectavit, quod arbitrabatur, eas nuptias nullo sibi obstaculo futuras, in ea re, quam contra Antonium animo jam præceperat: quum Julium Cæsarem, Patrem suum cognovisset nihil moratum affinitatem, cum Pompejo initam, in suis contra eum actionibus fuisse.* Et *Suetonius* Cap. LXII: *Sponsam habuerat adolescens P. Servilii Isaurici filiam, sed RECONCILIATUS post primam discordiam Antonio*, (nempe in Insula parva illius fluvii, qui Bononiam præterlabitur) (2) *& postulantibus utriusque militibus, ut & necessitudine aliqua jungerentur, privignam ejus Claudiam, Fulviæ ex P. Clodio filiam, duxit uxorem, vix dum nubilem.* Idem inculcat *Vellejus Paterculus* Lib. II. Hist. C. 65 : *Tum inita potentiæ societas, & hortantibus, orantibusque exercitibus, inter ANTONIUM etiam & CAESAREM facta affinitas, cum esset privigna Antonii desponsata Cæsari*; uti hoc clare *Dio* jam insinuavit.

Hancque societatem conjugalem iniit, quod videret, eandem sibi in illis rebus, quas contra Antonium animo jam conceperat, obstare non posse, probeque sciret, nec illam affinitatem, quam Pater ejus Cæsar cum Pompejo contraxerat, rebus suis & regni incremento, quod intendebat unicè, ulla ex parte obsuisse. Quamvis nec illa necessitudo, referente *Suetonio* loco citato, diuturna fuit, si quidem ille l. c.: *Ac simultate cum Fulvia socru* (cujus multæ facile quæri potuerunt causæ) *exorta, dimisit intactam adhuc, & virginem. Causam* simultatis hujus *obscœnam* tradit ipse apud *Martialem* X. 21.

Quod futuit Glaphyram Antonius, hanc mihi pœnam
Fulvia constituit, se quoque uti futuam.
Fulviam ego ut futuam? quid si se Manius oret
Pædicem; faciam? non puto, si sapiam.
Aut futue, aut pugnemus, ait: quid, quod mihi vita
Carior est ipsa mentula, signa canant.

Causam tamen aliam arreptam tradit *Dio* Lib. XLVIII. p. 359. *Deinde progressu temporis dissidium inter eos coortum est, Antonio & Fulvia prætendentibus, quod in eam divisionis agrorum partem, quæ ad Antoniam pertinebat, recepti non fuissent; Cæsare, quod legiones sibi ab iis redditæ non essent.* Κἀκ τούτων ἥτε συγγένεια αὐτῶν ἡ ἐκ τῆς ἐπιγαμίας διελύθη, πρὸς πόλεμον ἐμφανῆ προήχθησαν. *Hoc dissidio & affinitas dirempta est, & ad bellum apertum res producta. Cæsar enim, cum insolentiam socrus suæ non ferret (malebat autem videri cum hac, quam cum Antonio sibi non convenire) cum filia ejus, quam adhuc virginem*

(1) Ita enim *Appianus* de B. C. Lib. III. p. 545 : Οἱ, δὲ ἐπιμεμφόντο ἀλλήλοις, καὶ συνέβαινον ἐς φιλίαν. *Sicque post mutuas expostulationes reconciliati sunt Antonius & Octavius.* Et p. 561: Ἠξίουν δὲ καὶ ὡς τῷ Καίσαρι συναλλαγῆναι καὶ πείσαντες αὐτοὺς, συνήλλασσον αὖθις ἐν τῷ Καπιτωλίῳ. *Nihilo secius pervicerunt, ut Antonius reconciliaretur Cæsari, redieruntque ambo in gratiam in Capitolio. Dio* Libro XLV. p. 273 : *Quæ cum Cæsari essent annuntiata, congressus est cum Antonio, visique sunt in gratiam mutuo rediisse.*

(2) Ita *Dio* Libro XLVI. p. 326 : *Congressi sunt autem ad Colloquium in Insula parva quadam ejus fluvii; qui præter Bononiam labitur, cum æquo numero militum, nemine præterea præsente.*

nem esse, sacramento confirmabat, divortium fecit; nihil curans, fides ne sibi non haberetur, tanto eum hanc tempore secum illibatam habuisse: An vero existimaretur, hoc diu ante secum ita statuisse, quum se ad futura præpararet. Cæterum *primum* Consulatum iniit, *M. Antonius* cum *Cæsare* V. A. V. C. $\left(\frac{709}{10}\right)$ eoque occiso, suffectus ipsi est *Dolabella.* Triumvir postea factus cum *M. Lepido* & *C. Cæsare* in *quinquennium*, quodque imperium rursus in *quinquennium* produxit, *Consul II.* factus cum *L. Scribonio Libone*, anno $\left(\frac{719}{20}\right)$ eodem abdicavit, suffecto *H. Atratino*, sed III. designatus *Consul* in annum $\left(\frac{722}{23}\right)$ hostis judicatus, eundem non capessivit. Sed quando IMPERATOREM in nummo adpellatum legis, de eo vide *Appianum* Lib. V. de Bello Civili p. 703: ὡς δὲ καὶ συνιόντες ἀλλήλους ἠσπάζοντο, καὶ ὁ στρατὸς ὁ τοῦ Ἀηνοβάρβου τὸν Ἀντώνιον ἡγεμόνα προσεῖπεν. *Secuta dehinc salutatione inter ductores., milites Ænobarbi ANTONIUM appellarunt IMPERATOREM.* Et paulo post: Καὶ ὁ Ἀηνόβαρβος τῆς σκηνῆς ἐξίστατο Ἀντωνίῳ. *Ibi Ænobarbus Imperatori cessit suo tentorio.*

Communicavit jam ante nobiscum hunc nummum rariorem *aureum Joh. Valens* in Nummis Consularibus & quidem in *Famil. Antonia* Tab. XII. n. 11. p. 85. *Ursinus* & *Patinus* in *Familia Antonia* Tab. III. N. 2. p. 24. *A. Morellius* in Nummis Consularibus. Tab. III. N. 2.

NUM. 19.

CAESAR IMPerator. Caput Augusti Cæsaris, lævam versus, nudum, uti Tab. II. N. 53.

ANTONIUS IMPerator. Caput Antonii nudum, lævam versus.

Prolixam hujus nummi expositionem dare haud necessum erit, dum illa ex *præcedenti* satis hauriri queat *nummo*, dum *utriusque TriumViri* (Cæsaris & Antonii) quoque exhibet *effigiem*, &, ut paucis nos expediamus, *Concordiam utriusque* doceat, Anno $\left(\frac{710}{11}\right)$ V. C. post *Victoriam Mutinensem* & ante C. N. 43. initam, *simulatam* magis, quàm certam, stabilem, perpetuam. Quod satis clarè innuit *Suetonius* Cap. XVII. in Augusto: *M. Antonii SOCIETATEM SEMPER DUBIAM, & INCERTAM, RECONCILIATIONIBUSque variis malè focillatam, abrupit tandem.* Nempe conciliati aliquoties fuere per *Nervam Coccejum* & *Mæcenatem*, uti testatur *Appianus* B. C. L. V. p. 709: Οἱ πρέσβεις σφίσι αὐτοῖς προσστελλόμενοι, Κοκκήιον μὲν ὡς κοινὸν ἀμφοῖν, ἐκ δὲ τῶν Ἀντωνίου Πολλίωνα, καὶ Μαικήναν ἐκ τῶν Καίσαρος, ἔγνωσαν Καίσαρι καὶ Ἀντωνίῳ πρὸς ἀλλήλους ἀμνηστίαν εἶναι τῶν γεγονότων, καὶ φιλίαν ἐς τὸ μέλλον. *Legati, adhibito Coccejo, ut communi amborum, & ex Antonianis Pollione, & Cæsarianis Mæcenate, decreverunt præteritarum offensarum oblivionem mutuam, & amicitiam in posterum.* Idemque p. 726: οὕτως αὐτοῖς ἦν συνεχὴς ἡ μεταβολὴ πρός τε τὰς ὑπονοίας πίστεις ὑπὸ χρείας. *Ita continenter momento levi mutabantur, vel ad suspiciones per ambitionem, vel ad fiduciam, quoties postularet necessitas.* Huc collimat quoque *Horatius* Sat. I. 5. 27.

Huc venturus erat Mæcenas optimus, atquè
Coccejus, missi magnis de rebus uterque
Legati, aversos soliti componere amicos.

Exhibet hunc nummum rariorem ex auro *Joh. Valens* in Familiis, sive Nummis Consularibus Tab. XII. N. 12. p. 85. *Idem* in præstantioribus aureis recentiss. edit. 22. & veteris edit. p. 11. quem tunc in Museo *M. Rozini*, Senatoris Veneti, deprehenderat. Comes *Mediobarbus* p. 21. *Ursinus* & *Patinus* in Nummis Consularibus in *Familia Antonia* Tab. III. n. 3. p. 25. *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXIX. N. 21. *Antonius Zantanus* in Nummis aur. Tab. BBB. I. N. 2. *Æneas Vicus* in aureis Aug. N. 2. *A. Morellius* in Nummis *Consularibus* Tab. III. N. 3. & in Nummis *Goltzianis* Tab. VI. N. 3.

NUM. 20.

Cajus CAESAR IMPerator PONTifex III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum, lævam versus, pone lituus, uti Tab. I. N. 19.

Marcus ANTONIUS IMPerator AUGUR III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Antonii nudum, lævam versus.

Uti in antica *Caji* prænomen; ita in postica *Marci* offendimus; dehinc, uti posterior *Auguris* sacerdotium in postica; ita ille *Pontificis* in antica jactat: ut taceamus, *utrumque Imperatorem*, utrumque *TriumVirum ReiPublicæ Constituendæ* in uno nummo voluisse audire, ut titulis suis singulari quasi ambitione decertasse crederes magis, quam *Concordia*, quam tamen *integram sanctamque* hoc nummo innuere, *Populoque persuadere* conabantur. De *Cæsare Imperatore & Pontifice* supra Tab. I. N. 12. & 17. de *Antonio Imperatore* Tab. IX. N. 18. diximus.

Rariorem hunc aureum jam vulgavit *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXIV. N. 9. Et ex hoc *A. Morellius* in Nummis *Goltzianis* in *Familia Antonia* Tab. VI. N. 10.

NUM. 21.

Cajus CAESAR IMPerator III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris nudum, lævam versus, uti Tab. I. N. 14.

Marcus ANTONIUS IMPerator III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Antonii nudum, lævam versus, infra stella.

Eadem *concordia* est, quam supra innuimus, quæ heic ab ipsis in nummo jactatur, eoque frequentius jactata, quo tectius simulata, totiesque abrupta & iterum reiterata, de qua in præcedentibus jam plus satis.

Exhibet hunc rariorem aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXIV. N. 7. & ex eo *A. Morellius* in Nummis *Goltzianis* Tab. VI. N. 8.

NUM. 22.

Caput Augusti corona quercea redimitum & nudum lævam versus, sine Inscriptione, uti Tab. III. N. 81.

CAESAR DIVI Filius. Trophæum navale.

Victoriam navalem obsignatum in nummo *trophæum*, ex *armis*, *anchora*, *gubernaculo*, & *prorâ navis* constans, designare, per se patet; neque dubium, illud *Siculam* denotare, qua maximè inclytum se reddidisse *Augustum*, novimus. Nempe cum *Numero* sequenti 25. *ejusmodi* plane *navale trophæum*, in *Templo* veluti constitutum, impositis peristylio *tribus cruribus*, *Siciliæ* signo, deprehendamus, haud vana fortè erit conjectura, hoc quoque, post *bellum Siculum confectum*, fuisse Augusto erectum. In qua sententia & *A. Morellium* fuisse, ex additis ad *hanc victoriam nummorum iconibus* licet haurire, itemque Comitem *Mediobarbum*, video. Inscriptionem: *CAESAR DIVI Filius*, supra jam explicavimus hac ipsa Tabula IX. N. 9. & supra Tab. I. N. 4. sæpiusque eandem hac ipsa Tab. IX. N. 10. 11. 13. 14. 15. 22. jam conspeximus. Causam belli *Siculi* tradit *Orosius* VI. 18: *Sextus Pompejus postquam se in proscriptorum Numerum relatum comperit, conversus in latrocinia, omnem oram Italiæ cædibus rapinisque vastavit, Sicilia prærepta, commeatibusque impeditis, Romam fame affecit.* Et *Lucanus* VI. 418.

Ad dubios pauci præsumto robore casus
Spemque metumque ferunt, turbæ sed mistus inerti
Sextus erat, Magno proles indigna parente:
Qui mox Scyllæis exsul grassatus in nudis
Polluit æquoreos Siculus pirata triumphos.

De ipso vero, contra *Sextum Pompejum*, qui *Neptuni filium* se jactabat gesto bello Anno V. C. (717/18), illo nempe, uti diximus, *Siciliam* invadente, dum Augustus & *Antonius bello Philippensi* occupabantur, singulariter agit *Suetonius* C. XVI: *BELLUM SICULUM inchoavit in primis, sed diu* (annos videlicet *septem*, de quibus videri potest *Casaubonus*) *traxit, intermissum sæpius: modo reparandarum classium causa, quas tempestatibus duplici naufragio, & quidem per æstatem amiserat: modo pace facta, flagitante populo ob interclusos commeatus, famemque ingravescentem: donec navibus ex integro fabricatis ad XX servorum millibus manumissis, & ad remum datis, portum Julium apud Bajas, immisso in Lucrinum & Avernum lacum mari, effecit. In quo cum hyeme tota copias exercuisset, Pompejum inter Mylas & Naulochum superavit: sub horam pugnæ tam arcto repente somno devinctus, ut ad dandum signum ab amicis excitaretur.* Per compendium id effert *Vellejus Paterculus* Lib. II. c. 78. 79. 80: *Redierat Pompejus in Siciliam. — — Crescente in dies & classe & fama Pompeji, Cæsar molem belli ejus suscipere statuit; ædificandis navibus, contrahendoque militi ac remigi, navalibusque adsuescendo certaminibus atque exercitationibus præfectus est Marcus Agrippa. — Hic, in Averno ac Lucrino lacu speciosissimâ classe fabricata: quotidianis exercitationibus militem remigemque ad summam & militaris & maritimæ rei perduxit scientiam. Hac classe Cæsar — — Pompejo Siciliæque bellum intulit. Sed virum, humana ope invictum, graviter eo tempore fortuna concussit. Quippe longe majorem partem classis circa Veliam Palinurique Promontorium, adorta vis Africi laceravit ac distulit. Ea patrando bello mora fuit, quod postea dubia, & interdum ancipiti, fortunâ gestum est. Nam & classis eodem loco vexata est tempestate; &, ut navali primo prælio, apud Mylas, ductu Agrippæ, pugnatum prospere; ita inopinato classis adventu, gravis sub ipsius Cæsaris occulis circa Tauromenium accepta clades: neque ab ipso periculum abfuit. Legiones, quæ cum Cornuficio erant, Legato Cæsaris, expositæ in terra, pæne à Pompejo oppressæ sunt. Sed ancipitis fortuna temporis, matura virtute correcta. Explicatis quippe utriusque partis classibus, pæne omnibus exsutus navibus, Pompejus Asiam fuga petivit, jussuque M. Antonii, cujus opem petierat, dum inter ducem & supplicem tumultuatur, & nunc dignitatem retinet, nunc vitam precatur, à Titio jugulatus est.* *Appianus* de B. C. Lib. V. p. 740: Καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν Ναυλόχων ἀναθορὼν ἐς τὴν Μεσσήνην ἠπείγετο. *Ex Naulochis Pompejus victus Messanam se proripuit.* Et 741: Κατέδυσαν δὲ ἐν τῷ πόνῳ νῆες, Καίσαρος μὲν τρεῖς, Πομπηΐου δὲ ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, καὶ αἱ λοιπαὶ κατεφλέχθησαν, ἢ ἐλήφθησαν, ἢ ἐς τὴν γῆν ἐκέλλουσαι συνετρίβησαν, αἱ δὲ ἑπτακαίδεκα μόναι διέφυγον. *Mersæ sunt in eo prælio naves Cæsaris tres, Pompeji octo & viginti: reliquæ aut crematæ, aut captæ, aut littori allisæ, fractæque; solæ septendecim effugerunt.*

Neque prætermittendum est istud, illum post *bellum Siculum ovantem* ingressum fuisse Urbem, attestante *Suetonio* Cap. XXII: *Bis ovans ingressus est urbem, post Philippense, & rursus post Siculum bellum.* Cujus ovationis testes quoque sunt *Fasti Capitolini*: IMP. CAESAR DIVI F. C. N. II. III. VIR R. P. C. II. (A. DCCXVII.) OVANS EX SICILIA IDIBUS NOVEMBRIS. Vide *Goltzii Fast.* p. 195. Tantique hanc *in Sicilia* obtentam victoriam æstimavit, ut etiam *M. Agrippam ibidem, post NAVALEM VICTORIAM cæruleo vexillô donaverit*, referente *Suetonio* Cap. XXV. *Dio* idem quoque affirmat Libro LI. p. 458: Καὶ τὸν μὲν Ἀγρίππαν ἄλλοις τέ τισι καὶ σημείῳ κυανοειδεῖ ναυκρατητικῷ προσεπεσέμνυνε. *Agrippamque inprimis* (ob victoriam *Actiacam* hic vult) *præter alios honores vexillo cæruleo, Victoriæ navalis testimonio, exornavit. Plinius* contra ob hanc *Victoriam Siculam* corona *rostrata* donatum ab *Augusto Agrippam*, refert Libro XVI. 4: *Cedunt civicis & rostratæ* (coronæ) *quamvis in duobus maximè ad hoc ævi celebres: M. Varrone è piraticis bellis, dante M. Pompejo: itemque M. Agrippa, tribuente Cæsare è Siculis, quæ & ipsa piratica fuere. Servius ad Virgil.* VIII. 682: *Sextus Pompejus in Sicilia piraticam exercuit, contra quem primo cum Agrippa dimicavit Augustus, postea Agrippæ cura data est, qui eum delevit: ob quod ei Augustus rostratam dedit coronam, quia vicerat navali certamine. Livii* Epitome Libro CXXIX: *M. Agrippa navali coronâ à Cæsare* (Augusto) *donatus est: qui honos nemini ante eum habitus est*, puta à Cæsare. Tangit & illam *Virgilius* Lib. VIII Æneid. v. 628:

Parte alia, ventis & Diis Agrippa secundis,
Arduus agmen agens: cui belli insigne superbum,
Tempora navali fulgent rostrata corona.

Dio quoque Libro XLIX p. 400: *Inter alios etiam honores legatis suis exhibitos, Agrippam aurea corona*

corona rostrata donavit. Καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ στέφανον χρυσοῦν ἐμβόλοις ἠσκημένον ἐδωρήσατο· ὃ μὴ πρότερον, μήτ' αὖθις ἄλλῳ τῳ ἐγένετο, καὶ ὅπως γε διὰ παντὸς, ὁσάκις οἱ τινὰ ἐπινίκια πέμψαντες τὸν στέφανον τὸν δάφινον φέροιεν, ἐκεῖνος τούτῳ τῷ ναυτικῷ χρῷτο, δόγματι ὕστερον ἐβεβαιώθη. *Quod neque ante neque post eum contigit ulli; estque deinde Senatus Consulto statutum, ut quoties triumphans aliquis coronam lauream ferret, ipse navali hac uteretur.* *Classicam* hanc appellat *Vellejus Paterculus* Lib. II. Cap. 81: *Insigne*, scribens, *coronæ classicæ, quo nemo unquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa singulari virtute meruit.* In lucem jam protraxerunt hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXI. N. 11. *Comes Mediobarbus* p. 25.

NUM. 23.

Caput Augusti corona quercea redimitum & nudum, sine inscriptione, dexteram versus, uti Tab. III. N. 82.

IMPerator CAESAR. Trophæum navale, veluti in præcedente jam vidimus.

Uti in præcedenti nummo sese *CAESAREM DIVI Filium*; ita in hoc *IMPeratorem CAESarem sese* appellari voluit; illo titulo *adoptionem*, hoc *successionem* indicaturus, ut tamen simul & *antica corona quercea*, sive *civica*, superbiat per adulationem ipsi tributa, tanquam qui *hostes vicisset & Populum Romanum servasset*, *quam & perpetuam* ipsi cum *laurea* ante fores domus suæ decretam, supra ex *Dione* jam intelleximus, nimirum quod *perpetuus hostium Victor ac Civium esset servator*, de quo vide sis, quæ jam ad *anticam* hujus nummi Tab. I. N. 81. & 82. in hanc rem attulimus.

Quare verò rursus *trophæum navale*, cui, præter *armorum spolia*, trunco adpensa, addita sunt, *gubernaculum*, *anchora* & *rostrum navis*, conspicimus, in diversas abeunt nummorum interpretes sententias. Alii, in quibus *Lud. Nonnius* in Commentario ad *Augusti* nummos p. 56. *Jacobus Oiselius* in Commentario ad Nummos p. 473. *Joh. Hemelarius* in explic. aureorum Nummorum *Croysaci* Ducis p. 11. existimant, Trophæum hoc navale ipsi fuisse *ex spoliis M. Antonii & Cleopatræ* (de quibus *Dio* legendus) *erectum* & in nummo obsignatum, *Antonio* nempe *& Cleopatra devictis, & apud Actium promontorium classe profligatis*, quæ victoria Cæsari & *fatalis* & *lætissima* quoque accidit, multis ob eam *Apollini Actio* actis gratiis. De qua *Suetonius* Cap. XVII: *Nec multo post navali prælio apud Actium vicit*, (Antonium) *in serum dimicatione protracta, ut in navi Victor pernoctaverit*: Nempe 4. Non. Septembris A. V. C. $\left(\frac{722}{23}\right)$ ætatis suæ 32, diebus demptis 22. docente hoc ex parte *Dione* Libro L. p. 438: *Ad hunc modum prælium navale commissum est &c.* ubi illud pluribus describit. Et ex parte p. 442. Lib. LI. pluribus explicante, quam *multum* æstimaverit *illam Augustus*, scribens: *In hunc modum pugna navalis facta est IV. Nonas Septembris. Id a me non frustra commemoratum est, dies annotare alioquin non solito: sed quod ab ea die primum Cæsar solus rerum potitus est, Imperiique ejus recensio præcise ab ea sumitur. Eadem die Cæsar Apollini, qui apud Actium colitur, triremem, quadriremem, ac alia navium genera usque ad deciremem, ex captis navibus consecravit: Templum majus exstruxit &c.* Brevius *Orosius* Libro VI. 19: *Ab hora quinta usque in horam septimam, incerta vincendi spe, gravissimæ utrinque cædes actæ; reliquum diei cum subsequente nocte in Victoriam Cæsaris declinavit.* Alii vero, in quibus *A. Rubenius* in explicatione Nummorum Ducis *Arschotani* p. m. 20. *Jacobus Oiselius* in Commentario (qui tamen nihil definit) p. 474. *Joach. Oudanus* in Potent. Rom. p. 478. illud de *Sexto Pompejo*, bello *Siculo* devicto, erectum autumant, de quo præcedenti Numero à nobis jam actum satis. Nos, salvâ aliorum sententia, *posteriori* subscribimus, & existimamus Trophæum *de spoliis Sexti Pompeji*, prope Siciliam classe Anno $\left(\frac{717}{18}\right)$ ab Augusto per Agrippam devicti, hic conspici, tum quod in ipso *CAESAR DIVI Filius* & *IMPerator CAESAR* (uti Num. 25.) nuncupatur, tum quod *trophæum hocce*, quoad *figuram*, exacte cum illo *præcedenti*, & *subsequenti* in *Templo*, (de quo tamen vix dubitare licet, ob *Pompejum* id ipsum fuisse erectum) *conveniat*.

Sistunt hunc nummum aureum rariorem *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXI. N. 2. p. 56. *A. Rubenius* in Nummis Arschotan. Tab. XI. N. 10. p. 20. *Jac. Oiselius* Tab. XCV. N. 10. p. 473. 474. *Joach. Udanus* in Potent. Rom. Tab. CXI. N. 10. p. 478. *Joh. Hemelarius* Tab. III. n. 4. p. 11. *Jacobus Biæus* Tab. XII. N. 10.

NUM. 24. & 25.

Caput Dianæ ornatum, pone arcus & pharetra.

IMPerator CAESAR, in peristylio Templi tetrastyli, in cujus medio, sive area, Trophæum navale insistens proræ navis, gubernaculo, anchora, variisque armis bellicis, ad truncum arboris suspensis, constans, in summitate ipsius tribus cruribus conspicuis.

Dianæ Caput quando heic habemus obvium, nos *illud* de typo, *Siciliam* qui indicat, interpretamur. *DIODORUS* siquidem *SICULUS* Libro V. tradit, *Dianam*, Minervam & Proserpinam στέρξαι τὴν νῆσον ταύτην μάλιστα. *Insulam hanc mirificè dilexisse.* Unde & in *Syracusanorum* (3) & aliorum *Siculorum* nummis nihil frequentius *Diana* videas. In *postica* vero *Templum* conspicientes, illud de *actis Diis & Dianæ* cumprimis, (*cui* pro salute & bono eventu *vota* ante fortè conceperat, in periculo salutis & victoriæ constitutus) per *erectum* in *Templo* quodam, aut sacrario (*Dianæ* fortè) *trophæo*, *gratiis*, pro concessa adversus *Sextum Pompejum* navali, singularique Anno $\left(\frac{717}{18}\right)$ ad *Siciliam*, quod τὸ τρισκελον, sive *tria incurva crura* in *fastigio templi*, *Siciliæ* consuetum signum & typus, sed & *anticæ* impressum *Dianæ* Caput, veluti *hujus insulæ* peculiaris

(3) Hinc in Nummis ΣΩΤΕΙΡΑ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ audit. Vide *Begeri* Thes. Brand. T. I. p. 289. & 279.

liaris *Deæ tutelaris*, uti modo audivimus, satis clare indicant, *Victoria* intelligimus; (4) aut potius in *templo*, à *Siculis* in Augusti *honorem* condito, *trophæum navale*, in perpetuam rei gestæ memoriam, heic contemplamur, quâ se non solum, ut *Cæsaris* per adoptionem in familia *successor*, sed ut *Imperator* in regno ejusdem efferre nunc tutò licebat. *Fusius* verò jam de hac ipsa victoria ad *Mylas* & *Naulochum* impetrata N. præced. 22. egimus, quo B. L. remissum volumus. *Dio* equidem refert Libro LI. inter cætera, quæ Augusto post *Actiacam* victoriam fuêre decreta, & hoc fuisse, ut *Sacrarii Divi Julii basis captivarum navium rostris ornaretur.* Sic enim p. 456. inquit: ἐν δὲ τούτῳ καὶ ἔτι πρότερον, συχνὰ μὲν καὶ ἐπὶ τῇ τῆς ναυμαχίας νίκῃ οἱ ἐν οἴκῳ Ῥωμαῖοι ἐψηφίσαντο — — τήν τε κρηπῖδα τοῦ Ἰουλιείου ἡρῴου τοῖς τῶν αἰχμαλωτίδων νεῶν ἐμβόλοις κοσμηθῆναι, &c. *Hoc & superiori tempore, permulta Romæ in honorem Cæsaris propter victoriam navalem* (Actiacam) *sunt facta decreta.* — — *Utque sacrarii Julii basis captivarum navium rostris ornaretur.* Et pag. 443. nobis prodit, ob eandem victoriam τό, τε χωρίον, ἐν ᾧ ἐσκήνησε, λίθοις τετραπέδοις ἐκρηπίδωσε, καὶ τοῖς ἁλοῦσιν ἐμβόλοις ἐκόσμησεν, ἕδος τι ἐν αὐτῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ὑπαίθριον ἱδρυσάμενος. *Locum, in quo* (apud Actium) *tetenderat, lapidibus quadratis à fundamento exstruxisse, rostrisque navium captarum ornasse, sacrariumque ibi Apollinis sub dio constituisse.* Sed ex nostro nummo discimus, idem forte & factum fuisse ab ipso post victoriam *de Sexto Pompejo* impetratam *Siculam.*

Suppeditarunt jam nobis hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXX. N. 26. 28. *A Rubenius* in *Nummis Arschotanis* Tab. XII. N. 11. 12. *Jac. Biæus* Tab. XII. N. 11. 12. *Jacobus Oiselius* Tab. XCV. N. 11. p. 474. *Joach. Oudanus* in P. R. *potentia & Majestate* Tab. CXI. N. 11. p. 478. *Joh. Valens* nov. edit. p. 37. *Com. Mediobarbus* p. 25. qui tamen (sine dubio minus recte) *anticam* hanc ipsi assignat: *IMP. CAESAR. Caput Augusti*, cum verba hæc potius in *templi peristylio* legantur. *Ezechiel. Spanhemius* in notis ad *Juliani Cæsares* p. 222.

NUM. 26.

AUGUSTus DIVI Filius PONTifex MAXimus TRibunicia POTestate X. (decima) COnSul XI. (undecimum) IMPerator XI. (undecimum) Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. VI. N. 207.

Victoria alata proræ sive rostro navis insistens, dexterâ coronam lauream offert, sinistrâ palmæ ramum tenet.

Ex antica, quam pluribus supra N. 207. jam exposuimus, qua non solum Imperator XI. sed & Pontifex audit, liquet, cusum hunc fuisse nummum post annum $\left(\frac{740}{41}\right)$ ante C. N. 13. quippe hoc ipso Augustus pridie Nonis Martii, *Æmilio Lepido* mortuo ex Galliis rediens Pontifex Maximus factus est. Victoriam navalem hunc nummum denotare, dubio caret, sed quam, difficilius dictu est, *Siculam* tamen denotare haud dubitamus, quod & alii exstent nummi, *Dianam Siciliæ* typum exhibentes, subscripta voce: *SICIL. & addita compellatione simul Imperatoris XI. perinde uti in nostra antica.* Sistunt hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLIII. N. 4. *A. Rubenius* Tab. XIIII. N. 21. *Jac. Biæus* Tab. XIV. N. 21. Pars hodie est *Thesauri Versaliensis & Schwartzburgici.*

NUM. 27.

Caput Augusti nudum, sine Inscriptione, lævam versus, uti Tab. III. N. 77.

IMPerator CAESAR. Victoria alata & veste fluida insistens globo, sive orbi, dexterâ coronam tenet lauream, sinistra signum militare, sive labarum, tollit.

Verum nunc demum *IMPeratorem*, legitimumque *CAESARIS* successorem, impetrata ad *Actium* contra *Antonium* victoria, se in nummis obsignari cupit, quod factum Anno $\left(\frac{723}{24}\right)$ quodque vel ex proximè sequenti elucescere potest nummo *aureo quinario*, *eundem* propemodum *typum* referente, *Imperatoris* tamen *septimum* compellationem simul exhibente. *Dextra* in nummo *lauream capiti Augusti* imponere videtur, veluti nunc *rectè* eidem, & *ex merito* paratam, quod *hac victoriá* per ipsum, *Orbis ac rerum Dominum*, obtenta, *orbis terrarum* (quem *Globus*, cui insistit, indicat,) *pacatus* nunc quasi redditus fuerit, atque *quietus.* Ἐκ δὲ τούτου μοναρχεῖσθαι αὖθις ἀκριβῶς ἤρξατο. *Ab hoc vero tempore prorsus iterum penes unum hominem summa totius reipublicæ esse cœpit*, inquit bene in hanc rem *Dio* Lib. LII. p. 463. Magni hinc fecisse hanc *victoriam* Augustum, supra diximus. Immo & de *eadem triumphasse*, (5) novimus. Quid? quod & *victoriæ imaginem* in *curiam Juliam* reposuerit, de quo clare nos instruit *Dio* Lib. LI. p. 459: Ἐπεὶ δὲ ταῦτα — τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰουλίειον τὸ ἐπὶ τῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τιμῇ γενόμενον, καθιέρωσεν· ἐνέστησε δὲ ἐς αὐτὸ τὸ ἄγαλμα τὸ τῆς Νίκης καὶ τὸ νῦν ὄν· δηλῶν, ὡς ἔοικεν, ὅτι παρ' αὐτῆς τὴν ἀρχὴν ἐκτήσατο. Ἦν δὲ δὴ τῶν Ταραντίνων, καὶ ἐκεῖθεν ἐς τὴν Ῥώμην κομισθὲν, ἔν τε τῷ συνεδρίῳ ἱδρύθη, καὶ Αἰγυπτίοις λαφύροις ἐκοσμήθη· καὶ τοῦτο καὶ τῷ τοῦ Ἰουλίου ἡρῴῳ ὁσιωθέντι τότε ὑπῆρξε; *Deinde curiam Juliam, in honorem Patris sui factam, dedicavit: in EAQUE Imaginem VICTORIÆ posuit, quæ hodie quoque exstat, Tarento olim Romam advecta, ac à Cæsare tum in curia posita, & spoliis Ægyptiis decorata: quo Cæsar nimirum ostendebat, Imperium se ex VICTORIA esse adeptum.* Hanc *V. Kal. Sept.* in *Curia* dedicatam fuisse, in *Fastis Pontificalibus* annotatum est, velut *Tabulæ Maphæorum* antiquæ declarant. Videatur *Pighius* Tab. III. p. 503. Tanti ergo cum fecerit *Victoriam*, eam *nummis* non imprimi multoties curaverit? tanti postea æstimata, ut funus ipsius eam præcedere voluerint, referente hoc distinctè *Suetonio* Cap. CI; *Senatus & in funere*

(4) In hoc consentiunt *L. Nonnius*, *A. Rubenius*, *J. Oiselius*, *J. Udanus*, *J. Valens*.

(5) *Dio* Lib. LI. p. 459: Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἡ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ ναυκρατία. *Secunda die Cæsar de Actiaca navali pugna triumphavit.*

funere ornando, & in memoria honoranda eo studio, certatim progressus est, ut inter alia complura censuerint quidam, funus triumphali porta ducendum, præcedente VICTORIA, quæ est in CURIA &c. Victoriam hanc nunc describentem audiamus *Vellejum Paterculum*, perque compendium eandem exponentem Lib. II. Cap. 84. 85. 86: *Cæsare deinde & Messalla Corvino, Consulibus, debellatum apud Actium. — — Advenit deinde maximi discriminis dies, quo Cæsar Antoniusque, productis classibus, pro SALUTE alter, in ruinam alter TERRARUM ORBIS dimicavere. — — Cæsar ei parti destinatus, in quam à fortuna vocaretur, ubique aderat. — — Prima occupat fugam Cleopatra: Antonius fugientis Reginæ, quam pugnantis militis sui, comes esse maluit; & IMPERATOR, qui in desertores sævire debuerat, desertor exercitus sui factus est. — Fuitque in confesso, milites* (Antonii) *optimi Imperatoris, Imperatorem fugacissimi militis functum officio. — Quid ille dies TERRARUM ORBI præstiterit, ex quo in quem statum pervenerit fortuna publica, quis in hoc transcursu tam arctati operis exprimere audeat? VICTORIA verò fuit CLEMENTISSIMA; nec quisquam interemptus, nisi paucissimi, & ii, qui deprecari quidem pro se non sustinerent.* Et pergit Cap LXXXIX: *Prisca illa & antiqua Reipublicæ forma revocata, rediit cultus agris, sacris honos, securitas hominibus, certa cuique rerum suarum possessio. — — Bella sub Imperatore gesta, PACATUSque VICTORIIS TERRARUM ORBIS, & tot extra Italiam, domique opera, omne ævi sui spatium impensurum in id solum opus scriptorem fatigant.* En *victoriam orbi* insistentem *quieto!* en *lauream* pro *tanto munere* in nummo nostro offerentem *Augusto! Victoriam* orbis terrarum, quam *Augustus* variis præliorum conatibus obtinuit, *generaliori sensu* interpretatur Clar. olim *Begerus* in *Thesauro Palatino* p. 292. sed omnino eandem ad *Actiacam* spectare supra diximus, perinde ac suam *mentem* quasi *mutasse* videtur in Tomo II. *Thes. Brandenburgensis*, quando ibidem ait: *Orbis terrarum hæc est, quam, Antonio devicto, Cæsar obtinuit. Alata* heic comparet *victoria*, quia *momento advolat & avolat*, atque hinc cura opus est, ut obtineatur; *celeritateque* in bellis cumprimis opus esse, docet, quod innuere videtur *Horatius* Sermon. Lib. I. 1:

> *Militia est potior: quid enim? concurritur, horæ*
> *Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.*

Labarum verò quando sinistra *Victoriam* attollere videmus, monemus, *illud* alias describi, quod fuerit *vexillum* aliis *nobilius*, ante *Imperatorem gestari* & à *militibus adorari* solitum. *Nazianzenus* Orat. I. in Julianum illud dictum tradit apud Latinos, ab eo, *quod laborum solvendorum vim habeat, quod Principatum quoque in reliqua omnia vexilla teneret.* Hoc demum *Constantinus M.*, vivificæ *crucis* signo & *Christi nominis* tessera à se insignitum, *majori* quoque in *veneratione* ut haberetur, procuravit. Suppeditant hunc nummum aureum aliàs *Hub. Goltzius* Tab. XLIII. N. 2. *L. Begerus Thes. Palatin.* p. 292. N. 2. & in *Thesauro Brandenburg.* T. II. p. 608. N. 2. *A. Rubenius* in Nummis *Croyjaci* Ducis Tab. XII. N. 4. *Jac. Biæus* Tab. XII. N. 4. *Joh. Hemelarius* Tab. II. N. 3. *Car. Patinus* in *Thesauro Mauroceno* p. 11. Hodie in *Thesauro Parisiensi* & *Schwartzburgico* exstat.

NUM. 28.

ΑΥΤοκράτωρ *VII. (IMPERATOR Septimum) Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tabula hac ipsa IX. N. 29.*

Victoria alatâ & veste fluida globo insistit dextera palmæ ramum quasi porrigens, sinistra trophæum tenens, uti heic N. 28.

Eadem, quæ in nummo præcedente, in hoc quoque Victoria innuit, palmam (non lauream, ut *Clariss. Valens* habet) victoriæ tesseram dextera porrigit Augusto, cui in præcedenti lauream decernebat, eodem fini, ut orbis, pacatior nunc per victoriam *Actiacam* Anno $\left(\frac{723}{24}\right)$ redditus, sciret trophæum huic nunc rerum Domino deberi ex merito. Communicat hunc rariorem aureum quinarium haud obvium *Joh. Valens* ex Thesauro Regio, ubi hodie adhuc servatur, ut signum additum & ipse ibidem docet.

NUM. 30.

CAESAR DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. II. N. 36.

vel

CAESAR DIVI Filius III. (Trium) VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum paulloque barbatum lævam versus, uti Tab. I. N. 4.

DIVI JULI. Caput Julii Cæsaris laureatum lævam versus, supra imposito eidem astro sive cometa.

Eandem Inscriptionem: DIVI JULI supra jam Tab. hac ipsa IX. N. 5. addito quoque Capiti Cæsaris astro sive Cometa eâdem Tab. N. 6. jam vidimus, quorsum B. L. ablegamus, tantummodo monentes nummum, quem aureum prodit *Goltzius* circa annum $\left(\frac{710}{11}\right)$ & bello Mutinensi suscepto, itemque post illum, (nam ejusdem duæ visuntur diversæ anticæ) fuisse cusum, quod non solum antica, adoptionem Cæsaris prodens, sed & postica Divum & consecratum Julium exhibens, docere potest. Exhibet eundem *H. Goltzius* in *Fastis* p. 184. N. 4. idemque in *Augusto* Tab. XXII. N. 7. *A. Morellius* in Nummis *Consularibus Goltzianis* Tab. XX. N. 22. & 24. Hodie in *Thesauro Versaliensi* spectatur.

NUM.

NUM. 31.

Cajus CAESAR III. (*Trium*) VIR *Rei-Publicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. I. N. 7.*

POPULI JUSSU. Augustus paludatus equo insidens dextera elatâ, sinistrâ fræ-num tenet.

Volunt plerique Antiquariorum, in quibus *Lud. Nonnius*, hanc statuam equestrem esse, quæ Augusto à Senatu in singularem ipsius honorem fuit erecta, (de quo honore cumprimis consulendus est *Hermannus Hugo* de Militia Equestri V. 1.) & in hanc rem *Velleji Paterculi* citant verba Libro II. C. 61: *Mox cum Antonius occurrisset exercitui, quem ex transmarinis Provinciis, Brundusium venire jusserat, Legio Martia & Quarta, cognita & Senatus voluntate, & tanti juvenis indole, sublatis signis, ad Cæsarem se contulerunt. Eum SENATUS, honoratum equestri statua, quæ hodieque in Rostris posita ætatem ejus Scripturâ indicat (qui honor non alii per CCC. annos, quam L. Sullæ & Cn. Pompejo & C. Cæsari contigerat) Proprætore, una cum Coss. designatis Hirtio & Pansa, bellum cum Antonio gerere jussit.* Sed quando his in verbis clara est Senatus mentio, & in nummo tamen legitur eandem POPULI JUSSU fuisse erectam, *Fulvius Ursinus* in notis ad *Vellejum* forte haud absurde conjectat, duas *Augusto* adolescenti equestres statuas fuisse decretas, unum à Senatù, alteram à Populo Romano. Illam innui per adjectas literas S. C. in nummo argenteo, cujus ectypum vide infra Tab. XVIII. N. 9. 10.) hanc per additas voces: POPULI JUSSU, quæ non solum in hoc aureo, sed & in argenteo leguntur nummo infra Tab. XVIII. N. 6. quoque afferendo. Ut adeo si conjecturæ, quæ non omnino contemnenda videtur, locus sit dandus, existimaremus, nostrum hunc cum illo, quem supra hac Tabula N. 14. & infra Tab XVIII. N. 7. 8. ostendi videmus, exhibere statuam à populo ejus honori datam, dum in utroque Augustus comparet equo insidens corpore anteriori arrecto; alterum vero argenteum cum S. C. nota, supra allegatum, in quo Augustus visitur equitans equo gradiente, sistere statuam ipsi à Senatu decretam. Et quoniam in antica C. Cæsar Triumvir Reipublicæ Constituendæ compellatur, ex eo palam fit eandem cito & post Annum V. C. $\left(\frac{712}{13}\right)$ fuisse ipsi erectam, forte Anno $\left(\frac{713}{14}\right)$ quando ovans Urbem ingressus est ob pacem cum *M. Antonio* factam, aut anno $\left(\frac{717}{18}\right)$ devicto per *Agrippam Pompejo*. Exhibent hunc nummum aureum rarum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLV. N. 9. *Joh. Hemelarius* in Arschot. Numinis aureis Tab. III. N. 3. p. 11.

NUM. 32.

CAESAR COnSul VI. (Sextum) Caput Augusti nudum, dexteram versus, pone lituus, uti Tab. II. N. 65.

vel

DIVOS JULIUS DIVI Filius. Capita Julii Cæsaris & Augusti adversa, uti Tab. XXII. N. 3.

AEGYPTO CAPTA. Crocodilus lævam versus gradiens.

Crocodilum communissimum *Ægypti* esse symbolum, supra in *Cæsare* Tab VII. N. 13. 14. pluribus probatum dedimus ex *Plinii Historia Naturali* Lib. VIII. C. 37. *Juvenalis Satyra* X V. *Herodoto*, *Pierio* & aliis. Nunc vero & heic comparet ob *Ægyptum*, *ab Augusto devictam*, captamque. Nempe, parta ad *Actium* de *Antonio* & *Cleopatra* *victoria*, splendidissima, *eosdem* in *Ægyptum* cito pede persequitur, *Alexandriæque* eosdem obsidet: *Antonium*, post varias tentatas frustra pacis conditiones, ad *mortem adigit*, *Cleopatram* verò captam in *triumphi* splendorem vivam servare apud animum constituerat; sed *illa*, *hoc præsentiens*, *aspide* brachio admota, vel *veneno*, in acu servato, *fortunæ ludibrio & vitæ se exemit*. *Ambobus defunctis*, *Ægyptus* ab ipso statim A. V C. $\left(\frac{723}{24}\right)$ mense *Sextili*, qui postea ex *Senatus* Consulto propterea in *Augustum* mutatus fuit, (teste *Macrobio* Sat. I. 12.) in *provinciam redacta fuit*. Docent hoc Autores & in his primo loco nobis nominandus *Suetonius* Cap. XIII. *Nec multo post, navali prælio apud Actium vicit, in serum dimicatione producta, ut in navi victor pernoctaverit.* — — — *Nec amplius, quam septem & viginti dies, donec desideria militum ordinarentur, Brundusii commoratus, Asiæ, Syriæque circuitu ÆGYPTUM petit: Obsessaque Alexandria, quo Antonius cum Cleopatra confugerat, brevi potitus est. Et Antonium quidem seras conditiones pacis tentantem, ad mortem adegit, viditque mortuum. Cleopatræ, quam servatam triumpho magnopere cupiebat, etiam psyllos admovit, qui venenum ac virus exsugerent: quod periisse morsu aspidis putabatur.* — — *AEGYPTUM, IN PROVINCIAE FORMAM REDACTAM; ut feraciorem, habilioremque annonæ urbicæ redderet, fossas omnes, in quas Nilus excæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit.* *Tironis Prosperi*, *Aquitani*, Chronicon p. 283. ed. Græv.: *Cleopatra & Antonius semet interficiunt & Ægyptus fit Romana provincia* Fusius hæc omnia persequitur *Dio* Libro LI. p. 419. 450. 451. 452. 453. Nos adscribemus saltem ea, quæ maxime huc faciunt, nempe quando p. 455. inquit: Ἐκ δὲ τούτου τήν τε Αἴγυπτον ὑποτελῆ ἐποίησε, καὶ τῷ Γάλλῳ τῷ Κορνηλίῳ ἐπέτρεψε. *Ægypto autem postea tributariæ factæ, Cornelium Gallum præfecit.* Et paulo post ibidem: Αἴγυπτος μὲν οὕτως ἐδουλώθη· πάντες γὰρ οἱ ἀντισχόντες αὐτῷ, μετὰ χρόνον τινὰ ἐχειρώθησαν. *Hoc pacto Ægyptus in servitutem redacta est, omnibus qui restitissent, paulo post subactis.* Itemque *Zonar.* T. II. *Annal.* p. 161. Τὴν Αἴγυπτον ὑποτελῆ ἐποίησε. *Ægyptum tributariam fecit & pecuniam omnem, quam ibi*

maximam

maximam reperit, secum avexit. *Vellejus* Lib. II. C. 87: *Proximo deinde anno persecutus Reginam, Antoniumque Alexandriam, ultimam bellis civilibus imposuit manum. Antonius se ipse non segniter interemit, adeo ut multa desidiæ crimina morte redimeret. At Cleopatra, frustratis custodibus, illata aspide, morsu sane ejus, expers muliebris metus, spiritum reddidit*, & Cap. 88. *Dum ultimam bello Actiaco Alexandrinoque Cæsar imponit manum* &c. Et Cap. 39: *Augustus præter Hispanias, aliasque gentes, quarum titulis forum ejus prænitet, pene idem, Ægypto stipendiaria facta, quantum pater ejus ex Gallia, in ærarium reditus contulit.* Affirmantes & hoc habemus *Rufum*: *Ægyptus omnis sub amicis Regibus fuerat, sed victa cum Antonio Cleopatra, provinciæ formam Cæsaris Augusti temporibus accepit, & primus apud Alexandrinos Cornelius Gallus administravit. Eam Cæsar Equitibus Romanis, non Senatoribus regendam tradidit, cujus præses præfectus & juridicus Ægypti appellabatur.* *Eutropium in Breviario* ad Valentem: *Antonius quoque ingens bellum civile commovit, cogente uxore Cleopatra, Regina Ægypti, dum cupiditate muliebri optat etiam in Urbe regnare. Victus est ab Augusto, navali pugna clara & illustri, apud Actium; qui locus in Epiro est; ex qua fugit in ÆGYPTUM: & desperatis rebus, cum omnes ad Augustum transirent, ipse se interemit. Cleopatra sibi aspidem admisit, & veneno ejus exstincta est. ÆGYPTUS per OCTAVIANUM AUGUSTUM IMPERIO ROMANO ADJECTA EST: Præpositusque ejus factus est Cn. Cornelius Gallus. Hunc primum Ægyptus Romanum judicem habuit.* Excerpta ex Libro *Sexti Aurelii Victoris de vita & moribus Imperatorum Romanorum* ad Theodosium usque: *Regionem ÆGYPTI inundatione Nili accessu difficilem, inviamque paludibus, IN PROVINCIAE FORMAM REDEGIT. Quam ut annonæ Urbis copiosam efficeret, fossas incuria vetustatis limo clausas, labore militum patefecit. Hujus tempore ex ÆGYPTO Urbi annua ducenties centena millia frumenti inferebantur.* Qua ratione, ut provincia fuerit administrata Ægyptus, nobis exponit *Strabo* XVII. p 548: Ἐπαρχία δὲ νῦν ἐστὶ, φόρους μὲν τελοῦσα ἀξιολόγους, ὑπὸ σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν διοικουμένη τῶν πεμπομένων ἐπάρχων αἰεί· Ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς τὴν τοῦ Βασιλέως ἔχει τάξιν. Ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης, ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριος, ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων, καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι· Παρέπονται δὲ τούτοις ἀπελεύθεροι Καίσαρος καὶ οἰκονόμοι, μείζω καὶ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγματα, h. e. *Nunc provincia est: & tributa maxima pendit, ab hominibus modestis administratur, qui in eam mittuntur. Qui mittitur, Regis loco est. Ei subest* δικαιοδότης, h. e. *juri dicendo præfectus, qui judicia exercendi pleraque potestatem habet. Tum alius,* ἴδιος λόγος *nimirum, qui peculiares rationes curat. Is in ea inquirit, quæ sub alterius potestate non sunt, sed seorsim ad Cæsarem recidunt. Hos comitantur Cæsaris liberti & administratores, quibus majora & minora negotia committuntur.* Cusum verò nostrum nummum ex *antica*, ubi *Consul VItum* compellatur A. V. C. $\left(\frac{725}{26}\right)$ conjicimus; quem nempe *Consulatum* cum *M. Vipsanio Agrippa* annuum gessit, *censum* peregit, *Princeps Senatus* ipse in eo dictus fuit, (*Dio* LIII. p. 496.) *plebem* quoque *muneribus*, *ludis frumentoque* (maximam partem ex *Ægypto* advecto) *donato, sibi conciliaverat*, quod rursus nobis clarissime reliquit *Dio* Lib. LIII. p. 497. Καὶ τῷ πλήθει τετραπλάσιον τὸν σῖτον ἔνειμε. POPULO QUADRUPLUM FRUMENTI PRIORIS DIVISIT. Tangit & hoc tempus *Tacitus Annal.* L. I. C. 2: *Ubi militem donis, POPULUM ANNONA, cunctos dulcedine otii pellexit, &c.* Exhibent hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXII. N. 1. *Comes Mediobarbus* pag. 26.

NUM. 33.

CAESAR DIVI Filius, COnSul VI. (*Sextum*) *Caput Augusti nudum, lævam versus, infra Capricorni signum, uti Tab. II. N. 66.*

vel

CAESAR, COnSul VI. (*Sextum*) *Caput Augusti nudum, lævam versus, pone lituus, uti Tab. II. N. 64.*

AEGYPTO CAPTA. Crocodilus, dexteram versus gradiens.

Quo testatior *rei* hujus, *Ægypti* scilicet *in potestatem redactæ, & ex ea populo donati frumenti, sexto* scilicet *suo in Consulatu* (quem, ut diximus, cum *Vipsanio Agrippa*, cui *sororis suæ filium* in matrimonium postea locaverat, gessit) memoria esset, *eundem typum*, alio, *Crocodilum*, diverso saltem situ gaudentem, denuo *nummis suis aureis* imprimi curavit, de quo tamen pluribus *numero præcedenti* jam egimus, quo B. L. ablegamus. Et uti certum, hunc nummum A. V. C. $\left(\frac{725}{26}\right)$ *Consule Cæsare* tunc VI. cum *M. Vipsanio Agrippa*, Collega, fuisse cusum, quod satis clare ex *antica* relucet, ita non frustra *capiti suo* tunc *Capricorni signum*, *horoscopum* suum fuisse subjectum, censemus; nempe, quo *Collegæ in Consulatu suo, Agrippæ, quondam in secessu Apolloniæ, Theogenis, Mathematici, pergulam secum ascendenti, ac prius eundem consulenti; cui magna & pæne incredibilia ab ipso prædicebantur, memoriam, præsagii, quin etiam sui, quem Theogenes tunc adoraverat, refricaret, & fiduciam suam fati haud vanam manifestè ostenderet*, nempe, quod nunc, *bellis civilibus compositis omnibus, solus reipublicæ clavum teneret, Parthorum dissensiones essent sedatæ, milites donis, POPULUS ANNONA, cuncti dulcedine otii & ludis*, uti *Tacitus* loquitur, *sibi conciliati, ac ipse Princeps Senatus*, uti *Dio* habet, *constitutus.* Εὐδοκιμῶν τε οὖν ἐπὶ τούτοις, καὶ ἐπαινούμενος ἐπεθύμησε καὶ ἑτέραν τινὰ μεγαλοψυχίαν διαδείξασθαι, ὅπως καὶ ἐκ τοῦ πιστοῦ μᾶλλον τιμηθείη, καὶ παρ' ἑκόντων δὴ τῶν ἀνθρώπων τὴν μοναρχίαν βεβαιώσασθαι, τοῦ μὴ δοκεῖν ἄκοντας αὐτοὺς βεβιάσθαι. *Ob quæ cum esset in oculis omnium, ac laudibus afficeretur: ad ostendendam novam magnanimitatem, quo magis suus honor augeretur, & ad Imperium in Republica SUI UNIUS, volentibus civibus, ne coacti videri possent, stabiliendum, animum adjecit.* Nec longius causa adjecti Capiti *litui*, *Auguris* & *Pontificis* signi, quærenda nobis est, quando supra N. 64. Tab. II. jam ex *Dionis* Libro LIII. docuimus, hoc suo *Consulatu VI. ludos ipsum cum Agrippa exhibuisse propter Actiacam victoriam; eosque ludos quinto quoque anno factos esse, horumque curationem quatuor Sacerdotum collegiis per ordinem incubuisse, Pontificibus* nimirum, *Auguribus*, *Septemviris* & *Quindecimviris*; *Ægyptiis Diis sacra fieri intra pomœrium non fuisse passum, Templorum curam gessisse, & quæ [illegible] quispiam fecisset, ea ab horum*

rum filiis & posteris, si qui superessent, instaurarentur, reliqua ipsum refecisse & dedicasse. Exhibent hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXII. N. 3. *Com. Mediobarbus utraque* cum *antica* p. 27.

Num. 34.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 107.

IMPerator CAESar TRAJANus AUGustus GERmanicus DACicus Pater Patriæ RESTituit. Crocodilus gradiens lævam versus.

Merebatur omnino *expeditionis hujus difficultas*, factique dignitas, quam Numeris præcedentibus clare satis exposuimus, ut ista *posterorum memoriæ*, per *nummos* etiam, à *sequentibus Imperatoribus traderetur atque commendaretur.* Fecit id in gratiam *Augusti*, sicut præcedentes *Tiberius*, *Vespasianus*, *Nerva*, ita & cum primis *optimus Princeps*, uti suo ævo jam *Senatui* audiebat, *Trajanus*, & captam, *subjectamque Populo Romano per Augustum*, vel sic etiam *Patrem Patriæ*, uti in *antica* vocatur, sese exhibentem, *Ægyptum*, *nobilissimam provinciam*, *procuratamque insignem ex illo tempore ex eadem eidem singulis annis annonæ copiam* per *Crocodilum* hoc ipso in nummo designabat, quem *restitui* propterea in *officina sua monetaria* jusserat, ut & *ipse Patris Patriæ*, uti *postica* habet, *nomine dignus à posteris* censeri queat. Sistunt hunc *eximiæ raritatis* & *elegantiæ* nummum *aureum Joh. Valens* in *rarioribus aureis* edit. veteris p. 10. ex Cimelio Ducis *Vernolii*, recentiss. p. 20. & 37. *Comes Mediobarbus* p. 26. ex *Valente*, ubi tamen *Mediobarbus* inter *aureos* eundem ponit ea cum *antica*, qua antea *Valens argenteum* prodiderat. Pars ille hodie est Thesauri *Regis Christianissimi*.

Num. 35.

Caput Augusti corona quernea redimitum, dexteram versus, uti Tab. III. N. 82.

AUGUSTUS. Signum Capricorni, anterioribus pedibus globum tenentis ac temonem, supra illum volitante Fortuna, ambabus manibus Zonam, vel velum, tenente.

Non pauca, quæ huc spectant, nempe de *genitura Augusti*, scilicet *Capricorno*, qui, si *Hygini* fabulis credimus, (6) antea *Pan* fuit, supra jam ad Tab. II. N. 66. plura attulimus, ubi *ille* nobis prima obviabat vice. Repetemus saltem heic *Suetonii* locum classicum, *hunc* non solum, sed & *subsequentes* eximie illustrantem *nummos*, quem Cap. XCIV. offendimus: *In secessu Apolloniæ Theogenis, Mathematici, pergulam, comite Agrippa, adscenderat, cum Agrippæ, qui prior consulebat, magna & pœnè incredibilia prædicerentur, reticere ipse genituram suam, nec velle edere perseverabat, metu ac pudore, ne minor inveniretur. Qua tamen post multas adhortationes vix & cunctanter edita, exsilivit Theogenes, adoravitque eum. Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum vulgaverit, nummumque argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percusserit.* Ex quo cognoscimus, *Mathematicis* constitisse tunc, illum σὺν δαιμονίᾳ μοίρᾳ γενόμενον, *felici genio fuisse natum*, uti est, apud *Appianum* Libro III. de B. C. p. 575: Nam idem jam viderat, *P. Nigidius*, celeberrimus Mathematicus, teste *Suetonio* Cap. *eodem* XCIV: *Quo natus est die Augustus, cum de Catilinæ conjuratione ageretur in curia, & Octavius*, (Augusti pater) *ob uxoris puerperium, serius adfuisset, nota ac vulgata res est, P. Nigidium*, (*Figulum*, Senatorem & insignem Mathematicum) *comperta moræ causa, ut horam quoque partus acceperit, affirmasse DOMINUM TERRARUM ORBI NATUM.* Idem confirmat & *Dio* Libro XLV. p. 270: Ἄρτι τε ὁ παῖς ἐγεγέννητο, καὶ Νιγίδιος Φίγουλος βουλευτὴς παραχρῆμα αὐτῷ τὴν αὐταρχίαν ἐμαντεύσατο· ἄριστα γὰρ τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν τήν τε τοῦ πόλου διακόσμησιν, καὶ τὰς τῶν ἀστέρων διαφορὰς, ὅσα τε καθ᾽ ἑαυτοὺς γιγνόμενοι, καὶ ὅσα συμμιγνύντες ἀλλήλοις ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις καὶ ἐν ταῖς διαστάσεσιν ἀποτελοῦσι, διέγνω· καὶ κατὰ τοῦτο καὶ αἰτίαν, ὡς τινὰς ἀπορρήτους διατριβὰς ποιούμενος, ἔσχεν· οὗτος οὖν τότε τὸν Ὀκταουΐον βραδύτερον ἐς τὸ συνέδριον, διὰ τὸν τοῦ παιδὸς τόκον (ἔτυχε γὰρ βουλὴ οὖσα) ἀπαντήσαντα ἀνήρετο, διὰ τί ἐβράδυνε· Καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν, ἀνεβόησεν, ὅτι Δεσπότην ἡμῖν γεγέννηκε. *Infanti recens edito Nigidius Figulus, Senator, statim imperium vaticinatus est, qui ea tempestate omnem cœli descriptionem, siderumque differentias, & eorum proprias quasque coituum intervallorumque suorum ratione effectiones ea edunt, præ cæteris adeo callebat, ut arcanis quibusdam studiis eum uti, crederetur. Is Figulus Octavium, qui ob filii nativitatem in Senatum (tum forte convocatum) tardius veniebat, obviam factus interrogavit, cur cunctatus fuisset? cognitaque causa exclamavit: DOMINUM NOBIS GENUISTI.* Itemque *Zonaras Annal.* T. II. p. 135: Ἄρτι δὲ τοῦ παιδὸς τεχθέντος, Νιγίδιος Φίγουλος βουλευτὴς, διαγινώσκειν τὰς τῶν ἀστέρων κινήσεις ἄριστα πιστευόμενος, βραδύτερον εἰς τὸ συνέδριον τοῦ Ὀκταβίου ἀπηντηκότος, ἤρετο αὐτὸν τὴν αἰτίαν τῆς βραδυτῆτος· ὡς δὲ διὰ τὸν τοῦ παιδὸς τόκον, ἐκεῖνος ἔφη, ἀνεβόησεν, ὅτι δεσπότην ἡμῖν ἐγέννησας. *Qui* (Octavius) *cum ob uxoris puerperium serius in curiam venisset, P. Nigidius Figulus, qui astronomiæ peritissimus habebatur, comperta moræ causa, exclamavit: TU NOBIS DOMINUM GENUISTI. Felix* verò *hoc sidus* fuisse *Capricornum*, (qui est *Caper* cum *cauda convoluta*, unde & *caper piscis Manilio* Lib. II. v. 685. p. m. 49. dictus:

Caper brumam, genitusque ad frigora piscis,)

Non solum *Suetonius* supra nos C. XCIV, docuit; sed & confirmat hoc *Manilius* II. 497. p. m. 45:

— — *con-*

(6) Sic enim Fab. CXCVI. p. 54: *Pan, Deorum voluntate, quod ejus monitu vim Typhonis* (in Ægypto) *evitarant, in astrorum numerum relatus, &, quod se in capram eo tempore converterat, inde Ægoceros est dictus, quem nos capricornum dicimus.* *Idem* confirmat Lib. II. de *signis cœlestibus*, p. m. 83. *Eodem tempore Pana dicunt in flumen se dejecisse, & posteriorem partem corporis effigiem piscis, alteram vero hirci fecisse, & ita à Typhone profugisse, cujus cogitatum Jovem admiratum, effigiem ejus inter sidera fixisse.* *Situm* ejus in cœlo describit *Aratus* in *Φαινομένων Fragmento* p. m. 160: *Super equum aquarius extollitur, juxta quem capricornus est.* Idemque *Aratus* in *Phænomen.* p. 175: *Capricornus similitudinem habet ægypanos, habet enim posteriorem partem piscis, priorem capricorni, & hunc honorem dicitur assecutus, eo, quod cum Jove sit nutritus.*

— — contra capricornus in ipsum (7)
Convertit visus. Quid enim mirabitur ille
Majus, in AUGUSTI felix quum FULSERIT ORTUM.

Et rursus:

Tum venit AUGUSTO CAPRICORNUS sidere fulgens.

Itemque *Germanicus*, Cæsar, in ἀνεκδότοις *Phænomen.* de Capricorno:

Hic, Auguste, tuum genitali corpore numen
Attonitas inter gentes, patriamque paventem
In cœlum tulit, & maternis intulit astris.

Julius Firmicus VIII. verò jam dudum, & ex eo *Beroaldus* observarunt, quod *quicunque habuerit horoscopum in prima parte capricorni, erit Rex, aut Imperator: in tertia vero parte* qui habuerint, *magni, potentes, maximam gladii potestatem habentes. Prima pars capricorni*, scribens, *si in horoscopo fuerit inventa, Regem faciet ac Principem, & cui maxima deferantur insignia potestatis.* Testes verò omni exceptione majores sunt nummi, *omnis æris* ac moduli, licet *Suetonius* saltem ad *argenteos* adpellet, quod propterea factum remur, quod *illi tùm temporis hunc typum* præferentes fuerint *frequentissimi*, atque in *omnium manibus & oculis*, licet fortè non ignoraverit, dari & illos ex *auro & ære*: Ut adeo vix *Clariss. Patinus* fatis causæ habuerit, scribendi in suo *Suetonio*, qui illorum *undecim* saltem cum *hoc typo* ex *omni ære* exhibet: *Mirari satis nequeo, Suetonium de argenteo solum mentionem fecisse, cum ejusdem typi suppetant & aurei & ærei. Incuriâ ne id fecerit, an inscitiâ, nescio. Occurrerunt certe frequentes ex omni metallo, adeo ut Suetonium, ab illis temporibus non adeo remotum, id latuisse, vix adducor ut credam.* Videmus verò hunc *suum horoscopum* non solum in *antica*, *capiti Augusti* subjectum, supra Tab. II. N. 66. & infra Tab. XLI. N. 7. 85. Tab. XLVI. N. 36. 38. sic offendimus; sed cumprimis *ille* in *posticis* ab *Augusto* fuit exhibitus, non tamen uno eodemque modo, uti adspectus id docebit facile, nempe in *aureis* Tab. IX. N. 35. 36. 37. 38. Tab. XI. N. 6. 7. 8. 25. Tab. XII. N. 25. In *argenteis* Tab. XIII. N. 2. Tab. XVI. N. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Tab. XVII. N. 9. In *æreis* Tab. XXIV. N. 11. Tab. XXVIII. N. 11. Tab. XXXVII. N. 16. Tab. XLI. N. 24. Tab. XLII. N. 1. 2. 3. 4. 5. Tab XLVI. N. 36. 38. Tab. XLVII. N. 12. 39. 40. Tab. LII. N. 20. 22. Edocemur ergo, *eundem* non solum ab *Augusto* fuisse in *nummis* obsignatum, sed & à *Senatû* & aliis in Romanorum provinciis, quibus jus illud cudendi monetam competebat; nempè non solum à *Romanis & Latinis*, sed & à *Populis Græce loquentibus*, Imperioque Romano subjectis, *illorum* nempe *in hoc imitatoribus*, id fuisse tentatum sæpius, & si *numerum* eorundem inire cuperemus, *triginta octo vicibus* typum eundem fuisse in *omni ære* repetitum, ex *nostris* supra *adnotatis* cognoscemus. *Tempus*, quo id primùm fuerit factum, si inquirimus, existimamus, illud haud vane designari post *Consulatum sextum*, Annò $\left(\frac{725}{26}\right)$ initum, *devicto* scilicet ad *Actium Antonio*, & rebus omni ex parte nunc compositis, ipso rerum jam demum potito & unice gubernante Rempublicam. *Id* non solum relucet ex illo *Capite* suprà Tab. II. N. 66. (quæ est *antica* illius nummi Tab. IX. N. 33.) considerato, ubi clare *Consulatus VI.* est expressus; sed & ex nostra *antica*, quæ Augustum *corona querna redimitum* exhibet, *quæ* cumprimis Caput Augusti in *Consulatu VII. ornavit*, quippe quo, teste *Dione* Lib. LIII. p. 507. *postes non solum Augusti, sed & tempora ejus ornata, multique*, referente illo, *erant honores ipsi delati, nempe, ut ante ipsius domum in palatio lauri ponerentur, ac super eas coronæ quernæ suspenderentur, nimirum quod PERPETUUS hostium VICTOR, ac CIVIUM ESSET SERVATOR. Capricornum & Augusti* constituisse *sigillum*, post fata, etiam illustrissimus *Ezechiel Spanhemius* observavit (8). Quàm certum verò hoc ipsum est, immo certissimum; tàm multis à doctissimis viris impugnatum id ipsum legimus argumentis, ut qui illa legere discupit, illum ad *Scaligerum* velimus ablegatum *Epistola XL.* in *Manil.* p. 147. 148. & de *Emendat. Tempor.* V. *Petavium* de *Doctrina Temporum* X. 64. *Petitum Observ.* I. 5. *Bulengerum* de *Divinat.* II. 3. Elegans de hoc ipso negotio est *Ezechielis Spanhemii* [illegible], *Diss.* V. p. 238. recentiss. Editionis ita scribentis: "Hinc „ orta de natali Augusti, ejusdemque horoscopo; „ graves inter Principes hujus ætatis Chronologo- „ rum dissidia ac velitationes; aliis ad vetus Ka- „ lendarium, aliis ad emendatum, seu Julianum, „ natalem ejus diem referentibus; unde de horo- „ scopante sidere diversæ oriebantur sententiæ, & „ inexplicabiles quidam nodi. In iis vero solven- „ dis haud infeliciter videtur laborasse Gothofre- „ dus Vendelinus, (9) dum, referente ac pro- „ bante Alberto Rubenio, in Genethliaco sche- „ mate Augusti, sortem fortunæ capricornum do- „ cet obtinuisse; vel, ut ipse potius Vendelinus, „ sæculi nostri Ptolemæus eidem Rubenio dictus, „ suam ea de re sententiam (10) promit: natum „ Augustum cum horoscopo surgentis virginis, „ natumque eundem, sidere CAPRICORNI „ quintam sub terris domum fortunæ signante. „ Hinc adposite omnino, quod jam vidit idem „ eruditus hujus memoriæ interpres, Rubenius, „ addita plerumque capricorno in nummis Augu- „ stæis, iisque omnis etiam metalli, solita fortu- „ næ insignia, navis gubernaculum, orbis globus, „ cornucopiæ; cujusmodi obvii passim prostant in „ Cimeliis & libris Antiquariorum; (11) neque „ proinde ad faciendam ejus rei fidem à nobis hic „ adducendi: Haud tamen præterire nobis licet, „ in alia hic ire, quod fortè nuper observare mi- „ hi licuit, virum eruditione ac ingenio præstan- „ tem, Harduinum, (12) qui capricornum nem- „ pe in his Augusti nummis, sicut in eo, quem ibi „ adducit, Lucii Cæsaris, ejus ex filia nepotis, „ nihil nisi abundantiam terrâ marique indicare, „ existimat; tametsi, quod addit continuo, Anti- „ quarii

(7) i. e. *in se ipsum*; observante *Scaligero* in notis ad *Manil. p.* 162

(8) *Differt.* III. p. 128. & noviss. edit. p. 170.

(9) *Epistola de natali die Augusti*, ex parte apud *Grævium* T. XI. R. R.

(10) Ibidem *Gothofredi Vendelini* Epistola ad *Albertum Rubenium* apud *Grævium* in R. R. N. Tom. XI. p. 1394. 1395. A. 1656. Postridie Kal. Mart. exarata.

(11) Vid. *H. Goltzius* in Nummis *Augusti*, *Patinus* ad *Suetonium* in Aug. C. 94.

(12) De *Nummis Herodiadum* p. 8. edit. Lips. & in Operibus suis Amstelod. A. 1709. p. 330. scribentem: *Neque aliud (quam abundantia annonæ terra marique) in nummis pariter Augusti capricornus significat: tametsi Antiquarii de natali Augusti accipiunt, de quo disceptant inter se frustra, à Suetonio decepti; ut alias dicemus.*

„ quarii de natali Augusti accipiunt, de quo frustra inter se disceptant, à Suetonio, ut alias dicturus est, decepti. Qua de re tamen alibi hactenus ab eo actum, & quid Antiquariis, vel Suetonio, fraudis hic fuerit demonstratum; haud equidem puto. Neque certe, ut liberè dicam, video, quomodo id manifesto tradente Suetonio, (13) nempe tantam fiduciam fati sui habuisse Augustum, ut schema suum vulgaverit, NUMMUMQUE ARGENTEUM sideris CAPRICORNI, quo natus est, PERCUSSERIT; id vero adhuc comprobantibus pluribus, nec argenteis solum, sed aureis insuper & æreis, ut modo vidimus, & monuit quoque Clar. Patinus, (14) hujus Augusti nummis, fides possit ullatenus derogari. Quibus accedunt insuper, ut viderunt jam præclari ac diligentes Antiquarii, cum antiqua & insignis gemma Augustæa, in augustis invicti Cæsaris Thesauris, erudita commentatione à laudato modo Rubenio illustrata, in qua Romæ & Augusto supra positus in orbiculo capricornus; tùm Germanicus, Cæsar, (15) Manilius, (16) Gellius, (17) qui, præter Tranquillum, natum sub hoc sidere Augustum itidem tradidere. Quod etiam, etsi haud verè omnino minusve accuratè esset ab iisdem Auctoribus proditum, non minus ideo hanc fuisse eorum de hoc Augusti horoscopo sententiam, immo ipsius Augusti, nummos inde eo sidere percutientis, extra omnem dubii aleam positum, è superstitibus adhuc & coævis illis nummis & monumentis, constaret. Neque parum hæc firmat, vel illustrat illud Julii Firmici à Tristano (18) jam observatum: In prima CAPRICORNI parte quicunque habuerit horoscopum, REX erit, aut IMPERATOR. Quæ utique abunde fidem faciunt, cur nata inde Augusto, & quam testatam consignatamque publicis id genus monumentis voluerit, de suo schemate fiducia? Quam in rem quoque, non in Romanis solum, sed longe etiam ab Urbe dissitarum Romani orbis civitatum sub eo Principe nummis signatus itidem cum cornucopiæ capricornus; uti à Cæsariensibus in Palæstina. Unde etiam liquet, cur ille Αἰγοκέρως in hujus fausti natalis, seu veri, seu ita crediti, memoriam, ac fausti ominis ergo, in aliis quoque vel posterorum ejusdem Augusti nummis, uti in illo Lucii Cæsaris nepotis, cujus ante Harduinum facta fuerat à Tristano mentio, conspiciatur; vel in aliis insuper Cæsarianis, uti Vespasiani, Titi, Domitiani, & quidem præclaris quibusdam Hadriani ac Antonini Pii nummis, inscriptis: FELICITAS AUG. cur denique felix Manilio dictus sit capricornus:

„ — — *quid enim mirabitur illè*
„ *Majus, in AUGUSTI FELIX quum fulserit ORTUM.*

(13) In *Augusto* C. 94.
(14) Ad *Suetonium* in Aug. C. 94.
(15) In *Phænomen.* ut supra diximus.
(16) Lib. IV. v. 508. 509.
(17) Lib. XV. C. 7. p. m. 580.
(18) Tom. I. de Nummis Imperat. p. 142.
(19) Tomo I. p. 142.
(20) Ita enim *Dialogo* V. p. 70: *Quemadmodum & Augustus capricornum cudit, cum gubernaculo & orbe, natale astrum designantem.* Et Diff. I. p. 5: *Porro capricorni, natalis sui signo Augustum Cæsarem delectatum, autor est Suetonius.*
(21) In *Commentario ad Numism. selecta* p. 90: *Capricornus autem ab Augusto in nummis signatus, quia sub hoc sidere primam lucem adspexit &c.*

„ Ita etiam geminos id genus capricornos, ut luculentos duorum Cæsarum felicitatis indices, videas in nummo aureo Vespasiani ac Titi; sicut & in altero Augusti æreo, cum illa supremæ felicitatis laude servatorum civium, seu OB CIVES SERvatos." Multa præterea & præclara negotium hoc illustrantia adducit post fata *celeberrimus vir* ibidem, sed quæ, propius utpote huc non facientia, Lectori horundem cupido relinquamus; addentes saltem, nos omnino cum *Ludovico Nonnio*, *Antonio Augustino*, (20) *Jacobo Oiselio*, (21) *Alberto Rubenio* (22) *Alexandro ab Alexandro*; *Constantino Lando* (23) & *Suetonio* promptè accedere, ejus salvam, *Ezechiele Spanhemio*, sartam, tectamque autoritatem existimare, propterea que nobis temperare non posse; quin superiora paullo magis adhuc illustremus, præsertim cum & ex Epistolâ *And. Morellii* ad Clariss. *Perizonium* videam; eundem *Hardaini* favere sententiæ scribentem Lit. B. 2. & recentioris editionis Litera A. 4. ex editionis *Perizonianæ* Lugd. 1713. *Capricornum in Augusti nummis nihil aliud denotare, quam summum imperium victoria navali Actiaca fuisse ab Augusto acquisitum. Nam hujus generis fortunam capricornum inferre, pluribus & eleganter carmine exposuisse Manilium. Ut adeo Suetonii fides vacillet, nummos inquientis, Capricorno notatos, thema natalitii Augusti designare; præsertim cum à Viris doctis jam sit evictum, Capricornum natale Augusti sidus minimè exstitisse.* Nam *felici sidere natum* prodit eundem *Appianus* loco supra citato. *Talem* & statim, *cognita modo partus hora, ex consideratione penitiori cœli motus & siderum, tunc regentium*, testibus *Suetonio* & *Dione*, fide dignissimis Autoribus, offenderunt celeberrimi tunc temporis *Mathematici*, & harundem rerum, si quiquam, apprimè gnari, *P. Nigidius Figulus*, Senator *Romæ* scilicet, qui statim patri, Octavio, *Dominum terrarum orbi natum* prædixerat; & *Theogenes*, *Apolloniæ*, qui comperta ex AUGUSTO IPSO (ut videas, in prompta memoria semper habuisse *Augustum* illam, veluti *rem optimi præsagii plenam*) sua *genitura*, exsilivit statim, *eumque adoravit*. Dixeris: quis sciat, *quo sidere* natus? Disertè hoc nos docet *Suetonius*, scriptor, *Vopisci* judicio, *emendatissimus & candidissimus*, cuique familiare fuit amare brevitatem, & non tam *verborum ornatum*, quam *rerum raritatem sequi*; adde, qui *Cæsaris*, *Galbæ* tempore natus, *Domitiani*, *Nervæ*, *Trajani*, (tot *Augusti* nummos restituentium, & in pristinam lucem revocantium) *Hadriani* temporibus vixit, *eaque & præcedentia perspectissima habuit. Tantam* (scribens cap. XCIV.) *mox fiduciam fati, à Theogene, Mathematico, Apolloniæ certò prædicti, Augustus habuit, ut thema suum vulgaverit, nummumque argenteum nota SIDERIS CAPRICORNI, QUO NATUS EST, percusserit.* (24) Maximo etiam cum gaudio jam jam lego doctissimum celeberrimumque olim hodieque *Jacobum Perizonium* in meas quoque ire partes, & adver-

(22) In *Expicatione Nummorum Augustini Dialog.* p. m. 17. & 23. itemque in Dissertatione de *Gemma Augustæa*, ac de *Natali Augusti.*
(23) Vide sequentem mox notam. (24)
(24) Ex quo repetit dehinc *Alexander in Genial. dierus* Lib. IV. C. 15. ubi varias veterum notas in numismatibus recenset, ut tamen non opus habuisse videatur, illud tam dubiè proferre, scribendo: *Augustus Octavius notâ sideris capricorni, sub quo in lucem editus erat, argenteum nummum percussisse dicitur.* Ex quo iisdem dehinc verbis repetit *Constantinus Landus in veterum Numismatum Romanorum miscellanea explicatione* p. 31. quando de *capricorno* in *Augusti* agit *numismate.*

adverſus *Morellii* ſupra allata accurate ſatis ſic reſpondere, in epiſtola, quam Diſſertationi de ære gravi adjecit, ſua p. 281 ; " Crediderim tamen *Suetonio* diſertiſſime id *capricorni* thema, Auguſti in „ nummis expreſſum, affirmanti. Sed & ſpecioſior „ iſta eſt ratio capricorni in nummis exprimendi „ quam *Morelliana*, quæ certe non modo obſcurior eſt, ſeu longius petita, ſed neque uſu quodam ex „ aliis nummis probatur." Breviter, ſed benè, ſed plane omnia, ita ut vel *ſolo* hoc teſtimonio abunde contenti eſſe poſſimus, quippe cui in aliis enarratis ut fidem derogemus, cauſæ nihil planè habemus. Nominat verò totidem verbis *ſidus* CAPRICORNI, quo NATUS fuerit AUGUSTUS. Nulla heic *varia lectio*, nulla heic *intruſi à deſcribentibus*, vel *editoribus paragraphi* ſuſpicio. Quid cauſæ ergo eſt, quod *Suetonio* non credamus, ſi vel *ſolus* id afferat? Cum omnino & longe plura ſint, quæ vel ille ſolus ex Autoribus retulit, & *tamen hactenus in dubium propterea vocata non fuerint*, licet apud alios hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores iſta non legantur. Sed neque *ſolus* hoc nobis reliquit, ſed adeſt *teſtis domeſticus & omni exceptione major Germanicus*, cujus verba ſupra attulimus, immo qui ipſe *Aratea ſuâ Auguſto dicavit*, clariſſime idem evincentia. Adeſt *Manilius*, nobilis Poëta & Mathematicus, idem hoc ad *ipſum Auguſtum*, (cui *falſa ſupponere licere*, quis præſumat?) in *carmine* de *Aſtronomia* perſcribens, idemque quod *Suetonius*, comprobans. Immò ſunt, in quibus *Conſtantinus Landus* in de *Capricornu Auguſti* p. 31. & *Albertus Rubenius*, qui putant, *Virgilium* initio Libri I. *Georgicorum*, vſ. 32. Auguſto, redituro in cœlum, *eandem ſedem & cœli regimen, uti nato*, aſſignare canentem:

Anne novum tardis ſidus te menſibus addas:
Quâ locus Erigonem inter, chelasque ſequentes
Panditur: ipſe tibi jam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli juſta plus parte relinquit.

Cur non multo magis præterea fidamus *Suetonio*, quando fidem & verbis ſuis facit, addendo, *tantam fiduciam fati habuiſſe Auguſtum, ut thema hoc ſuum poſtea vulgaverit, nummumque argenteum nota ſideris Capricorni, quo natus fuit, percuſſerit.* Adhibendam ſcriptori fidem exiſtimarem, *ſi vel nullus amplius hodie ſuperſit nummus.* At, *ubi tanta nummorum hodie ſeges, tanta omnis æris Copia adhuc ſuppetit*, rem in dubium vocare velle, neſcio, an reſponſione dignum? Infers forte, quanta ſcriptori tribuenda fides, qui ad *argenteum* provocat, hodie *aureis* & *æreis* plus ſatis exſiſtentibus. Sufficiat, regerimus, ad *unius generis* adpellaſſe, & quidem *nobilioris* metalli, *frequentiſſimique* (nam *tredecies* diverſa forma infra occurret) *tunc uſus*! *Nobiliſſimi* autem metalli, *auri* ſcilicet, utpote *rarioris conſpectus*, ac in *paucorum*, ſicut hodie, *manibus*, & ultra *novies* infra non occurentium, itemque *vilioris æris* nempe, utpote *ad teſtimonium ita haud idonei*, *tuncque conſpectui hominum & ſenſim ſe ſubducentis*, ſine dubio *ſtudio præteriens.* Sed nunc, ſi ipſos inſpicimus *nummos*, ne quidem ullam decipiendi cauſam *Suetonio* affingere poſſumus, vel ipſis reclamantibus, & contra tantam injuriam optimo facto autori quaſi proteſtantibus. Nam, vel SOLUS tantummodo comparet in iis *capricornus*, conſueta figura, vel *fortuna* eidem ſuperaddita; *eundem* quaſi *concomitante*, aut ASTRO *ipſi* imminente, ut videas clarius, *non* abundantiam & felicitatem deſignari, ſed *ipſum hoc felix ſidus* cœleſte innui, aut *globo* addito *ſolum*, aut *cornucopiæ* ſolum, aut *globo & temone*, aut *globo & cornucopiæ*; aut *globo*, *temone* & *cornucopiæ* ſimul, aut denique *globo*, *temone*, *cornucopiæ*, & ASTRO *conjunctim* eidem adjecto. Addita præterea vel ſola voce (& quod frequentius omnium videas) AUGUSTUS, *ſummæ potentiæ* vocabulo, vel: PATER PATRIAE; vel: IMPERATOR XI; vel TRIBUNICIA POTESTATE CONSUL XI; vel AUGUR IMPERATOR XII. PATER PATRIAE; vel: IMPERATOR CAESAR; vel; PONTIFEX MAXIMUS, omnibus *ſummis cujusque dignitatis titulis*, & nonniſi (ſi excipias *Cæſaris* & *Imperatoris*, quibus tamen per omnem, quod tralaticium, vitam uſus eſt) *poſt pugnam Actiacam oblatis & uſurpatis*; vel denique: SIGNIS RECEPTIS; vel SIGNIS PARTHICIS; vel: ARMENIA CAPTA, *maximis* ſcilicet *ſuis*, & *poſteriorum* ſaltem *annorum maximi momenti*, *feliciſſimique eventus expeditionibus*, *fiduciam fati* non vanam ipſi fuiſſe, clarè arguentibus, demonſtrantibusque. Et, ſi ad *felix illud ſidus* digitum non intendiſſet *per nummos Auguſtus*, & cum *Auguſto Senatus Populusque Romanus*, non credimus, tam *preſſe veſtigia Romanorum* ſequutos *Populos Græce loquentes*, *quorum* & hodie habemus *nummos* cum *capricorno* non paucos, infra in noſtris viſendos, itidem vel cum ASTRO *ſolum*, aut *cornu copiæ* ſolum, aut *globo* & *cornu copiæ ſimul*, aut cum *globo*, *temone* & *cornu copiæ conjunctim*, adjectis præterea vel vocibus: ΣΕΒΑΣΤΟΣ, aut ΣΕΒΑΣΤΟΥ, aut ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ; nominibus inſuper, *locorum* unde provénere, *omiſſis*, vel quandoque; ut pote: PANORMITANORUM, SMYRNAEORUM, CAESAREORUM SEBASTES, in nummis *appoſitis.* Si *abundantiam* tantum *eodem intendere* ac deſignare voluerint, ſane tunc *poſticam ſaltem* illud *ſidus* expleret, atque *emblema* conſtitueret conſuetum; at *iſtud* tamen *non una vice anticæ* quoque impreſſum, & *ipſi capiti Auguſti* ſubjectum deprehendimus, quod ex *alia* plane *cauſa* factum fuiſſe, ſatis argumento eſſe poteſt, atteſtantibus numeris Tab. II. N. 66. Tab. XLI. N. 7. 15. 16. Tab. XLVI. N. 36. 38. Immò cur non ceſſarunt & *poſt fata*, *divoque* nunc *facto Auguſto*, *illum in nummis adjicere* cum maximi momenti elogio: *OB CIVIS SERvatos.* Quid? quod & ipſa *domus Auguſta* felicis, quod *Auguſto* primum illuxit *ſideris memoriam* deponere non potuerit, quando *illum ſolum* non tantum in ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ *æreis* medii moduli, *Liviæ* ([25]) honori datis; ſed & *ipſum* cum *cornu copiæ* in ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ([26]) medii moduli *æreis* nummis *Lucio*, Cæſari, *Auguſti filio*, conſecratis offendimus, *derivatam in ſe per ſidus illud felicitatem grato agnoſcens animo, exoſculansque.* Adeſt, præter nummos, & *gemma auguſtæa* invicti Imperatoris in Cimelio, eleganter ab *A. Rubenio* ſingulari doctaque *Diſſertatione* ([27]) expoſita, pariter *capricornum* ſupra exhibens in circulo, quod, ut laudatus exiſtimat *Auctor*, character vulgaris *fortis fortunæ hoc charactere* ⊕ deſignetur; aut, ut *rotam fortunæ* denotaret, quod *Seldeno* placet ad marmora Oxonienſia ex Arundellianis; aut quia *fortes*

(25) In *Liviæ* nummis infra Tab. II. N. 10.
(26) In *Lucii* nummis infra N. 26. Confer *Patini Suetonium* p. 115.

(27) Vide illam T. XI. *Antiq. Roman. Grævii* p. 1343. & in *Diſſ. de Natali Aug.* p. 1382.

sortes omnes ligneæ, *eburneæque* ita ſcalperentur, ut *Scaliger* in ſecundum *Iſag. Manilii* & *Salmaſius* exiſtimant. Res præterea ipſa loquitur, & dudum à *Mathematicis* demonſtratum eſt, in *felicibus aſtris* vel primum locum obtinere capricornum. Obſervavit enim jam dudum *Philippus Beroaldus* (28) ad *Suetonium*, & ex hoc ſine dubio poſtea, *Johannes Triſtanus*, *Joſephus Scaliger*, *Ezechiel Spanhemius*, *Samuel Pitiſcus*; ex *Julio Firmico* VIII. *Matheſ.* quod, *quicunque habuerit horoſcopum in prima parte capricorni, erit Rex aut Imperator.* Itidem, *in tertia parte capricorni habentes horoſcopum, futuri ſint magni, potentes, maximam gladii poteſtatem habentes.* Verba ejus hæc ſunt: *Prima pars capricorni, ſi in horoſcopo fuerit inventa, Regem faciet ac Principem, & cui maxima deferantur inſignia poteſtatis.* Alii alia ratione *Suetonii* effatum evertere conantur, dicentes: Gerræ! Sinamus eſſe *Imperatorem futurum, capricorno horoſcopante, natum*, unde vero hoc probetis? Audiamus modo ea, quæ *Joſephus Scaliger*, in *Prolegomenis in Manilium* de aſtrologia veterum Græcorum Lit. β. 3. nobis objicit: “*Apponam exemplum, quod fiduciam rationis genethliacorum aperiat. Theagenes* (Theogenes potius, typographi forte vitio) *Mathematicus, ex iis, quæ Octaviano adoleſcenti contigerant, quia verum tempus natalis ejus ignorabat) horoſcopante capricornu natum confidenter pronuntiavit: quem tamen natum proxime ſolis ortum diligentiſſimus ſcriptor Suetonius, tradit Septembri antiquo, qui tunc conveniebat in Quintilem Julianam, ſole cancrum obtinente. Quid magis joculare? qui cancro circiter Oriente natus eſt, quomodo ei horoſcopabat capricornus? & tamen vanus divinaculus non veritus eſt pronunciare, quia horoſcopante capricornu natus eſſet, ut ipſe ſomniabat, eum rerum potiturum.* Sed quæ colluvies rerum heic inter ſe pugnantium! Primo vir, cæteroquin ſummus, inquit, *Theogenem ex iis, quæ Octaviano adoleſcenti contigerant, ea prædixiſſe*; *Suetonius* clarè contra, ac *ex genitura ſua, poſt multas adhortationes vix & cunctanter tandem edita, hæc ipſi Auguſto vaticinatum fuiſſe Theogenem*; dehinc *verum Auguſti natalis tempus ignoraſſe Theogenem*; *Suetonius: hoc ipſi Theogeni revelaſſe Auguſtum, & ex ejusdem relatione ſtatim conjeciſſe Mathematicum, maximum aliquando ipſum fore principem, propter eaque ſtatim ipſum adoraſſe.* Porro, *horoſcopante capricorno natum confidenter non pronunciaverat Auguſtum Theogenes, ſed ipſe Auguſtus hoc ſuum thema Theogeni, ſed cunctanter, ne forte, indicato illo, minor Agrippa inveniretur, aperuerat, quod non ſolum ex prompta noverat memoria, ſed ſine dubio diligenter ſibi jam confici curaverat.* Immò, quod *tam notum, cognitumque ipſi*, ut A. V. C. 764. proximè ante obitum, PUBLICE STELLARUM CONSTITUTIONEM, SUB QUA IN LUCEM ERAT EDITUS, etiam *denuo*, (quanquam in alium finem) propoſuerit, ὥστε ἐκ προγραφῆς πᾶσι τὴν ἀστέρων διάταξιν ὑφ' ὧν ἐγεγέννητο φανερῶσαι, inquit *Dio* Lib. LVI. p. 586. *Si ipſi diligentiſſimus ſcriptor eſt Suetonius* & tam *accuratus, quod etiam minima omnia perſequatur in tradendo die natali*, cur *non idem talis in exponendo themate ſuo genethliaco*? Porro infra in notis ad eundem *Manilium* ſic diſputat p. 162: “*Rurſus Suetonius: Natus eſt Auguſtus M. Tullio Cicerone, & Antonio Coſſ. IX. Kal. Octobris, paulo ante ſolis exortum. Si Auguſtus natus eſt oriente ſole, aut circiter, & quidem horoſcopante capricorno: ergo ſol erat in Capricorno: & proinde September Romani anni priſci incidebat in Decembrem Julianum, quem fingimus ſemper fuiſſe, in quo ſol obtinebat capricornum à 25. Decembris Juliani. Atqui plusquam ſexaginta annis ante Conſulatum Ciceronis September Romanus conveniebat ex parte in Julium, ſive Quintilem Julianum. Quid quod anno reformationis Faſtorum adhuc pars Septembris Romani deprehendebatur in Quintili Juliano? ſed pauculis annis ante Conſulatum Ciceronis, teſte ipſo Cicerone in Frumentaria, fruges demeſſæ in Sicilia jacebant in area Kalendis Sextilibus, Prætore Verre obtinente Siciliam. At meſſis in Sicilia fit in fine Geminorum, hoc eſt in Junio Juliano. Ergo Sextilis antiquus conveniebat in Junium Julianum: & proinde September antiquus in Julium noſtrum. Si igitur Auguſtus natus eſt oriente ſole, ut vult Suetonius; ergo natus horoſcopante cancro. Falſum ergo horoſcopante capricorno editum. Si capricorno horoſcopante, editus, ut vult Germanicus, qui Aratea ſua Auguſto dicavit; ergo falſum dixerit Suetonius, natum oriente Sole. Aut Suetonius hallucinatus eſt, aut Theagenes, & poſt eum Auguſtus, & Germanicus. An vero ſimile, Suetonium, tam accuratum ſcriptorem, qui etiam omnia minima perſequitur, tempus natalium Auguſti ignoraſſe? non poſſumus defendere tantam ἀντιλογίαν, niſi dicamus, Theagenem perperam thema deſignaſſe, aut potius Auguſtum perperam indicaſſe. Quomodo Agrippa & Auguſtus potuerunt tempus geniturarum ſuarum edere in tanta confuſione anni Romani, qui quoties intercalatum ſit à natalibus ſuis ad cædem Cæſaris, omnino neſciebant: ne ipſos quidem Pontifices, puto, qui non ex præſcripto, ſed ad libidinem intercalabant, potuiſſe aſſeverare in XX annis, quoties & quanto intercalatum fuiſſet, ſed profecto ex iis, quæ perperam retulit Auguſtus Theageni, ipſum Theagenem ex conjectura, & tempore æſtimato ſub capricorno Auguſtum editum pronunciaſſe. Nam ſub capricorno editos, rerum potituros pronunciat Firmicus. Prima pars capricorni, inquit, ſi in horoſcopo fuerit inventa, Regem faciet ac Principem, & cui maxima deferantur inſignia poteſtatis. Si hæc tam vera ſunt, quam veriſimilia, ſatis fuerit culpam à Suetonio in Theagenem derivandam. Sin aliter, parum caviſſe videtur Suetonius. Hæc diſputatio candidis ingrata non erit.*” Sed cum ſupra *Suetonii* partes jam ſuſceperimus, addimus, nec nobis veriſimile videre, *errare potuiſſe Theogenem, inter primos tunc Mathematicum, & Agrippæ tam vera quoque prædicentem.* Quis credat, tantæ formæ virum, *ita omnis artis aſtronomicæ imperitum, ut diem, horamque ab Octaviano ſibi ex veteri Calendario Romano relatas, non potuerit cum Ægyptiorum annorum computo, curſuque ſolis conferre, & ad Kalendarium Julianum tunc uſitatum reducere.* Et perſuaderi hæc ſano homini poſſunt? Licetque demus iſtud Scaligero, *confinxiſſe hoc Thema Theogenem*, (cui tamen oppido reclamat *Suetonii* autoritas) quid nunc demum vero dicet, regerentibus nobis, idem vero *eo ipſo nativitatis ſuæ die & infanti recens edito* (diſerte hoc rurſus referente *Dione*) prædixiſſe Patri Octavio, NIGIDIUM FIGULUM, virum multæ autoritatis & *Senatorem*, eum præterea, *qui illo tempore omnem cœli deſcriptionem, ſiderumque differentias, & eorum proprias quasque coituum intervallorumque ſuorum ratione effectiones quas edunt, præ cæteris callebat*, nempe: DOMINUM NOBIS GENUISTI! Quid reſponderi poteſt *Appiano* Libro III. de B. C. p. 575. ſcribenti,

(28) Prodiit *ejusdem Commentarius* una cum aliorum notis, *Pariſiis* 1512. per *M. Joh. Philippum* in fol. maji p. m. CXIII.

benti, *felici genio fuiſſe natum Auguſtum.* Quid GERMANICO, qui Aratea Auguſto dedicavit: quid MANILIO, quorum verba ſupra jam attulimus? Acerrime denique contendit idem Lib. V. de *Emendatione Temporum* p. 443. quando agit peculiari capite *de initio Cæſaris Auguſti*, inquiens: “Annus Romanus, quo M. Tullius & C. Antonius Conſulatum inierunt, cæpit ab Octobri anni periodi Julianæ 4650. id eſt, aut à XIII. Octobris, ſi annus antecedens fuit communis, aut XXIII. ejusdem Octobris, ſi anno antecedente intercalatum fuit. Proinde priori modo totum Septembrem vindicat Julius. Poſteriore, ultima Julii fuerit XXI. Septembris Romani; jam ſub Leone, non ſub Cancro. Si igitur Auguſtus natus eſt, horoſcopante capricorno, duo neceſſario concedenda, ut & anno communi, non intercalario, item, ut poſt ſolem occaſum, non interdiu natus ſit. Nam ut menſe antiquo Septembri ſub capricorno editus ſit in lucem, genituram nocturnam omnino eſſe oportet. Et ſane id videtur ex verbis Germanici colligi, qui dicit, *maternis intulit aſtris.* Capricorni, quatenus eſt ſidus, mater nox eſt, ſicut & aliorum omnium aſtrorum — — immo etiam ſi non addidiſſet, tamen neceſſe ita fuiſſe. Quare manifeſtum mendum eſt in Suetonio, non utique librarii, ſed ipſius Suetonii, qui ſcribit natum paulo ante exortum Solis. Si Auguſtus natus eſt ante exortum ſolis, capricorno horoſcopante, ergo natus eſt ſole capricornum obtinente: & proinde natus fuiſſet menſe Decembri Juliano, aut Januario, & conſequenter non Septembri antiquo; ſed Martio. Quod eſt abſurdum. Auguſtus ergo natus eſt circiter XXI. aut XXII. Julii poſt ſolem occaſum, ſole ultimas partes cancri obtinente. Proinde ultimis partibus capricorni orientibus natus eſt, ſole occaſo; niſi quis dicat, uno, aut altero gradu minus. Quod nihil refert.. Hoc tantum conſtet, Auguſti geneſin cadere in Julium menſem, ſiquidem natus eſt Septembri Romano: item nocturnam eſſe, ſi quidem capricorno horoſcopante: idque anno periodi Julianæ 4651. cyclo Lunæ XV. Solis tertio.” Adprobat hæcce *Scaligeri* non ſolum *Dionyſius Petavius* Libro X. de *Doctrina Temporum* c. 64. p. 274. & Lib. XI. c. 6; ſed & negotium fere eâdem ratione componere tentat *Sethus Calviſius* in ſua *Chronologia* p. m. 398. ſcribens: *Auguſtus Cæſar naſcitur 9. Cal. Octobr. die 22. (23.) Septembris antiqui, qui ad Calendarium Julianum incidat circa initium menſis Julii, quando Sol fuit circa 10. gradum Cancri. Natus autem eſt horoſcopante capricorno, unde conſequens, quod natus ſit veſpertino tempore. Falſum igitur eſt, quod ſcribitur, eum natum matutino tempore, & cum de conjuratione Catilinaria ageretur, quæ accidit poſt ſesquimenſem. Johannes Triſtanus*, hoc videns, infelix hac in parte Criticus, *Suetonium* emendare hoc modo audet, ut in ipſo ſic reſcribendum cenſeat: *paullo ante Solis OCCASUM.* (29) Sed, *an partus Auguſti ante Solis occaſum frequentationem Senatus poſtero die Octavianum, Patrem, tardare poteſt?* Alia ratione *Keplerus* hanc litem componere tentavit, cujus verba in *Rubenii diſſertatione* infra legenda erunt. Ut taceamus, alia occaſione, nempe nati anno 1632. Principis Sabaudiæ, ex *Societate Jeſu Patrem, Theſſaurum*, hanc ſententiam, *nati, horoſcopante capricorno, Auguſti*, impugnaſſe, cui tunc *R. P. Monodus* ſe oppoſuit, eamque contra ipſum tunc aſſeruit, adſtipulante *Wendelino.* Sed poſt hos, & forte alios, litem hanc inter eruditos tandem erudite admodum, & quantum modo ingenio valuit, diſcuſſit *A. Rubenius*, in pereleganti & ſolidæ doctrinæ plena *Diſſertatione de Natali die Cæſaris Auguſti*, olim jam à Viro doctiſſimo, *J. G. Grævio*, ejusdem *de lato clavo* Libro ſubjecta, poſtea de novo ejusdem Tomo XI. *Rerum Rom.* p. 1378. inſerta, digna, quod cùm *ille liber*, tum *hi Tomi* in paucorum ſint manibus, ad muniendam vero noſtram ſententiam cum maximè faciat, & heic legatur *integra:*

“De *natali die* lis *haud magni* quidem, ut verum dicam, per ſe *momenti*, ſed quæ tamen ingentem *hiſtoriæ lucem* affundere poſſit, jam dudum ingenia eruditorum exercet. Nodus & cardo controverſiæ naſcitur ex *Suetonio*, qui Cap. XCIV. ſcribit: *In ſeceſſu Apolloniæ Theogenis, Mathematici, pergulam, comite Agrippa, aſcenderat, cum Agrippæ, qui prior conſulebat, magna & pæne incredibilia prædicerentur, reticere ipſe genituram ſuam, nec velle edere perſeverabat, metu ac pudore, ne minor inveniretur. Qua tamen, poſt multas adhortationes, vix & cunctanter edita, exſiluit Theogenes, adoravitque eum. Tantam mox fiduciam fati Auguſtus habuit, ut thema ſuum vulgaverit, nummumque argenteum nota ſideris capricorni, quo natus eſt, percuſſerit.* At Cap. V. aſſerit, Auguſtum natum *nono Kalendas Octobris paulo ante ſolis exortum.* Quærunt viri docti, an *nono Kal. Octobris*, quem non ſolum *Suetonius*, ſed etiam *marmora antiqua natali Auguſti aſſignant*, intelligendus ſit ex ratione *Kalendarii veteris Romani anni Juliani:* deinde ſi *nono Kal. Octobr. Pompil.* natus ſit Auguſtus, in *quem diem Kalendarii Juliani natalis ejus incidat.* Dubium enim eſt, an *nono Kal. Octob. anni veteris Romani* ante *emendationem Julianam intelligendus ſit dies ille ſecundum annos Julianos.* Si *Kalendarium vetus* ſecutum eſſe *Suetonium* dicitur, quæritur, *in quem diem anni Juliani*, ut appellamus, cadat dies *IX. Kal. Octobr. veteris:* ſin vero natum Auguſtum dicimus A. D. IX. Kal. Octobris anni Juliani, ſupereſt ille inexplicabilis nodus, quomodo *Capricornus poſſit dici ejus horoſcopus*, cum ſit *Libra*, vel, ut alii volunt, *Virgo*; & tamen *Auguſtum tantam ſideris ſui fiduciam habuiſſe Suetonius teſtetur, ut nummos percuſſerit, quales imagine Capricorni ſignati plurimi etiamnum exſtant.* Ut omittam velitationes *Theſſauri & Monodi*, ipſe *Joſephus Scaliger*, qui *emendandi temporis* provinciam propriam ſibi vendicavit, *quantum hac in re æſtuat*, ut, *Protei* more,

„ — *formas ſe vertit in omnes.*

& poſt hariolationem de *horoſcopo* [illegible], quæ à *Ludovico Carrione* refutata eſt Lib. II. *Emendat.* Cap. 2. demum decernit, *manifeſtum mendum eſſe in Suetonio, non utique librarii, ſed ipſius Suetonii*, qui ſcribit, *natum paulo ante exortum ſolis.*” “Si Auguſtus, (*inquit*, de Emendat. Temporum *Lib. V.*) natus eſt ante exortum ſolis capricorno horoſcopante, ergo natus eſt ſole capricornum obtinente; & proinde natus fuiſſet menſe Decembri Juliano, aut Januario, & conſequenter non Septembri antiquo, ſed Martio, quod eſt abſurdum.

„ Augu-

(29) In Commentario ſuo p. 63: *Car il fuit manifeſtement telle des Methematiciens de ce temps là, & qu'il reconnoiſſoit eſtre en effet veritable, & qu'il eſtoit certain, que ce Signe à l'heure de la naiſſance de ce grand Prince, eſtoit celuy de ſa future grandeur; & partant j'eſtime qu'il faut lire dans Suetone* ante Solis *occaſum, au lieu d'y lire:* ante Solis exortum.

„ Auguſtus ergo natus eſt circiter 21. aut 22. Julii, poſt ſolem occaſum, ſole ultimas partes cancri obtinente. Proinde, ultimis partibus capricorni orientibus, natus eſt ſole occaſo: niſi quis dicat, uno aut altero gradu minus, quod nihil refert. Hoc tantum conſtet, Auguſti geneſin cadere in Julium menſem, ſiquidem natus eſt Septembri Romano: item nocturnam eſſe, ſiquidem capricorno horoſcopante: idque anno periodi Julianæ 4651. cyclo Lunæ 15. Solis tertio." "Quæ effata *Scaligeri* à ſevero ejus cenſore, *Dionyſio Petavio*, probari, admodum miror. Ita *ille* Lib. X. de Doctrinâ temporum Cap. LXIV, f. 274: Cæterum natalis Auguſti contigit 9. Kal. Octobris, Cicerone & Antonio Conſulibus, ſed ob laxatum & depravatum menſium ſtatum, Septembris Pompilianus in Junio, Juliove circiter inibat anni Juliani. Multa de hoc argumento, deque Suetonii hallucinatione diſputantur à Scaligero hoc in capite, quæ nobis probantur." "Idem aſſerit rurſus Lib. XI. Cap. 6. Horum auctoritatem ſecutus, ut videtur, *Joannes Triſtanus Sanctamantius* (30) uno ictu hunc nodum diſcindit, & culpam, quam illi *Suetonio* impingunt, in *librarium* transfert, & contendit à *Suetonio* ſcriptum: *paullo ante ſolis occaſum, non verò ante ſolis exortum*; ſed aſtronomica ratiocinia ejus de μεσουρανήματι, quæ affert, aliis diſcutienda relinquam. Ipſa *Suetonii* verba Cap. XLIX, aperte *huic correctioni* repugnant: *Quo natus eſt die*, inquit, *cum de Catilinæ conjuratione ageretur in curia, & Octavius, ob uxoris puerperium, ſerius adfuiſſet, nota ac vulgata res eſt, P. Nigidium, comperta moræ cauſa, ut horam quoque partus acceperit, affirmaſſe, Dominum terrarum Orbi natum.* Quid enim? an *Senator* tardius mane in Senatum veniens cauſabitur, natum *paulo ante occaſum ſolis filium?* Quod etiam vidit *Keplerus*, Aſtronomus exactiſſimus, qui aliam init viam. Cujus verba audi de hac quæſtione:" "Si quis tamen judicium hic meum requirit, id obiter addam. Fertur natus Auguſtus paulo ante ſolis ortum; Octavius enim, pater Auguſti, tardius in Senatum veniens, qui ſummo mane coactus erat, ob periculum conjurationis Catilinariæ, moram puerperio uxoris excuſavit. Atque ei Nigidius ex tempore partûs fortunam nati ampliſſimam prædixit. Præter hanc traditionem, confirmata eſt etiam Auguſti ipſius opinio, ſe ſub Capricorni ſidere natum. Atqui menſe Julio ſole orituro, capricornus occaſum obtinet. Quomodo ergo, qui ſub capricorno natus, idem ante ſolis ortum naſci potuit? Conciliatorem audi Manilium: Veteres ſub eo quemque ſidere natum putabant, quod, eo naſcente, Luna obtinebat. Inter ergo 23. Junii & 18. Julii per dies 25. quære, an Luna potuerit obtinere Capricornum, & quibus diebus, invenies 1. & 2. Julii. Non fuit igitur omiſſus in his annis 17. menſis intercalarius. At nec quantitas anni dierum plane 355. cum intercalario ſervata eſſe poteſt; deſunt enim dies 6. 7. vel 8. ſeu Pontificium arbitrium ordinatione derogaverit, ſeu male retulerint de anni quantitate auctores ætate poſteriores." Hactenus *Keplerus*. "Sed mihi non veriſimile videtur, *annum Romanum, Cicerone & Antonio Conſulibus adeo luxatum fuiſſe*, ut dies *IX. Kal. Octobreis* incurrerit in menſem *Junium*, vel *Julium*. Nam ſi cum *Scaligero* in A. D. K. IX. *Kal. Octobris*, qui *natalis Auguſti* fuit, rejicimus in *Julii Juliani diem 21. aut 22.* ſane dies *V. Idus Novembris Romani* incidet in *principium Septembris*. At *Cicero*, qui *V. Idus Novembris Romani* habuit *Catilinariam ſecundam*, diſerte teſtatur, eo jam tempore *Æquinoctium autumnale fuiſſe confectum in Apennino: Verumtamen quid iſti ſibi miſeri volunt? Num ſuas ſecum mulierculas ſunt in caſtra ducturi? quemadmodum autem illis carere poterunt, his præſertim jam noctibus? quo autem pacto illi Apenninum atque illas pruinas ac nives perferent.*

„ Sed diem *natalem Auguſti* ſecundum *Kalendarium Julianum*, non vero ad rationem anni veteris in *IX Kal. Octobr.* incidiſſe, ipſe *Suetonius* indicat, qui Cap. CI. ſcribit, *illum deceſſiſſe duobus Sextis, Pompejo & Apulejo* Conſulibus *XIV. Kal. Septembris, hora diei nona, ſeptuageſimo & ſexto ætatis anno, diebus quinque & triginta minus.* Cui conſentit *Dio*, cujus verba ſunt Lib. LVI. p. 590: Καὶ ὁ μὲν οὕτω τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τοῦ Αὐγούστου, ἐν ᾗ ποτὲ τὸ πρῶτον ὑπάτευσε, μετήλλαξε· ζήσας μὲν πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ἓξ καὶ εἴκοσι· (Τῇ γὰρ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Σεπτεμβρίου ἐγεγέννητο,) h. e. *Vita exceſſit XIIII. Kal. Septembris, qua die quondam primum conſulatum inierat.* (31) *Vixit annos 75. menſes 10. dies 26. ſiquidem natus eſt IX. Kal. Octobris*, & quidem à *die 23. Septembris Julianæ* 4651. quo natus eſt *Auguſtus*, Cicerone & Antonio Conſulibus, usque ad 19. *Auguſti* ſeu XIIII. Kal. *Septemb.* Juliani anni P. I. 4727. *qua die deceſſit*, juſte conficiuntur anni 67. Sed demus viris eruditis, hiſtoricos illos plebejo more & ἰδιωτικῶς ſic locutos fuiſſe; quaſi eadem perpetuo annorum fuerit forma, proinde, *ſeptuageſimum ſextum annum ſupergreſſum fuiſſe Auguſtum*, quod quidem de *Suetonio & Dione*, exactis *annorum computatoribus*, & *quibus emendatio Juliana ſatis nota erat*, vix credi poteſt; an vero ipſe *Auguſtus*, *qui thema ſuum diligenter confici curavit, maximamque in illo fati, fiduciam habuit, Kalendarium Julianum Pontificum culpa depravatum correxit, tam incurioſus fuit, ut natalem ſuum, qui in Junium, aut Julium menſem incidit, IX. Kal. Octobr. celebrarit, & annum ſuum climactericum*, non vero *die ſuo natali*, ſed *demum tribus poſt verum natalem ſuum menſibus confectum fuiſſe exiſtimarit?* En verba *ejus* ex *Epiſtola* (32) ad *Cajum*, filium & nepotem, IX. Kal. Octobr. ſcripta anno Juliano 46: *Ave, mi Cai, meus ocellus jucundiſſimus, quem ſemper, medius fidius, deſidero, cum à me abes: ſed præcipue diebus talibus, qualis eſt hodiernus. Oculi mei requirunt meum Cajum; quem, ubicumque hoc die fuiſti, ſpero lætum & benevolentem* (alii *benevalentem*) *celebraſſe quartum & ſexageſimum natalem meum: nam, ut vides, κλιμακτῆρα communem ſeniorum omnium tertium & ſexageſimum annum evaſimus.* Incredibilis jam fuerit Auguſti *ignorantia*, ſi climactericum annum ſuum deduxit ex *veteri Kalendario* in tanta *Mathematicorum, Ægyptiorum & Chaldæorum, Romæ copia*, & ſe communem ſeniorum omnium κλιμακτῆρα evaſiſſe lætetur IX. Kal. *Octobris Juliani*, quem à *præcedenti Junio aut Julio prætergreſſus erat*, cum præſertim *hæc epiſtola ab* illo ſcripta ſit *poſt emendatum à ſe annum Julianum*, qui iterum poſt Julianam correctionem, negligentia Pontificum, labefactatus fuerat. Sed an & ipſum *Theogenem*, quem non ultimum ſæculi ſui Mathematicum fuiſſe liquet, tam omnis Aſtronomiæ imperitum fuiſſe credemus, ut *diem & horam*

„ *natalem,*

(30) T. I. *Comment. Hiſtor.* f. 68.

(31) Idem & *Tacitus* tradit An. I. 9: *Multus hinc ipſo de Auguſto ſermo, plerisque vana mirantibus, quod idem dies accepti quondam imperii princeps & vitæ ſupremus.*

(32) *A. Gell.* L. XV. C. 7.

,, *natalem, ab Octavio sibi indicatum, ex veteri Ka-*
,, *lendario Romano non potuerit ad annorum Ægyptiorum*
,, *formam cursumve solis numerare, ac ad Kalendarium*
,, *Julianum jam tum institutum reducere?* Etenim O-
,, *ctavius*, post receptam à *Cæsare* Hispaniam, de-
,, mum *Apolloniam* præmissus fuit, ubi *Theogenem* de
,, *themate suo consuluit*. Nam quod *Scaliger* (33) alle-
,, gat, *Agrippam & Augustum non potuisse tempus ge-*
,, *niturarum suarum edere in tanta confusione anni Ro-*
,, *mani, qui quoties intercalatum sit à natalibus suis ad*
,, *cædem Cæsaris, omnino nesciebant, & ne ipsos quidem*
,, *Pontifices potuisse asseverare in XX. annis, quoties &*
,, *quando intercalatum sit.* Sed non videtur, cum *o-*
,, *mnes menses intercalarios à Pontificibus publicari &*
,, *in Fastis notari solitos fuisse*, constet. Certum igi-
,, tur, mea quidem sententia, *natum Augustum M.*
,, *Tullio Cicerone & C. Antonio Coss.* paulo ante exor-
,, tum solis A. D. IX. Kal. Octobris *ad rationem Ka-*
,, *lendarii Juliani, atque ita horoscopantes habuit ultimas*
,, *partes Virginis, vel principium Libræ*, quo *Virgilium*
,, respexisse facile eruditis assentior viris. Is enim
,, Lib. I. *Georg.* redituro in cœlum *Augusto* eamdem
,, sedem & cœli regimen adsignat *inter Virginem &*
,, *Chelas*, qua horoscopante in lucem editus fuit:

Anne novum tardis sidus te mensibus addas,
Qua locus Erigonem inter, Chelasque sequentes
Panditur: ipse tibi jam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli justa plus parte relinquit.

,, Sed ille nunc etiam restat nodus, si *Virgo* aut
,, *Libra fuit horoscopus Augusti*, qua ratione *nota side-*
,, *ris Capricorni*, quo natus fuit, *nummos percusserit*,
,, ut *Suetonius* ait C. XCIV. Sed & *Germanicus*, Cæ-
,, sar, *Capricornum* Augusti natali assignat:

Hic, Auguste, tuum genitali corpore numen
Attonitas inter gentes, patriamque paventem
In cœlum tulit, & maternis intulit astris?

,, Et *Manilius*:

—— contra Capricornus in ipsum
Convertit visus: quid enim mirabitur ille
Majus, in Augusti felix qui fulserit ortum?

Et alibi:

Tum venit Augusto Capricornus sidere fulgens.

,, Si quidem *Kepleri* rationes sequi vellem, facile
,, ex his vinculis me explicare possem; nam si, ut
,, ille ait, *veteres sub eo quemque sidere natum putabant,*
,, *quod, eo nascente, Luna obtinebat. Si 2. Julii Lu-*
,, *na Capricornum tenuit anno natali Augustæo, etiam*
,, 23. *Septembris ejusdem anni Luna in eadem sede fuit:*
,, *nam à* 2. *Julii ad* 22. *Septembris tres periodicos cur-*
,, *sus Luna conficit.* Sed hæc astrologica doctissimo
,, *Gothofredo Vendelino* nostro relinquo, qui jam diu
,, nos longa editionis *Capricorni sui* spe torquet, quo
,, non dubiis rationibus probabit, *sortis fortunæ locum*
,, *in themate genethliaco fuisse in Capricorno.* Sors au-
,, tem *Fortunæ* ab antiquis *Astrologis* censebatur esse
,, *horoscopus*, à quo *thema Athlorum* deducebatur, ut
,, *Scaliger* docet ad *Manilium*. *Ptolemæus* Lib. III.
,, ad *Tetrabibl*: Ἵνα ὃν ἔχει λόγον καὶ σχηματισμὸν, ὁ ἥ-
,, λιος πρὸς τὸν ἀνατολικὸν ὁρίζοντα, τοῦτον ἔχῃ καὶ ἡ σελήνη
,, πρὸς τὸν κλῆρον τῆς τύχης, καὶ ᾖ ὥσπερ σεληνιακὸς ὡροσκό-
,, πος, h. e. *Ut quam habet rationem & positum sol*
,, *ad horoscopum, eamdem habeat luna ad sortem Fortu-*
,, *næ, ut hæc sit veluti lunaris horoscopus.* Sed scrinia
,, compilare viderer *Vendelini* nostri, qui *Capricorni*
,, *sui editionem* quotidie nobis pollicetur. Ad alia
,, progredior. Illud tamen addam, & *ipsos nummos,*
,, *quos nota sideris Capricorni Augustus percussit, non*
,, *levem conjecturam præbere, Capricornum sedem fuisse*
,, *sortis fortunæ in themate Augusti*: nam in *numisma-*
,, *tis Augustæis aureis, argenteis & æreis* (34), quæ
,, *notam Capricorni præferunt*, adjecta sunt plerumque
,, *gubernaculum navis, cornucopiæ, & orbis terrarum,*
,, ipsa *nempe insignia fortunæ*, quæ illi tribuit *Lactan-*
,, *tius* Lib. III. *Instit. Div.* Cap. XXIX. de fortuna:
,, *Nam simulacrum ejus cum copiæ-cornu & gubernacu-*
,, *lo fingunt, tamquam hæc opes tribuat, & humanarum*
,, *rerum regimen obtineat.* Imo etiam forte in *gemma*
,, *Augustæa Capricornus orbiculo inclusus est*, quia *cha-*
,, *racter vulgaris sortis fortunæ hoc charactere ⊕ designa-*
,, *tur*; aut, ut *rotam Fortunæ* denotaret, quod *Sel-*
,, *deno placet ad marmora Arundelliana*, aut *quia sor-*
,, *tes omnes ligneæ, eburneæ, ita scalperentur*, ut *Sca-*
,, *liger existimat.* (35) Cum itaque *Augustus* natus
,, sit *XXIII Septembris Juliani*, paulo *ante Solis exor-*
,, *tum*, ut jam demonstratum est, superest ut quæ-
,, ramus, in quem diem *Kalendarii veteris Romani* in-
,, ciderit XXIII. *dies Septembris Juliani?* Quod si e-
,, ruimus, *anni veteres octodecim à Consulatu Ciceronis*
,, *usque ad emendationem Julianam ad annos Julianos*
,, *facile reduci poterunt, & historia Catilinariæ conjura-*
,, *tionis, exsilii & reditus Ciceronis, belli civilis inter Pom-*
,, *pejum & Cæsarem, aliarumque rerum illo tempore ge-*
,, *starum valde illustrabitur.* Et annum quidem *Roma-*
,, *num veterem* ætate *Ciceronis, CCCLV, dierum fuisse,*
,, *inter omnes fere convenit. Sed cum*, inquit, *Macro-*
,, *bius, Romani, ex distributione Pompilii, ad Lunæ cur-*
,, *sum, sicut Græci, annum proprium computarent, neces-*
,, *sario & intercalarem mensem instituerunt, more Græ-*
,, *corum. Nam & Græci cum animadverterent temere se*
,, *trecentis quinquaginta quatuor diebus ordinasse annum*
,, *(quoniam appareret de solis cursu, qui trecentis sexagin-*
,, *ta quinque diebus & quadrante Zodiacum conficit, deesse*
,, *anno suo undecim dies & quadrantem) intercalares stata*
,, *ratione commenti sunt, ita ut octavo quoque anno nona-*
,, *ginta dies, ex quibus tres menses tricenum dierum com-*
,, *posuerunt, intercalarent. Id Græci fecerunt, quoniam e-*
,, *rat operosum atque difficile omnibus annis undecim dies*
,, *& quadrantem intercalare. Hunc ergo ordinem Romanis*
,, *quoque imitari placuit. Sed frustra: Quippe fugit eos,*
,, *unum diem additum esse ad Græcum numerum, in hono-*
,, *rem imparis numeri: ea re per octennium convenire nu-*
,, *merus atque ordo non poterat. Sed nondum hoc errore*
,, *comperto per octo annos nonaginta quasi superfundendos,*
,, *Græcorum exemplo, computabant dies; alternisque an-*
,, *nis binos & trecenos, alternis ternos & vicenos interca-*
,, *lares expensabant intercalationibus quatuor. Sed octa-*
,, *vo quoque anno intercalantes octo affluebant dies ex sin-*
,, *gulis, quibus vertentis anni numerus apud Romanos su-*
,, *pra Græcum abundasse jam diximus. Hoc quoque er-*
,, *ro re jam cognito, hæc species emendationis inducta est.*
,, *Tertio quoque octennio ita intercalandos dispensabant*
,, *dies, ut non nonaginta, sed sexaginta sex intercalarent,*
,, *compensatis viginti & quatuor diebus pro illis, qui*
,, *per totidem annos supra Græcorum numerum cre-*
,, *verant.*

,, Vir eruditissimus & optime de chronologia, alia-
,, que omni scientia meritus credit (36), *anno vigesi-*
,, *mo quarto cycli Romani intercalationem XXIII. dierum,*
,, &

(33) Ad *Manilium* Lib. II. f. 163.
(34) V. *Goltzius* Tab. LXVII. in *Augusto*.
(35) In secundum Isagog. *Manilii.*
(36) *Petavius* L. II. Cap. 74. de *doctrina temp.*

& diem unum omissum fuisse. Cui secundas facit *Leo Allatius* Cap. XVIII. de *Mensura Temporum.* Ego existimo, *sexaginta sex dies tertio octennio tribus intercalationibus dispensatos fuisse*; ita ut in XXII. & XXIV. annis *viginti duo dies* intercalati sint. Atque ita *bina octennia* 5860. dierum, & tertium dierum 2906. juste conficiant dies 8766. & cum *viginti quatuor* annis Julianis pares rationes faciant. Et hæc quidem si recte observata fuisset à Romanis ratio annorum, non difficile esset *annos Romanos veteres cum Julianis comparare.* Post perfectum enim XXIV. annorum cyclum ad eamdem metam solis, unde orsi erant, recurrissent. Sed fuit tempus, ut *Macrobius* ait (37), cum *propter superstitionem intercalatio omnis omissa est*; deinde Pontificum *arbitrio intercalandi ratio permissa, sed horum plerique ob odium vel gratiam, quo quis Magistratu citius abiret, diutiusque fungeretur, aut publice redemptor ex anni magnitudine in lucro damnove esset, plus minusve ex libidine intercalando rem sibi ad corrigendum mandatam ultro depravarunt, adeoque fastos turbaverunt* (38), *ut neque messium feriæ æstati, neque vindemiarum autumno competerent.* Cum itaque *intercalatio annorum Pontificum libidini permissa esset*, perdunt operam viri eruditi, qui ex *periodis, quas formant*, credunt, *se annos Romanos veteres annis Julianis conciliare*, ut *Sethus Calvisius*, qui annum post consulatum Ciceronis, quo Coss. fuerunt *Silanus* & *Murena*, incepisse ait circa 30. *Octobris* anni periodi Julianæ 4651. littera D. qua ratione dies 23. *Septembris Juliani* incideret circa *IX. Kal. Novembris veteris.* Nam a 21. die Novembris Romani ad Kal. Januarias sunt dies 37. quot dierum etiam intervallum est inter 23. Septembris Juliani, & 30. Octobris. *Samuel Petitus*, vir singularis eruditionis, sed ingenio suo nimium forsan indulgens, novam periodum Romanam viginti annorum excogitavit, qua se annos Romanos ad Julianos reducere posse credidit, & ea annorum veterum principia pronuntiat ab anno Consulatus L. Domitii & Appii Claudii, qui fuit annus Urbis Varronianus 700. secundum alterum calculum, quem Petitus sequitur 699. Hunc incepisse asserit die 22. Decembris Juliani, à quo, si ascendimus per periodum ejus ad annum, qui consulatum Ciceronis proxime insequitur, inveniemus illum incepisse 24. Septembris Juliani, atque ita 23. Septembris Juliani incidere in 27. Septembris veteris. Nam idem intervallum dierum est inter 23. Septembris Juliani ad 24. Decembris, quod à 27. Septembris Romani ad Kalendas Januarias, dierum scilicet nonaginta novem.

Sed ipse *Petitus* cum videret rationem periodi suæ hac in re non procedere, (nec enim IX. Kal. Octobris anni Juliani, qua natus fuit Augustus, ex methodo sua ad annum veterem reductum convenire tempori Catilinariæ conjurationis, cum tamen Suetonius dicat, eo quo natus Augustus est die, cum de Catilinæ conjuratione ageretur, Octavium ob uxoris puerperium tardius adfuisse) aliam init rationem, & III. Nonas Decembris Romani, sole in primis Capricorni partibus versante, natum Augustum asserit. Sed quibus hoc argumentis probet videre operæ pretium est." "Cadit, *inquit*, hic dies III. Nonas Decembris Romani in diem IX. Kal. Octobris anni Juliani, qui dies natalis Augusti fuisse perhibetur, si intervalli ratio habeatur, quod est à Kalendis Januariis anni ultimi Romani, qui Confusionis dicitur, ad diem III. Non. Decembr. ejusdem anni, & intervalli illius, quod est ab eo die, quo cœpit annus hic confusionis in anno Juliano, quem fingimus semper fuisse ad diem Kal. Octobris. Utrumque enim intervallum est dierum trecentorum viginti trium. Nam cœpit annus confusionis, ut alibi probavimus, Nonis Novembris in anno Juliano, cujus formam semper fuisse fingimus. Supersunt igitur dies quinquaginta septem anno absolvendo: adde dies ducentos sexaginta sex, qui numerantur in anno Juliano à Kalendis Julianis ad IX. Kal. Octobris, utroque termino incluso. Fiunt itaque dies trecenti viginti tres. Totidem dierum est intervallum à Kalendis Januariis anni confusionis ad diem III. Non. Decembris ejusdem anni." Hæc me non capere fateor. Nam cum annus *primus Julianus* inceperit à *Kalendis Januariis* anni P. I. 4669. Non. Decemb. anni veteris congruit V. Decemb. P. Jul. 4668. non autem 23. Septembr. Addit deinde: "Non ignoro, sexaginta septem dies in hoc anno intercalatos fuisse ante hunc tertium Nonas Decembr. atque hos 67. dies in tres intercalarios menses distributos fuisse, quorum primus fuit ex consuetudine suo loco intercalatus; ceteri duo in Novembrem & Decembrem interpositi sunt. Sed intercalarii isti menses non numerantur: pro momento enim temporis observantur. Cato putat mensem intercalarem addititium esse, omnesque ejus dies pro momento temporis observat, extremoque diei mensis Februarii attribuit. Quintus Mutius: Mensis autem intercalaris constat ex diebus viginti octo. l. cum bissext. §. 1. & 2. D. de verbor. signific. Ergo in hoc anno confusionis Februario imputanti sunt tantum dies viginti duo: intercalaris namque est, qui ex diebus viginti octo constat. Quare à Kalendis Januariis anni confusionis ad diem tertium Nonas Decembr. numerantur tantum dies trecenti viginti tres, quot dierum fuisse diximus intervallum à Nonis Novembribus ad nonum Kal. Octobris Juliani: atque ita factum conjicio, ut dies natalis Augusti dicatur dies nonus Kalendas Octobris, cum tamen natus sit III. Non. Decemb. Romani, sole in primis Capricorni partibus versante, M. Tullio Cicerone, C. Antonio Coss." Quæ quidem pluribus refellere haud opus, nam, etiam nemine impellente, *per se corruunt.* Videamus igitur, an *certius quid*, aut *verosimilius de die, in quem natalis Augusti incidit, in Kalendario veteri,* constituere queamus. Quod fieri non potest, nisi à *Kalendis primi anni Juliani* usque *ad annum Consulatus Ciceronis* sursum enitamur, & ex auctoribus illius ævi, quinam anni intercalati fuerint, & quot dierum intercalati, colligamus, aut certe divinemus. Etenim *certi* aliquid hac in re demonstrare, non opis est nostræ, sed *conjecturis sæpe indulgendum est in tam exigua luce*, cum tantum scintillas aliquas ex scriptoribus temporum illorum elicere possimus. *Annus ultimus confusionis*, qui fuit V. C. Varron. 708. fuit dierum 445. ut diserte tradit *Censorinus: Adeoque aberratum est, ut Cajus Cæsar, Pontifex Maximus, suo III. & M. Æmilii Lepidi Consulatu, quo retro delictum corrigeret, duos menses intercalarios dierum sexaginta septem, in mensem Novembrem & Decembrem interponeret, cum jam mense Februario dies tres & viginti intercalasset, faceretque eum annum dierum* CD. XLIV. Itaque *Kalendæ Januarii* anni illius in 13. *diem Octobris Juliani anni* P. Jul. 4667. incidere, ut pluribus demonstrat erudi-

(37) *Censorinus* de *Die Natali* c. 20.

(38) *Suetonius* in *Cæsar.*

eruditissimus *Petavius* Lib. IV. C. 1. de Doctrina temporum. Cujus sententiam egregie firmat locus *Auctoris de bello Africo* varie à viris doctis exceptus: *Per id tempus fere Cæsaris exercitui resaccidit incredibilis auditu Namque Virgiliarum signo confecto, circiter vigilia secunda noctis, nimbus cum saxea grandine subito est exortus ingens.* Id post *VI. Kal. Febr.* accidisse idem scribit. Nam *VI. Kal. Februarias* equestri prælio *Cæsar Scipionem & Lælium* in castra coëgit, ut narrat Cap. XXVII. *postero die* ex omnibus præsidiis cohortes deduxit, atque omnes suas copias in campo instruxit. Cum *jam prope Solis occasum* exspectavisset, reductis copiis in castra, postero die propius eorum aciem instituit porrigere munitiones; tertio quartove inde die nimbus hic saxeus exortus est, ut ex his verbis patet: *Ad hoc autem incommodum accesserat, quod Cæsar non more superiorum Imperatorum in hibernis exercitum continebat, sed in tertio quartoque die procedendo, propiusque hostem accedendo, castra communiebat.* Ubi legendum existimo, *sed jam tertio quartoque die*; ergo *quarto die post* D. *IV. Kal. Februarii* hoc contigit, id est *secundo Februarii Romani* id contigit. Convenit autem dies ille *duodecimo Novembris Juliani*, cum annus inceperit 13. *Octobris Virgiliarum* autem occasum matutinum *Plinius* statuit ex *Julii & Sosigenis mente* in III. Id. Nov. id est, 11. *die Novembris*. Sed de Virgiliarum occasu postea amplius agendum erit.

,, A. D. VI. *Idus Aprilis veteris*, qui congruit 8. *Februarii Romani*, *Cæsar Jubam devicit* ad *Thapsum*, ut *Ovidius* Lib. IV. *Fastorum* testatur, & ex *Auctore de bello Africo colligitur Idibus Junii*, id est, 14. *Aprilis Juliani* Cæsar *Uticæ* classem conscendit *III. Kal Quinct.* à Caralibus secundum terram provectus *duodetricesimo die*, eo quod tempestatibus in portubus cohibebatur, ad *Romam urbem* venit. Rediit itaque Romam ab *Africana expeditione* Cæsar VII. *Kal. Sextiles*, *qui dies cadit in* 26. *Junii Juliani.*

,, Sed de *anno confusionis*, ut vulgò vocatur, hæc sufficiunt: nunc ad annos proximos ascendamus, & *quot dierum* fuerint quæramus.

,, Anno V. C. *Varroniano* 707. quo *Cæsar Dictator* Magistro equitum *M. Antonio* sine Coss. in *Fastis* perscribitur, *intercalatum non fuisse*, ne quidem *anno præcedente* 706. V. C. *Cæsare & Servilio Coss.* probat insignis *Ciceronis* locus epistola *penultima* Libri X. ad *Atticum*: *Nunc quidem æquinoctium nos moratur, id scilicet cras erit. Utinam idem maneat Hortensius, siquidem adhuc erat, liberalius esse nihil potest.* Scripsit hanc epistolam Cicero *XVII. Kal. Junias* anno V. C. *Varroniano* 705. a quo die ad *Kalendas Januarias* anni insequentis numerantur dies 222. qui collecti cum *duobus annis Romanis communibus* 355. *dierum, conficiunt dies* 932. qui numerus dierum retro numeratus ab 13. die Octobris anni periodi Julianæ 4667. definet 25. die Martii anni periodi Julianæ 4665. atque ita dies *XVII. Kal. Junias*, qua *Cicero* epistolam illam scripsit, convenit 24. *Martii Juliani*, pridie ejus diei, *quo æquinoctium vernum eo tempore committi, credebant.*

,, Immerito igitur viri eruditi hunc locum *Ciceronis corruptum* emendare conantur, & *Simeo* quidem *Bosius* ex decurtato libro, in quo *acras* erat, corrigit: *id ἄκρας erit. Josephus Scaliger* scribendum ait (39): *Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. Id si cras erit, utinam idem maneat. Hortensio (siquidem adhuc erat) liberalius esse nihil potest. Idibus* enim *Majis Romanis æquinoctium fuisse credit, atque ita duobus solummodo diebus à nobis dissidet.* Samuel *Petitus* Lib. IX Miscell. rescribit: *Nunc quidem αὐγὰς, νότιον nos moratur, quod valde perturbatum erat. Id si ἀγρὰς erit, utinam idem maneat Hortensius.* Sed hoc *portentum emendationis* jam refutatum est ab eruditissimo *Petavio* in *Auctario operis de Doctrina Temporum* Lib. V. cap. 13. Ego, si quid corrigendum est, in *Ciceronis* hoc loco legerem: *Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum est; id scilicet cras erit. Utinam idem maneat Hortensius: sic ut quidem adhuc erat; liberalius esse nihil potest.* Nam mirificam *Hortensii εὐτένειαν erga se* laudat *principio epistolæ.* Sed tamen dubitat, an *idem* maneat, nec immerito. Nam *sequente epistola* scribit *Attico*: *Nam illa Hortensiana omnia fuere infantia. Ita fiet homo nequissimus.*

,, Cum itaque annis 706. & 707. *Varroniano intercalatum non fuisse*, demonstratum sit, *si unicuique anno dies* 355. *imponas, constat annum quidem Romanorum* 707. *P Jul.* 4666. 23. *Octobris præcedentem* 2. *Novembris* A. P. *Jul* 4665. *inisse.* Sed & anno 705, *qui primus belli civilis fuit, intercalatum non fuisse*, ex *serie historiæ*, & *epistolis Ciceronis* ad *Atticum*, apparet. *Prid. Non. Februarias Cicero* venit *Capuam*, ex jussu Consulum, qui eum *Nonis ibi adesse*, jusserant (40) *Nonis Lentulus eo venit sero, alter Cos. omnino non venerat. VII. Id. Febr. quo die Cicero Capua discessit, & mansit Calibus.* Ita *Cicero* Epist. 20. Lib. VII. ad Atticum, quam *postridie* 6. *Idus* scripsit (41) 5. *Idus Febr.* vesperi à *Philotimo litteras accepit, Domitium exercitum firmum habere, cohortes ex Piceno, Lentulo & Thermo ducentibus, cum Domitii exercitu esse conjunctas: Quæ* (Philotimi) *litteræ me quidem*, inquit, *non nimis, sed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt. Ecce postridie Cassii litteræ Capua à Lucretio, familiari ejus, Nigidium à Domitio Capuam venisse: eum dicere Vibullium cum paucis militibus currere ad Cnæum Pompejum; Cæsarem confestim sequi.* Sed *Domitius Vibullium* retinuit contra Pompeji voluntatem; & quamvis *Domitius* constituisset V. Id. Febr. *Corfinio proficisci*; & cum *Pompejo Luceriæ se conjungere*, tamen *Corfinii* mansit, quod audierat Cæsarem *Firmo progressum in castrum Tarentinum venisse* (42) Apparet ita ex epistola *prima Pompeji* ad Ciceronem, quæ exstat Lib. VIII. post epistolam *undecimam* ad *Atticum*, & prima *Pompeji* ad Domitium, quæ legitur eodem libro post *XII. ad Atticum*, qua Pompejus Domitium denuo ad se *Luceriam advocat*, ne distrahantur copiæ: ut etiam epistola sequenti, qua rescribit litteris *Domitii* à *M. Calenio allatis.* A. D. *XIV. Kal. Mart.* octavo ante Feralia die, id est, XVI. Kal. *Martias Cæsar cum Corfinium* (43) cohortes v. præmissæ à Domitio ex oppido pontem fluminis interrumpebant, qui erat ab oppido millia passuum circiter III. Ibi cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso, celeriter Domitiani à ponte repulsi se in oppidum receperunt. Cæsar legionibus transductis ad oppidum constitit, juxtaque murum castra posuit. Re cognita, Domi-

,,tius

(39) Lib. II. de *Emend. Temp. cap.* ult.
(40) Ep. 19. 20. Lib. VII.
(41) Ep. 20.

(42) Lib. VIII. ad *Atticum* ep. 18.
(43) Lib. VIII. ep. 19. 22.

„ tius ad Pompejum in Apuliam peritos regionum magno propoſito præmio cum litteris mittit, qui petant atque orent, ut ſibi ſubveniat, Cæſarem duobus exercitibus & locorum anguſtiis facile intercludi poſſe. Hæc *Cæſar* Lib. I. de *Bello Civ.* Cap. 17. Has Domitii litteras Pompejus recepit A. D. XIII. Kal. Mart. ut ex reſponſo Pompeji conſtat, *quo negat, ſe eorum, quos ſecum habebat, voluntati ſatis confidere, ut de omnibus fortunis Reip. dimicet*: quod ubi *Corfinium* allatum eſt *ſexto*, ut ex *Cæſaris Commentariis* conjicere licet, obſidionis die, milites tumultuantur (44), oppidumque & Domitium Cæſari dedunt. *Cæſar Corfinio recepto*, eodem die caſtra movet, juſtumque iter conficit, *ſeptem* omnino *dies* ad *Corfinium* commoratus, & per fines Marrucinorum, Frentanorum, Larinatium in Apuliam pervenit (45).

„ Jam ante *Pompejus* Brunduſium verſus Luceria moverat, Canuſiumque pervenerat; ex quo oppido A. D. X. Kal. Martias ſcribit *Ciceroni*, ut celeriter Brunduſium veniat. *Canuſio* profectus eſt Feralibus, eodem die mane, quo Cæſar à Corfinio poſt meridiem, ita *Cicero* Epiſt. XIV. ad Atticum: *Feralia* notantur in Kalendariis antiquis ad diem *IX. Kalend. Martias*. Emendatus itaque locus *Ciceronis* Ep. 1. Lib. IX. ad Att. *Etſi, cum tu has litteras legeres, putabam fore, ut ſcirem jam, quid Brundiſii actum eſſet. Nam Canuſio VIII. Kal. profectus erat Cnæus.* Ubi legendum IX. Kal. ut liquet etiam ex iis, quæ *Cicero* addit: *hæc autem ſcribebam pridie Nonas*, 14. die, *poſtquam ille Canuſio moverat*. A. *IX. Kal. Martiis quartus decimus dies eſt prid. Non. Martias.* Plura alia hic addere poſſem, ſed hæc, ut reor, ſufficiunt ad probandum, *nullam menſe Februario hujus anni intercalationem interveniſſe.* Incepit itaque annus *primus belli civilis*, quo *Lentulus & L. Marcellus* Conſulatum obtinuere, 13. *die Novembris anni P. I.* 4664. anno autem proxime præcedenti, Coſſ. *L. Æmilio Paulo & C. Claudio Marcello intercalatum non fuiſſe*, diſerte *Cœlius* teſtatur Epiſt. 6. ad *Ciceronem* Lib. VIII. Famil: *Quod tibi ſupra ſcripſi, Curionem valde frigere, jam calet: nam ferventiſſime concerpitur. Leviſſime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cœpit, legemque viariam, non diſſimilem agrariæ Rulli, & alimentariam, qua jubet ædiles metiri, jactavit. Hoc nondum fecerat, cum priorem epiſtolæ partem ſcripſi; nam Curio tribunatum hoc anno geſſit.* *Dio* etiam Lib. II. ita de Curione: *Ab eo tempore, cum multum temporis aliis atque aliis obtentis cauſis, nequid horum omnium decerneretur, conſumpſiſſet, indigne ſe id ferre ſimulans, petiit, ut alius menſis ad eas leges tandem perferendas intercalaretur. Ea intercalatio uſurpabatur, quotiescumque id res exigebat, tum vero non competebat; quod Curionem ipſum, quippe Pontificem, minime fugiebat. Verum tamen opus eſſe intercalatione contendebat, collegasque Pontifices clamoribus exagitans, quum ut aſſentirentur ſibi, perſuadere non poſſet, (ac ne volebat quidem) ne aliam quidem ullam rem quoque decerni paſſus eſt.*

„ Cum itaque *intercalatum non fuerit*, 355. dies retro numerati à Kalendis Januariis anni ſequentis, id eſt, 13. Novembris P. Jul. 4664. incident in 23. Novemb. anni P. Jul. 4663. *quo die annus hic incepit.* Et *annus præcedens Ser. Sulpitio & M. Marcello Coſſ.* 3. Decembris P. Jul. 4662. Nam ille etiam *annus communis* fuit, ut ex *Cicerone* colligitur Lib. V. epiſt. 13. quam hoc anno dedit ad *Atticum*: *Epheſum venimus* A. D. *XI. Kal. Sext. ſexageſimo & quinto poſt pugnam Bovillam.* Id eſt, poſt *cædem Clodii*, qui *à Milone* interfectus, ut *Aſconius* teſtatur, *XIII. Kal. Februarias* anni *ſuperioris*, quo *Pompejus*, ſolus Conſul creatus, collegam ſibi aſſumpſit *Q. Cæcilium Metellum Scipionem*, ſocerum ſuum. Ab *illo* autem *die* ad IX. Kal. *Sextiles* conficiuntur 560. *dies*, ſi modo ad 537. qui intereſſent, ſi *ſimplex fuiſſet annus cædis Clodii*, menſis intercalarius 23. dierum adjiciatur. Nam intercalatum tunc *Aſconius* liquido teſtatur: *Hæc agebantur menſe intecalari poſt diem triceſimum fere, quam erat Clodius occiſus.* Et iterum: *Pompejus ab interrege Ser. Sulpitio V. Kal. Mart. menſe intercalario Conſul creatus eſt.* Sed an 23. dierum, an vero 22. fuerit; non admodum liquet. Etenim quamvis ex loco *Ciceronis*, ſupra adducto, dies 23. intercalati; tamen in Oratione pro *Milone*, quam *VI. Idus Aprilis* Cicero habuit, *centeſimam lucem* eam numerat ab interitu P. Clodii: *Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii.* Nam dies A. D. VI. *Id. April. centeſimus juſte* dies eſt à XIII. Kal. Januarias, ſi 22. *tantummodo dies intercalarii interponantur.* Verum, ut *Aſconius* notat, ad Orationem in *Piſonem*, amat *Cicero* rotundum numerum ponere, quod illum in *Oratione potius* quam *in epiſtola feciſſe arbitror.* Nec tamen vehementer pugnem, ſi quis 22. tantum dies intercalares fuiſſe, contendat. Interim intercalationem 23. dierum admittam, & anno 702. V. C. *Varron.* quo Clodius occiſus, 378. dies adſignabo; atque adeo *Kalendas Januarias componam* 18. *Novembris anni periodi Julianæ* 4661. Annum qui præceſſit V. C. DCC. *Varron.* quo *Cn. Domitius & Marcus Meſſala* ſeptimo demum menſe Conſulatum accepere, *communem fuiſſe* 355. tantum dierum exiſtimo: nam *duobus annis continuis unquam intercalatum fuiſſe nondum obſervavi.*" *Reliqua deſiderantur.*

In hac, uti patet, ubi ſe ex hoc labyrintho aſtronomico expedire non poterat, *tribus epiſtolis* (46) per *quatuor annos* adiit *Godofredum Wendelinum*, tunc *Tornaci* commorantem, enixe efflagitans, ut nodum hunc ipſi velit extricare. Reſpondit, aliis impeditus negotiis, *Wendelinus*, docuitque omnino *natum fuiſſe Auguſtum 23. Septembris Juliani cum horoſcopo ſurgentis Virginis, ſidere Capricorni quintam ſub terris domum, quæ fortunæ dicitur, ſignante.* (47) *In genethliaco enim themate Auguſti*, inquit *Rubenius in de Gemma Auguſtæa* p. 1343: *ſors fortunæ* (quæ ab antiquis Aſtrologis cenſebatur, ὥσπερ σεληνιακὸς ὡρόσκοπος, velut *lunaris horoſcopus*, à quo thema Athlorum deducebant) *Capricornum* obtinuit, ut optime prodit *Ptolemæus* ſæculi noſtri *Godofredus Vendelinus*, qui in *Commentario de die natali Auguſti*, quem nobis propediem promittit, nodum hunc horoſcopo Auguſtæo magnorum hactenus virorum ingeniis inexplicabilem, feliciter diſſolvit. Et ut noſtram quoque addamus *ſymbolam*, cum ſupra pro *Suetonio* ſtetimus, nec nunc quoque eundem deſerimus, noſtram ſententiam potius *Rubenio & Vendelino* omnino jungentes. Qua ratione enim, DIONE CASSIO, Hiſtorico omni fide digniſſimo, atteſtante, *Auguſtus* menſem *Auguſtum*, quô nomine *Sextilem* inſigniverat, etiam *Septembri quo natus fuerat*, præferre potuiſſet? Audiamus modo ipſa DIONIS verba: *Idem* (Auguſtus) *pomerii quoque terminos protulit, menſemque Sextilem AUGUSTUM nominavit. Quod nomen, quum alii SEPTEMBRI,*

QUO

(44) Lib. I. de *Bello civili* cap. 20.
(45) Lib. V. Epiſtol 11. ad *Attic.*
(46) Qui legi poſſunt T. XI. *Antiquit. Rom. Grævii* p. 1389. 1390. 1391. ſequ.
(47) Verba ſunt *Godofredi Wendelini* in Epiſtola Tom. XI. *Antiquit* inſerta p. 1395.

QUO MENSE NATUS ESSET AUGUSTUS, *indere vellent*, *IPSE Sextilem prætulit*; *quod eo menſe primum Conſul factus*, *ac eo multis magnisque præliis victoria potitus eſſet.* Καὶ τὸν μῆνα τὸν Σεξτίλιον ἐπικαλούμενον, Αὔγουστον ἀντωνόμασε· τῶν γὰρ ἄλλων τὸν Σεπτέμβριον αὐτοῖς, ἐπειδήπερ ἐν αὐτῷ ἐγεγέννητο, προσαγορεῦσαι ἐθελησάντων, ἐκεῖνον αὐτὸς προετίμησεν *&c.* Et SUETONIUS Cap. CI: *Fuit &*, *qui ſuaderet*, *appellationem menſis Auguſti in Septembrem transferendam*: *quod HOC GENITUS Auguſtus*, *illo defunctus eſſet.* Et jam ante Cap. 31: *In cujus* (anni) *ordinatione Sextilem menſem à ſuo cognomine* (Auguſti puta) *nuncupavit*, *magis*, *quam Septembrem*, *QUO ERAT NATUS*; *quia hoc ſibi & primus Conſulatus & inſignes victoriæ obtigiſſent.* Progredimur, & contemplamur quoque *Orbem terrarum*, quem pedibus tenet, & *navis gubernaculum*, ipſi adjecta, *fortunæ*, uti novimus, *inſignia*, quæ illi tribuit *Lactantius* Libro III. *Inſtitut. Div.* c. 29. de Fortuna: *Nam ſimulacrum ejus*, inquit, *cum copiæ cornu & gubernaculo fingunt*: *tanquam hæc opes tribuat*, *& humanarum rerum regimen obtineat.* Sane *felicitatem & omnium rerum abundantiam* orbi terrarum, *Auguſto* regnante, portendi, nemo facile negaverit, quippe qui *populum frui illis* nunc vult, quæ olim ipſi *hoc ſignum* ſignificaverat. Ut adeo quando *fortunam*, ſupra *eundem comitantem*, aut potius ipſum *protegentem* (*Comes Mediobarbus Victoriam*, *A. Rubenius Æternitatem* figuram hanc muliebrem conjicit) & ſupra Capricornum conſpicimus, confirmari ſimul allatam, noſtramque ſententiam, *Capricornum ſedem fuiſſe ſortis fortunæ* in *themate Auguſti*, obſervamus. Exhibent cæteroquin hunc nummum *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. LXVII. N. 2. p. 85. 86. *Alb. Rubenius* in Nummis *Arſchot.* Tab. XI. N. 16. p. 20. *Jac. Biæus* Tab. XI. N. 16. *C. Patinus* in *Sueton.* p. 139. *Comes Mediobarbus* p. 28.

NUM. 36.

DIVI Filius Pater Patriæ. Caput Auguſti nudum dexteram verſus, uti Tab. II. N. 63.

vel

Caput Auguſti nudum lævam verſus; *uti Tab. III. N.* 77.

AUGUSTUS. Signum Capricorni tenens globum & navis gubernaculum, ante aſtro, à tergo cornu copiæ conſpicuo.

Ex anticis, de quibus jam ſupra Numeris citatis actum, patet, non prius hoc Capricorni ſigno nummos ſuos obſignari voluiſſe, quam rerum jam fuerit potitus, ut oſtenderet non vanum fuiſſe augurium à præſtantiſſimis Mathematicis ex themate ſuo feliciſſimo (quod aſtrum non vanè adjectum docere poteſt) captum: Et quò minus de implendo futuro tempore dubitarent, AUGUSTI vocabulum ſubjecit, cornuque copiæ præterea, & globum & temonem adjecit, ut auctam ſub imperio ſuo felicitatem ac rerum omnium abundantiam intelligerent, iisdem in poſterum in pace fruerentur. Cætera, quæ huc dici poſſunt, præcedenti Numero leges. Suppeditant & hunc Nummum aureum *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. LXVII. N. 1. p. 85. *C. Patinus* in *Suetonio* p. 139. *Æneas Vicus* N. 5. in aureis, qui tamen ſtellam ante caput omiſit, & loco gubernaculi navis faſciam reponit, quod & facit *A Zantanus* Lit. BBB. 1. N. 5. in aureis. *A. Rubenius* in Nummis *Arſchot.* T. XIV. N. 20. ubi rurſus aſtrum deeſt. *Com. Mediobarbus* p. 28. *J. Biæus* Tab. XIV. N. 20. qui tamen pariter ſidus omiſit. Hodie in *Theſauro* Regis Chriſtianiſſimi viſitur.

NUM. 37.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti nudum, lævam verſus, uti Tab. IV. N. 121.

IMPerator XI. Signum Capricorni globum tenentis.

Quo plures ſub occulos nobis ponuntur nummi cum Capricorni ſigno, eo magis certiores reddimur in ſupra allata noſtra ſententia, nempe eundem propterea ab ipſo in nummis fuiſſe obſignatum; ut totus nunc cognoſcat orbis, non fortuito illud involaſſe; ſed à cœlo deſtinatum fuiſſe ſacro huic imperio, & aſtrorum vim eundem quoque nunc perſentiſcere, nempe pacatum omnibus rebus affluens regimen. Innoteſcere verò cum maxime hoc Romanis voluit poſterioribus ſuis Regiminis annis, uti clare & hic noſter comprobat nummus Anno circiter V. C. $\left(\frac{740}{41}\right)$ ſignatus, quod clare Imperatoris XI. comprobat elogium, de quo jam multi ſupra fuimus Tab. VI. N. 207. & relegi ibidem dicta heic poſſunt.

Siſtit hunc nummum *A. Goltzius* in *Auguſto* Tab. LXVII. N. 4.

NUM. 38.

IMPerator CAESAR DIVI Filius. Caput Auguſti nudum dexteram verſus, ante lituus, uti Tab. II. N. 48.

PATER PATRIAE. Signum Capricorni dextram verſus globum tenens pedibus, addito ſupra cornu copiæ, infra navis gubernaculo.

Idem emblema heic contemplamur, quod N. 36. jam vidimus, modo quod heic capricornus dextrorſum reſpicit, & aſtrum ſupra deſit. Cætera, quæ huc afferri poſſunt, N. 35. & 36. jam dicta ſunt, & propterea eo B. L. ablegatum cupimus. Et cum hic nummus nunc omni διακριτικῷ, ex quo haurire certo poſſimus, quo anno cuſus fuerit, deſtituatur, & de Patris Patriæ elogio, quod quidem præfert, quando hoc ipſi oblatum fuerit, nondum ſatis autores conveniant, (de quo ſupra Tab. II. N. 67. jam ſatis prolixi fuimus & reperiri ibidem heic poſſunt,) hinc eundem *H. Goltzius* ad annum 724. retulit, nempe juxta hypotheſin ſuam, quod nempe Auguſtus hoc axioma jam Conſulatu V. receperit, & forte etiam inſcriptione anticæ: *IMPerator* CAESAR DIVI *Filius*, inductus Comes vero *Mediobarbus* ad annum 751. eundem repoſuit perſuaſus Conſulatu ſuo XIII. demum id recepiſſe.

 Hoc

Hoc certius, per illum magis nos certiores de supra indicata Augusti intentione sic reddi. Vulgarunt cæteroqin hunc aureum rariorem nummum jam *H. Goltzius* in *Augusto* Tab LXVII. N. 3. Idemque in *Fastis Roman.* p. 203. *A. Rubenius* in N. Arschotanis Tab. XI. N. 15. p. 20. *Jacob. Biæus* Tab. II. N. 15. *Com. Mediobarbus* pag. 39. *C. Patinus* in *Suetonio* p. 139.

Num. 39.

Caput Augusti nudum dexteram versus, uti Tab. III. N. 78.

AUGUSTUS. In corona laurea.

Supra Tab. II. N. 68. pluribus ostendimus A. V. C. $\left(\frac{726}{27}\right)$ in Consulatu suo VII. Collegam *M. Vipsanium* Agrippam tunc nactum, accepisse hoc AUGUSTI cognomen, nempe postquam idibus Januar. frequentissimo Senatu Orationem habuisset, ac caute simulasset se imperium depositurum; quo ipso postea illud eo longius omnino impetraret. Coactus ergo à Senatu & Populo, imperium in decennium rursus susceperat, & in tranquillum pristinumque statum plurima revocaverat. Propterea & laurus cum corona civica decreta perpetuo ante fores domus suæ in palatio, tanquam qui hostes vicisset & cives servasset, de qua corona plura jam supra Tab. II. N. 67. attulisse nos meminimus. Hinc, inquit *Pighius* Tab. III. *Annalium* p. 506. varii adhuc reperiuntur ejus rei in memoriam excusi nummi à III. Viris monetalibus ejus temporis cum CORONA & LAUREIS RAMIS &c. Et quoniam illæ Augusto in perpetuum fuerant concessæ perinde ac Julio Cæsari, propterea & illas per singulos Tribuniciæ Potestatis annos ad XXXVI. usque in nummis suis obsignare fecit. Nempe cum diu in Senatu disceptatum esset, de novo Cæsaris cognomine, & an Romulus appellari deberet, tandem prævaluit Munatii Planci sententia, ut AUGUSTUS appellaretur; quod nomen sanctius & reverentius visum, ut etiam vivus nomine & titulo consecraretur. Habes ergò B. L. causam coronæ LAUREAE; habes rationem compellationis Augusti, nosti nunc tempus, quo nummus hic ipse cusus est. Offendes & illum apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. LXVIII. N. 3.

Num. 40.

Caput Augusti nudum lævam versus, uti Tab. III. N. 77.

AUGUSTUS. In corona laurea.

Idem est typus, eadem Inscriptio, quæ Numero præcedenti, modo quod alius vocis AUGUSTUS sit positus. Dabit & eundem *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXVIII. N. 10.

TABULA X.

ADHUC EXHIBENS

CAESARIS AUGUSTI NUMMOS AUREOS.

Num. 1.

CAESAR IMPerator. Caput Augusti laureatum lævam versus, uti Tab. II. N. 70.

AUGUSTUS. Taurus gradiens, lævam versus.

Tauros in *ludis* & *spectaculis* sæpius fuisse exhibitos, quis nescit? Sane hoc vel ex *Suetonii* verbis constare potest in *Claudio* Cap. XXI: *Præterea exhibuit Thessalos equites, qui feros TAUROS per spatia Circi agunt, insiliuntque defessos, & ad terram cornibus detrahunt.* Et hos sine dubio intelligit & *Dio*, Libro LXI. in vita *Neronis* p. 693. scribens: Ἐν δέ τινι θέᾳ ἄνδρες ταύρους ἀπὸ ἵππων, συμπαραθέοντες σφίσι, κατέστρεφον. *Per id tempus editum est spectaculum, in quo homines in equis insidentes, magno cursu atque impetu in tauros facto, eos occiderunt.* Immo supra jam in *Cæsare* Tab. III. N. 11. & Tab. IV. N. 31. ostendimus; & ipsum cum *L. Livinejo*, Consule, spectaculum Anno $\left(\frac{707}{8}\right)$ exhibuisse, in quo *Tauros* primum produxit, referente *Plinio* Lib. VIII. C. 45: *Thessalorum Gentis inventum est, equo juxta quadrupedante, cornu intorta cervice Tauros necare: Primus id Romæ spectaculum dedit Cæsar, Dictator.* Hinc non est dubium, *Parentem* & in hoc, sicut in multis aliis, sequutum esse *Octavium* Cæsarem, & multos magnosque Ludos exhibuisse; cujus rei testes præterea plures habemus *auctores*, in quibus chorum ducat *Suetonius.*

nius Cap. XXIII : *Vovit & magnos ludos* (48) *Jovi Opt. Max si rempublicam in meliorem statum vertisset.* Cap. XXXI : *Nonnulla abolita restituit — — ludos seculares & compitalitios. Ipse* vero non solum ludos edidit, referente *Suetonio* Cap. X : *Ludos autem Victoriæ Cæsaris, non audentibus facere, quibus obtigerat id munus, ipse edidit* ; idemque *Quinquennales Nicopoli* constituit, uti Cap. XVIII. legimus : *Ludosque illic* (in Nicopoli) *quinquennales constituit* ; sed multoties quoque in *honorem ejus* fuere instituti, & inprimis post *pugnam Actiacam*, attestante *Dione* Lib. LI 456 : Ἐν δὲ τούτῳ καὶ ἔτι πρότερον, συχνὰ μὲν καὶ ἐπὶ τῇ τῆς ναυμαχίας νίκῃ οἱ ἐν οἴκῳ Ῥωμαῖοι ἐψηφίσαντο — — καὶ πανήγυριν οἱ πεντετηρίδα ἄγεσθαι. *Hoc ex superiori tempore, permulta Romæ in honorem Cæsaris, propter victoriam navalem, sunt facta decreta — & ut LUDI in honorem ejus QUINQUENNALES haberentur.* Immo & *illos* frequentius spectavit, *eodem* id prodente *Suetonio* Cap. XLV : *Ipse Circenses ex amicorum fere, libertorumque cœnaculis spectabat, interdum è pulvinari, & quidem cum Conjuge ac liberis, sedens. Spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aderat, petita venia, commendatisque, qui suam vicem præsidendo fungerentur. Verum quoties adesset, nihil præterea agebat : seu vitandi rumoris causa, quo patrem Cæsarem vulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectandum epistolis, libellisque legendis ac rescribendis vacaret : seu studio spectandi ac voluptate, qua teneri se neque dissimulavit unquam, & sæpe ingenuè professus est. Aurelius Victor* Cap. V. & ex eo *Eutropius* in Historia Romana ad *Valentem* pag. m. 97 : *Quodque est læti animi, vel amœni, oblectabatur omni genere spectaculorum, præcipue ferarum incognita specie & infinito numero.* Etsi ergo nihil de *tauris* apud *Autores* legas, ab Augusto in spectaculis exhibitis ; nobis tamen *hoc significari* in *ejus nummis*, nullum est dubium: præsertim cum tot nummi ex *auro* non solum, sed ex *argento*, tauros exhibeant, tum *incedentes*, tum *ad pugnam* veluti se *præparantes*, tum *cornupetas*, & *in prælio* jam veluti constitutos, & *arenam* quasi *spargentes*. Præsertim cum de *animalibus*, & *feris multis* in *ludis* occisis, *Cæsare*, Consule V. (ut adeo & *equos* sub iis recte comprehendas) testetur *Dio* Lib. LI. p. 460 : Ἐν δὲ οὖν τῇ τοῦ ἡρῴου ὁσιώσει, ἀγῶνές τε παντοδαποὶ ἐγένοντο, καὶ τὴν Τροίαν εὐπατρίδαι παῖδες ἵππευσαν· ἄνδρες τε ἐκ τῶν ὁμοίων σφίσιν ἐπί τε κελήτων καὶ ἐπὶ συνωρίδων, τῶν τε τεθρίππων, ἀντηγωνίσαντο. — — καὶ θηρία καὶ βοτὰ ἄλλα τε παμπληθῆ, καὶ ῥινόκερως, ἵππος τε ποτάμιος, πρῶτον τότε ἐν τῇ Ῥώμῃ ὀφθέντα ἐσφάγη. *Porro in sacrarii* (Cæsaris) *consecratione, ludi omnis generis facti sunt, patriciique pueri Trojam luserunt : virique simili ratione singulis certaverunt. — — MULTAE FERAE ac ANIMANTIA, & inter hæc Rhinoceros, & equus fluviatilis (Hippopotamum Græci vocant) tunc primum & visi Romæ, & occisi sunt ; Et consentientem* habemus hac in parte *A. Rubenium* (49) Exhibet, & hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXX. N. 10.

NUM. 2.

Caput Augusti nudum juvenile, dexteram versus, uti Tab. I. N. 2.

vel

CAESAR. Caput Cæsaris nudum, lævam versus, uti Tab. VIII. b. N. 10.

AUGUSTUS. Taurus dextrorsum gradiens.

Eandem heic Taurum habere significationem, uti in præcedenti, vix dubio locus est, præsertim cum situs ejus exhibeatur, veluti ad dimicandum parati. Cæterum ex anticis veluti patere videtur, hoc spectandi genus in primis Regiminis annis fuisse exhibitum, si inprimis hoc cum præcedenti capite conferas. Quanquam non uno tempore ejusmodi cum tauris spectacula fuisse exhibita facile credendum sit. Certe *Cæsare* IX. Consule & *M. Junio Silano* A. V. C. ($\frac{727}{28}$) *P. Servilium* ursos tercentos, ac totidem Africanas feras Ludis quibusdam interfecisse, *Dio* Libro LIII. testatur, qui eodem p. 514. quoque refert : Τοῖς δὲ τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν ἔτ' ἔχουσι θέας τινάς, διά τε Μαρκέλλου καὶ τοῦ Τιβερίου, ὡς καὶ ἀγορανομούντων, ἐν αὐτοῖς τοῖς στρατοπέδοις ἐποίησε. *Iis, qui militari etiamnum erant ætate, spectacula quædam per Marcellum ac Tiberium, quasi ædiles, in ipsis castris exhibuit.* Sistunt & hunc nummum aureum *A. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXX. N. 12. *Jacobus Biæus* Tab. IX. N. 24. *A. Rubenius* in Num. *Arschotan.* Tab. IX. N. 24. p. 17. *Paul. Pedrusius* in libro, cui titulus : I. Cesari in oro raccolti nel *Farnese Museo* Tab. II. N. 7. p. 52. nisi quod Taurus unum anteriorem pedem non sublevet.

NUM. 3.

Caput Augusti nudum juvenile dexteram versus, uti Tab. I. N. 2.

AUGUSTUS DIVI Filius. Bos cornupeta, dexteram versus.

Repetenda heic sunt, quæ ad N. 1. jam diximus, ubi evicimus, ad spectacula eundem spectare, rursusque confirmamur tum ex antica tum postica referendas esse ad spectacula primis Regiminis annis exhibita. Offendimus alias & hunc nummum aureum apud *H. Goltzium* Tab. LXX. N. 3. *A. Rubenium* in Nummis *Arschotan.* Tab. IX. N. 23. *Jac. Biæum* Tab. IX. N. 23.

NUM.

(48) *Magni* dicti, quod *magnis impensis* dati sunt ; tunc enim primum ludis impensa sunt ducenta millia nummûm ; (hoc est coronatorum sex millia secundum *Onuphrium* de Circensibus) vel quod *magnis Diis, Jovi, Neptuno, Lauribus* Urbis *Romæ*, dati fuerunt.

(49) Ubi p. 17. addit : *Forsan ob spectacula ab Augusto data.* Et p. 25 : *Taurus*, designans, ut opinor, *ludos taurorum*, ab Augusto datos.

NUM 4.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum juvenile lævam versus, uti Tab. IIII. N. 121.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum lævam versus, uti Tab. IV. N. 116.

IMPerator IX. (nonum) Bos cornupeta, lævam versus.

Supra Tab. VI. N. 198. jam ostendimus Imperatorem IX. circiter annum V. C. $\left(\frac{734}{35}\right)$ fuisse dictum, adeoque videmus, hunc nummum hunc circa annum fuisse conflatum, Consulibus tunc exsistentibus *C. Sentio Saturnino*, & *Q. Lucretio Vespillone*, propterea forte dictus, quod ipsi ex Syria & provinciis Romam redeunti, & ejus adventum & ea, quæ absens gessisset, multa in ipsius honorem decreta fuerint. Quo contingere & potuit, ut varii generis spectacula Romæ quoque fuerint exhibita, & de his temporibus quoque interpretamur, quod habet *Dio* Libro LIV. p. 545. ad annum 743: Ἐν ᾧ δ' ἦν ὁ Δροῦσος ταῦτ' ἔπραττεν, ἥ τε πανήγυρις ἡ τῇ στρατηγίᾳ αὐτοῦ προσήκουσα, πολυτελεστάτη ἐποιήθη, καὶ τὰ γενέθλια τὰ τοῦ Αὐγούστου καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ, καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ πόλει πολλαχόθι θηρίων σφαγαῖς ἐτιμήθη· καὶ τοῦτο μὲν καίτοι μὴ ψηφισθὲν, ἐν πᾶσιν ὡς εἰπεῖν τοῖς ἔτεσι πρός τινος τῶν ἀεὶ στρατηγούντων ἐγίγνετο. *Hæc eo tempore à Druso gesta sunt: ludique quos prætor ipse tùm faciendos habebat, maximo sumptu exhibiti fuerunt; ac NATALIS AUGUSTI in CIRCO, & variis aliis urbis locis, VENATIONIBUS CELEBRATUS EST: idque etsi non decretum: TAMEN QUOTANNIS FERE A PRAETORIBUS FACTUM.* Sistunt & hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXX. N. 1.

NUM. 5.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 116.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 121.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, dexteram versus, uti Tab. IV. N. 124.

vel

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti, lævam versus.

IMPERATOR X. (decimum) Bos cornupeta.

Cum adsit nota χρονολογική, eo securius de anno, quo cusus fuit, pronunciare audemus. Vidimus verò supra Tab. VI. N. 206. Titulum Imperatoris X. secundum *Fastos Goltzianos* p. 212. Anno $\left(\frac{739}{40}\right)$ Consulibus *M. Licinio Crasso* & *Cn. Cornelio Lentulo* accepisse. Inde non videmus, cur *Comes Mediobarbus* illum ad annum V. C. 742. referat, cum ex sequenti clarum reddetur anno jam $\left(\frac{740}{41}\right)$ Imperatorem XI. fuisse dictum. Et repetenda omnino sunt, quæ ad N. præcedentem & præprimis I. jam diximus. Offerunt alias hunc nummum *A. Rubenius* in Nummis *Arschotanis* Tab. XIV. N. 13. *Jac. Biæus* Tab. XIV. N. 13. *Paulus Pedrusius* in libro, cui titulus: I. Cesari in oro raccolti nel *Farnese Museo* Tab. II. N. 5. *Comes Mediobarbus* p. 37. hodieque pars est *Thesauri Schwartzburgici*.

NUM. 6.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 21.

IMPerator XI. (undecimum) Bos cornupeta, lævam versus.

Supra N. 207. Tab. VI. pluribus docuimus Imperatoris XI. elogium anno jam V. C. $\left(\frac{740}{41}\right)$ impetrasse sub Coss. *Tib. Claudio Nerone* & *P. Quinctilio Varo*. Novimus vero hoc anno Augustum rebus in Gallia & Hispania constitutis, Romam rediisse honoresque à Senatu decretos non recepisse. LUDOS verò non solum VOTIVOS pro Augusti reditu conceptos cum in Galliam proficisceretur fecere tunc Consules, in quibus tamen *Ti. Neronem* & populum objurgavit, quorumque ludorum memoriam in marmoreæ basis fragmento Romæ in area Divi Apollinaris effosso conservavit *Pighius* T. III. *Annal.* p. 521.

P. Quinctilius SEX. F. VARUS
Pontifex COS.
Ludos votivos prO REDITU
Imp. Cæsaris divi F. AUGUSTI
Jovi optimo mAXIMO FECIT
Ti. Claudio Ti. f. Nerone CONLEGA
EX S. C.

Sed & *Cornelius Balbus* theatrum suum dedicavit & spectacula exhibuit, præterea & *M. Marcelli* Theatrum Augustus ipse dedicavit, ludisque id propter factis, Trojam inter alios patricios pueros nepos Augustus Cajus lusit, feræque Africanæ DC. occisæ; Quid quod & natalem Augusti Julius Antonii F. Prætor ludis circensibus & venatione celebraverit. De omnibus nos instruit *Dio* Libro LIV. p. 539: Καὶ ἔτυχε γὰρ ἡ ἀγγελία τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἐς τὸ ἄστυ ἐλθοῦσα, ἐν αἷς Κορνήλιος Βάλβος τὸ θέατρον τὸ καὶ νῦν καλούμενον ἀπ' αὐτοῦ καθιερώσας, θέας ἐπετέλει. *Nuntius adventus Augusti forte iisdem diebus Romam allatus est, quibus THEATRUM CORNELIUS BALBUS, quod nunc quoque ab ipso nomen habet, dedicans, SPECTACULA EXHIBEBAT.* — — Μετὰ δὲ δὴ ταῦτα τό, τε θέατρον τὸ τοῦ Μαρκέλλου καλούμενον καθιέρωσε, κἀν τῇ πανηγύρει τῇ διὰ τοῦτο γενομένῃ τήν τε Τροίαν οἱ εὐπατρίδαι οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ ἔγγονος αὐτοῦ ὁ Γαΐος ἵππευσαν· καὶ θηρία λιβυκὰ ἑξακόσια ἀπεσφάγη, τά τε

γενέθλια

γενέθλια τοῦ Αὐγούστου ὁ Ἴουλος ὁ τοῦ Ἀντωνίου παῖς στρατηγῶν, καὶ ἱπποδρομίᾳ καὶ σφαγαῖς θηρίων ἑώρτασε. *Post hæc THEATRUM MARCELLI AUGUSTUS dedicavit, LUDISque ejus rei gratiâ factis, Trojam inter alios patricios pueros nepos Augusti Cajus lusit. FERAE AFRICANAE DC. occcisæ. NATALEM AUGUSTI diem Julius, Antonii F. Prætor LUDIS CIRCENSIBUS & VENATIONE celebravit.* Quis dubitaret tot ludis ac spectaculis celebratis & tauros non fuisse exhibitos?

Num. 7.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 116.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, dexteram versus, uti Tab. IV. N. 124.

IMPerator XII. (duodecimum) Bos cornupeta, lævam versus.

Supra Tab. VII. N. 215. ostendimus Imperatoris XII. titulum anno $\left(\frac{741}{42}\right)$ accepisse Augustum *Consulibus M. Valerio Messala & P. Sulpicio Quirino*, sine dubio *Sicambris*, tunc *Usipetis*, *Tencteris* & *Camavis à Nerone Druso* oppugnatis, & *Pannoniis* per *Tiberium* devictis, *Tiberio*, id propter, cui Triumphus à Senatu destinatus erat, primo triumphalibus ornamentis honorato. (2) Isto ergo anno aut verius sequenti & hunc nummum fuisse percussum, probabile per Imperatoris XII. impressum elogium, redditur. Certè ob id Tiberio nomen imperatorium fuisse oblatum *Dio* p. 544. clare asserit, ut credibile potius sit Augusto dehinc hoc non concedenti fuisse tributum: NOMEN autem IMPERATORIUM, etsi, sicut antea TIBERIUS etiam à militibus tunc IMPERATOR fuerat dictus, ac uterque re bene gesta numerum appellationis ejus adauxerat, non tamen ab Augusto (*Druso*) datum est. Certe Ludos non solum gladiatorios celebratos ab Augusto hoc anno fuisse, sed & sequenti $\left(\frac{742}{43}\right)$ quo Imperator XII. quoque audiit, testibus *Fastis Goltzianis*, *Consulibus Q. Ælio Tuberone & P. Fabio Maximo* ludos maximo sumptu fuisse exhibitos, ac natalem Augusti in circo venationibus fuisse celebratum, meminit *Dio* Lib. LIV. p. 541: Πυθόμενος δὲ τοῦτο ὁ Αὔγουστος (ἔτυχε δὲ ἐν τοῖς παναθηναίοις ὁπλομαχίας ἀγῶνας τῷ τῶν παίδων ὀνόματι τιθεὶς) ἐξωρμήθη. *Augustus tum fortè quinquatribus munus gladiatorium filiorum nomine exhibebat.* Et paulo post p. 542: (Καίπερ μηδενὸς τῶν πρώτων ἐς τὰς πανηγύρεις ἀπαντῆσαι ἐθέλοντος) ἐπέτρεψε, καὶ αὐτὸς τὰς μονομαχίας διετέλεσε. *Et quanquam nemo optimatium ludis interesse vellet, tamen ipse (Augustus) gladiatorios ludos perfecit.* De posterioribus vero *Drusi* ludis ita rursus *Dio* Libro LIV. p. 545: Ἐν ᾧ δὲ οὖν ὁ Δροῦσος ταῦτ᾽ ἔπραττεν, ἥτε πανήγυρις ἡ τῇ στρατηγίᾳ αὐτοῦ προσήκουσα, πολυτελεστάτη ἐποιήθη, καὶ τὰ γενέθλια τὰ τοῦ Αὐγούστου καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ πόλει πολλαχόθι θηρίων σφαγαῖς ἐτιμήθη· καὶ τοῦτο μὲν καίτοι μὴ ψηφισθὲν, ἐν πᾶσιν ὡς εἰπεῖν τοῖς ἔτεσι πρός τινος τῶν ἀεὶ στρατηγούντων ἐγίγνετο. *Dum hæc à Druso gererentur, etiam LUDI, qui ad Præturam ipsius pertinebant, MAXIMO SUMPTU exhibiti fuerunt; ac NATALIS AUGUSTI in CIRCO, & variis aliis Urbis locis, VENATIONIBUS celebratus est: idque etsi non decretum, tamen quotannis ferè à Prætoribus factum.* Cæterum hunc nummum aureum nobis communicat *Paulus Pedrusius* in libro inscripto: I. Cesari in oro raccolti nel *Farnese Museo* Tab. II. N. 6. Hodieque tum in *Versaliensi* tum *Schwartzburgico* exstat *Gazophylacio.*

(2) *Dio* Lib. LIV. p. 534

Num. 8.

Caput Augusti juvenile nudum, lævam versus, uti Tab. I. N. 1.

AUGUSTUS TRibunicia POTestate. Augustus equitans lævam versus.

Bene est, quod causam additam in nummo statim legamus; Nempe ob Tribuniciam potestatem à populo acceptam heic equitantem conspicimus Augustum, de qua jam supra pluribus egimus Tab. VI. N. 180. quæ relegi ibidem possunt. Hanc Anno $\left(\frac{724}{25}\right)$ jam oblatam & declinatam, Anno tamen $\left(\frac{730}{31}\right)$ die V. Kal. Julii se XI. & *Cn. Calpurnio Pisone*, Coss. & quidem perpetuam, ut inviolabilis esset, recepit, teste *Dione* Libro LI. p. 457. & 518. verbis ejusdem ibidem adductis. Quanti fecerit hanc eximiam dignitatem Augustus non solum ex illa singulis imperii annis à Consulatu XI. ad finem usque vitæ continuata & in nummis obsignata, sed & ex hoc nostro cuique facile constare potest nummo, & *Dio* nos jam diu docuit Libro LIII. p. 508: Ἥτε ἐξουσία ἡ δημαρχικὴ καλουμένη, ἣν οἱ πάνυ ποτὲ ἀνθήσαντες ἔσχον, δίδωσι σφίσι τά τε ἐπιγιγνόμενα ὑφ᾽ ἑτέρου τινὸς, ἂν μὴ συνεπαινῶσι, παύειν, καὶ μὴ καθυβρίζεσθαι κἂν ἄρα τι καὶ τὸ βραχύτατον, μὴ ὅτι ἔργῳ ἀλλὰ καὶ λόγῳ ἀδικεῖσθαι δόξωσι, καὶ ἄκριτον τὸν ποιήσαντα αὐτὸ, ὡς καὶ ἐναγῆ, ἀπολλύναι. δημαρχεῖν μὲν γὰρ ἅτε καὶ ἐς τοὺς εὐπατρίδας πάντως τελοῦντες, οὐχ ὅσιον νομίζουσιν εἶναι· τὴν δὲ δὴ δύναμιν τὴν τῶν δημάρχων πᾶσαν ὅση περ τὰ μάλιστα ἐγένετο, προστίθενται, καὶ δι᾽ αὐτῆς καὶ ἡ ἐξαρίθμησις τῶν ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτῶν, ὡς καὶ κατ᾽ ἔτος αὐτὴν μετὰ τῶν ἀεὶ δημαρχούντων λαμβανόντων προβαίνει. *At TRIBUNICIA POTESTAS, quam præclarissimus quisque IMPERATOR olim habuit, efficit, ut intercedere iis, quæ ab aliis contra ipsorum sententiam moventur, possint; ac inviolabiles sint, ita ut si vel MINIMO SERMONE se ab aliquo LAESOS existiment, eum INDICTA CAUSA, tanquam qui SE PIACULO OBSTRINXERIT, NECARE queant. Gerere quidem Tribunatum plebis nefas ducunt Imperatores, quum utique ipsi PATRICII sint: OMNEM verò TRIBUNICIAM POTESTATEM, quanta unquam maxima fuit, ACCIPIUNT: & JUXTA EANDEM IMPERII quoque SUI numerant ANNOS, quasi si QUOTANNIS & ipsi cum Tribunis plebis EAM ACCIPERENT.* Vides ergo B. L. magna præditum autoritate equitantem, an, quod monet opportune *Dio* Lib. LIII. p. 518: Διαταξάς δὲ ταῦτα ὡς ἕκαστα, ἀπεῖπε τὴν ὑπατείαν ἐς Ἀλβανὸν ἐλθών. *His* (in Senatu) *singulis ordinatis, in Albanum EXIIT*; (fortè eques, uti heic conspicitur) *ac Consulatum XI. sese*

XI. ſeſe abdicavit. Deprehendimus etiam hunc nummum aureum apud *H. Goltzium* in *Auguſto* Tab. XLV. N. 11.

NUM. 9.

IMPeratori CAESARI DIVI Filio COnſuli V. (Quintum) IMPeratori VI. (ſextum) Senatus PopulusQue Romanus. Caput Auguſti nudum, lævam verſus, uti Tab. II. N. 59.

vel

CAESARI AUGUSTO DIVI Filio COnSuli XI. (undecimum) TRIBunicia POTeſtate, Senatus PopulusQue Romanus. Caput Auguſti nudum, lævam verſus, uti Tab. VI. N. 180.

Auguſtus equitans dextera protenſa lævam verſus.

Diverſas anticas, ſi recte juxta filum *Goltzianum* attendimus, deprehendemus, non uno eodemque tempore nummos hoc cum typo fuiſſe ſignatos. Nam alii Auguſtum equitantem exhibent eodem Conſule quintum & Imperatore ſextum, quod contigiſſe A. V. C. $\binom{724}{25}$ Sexto Apulejo Collega, ſupra jam pluribus obſervavimus ad Num 59. & 60. Tabulæ II. & propterea etiam *H. Goltzium* eundem in *Faſtis* ſuis *Roman.* ad annum 724. retuliſſe, videmus. Relationem verò cur equitantem heic conſpiciamus innuere videtur *Dio* Lib. LI. 458: Τοῦ δὲ δὴ θέρους ἔς τε τὴν Ἑλλάδα καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ὁ Καῖσαρ ἐπεραιώθη· καὶ αὐτοῦ ἐς τὴν πόλιν ἐσελθόντος, οἵ τε ἄλλοι ἔθυσαν. *Æſtate in Græciam, atque hinc in Italiam Cæſar transmiſit, EOque URBEM INTRANTE, rem ſacram alii fecerunt &c.* Alias vero eodem modo equitantem eundem ſiſtunt ipſum in Conſulatu XI. & Tribunicia poteſtate præditum Anno videlicet $\binom{730}{31}$ & non multum habitu corporis quoque à præcedente nummo, uti adſpectus docere poteſt facile, diſcrepat, de quo, Numero præcedente, jam diſſeruimus, & hujus cauſam jam expoſuimus. *A. Rubenius* equidem ſtatuam heic Auguſto poſitam in Commentario ſuo ad Nummos *Arſchotanos* p. 18. deſignare autumat; ſed cum potius proficiſcentis, ut equidem putamus, aut ut *Comes Mediobarbus* ſcribit pacificatoris exhibeatur typus, mallêmus dictam noſtram præferre ſententiam, cum & ipſe *Comes Mediobarbus* eundem cum priori antica ad reditum Cæſaris ex Aſia, adeoque ad annum 725. referendum cenſeat. Siſtunt hunc aureum nummum quoque *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XLV. N. 4. p. 71. & in *Faſtis* ſuis *Roman.* p. 201. *A. Rubenius* in Num. *Arſchot.* Tab. X. N. 19. p. 18. *Jacobus Biæus* Tab. X. N. 19. *Comes Mediobarbus* p. 26.

NUM. 10.

CAESARI AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus. Caput Auguſti nudum, dexteram verſus, uti Tab. III. N. 92.

QUOD VIAE MUNitæ SUNT. Arcus triumphalis ſuper pontem, in quo Imperator in curru triumphali dextera tenens ſceptrum Conſulare, a Victoria retro coronatur, & a duobus elephantis tractus conſpicitur.

Nummum hunc egregiè illuſtrant verba *Dionis* Libro LIII. p. 511: Ἐν μὲν γὰρ τῷ προειρημένῳ ἔτει, τὰς ὁδοὺς τὰς ἔξω τοῦ τείχους δυσπορεύτους ὑπ' ἀμελείας ὁρῶν οὔσας, τὰς μὲν ἄλλας ἄλλοις τισὶ τῶν βουλευτῶν ἐπισκευάσαι τοῖς οἰκείοις τέλεσι προσέταξε· τῆς δὲ δὴ Φλαμινίας αὐτὸς, ἐπειδήπερ ἐκστρατεύσειν δι' αὐτῆς ἔμελλεν, ἐπεμελήθη· καὶ ἡ μὲν εὐθὺς τότε ἐγένετο, καὶ διὰ τοῦτο καὶ εἰκόνες αὐτῷ ἐπ' ἁψίδων ἔν τε τῇ τοῦ Τιβέριδος γεφύρᾳ καὶ ἐν Ἀριμίνῳ ἐποιήθησαν· αἱ δὲ ἄλλαι ὕστερον, εἴτ' οὖν πρὸς τοῦ δημοσίου (ἐπεὶ δὴ μηδεὶς τῶν βουλευτῶν ἡδέως ἀνήλισκεν) εἴτε καὶ πρὸς τοῦ Αὐγούστου τις εἰπεῖν ἐθέλῃ, ἐπεσκευάσθησαν. *Anno eo* $\binom{725}{26}$ *quem ſupra demonſtravimus, quum videret AUGUSTUS VIAS EXTRA URBEM, aliquandiu NEGLECTAS, itinera difficilia exhibere, reliquas patribus quibusdam, propriis ſumptibus reficiendas, mandavit: FLAMINIAM, quoniam ea DUCTURUS ERAT EXERCITUM, IPSE PROCURAVIT: ESTque EA STATIM INSTAURATA, AC OB ID STATUAE AUGUSTO IN FORNICIBUS TAM IN PONTE TIBERINO, QUAM ARIMINI SUNT POSITAE. Reliquæ viæ poſteriori tempore refectæ, ſive publicis (neque enim Senatores libenter ſumptus faciebant) ſive ipſius AUGUSTI ſumptibus hoc factum quis dicere velit.* Idem & tradit *Suetonius* C. XXX. *Ad coërcendas inundationes alveum Tiberis laxavit, ac repurgavit, completum olim ruderibus & ædificiorum prolapſionibus coarctatum. Quo autem facilius undique Urbs adiretur, deſumpta SIBI FLAMINIA VIA ARIMINO tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia ſternendas diſtribuit.* Vides ergo B. L. arcum in ponte Tiberino, vides Auguſti triumphantis ſuper eo ſimulacrum, confirmat hæc omnia, adjicit inſuper inſcriptio, ut dubitationi nullus plane amplius relictus ſit locus. Sortita autem, ut & hoc addamus, via Flaminia (inter quam & Tiberim, poſtea quoque ſepultus fuit Auguſtus, teſte *Suetonio* Cap. CI.) nomen eſt *à C. Flaminio*, qui illam in Cenſura, quam cum *L. Paulo* A. U. C. 533. geſſit, ſtravit. Sic enim *Livii* Epitome XX. *C. Flaminius, Cenſor, viam Flaminiam munivit, & Circum Flaminium extruxit.* *Strabo* Lib. V. p. 150. Nam Collegæ in Conſulatu fuerunt *M. Lepidus* & *C. Flaminius*, *qui devictis Liguribus, hic Flaminiam viam ſtravit à Roma per Etruriam & Umbriam usque ad Ariminum: ille deinceps ad Bononiam usque, & inde usque ad Aquilejam, juxta radices Alpium, paludibus in gyrum circumeuntis.* *Feſtus*: *Flaminius Circus* & via *Flaminia a Flaminio Conſule*, qui ab Annibale interfectus eſt ad lacum Traſimenum. Obviat cæteroquin hic nummus nobis apud *H. Goltzium* in *Auguſto* Tab. XLVI. N. 22 p. 41. *A. Rubenium* in Num.

Num. *Arschot.* Tab. XII. N. 22. ubi tamen minus recte rostra navium arcui sunt addita. *Jac. Biæum* Tab. XII. N. 22. ubi rostra navium omissa. *J. Oiselium* Tab. CVIII. N. 12. pag. 530. ubi tamen typum inverso ordine tradit. Perinde ac *Joach. Udanum* in Pot. Rom. Tab. CVII. N. 12. p. 441. *Joh. Hemelarium* T. III. N. 6. p. 12. *Ant. Zantanum* in aureis Tab. BBB. I. N. 12. *Com. Mediobarbum* p. 27. qui tamen hanc anticam ipsi assignat: S P Q R. IMP. CAESARI. Caput Aug. Quam recte, alii viderint. *Steph. Vin. Pighium* Tab. III. Ann. p. 505. *Fulv. Ursinum* apud *Oiselium* sequentem & *Patinum* in Nummis Consul. p. 297.

NUM. II.

AUGUSTUS TRibunicia POTestate VIII. (Octavo) Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. VIII. N. 11.

Lucius VINICIUS, Lucii Filius III. (Trium) VIR. In area conspicitur Cippus, cui hæc insculpta : Senatus PopulusQue Romanus IMPeratori CAEsari QUOD Viæ Munitæ Sunt EX EA Pecunia, Quam IS AD Aerarium DEtulit.

Jam confirmantur *novo monumento* rursus *Suetonii* & *Dionis* verba, modo Num. præcedenti adducta : *L. Vinicius* ergo, *TriumVir monetalis Augusti*, in *ipsius* gratiam, *nomine Senatus Populique Romani*, cudit hunc denarium, quod *viæ* (ex manubiis triumphalibus) & præprimis, ut audivimus, *Flaminia*, *munitæ sunt*, (retinemus studio heic, uti habet præcedens nummus, *modum indicativum*, & mittimus *conjunctivum*, (sint) quem *recentiores* reponunt.) *ex ea pecunia, quam is ad ærarium detulit.* Verba inscripta ut sic, præeuntibus nobis *Fulvio Ursino* (3) & *Joh. Valente* (4) interpretati sumus, faciunt *Livii* verba Lib. XXIV : *Senatus in Capitolio habitus : ibi, referente P. Scipione, S. C. factum est, ut quos ludos inter seditionem militum in Hispania vovisset, EX EA PECUNIA, QUAM IPSE AD AERARIUM DETULISSET, faceret.* Non equidem ignoramus, *Lud. Nonnium* in Commentario ad *Nummos Augusti Goltzianos* p. 71. paulo aliter ista verba initialia interpretari, quando scribit : *Cippus hic est honorifico titulo inscriptus ob vias munitas : literæ autem ita explicandæ : Senatus Populusque Romanus Imperatori Cæsari, quod viæ munitæ sint, ex ea pecunia, quæ jussu Senatus ad ærarium delata est.* Neque aliter sensisse *Albertum Rubenium*, ex *Notis Numismatum integre repræsentatis & Commentario suo* super Nummos *Croyjaci Ducis* præfixo, liquet, ubi ita legas : EX EA P. Q. I. S. AD. A. D. E. *ex ea pecunia, quæ jussu Senatus ad ærarium delata est.* Neque nos fugit, *Clar. Morellium* rursus aliam olim fovisse opinionem, & quidem ex sequentibus *Dionis* verbis Lib. LIII. p. 511. conceptam : *Reliquæ viæ posteriori tempore refectæ, sive publicis, (neque enim Senatores libenter sumptus faciebant) sive ipsius Augusti sumtibus, hoc factum quis dicere velit. Neque enim inter hujus, & publicum ærarium, quid interfuerit, satis video : quantumvis Augustus statuas nonnullas suas argenteas ab amicis & populis quibusdam sibi factas, in numisma conciderit ; quo existimaretur ex suis facultatibus omnia, quæ præ se ferebat, impendere. Itaque mibi non est animus dicere, pecuniane sua, aut publica Imperatores quicquam perfecerint, quum utrumque sæpius obtigerit. Neque mihi æs alienum factum, aut donationes, & alia id genus referre lubet, quum hæc omnia populus & Imperator semper communia habuerint.* Nempe putabat, ex *Dionis* prædictis se non videre, cur necessario legendum sit : *quam is ad ærarium detulit*, sed potius : *jussu Senatus*, vel *jussu suo*, scilicet *Augusti*. Et quia forsan hæc pecunia ad vias muniendas *stipe*, vel *Ære Conlato* (ut exstat in quibusdam *Inscriptionibus*) collecta fuerit, hæc collectio vel *jussu Augusti*, vel *jussu Senatus* sine dubio facta fuerit ; fieri autem ejusmodi *collatio* non potuerit in *ærario ipso*, sed *pecunia modo post collationem ad ærarium deferri* : hinc existimabat, forsan legendum esse : *quæ jussu Senatus ad Aram delata est* : ad *aram*, sive *locum*, *ad hanc collationem constitutum.* At respondemus, *ista pecunia*, sive *stipe*, sive *ære conlato*, fuerit collata, sive *jussu suo*, sive *jussu Senatus* ad *ærarium* (5) fuerit delata, recte & *eum*, sive, ut *Livius* habet, *ipsum ad ærarium detulisse*, dicitur, quia apud ipsum jam summa erat potestas ; dehinc *non* ad *aram*, sive *locum peculiariter constitutum* ejusmodi pecunia deportabatur, sed ad *ærarium publicum*, qui erat omnino locus proprius ejusmodi collectionibus destinatus, sive *collecta pecunia* maximam partem de *suo ære*, sive de *Senatus ac civium*, seu *publica* constiterit, quod determinare ipse non audet *Dio.* Ut taceamus, explicationem illam per *jussu Senatus*, autoritatem ipsius non parum minuere, quasi ipsius non sufficeret mandatum ; & quæ *ei* debetur *gratiarum actio*, si *jussu Senatus* hoc factum ? jussu *suo* vero omnino abundare, si ad *detulit* referatur : nam si quis aliquid huc defert, *suo* & non *alio jussu* factum hoc fuisse, per se censendum est. Addimus, *solœcè* hoc fuisse pronunciatum, quod in tanta tum *temporis linguæ puritate* ne præsumendum quidem omnino est. Sufficiat nobis, quod *in hoc loquendi modo* nobis jam præiverit *Livius*, *cui* statum tunc reipublicæ notissimum fuisse, persuasissimi sumus, *Dioque* (6) & alii sic loquantur. Viis dehinc munitis, *quatuor iisdem* præfecisse, *Dio* scribit Lib. LIIII. p. 540 : Οἵ τε τέσσαρες, οἱ τῶν ἐν τῷ ἄστει ὁδῶν ἐπιμελούμενοι. *Quatuor vias urbanas curant.* Et *Cicero* Epist. I. ad Atticum *Thermum* curatorem *viæ Flaminiæ* fuisse, ait. Confer *Marliani* urbis Romæ Topographiam p. 192. in T. III. Rer. Rom. *Grævii.* Sed cum *Dio viarum* munitionem ad annum (725/26) referat, hunc nummum colligimus (ex *antica*) Anno (738/39) fuisse cusum, quia *Tribuniciam Potestatem VIII.* præfert ; quod ex eo esse remur, quod hi nummi percussi fuerint à *Vinicio*, viis

(3) In Lib. de Nummis Consularibus p. 297.

(4) Loco infra cit. in Nummis Consul. p. 552. & in rarioribus aureis p. 32.

(5) Et tale *Ærarium* in *Capitolio* fuisse ex *Marliano* & aliis discimus, ut tamen *diversum* simul fuerit ab *illo militari*, quod *Augustus* constituit. Ita enim de hoc *Suetonius* Cap. XLXI : *Utque perpetuo, ac sine difficultate sumptus, ad tuendos eos, prosequendosque suppeteret, ærarium militare cum vectigalibus novis constituit*, & *Dio* Lib. LV. p. 565 : *Augustus pro se & Tiberio pecuniam in ærarium, cui militaris nomen indidit, intulit, ejusque administrationem prætoriis tribus, sorte lectis, ad triennium mandavit.*

(6) Confer Dionem Lib. LV. p. 565 : *Augustus pro se & Tiberio pecuniam in ærarium, cui militaris nomen indidit, intulit.* Et p. 543. *Ex suis peculiis tributum ejus annuum in Ærarium intulit.*

ciis jam *perfectis* & operibus consummatis; isti vero *operibus inceptis*. Noster verò *L. Vinicius*, ex *plebeja* gente, patrem habuit *L. Vinicium*, qui *Quæstor Provincialis* Anno $\left(\frac{697}{98}\right)$ fuit, Anno $\left(\frac{702}{3}\right)$ *Tribunus plebis* factus, Anno tandem $\left(\frac{720}{21}\right)$ *Consul suffectus* in Tabulis *Capuanis* legitur. Communicant alias hunc *aureum rarissimum Joh. Vall.* in *rar. aureis* p. 32. edit. noviss. & in *Nummis Consular.* Tab. CXLVII. N. 2. p. 552. *Comes Mediobarbus* p. 27. 36. ubi tamen *anticam* exhibet cum *Tribunicia Potestate* $\overline{VII}$. quam, typothetæ vitio, $\overline{VIII}$. potius remur. *A. Morellius* in Nummis *Consul.* in *Familia Vinicia* N. 2. *C. Patinus & F. Ursinus* in Nummis *Consul.* in *Famil. Vinicia* N. 2. p. 296. 297.

NUM. 12. & 13.

Senatus PopulusQue Romanus in corona querna, uti heic N. 13.

SALUS GENERIS HUMANI. Victoria alata globo insistens, lævam versus, dextera tenet coronam lauream, sinistrâ palmæ ramum, uti heic N. 12.

De corona querna, seu civica, à Senatu Populoque Romano, vel potius, ut *Plinius* Libro XVI. H. N. C. IV. loquitur, à GENERE HUMANO, (7) Augusto $\overline{VII}$. Consuli A. V. C $\left(\frac{726}{27}\right)$ maximi honoris signo exhibito, optimoque titulo, post pacem imperio redditam merito, supra jam N. 81. 112. & 170. egimus, quo B. L. remittimus. Victoria ex adversa alata, non secus ac illam Apulejus L. II. Metamorphoseos describit: *Atria longe pulcerrima columnis quadrifariam per singulos angulos adstantibus, attollebant statuas Palmaris Deæ. Facies quaqua pinnis explicitis super gressu pilæ volubilis instabile vestigium plantis roscidis decitantes, nec, ut maneant, inhærent, & jam volare creduntur.* Palmam & laurum offert Augusto ob Victorias per universum propemodum Orbem (cui, pedibus veluti subjecta, insistit) partas, quibusque effecerat, ut pulcherrimum elogium consequeretur, & SALUS GENERIS HUMANI compellaretur, nempe quia ipsius tempore bella silerent, Janus esset clausus, & rempublicam ex turbulento & miserando statu in felicissimum omniumque rerum abundantia florentem erexisset, constituissetque, à Senatu propterea populoque Romano Lauream non solum ipsi, sed & querceam ipsi decernenti, quod, uti *Dio* Libro LIII. loquitur, *PERPETUUS HOSTIUM VICTOR AC CIVIUM ESSET SERVATOR.* Egregiè id exprimit *Philo Judæus* in Legatione ad *Cajum* de Augusto: οὗτός ἐστι Καῖσαρ, ὁ τοὺς καταῤῥάξαντας πανταχόθι χειμῶνας εὐδιάσας, ὁ τὰς κοινὰς νόσους Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἰασάμενος, αἳ κατέβησαν μὲν ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν καὶ ἑῴων, ἔδραμον δὲ καὶ μέχρι δύσεως καὶ πρὸς ἄρκτον, τὰ μεθόρια χωρία καὶ πελάγη κατασπείρασαι, τῶν ἀβουλήτων &c. *Hic est Cæsar ille, qui depulsis procellis undequaque mentibus, Serenitatem ORBI restituit, qui calamitatibus publicis, tum Græcarum, tum Barbarum gentium attulit remedia, quæ exortæ ab Oriente ac Meridie percurrerunt usque ad Occidentem & Septentrionem, intermediis terris repletis omni malorum genere. Hic est ille, qui solus provincias quotquot sunt exemit vinculis. Hic est ille, qui & aperta bella sustulit & occulta latrocinia. Hic est ille, qui mare vacuatum navibus piraticis, reddidit plenum onerariis. Hic civitates universas libertate donavit, res perturbatas reduxit ad certum ordinem, gentes feras & abhorrentes à cæterarum commercio, formavit ad mansuetudinem societatis hominum. Hic Græciæ longe promovit pomœria, tractus vero Barbarorum opportunissimos mutavit in Græciam. Hic pacis custos, Juris æquus moderator, gratiarum profusus largitor, OMNIUM BONARUM RERUM, quam diu vixit, COMMUNICATOR.* Sistunt hunc aureum nummum *J. A. Rubenius* in Num. *Arschot.* Tab. XV. N. 11. 12. *Jac. Biæus* T. XV. N. 11. 12. *Com. Mediobarbus* p. 28. *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LIX. *N.* 4. 11.

(7) Dedit hanc (rostratam) Augustus coronam Agrippæ sed CIVICAM à genere humano accepit ipse.

NUM. 13. & 14.

Senatus PopulusQue Romanus, in corona querna, sive civica.

SALUS GENERIS HUMANI. Victoria alata insistens globo dexteram versus, dexterâ protendens coronam lauream, sinistra palmæ ramum tenet.

Idem cum typus sit cum illo Numero præcedente, modo quod heic victoria dextrorsum respiciat, illic sinistrorsum, eò B. L. ablegatum volumus. Sunt, qui boni ominis memoriam latere sub nummorum horum Inscriptione (8) putant, cusorum quippe circa illud tempus, quo Christus vera Generis humani Salus, pace per universum orbem stabilita, fuit natus, eo scilicet sub Imperatore, qui pacem universo orbi restituerat, qui DOMINI appellationem declinaverat. Quod, sicut equidem verissimum, eo tamen tunc respexisse Romanos, aut illud intendisse minime gentium affirmabimus, nisi velimus Caiphæ interpretari effatum, qui etiam contra intentionem vera pronuncianda habuit. Ut temporis rationem accuratè indagare velimus, reclamat, hoc titulo sub Consulatu VII. ipsi concesso, illo ut nonnulli sub Consulatu XIII. nato, *M. Plaut. Silano Collega.* Ut tamen hoc exinde eliciat *Adolphus Occo*, nescio quam accurate, annis 33. præcessisse (numerat verò illos ab A. V. C. 719.) hos nummos nativitatem Christi, tanto scilicet exactè tempore, quanto illi in terris videri, & salutis nostræ procurandæ provinciam obire, cœlesti providentia & benignitate complacitum fuit. Imò Augustum typum Salvatoris nostri, sicuti antea Cyrum, Persarum Regem, gessisse, *Cardinalis Baronius* in *Annalibus* suis Ecclesiasticis observavit, & ex hoc *Udanus* in *Potentia Romana* p. 328. Addimus, quod sic hunc nummum aureum exhibeant *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LVII. N. 6. & 11. p. 83. *A. Rubenius* in Nummis *Arschot.* Tab.

(8) Confer Lud. Nonnii Commentarium ad Nummos Augusti pag. 8. *Udanum* in Potentia Rom. p. 318.

Tab. XV. N. 12. *Jac. Biæus* Tab. XV. N. 12. *Jacob. Oiselius* Tab. LXXVIII. N. 9. p. 415. *Joach. Udanus* in P. R. Tab. LXXXI. N. 9. p. 328. *Com. Mediobarbus* p. 28.

NUM. 15.

CAESARI AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 91.

vel

CAESARI AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum, dexteram versus, uti Tab. III. N. 92.

SALUS GENERIS HUMANI. In corona querna seu civica.

Ex anticis relucet, insignem hunc titulum, quo dictus fuerit Salus Generis humani, quoque sub Consulatu suo VII. ubi simul Augustus dictus fuerat, A. V. C. ($\frac{726}{27}$) accepisse; nempe imperio in decem annos accepto. Multumque hoc elogio fuisse delectatum Augustum non solum antecedens & hic & sequens documento esse possunt nummi ex nobilissimo metallo conflati, sed & illud Gemmis videmus expressum, iisdemque incisum apud *R. P. Molinetum* in libro suo inscripto *Cabinet de Sainct Genevieve* pag. 122. qui hoc encomium *Augusto* primo ex *Cæsaribus* ibidem deberi affirmat, quamvis id Christo magis competat. Alias exhibent hunc rariorem nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LVII. N. 2. *A. Rubenius* in Num. *Arschot.* Tab. XIIII. N. 19. p. 26. *Jac. Biæus* Tab. XIV. N. 19. *Com. Mediobarbus* p. 27. *Jac. Oiselius* Tab. LXXVIII. N. 8. p. 414. *Joachimus Udanus* in Pot. Rom. Tab. LXXXI. N. 8. *Ant. Zantanus in aureis* Tab. BBB. II. N. 13.

NUM. 16.

CAESARI AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus. *Caput Augusti nudum lævam versus, uti Tab. III. N. 91.*

SALUS GENERIS HUMANI. Victoria advolans coronam lauream sive aptare sive imponere videtur clypeo votivo (cujus areæ inscriptum legitur : CLypeus Votivus) ad columnam appenso.

Sicuti de Inscriptione N. 12. præcedente jam egimus, ita Victoriam alatam N. 11. & 14. pariter jam conspeximus, in hoc ab hac nostra differentem, quod illic coronam protendat lauream, heic vero clypeo votivo sive imponere, sive columnæ super clypeum affigere videatur. Heic columnæ solidæ adfixus conspicitur clypeus, cui inscriptæ literæ CL. V. docent, quod *Votivus* fuerit, hoc est votis nuncupatis, seu persolutis, ritè dedicatus. Forteque non absurdum erit dicere cum *Hemelario*, esse illam columnam, de qua *Suetonius* in *Cæsare* Cap. LXXXV. scripserat: *Plebs in honorem defuncti* (Julii) *SOLIDAM COLUMNAM prope viginti pedum lapidis Numidici, in FORO statuit*, scripsitque : *PARENTI PATRIÆ. APUD EANDEM longo tempore sacrificare, VOTA SUSCIPERE, controversias quasdam, interposito per Cæsarem jurejurando, distrahere perseveravit.* Offerunt aliàs hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* T. LVII. N. 7. *J. Hemelarius* in *Croyjaci Ducis* Nummis T. II. N. 3. p. 7. *A. Rubenius* in Num. *Arschot.* Tab. XV. N. 13. *Jac. Biæus* Tab. XV. N. 13. *Jacobus Oiselius* Tab. LXXVIII. N. 10. *Joach. Udanus* in Pot. R. Tab. LXXXI. N. 10. *Com. Mediobarbus* p. 28.

NUM. 17.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. III. N. 93.

Senatus PopulusQue Romanus. Victoria advolans coronam lauream aptare videtur clypeo (cujus inscriptio docet fuisse CLypeum Votivum) columnæ affixo.

Literæ supra additæ inscriptæque declarant *Clypeum* hunc *votivum* à *Senatu PopuloQue Romano* in *Augusti salutem*, fuisse positum, & quò frequentius iste *typus* occurret, eò magis docemur, non *displicuisse hanc devotionem*, aut, si mavis, hoc adulandi studium *Augusto*, *vota pro salute sua*, vel, ut præcedens monet *inscriptio*, pro *salute generis humani, nuncupantium*; quippe per quem *pax restituta & omnium rerum abundantia.* De reliquis in præcedentibus jam satis actum. Cæterum sistunt & hunc nummum aureum *H Goltzius* in *Augusto* Tab. LVII. N. 9. *A. Rubenius* in Num. *Arschot.* Tab. XV. N. 16. *Jac. Biæus* Tab. XV. N. 16. *Comes Mediobarbus* p. 28.

NUM. 18.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 99.

Senatus PopulusQue Romanus. Clypeus Votivus, in area clypei votivi.

Non concedit hocce monumentum, ut de *Senatus* insigni *devotione* erga *Augustum* dubitemus, qui tot *clypeos* in *nummis propemodum suspendit*, quot *fere vivo coronas.* Dedicabantur verò ejusmodi *clypei votivi, voti*, ut vocabulum docet, *causa* publica clarorum virorum *honori*, sive in *Capitolio*, sive in *Templis*, sive alibi in *publico*. Audiamus de iis disserentem *Plinium* Hist. Nat. Libro XXXV. C. 3 : *Suorum verò clypeos in sacro vel publico privatim dicare primus instituit, ut reperio, Appius Claudius, qui Consul cum Servilio fuit A. V. C. 259. Posuit enim in Bellonæ æde majores suos, placuitque in excelso spectari, & titulos honorum legi. De-*

cora res, utique si liberorum turba parvulis imaginibus seu nidum aliquem sobolis pariter ostendat: quales clypeos nemo non gaudens favensque aspicit. Post eum M. Æmilius, Collega in Consulatu Q. Luctatii, non in Basilica modo Æmilia verum & domi suæ posuit, id quoque Martio exemplo. Scutis enim, qualibus apud Trojam pugnatum est, continebantur imagines, unde & nomen habuere clypeorum, non ut perversa Grammaticorum subtilitas voluit, à cluendo. Pœni ex auro factitavere & clypeos & imagines, secumque in castris tulere. Certè captis eis talem Asdrubalis invenit Qu. Martius, Scipionum in Hispania ultor: isque clypeus supra fores Capitolinæ ædis usque ad incendum primum fuit. Idem & testatur *Livius* Lib. XXV. sed in templo & argenteum pondo centum & triginta octo fuisse vult. Apud omnes nomen magnum *Marcii Ducis*: Monumentum victoriæ ejus de Pœnis usque ad incensum Capitolium fuit in Templo, cum imagine *Asdrubalis*, clypeum *Martium* appellatum. Sicuti autem in sublimi eosdem collocare & dedicare solebant, ita ignominiæ ergo illos rursus dejiciebant, & terræ illidebant, uti novimus de Domitiani Clypeis ex *Suetonii* Cap. XXIII: *Contra Senatus adeo lætatus est, ut repleta certatim curia, non temperaret, quin mortuum contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum genere laceraret, scalas etiam inferri, CLUPEOSque & imagines ejus coram detrahi, & ibidem solo affligi juberet.* Horum dedicationem discimus quoque ex *Lapidibus* apud *Gruterum*, v. g.

NESTORI
AUG. NEPETE
HIC LUDOS FECIT
ET DEDICATIONE
STATUAE PATRONI
QUAM IPSE POSUIT
ET CLYPEI SUI ITERUM
MUNICIPIBUS NEPETIS
EPULUM DEDIT. (9)

Ac in alia Nemausensi:

D. M.
CAIUS DEDICA-
TIONEM ET
CLYPEI SIMPI
DEDIT. (10)

Nempe volunt nonnulli scribi clipeum per i; à clepere, id est, celare, alii per y ἀπὸ τοῦ γλύφειν, quod imaginibus cælati ac sculpti essent, quasi glypei, alii à cluendo, i. e. pugnando, unde clypeare, armare & quasi clypeo tegere. Hinc *Pacuvius* in *Hermione* apud *Nonium*:

Currum liquit, chlamyde astu contorta clypeat brachium.

Servius rursus dictos putat ἀπὸ τοῦ κλέπτειν, quod tegerent & celarent corpus. Sic clupeum armorum, clypeum imaginis dicunt Grammatici, *Cornelius Fronto* de differentia vocum, & *Caper* de Orthographia. Alii clypeum ἀσπίδα, clupeum ornamentum volunt. Unde hanc Grammaticorum censuram quasi vereri videtur *Trebellius* in *Claudio*, scribens: *Illi clypeus aureus, vel (ut Grammatici loquuntur) clupeum aureum Senatus totius judicio in curia conlocatum est.* Et ipse *Hadrianus* Oratione XII. apud *Sosipatrum*: *A vobis Patres conscripti, peto, & validissime impetratum cupio, ut proxime imaginem Augusti, argenteum potius clupeum, sicut Augusto ponatis.* Videas & hunc nummum aureum ære expressum apud *H. Goltzium* in *Augusto* Tab. LXXII N. 16. *A. Rubenium* in Num. *Arschot*. Tab. XV N. 20. *Jac. Biæum* in N. T. XV. N. 20. *Jacob. Gutherium* de veteri jure Pontificio Lib. III. in T. V. Rer. Rom. *Grævii* p. 134. *Joh. Hemelarium* T. II. N. 6. 273. Hodie asservatur in *Thesauro Regis Christianissimi.*

NUM. 19.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 98.

vel

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, dextram versus, uti Tab. IV. N. 120.

OB CIVIS SERVATOS Senatus PopulusQue Romanus Clypeus votivus intra coronam quernam.

De corona, militaris virtutis insigni clarissimo, & cur Augusto hæc dicata fuerit, nempe OB CIVES SERVATOS, vel ut alibi legimus: CIVIBUS SERVATIS, hoc est, quod compositis intestinis bellis, rem publicam ab interitu vindicasset, supra jam ad Tab. II. N. 81. 112. & 170. multi fuimus, & relegi ibidem possunt, ne cramben toties coctam recoctamque apponamus. Ut saltem heic attendamus, ex toties repetita illa inscriptione, & toties iterata obsignatione coronæ civicæ, sive quernæ facilè posse colligi; in quanto pretio illa tunc apud Senatum Populumque adhuc exstiterit, quasi ipsi non plus honoris exhibere potuerint, quam Augustum ipsum appellando, & coronam quernam in nummis offerendo, pateatque simul, omnes hos signatos esse ex illo tempore, quo Augustus appellatus fuit, quod factum fuisse in Consulatu suo VII. Collega Agrippa III. Anno $\left(\frac{726}{27}\right)$ novimus. Sistunt præterea hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LIX. N. 2. *Paulus Pedrusius* in *Museo Farnesiano* T. II. N. 2. sed nummus literis inverso ordine sculptis conspicitur, dehinc & literæ in clypeo votivo desunt: S P Q R. CL. V. Hodieque in *Thesauro Versaliensi* & *Schwartzburgico* latitat.

NUM.

(9) In Inscriptione p. 441. 7.
(10) Ibid. p. 496. 4. ubi *Jacobus Gutherius* in Lib. de Jure Pontificio legit. SUI EPUL. Confer quoque Rycquium de Capitolio Cap. XV. p. 256.

NUM. 20.

Caput Augusti corona querna redimitum dextram versus, uti Tab. III. N. 82.

CAESAR AUGUSTUS. Senatus PopulusQue Romanus. Clypeus in medio areæ (in quo legas Clypeus Votivus) intra duos lauri ramos.

Et corona querna, quæ in antica Augusti caput ambit, & Augusti compellatio in postica obsignata, & lauri rami ab utraque parte clypei votivi additi denuo id, quod Numero præcedenti jam diximus, confirmant, nummumque Anno $\left(\frac{726}{27}\right)$ aut exillo tempore percussum fuisse persuadent, decreto & posito tunc simul Cæsari Augusto à Senatu Populoque Romano clypeo votivo, de quo ad N. 16. plura jam disseruimus. *Lauri verò illæ sine dubio gratissimæ domibus Cæsarum janitrices, quæ solæ & domos exornant, & ante limina excubant*, juxta *Plinii* Libr. XV. H. N. Cap. XXX. & ut *Dio* Libr. LIII. id eloquitur, ac supra ad N. 67. T. II. & Tab. III. N. 81. jam monuimus, quæ ante ipsius Regiam positæ fuere, quod perpetuus hostium esset Victor. De clypeis votivis N. 16. supra diximus. Obvium habemus hunc nummum aureum apud *H. Goltzium* in *Augusto* T. LVII. N. 5. *A. Rubenium* in Nummis *Arschotanis* Tab. XV. N. 15. *Jac. Biæum* T. XV. N. 15. *J. Oiselium* Tab. XCVII. N. 1. *Joach. Udanum* de P. R. Tab. XCVI. N. 1. *Joh. Hemelarium* Tab. II. N. 6. p. 8.

NUM. 21.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 71.

Senatus PopulusQue Romanus. Victoria alata stans in globo utraque tenet clypeum, in quo CLypeus Votivus legitur.

De *Victoria*, & quid velit supra N. 12; de *clypeo votivo* N. 16. jam egimus, & confirmatum magis videmus, quod Numeris præcedentibus jam diximus, omnes scilicet cusos esse post annum V. C. $\left(\frac{726}{27}\right)$ & *Consulatum Augusti septimum*, & nihil aliud designare, quam *vota Senatus populique suscepta pro salute humani generis*, gratiasque agere pro *statu* isto *reipublicæ tranquillo*, *quem victoriis ipsis pepererat*, orbe terrarum bellis, victoriisque non solum peragrato, sed & nunc subacto. Vulgarunt hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LVII. N. 8. *A. Rubenius* in *Nummis Arschotanis* Tab. XV. N. 14. *Jac. Biæus* T. XV. N. 14. *Comes Mediobarbus* p. 28

NUM. 22. & 23.

Publius PETRONius TURPILIANus III. (Trium) VIR. Caput Deæ Liberæ, sive Proserpinæ, corona hederacea redimitum.

CAESAR AUGUSTUS. Ob Cives Servatos. Corona querna, quam ad utrumque latus lauri rami cingunt.

P. *Petronius* ex Gente plebeja sed Consulari, & à Petrone dicta [11] Turpilianus cognomine adoptivo dictus est, quod nempe è gente Turpilia in Petroniam producto nomine assertus & adoptatus fuerit. Triumvirum monetalem ut alius *Consularis Familiæ Durmiæ* docet, A. V. C. $\left(\frac{734}{35}\right)$ cum *M. Durmio* sub *Augusto* egit. Hujus videtur mentionem facere vetus Inscriptio in via sacra quondam reperta & à *F. Ursino* in Num. *Consul.* p. 206. adducta:

P. VALESIUS VOLESI F.
POPLICULA
IOVI IUNONI
SAC.
P. PETRON. RESTITUIT.

Dio Caji cujusdam *Petronii* meminit Lib. XLV. *Ægypti Præfecti, hujus vel fratris vel consanguinei. Sed quodnam Caput Deæ in antica?* Constat *P. Petronii* gentem è *Sabinis* fuisse oriundam & *Petronium Sabinum* vixisse sub *Tarquinio*, hoc posterius totidem verbis prodente *Dionysio Halicarnassæo*, & *Valerio Maximo* Lib. I. C. *Tarquinius*, inquit, *Rex M. Tullium Duumvirum, quod librum secreta civilium sacrorum continentem custodiæ suæ commissum, corruptus, Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum in mare abjici jussit.* Quia vero Sabini non solum Deam Feroniam, sed & Proserpinam coluerunt, hinc ad denotandam suam ex Sabinis originem; sicut in aliis nummis *Deam Feroniam*, ita heic *Proserpinam Deam* obsignavit. Audiamus *Dionysium Halicarnassæum* Lib. III. *Eo bello confecto, aliud à Sabinis exortum est, cujus causa fertur hæc: Fanum est, quod Sabinis æque ac Latinis summa religione colitur, sacrum Deæ Feroniæ, quam Græci in suam linguam, modo* ἀνθηφόρον, *vertunt, modo* φιλοστέφανον *à gestandis floribus, modo Proserpinam.* *Lud. Nonnius* existimat ex corona hederacea patere esse caput Deæ Liberæ. Sed benè monet *Clariss. Valens* in Nummis *Consul.* T. II. p. 225. Liberam & Proserpinam esse eandem, affirmante *Cicerone VI.* Act. in Verrem: *Vetus*, inquit, *est opinio, judices, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atque monumentis, Insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam, hoc enim ceteræ gentes sic arbitrantur: tum ipsis Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur: nam & natas esse in his terris Deas, & fruges in ea terra primum repertas arbitrantur & raptam esse LIBERAM, quam eandem PROSERPINAM vocant.* Et *Dionysius Halicarnassæus* refert de spoliorum decimis *A. Posthumium* Ludos Diis instituisse καὶ ναοὺς κατασκευὰς ἐξεμίσθωσε Δημήτρι, καὶ Διονυσίῳ καὶ Κόρῃ,

[11] Vide Carol. Sigonium de Rom. Nominibus & Valentem in Col. p. 39.

Κόρη, ubi Coram (Cereris filiam) Liberæ loco recenſet. Hinc ſupplicatio quoque ad illam facta teſte *Livio : Supplicatio ad Cereris , Liberi , LIBERÆque fuit , quod ex SABINIS terræ motus ingens cum multis ædificiorum ruinis nunciatus erat.* Monet verò idem *Cicero* Liberum cum Libera ex Cerere fuiſſe natos (adeoque ſororem eadem corona haud immerito qua fratrem videmus in nummis ornari) Lib. III. de natura Deorum : *Hunc Liberum dico Semeles natum , non eum quem noſtri majores auguſte ſančteque Liberum cum Cerere & Libera conſecrarunt , quod quale ſit ex myſteriis intelligi poteſt : Sed quod ex nobis natos Liberos appellamus, idcirco Cerere nati nominati ſunt Liber & Libera.* Horum trium Deorum templum juxta Circum maximum conſtructum erat , ab *A. Poſthumio* votum, & à Tiberio, teſte Tacito L II. *Annalium* reſtauratum. Hic igitur *P. Petronius* Turpilianus III. (Triumvir) monetalis Auguſti & ſuam originem docere & coronam querneam ob cives ſervatos Auguſto ſæpe decretam , ut rem ipſo digniſſimam & ſi unquam ulli certe ipſi competentem, ex altera parte obſignare voluit. Invenimus & hunc nummum rariorem aureum apud *H. Goltzium* in *Auguſto* Tab. LIX. N. 8. & 10. *Joh. Valentem* in rarioribus aureis recentiſſ. edit. p. 39. *A. Morellium* in Nummis *Conſular.* T. II. Lit. E.

Num. 24.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Auguſti nudum lævam verſus , uti Tab. III. N. 99.

OB CIVIS SERVATOS, intra coronam querneam.

Toties jam inculcavimus ex *Dionis* Lib. LIII. p. 507. coronam civicam à Triumviris monetalibus, uti modo audivimus , *P. Petronio Turpiliano* & *M. Durmio* , obſignatam fuiſſe in nummis , quoniam quotannis Auguſto ejusmodi corona aurea , in foliis quercum imitantibus , conceſſa ac ſuper laurus ſuſpenſa fuerit, quod perpetuus civium eſſet Servator. De formula : OB CIVIS SERVATOS plura jam à nobis ad T. IV. N. 112. dicta ſunt. Siſtunt hunc nummum *H. Goltzius* in *Auguſto* T. LIX. N. 6. *Æneas Vicus* in aureis N. 11. *Ant. Zantanus* in aur. T. BBB. I. N. 11. Hodieque pars eſt *Theſauri Verſalienſis.*

Num. 25.

Caput Auguſti laureatum , lævam verſus, uti Tab. III. N. 79.

vel

Caput Auguſti laureatum dexteram verſus , uti Tab. III. N. 80.

vel

CAESAR AUGUSTUS. Caput Auguſti nudum, lævam verſus, uti Tab. III. N. 99.

CAESAR AUGUSTUS, in area , intra duos lauri ramos.

Novum denuo Auguſti tùm novo cognomini tum ejus honoribus conſecratum monumentum, de quo in præcedentibus & quidem N. 20. & 23. jam ſatis à nobis dictum. Equidem *Joh. Valens* eundem anno 742. in memoriam victoriarum duarum relatarum, alterius ſcilicet in *Pannonia à Tiberio* , alterius verò *à Druſo* , ejus fratre, in *Germania* ſine dubio ob duos lauri ramos in nummo obſignatos , exiſtimat ; quod probabilius dici poſſe putaremus, ſi anni ſimul illius character in quadam anticarum eſſet adjectus, ſed cum omni prorſus careat , neſcimus , quam tuto huic inhærendum ſit ſententiæ , præſertim cum antica una AUGUSTI potius uti in præcedentibus præferat cognomen & ejusmodi raros nummos N. 20. quoque exhibeat. Hæc cum in chartam conjeciſſem, video & *B. Morellium* noſtræ fuiſſe ſententiæ, atque hunc ipſum nummum præcedentibus adjeciſſe, & inter illos retuliſſe, qui honoribus ejus in Conſulatu VII. fuere deſtinati. Exhibent & hunc nummum aureum rariorem *Joh. Valens* in nummis rarioribus aureis edit. vet. p. 18. ex *Cimelio Ducis Vernolii.* Hodieque in *Theſauro* Regis Chriſtianiſſimi conſpicitur.

Num. 26. & 27.

TURPILIANUS III. (Trium) VIR. Caput Deæ Liberæ ſive Proſerpinæ corona hederacea redimitum.

AUGUSTO OB Cives Servatos, in corona quernea.

Turpilianus hic à cognomine prioris Gentis Turpiliæ ſolummodo vocari voluit lubentius , quem ſupra N. 22. *P. Petronium Turpilianum* cognovimus, & Triumvir rei monetalis ſub Auguſto, de qua & Dea Libera anticæ impreſſa conſuli poſſunt , quæ ad Num. præcedentem 22. jam attulimus. Novo & tunc receptiſſimo honoris ſymbolo , corona civica ſcilicet , in nummis obſignando ſe commendare voluit Auguſto, quod illa quotannis Auguſto aurea foliis quercum imitantibus fuerit exhibita, perpetuo utpote civium Servatori, immò ſaluti univerſi Generis humani , uti in aliis nummis ſupra audivit, & *Dio* ipſum deprædicat Libro LIII. p. 507. Offendimus hunc nummum apud *H. Goltzium* Tab. LIX. N. 6. & 12. *Patinum* & *Urſinum* in Nummis *Conſul.* in *Famil. Petronia* T. II. N. 3. p. 205. *Joh. Valentem* in Num. *Conſ.* Tab. CVIII. N. 6. p. 226. *Com. Mediobarbum* p. 28. *A. Morellium* in Nummis *Conſul.* in *Fam. Petronia* Tab. II. N. 3. *A. Rubenium* in Nummis *Arſchotan.* Tab. XVI. N. 56. *Jac. Biæum* Tab. XVI. N. 5. 6. Hodieque pars eſt *Theſauri Verſalienſis.*

Num. 28.

M. DURMIUS III. (Trium) VIR HONORI. Caput Virtutis, ante & pone aſtrum.

AUGUSTO OB Cives Servatos, intra coronam civicam, ſeu quernam.

Æmulationem attendimus Triumvirorum monetalium ſub Auguſto in exhibendis ipſi ſummis

mis honoribus. Nam Triumviri monetales Senatus non solum in omnibus nummis primæ magnitudinis in postica corona civicam cum Inscriptione OB CIVES SERVATOS obsignarunt, sed & hos sequuti sunt Triumviri monetales Augusti in aureis & argenteis. *P. Petronium* Turpilianum modo vidimus, Augusti & non Senatus III. Virum monetalem, occurrit similiter nunc *M. Durmius*. Ex illo enim tempore, quo cum Senatu Provincias fuit partitus Augustus, ipsi monetam æream cudendam dedit, unde & Triumviri Monetales Senatus fuere, sed semper ut adderent notam S.C. atque in æreis tantum occupati: Augustus ergo suos habuit, in denariis aureis ipsi & argenteis saltem obviantes. Existimo igitur hos tres uno eodemque tempore huic præfuisse officio, nempe modo nominatum *P. Petronium Turpilianum, M. Durmium & M. Aquilium*, Anno $\left(\frac{734}{35}\right)$ *Augusto* scilicet ex *Syria* reverso, quia nempe nummi ipsorum eosdem exhibent typos & symbola in aversis, eodem gaudent fabricandi artificio. Et præcipue hoc symbolum elegerunt, quia illo sine dubio singulariter fuit delectatus Augustus, *ipsi*, ut refert *Dio* Lib. LIII. *& toties jam monuimus, cum orationem de ejurando regno ac dividendis provinciis habuisset, multi honores fuerant delati, & inter alios, ut ante ipsius domum in palatio lauri ponerentur, ac super eas coronæ quernæ suspenderentur, nimirum quod perpetuus hostium Victor ac CIVIUM ESSET SERVATOR.* De *Durmia* gente nihil se apud Autores reperisse *Ursinus* ait, atque hoc verum est, & non nisi ex nummis est cognita; idque non mirum, cum hæc forte saltem invaluerit, cum jus civitatis omni Italiæ datum fuerit. Ex illo verò tempore multæ novæ Familiæ Romam venerunt, cumque his absque dubio Durmia, quæ ex illo tempore Augusti favore ad Magistratus adspiravit. Caput verò HONORIS (Juvenili scilicet ætate, uti in Nummis *Galbæ, Vitellii*, *Vespasiani* & aliorum Imperatorum illud offendimus) in antica expressit, forte quod antea Triumvir sacris ædibus reficiundis cum eodem Aquilio, hic noster Honoris, ille (Aquilius, uti quoque est in nummis) Virtutis caput expressit, cum utriusque Templa juxta ædificata sciamus, vel potius, quod *Dio* affirmat Lib. XIV. *Festum, quod Virtuti & Honori celebrabatur in eam diem, qua postea actum est, transtulit.* Sistunt hunc nummum aureum *C. Patinus* in Nummis *Consularibus* omissis, N. 5. p. 312. *Joh. Valens* in Nummis *Consul.* in *Fam. Durmia* T. LIX. N. 4. p. 402. *A. Morellius* in Nummis *Consul.* in *Fam. Durmia* N. V. *Com. Mediobarbus* p. 28.

N U M. 29.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum lævam versus, uti Tab. III. N. 99.

OB CIVIS SERVATOS. Corona civica sive quernea.

Ad nauseam jam inculcavimus, quam ob rem corona civica Augusto fuerit toties decreta, nempe quod perpetuus civium esset Servator, quoniam illa dabatur saltem illi, qui civem servasset, de quo multi non solum in præcedentibus nummis, sed & supra jam ad Tab. III. N. 81. & Tab. IV. N. 112. fuimus. Offerunt & hunc nummum aureum *H Goltzius* in *Augusto* Tab. LIX. N. 11. *Paulus Pedrusius* in *Museo Farnesiano* T. II. N. 11. *Jac. Biæus* Tab. XVI. N. 9. *A. Rubenius* in Num. *Arschot.* T. XVI. N. 9.

N U M. 30.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum, dexteram versus, uti Tab. III. N. 94.

Senatus PopulusQue Romanus. Aquila alis expansis insistens coronæ civicæ sive querneæ, seu potius eandem unguibus tenens ac ferens.

Magnus satis est numerus nummorum aureorum, qui honorem Augusto in Consulatu exhibitum Anno $\left(\frac{726}{27}\right)$ ebuccinant, nempe positas ante Regiam duas laurus & in medio querneam. Hanc toties jam contemplati sumus, ut de ea plura dicere non attineat. Monemus saltem, eam quam seorsim exhibitam vidimus, heic aquilam ferre, communissimum Imperatorum & Imperii symbolum, & querneam ipsi datam fuisse à Senatu ob cives sub imperio suo servatos. Exhibet hunc nummum aureum *H. Goltzius* Tab. LVII N. 10. *A. Rubenius* in Nummis *Arschot.* Tab. XV. N. 17. *Jac. Biæus* Tab. XV. N. 17. *Comes Mediobarbus* p. 28.

N U M. 31. & 32.

CAESAR COnSul VII. (septimum) CIVIBUS SERVATEIS. Caput Augusti nudum lævam versus, uti heic & in Goltzii Augusto T. VII. N. 83.

vel

CAESAR COnSul VII. (septimum) CIVIBUS SERVATEIS. Caput Augusti corona quernea redimitum, uti supra Tab. V. N. 175. & in Goltzii Aug. T. VII. N. 84.

AUGUSTUS. Aquila expansis alis unguibus ferens coronam civicam, intra duos lauri ramos, adjecta ad utrumque latus Senatus Consulti nota.

Nihil heic deest, quod ad nummi explicationem possis modo requirere. Adest Consulatus VII. ne nos lateat Anno $\left(\frac{726}{27}\right)$ uti præcedentes hujus generis, fuisse signatum. Adjectum & AUGUSTI elogium, quod eodem anno impetraverat Augustus capite ipsius, in una antica quernea corona quo-

que redimito. Impressa est *corona quernea* cum duobus *lauri ramis*, & consueta formula: *CIVIBUS SERVATEIS, causam honoris hujus indicante, eodem tempore à Senatu (quod Senatus Consulti nota, ad utrumque latus addita, indicat) ipsi concessa, uti ex præcedentibus satis constat, ut plane plus lucis desiderare haud possis.* Communicant præterea eundem aureum rarum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LVII. N. 3. *Joh. Valens* in rarioribus aureis edit. vet. p. 17. *A. Rubenius* in Num. *Arschot.* T. XV. N. 10. *Jac. Biæus* Tab. XV. N. 10. *J. Oiselius* in *Thes.* Tab. XCII. N. 11. *Udanus* in P. R. Tab. XCV. N. 21. Hodieque tum in *Versaliensi* tum *Schwartzburgico Thesauro* visitur.

NUM. 33. & 34.

AUGUSTUS DIVI Filius COnSul VII. (septimum) CIVIBUS SERVMTEIS. Caput Augusti laureatum lævam versus.

Aquila expansis alis coronam quernam, in qua Senatus Consulti nota est expressa, ferens, adjectis ab utroque latere duobus lauri ramis.

Hoc nummo denuo insigniter firmatur, quod ad præcedentem jam diximus. Idem typus, eædemque inscriptiones, nisi quod heic AUGUSTI vox in antica legatur, quæ in præcedenti in postica occurrit, Augustique Caput corona querna redimitum videamus, quod nudum in præcedenti conspeximus, & S. C. nota intra coronam quernam conspiciatur, quæ in antecedente extra illam comparet. *H. Goltzius* nostrum hunc nummum ob anticam & Consulatum VII. & AUGUSTI compellationem exhibentem ad annum V. C. 726. retulit, quo nempe Consulatum suum VII. cum *M. Agrippa* egit, de quo supra satis ad hoc Caput. Vides ergo duas laurus, media querna corona, quas toties ex *Plinio*, *Dione*, *Ovidio* descripsimus. *Imò diu post memoria ipsarum videtur viguisse.* Siquidem *Fasti Siculi* sub *Consulatu Valentiniani* & *Anthemii*: Τούτῳ τῷ ἔτει ἐσφάγη Οὐαλεντινιανὸς Αὔγουστος ἐν Ῥώμῃ μέσον τῶν δαφνῶν. *Duoque alii erant loci Romæ, aut extra Romam, inter duas lauros dicti, unus via Latina, alter via Labicana*, de quibus videatur *Bosius* in Rom. Subterran. Lib. III. Vulgarunt jam hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LVII. N. 1. Idemque in *Fastis* p. 205. *A. Rubenius* in *Arschot.* Tab. XV. N. 9. *J. Biæus* Tab. XV. N. 9. *C. Mediobarbus* p. 27.

NUM. 35.

CAESAR DIVI Filius PATer PAtriæ. Caput Augusti.

VOTA PUBLICA. Imperator togatus cum patera in dextera super tripodem sacrificans, adstantibus camillo & tibicinibus canentibus, itemque victimario, taurum securi percutiente.

Ex antica satis liquet, cur hoc sacrum peragat Augustus, in Nummo eleganter expressum, nempe ob decretum à Senatu populoque Romanô per *Valerium Messalam* PATRIS PATRIAE cognomen, quo VOTA PUBLICA collimare persuasus erat Augustus, de quo multa satis supra nos ad Tab. II. N. 61. attulisse jam meminimus. *Comes Mediobarbus* eundem ad A. U. C. 730. retulit, quo Augustus Consul. X. cum *Norbano Flacco* fuit. *Pighius* T. III. p. 530. observavit, Augusto, Anno 724. sub Consulatu suo V. *jam fuisse concessum, ut VOTIS non solum PUBLICIS, sed etiam PRIVATIS pro ejus salute libaretur; VOTA SEORSIM pro EODEM CONCIPERENTUR, sed in hoc nummo ipse sacra facere videtur, rerum jam potitus, & VOTIS PUBLICIS comitatus, quod magnæ autoritatis titulum PATRIS PATRIAE scilicet consecutus nunc demum fuerit.* Sistunt hunc Nummum aureum eximiæ raritatis *Joh. Valens* in Nummis rar. aureis pag. 41. edit. recentiss. & veter. p. 21. *Comes Mediobarbus* p. 21. ex *Valentis* 1. editione eundem referens, qui eum ex *Cimeliarchio illustrissimi Harlæi* produxit, hodieque in *Thesauro* est *Versaliensi*.

NUM. 36.

IMPeratori CAESARI Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum lævam versus, uti Tab. II. N. 47.

VOTo Publice SUSCepto PRO SALute ET REDitu Jovi Optimo Maximo SACrum. Mars stans nudus ac galeatus, sinistram respiciens, dextrâ labarum sive vexillum, lævâ parazonium tenet.

Præcedenti jam N. diximus, Augusto Consuli V. jam A. C. 724. concessum fuisse, ut in votis non solum Publicis, sed etiam privatis, pro ejus salute libaretur; quod & insuper VOTA pro ejus incolumitate, salute & reditu conciperentur, evidentissimum rei documentum nummus noster suppeditat. Rei votorum dicebantur, qui solvebant obtentis, quæ petebantur. Suscipiebant autem non solum vota, sed etiam nuncupabant, & signabant. Inscribebant votum chartæ, vel ceræ quam affigebant Deorum statuis, quibus nuncupabant vota sua. Vovebant autem Diis donaria, Templa, Ludos, sacrificia, & similia. Hinc legas apud Juvenalem *Satyr. X. 55.*

Propter quæ fas est genua incerare Deorum.

Et *Plinius* dilucidè omnem hunc morem edisserit Lib. X. Epist. 44. ad Trajanum: *C. Plinius Trajano: Solennia vota pro incolumitate tuâ, qua publica salus continetur, & suscipimus Domine, pariter & solvimus; precati Deos, ut velint ea semper solvi, semperque signari.* Cui statim Ep. XLV. respondet: *Trajanus Plinio s. Et solvisse vos cum provincialibus Diis immortalibus vota pro mea salute & incolumitate, & nuncupasse, libenter, mi Secunde charissime, cognovi ex literis tuis.* Et alio loco: *Vota, Domine, priorum annorum nuncupata, alacres lætique persolvimus, novaque rursus curante commilitonum, & Provincialium pietate, suscepimus, precati Deos, ut te Remque Publicam florentem & incolumem ea benignitate servarent.* Itemque *Martialis* Lib. VIII. Ep. 4.

Quantus

Quantus Io Latias mundi conventus ad aras
Suscipit, & solvit pro Duce vota suo.

Hinc ipse Augustus in proximum lustrum vota nuncupare nolebat, quæ non solvi à se posse, sibi persuaserat, quod totidem verbis testatur *Suetonius* in *Augusto* Cap. XCVII: *Quo animadverso, vota quæ in proximum lustrum suscipi mos est, Collegam suum, Tiberium, nuncupare jussit; nam se, quanquam conscriptis paratisque tabulis, negavit suscepturum, quæ non esset soluturus.* Solebant solennitate publica solvi vota ad III. Non. Januarias & in proximum suscipi nuncuparive, docente id disertè Cajo J. C.: *Post Kalendas Januarias tertio die pro salute Principis vota suscipiuntur.* Idem confirmat *Capitolinus* in Pertinace: *Denique ante tertium Nonarum diem votis ipsis, milites Maternum Lascivium Senatorem nobilem ducere in castra voluerunt*; Itemque *Plutarchus* de natali *Ciceronis* scribens: *Editum in lucem ferunt Ciceronem tertio die Calendarum novarum (seu post diem tertium Kalendarum) quo NUNC Magistratus pro Principe Vota nuncupant & sacrificant.* Hujusque rei, ut probe observavit hoc *Johannes Massonius* in *Plinii* vita p. 145. clarissimum testimonium votorum ad III. Non. Jan. nuncupatorum est apud *Cl. Phil. de Torre* in suo de *Monumentis* veteris *Antii* Libro. Heic apud *Martem* (militem *Comes Mediobarbus* minime recte ex nummo vocat) S. P. Q. R. vota suscepisse videtur, ut Augustus in bellum proficiscens, & nunc cum morbo conflictans salvus redeat, de quo multi omnino in sequentibus erimus. In casu ablativo singularis literas initiales interpretari magis placuit, quam in casu nominativo pluralis, quod *Albertum Rubenium* fecisse vidimus in Notis Numismatum integre repræsentatis & Commentario suo in *Croyjaci Ducis* Numismata præfixo, ubi legas: VOT. P. S. SC. PRO SAL. ET RED. CAES. *Vota publice suscepta pro salute & reditu Cæsaris*, quod constructioni magis convenire videatur, tùm & aliis hæc lectio probata magis fuerit. Communicant aliàs hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLVII. N. 1. *A. Rubenius* in *Arschot.* Tab. X. N. 14. *Jac. Biæus* T. X. N. 14. *Comes Mediobarbus* p. 31.

Num. 37.

CAESARI AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 91.

vel

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 99.

vel

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti.

IMPeratori CAESARI Senatus PopulusQue Romanus.

VOTo Publicè SUSCepto PRO SALute ET REDitu Jovi Optimo Maximo SACRum. Mars stans nudus ac galeatus dextram versus respiciens, dexterâ labarum, sive vexillum, læva parazonium tenet.

Paucis admodum noster à præcedenti differt, alio scilicet perigraphes situ, & quod Mars heic dextrorsum, illic sinistrorsum respiciat. Videtur votum à Senatu Populoque Romano susceptum ob Augusti morbum, quo A. $\left(\frac{730}{31}\right)$ decubuit *Consulem agens* XI. cum *Calpurnio Pisone*, de quo *Dio* Lib. LIII. p. 517: Ὁ δ' Αὔγουστος, ἑνδέκατον μετὰ Καλπουρνίου Πείσωνος ἄρξας, ἠῤῥώστησεν αὖθις, ὥστε μηδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας σχεῖν. *Augustus XI. Consul cum Calpurnio Pisone, adeo gravi morbo decubuit, ut nulla salutis spes adesset.* Docet verò & mox, quomodo sanitati fuerit restitutus, scribens: *Antonius verò Musa, quum nihil Augustus eorum, quæ maximè ad sanationem opus erant, posset facere, lavacris frigidis, frigidisque potionibus eum sanitati restituit: quam ob rem etiam pecunia ei ab Augusto & Senatu multa, ususque annuli aurei datus est, immunitasque non ipsi modo, sed omnibus eandem artem exercentibus in posterum quoque tempus concessa.* Sed & præcedenti anno $\left(\frac{729}{30}\right)$ Consulem X. agens *ægrotavit absens*, quod rectè *Dio* adnotavit Lib. LIII. p. 515. Ἐκ δὲ τούτου δέκατον ὁ Αὔγουστος μετὰ Γαΐου Νωρβανοῦ ἦρξε, καὶ ἔν τε τῇ νουμηνίᾳ ὅρκους ἡ βουλὴ, βεβαιοῦσα τὰς πράξεις αὐτοῦ ἐποιήσατο· καὶ ἐπειδὴ πλησιάζειν τε ἤδη τῇ πόλει ἠγγέλθη, (ὑπὸ γὰρ τῆς ἀῤῥωστίας ἐχρόνισε). *Augusto X. C. Norbano Coss. Kalendis Januariis Senatus juramento confirmavit, se ejus acta approbare: quumque JAM URBI APPROPINQUARE diceretur (nam propter MORBUM DIUTIUS ABFUERAT)* Penitus mox p. 516. scribens: Ἀφικομένῳ δ' ἐς τὴν Ῥώμην, ἄλλα τινὰ ἐπί τε τῇ σωτηρίᾳ καὶ ἐπὶ τῇ ἀνακομιδῇ αὐτοῦ ἐγένετο. *Posteaquam in urbem advenit, ALIA PRO SALUTE ET REDITU ACTA. Ibi clarè videmus & conflictatum ipsum fuisse Anno* $\left(\frac{729}{30}\right)$ *cum morbo gravi & diutino absentem, & de salute & reditu Vota suscepisse Senatum Populumque Romanum*, cujus rei evidentissimo documento noster rursus heic est Nummus. Suggerunt hunc nummum præstantiorem aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLVII. N. 3. *Joh. Valens* in rarior. aureis edit. recentiss. p. 41. & veteris seu primæ p. 22. ex *Cimelio Ducis Vernolii Comes Mediobarbus* ex *Caroli Tortæ*, Universit. Patav. Cancellarii *J. C. Bonon. Musæo* p. 31. *Anton Zantanus* in aureis Tab. BBB. I. N. 1. *Æneas Vicus* in aureis N. 1. hodieque pars est tùm *Thesauri Regii Versaliensis*, tùm *Schwartzburgici.*

Num. 38.

AUGUSTus PONtifex MAXimus TRibunicia POTestate XXX. (trigesima) COnSul XIII. (decimum tertium) IMPerator XV. decimum quintum) Pater Patriæ. Caput Augusti nudum, dexteram versus, uti Tab. VII. N. 231.

VOTo Publicè SUSCepto PRO SALute ET REDitu Jovi Optimo Maximo SACRum, in corona quernea, seu civica.

Eandem licet Inscriptionem postica præferat, ad eundem verò annum cum præcedente hunc referre, antica negat, quippe quæ hunc nummum Anno 759. sub *A. Licinio Nerva Silano & Q. Cæcilio Metello Cretico* Consulibus signatum fuisse docet, quo ipso ingens fames urbem adorta est, & quinquagesima ex mancipiorum pretio instituta ab Augusto ad belli necessaria & nocturnos vigiles alendos. Hoc & sequentibus annis & præprimis $\left(\frac{760}{61}\right)$ vota

vota fuisse nuncupata fidem faciunt verba *Dionis* Libr. LV. p. 571. Πρὸς μὲν τοι τὰς τῶν πολέμων διαχειρίσεις οὕτως ἔρρωτο, ὥσθ' ἵν' ἐγγύθεν καὶ ἐπὶ τοῖς Δαλμάταις καὶ ἐπὶ τοῖς Παννονίοις πᾶν ὅ, τι χρὴ συμβουλεύειν ἔχῃ, πρὸς Ἀρίμινον ἐξώρμησε· καὶ ἐπί τε τῇ ἐξόδῳ αὐτοῦ εὐχαὶ ἐγένοντο, καὶ ἐπὶ τῇ ἐπανόδῳ αἱ θυσίαι, ὥσπερ ἐκ πολεμίας τινὸς ἀνακομισθέντος, ἐπετελέσθησαν, ταῦτα μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπράχθη. *Ad bellorum verò administrationem ita intentus fuit, ut quo propius, quæ in Pannonia & Dalmatia gerenda essent, subinde monere posset, ARIMINUM se contulerit. In EJUS ab URBE EXITU VOTA NUNCUPATA, ac REDEUNTE SACRIFICATUM TANQUAM SI EX HOSTICO REDIISSET.* Vulgarunt jam hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLVII. N. 4. & in *Fastis Consularibus* pag. 227. N. 3. atque *Comes Mediobarbus* p. 41.

Num. 39.

Caput Augusti corona quernea redimitum, lævam versus, uti Tab. III. N. 81.

Non mirum est, nos frequentius vota in nummis quoque suscepta deprehendere, cum constet, singulis propemodum annis id fuisse factum, docente hoc nos *Andrea Schotto* Observat. Phil. Lib. V. C. 31. & *Joh. Ph. Thomasino* Libro de Donariis & Tabellis votivis Cap. XIX. *En coronam querneam pro salute Augusti Jovi suspensam! Votis publicis signatam!* Legitor *Hemelarius* p. 12: *JOVI VOTIS SUSCEPTIS PRO SALUTE CAESARIS AUGUSTI SENATUS POPULUSQUE ROMANUS.* Nobis prior lectio placet. Itemque *Suetonio* Cap. LVII: *Omnes Ordines in lacum Curtii quotannis EX VOTO PRO SALUTE EJUS STIPEM JACEBANT; Item Kalendis Januariis strenam in Capitolio etiam absenti &c.* Et *Dio* Lib. XLVIII. *In itinere ac navigatione Cæsarem morbus tanta vi afflixit, ut iis, qui Romæ erant, mortis quoque suæ opinionem præberet: sed existimantes eum non tam infirmitate detentum, quam mali aliquid molientem moras nectere, sibi omnia quæ possent accidere mala præsagiebant: quamvis & absenti, cum alios qui solent victoribus honores decrevissent, tum ut quotannis supplicationes ejus nomine haberentur.* Novimus præterea non una vice ægrotasse Augustum, & præcipue in Consulatu XI. Anno $\left(\frac{730}{31}\right)$. De quo nos egisse N. 37. meminimus. *Plinii* verba huc pertinentia supra audivimus ex Lib. X. Epist. 44. ad Trajanum: *Solemnia VOTA pro INCOLUMITATE TUA, qua publica Salus continetur, & SUSCIPIMUS, Domine, pariter & SOLVIMUS, precati Deos, ut velint ea semper SOLVI, semperque SIGNARI.* Ludos etiam votivos pro salute Divi Augusti *C. Poppæo* & *Q. Sulpicio* Coss. (A. 762.) instituisse, refert *Plinius* Lib. VII. C. 48. *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLVII. N. 6. *A. Rubenius* in *Arschotan.* Tab. XII. N. 21. *Jac. Biæus* Tab. XII. N. 21. *Jac. Oiselius* Tab. XCIV. N. 12. *Udanus* in P. R. Tab. CX. N. 12. p. 475. *J. Hemelarius* T. III. N. 5. p. 12. *Comes Mediobarbus* p. 31.

Num. 40.

Caput Augusti juvenile nudum, lævam versus, uti Tab. I. N. 1.

vel

Caput Augusti juvenile nudum, dexteram versus, uti Tab. I. N. 2.

Jovi Optimo Maximo Senatus PopulusQue Romanus Vota Suscepit PRo Salute Imperatoris CAEsaris QUOD PER EUm Res Publica IN AMPliore ATQue TRANquilliore Statu Est, in corona querna seu civica.

Nonnius hoc monumentum legit: *Jovi Optimo Maximo S P Q R Votis Susceptis PRo Salute Imperatoris Cæsaris &c.* Jac. Oiselius p. 167. *Jovi Optimo Maximo S. P. Q. R. Vota Solvit PRo Salute Imperatoris Cæsaris.* Paulus Pedrusius p. 26. explicat *VOTUM SOLVIT.*

Videntur omnino vota nostra respicere verba *Suetonii* Cap. XXIII. quæ sequuntur post cladem *Varianam*: *Vovit & magnos Jovi Opt. Maximo, SI REMPUBLICAM IN MELIOREM STATUM VERTISSET*: quod factum *Cimbrico Marsicoque* bello erat. Sed cur quernea corona aurea? sine dubio prudentissimus Scriptor causas congesti auri in Capitolio his prodit: *Inque eam prædam etiam Di cessere spoliatis in Urbe templis, egestoque auro, quod TRIUMPHIS, quod VOTIS omnis P. R. ætas PROSPERE aut METU sacraverat.* Novimus vero votum Augusti non solum ex nummo sed & aliunde: *Ita mihi salvam ac sospitam Rempublicam sistere in sua sede liceat, atque ejus rei fructum percipere, quem peto, ut optimi status autor dicar, & moriens ut feram mecum spem mansura in vestigio suo fundamenta. Suetonio* teste Cap. XXVIII. Videturque omnino nummum hunc signasse post Victoriam Actiacam & Jani Templum ab Augusto clusum, quod facies Augusti juvenilis concedit facile, *Morellius* ad Augusti Consulatum VII. Annum 727. retulit, sed nobis adhuc paullo prius videtur cusus, ex facie Augusti, quam ætate florentem, præfert. Atque hunc à Jove donatum Augusto Reipublicæ statum deprædicat *Philo Judæus* in Legatione ad *Cajum*: Nam, juxta illum, hic est ille Cæsar, qui, depulsis procellis undequaque ingruentibus, serenitatem Orbi restituit, qui calamitatibus publicis tùm Græcarum, tùm Barbararum gentium, attulit remedia; quæ exortæ ab Oriente ac Meridie percurrerunt usque Occidentem & Septentrionem, intermediis terris omni malorum genere repletis: Hic est ille, qui solus provincias, quotquot sint, exemit vinculis: Hic est ille, qui & aperta bella sustulit & occulta latrocinia: Hic est ille, qui mare vacuatum navibus piraticis reddidit plenum onerariis: Hic civitates universas libertate donavit, res perturbatas reduxit ad certum ordinem. Sistunt aliàs hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLVII. N. 2. *A. Rubenius* in Nummis *Arschot.* Tab. XIV. N. 18. *J. Biæus* Tab. XIV. N. 18. *Jac. Oiselius* Tab. XXXVI. N. 7. 167. *Joach. Udanus* de P. R. Tab. XXXIX. N. 7. p. 196. *Paul. Pedrusius* in *Museo Farnesiano* Tab. II. N. 3. ubi tamen literæ Inscriptionis male distinctæ deprehenduntur, v. g. P. R. loco PRo P. I. R. loco PER E. V. loco EVm &c.

TA-

TABULA XI.

ADHUC EXHIBENS

NUMMOS AUREOS CAESARIS AUGUSTI.

NUM. 1.

Caput Augusti corona quernea redimitum lævam versus, uti Tab. III. N. 81.

vel

Caput Augusti corona quernea ornatum, dexteram versus, uti Tab. III. N. 82.

FORTunæ REDuci CAESaris AUGusti Senatus PopulusQue Romanus, vel, uti forte rectius legitur: *FORTunæ REDuci CAESari AUGusto, aræ inscriptum, cui duo delphini incumbunt.*

Aram votivam, *Fortunæ reduci* positam, conspicimus, quales olim *consecrari* in more erat positum *Romanis*, sicuti & eadem *Fortuna redux templa* habebat *Romæ*, testante *Martiali* Lib. VII.

> *Hic ubi Fortunæ Reduci fulgentia late*
> *Templa nitent.*

Ob *Ducum ex bello reditum*, & *Fortunæ Reduci Templa exstructa fuisse*, *Claudianus* diserte docet:

> *Aurea Fortunæ Reduci si templa priores*
> *Ob reditum vovere Ducum, non dignius unquam*
> *Hæc Dea pro meritis amplas sibi posceret ædes.*

Ad *Augustum* vero, ut rem applicemus, eum diu *bello Cantabrico* abfuisse certum est. Concessisse verò & *Augustum* A. $\left(\frac{734}{35}\right)$ cum ex *Asia* & *Syria* rediisset, Consulibus *Q. Lucretio Vespillone* & *C. Sentio Saturnino*, ut *talis* ipsi *ara* in suum honorem à Senatu Populoque Romano consecraretur, testem habemus *Dionem* Libro LIV. p. 527: Καὶ αὐτῷ ἐπί τε τούτοις καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ πραχθεῖσι, πολλὰ καὶ παντοῖα ἐψηφίσθη· ὧν οὐδὲν προσήκατο, πλὴν τύχῃ τε ἐπαναγώγῳ (οὕτω γάρ πως αὐτὴν ἐκάλεσαν) βωμὸν ἱδρυθῆναι· καὶ τὴν ἡμέραν, ἣν ἀφίξοιτο, ἔν τε ταῖς ἱερομηνίαις ἀριθμεῖσθαι, καὶ Αὐγουστάλια ὀνομάζεσθαι. *OB REDITUM EJUS, atque ob illa, quæ absens gessisset, multa ac varia in honorem ejus decreta sunt; quorum ille nihil accepit, nisi quod FORTUNAE REDUCI ARAM CONSECRARI, diemque sui reditus inter ferias referri, & AUGUSTALIA dici, passus est.* Errat proinde *Jacobus Oiselius*, qui *hanc aram* à Senatu Populoque exstructam existimat in *honorem Augusti*, cum, *debellato apud Actium Antonio*, rebusque Gallicis, Germanicis & Hispanicis omnibus feliciter confectis, *Romam rediret*; cum hoc *diu* & duodecim annos *post*, uti diximus, potius ipsi contigerit. Minusque recte *Mediobarbus* pro *ara Cippum* in descriptione hujus nummi reponit. Exhibent hunc nummum *aureum H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLVII. N. 7. *A. Rubenius* in *Nummis Arschot.* Tab. X. N. 15. *Jac. Biæus* Tab. X. N. 15. *Comes Mediobarbus* p. 35. *Jacobus Oiselius* in *Thes. Numism.* p. 325. Tab. LIII. N. 9. *Joachimus Oudanus* in *Roomsche Mogentheid* p. 277. T. LVI. N. 9. Hodieque pars est *Thesauri Versaliensis*.

NUM. 2.

Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. III. N. 83.

FORTunæ REDUCI. CAESari AUGUSTo Senatus PopulusQue Romanus, in ara votiva, cui duo delphini incumbunt.

Dubium non est, quin eadem *ara votiva* Anno $\left(\frac{734}{35}\right)$ fuerit constructa post reditum *Augusti* ex *Asia*, cum *forma à præcedenti non differat*, *voces* verò paulo *pleniores* exhibeat. Refert equidem *Dio* Lib. LIV. p. 539. *Senatum* A. $\left(\frac{740}{41}\right)$ *convenisse*, *ac statuisse inter alia*, *ARAM in ipsa curia pro REDITU AUGUSTI CONSECRARE*, (ἥ τε γὰρ βουλὴ ἠθροίσθη, καὶ ἔδοξε σφίσιν ἄλλα τε καὶ βωμὸν ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ ὑπὲρ τῆς τοῦ Αὐγούστου ἐπανόδου ποιήσασθαι) sed addit: *tunc illud Augustum non accepisse.* Hodieque hic aureus in *Thesauro Versaliensi* delitescit.

NUM. 3.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti corona radiata ornatum, lævam versus, uti Tab. VII. N. 247.

HISPANIA. Hispania muliebri figura & militari habitu succincta, stans terræ suæ propria tenet, uti infra in Galbæ nummo, dextera nempe duas spicas, sinistra bina tela sive gæsa & clypeum parvum sive cetram.

Spicas, quando in dextera Hispaniæ, & bina tela, clypeumque in sinistra contemplamur, eo

 ipso

ipſo non aliud voluere indicare, quam Hiſpaniam & frugibus feraciſſimam, & populis maximè bellacem ſemper fuiſſe. Prius, nempe frugum ubertatem *Plinius*, *Solinus* & alii ſatis deprædicant. Tela verò illa Gæſa vocantur. Hinc *Strabo* Libro III. de *Luſitanis:* ἀκόντια δ' ἕκαστος πλείω ἔχει. *Quod typum noſtræ Hiſpaniæ illuſtrat egregie.* Ab Hiſpanis ſiquidem & non à Gallis Gæſa ſibi ſumſerunt Romani. Confer *Iſaacum Caſaubonum* ad *Strabonem.* Imò, ut *Reſendius* Antiquit. *Luſitanic.* Lib. I. notat, *Callaicorum & Bracarorum etiam nunc plerique, cum ad agros egrediuntur, bina jacula ſecum ferunt.* Hoc tamen ex antica datur colligere, Hiſpaniam poſt obitum Auguſti in perpetuam gratamque ſummi Imperatoris memoriam hunc nummum voluiſſe ſignatum, qui antea eam non ſolum in diviſione Imperii cum *Antonio* acceperat (teſte *Eutropio* in *Breviario* ad *Valentem* ſcribente: *Sic inter eos diviſa eſt reſpublica, ut Auguſtus HISPANIAS, Gallias, Italiam teneret; Antonius Aſiam, Pontum, Orientem*) ſed & ſubegerat, referente hoc nobis *L. Floro* L. IV. C. 12: *Sub occaſu pacata fere erat OMNIS HISPANIA, niſi quam Pyrenæi deſinentis ſcopulis inhærentem citerior alluebat Oceanus. Hic duæ validiſſimæ Gentes, Cantabri & Aſtures immunes Imperii agitabant. Cantabrorum & prior & altior, & magis pertinax in rebellando animus fuit: qui non contenti libertatem ſuam defendere, proximis etiam imperitare; Vaccæosque & Curgonios & Autrigonas crebris incurſionibus fatigabant. In hos igitur quia vehementius agere nuntiabantur, non mandata expeditio, ſed ſumpta eſt. Ipſe venit Segiſamam, caſtra poſuit: inde partito exercitu, totam inde jam complexus Cantabriam, efferam gentem ritu ferarum quaſi indagine debellabat. Nec ab Oceano quies, cum infeſta claſſe ipſa quoque terga hoſtium cæderentur. Primum adverſus Cantabros ſub mœnibus Belgicæ præliatus eſt. Hinc fuga in eminentiſſimum Vindium montem, quem maria prius Oceani, quam arma Romana aſcenſura eſſe crediderant. Tertio Aracillum oppidum magna vi repugnat: captum tamen poſtremo fuit in Edulii montis obſidione, quem perpetua XV. millium foſſa comprehenſum cinxit, undique ſimul adeunte Romano. — Hæc per Antiſtium, Furnium, Agrippam Legatos, hibernans in Tarraconis maritimis Cæſar accepit. Ipſe præſens hos deduxit montibus, hos obſidibus obſtrinxit, hos ſub corona jure belli venum dedit. Digna res lauro, digna curru Senatui viſa eſt. Et jam Cæſar tantus erat, ut poſſet Triumphos contemnere. Poſtea capta Lancia Urbe, hic finis Auguſto bellicorum certaminum fuit: idem rebellandi finis HISPANIAE. Certa mox fides, & ÆTERNA PAX cum ipſorum ingenio in pacis partes promptiore, tum conſilio Cæſaris.* Hucusque *Florus.* Ex quo & *Eutropius* in ſua Hiſtoria Romana ſub Auguſto repetit, qui Annum non ſolum addit cœpti hujus belli, ſcribens *Anno ab V. C. 726. Imperatore Auguſto Cæſare ſexies & bis M. Agrippa Coſſ. Cæſar parum in HISPANIA per ducentos annos actum intelligens, ſi Cantabros atque Aſtures, duas fortiſſimas gentes Hiſpaniæ, ſuis uti legibus ſineret, aperuit Jani portas atque in HISPANIAS IPSE cum exercitu PROFECTUS EST*; ſed & finem hiſce p. m. 96. ſubjicit: *Cantabrico bello per quinque annos acto, totaque HISPANIA in æternam pacem cum quadam reſpiratione laſſitudinis reclinata ac repoſita, Cæſar Romam rediit.* Sed Triumphos ex Hiſpania contemnenti, & æternam pacem cum Hiſpania condenti ære perennius monumentum Hiſpania ſubacta per nummum noſtrum poſt fata poſuit, erexit in perpetuam animi gratitudinem! Communicat aliàs hunc nummum aureum rarum *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XXXIII. N. 5. p. 58. *A. Rubenius* in Nummis *Arſchot.* Tab. XII. N. 20. p. 22. *Jac. Biæus* Tab. XII. N. 20. *Jac. Oiſelius* in *Theſ. Numiſm.* T. XXX. N. 7. p. 131. *Joach. Udanus* in P. R. T. XXXIII. N. 7. p. 151. *Valens* in rar. aureis edit. primæ p. 11. ex *Cimeliarchio Illuſtriſſ. Harlæi.* Hodieque pars eſt *Theſauri Verſalienſis & Schwartzburgici,*

NUM. 4.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Auguſti laureatum lævam verſus, uti Tab. III. N. 96.

vel

CAESAR AUGUSTUS. Caput Auguſti nudum lævam verſus, uti Tab. III. N. 99.

JOVi TONanti. Jupiter nudus ſtans in area templi hexaſtyli, dextera fulmen, ſiniſtra haſtam puram tenet.

Res tritiſſima eſt, *Auguſtum,* in *grati animi memoriam*, *Jovi Tonanti*, qui heic in *Templo hexaſtylo ſuo nudus* ſtat, dextrâ *fulmen*, [1] ſiniſtrâ *haſtam puram*, & non *ſceptrum*, uti *Oiſelius* p. 157. vult, tenens, non aliter ac illum deſcribit *Virgilius* Georg. L. I. v. 328:

> *Ipſe pater, media nimborum in nocte, coruſca*
> *Fulmina molitur dextra* —— ——

Templum *Romæ in Capitolio* Anno $\left(\frac{1}{732}\right)$ Conſulibus *M. Claudio Marcello Æſernino* & *L. Aruncio* [2] exædificaſſe, cum in *expeditione Cantabrica nocturno tempore fulgur lecticam ſuam tetigiſſet, ſervumque prælucentem ſimul exanimaſſet.* Rem nobis omnem exponit *Suetonius*, Cap. XXIX. ſcribens: *Publica opera plurima exſtruxit, ex quibus vel præcipua, Forum cum æde Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, AEDEM TONANTIS JOVIS in CAPITOLIO.* Et ipſe *Auguſtus* in *fragmento Ancyrano*, breviarium ejus imperii exhibente: AEDES IN CAPITOLIO JOVIS FERETRII ET JOVIS TONANTIS . . . . FECI; tum paulo poſt cauſam addens eodem Capite XXIX: TONANTI JOVI ÆDEM CONSECRAVIT *liberatus periculo, cum, expeditione Cantabrica, per nocturnum iter, lecticam ejus fulgur perſtrinxiſſet, ſervumque prælucentem exanimaſſet.* Unde & erat, quod tonitrua præter modum, & nimis, quàm decebat, expaveſceret, tradente id rurſus nobis *Suetonio* Cap. XC: *Tonitrua & fulgura paullo infirmius expaveſcebat: ut ſemper, & ubique pellem vituli marini circumferret pro remedio: atque ad omnem majoris tempeſtatis ſuſpicionem in abditum & concameratum locum ſe reciperet, conſternatus olim per nocturnum iter tranſcurſu fulguris, ut ſupra diximus.* Et rurſus *hujus Ædis, Tonanti Jovi* excitatæ, memi-

(1) Ejusmodi *Jovis Tonantis* ſignum vide in *Wildii* ſignis Antiquis N. XXVII.

(2) Vide *Pighii* Annalium T. III. p. 515.

meminit Cap. XCI. quando *querelam ridiculam propè* hujusdem *Jovis Capitolini*, Augusto per quietem visi, cum ejusdem responso refert: *Cum dedicatam in Capitolio Ædem TONANTI JOVI assiduè frequentaret, somniavit, queri Capitolinum Jovem, cultores sibi abduci, seque respondisse: TONANTEM pro JANITORE ei appositum, ideoque mox tintinnabulis fastigium Ædis redimivit, quod ea fere januis dependebant.* Quod *Dio* Lib. LIV. p. 523. paullo explicatius tradit, & ipso *consecrationis* sacro *multa tonitrua* quoque exaudita fuisse, scribit, quasi hoc *Augustale opus* TONANS & FULGURANS JUPITER ipse *inauguratum vellet*, rationemque addit, cur *fastigium* habuerit *tintinnabulis* redimitum: καὶ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ βροντῶντος ἐπικαλουμένου ναὸν καθιέρωσε. *JOVIS etiam TONANTIS TEMPLUM dedicavit.* Pergit ibidem: *De qua re duo hæc commemorantur, & IN IPSO TUNC SACRIFICIO TONITRUA ACCIDISSE, & somnium deinde Augusto tale oblatum. Quum propter NOMINIS ac FORMÆ ejus JOVIS novitatem, & quod ab AUGUSTO IS CONSECRATUS esset, maximè autem, quòd adscendentes in Capitolium, ad eum primo perveniebant, ab omnibus JUPITER TONANS frequentaretur ac coleretur: imaginatus est in somnis Augustus, JOVEM CAPITOLINUM secum expostulare, quod secundo jam ipse loco haberetur; seque respondisse, EXCUBITOREM hunc TONANTEM EI CAPITOLINO à se esse positum: ideoque orta die, TINTINNABULUM JOVI TONANTI appendit, somnii confirmandi causa. His enim tintinnabulis janitores nocturni utuntur, ut, si quid usus sit, significare possint.* Videtur & *Horatius* Lib. III. Carminum, Oda V. ad hunc Jovem alludere, Templo scilicet jam ipsi ab Augusto dedicato:

Cœlo tonantem credidimus Jovem
Regnare.

h. e. Credidimus *Jovis tonantis* Majestatem tua sub persona latere. Hicque Lib. I. Carmin. Od. 16. ab ipso nominatur:

— — tremendo
Jupiter ipse ruens tumultu.

Si verò quæramus, ubi *sita* fuerit hæc *Ædes* in *Capitolio*, respondet *Justus Rycquius* de *Capitolio* p. 335: " Ex opposito ejus Templi (*puta* Concor-
„ diæ) dextra è foro subeuntibus, Ædes erat
„ JOVIS TONANTIS, quem ideo (Augustus
„ ita somnians responderat) JOVI CAPITOLI-
„ NO Janitorem adposuisse, quia nimirum illinc
„ maximè adibatur. *Et p. 366:* Ædes JOVIS
„ TONANTIS, auctore atque opere inter Capi-
„ tolinas ferè nobilissima; (in clivo Capitolino,
„ secundum P. Victorem, abs D. Augusto con-
„ structa) dedicata legitur A. V. C. 631. (*repone*
„ 731.) Fannii Cæpionis & Murenæ Varronis con-
„ juratione in Augustum detecta. (3) Parietes in
„ Æde TONANTIS JOVIS solidis glebis mar-
„ moreis agnoscit Plinius, (4) cum necdum seca-
„ re marmora didicisset Italia. Signa etiam præ-
„ stantissima duo: JOVEM TONANTEM,
„ opus Leocræ, (5) ante cuncta laudabilem ex
„ ære Deliaco: & Dioscuros fratres, (6) item
„ æreos ab Hegia elaboratos, ante Ædem posi-
„ tos. Superant etiamnum ex illa Æde in CLIVO
„ CAPITOLINO tres ingentes & speciosissimæ
„ columnæ striati & pretiosissimi operis, ad fo-
„ rum descendentibus visendæ, sed incuria tem-
„ porum, atque injuria in terram nunc pænè de-
„ fossæ, in quarum Zophoro Albogalerus, sive
„ Apex Flaminis Dialis, secespita, malleus, se-
„ curis, aquiminarium, sive cantharus, capedun-
„ culus, aliaque Sacrorum instrumenta adhuc spe-
„ ctantur, summa elegantia & exquisitissimo ar-
„ tificio expressa. Cujus Zophori imaginem effe-
„ ctissimè elaboratum, quia amicus noster Philippus
„ Rubenius in Electis suis *Lib. II. C. 25.* nuper
„ publicavit, eo Lectorem meum volens remit-
„ tam." Hucusque *Rycquius.* Cui hoc saltem adjicimus, quod cum suo tempore, non nisi *tres columnæ* amplius superaverint de *ea Æde*, ex *nummo* tamen *nostro* clarissimè doceri posse, constitisse *eandem ex sex columnis*, quod soli eidem hodie deberi, grati profiteri omnino cogimur. Cæterum suppeditant hunc nummum aureum rariorem *H. Goltzius* Tab. LXXIII. N. 1. *J. Oisellus* in *Thes. Num.* Tab. XXXV. N. 5. p. 157. *Joach. Udanus* in P. R. T. XXXVIII. N. 5. p. 193. *A. Rubenius* in Nummis *Arschot.* Tab. XI. N. 3. ubi tamen *Jovi* in *dextera fulmen deest. Jac. Biæus* Tab. XI. N. 3. ubi rursus *fulmen in Jovis dextera* desideratur. *Joh. Hemelarius* Tab. II. N. 9. p. 9. *Joh. Valens* in Nummis rarioribus aureis recentiss. edit. p. 38. edit. primæ verò p. 20. ex Cimeliarchio Ducis *Vernolii. Comes Mediobarbus* p. 32; *Justus Rycquius* de Capitolio Romano p. 369. Hodieque pars est *Thesauri Versaliensis & Schwarzburgici.*

NUM. 5.

AUGUSTUS COnSul XI. (undecimùm): Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 197.

Senatus PopulusQue Romanus SIGNIS RECEPTis, in areâ arcus triumphalis, in cujus peristylio legitur: IMPerator IX. (nonum) TRibunicia POTestate V. (quinta) ac in ejus fastigio Augustus, lævâ tenens lauri ramum, in quadrigis triumphalibus conspicitur, constitutis ante arcum duobus signis militaribus.

Bello Cantabrico exacto, *Augustus*, cum in *Asiam* anno N. V. (7$\frac{33}{34}$), ante C. N. 19. Consulibus *M. Apulejo & P. Silio Nerva*, (7) ordinandarum provinciarum causa, trajecisset, *Phraates*, Parthorum Rex, metu plenus, ne bello ab *Augusto* peteretur, *quod nihil eorum, quæ fuerat pactus,*

(3) Confer *Dionem* Lib. LIV. *Fastos Sigonii & Lapidem Ancyranum.*

(4) Libro XXXVI. H. N. C. VI: *Inter hos primum (ut arbitror) marmoreos parietes habuit scena M. Scauri, non facile dixerim sectos, an solidis glebis positos, sicuti est hodie JOVIS TONANTIS ÆDES IN CAPITOLIO. Nondum enim secti marmoris vestigia invenerat Italia.*

(5) *Plinius* Hist. Nat. Lib. XXXIV. C. 8: *Leocras. - - JOVEM illum TONANTEM in Capitolio; ante cuncta laudabilem fecit.*

(6) *Plinius* Lib. XXXIV. C. 8. H. N: *Hegiæ Minerva Pyrrhusque Rex laudatur & celetizontes pueri, & Castor & Pollux ante ædem JOVIS TONANTIS.*

(7) Vide *Fastos Goltzianos* p. 207. Ita & *Dio* p. 515. itemque *Cassiodorus* in Chronico, loco infra afferendo, *Pigbius* T. III. *Annal.* p. 517. Ante verò; antecedenti scilicet $\frac{732}{3}$ sub *Lepido & Lollio* vult *Scaliger* in *Eusebianis* p. 156. 61.

ctus, *præstitisset*, *signa militaria*, *quæ* sub *M. Crasso* à rege Parthorum, *Orode*, & postea sub *M. Antonio*, à *Phraate*, *Orodis* filio, *capta erant*, & *captivos omnes*, paucis exceptis, qui pudore adacti, se occidissent, aut sponte in Parthia remanserant, *remisit*, eaque *læte Augustus*, quasi *bello Parthum vicisset*, *accepit*, rem istam *magno sibi honori ducens*, *quod res præliis amissas*, *sine il.is tamen recepisset*, & *obsides* præterea accepisset. Nam, referente *Livii epitomatore* Libro CXXVII: *Parthi Labieno*, *qui Pompejanarum partium fuerat*, *duce*, *in Syriam irruperunt*; *victoque Didio Saxa*, *M. Antonii Legato*, *universam eam provinciam occupaverunt*. *Postea vero P. Ventidius*, *Antonii Legatus*, *Parthos*, *prælio victos*, *Syria rursus expulit*, *Labieno*, *eorum Duce*, *occiso*. Libroque CXXVIII: *L. Ventidius*, *Legatus M. Antonii*, *Parthos in Syria vicit*, *Regemque eorum interemit*. Libro CXXX: *M. Antonius*, *Mediam provinciam ingressus*, *bellum cum Legionibus XVIII*, *& XVI. millibus equitum Parthis intulit*, *& cum*, *duabus legionibus amissis*, *nulla re prospere cedente*, *retro rediret*; *insecutis subinde Parthis & ingenti trepidatione & magno totius exercitus periculo*, *in Armeniam reversus est*, XXI. *die trecenta M. fuga emensus*, *circa octo M. hominum tempestatibus amisit*. Exactius hoc tradit *Florus* Lib. IV. Cap. 9: *Parthi clade Crassiana altius animos erexerant*, *civilesque Populi Romani motus læti acceperant*. *Itaque ut prima affulsit occasio*, *non dubitaverunt erumpere*; *ultro quidem invitante Labieno*, *qui missus à Cassio*, *Brutoque*, (*qui furor scelerum!*) *sollicitaverat hostes in auxilium*: *& illi*, *Pacoro duce*, *regio juvene*, *dissipant Antoniana præsidia*. *Saxa*, *Legatus*, *ne veniret in potestatem*, *à gladio suo impetraverat*. *Denique*, *ablata Syria*, *emanabat latius malum*, *hostibus sub auxilii specie sibi vincentibus*; *nisi Ventidius & hic Legatus Antonii*, *incredibili felicitate & Labieni copias*, *ipsumque Pacorum & omnem Parthicum equitatum toto inter Orontem & Euphratem sinu late cecidisset*. *Viginti amplius millium fuit*. — *Rex fortissime dimicans cecidit*: *mox circumlato ejus*, *per urbes*, *quæ defecerant*, *capite*, *Syria sine bello recepta*. *Sic Crassianam cladem Pacori cæde pensavimus*. Et Cap. X: *Expertis invicem Parthis atque Romanis*, *cum Crassus atque Pacorus utrimque virium mutuarum documenta fecissent*, *ab ipso fœdus Antonio cum Rege percussum*. *Sed* — — *relicta repente Syria in Parthos impetum facit*. *Gens præter armorum fiduciam simulat trepidationem & in campos fugam*. — *Sed sub vespera velut nimbus erupit*, *&*, *missis undique sagittis*, *duas legiones operuerunt*. *Nihil acciderat in comparationem cladis*, *quæ in posterum diem imminebat*, *nisi intervenisset Deûm miseratio*. — — *Sic vix tertia parte de XVI. Legionibus reliqua*, *cum argentum ejus passim dolabris concideretur*, *& subinde inter moras mortem à gladiatore suo flagitasset*: *egregius Imperator tandem profugit in Syriam*. *Eutropius* in Breviario ad Valentem: *L. Ventidius Bassus irrumpentes in Syriam Persas tribus præliis vicit*: *Pacorum*, *Regis Orodis filium*, *interfecit*, *eo ipso die*, *quo olim Orodes*, *Persarum Rex*, *per Ducem Surenam Crassum occiderat*. *Hic primus de Parthis justissimum triumphum Romæ egit*. *Contra Persas ipse etiam pugnavit Antonius*; *primis eos præliis vicit*; *regrediens tamen*, *fame & pestilentia laboravit*: *& cum instarent Parthi fugienti*, *ipse pro victoria cessit*. *Sextus Antonius Victor* in Additam. Vir. illustrium: *In Syriam missus Antonius bellum Parthis intulit*, *à quibus victus*, *vix tertiam partem de quindecim legionibus in Ægyptum perduxit*. Nec minori numero rem gloriæ plenissimam, *recuperata* nempe *hæcce à Parthis signa*, plenis buccis deprædicant illius temporis Scriptores, quos ordine audiemus. Primus prodeat *Dio* Lib. LIIII. p. 525. *Augustus*, *rebus in Sicilia ordinatis*, *Syracusisque & aliis quibusdam urbibus*, *Coloniæ Romanorum ut essent*, *destinatis*, *in Græciam transmisit*. — — *Rebus in Græcia confectis*, *Augustus in Samum navigavit*, *ibique hiemavit*. *Vere in Asiam perrexit*, *M. Apulejo*, *P. Silio*, *Consulibus*: *ibique & in Bithynia omnia constituit*, *non minori eas*, *ut & priores provincias*, *quum essent Populi*, *quam suas procurans*. — — *Idemque in Syriam quum advenisset*, *Tyriis & Sidoniis propter factiones supplicium irrogavit*. Κἀν τούτῳ ὁ Φραάτης, φοβηθεὶς μὴ καὶ ἐπιστρατεύσῃ οἱ, ὅτι μηδέπω τῶν συγκειμένων ἐπεποιήκει τι, τά τε σημεῖα αὐτῶν καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, πλὴν ὀλίγων, οἳ ὑπ᾽ αἰσχύνης σφᾶς ἔφθειραν, ἢ καὶ κατὰ χώραν λαθόντες ἔμειναν, ἀπέπεμψε· καὶ αὐτοὺς ἐκεῖνος, ὡς καὶ πολέμῳ τινὶ τὸν Πάρθον νενικηκὼς ἔλαβε· καὶ γὰρ ἐφρόνει μέγα, λέγων ὅτι τὰ πρότερόν ποτε ἐν ταῖς μάχαις ἀπολόμενα, ἀκονιτὶ ἐκεκόμιστο, h. e. *Interim Phraates*, *quia nihil dum eorum*, *quæ pactus fuerat*, *perfecisset*, *veritus*, *ne bello ab Augusto impeteretur*, *SIGNA EI MILITARIA*, *& captivos omnes*, *paucis demptis*, *qui se ipsos*, *pudore moti*, *interemerant*, *aut in Parthia occultè remanserant*, *MISIT*: *EAque AUGUSTUS*, *quasi bello aliquo PARTHUM VICISSET*, *ACCEPIT*. *Nam hanc rem MAGNAE SIBI LAUDI DUCEBAT*, *quod præliis prius amissas res*, *citra ullum certamen RECEPISSET*. Brevibus *Livii Epitomator* Lib. CXXXIX: *Pax cum Parthis facta est*, *SIGNIS A REGE EORUM*, *quæ sub CRASSO*, *& postea sub ANTONIO capta erant*, *REDDITIS*. *L. Florus* Libro IV. C. 12. cum declamatoria παρρησίᾳ: *PARTHI quoque*, *quasi VICTORIAE* pœniteret, *rapta clade Crassiana ULTRO SIGNA RETULERE*. *Suetonius* Cap. 21: *PARTHI quoque & Armeniam vindicanti facile cesserunt*, *& SIGNA MILITARIA*, *quæ M. Crasso & M. Antonio ademerant*, *reposcenti REDDIDERUNT*, *obsidesque insuper obtulerunt*. *Vellejus Paterculus* II. 91. 1: *Dum pacatur Occidens*, *ab Oriente & REGE PARTHORUM SIGNA ROMANA*, *quæ*, *Crasso oppresso*, *Orodes*, *quæ*, *Antonio pulso*, *filius ejus Phraates ceperant*, *AUGUSTO REMISSA SUNT*. *Justinus* Libro XLII. 5. 11: *Itaque tota Parthia captivi ex Crassiano*, *sive Antonii*, *exercitu collecti*, *SIGNAQUE CUM HIS MILITARIA AUGUSTO REMISSA*. *Sextus Rufus* in Libello ad Valentinianum: *Parthi*, *ad satisfactionem tam audacis admissi*, *obsides tum primum Octaviano Cæsari dederunt*, *& EREPTA sub CRASSO SIGNA RETULERUNT*. *Eutropius* in Historia Romana ad Valentem: *A PARTHIS ARMENIAM RECEPIT*. *Parthi*, *quasi toto orbe terrarum vel domito*, *vel pacato*, *omnium oculis signarentur*, *atque in se solos omnis vigor Romani Imperii vertendus esset*: *quippe quos pristina ulciscendæ Crassianæ cædis conscientia mordebat*; *ultro SIGNA*, *quæ Crasso abstulerant*, *ad Cæsarem REMISERUNT*, *obsidibusque Regiis traditis*, *firmum fœdus fidelissima supplicatione meruerunt*. *Sextus Aurelius Victor* in Additamento Virorum illustrium: *Huic PARTHI SIGNA*, *quæ Crasso sustulerant*, *ULTRO REDDIDERUNT*. Excerpta *S. Aurelii Victoris* de vitis & moribus Cæsarum: *Huic Persæ obsides obtulerunt*; *creandique Regis arbitrium permiserunt*. *Cassiodorus* in Chronico: *His Consulibus* (M. Apulejo & P. Silio) *AQUILAS & SIGNA CRASSIANA DE PARTHIS CAESAR RECEPIT*. Ex *Poëtis* illius temporis hoc decantat *Ovidius* Lib. II. *Tristium*:

Nunc

Nunc petit ARMENIUS pacem, nunc porrigit ARCUS
PARTHUS eques, timida captaque SIGNA manu.

Et Lib. V. *Fastorum* 593.

PARTHE, refers AQUILAS, victos quoque porrigis ARCUS,
Pignora jam nostri nulla pudoris habes.

Propertius Lib. IV. Eleg. 6:

Hic referat sero confessum fœdere PARTHUM,
Reddat SIGNA REMI, mox dabit ipse sua.
Sive aliquid pharetris Augustus parcet Eois,
Differat in pueros ista trophæa suos.
Gaude Crasse, nigras si quid sapis inter arenas,
Ire per Euphraten ad tua busta licet.

Hæc Parthica signa, uti *Æmilius*, Consul, de Gallis triumphans, Gallica, *Jovi Maximo Capitolino* consecrasse, aut potius etiam in *Templo Martis Ultoris* Capitolini reposuisse postea *Augustum*, ex *Horatii* liquere videtur verbis Libro IV. *Oda* 15:

Signa nostro restituit Jovi,
Direpta Parthorum superbis
Postibus.

Libro I. *Epistolarum*, Epist. 18:

Sub duce, qui TEMPLIS PARTHORUM SIGNA refixit.

Sed per quem restituta accepit Augustus? Respondet Tranquillus; per Tiberium. Ita enim Cap. IX. *RECEPIT & SIGNA, quæ M. Crasso ademerant PARTHI.*

Atque sic in effectum traduxerat *Augustus*, quod idem *Horatius* ipsi adprecatus fuerat *Carmin.* Lib. I. *Od.* 2:

Neu sinas Medos equitare inultos,
Te duce, Cæsar!

Atque *Lucanus* Lib. I. 11.

Umbraque erraret Crassus inulta?

Sed quid *Arcus Triumphalis* in nummo? Respondet *Dio* Libro LIV. p. 526: Καὶ προσέτι καὶ ἐπὶ κέλητος ἐς τὴν πόλιν ἐσήλασε, καὶ ἀψῖδι τροπαιοφόρῳ ἐτιμήθη. *Equo etiam ovans in URBEM INVECTUS, ac ARCU TRIUMPHALI* (à Senatu PopuloQue Romano positô,) *HONORATUS EST.* Et quando in antica *Consul XI.* & in *peristylio templi* legitur: IMPerator IX. TR. POT. V. ex eo liquet, nummum sequenti anno, Augusto jam ex *Syria* reverso, & ipsi ob *signa militaria à Phraate restituta & Romam* nunc relata, multis honoribus jam decretis, Anno $\left(\frac{734}{35}\right)$ ante C. N. 18. sub Consulibus, *Q. Lucretio Vespillone & C. Sentio Saturnino*, fuisse signatum. Consentiunt *Fasti Goltziani* p. 208. ad hunc annum:

EX A. D. V. KAL. JUL.
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONTIF. TRIBUNICIA POTESTATE V.
COS. XI. P. P. IMP. IX.

Suppeditant hunc nummum aureum *rarum H. Goltzius* Tab. XXXVIII. N. 14. *A. Rubenius* in *Nummis Arschot.* Tab XIII. N. 14. p. 17. & 23. *Jac. Biæus* Tab. XIII. N. 14. *Car. Patinus* in *Suetonio nummis illustr.* p. 80. *Joh. Valens* in *rarioribus aureis edit.* primæ p. 21. & recentiss. p. 40. *Com. Mediobarbus* p. 35.

NUM. 6.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 71.

SIGNIS RECEPTIS. Signum Capricorni.

De Capricorno, signo Augusti genethliaco plus satis supra ad Tab. IX. N. 35. præfati sumus, quo B. L. ablegatum cupimus. *Hoc saltem ex nummo nostro elicimus, conficimusque, Augustum non prius Capricorni signum nummis imprimi voluisse, quam Mathematicorum præsagia viderit impleta, & fiduciam de themate suo genethliaco ipsum haud concepisse vanam, orbi universo posset demonstrare.* AUGUSTUS enim non solum in antica est obsignatus, quo summi Imperii fastigium oppido voluit complecti, & quod nominis demum in VII. suo Consulatu Anno $\left(\frac{726}{27}\right)$ ipsi fuisse impositum novimus; sed & SIGNA RECEPTA in postica jactat, ut innuat tanti nominis terrorem non casu equidem fortuito, sed astris & *Diis* sic volentibus accidisse, & ut quod olim *Theogenes Mathematicus* eum adorando fecerat, id jam A. V. C. $\left(\frac{734}{35}\right)$ *Parthos* ultro quoque facere cognoscat quilibet. Nummus hic aureus pars hodie est *Thesauri Versaliensis & Schwartzburgici.*

NUM. 7.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 86.

SIGNIS RECEPTIS. Signum Capricorni anterioribus pedibus globum tenens.

Repetita saltem heic volumus, quæ ad Num. præcedentem jam diximus, & nummum A. V. C. $\left(\frac{734}{5}\right)$ cusum credimus. Globum verò quando heic tenet Capricornus, imperium quod Augustus super universum propemodum Orbem dilatavit, subinnui, persuademur. Sistit cæterum hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXVII. N. 11.

NUM. 8.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 71.

SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS. Signum Capricorni.

Quo majori gloriæ, referente id totidem verbis *Dione*, sibi duxerat, hæc per *Crassum Antoniumque* amissa Romanorum signa militaria ultro à *Parthis*

Parthis ipsi fuisse oblata atque recepta, eo pluribus nobiliorisque metalli in monumentis contestatam obsignatamque volebat istius rei memoriam, de qua, qui ingentem Autorum testimoniorum nubem introspicere cupit, Nummum præcedentem 5. adeat, quidque Capricornus, qui cum illo N. 6. per omnia idem est, velit, N. 6. hac ipsa Tabula deprehendet. Exhibent cæteroquin hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXVII. N. 2. p. 63. *A. Rubenius* in Nummis *Arschot.* Tab. XIII. N. 12. p. 23. *Jac. Biæus ad Aug. Dialogos* Tab. XIII. N. 12. *Jac. Oiselius* in *Thesauro* Num. Tab. XIX. N. 12. p. 92. *Joach. Udanus* in Pot. Rom. Tab. XXII. N. 12. p. 116. *Car. Patinus* in *Suetonio* p. 80. sed quod notes, ex errore fortè adpositum est AR. signum, dum AV. esse debeat.

NUM. 9.

AUGUSTUS COnSul XI. (undecimum) Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. VI. N. 179.

SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS Senatus PopulusQue Romanus, in corona civica, sive quernea.

Non minori adulandi vel potius gratulandi, (cum factum omnino fuerit superioribus temporibus haud auditum) cupidine fervebat Senatus, quam Augustus hocce facto sese efferebat. Hinc veluti certare eosdem videas in protrudendis diversi typi & metalli monumentis, factum hoc singulare conservantibus, commendantibus, extollentibus. Senatus, cum majus fere non posset, decernebat coronam civicam, non secus ac innumeros servasset cives per Crassum Antoniumque amissos. Suggerunt aliàs hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXVIII. N. 21. *Alb. Rubenius* in Nummis *Arschot.* T. XIII. N. 22. p. 24. *Jac. Biæus* ad *Aug. Dial.* Tab. XIII. N. 22. *Jac. Oiselius* in *Thes. Numism.* Tab. XIX. N. 11. p. 92. *Joach. Udanus* in Pot. Rom. Tab. XXII. N. 12. p. 116. *Comes Mediobarbus* p. 33.

NUM. 10.

IMPeratori CAESARI AUGusto COnSuli XI. (undecimum) TRIBunicia POTEstate, VI. (sexta) Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. VI. N. 199.

CIVIBus ET SIGNis MILITaribus A PARTHIS RESTITutis, in corona quernea, seu civica.

Quam belle omnia in congerie hac encomiorum conspirent, mirandum est. N. 5. supra vidimus primum signorum à Parthis receptorum monumentum, quod in Consulatu suo XI. testante antica erat, Imperatore ipso IX. TRibunicia POTestate V. obsignatum, quo ipso omnino consentientibus *Fastis* & Nummis id contigisse novimus N. 6. 7. 8. AUGUSTUM se nominasse sufficiebat, quippe sub quo omnes dignitates commodè indigitabat. N. 9. Consulatus XI. simul in antica erat additus, uti de tempore constaret satis. Heic in nostro præter Consulatum XI. Tribuniciam Potestatem VI. quoque offendimus, quo edocemur non unum annum emittendis hujus rei memoriis suffecisse, sed hunc Anno $\left(\frac{735}{6}\right)$ sub Coss. *Cornelio Lentulo Marcellino & Cn. Cornelio Lentulo* fuisse signatum, non minori studio de istis Augusto gratulari gestientibus, & egregie consentientibus *Fastis Goltzianis* p. 209:

EX A. D. V. KAL. JULI
IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AUGUSTUS
PONTIF. TRIBUNICIA POTESTATE VI.
COS. XI. P. P. IMP. IX.

Cæterum repetenda sunt, quæ de corona civica ad præcedentem Numerum jam diximus. Nec hoc fortè prætermittendum, quod cum in superioribus N. 5. 6. 7. primo tantum fiat mentio, SIGNORUM RECEPTORUM N. 8. & 9. clarius nominentur SIGNA PARTHICA N. 10. vero etiam SIGNIS MILITARIBUS A PARTHIS RESTITUTIS junctos videamus CIVES, qui forte signa sequuti sunt. Sistunt hunc Nummum aureum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXVIII. N. 19. & in *Fastis Consularibus* N. 3. p. 209.

NUM. 11.

IMPeratori CAESARI Augusto COnSuli XI. (undecimum) TRIbunicia POTestate VI. (sexta) Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. VI. N. 199.

CIVIBus ET SIGNis MILITaribus A PARTHIS RECUPeratis. Imperator Augustus in quadrigis triumphalibus, læva tenens lauri ramum, adstante ab utroque latere milite, veluti exsultante, uno ad dextram cum arcu & cum signo militari; altero à læva, offerente laurum, super arcum triumphalem.

Anno $\left(\frac{735}{6}\right)$ hunc nummum, perinde ac præcedentem, fuisse obsignatum, ex *antica* patet. Cur *arcus triumphalis* heic ipsi à *Senatu Populoque* excitatus in eodem compareat, ob *Cives* nempe & *signa militaria à Parthis recuperata*, ex *Dione* jam supra N. 5. docuimus. Probe verò notes *ornamenta* hujus *arcus*, nempe à *dextera* conspici *Parthum*, dextera *arcum*, quo maxime feroces, tenentem; sinistrâ verò *signum militare* (& non *facem ardentem*, uti in *Rubenii* & *Biæi* tabulis videmus) *Augusto*, in *quadrigis triumphalibus* sedenti, & *laurum* lævâ tenenti, offerentem; à *sinistra* verò *militem Romanum, lauream* (& non *simul signum militare* tenentem, ut vult *Jac. Oiselius* p. 92.) veluti *Augusti capiti* impositurum. Exhibent hunc nummum rariorem aureum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXVIII. N. 18. *A. Rubenius* in Num. *Arschotanis* Tab. XIII. N. 15. *Jac. Biæus* ad *Dial. Aug.* Tab. XIII. N. 15. *Jac. Oiselius* in Comment. ad Sel. Num. Tab. XX. N. 1. p. 92. *Joach. Udanus* in Pot. Rom. Tab. XXIII. N. 1. p. 116. *Joh. Valens* in Nummis rarior. edit. primæ

primæ p. 18. ex *Museo Ducis Vernolii*, & in edit. recentiss. p. 35. *Comes Mediobarbus* p. 35. *Car. Patinus* in *Suetonio* nummis illustr. p. 80. Hodieque pars est *Thesauri Versaliensis*.

NUM. 12.

IMPeratori CAESARI AUGusto COnSuli XI. (undecimum) TRIbunicia POTestate VI. (sexta) Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum lævam versus, uti Tab. VI. N. 199.

CIVIBus ET SIGNis MILITaribus A PARTHIS RESTITUTIS. Imperator Augustus in bigis triumphalibus adstante ad utrumque latus milite, uno à dextera cum arcu & signo militari, altero à læva, offerente lauream super arcum triumphalem.

Repetas velim, quæ ad præcedentem Numerum à nobis jam dicta sunt, cum antica & postica ferè coincidant, nisi quòd pro RECUPeratis heic RESTITUTIS legamus. Suppeditant hunc nummum rariorem aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXVIII. N. 16. *A. Rubenius* in Nummis *Arschot.* Tab. XIII. N. 16. *Jac. Biæus* ad *Dial. Aug* T. XIII. N. 16. *Joh. Valens* in rarioribus aureis edit. primæ p. 18. ex *Cimelio Ducis Vernolii* edit. verò recentiss. p. 35. *Car. Patinus* in *Suetonio* p. 80. *Comes Mediobarbus* p. 35. Hodie in *Thesauro Schwartzburgico* hic ipse quoque delitescit.

NUM. 13.

AUGUSTUS CAESAR. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 99.

SIGNIS RECEPTIS. Mars Ultor galeatus & cetera nudus, nisi quod cingulo militari sub pectore cinctus, stans, dextrâ tenens aquilam legionariam, sinistrâ signum militare Romanum.

Cum in *Martis Ultoris* Templo reposita fuerint hæc signa militaria Romana, à *Parthis* recepta, mirum non est, hæc ipsa hic manibus eundem tenere ac gerere, non secus ac ejus interveniente opera ista à *Parthis* fuerint recuperata. Sed nescimus, quid *Nonnium* fefellerit, qui caduceum (*Marti* planè non convenientem) pro signo militari in læva *Martis* conspexit, ac proinde, nescio quam, felicitatem temporum, sub *Augusto* exinde auguratus est in suo *Commentario* ad *Augusti* nummos p. 64. Exhibent hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXIX. N. 25. p. 64. *A. Rubenius* in Nummis *Arschot.* Tab. XIII. N. 23. *Jac. Biæus* ad *Aug. Dial.* Tab. XIII. N. 23. *Jac. Oiselius* Tab. XX. N. 2. p. 93. *Joach. Udanus* in P. R. Tab. XXIII. N. 2. p. 116. Hodieque pars est *Thesauri Versaliensis*.

NUM. 14.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 99.

SIGNIS RECEPTIS. Mars Ultor stans capite galeato, corpore nudo, nisi quod cingulo militari sub pectore cinctus compareat, dextera tenens aquilam legionariam, sinistra signum militare Romanum.

Cum eadem sit antica, idem in postica sit typus, eadem Inscriptio (positu saltem differens) per omnia cum præcedente, eo B. L. ablegatum cupimus, addentes saltem, quod eundem nummum aureum quoque exhibeat *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXIX. N. 27.

NUM. 15.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. III. N. 93.

vel

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum, dexteram versus, uti Tab. III. N. 94.

vel

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 99.

Senatus PopulusQue Romanus. Templum Martis Ultoris hexastylon, in cujus area quadrigæ triumphales, imposita iisdem aquila legionaria.

Duplex fuisse *MARTIS ULTORIS Templum*, vel ex diversa forma eorundem licet colligere, præterquam quod & *Dio* & *Ovidius* id afferant. Illud enim, quod in *nummo* ante oculos est, comparet *hexastylon*, in aliis autem *tetrastylon* ante oculos versatur. *Unum* etenim *AUGUSTUS voverat* bello *Philippensi* implicitus pro *ultione paterna*, & *sumptuosissimo opere*, *summoque artificio* ad *Forum Cæsaris à se ædificatum* perfecerat, sine dubio ut *destinatum prius à suo patre Julio*, qui, testante *Suetonio* C. XLIV. in Julii Cæsaris vita: *Templum Marti in primis statuerat exstruere, quantum nusquam esset.* *Illud* indigitat *Suetonius* Cap. XXIX. scribens: *Publica opera plurima exstruxit: ex quibus vel præcipua, Forum cum ÆDE MARTIS ULTORIS.* Paulloque post: *Itaque festinantius, necdum perfecta MARTIS ÆDE, publicatum est, cautumque, ut separatim in eo publica judicia, & sortitiones judicum fierent. ÆDEM MARTI, bello Philippensi, pro ultione paterna suscepto, voverat. Sanxit ergo, ut de bellis, triumphisque, heic consuleretur senatus: provincias cum Imperio petituri hinc deducerentur: quique victores rediissent, huc insignia triumphorum inferrent.*

ferrent. Causam exædificati templi *Ovidius* etiam tradit L. V. *Fastorum* 569.

Voverat hoc juvenis tunc, cum pia sustulit arma,
A tantis princeps incipiendus erat.
Ille manus tendens, instante milite justo,
In conjuratos talia dicta dedit:
Si mihi bellandi Pater est, Vestæque sacerdos
Autor, & ulcisci nomen utrumque paro,
Mars ades, & satia scelerato sanguine ferrum,
Stetque favor causa pro meliore tuus.
TEMPLA feres, & ME VICTORE vocaberis ULTOR.
Voverat, & fuso lætus ab hoste redit.

Locum vero hujus *Templi* iterum inculcat *Ovidius Fastor*. V. 550:

ULTOR ad ipse suos cælo descendit honores,
TEMPLAque in AUGUSTO conspicienda FORO.
Et Deus est ingens, & opus, debebat in urbe
Non aliter Nati Mars habitare sui.
Digna giganteis hæc sunt delubra trophæis,
Hinc fera Gradivum bella movere decet.

Et *Martialis* VII. 50.

Pompejum quæras (& nosti forsitan) Auctum
ULTORIS prima MARTIS in ÆDE sedet.

Atque de *hoc templo* intelligimus, quæ tradit *Plinius* Lib. XXXIV. C. 8: *Alexandri quoque M. tabernaculum sustinere traduntur solitæ statuæ, ex quibus duæ ante MARTIS ULTORIS ÆDEM dicatæ sunt, totidem ante regiam.* Et *idem* Lib. XXXIV. Cap. 14: *Videmus & Romæ scyphos è ferro dicatos in TEMPLO MARTIS ULTORIS.* Sic novimus ex *Tranquillo* C. 21: *Augustum quorundam barbarorum Principes in ÆDE MARTIS ULTORIS jurare coëgisse, mansuros se in fide ac pace quam peterent.* Alteram ædem (de qua nihil apud *Suetonium* legas) in *Capitolio* erexit, *ob signa nempe de Parthis recepta.* Hujus contra distinctè meminit *Dio* Lib. LIV. p. 526, Ἀμέλει καὶ θυσίας ἐπ' αὐτοῖς, καὶ νεὼν Ἄρεως τιμωροῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ κατὰ τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Φερετρίου ζήλωμα, πρὸς τὴν τῶν σημείων ἀνάθεσιν, καὶ ψηφισθῆναι, ἐκέλευσε, καὶ ἐποίησε. *Itaque & sacrificia ejus rei causa* (ob signa scilicet à Parthis recepta) *& TEMPLUM MARTIS ULTORIS IN CAPITOLIO, ad imitationem Jovis Feretrii, QUA SIGNA EA MILITARIA SUSPENDERENTUR, DECERNI JUSSIT, ac deinde PERFECIT.* Quod pariter describit *Ovidius* Lib. V. *Fastorum* 579.

Nec satis est meruisse sibi cognomina Martis,
Persequitur Parthi signa retenta manu.
Gens fuit & campis, & equis, & tuta sagittis,
Et circumfusis in via fluminibus
Addiderant animos Crassorum funera genti,
Cum periit miles, signaque, Duxque simul.
Signa, decus belli, Parthus Romana tenebat,
Romanæque aquilæ signifer hostis erat.
Isque pudor mansisset adhuc, nisi fortibus armis
Cæsaris Ausoniæ protegerentur opes.
Ille notas veteres, & longi dedecus ævi
Sustulit, agnorunt signa recepta suos.
Quid tibi nunc solitæ mitti post terga sagittæ?
Quid loca? quid rapidi profuit usus equi?
PARTHE! REFERS AQUILAS, victos quoque porrigis arcus:
Pignora jam nostri nulla pudoris habes.

Rite DEO TEMPLUMque datum nomenque BIS ULTOR,
Emeritus voti debita solvit honor.
Solennes ludos Circi celebrate, Quirites,
Non visa est fortem scena decere Deum.

Nempe *Bis-ultorem* vocat, *Naso*, vel, quòd non solum *Cæsar parricidas*; sed & *stragem Crassianam* ultus fuerat, *Parthos* cogens *signa Romana militaria restituere*; vel, quod non solum *M. Crassi* cædem, sed & *M. Antonii* ultus fuerit. *Rotundæ* fuisse *figuræ templum*, *nummus* non solum noster, sed & *illi* N. 18. 19. 20. loquuntur, in quo nempe non solum *signa legionum Crassianarum & Antonianarum* fuere *reposita*; sed & *currus triumphalis* in *area ejus* constitutus. Ut adeo hoc nummo ac *monumento Senatus Populusque Romanus* anno $\left(\frac{734}{35}\right)$ *perpetuam quoque & gratam restitutorum à Parthis signorum memoriam* in *nobiliori metallo*, *illatis Martis Ultoris templo quadrigis triumphalibus, quibus aquila legionaria est imposita*, erga *Augustum* ex *Syria* redeuntem, testari voluerit. Unde fatemur, nos non capere posse, qua ex causa hunc nummum *aureum*, licet satis vel *obscurè*, vel *falsò* p. 27. *descriptum*, atque ita: *Templum Martis, cui inest currus, temone erecto, ei equus insidet in curru medio, sceptrum sustinente aquila alis expansis*, referat *Comes Mediobarbus* ad annum 727. & ad *Consulatum* Augusti VII, quo ipse *Gallias* adiit, cum potius, ad illum, quem diximus, annum, uti cuilibet superiora consideranti facile patebit, pertineat. Sistunt præterea hunc nummum aureum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXIX. N. 31. *Comes Mediobarbus* pag. 27. Hodieque in *Thesauro Versaliensi* delitescit.

NUM. 16.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 99.

SIGNIS RECEPTIS. Clypeus in area, in quo: CLypeus Votivus, circa: Senatus PopulusQue Romanus, ad dextrum latus comparente aquila legionaria, ad sinistrum vero signo militari, sive cohortis.

De *clypeo votivo* ad Tab. X. N. 16. 17. & imprimis 18. multa jam protulimus, quo B. L. remissum volumus, ut *hoc* saltem præterea ex *hoc* nostro *præsente* discamus nummo, *non minus Senatum Populumque Romanum*, uti in antecedente, *currum in Martis templo statuisse*, quàm in hoc *clypeum votivum*, sine dubio in *Capitolio atque in eodem quoque, honoris maximi ergo, sublimem suspendisse*, SIGNIS nempe à *Parthis*, per *Crassum & Antonium amissis*, nunc per ipsum tandem RECEPTIS. Sistunt eundem aureum *H. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXIX. N. 32. *A. Rubenius* in *Nummis Arschot.* Tab. XIII. N. 24. *Jac. Biæus* in *Nummis ad Dial. Aug.* Tab. XIII. N. 24. *Jac. Oiselius* in *Thes. select. Numism.* Tab. XX. N. 3. p. 94. *Joach. Udanus* in *Pot. Rom.* Tab. XXIII. N. 3. p. 116.

NUM.

NUM. 17.

CAESAR AUGUSTUS Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 99.

SIGNIS RECEPTIS. Clypeus in area, cui inscriptum legimus: CLypeus Votivus, circa: Senatus PopulusQue Romanus, ad dextrum latus comparente signo militari, sive cohortis, ad lævum verò aquila legionaria.

Cum per omnia *conveniat* hic *typus* cum *præcedenti*, nisi quod hoc loco *ad dexteram signum militare* conspiciatur, ubi in *præcedente est aquila legionaria*, & *ad lævam aquila legionaria*, ubi *ibidem* est *signum militare*, eo B. L. ablegamus, ne cum tædio idem sæpius repetamus. Exhibent & hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXIX. N. 39. licet ibidem saltem argenteum, cum tamen, quod notes, & *aureus* in *Thesauro Versaliensi* hodie spectetur.

NUM. 18.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. III. N. 93.

MARti ULTori. Templum Martis Ultoris rotundum hexastylon, in cujus area, sive medio Mars stat galeatus ac nudus, dextera aquilam Legionariam, lævâ signum cohortis tenens.

Templum denuo *Martis* conspicimus *Ultoris*, perinde ac illud jam N. 15. (de quo satis jam ibi) vidimus, in *hoc* saltem differens, quod *ibi* in *ejus area quadrigæ Triumphales Augusti*, heic verò *ipse Mars*, non secus ac *ipsum* N. 13. & 14. jam vidimus, *compareant*, & quidem ut *Deus in templo suo*, prout ii *areas templorum* apud gentiles communiter solebant alias *occupare*, de quo aliquoties jam nos & in *Cæsare* & in *Augusto* egisse, meminimus, cum aliàs in nummis & signis [8] *nudus* & *galeatus* quidem exhibeatur, sed *dextera pugionem tenens*. Non alia verò manibus tenet, quam *signa Crassiana* & *Antoniana*, *à Parthis recepta*, in perpetuam hujusdem *rei memoriam*, *Augustique Cæsaris honorem perennem*. Reliqua ad N. 15. jam fuere dicta. Exhibent hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXIX. N. 35. *Joh. Hemelarius in Croyjaci Ducis* Num. Tab. III. N. 12.

(8) Vide *Clar. Jacobi de Wilde signa antiqua* N. XXX.

NUM. 19.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. III. N. 93.

MARTi ULTori. Templum Martis Ultoris rotundum hexastylon, in cujus area Mars stans nudus ac galeatus, dexterâ aquilam legionariam, sinistra signum militare Romanum tenet.

Eadem cum sit *antica*, eadem *postica*, eadem *inscriptio*, nisi quod heic *sub templo illa* legatur, cum in præcedente *ad latus templi* conspiciatur, B. L. eò remittimus, observantes modo, quod *sic* in *Thesauro Versaliensi* deprehendatur.

NUM. 20.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum, dexteram versus, uti Tab. III. N. 99.

vel

CAESAR AUGUSTUS.

MARti ULTori. Templum Martis Ultoris rotundum hexastylon; in cujus area aquila legionaria inter duo signa militaria Romana conspicitur.

Cum N. 15. *bigas triumphales cum aquila legionaria*; N. 18. & 19. *Martem ipsum* cum *aquila* & *signo militari* viderimus; heic denuo in *eodem Martis Ultoris templo sola aquila legionaria inter duo cohortium signa* est conspicua, & licet inde & ex tot diversis typis repetitis facile existimare, *quanti reputaverit hunc de signis à Parthis receptis honorem Augustus*, *quum diversis tot typis propterea in omnium nobilissimo metallo voluerit signatam hanc incruentam victoriam.* *Hos* verò cum præcedentibus circa A. V. C. $\left(\frac{733}{34}\right)$ & sequentibus proxime fuisse signatos, supra diximus. Unde nescimus, quid *Ill. Com. Mediobarbum* moverit, quod hunc nummum ad A. V. C. 752. ante N. C. 1. retulerit, dum constat, nummum hunc *Martis Ultoris templum* cum *signis Crassianis* & *Antonianis* exhibere. Dederunt jam nobis hunc nummum *aureum H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXIX. N. 28. *Ant. Zantanus* in *aureis* N. 9. BBB. 1. *Æneas Vicus* in *aureis* N. 9. *Torrentius* in *notis* ad *Sueton.* edit. Græv. p. 163. *Com. Mediobarbus* p. 39. ubi tamen ULTO. habet; in *nostro* saltem legendis literis: ULT.

NUM.

NUM. 21.

CAESARI AUGUSTO. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus, uti Tab. III. N. 93.

vel

CAESARI AUGUSTO. Caput Auguſti laureatum, dexteram verſus, uti Tab. III. N. 94.

Senatus PopulusQue Romanus. Quadrigæ triumphales, cui aquila legionaria eſt infixa, aut impoſita, thenſæque circum circa Victoriæ ſunt inſculptæ, aut eidem adpictæ.

Quantum gaudium hæc *reſtitutio ſignorum Romanorum à Parthis quondam captorum*, apud *Populum & Senatum Romanum* excitaverit, vel ex *Ovidii* verſibus ſupra adductis, liquet, qui illud ſic decantat, ut *quadrigas illas Triumphales*, in nummo cernendas, *quibus ſigna* in Urbem fuêre invecta, *coram quaſi cernere* queas V. *Faſt.* 586.

SIGNA, DECUS BELLI, PARTHUS ROMANA tenebat,
ROMANÆque AQUILÆ ſignifer hoſtis erat:
Isque pudor manſiſſet adhuc, niſi fortibus armis
CAESARIS Auſoniæ protegerentur opes.
Ille notas veteres, & longi dedecus ævi
Suſtulit, agnorunt SIGNA RECEPTA ſuos.
PARTHE! refers AQUILAS, victos quoque porrigis arcus,
Pignora jam noſtri nulla pudoris habes.
Solennes ludos Circi celebrate, Quirites,
Non viſa eſt fortem ſcena decere Deum.

Suppeditant hunc nummum *aureum H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XXXVIII. N. 13. *Alb. Rubenius* Tab. XIII. N. 17. *Jac. Biæus* in *Nummis ad Aug. Dial.* Tab. XIII. N. 17.

NUM. 22.

AUGUSTus PONtifex MAXimus TRibunicia POTeſtate XXI. (vigeſima prima) COnSul XIII. (decimum tertium) IMPerator XIIII. (decimum quartum.) Caput Auguſti nudum lævam verſus, uti Tab. VII. N. 226.

DE PARTHIS. Tiara Parthica, arcus, pharetra.

Ex Hiſtoria Auguſti conſtat, bellum Parthicum incepiſſe Anno ($\frac{753}{54}$) *Cajo*, *Auguſti* filio & *L. Æmilio Paulo Conſulibus*, *Parthorum Rege Phraate*, Armeniæ regnum invadente, cui ſequenti anno ($\frac{754}{55}$) *Cajum*, nepotem ex Agrippa & Julia oppoſuit, qui *Procos* Syriam obtinuerat. *Hic cum Romano exercitu juſſu Auguſti Armeniam ingreditur. M. Lollio comite, & Phraatem Armenia cedere compellit, ipſe verò Armeniam à Parthis recuperavit.* Victoria hæc de *Parthis* expreſſa eſt, per *Tiaram*, quod inſigne ornamentum, ſeu tegumentum, non indumentum, uti *Oiſelius* habet, capitis regium eſt, & Orientalibus Regibus paſſim uſurpatum, dehinc per arcum & pharetram (non pharetras, uti *Hemelarius* vult) ſagittis plenam (fortè ipſius *Phraatis*, Regis *Parthorum*, qui ſe *Auguſto* ſubmiſerat) quoniam illa inter inſignia Regum Orientalium non ſolum erant, ſed & quod *Parthi* plurimum illis valerent, fugientes hoſtibus plurimum detrimenti afferrent, & inde illis formidabiles quam maximè eſſent, quod non ſolum ex *Floro* (9) ſupra & aliis audivimus, ſed & magnus Poëtarum confirmat numerus, ex quibus audire ſaltem placet *Virgilium* Georgic. III. 31.

Fidentemque fuga Parthum, verſisque SAGITTIS.

Et Lib. IV. de apibus vſ. 330.

— — aut ut, NERVO pulſante SAGITTAE,
Prima leves ineunt, ſi quando prælia PARTHI.

Horatium Lib. II. *Od.* 13.

Miles SAGITTAS & celerem fugam PARTHI.

Catullum *Carm.* XI. 6.

Seu - - - - ſagittiferosque PARTHOS.

Ovidium L. I. de Arte Amandi vſ. 210.

TELAque ab adverſo quæ jacet hoſtis (Parthus) *equo.*

Libro V. *Faſtorum* 581.

Gens fuit & campis & equis & tuta SAGITTIS.

Et paulo poſt vſ. 591.

Quid tibi nunc ſolitæ mitti POST TERGA SAGITTÆ?
Quid loca? quid rapidi profuit uſus equi?

Propertium Lib. III. *El.* 7.

Parthorum aſtutæ TELA remiſſa fugæ.

Libroque IV. *Eleg.* 3.

Subdolus & verſis increpat ARCUS equis.

Seneca in *Oedipo* vſ. 118.

Vidit & verſas equitis ſagittas
Terga fallacis metuenda Parthi.

Statius

(9) Lib. IV. Cap. 9: *Ventidius ſimulato metu, adeo paſſus eſt hoſtem* (Parthum) *caſtris ſuccedere, donec abſumto jactus ſpatio, adimeret uſum SAGITTARUM.* Et Cap. 10: *Sub veſpera velut nimbus* (hoſtium Parthorum manus) *erupit, & miſſis undique SAGITTIS, duas legiones exercuerunt — Tum Parthus ARCUS inhibuit.*

Statius I. *Sylv.*

ARCUque horrenda fugaci
ARMENIA.

Submissionem hujus *Phraatis* decantat *Horatius* Lib. I. Epist. XII.

Ne tamen ignores, quo sit Romana loco res;
Cantaber Agrippæ, Claudi virtute Neronis
ARMENIUS CECIDIT, jus imperiumque
PHRAATES
CAESARIS accepit genibus minor.

Nunc & Romanos Scriptores audiamus, in quibus chorum ducat *Dio* Libro LV. p. 555. Τοῦ δὲ Γαΐου σταλέντος ἐς τὸν πρὸς Ἀρμενίους πόλεμον, ὁ Τιβέριος ἐς Χῖον ἐλθὼν, αὐτὸν ἐθεράπευσεν. — — Φραάτου δὲ τοῦ τῶν Πάρθων βασιλέως ἐπιστείλαντος περὶ εἰρήνης τῷ Καίσαρι, καὶ τοῦ Καίσαρος ἀντεπιστείλαντος αὐτῷ Φραάτῃ, ἁπλῶς ἄνευ τῆς τοῦ βασιλέως ἐπικλήσεως, καὶ τῆς Ἀρμενίας ἀποστῆναι προστάξαντος· οὐχ ὅσον ἐκεῖνος οὐ κατέπληξεν, ἀλλὰ καὶ ἀντέγραψέν οἱ τά τε ἄλλα ὑπερηφάνως, καὶ αὐτὸν μὲν, βασιλέα βασιλέων, ἐκεῖνον δὲ, Καίσαρα μόνον ὀνομάσας· ὅμως δ' ὕστερον κατηλλάγη ἐπὶ τῷ τῆς Ἀρμενίας ἀποστῆναι, ἐπειδὴ τόν τε Γάϊον ἐν τῇ Συρίᾳ παρόντα ἔμαθε, καὶ τὰ οἰκεῖα ταραττόμενα μίσει αὐτοῦ ὑπετόπησε. *Cajo autem ad bellum ARMENIACUM misso, Tiberius in Chium profectus, eum studiose coluit. — — Phraates, Rex Parthorum, cum de pace ad Augustum literas dedisset, isque rescribens, Phraatem tantum nominasset, omisso titulo Regis (Regum) jussissetque ARMENIA EUM CEDERE: adeo nihil territus est (Phraates) ut rescribens superbe, sibi ipsi Regis Regum titulo dato, Augustum tantum Cæsaris vocabulo affecerit. Post verò cum CAJUM in Syriam advenisse audisset, ac res domi odio sui conturbatas suspicaretur, ea conditione, ut ARMENIAM MISSAM FACERET, in gratiam rediit.* Obiter quasi *Tacitus hoc* tangit *Annal.* Lib. III. Cap. 48. 3. *datusque* (Sulpicius Quirinius) *Cajo Cæsari ARMENIAM OBTINENTI*; monetque Lib. II. Ann. C. 42. 4. idem, quod supra *Dio*: *florente Cajo Cæsare, missoque ad RES ORIENTIS, intutam Tiberii amicitiam fuisse creditam.* Idem inculcat Libro eodem II. Annal. Cap. 4. *Tum Cajus Cæsar COMPONENDAE ARMENIAE deligitur, is Ariobarzanem, origine Medum, ob insignem corporis formam, & præclarum animum, VOLENTIBUS ARMENIIS præfecit. Ariobarzane morte fortuito absumpto, stirpem ejus haud toleravere: tentatoque feminæ imperio, cui nomen Erato, eaque brevi pulsa, incerti, solutique, & magis sine Domino, quam in libertate, profugum Vononem in Regnum accipiunt.* Quibus & *Suetonii* jungere placet verba Cap. XXI. *PARTHI quoque & ARMENIAM VINDICANTI facilè cesserunt, & signa militaria, quæ M. Crasso & M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt.* Suppeditant hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXVIII. N. 20. & in *Fastis Roman.* p. 221. *A. Rubenius* in Num. *Arschot.* Tab. XIII. N. 20. *Jac. Biæus* Tab. XIII. N. 20. *Jac. Oiselius* in *Thes.* Num. select. Tab. XX. N. 5. *Joach. Udanus* de P. R. Tab. XXIII. N. 5. *Joh. Hemelarius* in *Croyjaci Ducis* Num. Tab. III. N. 7. p. 12. *Comes Mediobarbus* p. 39. modo quod PARTHEIS habeat, (ubi tamen *Goltzius* in *Augusto*, *Rubenius*, *Biæus*, *Oiselius*, *Udanus* PARTHIS reponunt. Video tamen *Goltzium* quoque PARTHEIS exhibere in Nummis *Consularibus* sive *Fastis Rom.* p. 221.) & in antica Tribuniciam Potestatem XXII. cum tamen expresse in *Goltzio*, tum in *Augusto*, tum in *Fastis* sit XXI.

NUM. 23.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, dexteram versus, uti Tab. VIII. b. N. 2.

ARMENIA CAPTA. Sphinx sedens.

Sphingem, ut bene monet ὁ πάνυ *Spanhemius*, (10) olim Antiquarii ad *Ægyptiorum* inventa retulerant; sed omnino hoc non concedunt *Agatharchidis* apud *Photium*, *Diodori* Lib. XIV. *Strabonis*, (11) *Plinii*, (12) & inprimis oculati testis, *Philostorgii* Lib. II. Hist. Eccles. C. XI. p. 14. testimonia, qui posterior inter alia de eadem ita: Καὶ μὴν ἡ σφὶγξ γένος ἐστι πιθήκων (αὐτὸς γὰρ θεασάμενος γράφω) ἧς τὸ μὲν ἄλλο σῶμα λάσιόν ἐστιν, ὡς τοῖς ἄλλοις πιθήκοις, τὸ δὲ στέρνον ἄχρι γε αὐτοῦ τοῦ τραχήλου ἐψίλωται, μαζοὺς δὲ γυναικὸς ἔχει, ἐρυθροῦ τινὸς βραχέος κεγχροειδοῦς ἐπαναστήματος, ἅπαν ἐν κύκλῳ τὸ γεγυμνωμένον τοῦ σώματος περιθέοντος, καὶ εἰς πολλήν τινα εὐπρέπειαν ἀνθρωποφανοῦς ὄντι τῷ ἐν μέσῳ χρώματι συναρπαζομένου, τό τε πρόσωπον ἐμεστρογγύλωται μᾶλλον, καὶ εἰς γυναικείαν ἕλκει μορφήν. h. e. *Sed & SPHINX SIMIÆ genus est, (id quod conspicatus scribo) cujus quidem reliquum corpus hirsutum est, ut aliarum simiarum: pectus vero ad collum ipsum usque glabrum est; mammas muliebres habet; rubra quadam, tenuique, quæ milio similis est, papula totum corpus, qua nudatum est, in orbem percurrente, multumque decoris & gratiæ colori, qui in medio humano similis est, conciliante; facies verò rotunda plusculum est, & in muliebrem formam vergit.* Verum ergo est animal; sed hoc est fabulosum; quod *alas*, veluti *volucris*, habeat; hoc falsum, quod *leoninum corpus*, *talesque pedes*; hoc absonum, quod *loquatur*; (13) sed *illas* ipsi affinxerant ob *motus celeritatem*; *istud* ob innatam *feritatem*;

(10) T. I. de V. & P. N. p. 240.
(11) Lib. XVII. p. 812.
(12) Lib. VIII. H. N. Cap. XXI: *Lyncas vulgò frequentes & SPHINGAS, fusco pilo, mammis in pectore geminis, ÆTHIOPIA generat, multaque alia monstro similia.* Et Lib. VI. Cap. 29: *Deferunt* (*Troglodytæ* ex Aduliton) *plurimum ebur, Rhinocerotum cornua, Hippopotamorum coria, chelyon testudinum, SPHINGIA, mancipia.*
(13) Ita tamen eam *Ausonius* Eidyll XI. 40. tradit vers. 11:

Terruit Aoneam VOLUCRIS, LEO, VIRGO, triformis
SPHINX: VOLUCRIS pennis, pedibus, FERA, fronte PUELLA.

Nec aliter *Statius* Lib. II. Theb:

Hic fera quondam
Pallentes erecta genas suffusaque tabo
Lumina, concretis infando sanguine plumis
Relliquias amplexa virum, semesaque nudis
Pectoribus stetit ossa premens, visuque trementi
Conlustrat campos, si quis concurrere dictis
Hospes inexplicitis, aut cominus ire viator
Audeat, & diræ commercia jungere linguæ &c.

Itemque *Tzetzes* sub initium *Cassandræ*: Αὕτη λῃστρὶς ἦν, ἐμυθεύσαντο δὲ αὐτὴν λέαιναν, διὰ τὸ φονικὸν, ὄνυχας χρυσοῦς ἔχειν, διὰ τὸ ἁρπακτικὸν πτέρυγας ἀετοῦ διὰ τὸ τοὺς σὺν αὐτῇ λῃστεύοντας πανταχοῦ περιτρέχειν συνθέμας καὶ ἀναιρεῖν τοὺς ὁδεύοντας· ταύτην Οἰδίπους ἀνεῖλε.

Aliter rursus tradit illam *Hyginus* Fab. Poët. 151: nempe, *caput & faciem habens puellæ, alas verò avium; reliquo corpore CANIS referens effigiem.* Sedem habuisse dicitur in *monte Sphingio*, juxta *Thebas*; atque *inde* in *viatores impetum fecisse*. De hac re consultus *Apollo*, hunc mali finem fore dixit; si quis hoc *Sphingis ænigma* dissolveret, quod hoc erat: *quodnam id esset*

tatem ; *hoc* ob ſonum obſcurum , ad humanum quodammodo accedentem. Comparent ergo ex *vulgi* perſuaſione, uti *heic*, ita & in *Chiorum* nummis, ſimulacriſque *Dianæ Epheſiæ Sphinges* alatæ, ut tamen & *illas* ἀπτέρους , ſive *ſine alis* deprehendas apud *Begerum* in *Theſ. Brand.* T. III. p. 369. 370. nec non in *ſignis antiquorum* , quale & celeberrimus *Jacobus de Wilde* in ſuis antiquis N. 14. ſiſtit. Quando verò heic in noſtro *Auguſti* παρθένιον πτερὸν *virginem alitem*, uti *Euripidi* (14) audit; aut πτερόεσσαν Κόραν *alatam virginem* , uti *Sophocli* (15) vocatur, offendimus, eo ipſo *provinciam* , *illam veris Sphingibus abundantem*, deſignari exiſtimaremus magis , quam ut eò delabi velimus , ad *SIGNACULUM AUGUSTI, SPHINGEM* exhibens, (*fortitudinis & induſtriæ* , juxta *Plutarchum* (16) *Clementem* (17) & *Syneſium* (18) ; vel *ſapientiæ ænigmaticæ* ſymbolum) vel *Armenos, iisdem* ab Augusto *devictis* , reſpexiſſe , de quo equidem nos edoceat *Suetonius* Cap. I : *In diplomatibus* , *libellisque & epiſtolis ſignandis* , *initio SPHINGE* uſus eſt, *mox imagine Alexandri Magni.* Sicut & *Plinius* Libro XXXVII. H. N. Cap. 2 : *Divus Auguſtus inter initia SPHINGE ſignavit. Duas in matris annulis jam indiſcretæ ſimilitudinis invenerat. Altera per bella civilia, abſente eo, amici ſignavere epiſtolas & edicta , quæ ratio temporum nomine ejus reddi poſtulabat , non infaceto lepore accipientium, ænigmata afferre eam ſphingem.* Itemque *Dio* Libro LI. p. 444. Διπλῆν γὰρ δὴ σφραγῖδα , ᾗ μάλιστα τότε ἐχρῆτο , ἐπεποίητο, σφίγγα ἐν ἑκατέρᾳ ὁμοίαν ἐκτυπώσας, ὕστερον γὰρ τὴν εἰκόνα τὴν ἑαυτοῦ ἐγγλύψας , ἐκείνῃ τὰ πάντα ἐσημαίνετο. *SIGILLUM enim* , *quo tùm maximè utebatur* , *duplex paraverat* , *SPHINGE in utroque ſimili expreſſa ; nam ſerius* , *imagine ſua inſculpta* , *obſignandis omnibus eam adhibuit : qua quidem etiam Imperatores* , *poſt illum ſequuti deinceps* , *Galba excepto* , *uſi ſunt.* Et recte exiſtimat *A. Rubenius*, hoc feciſſe ex imitatione Regum *Perſarum* , de quibus *Thucydidis Scholiaſtes* ita : Ἡ σφραγὶς τοῦ Περσῶν βασιλέως εἶχε τῶν μέν τινας τὴν βασιλέως εἰκόνα τῶν δέ τινας τὴν τοῦ Κύρου τοῦ πρώτου βασιλέως &c. Sunt equidem, in quibus *A. Rubenius*, qui *ſphingem* impreſſam noſtro nummo , velut *fortitudinis & induſtriæ* , uti audivimus ſupra, aut *ſapientiæ* etiam ænigmaticæ *ſymbolum*, quo nomine & *ſignaculum* ſive *ſigillum ejus* occupaverat, eaque hoc indicare voluiſſe, & *ſapientia*, & *fortitudine* & *induſtria Armeniam ſub ſuam redegiſſe poteſtatem* ; perinde ac quando *Capricornum* impreſſit cum epigraphe : ARMENIA CAPTA, nihil aliud voluerit, quam *felici ſidere ad imperium*, *illudque provinciis inſignioribus amplificandum* , *fuiſſe à Diis deſtinatum* : quod inter alia ex *hoc* licet colligere, quod *communiter hiſce nummis* in *antica* non alias *inſcriptiones* niſi : AUGUSTUS , aut CAESAR AUGUSTUS *addi voluerit* , aut *addiderit*. Interim tamen, cum nummos offendamus *ſphinges* offerentes cum inſcriptione: AEGYPTOS , (19) noſtraque *Armenia* , ſi Geographiam conſulimus , *non procul admodum ſita fuerit ab Ægypto*, non videmus, cur non *feracem iisdem quoque dicamus* , cum *iis abundantem Ægyptum* tradat *Laurentius Pignorius* in explicatione *Tabulæ Iſiacæ*. Ut non tangamus , *ſphinge* , expreſſe tradentibus *Tranquillo* , *Plinio* & *Dione* , *ab initio ſaltem regiminis* , *loco ſigilli* , *fuiſſe uſum* : in *antica* verò noſtri nummi legi : AUGUSTUS , quod *cognomen* ipſi in *Conſulatu* demum VII. A. V. C. $\left(\frac{726}{27}\right)$ fuit impoſitum , uti ſupra oſtendimus. Neque dubitamus, *eodem anno* hunc noſtrum , quo ſuperiorem , anno nempe N. V. $\left(\frac{751}{52}\right)$ fuiſſe ſignatum. Nummus hic *aureus* pars hodie eſt *Theſauri Verſalienſis*.

NUM. 24.

CAESAR COnSul VI. Caput Auguſti nudum, lævam verſus, pone lituus, uti Tab. II. N. 64.

vel

AUGUSTUS. Caput Auguſti nudum, lævam verſus, uti Tab. III. N. 71.

Sphinx alata ſedens.

Poſſet equidem quis eandem hujus nummi percuſſionis cauſam augurari, atque præcedentis, ob ſimilitudinem ſcilicet cum illo , eandem figuram, & quod eodem metallo fuerit percuſſus, cujus ſententiæ & ipſe *Morellius* videtur fuiſſe, ſed nos juxta *Lud. Nonnium* in *Commentario* ad Auguſti nummos p. 47. *Albertum Rubenium* in *Commentario* ad Num. *Arſchotanos* p. 21. *Jac. Oiſelium* p. 148. nummum hunc noſtrum de *Ægypto* interpretamur, quod nempe *Sphinx Ægyptum* denotet, & eâdem Nili inundationem & decrementum ſignificari. Nam ut illa capite virgo , reliquo verò corpore Leo eſt, ita etiam ex virorum doctorum obſervatione innuere voluerunt , Nilum creſcere ingrediente Sole Leonis ſignum , Virginis autem ſignum percurrente , decreſcere. Supra hujus rei exemplum ex nummo *Trajani* dedimus, à *Spanhemio* adducto, circumſcripto quoque ÆGYPTOS, immo, uti æreum habemus, Auguſti quoque nummum apud *Goltzium* p. 32. in *Aug.* N. 12. & infra in noſtris quoque adducendum , *Sphingem* ſiſtentem cum ſiſtro & ſpica, utroque Ægypti ſymbolo, quibus palam fit, Ægyptum quandoque Sphinge deſignari ob Abundantiam in eadem *Sphingum* , uti jam ſupra innuimus. Movet vero nos cumprimis ad amplectandam hanc ſententiam antica , in qua Conſul VI. eſt obſignatus. Novimus verò hoc ipſo Ægyptum non ſolum poſſediſſe , ſed & ſequenti anno , quo AUGUSTUS , uti in altera antica habet, eſt compellatus Ægyptum, ſibi retinuiſſe, ut adeo hic Nummus annis $\left(\frac{725}{26}\right)$ & $\left(\frac{726}{27}\right)$ fuerit percuſſus. Quas anticas ſi attendiſſent ante nos hujus nummi interpretes, non neceſſe habuiſſent ad ſigillum Auguſti (20), aut aliam interpretationem confugere. Exhibent cæteroquin hunc nummum rariorem *H. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XXXII. & *Ludov. Nonnius* p. 57. in *Commentario* ad

eſſet animal. quod mane quadrupes , *meridie bipes* , *veſperi tripes eſſet* ; quod tandem *Oedipus* ſolviſſet , *hominem* id dicens eſſe. Quam *ænigmatis* ſolutionem tam ægrè illa dicitur tuliſſe , ut protinus ſeſe de ſaxo præcipitans , cervices fregerit. *Palæphatus* contra hanc fabulam ex *Cadmi* hiſtoria ductam exiſtimat, de quo videri poteſt *Natalis Comes* Lib. IX. Cap. 18.

(14) *Phœniſſ.* v. 813.

(15) *Oedip. Tyr.* v. 516.

(16) *Bruti ratione uti*, p. 988.

(17) *Stromat.* L. V. p. 567.

(18) De Regno p. 7. Confer *Spanhemium* de V. & P. N. p. 245.

(19) Vide talem apud *Ill. Spanhemium* p. 245. nov. edit.

(20) Ita ſiquidem *Patinus* ad *Sueton.* p. 105 : *Alteram* (noſtri eſt figura) *SIGILLI ſpeciem etiamnum præ ſe fert*, *absque ulla epigraphe.*

ad illos *A. Rubenius* in nummis *Arschot.* Tab. XII. N. 17. p. 21. *Jac. Biæus* Tab. XII. N. 17. *Jac. Oiselius* Tab. XXXIII. N. 12. p. 47. 48. *Joach. Udanus* in P. R. Tab. XXXVI. N. 12. *C. Patinus* in *Suetonio* Nummis illustr. p. 105. qui tamen argenteum vult. *Joh. Valens* in nummis rarior. aureis vet. edit. p. 22. ex *Ill. Harlæi Museo Comes Mediobarbus* pag. 29. quem recte eundem ad annum (726/27) retulisse lubens video. Hodieque iste in *Thesauris Versaliensi & Schwartzburgico* adservatur.

NUM. 25.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum lævam versus, uti Tab. III. N. 71.

ARMENIA CAPTA. Signum Capricorni cum globo sub pedibus anterioribus, & cornu copiæ, supra tergum.

Confer quæ supra N. 22. de Armenia sub *Augusto* per *Cajum Nepotem* Anno (751/52) sub potestatem denuo redacta jam diximus, & de hac expeditione, felici sidere hujus sideris fiducia, feliciter susceptâ plus satis testari omnino & nummum nostrum, de quo sidere Genethliaco Tab. IX. N. 35. multi jam fuimus, cujus vel solo AUGUSTI cognomine antica superbit, titulos omnes continente & prærogativas, quo ipso anno & hunc percussum omnino nummum credimus. Communicant alias hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XL. N. 9. *A. Rubenius* in *Nummis Arschot.* Tab. X. N. 2. *Jac. Oiselius* Tab. XIX. N. 4. p. 90. *Joach. Udanus* Tab. XXII. N. 4. p. 115. *Joh. Hemelarius* Tab. III. N. 9. p. 13. *Comes Mediobarbus* p. 34. sed inter argenteos ibi retulit. *Jac Biæus* in Nummis ad *Aug. Dialogos* Tab. X. N. 2.

NUM. 26.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 71.

ARMENIA CAPTA. Victoria alis expansis taurum prostratum cornibus prehendens, & quasi domans.

Sunt (21) qui putant, symbolum hoc posse explicari de Coloniis etiam in Armeniam victoriis Augusti transplantandis præsertim contra *Parthos*, quod *bos coloniarum* frequentissime soleat esse symbolum. *A. Rubenius* cum quo & *Jac. Oiselius* videtur facere, existimat denotari per taurum, montem *Taurum* & æquivoce intelligi, qui Armeniam contingit, propterea quod *mons Taurus* cum subjacente universa regione victoriis Augusti fuerit subactus. Docet verò adeo novum non esse æquivocum unum pro altero poni inter alia ex *Libanio Sophista* in *Antiochico*; cum narrasset *Antiochum Taurum* montem, à latronibus purgasse; Ἀνθ᾽ ὧν ὑπὸ τῶν εὖ παθόντων ἵσταται χαλκοῦς ταῦρος κεκαρμένος δηλοῦντος τοῦ ζῴου τὸ ὁμώνυμον ὄρος. *Pro quibus à beneficio affectis positus est æneus taurus attonsus, ostendente animali æquivocum montem.*

Sic Lib. V. *Antholog. Epigramma:*

Καὶ πρόμος ἀκαμάτων Πομπήϊος Αὐσονιήων
ἄνδρον Ἰσαυροφόνον κειμήλιον ἦν ὀρεάων,
Στειβομένας ὑπὸ Ἴπποισιν Ἰσαυρίδας εἶχε μαχαίρας.
Σημαίνων ὅτι δοῦλον ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα ταύρου
Εἴρυσεν ἀῤῥήκτῳ πεπεδημένον ἅμματι Νίκης.

Tauri hujus montis mentio est apud *Plinium* H. N. Lib. V. C. 24. frequens: *Elegiam ARMENIAE decem millia passuum, acceptis fluminibus Lyco, Arsania, Arsano.* Apud *Elegiam* occurrit ei TAURUS mons &c. Et Lib. V. C. 27. *Junctum ei mare Lycium est, gensque Lycia, unde vastum sinum Taurus mons &c.* Confer *Melam* L. I. C. 15. *Solinum* C. 38. p. 68. *Martinum* Lib. VI. Cap. de *Euphrate* p. 220. *Et nobis non absonum videtur sub tauro hoc vel montem Taurum intelligi*, vel *Artabazem*, Armeniæ majoris *Regem*, cujus magnam quoque fuisse *fortitudinem*, & quem Anno (733/34) Consulibus *M. Appullejo & P. Silio Nerva*, domatum & *Tigranem* pro eo constitutum novimus ex *Dionis* Lib. LIII. p. 526. Τῶν τε, scribens, Ἀρμενίων τῶν ἑτέρων τοῦ τε Ἀρταβάζου κατηγορησάντων καὶ τὸν Τιγράνην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὄντα μεταπεμψαμένων, μετέστειλε τὸν Τιβέριον, ὅπως τὸν μὲν ἐκβάλῃ τῆς βασιλείας, τὸν δ᾽ ἐς αὐτὴν ἀποκαταστήσῃ· καὶ ἐπράχθη μὲν οὐδὲν τῆς παρασκευῆς αὐτοῦ ἄξιον (οἱ γὰρ Ἀρμένιοι τὸν Ἀρταβάζην προαπέκτειναν) ὁ δ᾽ οὖν Τιβέριος ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ θυσίαι ἐπὶ τούτῳ ἐψηφίσθησαν, ἐσεμνύνετο ὡς καὶ κατ᾽ ἀρετήν τι ποιήσας. *Cum ARMENIAE MAJORIS populus Artabazem accusaret, TIGRANEMque fratrem ejus, qui tum Romæ erat, evocaret; Augustus Tiberium accersivit, ut Artabazem REGNO pelleret, TIGRANEM EI PRAEFICERET. Tiberius, ab ARMENIIS ante ejus adventum occiso ARTABAZE, nihil suo apparatui respondens, perfecit: tamen ea se re, quasi sua quicquam virtute egisset, jactavit; præsertim cum SACRIFICIA PROPTER EAM ESSENT DECRETA. Vellejus* etiam rem tanti momenti putat, ut jure omni triumphum exinde meruerit, Cap CXXII. scribens: *Quis enim dubitare potest, quin ex ARMENIA RECEPTA, & ex REGE EI præposito, cujus Capiti INSIGNE REGIUM SUA MANU imposuerat, ordinatisque rebus Orientis, ovans TRIUMPHARE debuerit?* Plane id eloquitur *Suetonius* in *Tiberio* Cap. IX. *Deinde ducto ad Orientem exercitu, REGNUM ARMENIAE TIGRANI RESTITUIT, ac pro Tribunali DIADEMA IMPOSUIT. Josephus:* Καὶ τοῦτον Ἀρχέλαος καὶ Νέρων Καῖσαρ ἐκβαλόντες, Τιγράνην τὸν νεώτερον ἀδελφὸν, ἐπὶ τὴν βασιλείαν κατήγαγον. *Eusebius* in *Chronico* ad Annum 1696: *TIBERIUS ab Augusto missus occupavit ARMENIAM.* Sistunt hunc nummum rariorem aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XL. N. 7. *A. Rubenius* in Num. *Arschot.* Tab. X. N. 6. *Jac. Biæus* in Nummis ad *Aug. Dial.* Tab. X. N. 6. *Jac. Oiselius* in *Thes.* Num. Tab. XIX. N. 2. p. 89. *Joach. Udanus* in P. R. Tab. XXII. N. 2. p. 115. *Joh. Valens* in rar. aureis ex *Cimelio Illustr. Harlæi* p. 10. edit. veter. & recentiss. p. 20. *Com. Mediobarbus* p. 33. Hodieque in *Thesauris Versaliensi & Schwartzburgico* est obvius.

NUM.

(21) *Joach. Udanus* in P. R. p. 115.

NUM. 27.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum lævam versus, uti Tab. IV. N. 116.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti corona quernea redimitum lævam versus, uti T. IV. N. 118.

Cajus CAESAR AUGUSti Filius. Cajus galea ornatus, sinistra hastam & clypeum, dextra frenum tenens, equo veloci decurrit, pone ipsum aquila legionaria cum duobus cohortium signis terræ infixis.

Cajum Augusti ex filia Julia & Agrippa, nepotem, filium verò Augusti in nummo vocatum, quod ipsum cum fratre Lucio Augustus adoptaverat [22] Principesque juventutis appellari curaverat (de quo infra ad ipsius nummos plura) videmus armatum & equitem ad citam, (quod veloci equo indicatur) expeditionem, cujus indicium sunt signa militaria, quæ ipsi adstant, aut circumstant, Romanorum exercitus robur & vim designantia, proficiscentem, sed ad quam? Ad Armeniacam Anno (754/55) *Phraate*, *Parthorum Rege*, [23] Armeniam magno exercitu, aggrediente, contra quem *Augustus Cajum* expediebat. Sic enim totidem verbis *Vellejus Paterculus* L. II. Cap. 101. *Breve ab hoc intercesserat spatium, cum Cajus Cæsar, ante aliis provinciis ad sedandum obitis, in Syriam missus — — cum Rege Parthorum juvenis excelsissimus in Insula, quam amnis Euphrates ambiebat, æquato utriusque partis numero coiit. Quod spectaculum, stantis ex diverso hinc Romani, illinc Parthorum exercitus, cum duo inter se eminentissima Imperiorum & hominum coirent capita, perquam clarum & memorabile sub initia stipendiorum meorum, tribuno militum mihi visere contigit. Prior Parthus apud Cajum in nostra ripa, posterior hic apud Regem in hostili epulatus est. Quo tempore M. Lollii, quem veluti moderatorem juventæ filii sui Augusti esse voluerat, perfida, & plena subdoli & versuti animi consilia per Parthum indicata, Cæsari fama vulgavit. — — Armeniam deinde ingressus, prima parte introitus prospere gessit; mox in Colloquium (cui se temerè crediderat) circa Artageram graviter à quodam, nomine Adduo, vulneratur, ex eo ut corpus minus habile, ita animum minus utilem reipublicæ habere cœpit.* In *Cenotaphiis Pisanis* à *Norisio* editis elegans & memorabilis legitur *Inscriptio Pisana*, in qua inter alia legimus de nostro *Cajo*: *Devictis Aut in Fidem Receptis Bellicosissimis Ac Maximis Gentibus, itemque de vulnere ejus, quo mortuum tradit Vellejus hæc: Ipsum Vulneribus Pro Re Publica Exceptis Ex Eo Casu Crudelibus Fatis Ereptum Populo Romano. Dum autem hic in itinere hæreret, Phraates, pacem offerebat literis ad Augustum scriptis. His respondens Augustus suas Phraati inscripserat, absque Regi Regum, ut prætendebat, titulo, eique imperaverat, ut Armeniam restitueret.* Ipse verò isthæc non curaverat, donec audiverat, *Cajum* cum legionibus Romanis ingressum jam esse *Syriam*. Tunc *Phraates*, res suas eum domi quoque perturbatas sciret, *Armenia* cedebat, ac cum *Augusto* denuò in gratiam redibat. Quam belle in hanc rem *Ovidius* L. II. *Tristium*:

> *Nunc PETIT ARMENIUS PACEM nunc porrigit ARCUS*
> *PARTHUS eques, timidâ CAPTAque SIGNA manu.*

De quo supra jam pluribus N. 22. egisse nos meminimus, quæ consuli in hanc rem omnino possunt. Percussum ergo in honorem *Caji*, expeditionem hanc feliciter finientis, sistunt hunc nummum præstantiorem aureum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XL. N. 8. p. 65. *Alb. Rubenius* in Nummis *Arschot.* Tab. X. N. 5. *Jac. Biæus* in Nummis ad *Dial. Aug.* Tab. X. N. 5. *Jac. Oiselius* in *Thes. Numism.* Tab. XIX. N. 6. p. 90. 91. *Joach. Udanus* in Pot. Rom. Tab. XXII. N. 6. p. 115. *Joh. Valens* in rar. aureis ex *Cimeliarchio Illustriss. Lamonii* veter. edit. p. 18. recentiss. verò p. 35. *Paul. Pedrusius* in *Museo Farnesiano* Tab. II. N. 11. *Ezech. Spanhemius* in notis ad *Juliani Cæsares* p. 273. *Laur. Begerus* in *Thes. Palatino* p. 292. N. 1. & in *Thes. Brandenburgensi* Tomo II. p. 608. *ubi tamen in antica AUGUSTU pro AUGUSTUS & in postica C. CAES. pro CAESAR, Cajumque capite nudo pro galeato minus rectè sculpta deprehendes.* Hodieque pars est *Thesauri Versaliensis* & *Schwartzburgici.*

NUM. 28.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum lævam versus, uti Tab. IV. N. 116.

IMPerator XIIII. (decimum quartum) Imperator togatus in sella curuli sedens, cui ambabus manibus figura virilis porrigit puerulum.

Plurimi [24] Antiquariorum eo abeunt, quod depingatur hoc in nummo Germanicus, *Cajum* AUGUSTO porrigens, qui illum non solum recipiat, sed manu vultuque significet, ne gravarentur imitari Juvenis exemplum, cujus rei meminit *Suetonius* Cap. XXXIV: *Sic quoque abolitionem ejus (Legis, de maritandis ordinibus) publico spectaculo pertinaciter postulante equite, ACCITOS GERMANICI LIBEROS RECEPTOSque partim AD SE, partim in patris gremium, OSTENTAVIT, MANU VULTUque significans, ne gravarentur imitari JUVENIS EXEM-*

(22) *Vellejus* Lib. II. C. 96. *Cujus* (Agrippæ) *liberos, nepotes suos, D. Augustus, præpositis Caji aut Lucii nominibus adoptaverat.*

(23) *Vellejus* Lib. II. C. 100. *Nam & PARTH. . . . . descifcens à Societate Romana, adjecit ARMENIAE manum.*

(24) *Læv.* puta *Torrentius* l. c. *Com. Mediobarbus* l. c. *Ezech. Spanhemius* in notis ad *Juliani Cæsares* p. 229. ubi ita; " A „ quoy on pourroit ajouter la Medaille d'Auguste, avec un „ Enfant emmailiotté, qu'on luy presente, au sujet, comme „ l'ont crû quelques Sçavans, de la Loy de maritandis ordinibus, & de ce que dit la dessus Suetone, qu'il se fist porter les Enfans de Germanicus pour faire passer cette Loy, „ qui trouvoit de la repugnance. Il est vray que celle Medaille est expliquée par d'autres, l'un de Fils, ou petits „ Fils du Roy de Parthes, presenté en ostage à Auguste, & „ dont je parleray ailleurs."

EXEMPLUM. Cusum proinde putant in Augusti honorem lenitatemque ejus omnibus docendam A. V. C. 746. quo ipso Imperatoris XIIII. titulum gessisse eundem novimus. Sed cum neque *Cajus* neque *Lucius* tunc amplius essent pueruli, quales heic in nummo exhibentur, dehinc offerens puerum exterus potius videatur, existimamus omnino cum *Clariss. Joh. Valente*, exhiberi heic in nummo *Parthum* chlamyde ornatum, ambabus manibus *Augusto* porrigentem puerum, ac veluti in tutelam offerentem. Nempe *Tiridates*, postquam *Parthorum Regnum* occupasset, à *Phraate* in fugam conjectus, cum ipsius puerulo ad Augustum confugit. Sunt etiam, qui putant *Regem Parthum* Filium aut nepotem obsidis loco heic offerre. Vulgarunt jam hunc ex auro rariorem nummum *Lævinus Torrentius* in notis ad *Suetonium* p. m. edit. *Græv:* 177. qui tamen argenteum hunc possidere saltem scribit. *Joh. Valens* in rar. aureis edit. vet. p. 19. & 20. ex *Thesauro Regis Christianissimi*, modo quod scribat, duas figuras viriles puerum porrigere, cum una saltem heic sit conspicua; recentiss. verò p. 37. *Comes Mediobarbus* p. 38. *Ezech. Spanhemius* in Notis ad *Juliani Cæsares* p. 229. Hodieque in *Thesauris Versaliensi* & *Schwartzburgico* reperitur.

NUM. 29.

***AUGUSTUS DIVI Filius.** Caput Augusti nudum lævam versus, uti Tab. IV. N. 121.*

vel

***AUGUSTUS DIVI Filius.** Caput Augusti nudum dextram versus, uti Tab. IV. N. 124.*

***ACTiacus. IMPerator X.** (decimum) Apollo Actiacus stans in longa veste, dextera plectrum, sinistra lyram tenet.*

Ad Actium, Acarnaniæ vetustissimam urbem circa Ambracium sinum eumque ingredientibus ad dextram sitam, memorabilis illa pugna inter Augustum & Antonium cum Cleopatra fuit commissa, quibus IV. Nonis Septemb. superatis ad Cæsarem summa rerum rediit. Ibidem vetustissimum Apollinis Actii erat Templum, quod Augustus, parta victoria, instauravit, operibus exornavit, & magnis reditibus ditavit, captasque naves Apollini consecravit, in urbem ipsam Coloniam Romanorum deducens. Totidem verbis id nos docet *Tranquillus* Cap. XVIII: *Quoque ACTIACÆ VICTORIÆ memoria celebratior in posterum esset, URBEM NICOPOLIM apud ACTIUM CONDIDIT, ludosque ILLIC Quinquennales constituit, AMPLIATO VETERE APOLLINIS TEMPLO, locum castrorum, quibus fuerat usus, exornatum navalibus spoliis, Neptuno & Marti consecravit.* Dio Lib. LI. p. 442: Τότε πρῶτον ὁ Καῖσαρ τὸ κράτος πᾶν μόνος ἔσχεν, ὥστε καὶ τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν τῆς μοναρχίας αὐτοῦ ἐτῶν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἀκριβοῦσθαι, καὶ ἐπ' αὐτῇ τῷ τε Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ τριήρη τε καὶ τετρήρη, τά τε ἄλλα τὰ ἑξῆς, μέχρι δεκήρους, ἐκ τῶν αἰχμαλώτων νεῶν ἀνέθηκε· καὶ ναὸν μείζω ᾠκοδόμησεν. *Ab ea die primum Cæsar solus rerum potitus est, imperiique ejus recensio præcisè ab ea (die IV. Non. Sept.) sumitur. Eadem die CÆSAR APOLLINI, qui apud ACTIUM colitur, triremem, quadriremem, ac alia navium genera usque ad deciremem, ex captis navibus consecravit, TEMPLUM MAJUS EXSTRUXIT &c.*

Hujus templi mentionem injiciunt *Thucydides* I. p. 21: Ἐπειδὰν δὲ ἐγένοντο ἐν Ἀκτίῳ τῆς Ἀνακτορίας γῆς, οὗ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστιν, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου. *Postquam autem fuerunt in Actio Anactoriæ terræ, ubi TEMPLUM est APOLLINIS ad ipsum os Ambracici sinus.* Et *Plinius* Lib. IV. Cap. I. H. N: *In ore ipso Colonia Augusti ACTIUM, cum Apollinis templo nobili & civitate libera Nicopolitana.* Et *Silius* XV.

— — PHOEBI vidit citus ACTIA TEMPLA.

Videtur tamen nobis Templum hoc, quod vetustissimum intra Urbem Actium erat, & ampliatum novisque reditibus auctum, diversum planè fuisse ab illo, quod Augustus de novo condidit Apollini in loco illo, in quo ad Actium, sive è regione Actii, tetenderat, sive in quo Augusti fuerat tabernaculum, de quo nos pariter instruit *Dio* Libro LI. p. 443. Τό, τε χωρίον ἐν ᾧ ἐσκήνησε, λίθοις τετραπέδοις ἐκρηπίδωσε, καὶ τοῖς ἁλοῦσιν ἐμβόλοις ἐκόσμησεν, ἕδος τι ἐν αὐτῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ὑπαίθριον ἱδρυσάμενος. *Ac locum, in quo tetenderat, lapidibus quadratis à fundamento exstruxit, rostrisque navium captarum ornavit, SACRARIUM IBI APOLLINIS sub dio constituens.* Hujus & meminit *Tranquillus* Cap. 96. *Apud ACTIUM descendenti in aciem, asellus cum asinario occurrit: Eutychus homini, bestiæ Nicon erat nomen. Utriusque simulacrum æneum VICTOR posuit in TEMPLO, in quod CASTRORUM SUORUM LOCUM VERTIT.* Non nescimus equidem quod scribit idem *Tranquillus* Capite XVIII: *Locum castrorum, quibus fuerat usus (ad Actium) exornatum navalibus spoliis NEPTUNO AC MARTI consecravit.* Sed uti supra *Dio* sic *Strabo* Libro VII. p. 225. & *Thucydides* I. p. 21. APOLLINI consecratum affirmant. Addit benè *Casaubonus*: "His potius habendam fidem, assentietur mihi, opinor, qui meminerit & qua semper religione Apollinem Augustus, ut *omnium sibi bonorum auctorem, vereque parentem* coluerit: & contra quam parum sibi amicum numen *Neptunum* crediderit; quamque ipse parum *Neptuno* amicus." *Suetonio*, qui locum, ut puto, non viderat, & Actiacam victoriam in mari quæsitam noverat, imposuit mos communis, cujus in historiis multa testimonia. *Berneggerus* equidem medelam *Suetonio* adferre tentat, scribens in notis ad ipsum. "Pro *Suetonio* verò dixerim: ei sermonem hic esse non de templo (nam illud utique Apollini sacrum) sed de castrorum loco spoliis exornato." Nec adeo mirum Augustum in gratiam rediisse cum Neptuno, cujus Numen adeo propitium in hac victoria fuit expertus. Sed quando infra castrorum locum in Templum vertisse scribat ipse *Suetonius* & in *Templo* captarum navium rostra posuerit, eandem ipsi curando haud sufficere videbit facile quilibet. Quando ergo certum, quod *Apollo* in *Actio*, Epiri urbe (hodie Tigalo) fuerit cultus & ab Augusto ob obtentam victoriam magno studio cultus, ideo, & hic in nummo in perpetuam hujus rei memoriam comparet; neque ulli dubitationi remanet locus. Per vocem: ACT. intellige: ACTiacus Apollo. Videas verò illum imberbem, quod illi, uti *Bacco perpetua juventus* adscribitur, hinc *Ovidius*:

Solis perpetua est Phœbo, Bacchoque juventus;

Dehinc *longa veste* indutus, qui equidem habitus non est fœmineus, ut putat *Paulus Pedrusius*, (25) sed illi conveniens, veluti *Pythium* quoque describit *Propertius* Lib. II. *Elegia* 31.

Pythius (26) *in longa carmina veste sonat.*

Et *Virgilius* L. VI. Æneidos 645.

Nec non Threicius longa cum veste Sacerdos.

Cur ergo *Lucianus* in Libello de *Dea Syria* de *Assyriis* scribit? *Cæterum & aliud quiddam novum Apollini suo affingunt: SOLI APOLLINEM VESTIBUS EXORNANT?* Contrarium certè ad oculum nummus noster docet; aliud statuæ in quibus apud Græcos & Romanos *Apollo* Citharœdus *vestibus exornatus* visitur. Contra, *Sagittarium Apollinem*, aut disco ludentem, semper nudum effingebant, secundum *Philostratum* in Epistolis: Ὁρῶ δὲ ἐγὼ καὶ τὸν Ἡρακλέα ἐν ταῖς γραφαῖς δορὰν Θηρὸς περιβεβλημένον, καὶ τὰ πολλὰ χαμαὶ καθεύδοντα, τὸν δὲ Ἀπόλλωνα καὶ ψιλῷ σώματι, ἢ διστεύοντα, ἢ τρέχοντα. *Dexterâ plectrum, sinistrâ lyram tenet, quod illi lyræ, tibiarum & fistularum assignatur inventio*, secundum *Polydorum Virgilium*, L. 5. & *Pausanias* in *Eliacis* sive L. V. p. 413. clarè testetur, citharæ inventum *Apollini* attribuisse Græcos, διότι Ἑρμῆν λύρας, Ἀπόλλωνα δὲ εὑρετὴν εἶναι κιθάρας, *lyræ inventum Mercurio, Citharæ Apollini Græcorum sermo attribuit*; Et in *Bœoticis* sive Lib. IX. p. 667. esse in *Helicone Apollinem* æneum & *Mercurium* de lyra inter se litigantes, καὶ Ἀπόλλων χαλκοῦς ἐστιν ἐν Ἑλικῶνι καὶ Ἑρμῆς μαχόμενοι περὶ τῆς λύρας. Immo refert in *Laconicis* sive III. p. 271: In *Zaracis* portum extremis finibus *Apollinis* delubrum esse & simulacrum ejus citharam tenens, ἐν Ζάρακι δὲ ἄλλο μὲν οὐδέν· πρὸς δὲ τῷ λιμένι τῷ πέρατι, Ἀπόλλωνος ναός ἐστι καὶ ἄγαλμα κιθάραν ἔχον. In *Megalopolitarum* portu fuisse quoque *Apollinem* cithara canentem (Ἀπόλλωνα κιθαρίζοντα) idem in *Arcadicis* s. Libro VIII. p. 664. affirmat: Extra *Altin* in *Junonis* templo *Camœnas* fuisse canentes, modos præeunte *Apolline* (ᾄδουσι Μοῦσαι, καὶ Ἀπόλλων ἐξάρχων τῆς ᾠδῆς Sed quid ergo, quod tam acriter nunc disputat *Ludovicus Nonnius* p. 55. in *Commentario* ad *Augusti* nummos scribens: *Apollinis Actii simulachrum hoc esse uno ore asserunt Antiquarii. Ego tamen ambigo, immo AUSIM negare. Nam quis hic Apollinis habitus? an quia lyram, vel citharam gestat? atqui & Musis hoc est commune; accedit, quod habitus hic sit prorsus muliebris, vestis demissa ad talos; crines in nodum collecti*; scio inter Neronis numismata Apollinis citharœdi simulachrum fluxa veste conspici, juxta illud *Propertii* Libro II. *Elegia* 31:

Pythius in longa carmina veste sonat.

Tabula tamen LXXIII. occurrit *Apollinis* citharœdi habitus à priore diversus, sedet enim in saxo, nudo penè corpore, citharam pulsans. Sed sint illa ornamenta *Apollinis* citharœdi: Cur *Apollo Actius* imbelli hac forma pingetur? cum Augustus ab illo se adjutum in pugna Actiaca credidit, quod non citharam pulsando, sed sagittas spargendo fecisse canunt *Poëtæ*, inter quos *Virgilius Æneidos* L. VIII. 704.

Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper: omnis eo terrore Ægyptus, & inde
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.

Propertius Lib. IV. *Eleg.* 6: ubi ex professo de pugna Actiaca, nimis clarè opinioni meæ subscribit:

Non ille attulerat crines in colla solutos,
Aut testudineæ carmen inerme Lyræ,
Sed quali adspexit Pelopeum Agamemnona vultu,
Egessitque avidis Dorica castra rogis,
Aut qualis flexos solvit Pythona per orbes
Serpentem, imbelles quem timuere lyræ.

Et, post aliquot versus, addit:

Actius hinc traxit Phœbus monimenta, quod ejus
Una decem vicit missa sagitta rates.

Vides clare *Actium Apollinem* non citharœdum in hac pugna fuisse, sed potius τοξοφόρον seu sagittarium. Quare videtur potius *Musæ* hic habitus, quam *Apollini* quadrare *Actio*, à qua opinione non multum abhorrere video *Celeberrimum Lævinum Torrentium* in *Suetonii Augusto*. (27) *Sed ejusdem objectionibus paucis ut heic eamus obviam, à nostro instituto nemini alienum videbitur, sed potius admodum, ut opinamur, conveniens. Et ut ab ultimo incipiam, si Musa; quæ? an ACTia?* Nihil de hac apud omnes historiæ Romanæ & Græcæ Scriptores. Abeant ergo *Musæ*, nos earum ductorem retinebimus *Apollinem*. Habitus in nostro & sequentibus nummis est *Apollini* conveniens, quod lyram teneat, aut citharam, uti ex *Pausania* supra pluribus docuimus exemplis, eo modo à veteribus Græcis & Romanis effictο. Non negamus etiam, & *Musas* tali sub habitu comparere, nec alio planè visitur in *Familia Pomponia* Tab. I. N. 6. Clio (Κλειὼ) à Græco Poëta appellata, canente:

Κλειὼ καλλιχόρου κιθάρης μελιηδέα μολπήν.
Clio dulcisonæ citharæ modulamina prompsit.

Et propterea quod citharisticam quâ Heroum laude canebat invenerit, cum ea quoque tandem finxerunt. Immo & tali sub figura propositam videas apud *Fulvium Ursinum* in eadem *Familia* Tab. II. N. 5. *Melpomenem*, de qua Græcus Poëta:

Μελπομένη θνητοῖσι μελίφρονα βάρβιτον ἦρε.
Melpomene dulci concentu barbita movit.

Et de qua *Horatius* I. *Od* XXIV. 1.

——— ——— ——— præcipe lugubres
Cantus Melpomene, cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit.

Nec non *Polymniam*, de qua idem Poëta:

Τέρψιας

(25) In *Museo Farnesiano* & quidem in *Commentario ad Nummos Augusti* p. 27. Sta la figura di *Apolline* in abito *feminile*. Ejus simulacrum *Consule* in Numismate *Trallianorum* apud *Spanhemium* & in *Floro Begeri* p. 118.

(26) Miror *Pedrusium* p. 29. in *Museo Farnesiano* substitue re: *Actius, & ultimo verso, sonat pro canit*. Quem tamen secure sequutum esse video *Valentem* p. 33. in rarioribus aureis.

(27) Edit. *Grævianæ* p. m. 141. 142: *Exstant ad veteres Augusti nummi cum imagine Actii Apollinis citharoedi, ut videtur, habitu. Nisi quis Musam esse contendat.*

Τέρψιας ὀρχηθμοῖο Πολύμνια πάνσοφος εὗρεν.
Harmoniam numeris saltusque Polymnia junxit.

Quid quod & *Herculem Musarum* cum eadem offendamus lyra. Tab. I. ibidem N. 4? quam artem à *Lino* didicisse, *Theocritus* in *Bucolicis* narrat. Sed quid tum? satis est, & sic *Apollinem* deprehendi, uti supra docuimus. Satis est, si & ipse exhibitus fuerit fluxa veste, quod negare vel ipse non potuit, considerans penitius Neronis Nummos, quos infra in ejus nummis Tab. IV. N. 31. Tab. VIII. N. 6. Tab. XII. N. 19. 20. 21. Tab. XV. N. 25. exhibituri sumus, ubi non solum in nodum colligatis crinibus, sed & fluxa comparet veste. Et quæ causa? alibi Tab. LXXIII. apud *Goltzium* visitur nudus *Apollo* cum lyra, ergo heic veste fluxa indutus, Apollo non est. Infra Tab. VIII. N. 6. in *Nerone* etiam nudum cum lyra & lauri ramusculo eundem conspicimus, nemo tamen negabit, in aliis ibidem citatis nummis pariter non comparere Apollinem, quia in istis reliquis veste fluxa? Si omnes Apollinis statuæ ex antiquitate nobis superessent, bone Deus! quot non diversos haberemus Apollinis habitus? Quid amplius? Rem decidit *Propertius*?

ACTIUS in LONGA carmina VESTE CANIT.

Nec nos imbellis, uti Autori nominare placuit, figura ipsius movet, cum eadem & non alia ibi in Templis fuerit cultus, ac antiquissimis temporibus veneratus. Apollo est, sive citharam pulset, sive sagittas spargat. In templo hoc suo lyram tenere eundem permittamus, ipsi crediderint, deposita lyrâ, in auxilium vocatum ad manus habuisse arcum atque sagittas, maximoque impetu easdem in hostes sparsisse, perinde ut eundem descripsit *Virgilius* Lib. VIII. *Æneidos* 704.

ACTIUS hæc cernens arcum tendebat APOLLO Desuper.

Immo si contextum adspicimus, ipse nostræ sententiæ favet *Propertius*. Nam postquam dixisset:

Non ille attulerat crines in colla solutos
Aut testudineæ carmen inerme lyræ.

quo habitu alias Actii in Templo conspicitur, pergit:

Sed quali aspexit Pelopeum Agamemnona vultu,
Egessitque avidis Dorica castra rogis;
Aut qualis flexos solvit Pythona per orbes
Serpentem, imbelles quem timuere lyræ.

Mox ait:

— — O longa mundi servator ab Alba!
Auguste, Hectoreis cognite major avis.
Vince mari, jam terra tua est, Tibi militat ARCUS,
Et favet ex HUMERIS HOC ONUS omne MEIS.
Dixerat, & PHARETRAE pondus consumit in ARCUS,
Proxima post arcus CAESARIS hasta fuit.

Vincit Roma fide PHOEBI, da fœmina pœnas,
Sceptra per Ionias fracta vehuntur aquas.
ACTIUS hinc traxit PHOEBUS monimenta, quod ejus
Una decem vicit missa sagitta rates.

Nunc quasi immediate priori suo habitu rursus inducit Poëta *Apollinem*, pergens:

Bella satis cecini, CITHARAM jam POSCIT APOLLO
VICTOR, & ad placitos EXUIT ARMA CHOROS.

Ex adscriptis verbis ACT. denique cognoscimus non nisi ACTiacum subintelligi posse Apollinem, additæque literæ IMP. X. tempus definiunt percussionis nummi. Ut vanus proinde esse oporteat *Pirrhus Ligorius*, qui ista verba: *IMP. X. ACT. per IMPERII DECENNALIBUS ACTIS, interpretari voluit; Quæ tamen explicatio quam falsa sit, sequentes facilè arguunt nummi, in quibus IMP. XII. ACT. an: IMPERII DUODECENNALIBUS ACTIS?* Tales ignorarunt Romani; ignorant Scriptores, apud ipsos Quinquennalibus, Decennalibus, Quindecennalibus, Vicennalibus saltem receptis. Imperator vero X. appellatus fuit A. V. C. ($\frac{739}{40}$) sub *Coss. M. Licinio Crasso* & *Cn. Cornelio Lentulo*, *Pannoniis* per *Tiberium* subjugatis, & *Sauromatibus*, ut *H. Goltzius* (28) & *Pedrusius* (29) volunt, cum quibus & nos facimus, vel A. V. C. ($\frac{741}{42}$) sub *M. Valerio Messalâ* & *P. Sulpicio Quirino*, uti *Comes Mediobarbus* p. 37. habet. Communicant hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXI. N. 8. p. 55. 56. *Paulus Pedrusius* in *Museo Farnesiano* Tab. II. N. 4. ubi tamen neque lyra, quam læva tenet, rectè ære expressa est, neque plectrum, quod dextera sustinet, cognosci potest satis distinctè, ut potius trifolium tenere videatur. *Comes Mediobarbus* p. 37. *Æneas Vicus* in aureis N. 10. qui tamen & lyram non justa exhibet figura. *Ant. Zantanus* in aureis T. BBB. I. N. 10.

NUM. 30.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, dexteram versus, uti Tab. IV. N. 124.

ACTiacus IMPerator XII. (duodecimum) Apollo Actiacus stans veste longa, dexterâ plectrum, sinistrâ lyram tenet.

Quæ heic moneri possent, Numero præcedenti jam attigimus. Observamus saltem ob typi præstantiam, etiam sequentibus annis & cum Imperator XII. ob bellum forte Germanicum, nempe A. V. C. ($\frac{743}{44}$) sub *Consul. Julo Antonio Africano*, & *Paullo Fabio Maximo* (30)) audiret, fuisse eundem, & quidem in metallo nobiliori repetitum. Suppeditant quoque hunc nummum aureum *Hub Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXI. N. 12. *A. Rubenius* in Num.

(28) Vide *Fastos Goltzii* p. 212.
(29) *Pedrusius in Museo Farnesiano* p. 29.

(30) Vide *Fastos Goltzii* p. 216. & *Com. Mediobarbum* p. 37.

Num. *Arſchot.* T. 12. N. 15. *Comes Mediobarbus* p. 37. *Jac. Biæus* in Num. ad *Aug. Dial.* Tab. XII. N. 15. *Lævinus Torrentius* in Notis ad *Suetonium* edit. *Grævianæ* p. m. 142.

Num. 31.

CAESAR DIVI Filius IMPerator V. (quintum) ConSul IIII. (quartum) Caput Auguſti nudum, dexteram verſus, uti Tab. II. N. 58.

vel

CAESAR IMPerator. Caput Auguſti.

ACTius. Apollo Actius ſtans veſte in longa, utraque manu lyram tenet.

Quantum referat, ſi notæ annorum ſive anticæ ſive poſticæ fuerint adjectæ, vel hic ipſe doceat nummus. (Cuſus nempe fuit Auguſto IMPerator quintum appellato, & Conſulatum agente quartum, quod novimus contigiſſe A. V. C. $\left(\frac{723}{24}\right)$ A. C. N. 29. devicto nempe Antonio & Cleopatra, adeoque tota Ægypto in provinciam exinde redacta. Titulo igitur Imperatoris V. per hoc facinus obtento, Conſulatum IV. iniit in Aſia, docente clare *Suetonio*, nempe ut ultimam manum bellis imponeret civilibus, Collegam nactus *M. Licinium Craſſum*, ad quem annum & recte eundem *H. Goltzius* in *Annalibus* ſuis retulit. Supra verò N. 29. pluribus oſtendimus, qua ratione Auguſtus devicto ad Actium Antonio, Templum Apollinis Actii vetus ampliaverit, novum eidem exſtruxerit, naves expugnatas eidem conſecraverit, ſacrum quinquennale inſtituerit. In perpetuam ergo Apollinis Actii, quem eodem, ut ſupra N. 29. offendimus in habitu, non tamen muliebri ut *Mediobarbus*, *Valens* & *Pedruſius* exiſtimant, memoriam, à quo auxilio ſe adjutum fuiſſe credebat, nummus hic in nobiliori metallo percuſſus fuit, eodem ſtatim, quo factum id fuerat anno. Atque ob hanc cauſam probare noſtro calculo haud poſſumus *Clariſſimi* alias Antiquarii *Joh. Valentis* ſententiam, exiſtimantis, (in explicatione nummorum rariorum recentiſſ. edit. p. 33.) exhiberi heic in nummo ſtatuam Apollinis in monte *Palatino* ab *Auguſto* poſitam, de qua *Propertius* canat:

Actius in longa carmina veſte canit.

Sed præterquam, quod non *Actius* (Libro II. *Eleg.* 31.) ibidem legatur, ſed *Pythius*, dehinc in fine verſus, nec *canit*, ſed: *ſonat*; *Poëta ibidem loquitur de aurea Phœbi porticu, quam Auguſtus addiderat Apollinis templo in parte Palatinæ domus. Statuam in Templo Apollinis facilè concedimus, quam deſcribit. Sed illud ne Templum illo anno, quo victoria Actia impetrata, erectum? illa ſtatua ibi jam poſita?* Exiſtimamus potius, nummum hunc in memoriam victoriæ per Apollinem Actium, in veteri Templo conſpiciendum hoc habitu, conſecutæ, fuiſſe cuſum, idque clare nos docente antica. Communicant alias hunc nummum aureum rarum *Hub. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XXXI. N. 1. & in *Faſtis Romanorum* p. 200. *A. Rubenius* in Nummis *Arſchot.* Tab. XII. N. 13. *Comes Mediobarbus* p. 26. *Joh. Valens* in rarioribus aureis ex *Borilli*, *Aquiſextis*, *Muſeo*, edit. vet. p. 17. recentiſſimæ verò p. 33. *Jacob. Biæus* in Num. ad *Auguſt. Dial.* Tab. XII. N. 13. *Ezech. Spanhemius* in Notis ad *Juliani Cæſares* p. 40.

Num 32.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus, uti Tab. IV. N. 116.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti corona civica, ſive quernea, redimitum, lævam verſus, uti Tab. IV. N. 118.

vel

AUGuſtus DIVI Filius. Caput Auguſti corona quernea redimitum lævam verſus, uti Tab. IV. N. 119.

ACTiacus. IMPerator XII. Apollo Actiacus ſtans veſte in longa, utraque manu tenens lyram.

Actiacum Apollinem eſſe, & non alium, licet Imperatoris XII. nota ſit addita, ſcilicet circa A. V. C. $\left(\frac{743}{44}\right)$ (de quo N. 30.) ut videamus, ſequioribus temporibus hunc typum non una vice ob præſtantiam rei impreſſæ, fuiſſe repetitum, ex habitu, quem cum præcedente habet communem, confirmamur. Toties nempe hunc typum in auro etiam obſignari voluit, ut nempe non ſolum gaudium ſuum teſtaretur, ſed & gratus erga Deum æſtimaretur, cujus auxilio apud Actium rei ſumma in ſe eſſet devoluta. Exhibent hunc nummum aureum *Hub. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XXXI. N. 10. ſed Numerus ibi XI. pro XII. ſculptus viſitur. *Car. Patinus* in *Suetonio* Nummis illuſtr. p. 77. Hodieque tùm in *Verſalienſi* tùm *Schwartzburgico Theſauro* deprehenditur.

Num. 33.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti nudum, lævam verſus, uti Tab. IV. N. 121.

SICILIA. IMPerator VIII. (octavum) Diana gradiens, ſiniſtra arcum, dextra ſagittas ex pharetra à tergo dependente depromptura.

Supra Tab. IX. N. 24. jam monuimus, oſtendimusque ſatis, *Dianam*, quæ eadem eſt cum *Proſerpina*, *Deam tutelarem* fuiſſe *Siciliæ*, & ex *Diodoro Siculo* Lib. V. (31) probavimus, quod *Diana*

(31) Scribens: Διὰ τὰς μετ' ἀλλήλων διατριβάς τε καὶ ὁμιλίας ἁπάσας στέρξαι τὴν νῆσον ταύτην μάλιστα καὶ λαχεῖν ἑκάστην αὐτῶν χώραν. *Propter familiarem inter ſe conſuetudinem Inſulam mirificè dilexiſſe* (Dianam, Minervam & Proſerpinam) *adeoque unamquamque certum in ea locum ſibi vendicaſſe.*

Diana mirificè hanc dilexerit *Insulam*, (unde & sæpiusculè in nummis *Siculis* & *Syracusanis* occurrit) eique hanc *tutelam* fuisse *consecratam Cicero* clarè affirmat. Et *Plutarchus* in vita *Marcelli* prodit, celebrem in Templo Urbis *Syracusarum Dianæ fuisse cultum*. Immo *Festum Dianæ Syracusanos egisse*, *Livius* Libro XXX. tradit. De victoria verò illa *Siculâ* contra *Sex. Pompejum* Anno $\left(\frac{717}{18}\right)$ obtenta multi jam supra Tab. IX. N. 22. fuimus. Ex postica verò oppidò cognoscimus, hunc nummum Anno $\left(\frac{732}{33}\right)$ fuisse percussum, dum IMPerator VIII. in eo salutatur, quod sub Consulatu XI. & *Coss. Q. Æmilio Lepido* & *M. Lollio* factum fuit. Testem hujus luculentissimum producimus *Dionem* Lib. LIV. p. 526. scribentem: Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίγνετο, ὁ Αὔγουστος ἐς Σικελίαν ἦλθεν, ὅπως καὶ ἐκείνην καὶ τἄλλα τὰ μέχρι τῆς Συρίας καταστήσῃ. *Hæc dum fierent, Augustus in SICILIAM PROFECTUS EST, UT EAM, ac omnes alias ad Syriam usque provincias; constitueret.* Eo heic degente, & tumultu Romæ à competitoribus *Consulatus* excitato, *Q. Lepidum* & *L. Silanum* evocatos in Siciliam verbis objurgavit; quo ipso tamen non sedatiora Comitia Romæ fuêre habita. Dehinc ipse rebus in Sicilia ordinatis, Syracusisque & aliis quibusdam urbibus, Coloniæ Romanorum ut essent destinatis, in Græciam transmisit. Rebusque in Græcia confectis, in Samum navigavit, ibique hiemavit, verba sunt *Dionis* Lib. cit. p. 525: Ὁ δὲ Αὔγουστος, τά τε ἄλλα τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ διοικήσας, καὶ τὰς Συρακούσας, ἑτέρας τε τινὰς πόλεις ἀποίκους Ῥωμαίων ἀποδείξας, ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπεραιώθη. Ὁ γοῦν Αὔγουστος τό, τε Ἑλληνικὸν διήγαγε, καὶ ἐς Σάμον ἔπλευσεν, ἐνταῦθά τε ἐχείμασε. *Erat verò Sicilia Tyrrheni maris insula, frumenti adeo ferax, ut non immeritò olim Romani Imperii horreum fuerit appellata.* Eam enim optimum triticum & nobilissima vina gignere refert *Plinius* H. N. Lib. X. C. 10. *Ciceroni* in *Orat.* pro Lege *Manilia* inter subsidia frumentaria Reipublicæ Romanæ refertur. Et cum tunc illa ex *Strabonis* judicio Lib. II. scribentis: αὕτη δὲ ἦν τῶν ἄλλων τῶν καθ' ἡμᾶς ἐστι μεγίστη καὶ ἀρίστη *Inter omnes Insulas maxima erat & optima*, omnino intererat Augusto, eandem in usum Reipublicæ ordinare. De *Figurâ Dianæ* sequenti Numero dicturi sumus plura, hoc saltem observamus; heic incedere veste fluida *Dianam*, peplo supra injecto, (ut bene monet *illustris Spanhemius* in Notis ad *Juliani Cæsares* p. 459.) variegato sive versicolore. Sistunt hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXX. N. 25. *Comes Mediobarbus*, *Paruta* in *Sicilia* N. 77. inter Græcos & Romanos. *Joh. Valens* in rarioribus aureis edit. recentiss. p. 40.

NUM. 34.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, dexteram versus; uti Tab. IV. N. 124.

SICILia. IMPerator IX. (Nonum) Diana pectore tenus nuda & veste succincta stans, propendente à tergo pharetra sagittis plena, dextera jaculum, sinistra arcum tenet, cane venatico eam comitante.

Causam impressæ huic nummo *Dianæ*, *Siciliæ Deæ* tutelaris, ad præcedentem Nummum jam monuimus. Continuasse hunc typum in nummis Romæ monetauros dum Augustus in Asia & Bithynia sequenti A. V. C. $\left(\frac{733}{4}\right)$ moraretur A. C. V. 19. ex hoc nostro liquet, Consulibus scilicet *M. Apulejo* & *Silio Nerva*, præsertim cum accederet publicum hoc gaudium ex restitutis per Parthos Romanorum signis. Diana vera præest Siciliæ, quod Sicilia venationibus celebris: ista enim non solum πολύκαρπος apud *Æschylum* in Prometh. V, vocatur; sed & *Leontius* autor est, Siciliæ campos stipulas cum centesimo germine fundere, *Siliusque* Lib. XIV. de Sicilia canit:

Multa solo virtus, jam reddere fœnus aratris,
Jam MONTES UMBRARE OLEA, dare nomina Baccho &c
Hic, Phœbo dignum, & Musis venerabile vatum
Ora excellentum, sacras qui carmine sylvas,
Quique Syracosia resonant Helicona camœna.

Vel potius, uti in præcedenti Nummo ostendimus, quod hæc Insula ipsi sit consecrata. Sed contemplabimur & nostram *Dianam*, *Jovis* ex *Latona* filiam, eodem cum *Apolline* partu in *Delo* in lucem editam. Hæc dicitur, ob virginitatis amorem hominum vitasse consortia, & quo melius libidinis sedaret pruritum, venando sylvas incoluisse, comitatu paucarum virginum contenta, hinc *Horatio* III. *Od.* XXII., audit

Montium custos, nemorumque virgo.

Atque *Catullus* de ea XXIV. 9.

Montium Domina ut foret
Sylvarumque virentium
Saltumque reconditorum
Amniumque sonantium.

Itemque *Silius Italicus* Lib. XV.

Ut cum venatu saltus exercet opacos
Dictynna, & lætæ præbet spectacula matri,
Aut Pindi nemora excutiens, aut Mœnala lustrans
Omnis Naiadum plenis comitata pharetris
Turba ruit, striduntque sagittiferi coryti,
Tum per saxa feræ, perque ipsa cubilia fusæ,
Per valles, fluviosque atque antra virentia musco
Multa strage jacent: exsultat vertice montis
Gratam perlustrans oculis Latonia prædam.

Chlamyde fibulatoria circumvelata est; non secus ac *maximus Poëtarum Didonem* ad venationem proficiscentem describit *Æn.* IV. 136.

Tandem progreditur magna stipante caterva
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo,
Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

Succincta heic conspicitur, non secus ac illam graphice depingit *Ovidius* Amor. II. 3.

Talia pinguntur SUCCINCTAE CRURA DIANAE
Cum sequitur fortes fortior ipsa feras.

Et *Minutius Felix* in Dialogo: *Diana interim est ALTE SUCCINCTA venatrix.*

Sic

Sic *Prudentius Hymno* 10 περὶ στεφ. *Dianam* vocat *molle succinctam*, h. e. nudato genu, perinde ac *Arnobius* Libro VI. *Semitectis femoribus Dianam.* Immò in *Callimachi* hymno *Diana* ipsa petit à *Jove*, ut det sibi

— — ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα.

Dehinc stat nudatis manibus, in nodum collectis crinibus, dextrâ jaculum, sinistra arcum tenet, pharetra cum sagittis à tergo dependente, sicuti ejus habitum olim descripsit *Claudianus* L. II. de Raptu versu 30.

BRACHIA NUDA nitent : levibus projecerat auris
INDOCILES ERRARE COMAS; ARCUque REMISSO
Otia nervus agit : pendent POST TERGA SAGITTAE:
CRISPATUR gemino VESTIS GORTYNIA CINCTU
POPLITE FUSA TENUS.

Et *Callimachus* Hymno in *Dianam* vs. 212.

Αἱ πρῶται θοὰ τόξα καὶ ἀμφ' ὤμοισι φαρέτρας
Ιοδόκας ἐφόρησαν· ἀσύλωτοι δέ φιν ὦμοι
Δεξιτεροὶ, καὶ γυμνὸς ἀεὶ παρεφαίνετο μαζός.
Primæ illæ celeres ARCUS, PHARETRASque SAGITTIS
Fœtas, aptarunt HUMERIS, DEXTRUMque LACERTUM
Illæsæ semper NUDA EMICUERE PAPILLA.

Dextera tenet jaculum, quo sensu Gratius *arma Diania* instrumenta venatoria dixit. Additus ipsi est canis venaticus ad indagandas feras, hinc apud *Ovidium Turba Diania* canes designat. Et *Papinius* de eo canit III. *Sylv.* I. 57.

— *ipsa coronat*
Emeritos Diana canes.

Et *Phornutus* refert : & canes ipsi esse sacros, στοχαστικὸν δὲ τούτῳ καὶ τὸ τοὺς κύνας ἱεροὺς αὐτῆς νομισθῆναι, πρός τε τὰς θήρας ἔχοντας ἐπιτηδείως, καὶ ἀγρυπνεῖν ἐν τῇ νυκτὶ, καὶ ὑλακτεῖν πεφυκότας. *Nec ab his abludit, quod canes consecrantur Dianæ, cum sint ad venationes idonei & ad vigilias nocturnas latratusque nati.* Afferunt & hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXX. N. 27. *A. Rubenius* in Num. *Arschot.* Tab. XII. N. 7. *Jac. Biæus* in Num. ad *Aug. Dial.* T. XII. N. 7. *Jac. Oiselius* in Num. sel. *Thes.* Tab. XXVII. N. 10. p. 145. *Com. Mediobarbus* p. 33. *Paruta* in Sicilia N. 79.

(32) Vide *Fastos Goltzianos* p. 212.

NUM. 35.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 116.

SICILia. IMPerator X. (decimum) Diana pectore tenus nuda & veste succincta stans, dextera jaculum, sinistra arcum tenet, à tergo dependente pharetra cum sagittis, cane venatico eam comitante.

Quid heic amplius moneri attinet, nisi quod alia temporis nota in nostro atque in præcedenti sit obsignata, ob typi nempe præstantiam, cætera per omnia eadem, unde B. L. ad præcedentem remissum cupimus. Denotat verò illa, nummum hunc ipsum Anno $\left(\frac{741}{2}\right)$ sub *Consulibus M. Valerio Messalla Barbato* & *Q. Sulpitio Quirino*, (ita computat *Mediobarbus*) fuisse conflatum, aut si *Fastos Goltzianos* sequi malumus A. V. C. $\left(\frac{739}{40}\right)$ sub *Coss. M. Licinio Crasso* & *Cn. Cornelio Lentulo* (32) cum quibus & nos facimus. Insuper hunc nummum aureum communicat *Comes Mediobarbus* p. 37. 691. hodieque in *Thesauro Versaliensi* latet.

NUM. 36.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 128.

SICILia. IMPerator X. (decimum) Victoria veste gradiens fluida, læva arcum tenens, dextra sagittam ex pharetra depromtura.

Eundem typum N. 33. jam vidimus, eandem inscriptionem Numero præcedente habuimus obviam. *Lunulam* in fronte præfert, quod *Phornutus* dicat *Lunam* & *Dianam* esse eandem, refertque porro de illa : Κυνηγέτιν δ' αὐτὴν, καὶ θηροκτόνον, καὶ ἐλαφηβόλον, καὶ ὀρεσίφοιτον παρεισάγουσιν. Ἤτοι τρέπειν εἰς τὰ ἄγρια βουλόμενοι τὴν ἐξ αὐτῆς βλάβην, ἢ ἐπειδὴ μάλιστα νυκτὸς καταφαίνεται. *Fingunt eam esse venatricem, & ferarum necatricem, & cervorum jaculatricem, & monti-vagam, propterea quod aut in feras nocumenta, quæ ab ipsa* (Luna) *descendunt, transferre voluerunt, aut declarare, quod maximè noctu cernatur, & appareat.* Pergit πολλὴ δὲ ἐν τῇ νυκτὶ ἡσυχία πανταχοῦ, καθάπερ ἐν ταῖς ὕλαις, καὶ ἐν ταῖς ἐρημίαις ἐστὶν, ὥστε ἐν τοιούτοις περὶ χωρίοις αὐτὴν πλάζεσθαι δοκεῖν, ἔξωθεν ἤδη τούτου προσαναπεπλασμένου τοῦ κυνηγετεῖν αὐτὴν τοξότιν οὖσαν. *Plurimum autem silentium noctu ubique sentitur : inprimis tamen in montibus & in solitudinibus noctu silentium magnum est. Propterea non abs re, inprimis cum & venatrix & sagittaria, seu jaculatrix quædam putetur, in hujusmodi locis morari dicitur.* Nihil itaque superest, quam ut notemus sub utraque *Dianæ Figura* eodem tempore nummum in nobiliori metallo ob typi præstantiam fuisse toties repetitum; monea-

moneamusque nummum hunc aureum exhiberi quoque ab *Hub. Goltzio* in *Augusto* Tab. XXX. N. 29. *A. Rubenio* in Num. *Arschot.* Tab. XII. N. 8. *Jac. Biæo* in Nummis ad *Aug. Dial.* Tab. XII. N. 8. *Jac. Oiselio* in *Thes.* N. 5. Tab. XXVII. N. 11. p. 121. & Tab. L. N. 11. p. 301. *Joach. Udano* in P. R. Tab. XXX. N. 11. p. 145. *Ezech. Spanhem.* in notis ad *Juliani Cæsares* p. 459.

NUM. 37.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 116.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, dexteram versus, uti Tab. IV. N. 117.

SICILia. IMPerator XI. (undecimum) Diana veste fluida gradiens, sinistra tenet arcum, dextra ex pharetra depromit sagittam.

Figura eadem est cum præcedenti & N. 33. Differt in eo saltem ab illis hicce nummus, quod Augusto Imperatore XI. sit obsignatus, quod (juxta *Mediobarbum*) in annum $(\frac{742}{43})$ A. C. N. 10. incidit, *Coss.* tunc *Paullo Fabio Maximo* & *Q. Ælio Tuberone*, vel potius juxta *Fastos Goltzianos* p. 213. Anno $(\frac{740}{1})$ *Coss. Tib. Claudio Nerone* & *P. Quinctilio Varo*, quod probabilius nobis videtur. Offert cæteroquin hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXX. N. 31. *A. Rubenius* in Num. *Arschot.* Tab. XII. N. 9. *Jac. Biæus* Tab. XII. N. 9. *Comes Mediobarbus* p. 37. *Paruta* in *Sicilia* ex Nummis Græcis & Rom. N. 83.

NUM. 38.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 116.

SICILia. IMPerator XII. (duodecimum) Diana in veste fluida gradiens, peplo superinjecto, crinibus in nodum complicatis, sinistra tenet arcum, dexterâ sagittam è pharetra, à humeris dependente, deprompturа.

Quod Augustus, devicto *Sexto Pompejo*, Siciliam Romano Imperio addiderat, resque ibidem ex voto ordinaverat, res ipsi videbatur omnino digna, quæ non solum multis typis in nobilissimo metallo celebraretur, sed & cujus divulgatio per multos annos continuaretur. Notam percussionis à præcedente habet diversam, nempe ipso Imperatore XII. vocato, quod in annum $(\frac{743}{4})$ *Coss. Julo Antonio Africano* & *Q. Fabio Maximo*, vel juxta *Fastos Goltzianos* p. 214. & 215. in annum $(\frac{741}{42})$ aut minimum Annum $(\frac{74}{3})$ cadit.

(33) Vide *Annal. Pighii* T. III. p. 489.

NUM. 39.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum lævam versus, uti Tab. IV. N. 116.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius Caput Augusti corona civica seu querna redimitum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 118.

SICILia. IMPerator XII. (duodecimum) Diana pectore tenus nuda, veste stans succincta, crinibus in nodos complexis, pharetra ab humeris dependente, dextera tenet jaculum, sinistra arcum, ad latus cane venatico eandem comitante.

Idem est typus, qui Numero 34. adfuit, ubi multi in eodem explicando jam fuimus. Nota verò percussionis eadem cum præcedente, quo B. L. remissum cupimus. Addimus modo, quod eundem nummum aureum jam vulgaverint *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXX. N. 30. *A Rubenius* in Num. *Arschot.* Tab. XII. N. 10. *Jac. biæus* in Num. ad *Aug. Dialogos* Tab. XII. N. 10.

NUM. 40.

DIVOS JULIUS DIVI Filius. Capita Julii Cæsaris & Augusti opposita, illud nudum, hoc laureatum, uti Tab. VIII. N. 12.

Marcus AGRIPPA COnSul DESIGnatus. In nummi areâ.

De *Agrippa* infra ad *Familiam Augusti* Tab. IV. N. 1. 2. pluribus dicendi erit locus, perinde ac jam supra in *Cæsare* Tab. III. N. 16. 17. fuit, ubi *eundem nummum*, ob *Caput Cæsaris* simul impressum, adduximus. Observamus saltem, quod uti in *præcedentium nummorum omnium* fere *anticis* vocari voluit *Augustus Divi Filius*; ita & heic *Julii* ipsius *Caput* in *antica*, majoris *venerationis*, & *cultûs* causa, voluerit additum *Agrippa*, ut scilicet uno quasi conspectu & *Divum* & *Divi Filium* exhiberet, quo ipso modestissimus *Agrippa* in postica seipsum constituens, ingeniose magis haud commendare se potuisset. Et, ne evecti ad *Consulatum* memoria, utpote *Familiæ suæ* gloriosa, pereat, id ipsum *Proprætor in Gallia*, qua Cæsar eum ad triumphum, & ut *Consulem designaret*, revocaverat, in eadem posticâ obsignavit. Consulem verò *Agrippa* egit primum Anno $(\frac{716}{17})$ cum *Luc. Caninio Gallo*, $(\frac{733}{34})$ auctore *Dione*, Libro XLVIII.

XLVIII. p 387 : Τοὺς γὰρ Γαλάτας αὐτὸν τοὺς νεωτερίσαντας προσπολεμημένον (ὑπάτευε γὰρ μετὰ Λουκίου Γάλλου) &c. *Nam in Gallia quoque rebellio facta erat , & Agrippam (Consul is tum erat cum L. Gallo) contra eos Gallos qui defecerant , bellum gerentem &c.* Videtur ergò proximè *antecedente anno nummus* cusus, Anno scilicet $\left(\frac{715}{16}\right)$. Coss. *App. Claudio Pulchro*, & *C. Norbano Flacco* , quo & *Comes Mediobarbus* eundem retulit. Devicto dehinc ad *Actium* Antonio , ad *secundum & tertium Consulatum* à Cæsare evectus est. *Factus* deinde *Augusti gener* , licet ad *Consulatum IV.* cum *M. Vinicio* Anno 734. adspirasse scribatur à *Joh. Glandorpio* in Onomastico p. 906. *Sigonio* & *Onufrio* in suis *Fastis Romanorum* ad annum 734. & 735. De eo tamen dubitat Clarissimus *Pighius* Tom. III. Annal. p. 518. scribens: " De Agrippa tamen mentio nulla est in Fragmento „ Collotiano. Et licet hunc quartum M. Agrip„ pæ Consulatum nonnulli numerent, mihi tamen „ alius hic Agrippa videtur fuisse Collega Vinicii. „ M. enim Agrippam tres tantummodo Consulatus „ gessisse, cùm alii, tùm Vellejus ipse satis insi„ nuat , cum de eodem sic scribat : *Quem usque* „ *in tertium Consulatum , & mox Collegium Tri*„ *buniciæ Potestatis amicitia Principis evexerat.* " Sed tamen & *hujus Consulatus* idem meminit *Vellejus* Lib. II. Cap 96. scribens : *Subinde bellum Pannonicum, quod inchoatum AGRIPPA, Marcoque Vinicio, avo tuo, CONSULIBUS, magnum atroxque & perquam vicinum imminebat Italiæ , per Neronem gestum est.* Regerit heic *Lipsius* in notis ad *Vellejum* p. m. 299 : " Censent ii , qui Fastos no„ bis industriè & peritè collegerunt (Sigonium & „ Onufrium me dicere palam est:) censent, in„ quam , Agrippam Vipsanium quartum fuisse „ Consulem ; atque ita adnotant , alter in anno „ 734, alter 735 : Quin etiam mirantur , in la„ pide Colotiano, ubi accurata recensio suffectorum „ Consulum , Vinicium poni , negligi , aut non „ exprimi Agrippam. Ego illos ab errore non „ revoco (abierunt in communem locum) sed Le„ ctori caveo & inclamo, ne cum iis erret. Non „ fuit hoc anno , aut alio , M. Agrippa quartum „ Consul, Tertium ille Consulatum non transcendit. „ Quo teste ? ipso Vellejo supra , ubi de Agrip„ pæ laudibus: QUEM USQUE IN TERTIUM „ CONSULATUM AMICITIA PRINCIPIS „ EVEXERAT. Nonne majus aliquid esset , si „ in quartum : Et Vellejus hoc negligat , aut o„ mittat ? Quin testes Fastos veteres , & memo„ rias omnes advoco : nusquam Agrippa nisi ter„ tiùm Consul. Ita & Martialis apertè Libro „ VIII. Epigr. 66:

„ *Felix purpura, TERTIUSque CONSUL,*
„ *Pompejo dederit licet Senatus,*
„ *Et Cæsar genero sacros honores,*
„ *Quorum pacificus ter ampliavit*
„ *Janus nomina.*

„ Quæ ad ternos Agrippæ Consulatus spectant: „ & licet interpretes non ultrà errent. Tertium „ igitur Consul , non quartum. Atqui Velle„ jus hic clare. Nunquam ipse, nunquam. Li„ brarius erravit , cum ille scripserit : QUOD „ INCHOATUM AB AGRIPPA, MARCO „ VINICIO, AVO TUO CONSULE. (Possis „ & legere : INCHOATUM AGRIPPAE.) „ Hoc dicit : Agrippam missum ad hoc bellum, „ eumque id primùm administrasse , illo anno, „ quo Vinicii avus Consul. Ita etiam infra unicum „ Consulem citat : *Patre Tuo , P. Vinicio Con*„ *sule , Tib. Nero reversus.* Nonne hæc clara, „ & , quod dicitur , Solis radio scripta ? ite ne„ bulæ & locum date huic luci, Colotianum mar„ mor, quod fallere non potest, Consules hos ita „ digerit

„ C. F.
„ C. SENTIUS SATURNINUS Q. LU-
„ CRETIUS VISPILLO
„ SUF. M. VINUCIUS. P. F.

„ Nec Collegam ullum Vinucio adjungit : quia„ ne solus fuit ? quem ex Dione in actis hujus an„ ni 735. disco serius paullo electum, & cum Sa„ turninus aliquantisper solus in Consulatu fuisset. „ Merito igitur diutius etiam eundem gessit. Sed „ quidquid hujus rei sit, (nec est tanti) credetque „ aliquis M. Agrippam, illum generum Augusti, „ illum Tribunicia potestate præditum, inter suf„ fectos Consules fuisse, & quidem post Sentium „ & Vinucium ? non qui res moresque antiquos „ noverit ? " Et huic sententiæ favere quoque videtur *Joh Henricus Bœcklerus* , vir elegantioribus literis natus , quando ad hunc locum ita commentatur p. m. 268 : " Lipsius, quoniam Agrip„ pa ter tantum Consul fuit , hic subesse mendum „ suspicatus est , scribendumque : QUOD IN„ CHOATUM AB AGRIPPA, MARCO VI„ NICIO AVO TUO COS. sed Gruterus bene „ admonuit, Vellejo de duobus annis sermonem „ esse, scilicet PRIMO ANNO, sive Consulatu „ Agrippæ, natum esse bellum Pannonicum ; AL„ TERO adolevisse, Vinicio Consule. " Verba *Jani Gruteri* in Notis ad *Vellejum* p. m. 547 ipsa hæc sunt: " Male Fastorum scriptorum concinna„ tores, qui ex isto loco adstruunt Agrippæ Con„ sulatum quartum : sed nec benè illi, qui emen„ dationibus incumbunt , voluntque ad bellum „ istud missum Agrippam. Non , non. Autor „ duos annos heic ponit, primum, quo natum est „ bellum Pannonicum, nempe Consulatu Agrippæ: „ secundum, quo adolevit, nimirum Vinicio Con„ sule. Certe totum istud bellum administravit „ Tiberius. De Vinicio, de Agrippa, eos ad id „ missos; ne gry quidem historiarum auctores; si „ modo non fallit memoria." Nos subscribimus illorum quoque sententiæ, qui *Agrippæ tres* tantum *Consulatus* asserunt , insistentes inter alia & *Frontini* de Aquæ-ductibus verbis , qui eodem anno, quo *Sentius Saturninus* & *Q. Lucretius Vespillo Consules fuere* , & *M. Agrippæ* , *tertium Consulis* meminit scribens : *Idem AGRIPPA, cum JAM TERTIUM CONSUL FUISSET, Cajo Sentio, Sp. (repone Q.) Lucretio , Coss. post annum XIII. quam Juliam deduxerat , Virginem in agro quoque Lucullano collectam Romam perduxit.* Hunc ex *humili* & *obscuro loco* ad summos honores, *Augusti* amicitia provectum scribunt *Tacitus* L. I. & *Valer. Maximus* Lib. IV. C. 7. Et cum *Vipsanius* appellaretur, ipse hoc *gentilicium* nomen, ut *humile*, sustulerat, referente *Seneca* Rhetore in controversia XII. extrema. Unde in actione quadam ejus accusator : *M. Agrippa*, inquit, *& quod vi medium est. Vipsanium* intelligi volens. Notavit & *Vipsaniæ* familiæ *ignobilitatem Suetonius* Cap. XXIII. in *Caligula* scribens : *Agrippæ se nepotem , neque credi , neque dici , ob ignobilitatem ejus , volebat:* (Caligula) *succensebatque , si qui vel oratione, vel carmine, imaginibus eum Cæsarum insererent.* Et clare noster docet *nummus* , se *M. Agrippam* (alibi L. F.) apellari omnino maluisse. Obsignamus *Agrippæ*

pæ memoriam, *Conſul* ut *deſignaretur*, juxta nummum noſtrum, digniſſimi, verbis *Dionis* Libro LVIII. p. 512: *Omnibus rebus Cæſari quam maxime clementium, glorioſarumque, & utilium actionum autor adjutorque cum eſſet, nihil tamen ejus gloriæ ſibi arrogabat: honoresque ab eo ſibi tributos non in privatum ſuum commodum, aut voluptatem, ſed in Auguſti ac Reipublicæ utilitatem convertebat.* Cæterum ſuppeditant hunc nummum rariſſimum aureum *Carolus Patinus* in *Theſauro* Numiſmatum & quidem in *aureis* p. 4. *Comes Mediobarbus* p. 24. *A. Morellius* in Nummis Conſularibus in *Familia Vipſania* N. 1. *Jac. Biæus* in Nummis ad *Aug. Dial.* Tab. III. N. 5. 6. *H. Goltzius* in Cæſare Tab. XVII. N. 9. & *Lud. Nonnius* ibid. Tab. XVI. N. 9. *Joh. Valens* in præſtant. aureis *Cæſaris* edit. vet. p. 4. & recentiſſ. p 7.

TABULA XII.
ADHUC EXHIBENS
NUMMOS AUGUSTI AUREOS.

NUM. 1.

AUGUSTUS COnSul XI. (undecimum) Caput Auguſti laureatum, lævam verſus, uti Tab. VI. N. 179.

COSSUS LENTULUS Marcus AGRIPPA COnSul TERtium. Caput Agrippæ gemina corona murali & roſtrata ornatum.

Aliqua jam circa Agrippam Numero præcedente monuimus, interque alia, quod tertium fuerit Conſul, & non conſulatum quartum geſſerit, ut *Joh. Glandorpius* in Onomaſtico, *Carolus Sigonius* & *Onuphrius Panvinius* in *Faſtis* ſuis Romanorum contendunt. Iniit verò Tertium Conſulatum, qui in nummo obſignatus eſt Anno $\left(\frac{726}{27}\right)$ (1) cum Auguſto tunc Coſſ. VII. Nam præcedente anno ſecundum quoque Conſulatum cum Auguſto VI. geſſerat. Hinc *Tacitus* Lib. I. Annal. C. 3. *M. Agrippam ignobilem loco, bonum militia & victoria ſocium geminatis Conſulatibus extulit.* Quod aliquid peculiare erat; poſt conſtitutum enim ab Auguſto Imperium, duo Conſulatus conjuncti nonniſi illis tribuebantur, qui imperabant, aut Imperio deſtinati erant. Et de hoc Conſulatu intelligas quoque quæ habet *Dio* ad ſecundum p. 496: Καὶ τοὺς φακέλους τῶν ῥάβδων τῷ Ἀγρίππᾳ συνάρχοντι οἱ κατὰ τὸ ἐπιβάλλον παρέδωκεν, αὐτός τε τοῖς ἑτέροις ἐχρήσατο. *Faſces cum Agrippa Collega ſuo partitus eſt, ita ut dimidia ipſe parte uteretur.* Quanti fecerit Agrippam Auguſtus ex hiſce *Dionis*, ibidem p. 496. liquet: *Profecto Agrippam plurimi fecit, cui etiam ſororis ſuæ filiam in matrimonium locavit: & ſi quando ſimul in bellum proficiſcerentur, tabernaculum ſui ſimile dedit, ac teſſera militaris ut ab utroque acciperetur, juſſit. — — Ludos propter Actiacam victoriam decretos, cum Agrippa exhibuit.* Sed en ſignum quoque Auguſti amicitiæ, en præmium præſtitorum Auguſto laborum, coronam nempe auream roſtratam in Agrippæ capite; quæ ipſa *navalis Plinio* quoque & *roſtrata* dicitur: *quod quaſi navium roſtris inſignita ſit*, ut ait *Gellius* V. 6. Et *Feſtus* in fragmento p. 10. inquit: *Navali corona donatur, qui primus in hoſtium navem armatus tranſilíverit, cujusve opera manuve navis hoſtium capta fuerit.* Roſtratam hanc *Virgilius* Lib. VIII. *Æneidos* vſ. 628. ita extollit:

Parte alia, ventis & Diis Agrippa ſecundis
Arduus agmen agens: cui belli inſigne ſuperbum
Tempora navali fulgent ROSTRATA CORONA.

De qua *Dio* Libro XLIX. p. 400. Καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ στέφανον χρυσοῦν ἐμβόλον ἠσκημένον ἐδωρήσατο· ὃ μήτε πρότερον, μήτ' αὖθις ἄλλῳ τῳ ἐγένετο· καὶ ὅπως γε διὰ παντὸς, ὁσάκις οἱ τινὰ ἐπινίκια πέμψαντες τὸν στέφανον τὸν δάφνινον φέροιεν ἐκεῖνος τούτῳ τῷ ναυτικῷ χρῷτο, δόγματι ὕστερον ἐβεβαιώθη. *Agrippam aurea corona roſtrata donavit: quod neque ante neque poſt eum contigit ulli: eſt deinde Senatus conſulto ſtatutum, ut quoties triumphans aliquis coronam lauream ferret, ipſe navali hac uteretur.* Idem teſtatur *Livii Epitomator* Lib. CXXIX. *M. Agrippa NAVALI CORONA à Cæſare donatus eſt, qui honos nemini ante eum habitus eſt. Inſigne coronæ claſſicæ*, inquit *Vellejus* Lib. II. Cap. 81. *quo nemo unquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa ſingulari virtute meruit.* Et tandem *Seneca* III. de benefic. 32. *Agrippa dicitur navali corona inſignis unicum adeptus inter dona militaria decus.* Triumviris hiſce, nempe *Dioni*, *Livii Epitomatori*, *Vellejo*, ut *Senecam* taceamus, apud quem *unicum* pro *eximio* omnino poteſt accipi, contradicere videtur *Plinius*, certe cum *M. Varrone* hoc decus communicare videtur, qui Lib. XVI. Cap. 4. non dubitavit in hunc ſcribere modum: *Cedunt & ROSTRATAE, quamvis in duobus maximè ad hoc ævi celebres: M. Varrone è piraticis bellis, dante Magno Pompejo: itemque M. Agrippa, tribuente Cæſare è Siculis, quæ & ipſa*

(1) *Pighius* T. III. p. 505. 507. Et *Dio* Lib. III. ab initio p. 496. Anno 727. *Cæſar* VII. & *Agrippa* III.

ipsa piratica fuêre. Et Lib. VII. Cap. 30. *M. Varronis, in bibliotheca, quæ prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis publicata Romæ est, unius viventis posita imago est: haud minore, ut equidem reor, gloria, principe oratore & cive, ex illa ingeniorum, quæ tunc fuit, multitudine, uni hanc CORONAM dante, quam cum eidem Magnus Pompejus piratico ex bello NAVALEM dedit.* Cui & consentit *Festus* in Fragmento p. 10: *Adeptus est eam* (coronam navalem) *M. Terentius Varro bello piratico, donante Cneo Pompejo Magno.* Hinc *Lipsius* in de Militia Romana L. V. *Dialog.* 17. commentans, clarum *Dionis* lapsum & improvidam affirmationem, se reperisse putat; sed nos cum *Jano Grutero* facimus, qui in Commentario ad *Vellejum* p. 545: *Damnaverim potius unum Plinium, quam triumviros istos alios.* Quid? si dicamus Agrippam *classicam* meruisse, ut vocat *Vellejus*, de tota fusa *Pompeji* classe; *Varronem* autem *navalem* de captis quibusdam navibus piraticis, & sic salva cujusque esset relatio. Sed si recte intuemur coronam, non æque in nummis comparet aurea navalis, quam muralis simul, quam *A. Gellius* describit, eâ donari ab Imperatore, qui primus murum subiit, inque oppidum hostium per vim adscendit. Apud *Silium* Lib. XIII. cuidam his verbis datur:

— — *cape victor honorem,*
TEMPORA MURALI cinctus TURRITA CORONA.

Sed quo tempore hanc muralem meruisse dicemus Agrippam, ut dicere queamus, quo tempore hicce nummus fuerit percussus? Præfert quidem notam Consulatus $\overline{XI}$. sed hunc ab anno $\left(\frac{730}{1}\right)$ quo illum accepit retinuit ad annum usque $\left(\frac{747}{8}\right)$ quo designatus est $\overline{XII}$. Si memoratam *A. Gellio* muralis coronæ causam & heic vellemus attendere, Historiarum Scriptores hanc nobis non suggerent, sed potius deserent. Nec placet, quam Clariss. *Joh. Valens* in rarioribus aureis & argenteis p. 25. affert, causa, scribens: "Quod Augustus Agrippæ „ Tribuniciam potestatem communicasset, cum „ hic Consulatum ageret cum Cosso Lentulo A. V. „ C. 736." Tribuniciam potestatem equidem ab Augusto accepisse Agrippam novimus, sed non cum hic (Agrippa) Consulatum egit cum *Cosso Lentulo.* Primum enim Consulatum egit Anno $\left(\frac{716}{17}\right)$ cum *L. Caninio Gallo*, uti N. 40. Tab. XI. jam audivimus; alterum cum ipso Cæsare Augusto VI. A. V. C. $\left(\frac{725}{6}\right)$ tertium iterum cum Augusto VII. A. V. C. $\left(\frac{726}{27}\right)$ & præter hos tres Consulatus, uti supra ostendimus, nullum amplius iniit. Quo ergo tempore cum *Cosso Lentulo*? Tribuniciam potestatem Anno $\left(\frac{740}{1}\right)$ sub *T. Claudio Nerone* & *P. Quinctilio Varo* (²) accepit, ergo id non factum est 736. uti memoraverat *Valens.* *Cossus Lentulus* equidem $\left(\frac{752}{3}\right)$ Consulem egit, sed *M. Agrippa* dudum mortuo. Hinc magis ad palatum nostrum est illa sententia, quam idem Autor in Nummis Consularibus p. 557. proponit, nempe concessam Agrippæ ab Augusto fuisse coronam muralem Anno $\left(\frac{732}{3}\right)$ quo Augustus in Siciliam profectus erat, & ob ejus absentiam per *Lepidum* & *Silanum* res Romæ maxime essent perturbatæ, ita ut cordatiores sapientioresque eundem in Urbem revocarent. Hic vero ut turbæ hæ componerentur revocatum Agrippam ex Asia urbi præfecit, generumque sibi ex Mœcenatis consilio adscivit, data ei Julia, *M. Marcelli* vidua in uxorem. Audiemus ipsius *Dionis* verba p. 526: *Augustus in Siciliam profectus est,* — — *per ejus absentiam populus Romanus in creandis Consulibus SEDITIONE AGITATUS est,* — — *quum parum abfuerit, quin IPSIS COMITIIS AC MAGISTRATIBUS CONSTITUENDIS, ubi populi est potestas, res ad TUMULTUM pervenerit. Consulatus locus alter AUGUSTO servabatur, ideoque anni initio M. Lollius solus Consulatum gessit: Cæsare autem Consulatum non accipiente, Q. Lepidus & L. Silanus eum ambiverunt: itaque favoris venatione omnia conturbabantur, ut cordati VIRI AUGUSTUM ROMAM REVOCARENT. Augustus ipse quidem Romam non rediit, sed Consulatus petitores ad se profectos, verbis increpatos* — *dimisit. Nihilo inde SEDATIUS res acta est, sed TANTUM denuo FACTIONUM ac TURBARUM exstitit, ut vix tandem Lepidus Consul creatus fuerit. Quæ Augustus moleste ferens, cum neque soli Romæ vacare posset, neque eam sine GUBERNATORE relinquere auderet, de præficiendo EI aliquo cogitans, AGRIPPAM AD ID APTISSIMUM esse judicavit: plus tamen EI MAJESTATIS ADDENDUM ratus, quo facilius REGERE URBEM posset, arcessitum ad se, uxore sua (quanquam hæc sororis Augusti filia erat) repudiata, Juliam ducere jussit: ac continuo ROMAM misit ad nuptias peragendas, URBISque ADMINISTRATIONEM SUSCIPIENDAM.* Et pergit p. 525. Καὶ ὃς τὰ μὲν ἄλλα οἰδοῦντα ἔτι εὑρὼν, κατεστήσατο. *AGRIPPA cum TURGESCENTES ADHUC MOTUS IN URBE INVENISSET, OMNIA SEDAVIT.* Quibus ipsis verbis ea propemodum repetit *Zonaras* Annal. Lib. II. p. 164, concluditque: Ἀγρίππας ἐν οἰδοῦντα εὑρὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰ πράγματα, κατεστήσατο. *Igitur Agrippa rem Romanam fluctuantem composuit.* Hinc videas in nostro nummo ex una parte socerum Augustum, Consulatum XI. præferentem, qui in hoc tempus omnino incidit, coronâ laureâ insignitum, veluti perpetuum hostium victorem; ex altera verò parte generum Agrippam CONSULEM III. (ex quo patet, & extra Imperium ita fuisse appellatos) ob *Sextum Pompejum* devictum, coronam rostratam; ob motus verò in Urbe compressos, quasique eam servasset, coronam muralem gerentem, à *Cosso Lentulo*, tunc sine dubio Triumviro monetali, expressum. Sistunt insuper hunc nummum aureum rariorem *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXI. N. 7. *Joh. Valens* in rarioribus aureis recentiss. edit. p. 25. *Comes Mediobarbus* p. 31. *Ursinus* & *Patinus* in *Familia Vipsania* N. 7. p. 298. 299. *A. Morellius* in Nummis *Consularibus* in *Famil. Vipsania* N. 7. *Joh. Valens* in Nummis *Consularibus* in *Famil. Vipsania* Tab. CXLVIII. N. 4. p. 557. ubi tamen in antica COS. X. pro XI. ex sculptoris errore offendes.

NUM.

(²) Vide *Pigbium* T. III. p. 522. *Dio* Libro LIV. p. 541. Καὶ τοῦτο τὸν Ἀγρίππαν ἐκ τῆς Συρίας ἐλθόντα, τῇ τε δημαρχικῇ ἐξουσίᾳ αὖθις ἐς ἄλλα ἔτη πέντε ἐμεγάλυνε. *Post Agrippam ex Syria reversum, TRIBUNICIA POTESTATE in aliud quinquennium prorogata* [illegible]

NUM. 2.

CÆSAR AUGUSTUS DIVI Filius. PATER PATRIÆ. Caput Augusti laureatum lævam versus, uti Tab. IV. N. 107.

vel

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIÆ. Caput Augusti laureatum lævam versus, uti Tab. IV. N. 109.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIÆ. Caput Augusti laureatum, dexteram versus, uti Tab. IV. N. 110.

Cajus, Lucius, CAESARES, AUGUSTI Filii, COnSules DESignati, PRINcipes JUVENTutis. Cajus & Lucius togati & velati stantes cum hastis non equidem puris, ut Ludovicus Nonnius existimat, sed communis usus, & parmis, sive clypeis, supra illos lituus & simpulum.

Patrem optimum, cujus obitum Augustus cum universa Republica acerbissimè tulit, in præcedenti nummo vidimus, nunc filios ex Julia antea Marcelli vidua, quoque contemplabimur. Sic enim eosdem nobis produnt Scriptores & in his *Suetonius* C. LXIV: *Nepotes ex AGRIPPA & JULIA tres habuit, CAJUM, JULIUM & Agrippam. Dio* Libro LIV. p. 526. Καὶ ἡ Ἰουλία τὸν Γάϊον ὀνομασθέντα ἔτεκε. *Julia autem eo tempore* (735.) *Cajum peperit.* Augusti Filii vocantur, in cujus potestate fuerunt, quoniam ab Augusto adoptati erant per assem & libram, nempe patris cum consensu, per mancipationem (3) ad reipublicæ curam admoti fuerunt. Omnia ipsis Autorum verbis confirmabimus: & quidem primò *Suetonii* Cap. LXIV. *CAJUM & LUCIUM ADOPTAVIT domi, per assem & libram emptos à patre Agrippa, tenerosque adhuc ad curam reipublicæ admovit.* Porro & *Taciti*, qui id Lib. I. An. C. 3. ita exprimit: *GENITOS AGRIPPA CAJUM & LUCIUM in FAMILIAM CAESARUM INDUXERAT.* Vides ergo eos in nummo appellari CAESARES. *Zonaras* Ann. L. II. p. 165. Ὁ δὲ Ἀγρίππας καὶ ἕτερον υἱὸν ἐκ τῆς Ἰουλίας ἐγείνατο, Λούκιον ὀνομασθέντα, ὃν Αὔγουστος, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Γάϊον εἰσεποιήσατο, καὶ διαδόχους τῆς ἀρχῆς αὐτόθεν ἀπέδειξεν, ἵν' ἧττον ἐπιβουλεύηται. *Agrippa filium alterum ex Julia suscepit, Lucium, quem una cum Cajo Augustus adoptatos statim Imperii successores designavit, ut minus insidiis appeteretur.* Et ex quo sumsisse videtur *Zonaras*, *Dio* Lib. LIV. p. 533: Ἐπὶ δὲ δὴ τοῦ Γαΐου τε Φουρνίου καὶ Γαΐου Σιλανοῦ ὑπάτων υἱὸν αὖθις Ἀγρίππας ἀνείλετο τὸν Λούκιον ὀνομασθέντα, καὶ αὐτὸν εὐθὺς ὁ Αὔγουστος μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Γαΐου ἐποιήσατο μὴ ἀναμείνας σφᾶς ἀνδρωθῆναι, ἀλλ' αὐτόθεν διαδόχους τῆς ἀρχῆς ἀποδείξας, ἵν' ἧττον ἐπιβουλεύηται. *Cajo Furnio, Cajo Silano Consulibus* (*A. V. C.* 737.) *iterum natus est Agrippæ filius, cui Lucio nomen factum. Hunc & fratrem ejus Cajum Augustus, quo tutior esset ab insidiis, non exspectato, dum virilem ætatem attingeret, statim adoptavit & Imperii hæredes fecit. Vellejus* Lib. II. Cap. 96. *Mox deinde Agrippæ, qui novitatem suam multis rebus nobilitaverat, atque in hoc perduxerat, ut & Neronis esset socer; cujusque LIBEROS, NEPOTES SUOS, DIVUS AUGUSTUS, præpositis CAJI ac LUCII nominibus* (prænominibus vult *Ursinus* in notis) *ADOPTAVERAT.* Duodecimum gerens Consulatum *Cajum* natu majorem; & tertio decimo *Lucium* natu minorem pueritiam egressos sumpta toga virili deduxit in forum, dicente hoc nobis *Suetonio. Duodecimum Consulatum magno, id est, septendecim annorum intervallo, & rursus tertium decimum biennio post ultro petiit, ut Cajum & Lucium filios amplissimo præditus magistratu, suo quemque tyrocinio deduceret in forum. Zonaras* Annal. Lib. II. p. 166. 167: Τῷ δ' ἐφεξῆς ἔτει δωδέκατον ὑπατεύων ὁ Αὔγουστος, εἰς τοὺς ἐφήβους τὸν Γάϊον ἔταξε, καὶ ἐς τὸ βουλευτήριον ἅμα εἰσήγαγε — — καὶ μετ' ἐνιαυτὸν καὶ ὁ Λούκιος τὰς τιμὰς, ὅσαι τῷ Γαΐῳ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἐδέδοντο, ἔλαβεν. *Augustus verò anno sequenti duodecimum Consul, Cajum toga virili data in curiam adductam — — annoque post Lucio, ejus fratri eosdem honores dedit.* Et *CONSULES DESIGNATOS* (uti in Nummo audiunt) *circum provincias exercitusque dimisit*, inquit *Suetonius* Cap. LXIV. & *Tacitus* Annal. Lib. I. C. 3: *DESTINARE CONSULES, specie recusantis flagrantissimè cupiverat. PRINCIPES JUVENTUTIS*, uti in nummo vocantur, perhibet *Tacitus* Annal. I. 3. *Nec dum posita puerili prætexta PRINCIPES JUVENTUTIS apellari — — flagrantissimè cupiverat. Zonaras* Annal. T. II. p. 166. Πρόκριτον ἀπέφηνε τῆς νεότητος, ἴλαρχόν τε φυλῆς γενέσθαι ἐπέτρεψε. *Principem juventutis designavit* (Cajum) *& præfectum tribus esse jussit.* Additque: *annoque post Lucio ejus fratri eosdem honores dedit.* Augures & Pontifices fuisse creatos, & velum testatur, quod capita ipsorum ambit, & præcipue lituus Auguris symbolum, & simpulum, Pontificis indicium, (de quibus multi ad Cæsaris Tabulam I. fuimus) quæ in area nummi spectantur, licet præter *Dionem*, (quoad hujus equidem meminimus) nullus Scriptorum hoc tradat Lib. LV. p. 554: Καὶ μετὰ τοῦθ' ἱερωσύνην μέν τινα αὐτῷ καὶ τὴν ἐς τὸ συνέδριον συμφοίτησιν, τό, τε θεᾶσθαι καὶ τὸ συνεστιᾶσθαι τῇ βουλῇ ἔδωκε. *Deinde SACERDOTIUM CAJO, utque in Senatum ire ac inter Senatores spectaculis epulisque interesse liceret, dedit.* In fidem tamen & vocare heic possumus Inscriptionem statuæ ad *Caji & Lucii Basilicam* repertæ, & ut apparet erectæ triennio post, cum Augustus Consulem eum designasset. Ea autem referente *Pighio* (4) sic habet:

C. CAESARI AUGUSTI F.
PONTIFICI COS:
DESIGNATO
PRINCIPI JUVENTUTIS.

Quid

(3) Qua ratione id jus fuerit exercitum docet in *Ciceronis Topica* III. Boethius: *Est mancipatio imaginaria quædam venditio, quod ipsum jus proprium est Romanorum civium, eaque res ita agitur, adhibitis non minus quam quinque testibus Romanis, civibus puberibus, & præterea alio ejusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui vocatur libripens. Is qui mancipium accipit, æs tenens, ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse ajo, isque mihi emptus est hoc ære, æneaque libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei, à quo mancipium accipit.*

(4) Tom. III. p. 528.

Quid verò clypei & hastæ in nummo quoque? sine dubio omni sunt aureæ illæ quas ab equitibus, cum virilem togam sumerent, acceperant, post mortem quoque tanti à posteritate æstimatæ, ut etiam in curia post fata ipsorum suspensa fuerint, clarè hoc nobis prodente *Dione* Libro LV. p. 556: Τοῦ δὲ Λουκίου τοῦ τε Γαΐου τὰ σώματα διά τε τῶν χιλιάρχων καὶ διὰ τῶν ἐφ' ἑκάστης πόλεως πρώτων ἐς τὴν Ῥώμην ἐκομίσθη· καὶ αἱ πέλται τά τε δόρατα ἃ παρὰ τῶν ἱππέων ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσιόντες χρυσᾶ εἰλήφεσαν, ἐς τὸ βουλευτήριον ἀνετέθη. *Corpora porro CAJI & LUCII à tribunis militum ac cujusvis civitatis decurionibus Romam apportata sunt; PARMAEque & HASTAE, quas AUREAS ab equitibus, cum virilem togam sumerent, acceperant, IN CURIA SUSPENSAE.* Sed & mores non semper Augusto probatos prodit *Dio* Lib. LV. p. 554: Ἰδὼν ὁ Αὔγουστος τόν τε Γάϊον καὶ τὸν Λούκιον, αὐτούς τε μὴ πάνυ, οἷα ἐν ἡγεμονείᾳ τρεφομένους, τὰ ἑαυτοῦ ἤθη ζηλοῦντας, οὐ γὰρ ὅτι ἁβρότερον διῆγον, ἀλλὰ καὶ ἐθρασύνοντο. *At Cajus & Lucius Cæsares, utpote in principatu educati, patris sui Augusti mores nequaquam imitabantur, non modo delicatius viventes, sed insuper etiam ferocientes.* Porticum basilicamque sub nomine *Lucii & Caji* fecit, asserente *Suetonio* C. 29. Mortem ipsorum paucis exponit *Florus* L. IV. Cap. 12. *Hunc* (in Orientem nempe Armeniam) *alterum* (Cajum) *Cæsar ex nepotibus suis misit. Ambo fato breves; sed alter inglorius. Massiliæ quippe Lucius morbo solvitur: in Lycia Cajus ex vulnere, cum Armeniam ad Parthos se subtrahentem recepit.* Nec aliter *Suetonius* Cap. LXV: *Cajum & Lucium in duodeviginti mensium spatio amisit ambos: Cajo in Lycia, Lucio Massiliæ defunctis. Tacitus* Ann. I. 3: *Lucium Cæsarem euntem ad Hispanienses exercitus, Cajum remeantem Armenia & vulnere invalidum mors fato propera, vel novercæ Liviæ dolus abstulit.* Id clarius adhuc *Zonaras* II. p. 167: *Ille* (Cajus) *vero nave oneraria in Lyciam advectus obiit, Lucio fratre ejus repentino morbo prius exstincto.* Pergit: Ἤτε οὖν Λιβία ἐπὶ τῷ θανάτῳ τούτων ὑπωπτεύθη καὶ ὁ Τιβέριος οὐ πολλῷ πρότερον ἐκ τῆς Ῥόδου πρὸς τὴν Ῥώμην ὑπονοστήσας. Αὐτός τε γὰρ τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ἐμπειρότατος ἦν, καὶ Θράσυλλον εἶχεν ἄνδρα τῆς ἀστρολογίας ἀκρότατον, ὅθεν καὶ τὰ ἑαυτῷ καὶ τὰ ἐκείνοις μέλλοντα συμβαίνειν ἠπίστατο. *Unde Livia & Tiberius non multo ante Rhodo reversus suspicione non caruerunt. Nam cum & ipse divinationis ex sideribus peritissimus esset, & Thrasyllum virum in astrologia summum secum haberet: quid & sibi & illis eventurum esset, præsciebat. Vellejus* Lib. II. Cap. 102: *Armeniam deinde ingressus Cajus, prima parte introitus prospere gessit, mox in colloquium (cui temerè se crediderat) circa Artageram graviter à quodam, nomine Adduo, vulneratus. — — — Deinde reluctatus, invitusque revertens in Italiam, in urbe Lyciæ (Limyram nominant) morbo obiit; cum ante annum fermè C. Cæsar frater ejus Hispanias petens Massiliæ decessisset.* De quo pluribus infra in *Cajo* & *Lucio* agemus. Unde Augusti infortuniis adnumerat *Plinius* H. N. L. VII. Cap. 45. & *Solin.* Cap. I. *accusatas* (*incusatas*) *liberorum mortes.* Quod & non obscure indicat *Tacitus* L. III. Cap. 19. scribens: *Paucosque post dies Vipsania mater ejus* (Drusi) *excessit, una omnium Agrippæ liberorum miti obitu. Nam cæteros manifestum ferro, vel creditum est, veneno, aut fame exstinctos.* In memoriam, ut *Joh. Hemelarius* vult, & honorem ergo utrorumque non morte sublatorum, sed vivorum, nummum hunc ab Augusto, qui liberis naturalibus orbatus Patriæ tamen Patrem sese in nummo jactat, fuisse in nobiliori metallo cusum, quis non videt, & adoptivi patris amorem non suspicit? Hinc rectè *C. Mediobarbus* hunc cum sequenti circiter ad annum $\left(\frac{741}{2}\right)$ ante Christum Natum retulit, quod Consules designati in nummo audiant. Siquidem Anno $\left(\frac{753}{4}\right)$ *Cajus* cum *L. Æmilio Paullo* Consulatum gessit teste *Dione*, & Tabulis Græcis. Adstruit & hoc marmoreæ Tabulæ Titulus Neapoli effossus, qui sic habet:

C. CAESARE AUG. FIL. & L.
PAULLO COS.
LARES AUGUSTOS
Q. NUMIDIUS Q. L. LEGIO
L. SAFINIUS. L. L. HILARUS
SADALIS. C. MODI. CIMBRI. SER.
MAGISTER DE SUO F. C.

Lucius, biennio interposito, ut Consulatum quoque iniret, erat decretum, sed mors eum cita Massiliæ sustulerat, nempe A. V. C. $\left(\frac{754}{5}\right)$ Coss. *P. Vinicio & P. Alfenio Varo*, sequenti Anno $\left(\frac{755}{6}\right)$ *Cajo* quoque in Lycia ex vita sublato. Nec tacent Autores, quâ ratione tulerit istorum mortem, nempe ita de hoc negotio scribente *Tranquillo* Cap. LXV: *Caji Luciique casu non adeo fractus &c.* Sistunt hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXI. N. 4. & 6. p. 88. 89. & in *Fastis Romanorum* pag. 221. ubi X. intra hastas adhuc conspicitur, cætera idem est. *Job. Hemelarius* Tab. II. N. 12. p. 10. *Paulus Pedrusius* in *Museo Farnesiano* T. II. N. 9. & 10. ubi tamen non velati minus recte comparent. *Æneas Vicus* in aureis N. 6. Inscriptionis literis inversis. *Ant. Zantanus* in aureis Tab. BBB. I. N. 6. sed iterum Inscriptionis literis inversis. *Car. Patinus* in *Thesauro Mauroceno* p. 11. *Comes Mediobarbus* p. 39. *Steph. Vinand. Pighius* in Annal. p. 533. Hodieque *Versaliensis* & *Schwartzburgici Thesauri* pars est.

Num. 3.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 107.

Cajus ET Lucius CAESARES AUGUSTI Filii COnSules DESignati PRINCipes JUVENTUTIS. Caji & Lucii capita invicem opposita nuda.

Nihil ab utraque parte in hoc nummo contineri, nisi quod in præcedenti jam vidimus, proptereaque & uni fini destinatos fuisse, patet, ut tamen icones ipsorum simul videas distinctius, in antecedenti non ita cognoscibiles. Cur vero præcisè *C. Mediobarbus* nostrum cum præcedenti ad An. 752. retulerit, non capimus. Addimus modo, exhiberi quoque hunc nummum à *H. Goltzio* in *Augusto* Tab. LXXXI. N. 4. & *Comite Mediobarbo* p. 39.

NUM. 4.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius. PATER PATRIÆ. Caput Augusti laureatum lævam versus, uti Tab. IV. N. 107.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius TRibunicia POTestate $\overline{XV}$. *(decima quinta) Caput Tiberii nudum lævam versus.*

De Tiberio plura heic afferre haud attinet, cum quando ad ipsum pervenerimus, longè plura dicendi erit locus. Solum hâc vice adnotamus, illis, *Cajo & Lucio*, *Liviæ* artibus demortuis, spem huic proximiorem fuisse, ad Imperatorium fastigium perveniendi. Incidit verò Tribunicia Potestas XV. in A. V. C. $\left(\frac{765}{6}\right)$ Christi 13. Coss. *C. Silio & L. Munacio Planco*, quo, uti rectè scribit *C. Mediobarbus*, ipso Augustus in quintum decennium Imperium invitus susceperat, ipse verò Tiberius Tribuniciam potestatem prorogaverat, *Druso* porro, Tiberii filio, potestatem Consulatus tertio post Quæsturam anno petendi, etiam non gesta prætura concesserat, ipseque Cæsar & Princeps Juventutis dictus fuerat, ludique decennales editi, Augustus cum Tiberio censum egit, & anno sequenti Lustrum condidit, & inventa sunt hominum nonagies ter centena & septuaginta millia, referente *Dione* Libro LVI : Λουκίου δὲ δὴ Μουνατίου καὶ Γαΐου Σιλίου ἐς τοὺς ὑπατεύοντας ἐγγραφέντων, τήν τε προστασίαν τῶν κοινῶν τὴν δεκάτην, τὴν πέμπτην ἄκων δὴ ὁ Αὔγουστος ἔλαβε καὶ τῷ Τιβερίῳ τὴν ἐξουσίαν, τὴν δημαρχικὴν αὖθις ἔδωκε. *L. Municio, C. Silio Consulibus, Augustus quintum in decennium gubernationem reipublicæ, invitus scilicet, accepit : TIBERIO TRIBUNICIAM POTESTATEM prorogavit : Druso Tiberii filio potestatem Consulatus tertio anno, etiam non gesta prætura, petendi concessit.* Exhibent cæteroquin hunc nummum *H. Goltzius* Tab. XLII. N. 18. *Joh. Valens* in rarioribus aureis p. 21. edit. veter. ut tamen pro TR. POT. XV. legatur ibi IMPERATOR. *Comes Mediobarbus* p. 42, quanquam ibidem argenteum saltem prodat. Hodie exstat in *Thesauro Schwartzburgico*, ut tamen AUG. saltem loco AUGUSTI legatur.

NUM. 5.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 107.

TIberius CAESAR AUGusti Filius PONTifex COnSul II. (secundum) TRibunicia POTestate XIII. (decima tertia) IMPerator VII. (septimum) Caput Tiberii nudum, lævam versus.

Destinatum Imperio & in filium adoptatum non mirum est, toties in Nummis comparere. CAESAR audit, quia Augusti filius & adoptatus, ita enim *Dio* L. V. p. 556 : Τὸν δέ γε Τιβέριον καὶ ἐποιήσατο, καὶ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς ἔπεμψε, τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ τὴν δημαρχικὴν ἐς δέκα ἔτη δούς. *TIBERIUM ADOPTAVIT ac TRIBUNICIA POTESTATE ad annos decem data in Germaniam ablegavit.* Clarius & tempus adoptionis memorans *Vellejus* Lib. II. Cap. 103 : *Non est diu cunctatus Cæsar Augustus. Neque enim quærendus erat, quem legeret ; sed legendus, qui eminebat.* Itaque, post *Lucii* mortem adhuc *Cajo* vivo facere voluerat, atque vehementer repugnante Nerone erat inhibitus, post utriusque adolescentium obitum facere perseveravit, ut & TRIBUNICIAE POTESTATIS CONSORTIUM Neroni constitueret, multum quidem eo cum domi, tum in Senatu recusante, & cum *Ælio Cato & Sentio* Coss. V. Kal. Julii post V C. annis 754. abhinc annis 27. ADOPTARET. *Suetonius* Cap. LXV. in *Augusto. Tertium nepotem Agrippam, simulque privignum Tiberium ADOPTAVIT in foro lege Curiata (quia parentes obierant, ergo coram Pontificibus & populo)* Ac in *Tiberio* ipso Cap. XV. *Cajo & Lucio intra triennium defunctis, ADOPTATUR ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa, coactus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare.* Consulatum II. inierat A. V. C. $\left(\frac{746}{7}\right)$ cum *Cn. Calpurnio Pisone*, de quo rursus *Dio* Lib. LV. p. 553. Τιβέριος δὲ ἐν τῇ νουμηνίᾳ, ἐν ᾗ ὑπατεύειν μετὰ Γναίου Πείσωνος ἤρξατο. *Tiberius Calendis Januarii, quibus Consulatum (II.) iniit cum Cn. Pisone*, Tribunicia potestas $\overline{XIII}$. in A. N. V. $\left(\frac{763}{64}\right)$ C. 11. *Coss. M. Æmil. Lepido & T. Statilio Tauro* incidit. Consentiunt Nummis *Fasti Goltziani* p. 231.

TI. JULIUS AUGUSTI F. DIVI N. CAESAR PONTIF. TRIBUNIC. POTEST. $\overline{XIII}$. COS. II. IMP. VI. VII.

Et igitur Anno (763.) cusum remur, quo Tiberius AEDEM CONCORDIAE sacravit, inscripto suo & fratris Drusi, vita pridem functi, nominibus, quo ipse & Germanicus cui pro Consule erat Imperium, impressionem in Germaniam fecerunt, ac populati nonnullas partes, nullo tamen prælio vicerunt, cum nemo manum confereret, neque ullum populum subegerunt, tradente id totidem verbis *Dione* Libro LVI. p. 586. Communicat hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLII. N. 16.

NUM. 6.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIÆ. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 109.

TIberius CAESAR AUGusti Filius TRibunicia POTestate XV. (decima quinta.) Augustus in quadrigis triumphalibus, sinistrâ tenens sceptrum eburneum Consulare in aquilam desinens.

Num. 4. Nummum jam conspeximus cum Tribunicia Potestate XV. quæ in Annum V. C. $\left(\frac{765}{6}\right)$ inci-

incidit. Notum verò eſt ex Hiſtoria Auguſti, Tiberium ad VI. Idus Maji Anno $\left(\frac{764}{5}\right)$ Coſſ. Germanico Cæſare (5) & *Cajo Fontejo Capitone* egiſſe triumphum de Illyriis, Pannoniis, Dalmatis & Germanis, cujus memoria ne periret, nummus hic cum triumphalibus quadrigis juſſu Auguſti excuſus fuit Anno, ut diximus, ſequenti $\left(\frac{765}{6}\right)$. Aſſentiunt *Faſti Goltziani* p. 231.

TI. JULIUS AUG. F. DIVI N. CAESAR
III. COS. II. PRO COS.
DE ILLURIEIS ET PANNONIEIS
DALMATEIS ET GERMANEIS
VI. IDUS. MAI.

De hoc Triumpho *Tranquillus* Cap. XX. in Tiberio: *A GERMANIA in Urbem poſt biennium regreſſus, TRIUMPHUM, quem diſtulerat, EGIT, proſequentibus etiam Legatis, quibus Triumphalia ornamenta impetrarat: ac prius quàm in Capitolium flecteret, deſcendit è CURRU, ſeque præſidenti patri ad genua ſummiſit. Batonem Pannonium ducem ingentibus donatum præmiis Ravennam transtulit, gratiam referens, quod ſe quondam cum exercitu iniquitate loci circumcluſum paſſus eſſet evadere. Prandium dein populo mille menſis, & congiarium tricenos nummos viritim dedit.* Dedicavit & Concordiæ ædem: item *Pollucis & Caſtoris*, ſuo fratriſque nomine, de manubiis. Et *Vellejus* Lib. II. Cap. 121: *In Urbem reverſus, jam pridem debitum, ſed continuatione bellorum dilatum, ex PANNONIIS DALMATISque egit triumphum. Cujus magnificentiam quis miretur in CAESARE? fortunæ vero qui miretur indulgentiam? quippe omnes eminentiſſimos hoſtium Duces non occiſos fama narravit, ſed vinctos TRIUMPHUS oſtendit.* Gaudium Auguſti ſuper hunc Triumphum deſignat *Ovidius* de Ponto II. 1. 57:

Te quoque victorem Tarpejas ſcandere in arces
Luſtra coronatis Roma videbit equis.
Maturosque Pater nati ſpectabit honores,
Gaudia percipiens, quæ dedit ipſe ſuis.

Vulgarunt jam hunc nummum rarum aureum *Job. Valens* in rarioribus aureis edit. recentiſſ. p. 40. 41, *Hub. Goltzius* in *Faſtis Roman.* ad Annum 764. p. 231. *Com. Mediobarbus* p. 42. Hodieque in *Theſauro Verſalienſi* & *Schwartzburgico* eſt obvius.

NUM. 7.

CAESARI AUGUSTO. Caput Auguſti laureatum, dexteram verſus, uti Tab. III. N. 94.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. *Caput Auguſti nudum dexteram verſus, uti Tab. IV. N.* 123.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. *Caput Auguſti laureatum, lævam verſus, uti Tab. IV. N.* 116.

IMPerator X. (decimum) Auguſto Imperatori in ſella curuli togato ſedenti duo figuræ viriles duos lauri ramos offerunt.

Figuræ duæ viriles lauri ramum Auguſto togato in ſella curuli (ſuper ſuggeſtum ſive in ſublimiori loco ſedenti offerentes nulli ſunt alii, quam Tiberius, qui laurum ob Pannonios, & Druſus, qui ob Germanos devictos eandem porrigunt, & victoriæ ſuæ laudem ſimul ipſi tribuunt. Contigit id (adſerente *Mediobarbo* p. 37.) Anno $\left(\frac{741}{2}\right)$ Coſſ. *M. Valerio Meſſala* & *P. Sulpitio Quirino*, ipſo Auguſto tunc Imperatore X. Mortuo nempe M. Agrippa Tiberius, ejus viduam Juliam duxit, repudiata Vipſania M. filia ex Marcella, licet gravida tum eſſet, & infantem alium ex ſe natum aleret. Eum Auguſtus invitus cum exercitu in Illyricum contra Pannonios rebellantes miſerat, quos Scordiſcorum auxilio adjutus ſubegerat. Quam ob cauſam cum ei à Senatu Triumphus decerneretur, Auguſtus ſuſtinuit, ſed triumphalibus ornamentis contentum eſſe juſſit. *Dio* id ita effert Lib. LIV. p. 542: *Agrippa mortuo — — invitus etiam Tiberium ad hoc adſumſit, cum nepotes ſui puerilem adhuc ætatem agerent. — — Itaque Tiberium contra PANNONIOS miſit, qui cum metu Agrippæ quieviſſent, eo defuncto, ad bellum conſurrexerant. Eos Tiberius, uſus egregia Scordiſcorum, qui Pannoniorum fines attingebant, eodemque belli apparatu utebantur, opera, multis maleficiis agro mortalibusque impoſitis domuit, arma ademit, juniorum pleroſque in alias regiones abducendos vendidit. Harum rerum geſtarum cauſa Senatus TIBERIO TRIUMPHUM DECREVIT, quem ut duceret Auguſtus non permiſit, ejus loco triumphalibus eum honoribus ornans.* *Suetonius* Cap. IX. in Tib. *Quas ob res & ovans & curru urbem ingreſſus eſt Tiberius primus, ut quidam putant, Triumphalibus ornamentis honoratus, novo nec antea cuiquam tributo genere honoris.* Meminit ejus veluti per tranſennam *Vellejus* Lib. II. Cap. 96. *Subinde bellum Pannonicum, quod inchoatum Agrippa, Marcoque Vinicio avo tuo Coſſ. magnum atroxque & perquam vicinum imminebat Italiæ, per Neronem geſtum eſt.* Sequenti anno $\left(\frac{742}{3}\right)$ Coſſ. *Ælio Tuberone* & *Paulo Fabio Tiberius Dalmatas* & *Pannonios* rurſus arma moventes ſub ſuam redegit poteſtatem, ſed & Nero Claudius Druſus, ſuperioris anni exitu non ſolum Sicambros eorumque ſocios domuerat, Friſiosque ad amicitiam populi Romani traduxerat, ſed & hoc primo vere, in Germaniam profectus trajecto Rheno Uſipetas, Cheruſcos, & Sicambros rebellantes denuo ſub jugum miſit. Caſtella ad fluviorum Lupiæ & Haliſonis confluentes in Sicambris & ad Rheni oſtium in Cattis exſtruxit præſidiisque firmavit. Quæ ob geſta Senatus ut ovans Urbem iniret & peracta Prætura cum Procoſ. Imperio provinciam obtineret, decrevit. Qui ut *Dio* Lib. LIV. & *Suetonius* in Claudio refert, in honore Præturæ Dux Germanici belli Romanorum primus ſeptentrionalem Oceanum navigavit, transque Rhenum foſſas novi & immenſi operis effecit, quæ tunc & adhuc Druſianæ vocati fuerunt. Audiemus rem ipſam ex *Dione* Lib. LIV. p. 543. *Idem hoc Druſo etiam obtigit. Hic cum Sicambri, eorumque auxiliarii, propter abſentiam Auguſti — — bellum moviſſent, Gallorum primoribus evocatis, motum ſubditorum præoccupavit: inde Germanis intentus, quando Rhenum tranſirent, eos repulit atque ipſe deinde in Uſipetarum regionem, ſecundum Inſulam Batavorum, atque inde in Sicambrorum terram transgreſſus, magnam agri partem vaſtavit. Inde ſecundo Rheno in Oceanum devectus, Friſios ſubegit ac per paludem in Chaucorum fines profectus, in periculo fuit, — — tamen Friſiorum opera*

(5) *Dio* Lib. LVI. p. 587. *Pigbius* Annal. T. III p. 541.

opera inde digressus — Romam pervenit, ibique prætor Urbanus, quanquam prætorios honores jam adeptus, est creatus, Q. Ælio Tuberone, Paulo Fabio Maximo, Consulibus. Initio veris rursus ad bellum profectus, Rhenum transiit, Usipetas subjugavit: Lupiæque fluminis ripis ponte junctis, in Sicambros irrupit, perque eos in Cheruscorum regionem usque ad Visurgim processit. — — ita ut Drusus vicissim iis contemptis, castellum contra eos ad Lupiæ & Elisonis fluviorum confluentes, aliudque in Chattis ad ipsum Rhenum exstruxerit. Ob hæc ei honores triumphales, ut eques in Urbem ovans inveheretur, ac peracta Prætura cum Proconsulari Imperio esset, decretum est; nomen autem Imperatorium, etsi sicut antea Tiberius etiam, à militibus tunc IMPERATOR fuerat dictus, ac utraque re gesta numerum adpellationis ejus adauxerat, non tamen ab Augusto datum est. Non equidem sumus nescii, typum hunc ab aliis & in his *Ludovico Nonnio*, (6) *A. Rubenio*, aliter explicari, nempe exhiberi duos barbararum gentium Legatos, (Parthos vult *A. Rubenius*, eosque ex braccis, quas illi gerebant, cognoscit) qui aut PACEM, aut fœdus cum Augusto & Populo Romano expetant, manibus gerentes id propter oleæ ramos, τοῦτο γὰρ σχεδὸν τοῖς βαρβάροις σύνθημα φιλίας καθάπερ τὸ κηρύκειον τοῖς Ἕλλησιν, ut refert *Polybius* Lib. III. *Quo & respicere videtur Phurnutus de Deorum natura:* φέρουσι δ' ἄλλως οἱ μετιόντες τὴν εἰρήνην καὶ θαλλοὺς ἀνὰ χεῖρας πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ γεωργεῖσθαι θέλειν τὴν χώραν καὶ φειδώ τινα εἶναι τῶν ἡμέρων καὶ καρποφόρων φυτῶν. Atque *Tertullianus* de Baptismo Cap. VIII: *Columba cum olea reversa, quod signum apud Nationes paci prætenditur*, quo & *Suetonium* putant respicere Cap. XXI. scribentem: *Qua virtute, moderationisque fama, Indos etiam ac Scythas, auditu modo cognitos, pellexit ad AMICITIAM suam, Populique Romani, ultro per LEGATOS petendam.* Itemque *Dionem* Libro LIII: *Frequentes etiam* (Samum) *ad ipsum LEGATI commearunt, ac Indi pacem, quam antea per Oratores petierant, tunc interposito fœdere sanxerunt.* Tangit & hanc ambitionem amicitiæ *Horatius* Lib. IV. *Oda* 14:

Te Cantaber non ante domabilis,
Medusque & Indus, te profugus Scythes
Miratur, ô tutela præsens
Italiæ, Dominæque Romæ.

Tempus adventus horum Indorum Legatorum tradit dilucidius *Orosius* VI. 21. *INDORUM & SCYTHARUM LEGATI, toto orbe transmisso, Cæsarem apud Tarraconem citerioris Hispaniæ Urbem tandem invenerunt, ultra quod jam quærere non possent, refuderuntque in Cæsarem Alexandri M. gloriam, quem sicut Hispanorum, Gallorumque Legatio in medio Oriente apud Babylonem contemplatione pacis adiit; ita hunc apud Hispaniam in Occidentis ultimo supplex cum Gentilicio munere Eous Indus & Scytha Boreus oravit.* Hujus & *Eusebius* mentionem injicit licet ad Annum *Augusti* 18. referat: *Secuta dehinc altera Indorum Legatio, quæ Augustum in Samo commorantem Insula offendit, qua pacem quam antea per Oratores expetierant, inito nunc fœdere sanxerunt, dona simul afferentes plurima*, de qua legatione consuli possunt *Dio* Lib. LIII. p. 725. & *Strabo* Lib. XV. p. 495. *Sed nunc curatius attendentes utrasque, neutra ex his cum titulo Augusti Imperatoris X. quem tamen nummus noster exhibet, congruit.* Nam prima contigit Augusto Tarracone commorante, quod factum est, docente *Dione* (7) A. V. C. $\left(\frac{728}{25}\right)$ Consulibus Cæsare IX. & *M. Julio Silano*, quo tempore, testibus *Fastis Goltzianis*, *Augustus* Imperator VII. audivit; altera verò A. V. C. $\left(\frac{733}{34}\right)$ evenit *M. Appulejo & P. Silio Nerva* Consulibus, *IMPeratore tunc Augusto VIII. dicto. Ut adeo videamus hanc explicationem heic locum habere haud posse.* Communicant hunc rarum aureum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LVI. N. 1. p. 81. *A. Rubenius* in *Arschot.* Tab. XV. N. 2. p. 26. *Jac. Biæus* in Nummis ad *Aug. Dial.* Tab. XV. N. 2. *Æneas Vicus* in aureis N. 3. *Ant. Zantanus* in aureis Tab. BBB. I. N. 3. *Comes Mediobarbus* p. 37. qui tamen ibi ARgenteum saltem prodit, cum & AUreus habeatur. *Joh. Valens* in raris aureis Edit. veter. p. 19. & recentiss. p. 37. ex *Musæo M. Rozini*, Senatus Veneti.

NUM. 8.

CAESARI DIVI Filio COnSuli V. (quintum) IMPeratori VII. (septimum) Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. II. N. 60.

Senatus PopulusQue Romanus. Imperator in quadrigis triumphalibus dextra sceptrum in aquilam desinens, lævâ equorum habenas tenens.

Non anxie quærenda causa, cur & quando hic nummus aureus fuerit signatus, cum posterius facile doceat antica, in qua legas Augustum Consulem V. cum *Sexto Appulejo* & Imperatorem, quod, uti ad hanc ipsam anticam Tab. II. jam monuimus, in Annum $\left(\frac{724}{25}\right)$ incidit. Confirmat heic nummus, quod supra innuimus, Consulatu suo V. jam vocatum fuisse Patrem Patriæ; hinc legas ad h. a. in *Fastis Goltzianis* p. 201:

IMP. CAESAR DIVI F. C. N. OCTAVIANUS
IN HOC HONORE REPUBLICA CONSERVATA
A SENATU POPULOQ. ROMANO
PATER PATRIAE APPELLATUS EST.

Quando verò triumphalibus quadrigis victoriis circa adpictis aut insculptis vehitur, gestans dextrâ sceptrum, quod *Juvenalis* Satyr. X. describit:

Da nunc & VOLUCREM, SCEPTRO quæ surgat EBURNO.

Sine dubio Triumphus ab ipso actus designatur, si quidem inter alia *Scipio* eburneus habens aquilam, quem manibus triumphans gestabat, triumphantis erant insignia, referente *Dionysio Halicarnassæo* Lib. III. *Non unum autem isto anno egit Triumphum, sed tres, & quidem mense Sextili, teste Macrobio, ut inde etiam mensis iste Augusti nomen fue-*

(6) In Commentario ad nummos Augusti p. 81.
(7) Libro LIII. p. 514. *Cajo Antistio bello (Cantabrico sive Hispanico) præfecto, Tarraconem se contulit.* Confer *Pighii* Annal. T. III. p. 511.

fuerit sortitus. *Orosius* ergo mendosus sit oportet, qui Lib. VI. Cap. 20. VII. Idus Januarii tripici triumpho Cæsarem Romam ingressum prodit, *Suetonius* illos C. XXVII. refert: *Curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum: continuo triduo omnes.* Eundem triumphorum ordinem inculcat *Dio* Lib. LI. p. 459: *Prima die*, scribens, *Cæsar triumphum egit de Pannoniis, Dalmatis, Japydis, finitimisque eorum, & nonnullis Galliæ ac Germaniæ populis — — secunda die post. Cæsar de Actiaca navali pugna triumphavit. Tertia, de subacta Ægypto. Erant, pergit, quidem reliqui etiam triumphi insignes, propter spolia, quæ tanta parta fuerant, ut apparatui omnium facile suffecerint: Ægyptius tamen sumtuosissimus, & ornatissimus apparatu.* Nec aliter *Livii* Epitomator Libro CXXXIII: *In Urbem reversus tres triumphos egit; unum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria: tertium ex Cleopatra: imposito fine civilibus bellis altero & trigesimo anno.* Corrigendus ergo ex his Duumviris est *Servius* Grammaticus, qui *Maronis* Libro VIII. *Æneidos* versus,

At Cæsar triplici invectus Romana triumpho
Mœnia, DIS Italis votum immortale sacrabat.

explicaturus, ita scribit: *Tres Augustus Triumphos egit. Nam primo die triumphavit exercitus, qui Antonium vicerat navali bello; secundo, qui Dalmatas devicerat; tertio ipse cum Alexandrino ingressus triumpho est.* Ad quemnam verò hic in nostro nummo expressus sit referendus certo dici non potest. Videmus equidem *H. Goltzium* in *Fastis* p. 202. nummum nostrum ad primum VII. Idus Sextilis de Pannoniis, Dalmatis, Japidibus & Gallis actum retulisse. *Sed quo fundamento, sanè nescimus, nisi quod fortè signa tantum triumphalia heic sint conspicua. Ad quemcunque qui eum velit referre nobis perinde erit. Sufficiat quod triumphum, intra triduum hoc peractum certe designet, si quid tamen pronunciandum esset, ad Ægyptiacum magis inclinaremus.* Sistunt insuper hunc nummum aureum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLIII. N. 3. & in *Fastis Romanorum* p. 202. *Comes Mediobarbus* p. 26.

Num. 9.

IMPeratori CAESARI DIVI Filio COnSuli V. (quintum) Patri Patriæ IMPeratori VII. (septimum) Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum lævam versus, uti Tab. II. N. 61.

vel

CAESARI AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 91.

Imperator in quadrigis triumphalibus, victoriis pictis ac sculptis ornatis, dexterâ habenas equorum, lævâ lauri ramum tenens.

Eadem cum temporis notatio in antica occurrat, clarum est, ad unum illorum trium triumphorum, de quo præcedenti Numero diximus, referendum eundem omnino esse. Sane *H. Goltzius* in *Fastis* p. 202. ad Triumphum die VI. Idus Sextilis de Regina Cleopatra ex Ægypto celebratum refert. *In quo nos facile habet consentientes, præsertim antica satis docente, à Senatu Populoque Romano hunc ipsum fuisse profectum nummum, multoque pluribus celebratum fuisse monumentis, quo speciosior fuit præ cæteris*, clarè id referente *Dione* quoque Lib. LI. p. 459: *Ægyptius tamen sumtuosissimus fuit & ornatissimus apparatu. Inter alia, quæ in illo triumpho inferebantur, Cleopatra etiam in lecto portabatur, ad imitationem mortis ejus efficta, ut quodam modo ipsa quoque inter reliquos captivos, cum Alexandro filio suo, filiaque Cleopatra, quibus Solis & Lunæ nomina indiderat, spectata ceu ferculum quoddam fuerit. Secundum id verò Cæsar ipse post illa invectus omnia, nihil non egit ex consuetudine, præterquam quod Collegam & reliquos Magistratus passus est præter morem se subsequi cum Senatoribus victoriæ sociis. Alioquin enim Magistratus præcedere, subsequi autem Senatores istos, receptum fuerat. Intuemur ergo Augustum veluti post fercula & spolia Ægyptiaca quadrigis invectum, lauri ramusculum, Victoriæ signum, lævâ prætendentem, subsequentibus eundem quasi Senatoribus.* Hoc tamen & simul liquet, typum hunc ob rei, quam continet præstantiam, sequioribus temporibus fuisse repetitum, & ut altera antica docet, & *Mediobarbus* conjicit, circa A. V. C. $\left(\frac{726}{7}\right)$. Exhibent hunc nummum aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLIII. N. 12. in ejus *Fastis Romanorum* p. 202. *Comes Mediobarbus* p. 27. 266.

Num. 10.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIÆ. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 107.

PONTIFex MAXIMus. Figura muliebris sedens in sella, dexterâ hastam puram, sinistrâ oleæ ramum tenet.

Pontificem Maximum Augustum A. V. C. $\left(\frac{742}{\ }\right)$ pridie Nonis Martii, Lepido, Pontifice Maximo demortuo, Romam ex Galliis redeuntem, fuisse creatum, supra pluribus Tab. IV. N. 140. docuimus, in memoriam hujus honoris summi, & qui [illegible] complementum erat, nostrum memorato anno fuisse signatum nummum, admodum est vero simile. Exhibet vero Clementiæ sedentis simulachrum dexterâ hastam puram, sinistra oleæ ramum, Clementiæ symbolum, uti in Cæsare pluribus docuimus, tenentem; typum & Imperatori, veluti Patri Patriæ, ut antica habet, & Pontifici maximè & cumprimis convenientem. Sistunt ex autoribus hunc nummum aureum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXII. N. 17. p. 89. *Comes Mediobarbus* p. 36. ut tamen Clementiam dexterâ ramum lauri, sinistrâ verò hastam tenere minus rectè prodat, contrarium oppido ex nummo nostro relucente.

NUM. 11.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum lævam versus, uti Tab. IV. N. 116.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti corona quernea redimitum, uti Tab. IV. N. 118.

TRibunicia POTestate XVII. (decima septima) Victoria alata manibus tenens velum sphæræ cœlesti insidet.

Anno 746. Coss. *Tiber. Claudio Nerone* II. & *Cn. Calpurnio Pisone*, memorabilis oppido hic nummus aureus, Victoriam qui exhibet globo stellato insidentem, signatus fuit. Victoria globo stellato insidet, quod illa quasi ex astris quodammodo (attendimus illud, quod supra de Capricorno diximus) dependeat, aut uti *A. Rubenius* conjicit, quasi se etiam supra cœlum diffuderit Cæsar, vel quod cœlo propitio bella sua inchoaverit, & feliciter quoque, puta *Mutinense* contra *Antonium*, *Philippense* contra *Brutum & Cassium*, *Perusinum* contra *Antonium*, *Siculum* contra *Sextum Pompejum*, *Actiacum* contra *Antonium* & *Cleopatram*, imprimis vero anno antecedenti bellum contra Germanos perfecerit, haud sertum gestans manu utraque ad Imperatoris ornandum caput, ut equidem *Lud. Nonnius* in Commentario suo ad *Augusti* nummos p. 70. existimat, sed velum quoddam utraque manu ita continens, ut circulum quendam efficiat, ad indicandam suam æternitatem. Sedet quoque non frustra, sed ut stabilem se & non fugacem nunc designet, *superiori siquidem anno* Augustus *reipublicæ constituendæ potestatem quartum in decennium* jam acceperat, quæ ipsa *quinquennia & decennia* ad finem usque vitæ etiam *continuavit*. De Tribunicia Potestate jam ad Tab. VI. p. 180. multi fuimus. Offerunt adspectui nostro nummum aureum quoque *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLIII. N. 9. p. 70. & in *Fastis Romanor.* p. 217. *A. Rubenius* in Nummis *Arschot.* Tab. X. N. 13. p. 18. *Jac. Biæus* in Nummis ad *Aug. Dial.* Tab. X. N. 13. *Comes Mediobarbus* p. 38. Hodieque in *Thesauris Versaliensi* & *Schwartzburgico* delitescit.

NUM. 12.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 17.

TRibunicia POTestate XVIIII. (decima nona) Victoria alata sphæræ cœlesti insidens, velum manibus tenet, quo veluti circulum efficit.

Incidit Tribunicia hæc Potestas Augusti in Annum $\left(\frac{748}{9}\right)$ Coss. Augusto XII. & *L. Cornelio Sulla*, quo *Cajum & Lucium* filios amplissimo præditus Magistratu, suo quemque tyrocinio deduceret in forum. Obsignatum vero hunc nummum credimus hoc anno, quod Tiberius Claudius Nero Imperator II. Consul II. de Germanis Kal. Januarii triumpharet, & victoriam stabilem nunc sibi Augustus in Nepotibus *Cajo & Lucio* Consulibus jam designatis, promittere sibi posset. Obvius hic ipse aureus rarior est in *Thesauro Schwartzburgico*.

NUM. 13.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 99.

Lucius AQUILIUS FLORUS III. VIR (Triumvir) Scorpius.

L. *Nonnius* ex *Scorpio*, (non vero *gammaro*, uti *Comes Mediobarbus* eum nominat,) qui communiter *Africæ* solet esse *typus* in nummis, ob incredibilem nempe hujus *animalculi* ibidem *multitudinem*, (de quo consuli omnino potest *Pierius* Libro XVI. Hieroglyph.) hunc nummum aut in *Africa* signatum, aut *L. Florum hunc res ibi gessisse*, colligit. *Joh. Valens* in rarioribus aureis Recentiss. editionis p. 23. existimat, propterea fuisse adpositum ab *L. Aquilio Floro*, quod *proavus ejus de Pœnis in Africa triumphum egerit*, & quidem A. V. C. 495. (8) Sed longius petita hæc videtur causa. Aliam, &, quæ magis nobis placet, prodit, in Commentario ad *nummos Consulares* Tom. I. p. 135: scribens, *Dio denarium*, *Aquilii Flori cum scorpione interpretatur* Lib. LIII. p. 526. *dum nobis narrat, quicquid in Syria Augustus egerit, postquam Phrahates, Parthorum Rex, ei captivos & signa militaria misit: Nam*, inquit, *Mithridati cuidam Commagenem, quod ejus Rex (Antiochus) patrem hujus Mithridatis occidisset, puero etiamnum attribuit* Μιθριδάτῃ τινὶ τὴν Κομμαγηνήν, ἐπειδὴ τὸν πατέρα αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς αὐτῆς ἀπεκτόνει, καίτοι παιδίσκῳ ἔτ' ὄντι, ἐπέτρεψε. Pergit vero Clariss. *Valens*: *Hoc nobis indicare voluit Aquilius Florus, tunc Triumvir monetalis, quum in Augusti denario scorpionem, Commagenis regni insigne, expressit. Id norunt Antiquarii, qui Antiochi, Commagenes Regis, Epiphanis Magni, aut Jotapæ, illius tractus Reginæ, nummos tractarunt; in quibus scorpio idem exhibetur, cum Epigraphe*: ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Comes Mediobarbus* hunc nummum ad A. V. C. $\left(\frac{726}{7}\right)$ sub Consulatu Augusti VII. refert; minimum ex nummis constat, *Aquilium*, *Triumvirum monetalem*, ab Anno $\left(\frac{718}{9}\right)$ ad A. V. C. $\left(\frac{733}{4}\right)$ huic officio præfuisse. Cæterum *Aquilii* vel *Aquillii* (9) nomen ab *aquarum fluxu* traxisse, & *Janum* juvenem peculiare iisdem Numen fuisse, docet *Pighius* Tom. II. p 75. *Valens* ex *Sexti Pompeji* Lib. I. ab *aquilo* colore, id est, *nigro* derivat. Et licet inter *patricias & plebejas* fuerit divisa, ex plebeja tamen, cognomine *Flori*, nobis tantum relicti sunt nummi. *Flori* vero cognomen à *cultura florum*, aut à *flore quodam*; *Romam primum tunc allato*; qui hodie in nummis ab herbariæ

(8) Ita enim legas in *Fastis Goltzii* p. 87. ad h. a: C. AQUILLIUS M. F. C. N. FLORUS PRO COS. DE POENEIS IIII. NONAS OCTOBR. Confer *Pighii* Annal. Rom. T. II. p. 30. *Erizzo* p. 74.

(9) *Aquillii* nomen non mireris in *nummis* per l. duplicatum, cum *Plutarchus* in *Mario* Ἀκύλλιον quoque scribat; & in *Fastis* eodem modo e x ratum occurrat.

herbariæ peritis non agnoscitur, traxerunt. Si *Valenti* credere velimus, erit hic *filius minor* (10) *Aquillii* illius *Flori*, qui in pugna *Actiaca* Anno (723/4) captus cum filio majore, *quorum quum alteruter tantum, in quem sors incidisset, mori à Cæsare jussus fuisset, uterque periit. Nam*, inquit *Dio*, Lib. LI. p. 444 : *& filius, priusquam sortiretur, se percussori præbuit ultro; & pater, dolore rei permotus, sibi ipsi necem intulit.* Filius ergo *minor hujus* factus fortè *III. Vir monetalis*. Exhibent hunc nummum aureum rariorem *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXV. N. 18. p. 60. *A. Rubenius* in Nummis *Arschotanis* Tab. XIII. N. 5. p. 23. *Jac. Biæus* Tab. XIII. N. 5. *Joh. Valens* in nummis rarioribus aureis p. 23. edit. recentiss. sed *argenteum* ibi prodit, qui potius *aureus* est. *Comes Mediobarbus* p. 28. *Joh. Valens* in Nummis Consularibus sub *Familia Aquilia* Tab. XXII. N. 9. *Andreas Morellius* in Nummis Consularibus sub *Familia Aquilia* N. 10.

Num. 14.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti radiatum lævam versus, uti Tab. VIII. N. 247.

PAX. Pax stans dextera ramum olivæ, sinistra cornu copiæ tenet.

Pacem nempe dedit *Hispaniæ*, teste *Lucio Floro* Lib. IV. Cap. 12 : *Hic finis Augusto bellicorum certaminum fuit, idem rebellandi finis HISPANIAE. Certa mox fides & ÆTERNA PAX, cùm ipsorum ingenio in pacis partes promptiore, tum consilio Cæsaris.* Sic quando *signa Crassiana* Augusto fuere restituta, *idem Autor* ibidem inquit : *Sic ubique cuncta atque continua TOTIUS GENERIS HUMANI aut PAX fuit, aut pactio. Eutropius in Breviario eum, quo nullus in PACE moderatior fuerit*, nobis prodit. Et *Suetonius* Cap. XXII. testatur : *Janum Quirinum semel atque iterum à condita Urbe memoriam ante suam clausum, in multo breviore temporis spatio, terra marique PACE parta, ter clusit.* Hinc quando *caput radiatum* in eo compareat, colligendum est, *post fata ipsius* fuisse signatum ad *perpetuam pacis, quâ abundanter sub ipso gavisi sunt subditi, memoriam.* Hic ipse verò nummus aureus in *Thesauro Versaliensi*, uti signum docet, hodie delitescit.

Num. 15.

AUGUSTUS CAESAR. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. III. N. 96.

vel

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti corona querna redimitum, uti Tab. VIII. N. 13.

M. DURMIUS III. VIR. (Triumvir) Pagurus brachiis expansis papilionem volantem acetabulis suis apprehendens.

Quis hic *M. Durmius*, sub Augusto Triumvir monetalis, fuerit, nondum mihi compertum est, inquit *Ludovicus Nonnius* in Commentario ad Augusti nummos p. 60. Eadem est querela *Fulvii Ursini* in de nummis Consularibus p. 102 : *Neque Durmiæ Gentis, neque Durmii hujus, qui sub Augusto Triumvir monetæ cudendæ hujus tabellæ denarios signavit, mentio aliqua apud Scriptores quos ego viderim reperitur. Hinc & nos ex solis nummis notum pronunciamus, fuitque inter illos, qui ab Augusto in Italiam acciti civitatis jus impetrarunt, atque exinde sensim ad Magistratus dignitates fuere evecti.* Symbolum quod attinet, cancrum cum papilione, eundem nonnullos (inter quos *Joachimus Udanus* p. 292. *Carolus Patinus, Joh. Valens*) de symbolo, sive potius dicto Augusti, *Festina lente* interpretari *Rubenius* & *Oiselius* perhibent. Certe *Patinus* in Nummis Consularibus p. 102. in cujus sententia & Clarissimus *Johannes Valens* acquiescit, tum in rarioribus aureis p. 26. recentissimæ editionis, tum in nummis Consularibus p. 403. hisce sententiam suam stabilit : " Pagurus autem brachiis expansis evolantem papilionem acetabuls apprehendens indicat consideratam cunctationem temeræ festinationi præstare, ac sæpe impetum ratione carentem id tantum præstare, ut in adversariorum laqueos maturius incidamus." Quam quidem sententiam Augusto cordi fuisse indicat *Suetonius*. *Nihil autem*, inquit, *minus in perfecto Duce quum festinationem temeritatemque convenire arbitrabatur; crebro itaque illa jactabat*, Σπεῦδε βραδέως, ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης, *festina lente, cautus enim temerario milite melior & sat celeriter fieri quicquid satis benè.* Benè hæc se haberent, si modo constaret satis, symbola tunc Principum in vulgus nota sic fuisse atque hodie, atque adeo per nummos fuisse exhibita, constaret. Si dicendum, quod res est, aliud sub hoc typo latere existimamus. *Rubenii* conjectura est, symbolum esse civitatis alicujus, quo Augustus Coloniam deduxit, aut in qua nummus hic cusus. Vellemus, addidisset cujus. Interim circumspicientibus obviat ejusmodi pagurus in Syracusanorum, Adraniorum, Agrigentinorum, Bruttiorum & aliorum nummis in Sicilia. Igitur cum in Nummis *Patini* & *Ursini* Consularibus occurrat & Leo cervum devorans, qualis in *Veliensium* conspicitur, ex eo patet eum in nummis suis Veliam & Bruttios fortè, si non aliam, ex supra allatis civitatibus respexisse, sicuti *Aquillius Florus* Siciliam, nempe ob avum suum, qui res prosperè in Sicilia gesserat, & *P. Petronius* (quem tertium censemus cum præcedentibus duobus fuisse triumvirum) qui eodem tempore, nimirum illo quo Parthica signa restituerentur, & Anno (734/5) & postquam Augustus ex Syria A. V. C. (734/5) esset reversus, cum præcedentibus duobus egit Triumvirum monetalem Augusti & haud Senatus, Neapolin per Sirenem, Neapoleos typum, eo quod Augustus illam instauraverit, loca & populos vicinos magnæ Græciæ in nummis suis obsignarunt. An quod ibidem Magistratus gesserat? vel rectius quod forte Coloniæ eo deductæ hoc anno fuerint, aut insigne beneficium iisdem contulerit eo tempore Augustus? Exhibent hunc nummum elegantiorem *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXV. N. 16. p. 60. *A. Rubenius* in Nummis *Arschot.* Tab. XIII. N. 4. p. 23. *Jac. Biæus* ad *Augustini* Nummos Tab. XIII. N. 4. *Jac. Oiselius* in *Thesauro* Tab. LXI. N. 10. p. 357. *Joach. Udanus* in Pot. Rom. Tab. LIV. N. 10. p. 292. *Ursinus* & *Patinus* in Nummis Consularibus sub *Familia Durmia* p. 102.

(10) Ita enim : *Aquilius prænomen ab aquilæ colore, id est, nigro, est dictum.*

p. 102. *Joh. Valens* in Nummis Consul. sub *Durmia Fam.* Tab. LX. N. 5. p. 403. & in rarioribus aureis vet. p. 14. ex *Museo* Illustriss. *Harlæi* recentiss. p. 26. *And. Morellius* in nummis *Famil.* sub *Durmia* N. 4. Denique & ille tum in *Versaliensi* tum *Schwartzburgico Thesauris* delitescit.

NUM. 16.

Cajus CAESAR III. VIR (Triumvir) ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum lævam versus, uti Tab. I. N. 7.

Lucius MUSSIDIUS Titi Filius LONGUS IIII. VIR (Quatuorvir) Argento Publico Feriendo. Mars nudus capite galeato dextera hastam puram tenet, sinistra parazonium, sive flagrum, sinistrum pedem simul clypeo imponens.

Non solum cum Augusti facie, uti heic dedimus, sed & eadem postica, cum antica exhibent Lepidi caput, circumscriptum: M. LEPIDUS III. VIR R. P. C. aliique, qui sistunt Antonii caput hac cum perigraphe: ANTONIUS III. VIR R. P. C. Offendimus apud *H. Goltzium* in *Fastis* p. 189. *Joh. Valentem* in Num. Consul. Tab. VI. N. 29. & Tab. C. N. 10. 11. Ex quibus tamen hoc elicimus, illorum tunc Triumvirorum tempore circa Annum $\left(\frac{711}{12}\right)$ vel $\left(\frac{713}{14}\right)$ ad quem posteriorem & *Goltzius* in *Fastis* retulit, eundem fuisse signatum. Cæterum, uti *Mediobarbo* visum, *Mussidius* noster ex Gente plebeja & nova [11] à Mussiis, Mussii autem à musso, sive submissâ voce loquor, ut *Fulvio* placet, derivata, & ex *Sabinis* orta, cognomen sine dubio à corporis habitu indeptus est. Magistratum hunc Quatuorviri monetæ signandæ, quorum numerum *Julius Cæsar*, uti in vita ejus toties audivimus, auxerat, Auro vel Argento Publico Feriundo, ut *Johannes Valens* & *Fulvius Ursinus* explicant, aut Argento Publicè Feriundo, non verò, ut *Nonnius* in Commentario ad Augusti numismata p. 51. verba hæc explicat, Argento Publico Faciendo, aut ut *Fulvius* explicari posse autumat; Aurum sive Argentum Primus, rectius ea verba explicante *Spanhemio* Dissertatione VI. p. 552. [12] Nempe ut ostenderet, non Triumvirorum sumptibus monetam hanc esse signatam, sed ex publico ærario argentum esse desumptum, videntur sub Triumviris R. P. C. accepisse, sub quorum regiminis auspicio denarii adhuc mox cum capite Julii Cæsaris, mox cum Triumvirorum capitibus signabantur. Sed ad typum. Martem in eo habemus obvium nudum, quod quisque in bello periculis, teste *Isidoro*, sine cordis formidine objicere se debeat. Tenet verò hastam, uti ipsum depingit *Gregorius Gyraldus* Syntagm. X. armatum scilicet cum hasta & flagello, quod tamen ipsi est pro parazonio. *Notissimum verò est Martem bello præesse, ad quod destinati erant cumprimis Augustus (qui primus paternæ cædis ultionem urgebat)* & *Antonius* cum viginti quisque legionibus *Lepido* Consuli interim cura Urbis & Italiæ commissa. *Erat verò Triumvirorum intentio, Cæsaris Dictatoris mortem ulcisci, & ideo Martem Ultorem nummis suis impresserunt, calcando clypeum, quasi illum non recepturi, donec percussores, Brutum Cassiumque interfecissent. Voverat propterea & Augustus* (teste *Suetonio* Cap. XXIX.) *Ædem Marti bello Philippensi, pro ultione paterna suscepto. Hanc & postea in Foro suo maximam & sumptuosissimam cum opere tum artificio condidit, uti supra pluribus demonstravimus, eandemque in nummis jam vidimus.* Sistunt hunc nummum rariorem aureum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXVI. N. 2. p. 51. & in *Fastis* Consularibus pag. 189. *Joh. Valens* in Nummis Consularibus Tab. C. N. 13. p. 163. in *Familia Mussidia* & in rarioribus aureis vet. edit. p. 15. ex *Thesauro Regio Versaliensi*, recentiss. vero p. 29. *Comes Mediobarbus* p. 21. *A. Rubenius* in Nummis *Arschot.* Tab. IX. N. 12. *Jac. Biæus* in Nummis ad *Ant. Aug.* Tab. IX. N. 12. *Fulvius Ursinus* & *C. Patinus* in Nummis Conf. p. 185. in *Familia Mussidia* Tab. II. N. 2. *Andreas Morellius* in Nummis suis Consul. Tab. N. 3.

(11) Hinc *Patinus* de N. Coss. p. 185: *De Mussidiis ne verbum quidem apud veteres Scriptores.*

(12) *Quatuor-vir Argento Publice Feriundo, ita enim mallem postrema interpretari, quam cum doctis Antiquariis Argento Publico, præeunte mibi Tullio* Lib. III. de Legibus; *Æs Argentum Aurumve publicè signato.*

NUM. 17.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. III. N. 96.

TURPILIANUS III. VIR (Triumvir) Lyra.

Turpilianum quando in postica legimus cognomen adoptivum Gentis Petroniæ agnoscimus, è Gente nempe Turpilia in Petroniam adoptatum, producto exinde nomine, ut consuetudo tum postulabat. Cæterum eandem nobis plebejam sed Consularem produnt Scriptores & ex *Sabinis* oriundam, nomine desumpto à Petrone, ut est apud *Sigonium*, hoc est rustico propter vetustatem, ut refert *Sextus Pompejus* Lib XIV. *Citharæ* (Lyræ rectius) *typum C Patinus ad ludos seculares, qui sub Augusto quintum fuere exhibiti, respicere autumat. Nos, quia Lyra Apollini sacra ejusque est symbolum, sine dubio factum quoddam in hujus Dei honorem designare credimus.* Existimat vero *J. Valens* in rarioribus aureis recentiss. edit. p. 30. *obsignatam in eo esse citharam, ob Templum Apollinis in monte Palatino ab Augusto exstructum.* Sed videtur postea mentem mutasse, nam aliam proponit conjecturam in Nummis Consularibus, cui & nostrum adjicimus calculum, nempe autumat, in memoriam ludorum (& fortè altera vice Anno $\left(\frac{734}{5}\right)$ (cur *Mediobarbus* eundem ad annum $\left(\frac{737}{8}\right)$ referat, capere non possum) celebratorum, quum ob victoriam Actiacam omni quinquennio celebrarentur, fuisse cusum. *Nam Apollo, uti supra fuse ostendimus, apud Actium cultus fuit, eique ab Augusto Templum in Palatio fuit exstructum.* [13] De iis verò Ludis ipsa *Dionis* producemus verba, Libro LIII. p. 496. Καὶ τὴν πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ γενομένην ψηφισθεῖσαν ἤγαγε μετὰ τοῦ Ἀγρίππου, καὶ ἐν αὐτῇ τὴν ἱπποδρομίαν διά τε τῶν παίδων καὶ διὰ τῶν ἀνδρῶν τῶν εὐγενῶν ἐποίησε· καὶ αὕτη μὲν διὰ πέντε ἀεὶ ἐτῶν, μέχρι του ἐγίγνετο, ταῖς τέσσαρσιν ἱερωσύναις ἐκ περιτροπῆς μέλουσα, λέγω δὲ τούς τε ποντίφικας καὶ τοὺς οἰωνιστὰς, τούς τε ἑπτὰ καὶ τοὺς πεντεκαίδεκα ἄνδρας καλουμένους.

(13) Referente *Dione* Lib. LIII. p. 496.

μῶνς. *Ludos propter Actiacam victoriam decretos cum Agrippa exhibuit, & in iis equestre certamen per pueros & viros patricios peregit, iique quinto quoque anno, quo temporis spatio peragebantur, curæ erant quatuor Sacerdotum Collegiis per ordinem, pontificibus nimirum, auguribus, septemviris & quindecimviris.* Et ob hos ludos Augustus quoque corona videtur ornatus. Exhibent hunc nummum singularem & rarissimum *F. Ursinus* & *Patinus* in Nummis Consularibus in *Familia Petronia* in omissis N. 1. p. 314. *Joh. Valens* in Consular. Num. Tab. CVIII. N. 10. pag. 228. 229. & in rarioribus aureis edit. vet. pag. 16. ex *Thesauro Regio* & recentiss. p. 30. *Comes Mediobarbus* p. 28. *A. Morellius* in Nummis Consularibus in *Familia Petronia* Tab. II. N. 5. Hodieque pars est *Thesauri Versaliensis*.

Num. 18.

DIVI JULI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. II. N. 38.

TIberius SEMPRONius GRACCHUS IIII. VIR (QuatuorVir) Quæstor Designatus. Fortuna seminuda stans, dextera temonem, sinistra cornu copiæ tenet.

Tiberium Sempronium Gracchum, Quatuorvirum (rectius, quam ut *C. Patinus* & *Ursinus* l. c. nominant Quartum-virum) monetalem sive argento publicè signando, & Quæstorem designatum hunc aureum denarium signasse dubio caret, quorum denominationem à cæde Julii Cæsaris ad divisionem usque monetæ inter Augustum & Senatum mansisse, ex hoc nummo dispalescit. Ex quo tempore dehinc & Triumviri Augusti & Triumviri Senatus exstiterunt. Gessit verò hunc Magistratum minorem ante Quæsturam, quam petere ante annum 27. non licebat. Huic officio statim proximis post cædem Cæsaris annis præfuisse, non tamen statim anno eodem (ut *F. Ursinus* conjicit) primo Triumviratus quinquennio, functum fuisse, exinde quidem remur, quod *Comes Mediobarbus* eundem quoque ad annum 711. refert, idque ex antica & titulo Augusti liquet, dum non amplius III. Vir R. P. C. in antica audit, sed post *Antonium* demortuum DIVI JULI Filius, & DIVI Filius, donec AUGUSTUS postea appellaretur. Quo tempore Quatuorviri monetales ex *Julii* institutione adhuc supererant, iisdem postea ad priorem numerum ad Triumviros, scilicet non diu post ab Augusto reductis. Quæstor designatus pronunciatur Anno $\left(\frac{724}{5}\right)$ postquàm Cæsar, defuncto Antonio, de Ægypto triumphasset, solusque Imperium teneret. Temonem verò dextera Figura muliebris, quæ Fortuna est, tenet & cornu copiæ sinistra, ut denotet adversam omnium rerum fortunam in prosperam nunc Augustum convertisse, ex quo rerum summa penes ipsum esse cœperat, de quò consulendus *Dio* Lib. LI. De hoc nummo ita *Valens*, *Videtur autem Sempronius Gracchus Fortunam, quam vocant, conservatricem expressisse in hoc nummo, cujus simulacrum in cubiculo Imperatoris asservabatur, ad instar illius, quod Tullius quondam Romanorum Rex tenuerat. Efficta autem illa erat cum cornu copiæ & gubernaculo, tanquam opes tribuere & humanum regimen obtinere putaretur*, referente *Lactantio* Libro III. Quam Valentis sententiam præferimus omnino illi, quam nobis in explicatione rariorum aureorum propinat p. 31. ubi existimat, *ob votum Fortunæ reduci pro Augusto susceptum & solutum Fortunam in nummo fuisse à Sempronio obsignatam*. Fuit vero, ut hoc adhuc addamus, noster ex Gente, *quam à* σπορᾶς καὶ στέρνου *derivatam* legimus apud *Valentem* p. 366. *quæ primum patricia, postea verò in plebejam transmutata fuit, cujus præcipui fuere Gracchi, à Graculo ave, sive à sono oris sic dicti, vel à gestando, nempe in utero, uti alii volunt*, (14) *qui non solum cum adspiratione, sed & sine adspirationis nota, uti in Patiniano nummo & nostro, perinde ac CHILO & CILO* (15) *CHALDAEI & CALDAEI, in nummo Trajani; PHILIPPUS & PILIPPUS* apud *Goltzium* in antiquitatis monumentis p. 86. *PULCHER & PULCER, SOPHUS & SOPUS, TRIUMPHUS & TRIUMPUS in Papiæ Gentis Nummis, TROPHAEUM & TROPAEUM* in *Pescennii* nummo, leguntur. Hinc *Quinctilianus* Lib. I. Cap. 9: *Diu deinde observatum, ne consonantibus aspiraretur, ut in GRACCIS & TRIUMPIS.* Suppeditant cæteroquin hunc nummum eximiæ raritatis ac elegantiæ aureum *F. Ursinus* & *C. Patinus* in *Familia Sempronia* Tab. I. N. 5. p. 252. idemque *Car. Patinus* in *Thesauro Numismatum* p. 3. 4. ex *Thesauro Mantuano*. *Joh. Valens* in Nummis Consularibus Tab. CXXVI. N. 15. p. 375. Idemque in nummis rarioribus aureis edit. vet. p. 16. & recentiss. p. 31. *Comes Mediobarbus* p. 21. 22. qui eundem nummum his paginis ter perperam citat & affert præter necessitatem.

Num. 19.

DIVI JULI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. II. N. 38.

Quintus VOCONIUS VITULUS. Bos stans.

Quæ de *Q. Voconio Vitulo* afferri possunt, ea jam in Cæsare Tab. III. N. 18. & Tab. V. N. 14. 15. attigimus, ostendimus eundem ex Gente Plebeja oriundum fuisse, siquidem *Cicero* ipse *Philip.* XIII. testatur: *Ex Aricino municipio venere Voconii. Vituli* verò cognomen, prodente *Varrone* Lib. II. de L. L. à pecore tulere. *Quatuorvir monetalis videtur fuisse A.* $\left(\frac{710}{11}\right)$ *post mortem Cæsaris quia is in aliis, quos supra vidimus, nummis Julii Cæsaris quoque expressit imaginem, cum elogio DIVI & fortè anno sequente post Julii mortem hic nummus fuit percussus, quia & in illo Cæsaris Quæstor designatus audit*, quando nempe *Q. Voconius* in *Quatuorviratu monetali ex Senatus Consulto designatus est Quæstor, quorum tamen numerum Senatus tunc fortè minuerat.* Bovem verò quando cernimus nummo impressum, Symbolum cernimus designans cognomen *Vituli*, & Gentis hujus antiquitatem, in quibus tamen Familiarum veterum symbolis abolendis cumprimis Cæsarem Caligulam fuisse occupatum, supra ex *Suetonio* jam documus. Suppeditat

(14) *Varro* ex *Terentio Scauro*, *Hadriani* tempore Grammatico, *à gerendo, quod mater duodecim menses Cajum Sempronium Gracchum in utero gesserit.*

(15) Vide *Patini* nummos Consulares p. 111.

ditat eundem nummum rariorem *Thesaurus Versaliensis Regis Christianissimi* & ex eo *Andr. Morellius* in nummis Consularibus sub *Familia Voconia* N. 3.

NUM. 20.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 121.

Idem typus occurrit, eadem subscriptio, nempe: IMPerator XII. uti jam Tab. X. N. 7. vidimus, nisi quod bovis alius sit positus, heicque dextrorsum ille gradiatur. Notamus proinde modo, quod sic in *Thesauro Versaliensi* delitescat.

NUM. 21. & 22.

Lucius AQUILIUS FLORUS III. VIR. (Triumvir.) Caput Virtutis galeatum.

CAESAR AUGUSTUS. In corona civica: OB CIVIS SERvatos, quam ab utroque latere lauri rami cingunt.

De *Lucio Aquilio* hujusque Gentis *cognomine Flori* jam multi supra *hac* ipsa *Tabula* N. 13. fuimus, quo B. L. remissum cupimus. Videtur autem *Lucius Aquilius* noster, uti nummus docet, hunc Magistratum exercuisse circa aut post annum $\binom{726}{7}$ quo ipso Octavianus AUGUSTUS, ceu supra pluribus ostendimus, fuit vocatus, & ut *Dio* Libro LIII. p. 507. loquitur: ἐξ δήμε καὶ τὸ τῆ γερουσίας κράτ@ πᾶν ἐς τὸ Αὔγουστον μετέστη. *Imperium omne ad Augustum transiit*, eique *corona civica*, utpote *eadem* dignissimo, quasi multos servasset cives, singulis annis destinata fuit. Tentavit verò id ipsum noster *Aquilius Florus* eodem modo. Nam, *P. Petronius* ad denotandam suam ex *Sabinis originem*, Deam *Proserpinam* anticæ insculpi fecit; *hic* verò, ut ab *avo* suo *templum Virtutis* restauratum indicaret, illius Deæ caput prioris nummi parti præfixit, eundemque *typum*, perinde ac supra *P. Petronius* Tab. X. N. 22. 23. in *nummo aureo* exhibuit, sine dubio, quod viderent, *eodem typo*, nempe *corona civica*, quam *Augustus à genere humano acceperat*, ut loquitur *Plinius*, & *lauri ramis Augustum valdè delectari*, quod facile nobis ex N. 13. 15. 19. 23. 24. 27. 29. 32. & 34. Tabulæ X. licet colligere. In lucem hunc aureum jam emiserunt *Hub. Goltzius* Tab. LIX. N. 1. & 5. *A. Morellius* in Num. Consul. sub *Familia Aquillia* N. 11.

NUM. 23. & 24.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

IMPerator CAESar TRAIANus AUGustus GERManicus DACicus Pater Patriæ RESTituit. Signum Legionis inter duo signa cohortum terræ infixa.

Diu non circumspiciendum nobis est, quid signa hæc velint militaria? Non Legionum, uti ea *Pedrusius* vocat, cum medium tantum sit signum Legionis. Absque omni dubio designantur illa per *M. Crassum* & *M. Antonium* amissa Romana, nunc vero à *Parthis* & eorum Rege ultro Augusto restituta, quæ supra tum in Nummis, uti Tab. XI. N. 16. 17. tum in manibus *Martis Ultoris* Tab. XI. 13. 14. 18. 19. tum in *Templo Martis Ultoris* ead. Tab. N. 15. 20. tum in curru triumphali, uti Tab. XI. N. 21. jam multa cum admiratione conspeximus. Multum verò eadem restitutione, uti supra audivimus, gloriatus est Augustus; multoties illa in nummis varii moduli & metalli exstare voluit; sed ne ejusdem memoria interiret; restitutione nummi in eodem metallo cavit Optimus Pater Patriæ Trajanus, cujus solicitæ in conservanda harum rerum memoria curæ nunc alterum in nobiliori metallo post ÆGYPTUM CAPTAM habemus exemplum, adjecto DIVI in antica elogio, ut post fata etiam doceat, quo honore illum veneretur. Ut vanus proinde sit *Paulus Pedrusius* signa hæc militaria interpretans de Legionibus Augusti, atque in hanc rem citans *Rosini* verba in Antiquitatibus Rom. Lib. X. Cap. 4: *Cæsar Augustus bellis civilibus confectis, & rerum potitus, militum Legiones multas legit, easque certis auctoramentis habuit mercenarias, quæ Romanum à barbaris tuerentur Imperium.* Rem equidem non negamus & testatur de illa *Suetonius* Cap. XLIX: *Ex militaribus*, scribens, *copiis LEGIONES & auxilia provinciatim distribuit. Certum numerum partim in urbis, partim in sui custodiam adlegit, demissa Calagurritanorum manu, quam usque ad devictum Antonium; item Germanorum, quam usque ad cladem Varianam inter armigeros circa se habuerat. Neque tamen unquam plures, quam tres cohortes in Urbe esse passus est; easque sine castris, reliquas in hiberna & æstiva circa finitima oppida dimittere assueverat. Quidquid autem ubique militum esset; ad certam stipendiorum præmiorumque formulam adstrinxit: definitis pro gradu cujusque & temporibus militiæ & commodis missionum: ne aut ætate aut inopia post missionem solicitari ad res novas possent.* Itemque Cap. XXIV: *In re militari & commutavit multa, & instituit: atque etiam ad antiquum morem revocavit: disciplinam severissime rexit.* —— —— *Decimam Legionem contumacius parentem cum ignominia totam dimisit: item alias immodeste missionem postulantes citra emeritorum præmia exauctoravit. Cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas hordeo pavit. Centuriones statione deserta itidem, ut manipulares, capitali animadversione puniit: pro cætero delictorum genere variis ignominiis affecit: ut stare per totum diem juberet ante Prætorium: interdum tunicatos, discinctosque, nonnunquam cum decempedis vel etiam cespitem portantes*, & quæ hujus generis

neris alia, apud diversos leguntur Autores; at Legionum vires, regimen, disciplinam, Institutionem hic significari, non credimus, si hic ipse nummus cum supra citatis comparetur. Exhibet hunc nummum *Paulus Pedrusius* in *Museo Farnesiano* Tab. II. N. 12.

NUM. 25.

AUGUSTUS, PONTifex MAXimus TRIBunicia POTestate XIIII. (decima tertia) COnSul XI. (undecimum) Caput Augusti nudum lævam versus, uti Tab. VII. N. 216.

AUGUR, IMPerator XII. (duodecimum) Pater Patriæ. Signum capricorni cum temone & globo intra anteriores pedes, à tergo vero supra cornu copiæ.

Si anticam conferimus cum postica, planum erit nummum hunc A. V. C. $\left(\frac{742}{3}\right)$ Coss. *Q. Ælio Tuberone* & *Paulo Fabio Maximo*, fuisse cusum. Sed in quem finem? Quid *Capricornus*? ut *felicis*, durante eodem, *præsagii* doceret *eventus*, summum orbis terrarum *regimen*, omniumque rerum *abundantiam*; hoc præterea anno *Marcelli Theatro* dedicato, *Dalmatis* & *Pannoniis*, arma denuo moventibus, à *Tiberio* in *potestatem* rursus *redactis*, *Dalmatiaque* ab *Augusto* provincia sua facta, *Usipetis*, *Cheruscis* & *Sicambris* rebellantibus, trajecto *Rheno*, à *Nerone Claudio Druso* subactis, & præprimis *natali Augusti* in *Circo ludis equestribus* & variis aliis in Urbis locis, *venationibus* & *epulo* in *Capitolio* dato, celebrato, clarè hoc nos docente *Dione* Libro LIV. p. 539: Τά τε γενέθλια τοῦ Αὐγούστου ὁ Ἴουλος ὁ τοῦ Ἀντωνίου τοῖς στρατηγῶν, καὶ ἱπποδρομίᾳ καὶ σφαγαῖς θηρίων ἑώρτασε, καὶ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καὶ ἐκεῖνον καὶ τὴν βουλὴν κατὰ δόγμα αὐτῆς εἱστίασεν. *NATALEM AUGUSTI DIEM, Julius, Antonii F. Prætor, ludis Circensibus & venatione celebravit, &, ex Senatus Consulto, epulum Augusto & Senatoribus in Capitolio dedit.* Vulgarunt jam hunc nummum *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXVII. N. 7. *Comes Mediobarbus* p. 37. ad eundem annum, ut supra, illum referens.

NUM. 26. & 27.

Lucius AQUILIUS FLORUS III. (Trium) VIR. Tria crura cum capite Medusæ in medio.

CAESAR AUGUSTUS. Corona civica, in qua legitur: Ob Cives Servatos, quam ab utroque latere duo lauri rami cingunt.

De *Lucio Aquilio Floro*, sub *Cæsare Augusto Triumviro Monetali*, satis supra N. 13. 21. & 22. hac ipsa Tabula jam egimus, quo B. L. ablegatum cupimus. Observamus hoc saltem, mire placuisse *hunc typum L. Aquilio* nostro, quod eundem, paucis mutatis, *bis* in *nobiliori metallo* repetitum voluerit, uti cuique intuenti N. 21. & 22. facile patebit. Eodem anno, ut superiorem, & circa $\left(\frac{726}{27}\right)$ fuisse percussum, eadem docere potest in *postica* Inscriptio: *CAESAR AUGUSTUS Ob Cives Servatos*; *antica* plane alia diversaque exsistente, nempe *tribus incurvis cruribus*, seu *triquetra*, quam Græci τρίσκελον vocant, *Siciliæ* consueto signo. Unde vero *hoc*? Sicuti *C. Aquilius* Anno 495. *ProConsul Siciliam*, prorogato Imperio, obtinuerat, & contra Amilcarem, mediterraneas Urbes passim expugnantem, res fortiter gesserat, (16) atque ita *Pœnos* domuerat, ut se prælio deinceps committere non amplius fuerint ausi, indeque mense sequenti Octobri de *Pœnis triumphaverat*, docentibus hoc *Fastis Capitolinis*; (17) ac dehinc *L. Aquilii Flori* nostri avus, *M. Aquilius*, anno 65. fugitivos servos, qui *Siciliam* occupaverant, & gravissimum bellum ibidem excitaverant, *Athenione*, ipsorum Duce, capto, (18) ad internecionem prostraverat, de quibus dehinc *ovans* in *Capitolium* ascendit, referentibus hoc rursum *Fastis*, (19) ita *Augustus Sextum Pompejum* non solum illa Anno $\left(\frac{718}{19}\right)$ expulit, sed & eam anno $\left(\frac{734}{5}\right)$ in *Provinciæ formam* redegit, & constituit, referente *Dione*, Libro LIV. p. 524: Ὁ Αὔγουστος ἐς Σικελίαν ἦλθεν, ὅπως καὶ ἐκείνην, καὶ τἆλλα τὰ μέχρι τῆς Συρίας καταστήσηται. *Augustus in Siciliam profectus est, ut eam ac omnes alias ad Syriam usque Provincias, CONSTITUERET.* En elegantem allusionem inter illos, qui utrique SICILIAM afflictam, belloque oppressam sublevarunt. Vulgavit jam hunc nummum rariorem *J. Valens* in præstantioribus aureis edit. recentiss. p. 23. hodieque pars est *Thesauri Fridenstenensis*.

(16) Teste *Zonara*.

(17) In *Goltzio* f. 87: C. AQUILLIUS M. F. C. N. FLORUS AN. CDXCV. PROCOS. DE POENEIS IIII. NONAS. OCTOBR.

(18) *Ac ne de Duce quidem Athenione supplicium exigi potuit, quamvis in manus venerit. Quippe dum circa ad comprehendendum eum multitudo contendit, inter rixantium manus præda lacerata est*, inquit *Florus* Lib. III. Cap. 19. *Julius Obsequens ad hunc annum*: *Fugitivi in Sicilia præliis trucidati.* Athenæus Lib. V. Confer *Livium* Lib LXIX. & *Eusebium* in Chronico, præprimis *Pigbium*. T. II. p. 177. ad annum 753. Pro hoc repetundarum reo dixit *M. Antonius Cicero* Lib. II. de Oratore & *Fabius* Lib. II. Cap. 16. *Cicero* pro *L. Flacco*.

(19) M. AQUILLIUS M. F. M. N. PROCOS. ANNO DCLIV. OVANS DE SERVEIS FUGITIVEIS EX SICILIA . . . . . *Goltzius*.

TABU-

TABULA XIII.
CONTINENS
NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI,
ARGENTEA MAXIMI MODULI.

Num. 1.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. VII. N. 243.

AUGUSTUS. Figura Sphingis sedentis.

Supra Tabula XI. N. 23. 24. jam uberius deduximus, *Sphingem* nihil velle aliud, quam devictam Armeniam, animalis hujus feracem; eo B. L. ablegamus, confirmantes quod supra diximus, semper in hisce *Augusti* vocem, si non in antica, saltem deprehendi in postica parte. Hunc rariorem maximi Moduli argenteum nummum in *Thesauro Versaliensi* exstare monet *Morellius*.

Num. 2.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. I. N. 46.

AUGUSTUS. Signum Capricorni, imposito eidem cornu copiæ, intra coronam lauream.

Ut dicta heic inutiliter repetamus, nostrum non est, remittimus potius L. B. ad Tab. IX. N. 35. 36. 37. 38. & Tab. XI. 6. 7. 8. 25. T. XII. N. 25. ubi ad satietatem de Capricorni signo jam egimus. Et, ut paucis heic nos explicemus, thema Augusti seu horoscopum notat, quod nobis *Germanicus Cæsar, Suetonius, Manilius, Gellius, Appianus*, persuadent, quod ipsum quoque nata subinde Augusto testatur satis consignata hujus sideris fiducia, ex Mathematicorum Theogenis Apolloniæ, & Nigidii Figuli Romæ effatis; quod & ex significatione Capricorni juxta Mathematicorum scita, quæ magno attulimus numero, probe satis fluere apparet, cuique sententiæ & nos toti certique subscribimus; atque insuper abundantiam annonæ terra marique, sæculique felicitatem significat. Hoc enim certum est, posterius ex consecuta victoria Actiaca Orbi sub Augusti obtigisse Imperio, hocque signo Capricorni delectatum fuisse singulariter Augustum, *propetereaque eodem* non solum sæpissime in nummis, sed & in sigillo usum fuisse eundem.

Num. 3.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. II. N. 47.

AUGUSTUS. Ara lemniscis ornata, cui duo cervi insculpti.

Plures præsto sunt aræ Augusto positæ. Adsunt tales, quæ EIDEM COMMUNI CONSENSU fuere erectæ, aliæ votivæ FORTUNAE REDUCI pro reditu a Senatu Populoque Romano, aliæ positæ propter ludos sæculares ab ipso factos; aliæ Romæ & Augusto dicatæ; ut Aras Providentiæ multiplices variæque formæ prætereamus. Credimus vero hanc vel ob *ludos sæculares* celebratos, quos ad $\left(\frac{736}{37}\right)$ sub *C. Furnio & C. Junio Silano* fieri jusserat; vel ob reditum anno $\left(\frac{734}{35}\right)$ sub Consulibus *Q. Lucretio Vespillone & C. Sentio Saturnino* fuisse positam. Figuras animalium *Hub. Goltzius*, *capellas* referre credidit, *Patinus* vero *Damas*. Sed nos *Morellio*, qui ex prototypo delineationem dedit, fidem adhibuimus. Non obvius hic majoris moduli Argenteus in *Thesauro Versaliensi* hodie delitescit, visiturque apud *Com. Mediobarbum* p. 22. *Carol. Patinum* in *Thesauro Mauroceno* p. 17. N. 1. *H. Goltzium* Tab. LXXIV. N. 7.

Num. 4.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti nudum lævam versus, ante lituus, uti Tab. II. N. 43.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti nudum lævam versus, uti Tab. II. N. 46.

AUGUSTUS. Sex spicæ in unum colligatæ sive Fasciculus sex aristarum. Imperator, secundum illud Pacati, rei & famæ consulit optimus.

Optimi Imperatoris inter alia nomen iterum mereri volebat annonæ vilitate, & abundantia, ex-

exemplo *Pompeji*, *Manii Martii*, *Trebii* ædilis, tempore regiminis sui curando, ne populus Romanus esuriret [1] quoniam ex *Aureliani* mente *nihil lætius, quam Populo Romano saturo.* *Dio* Lib. LI. p. 455: *Ægypto autem postea tributariæ factæ Cornelium Gallum præfecit. Multitudo sane hominum tam in urbibus quam in agro, ac mores ejus gentis leves, tum frumenti ad Urbem subvectio & pecuniæ vis* (τήν τε σιτοπομπείαν καὶ τὰ χρήματα) *efficiebant; ut non modo committere provinciam senatori nulli auderet, sed & proficiscendi in Ægyptum potestatem, nisi ipse nominatim alicui permisisset, senatoribus adimeret.* Idem p. 456. *Fossas autem, quibus aqua ducebatur, partim expurgavit, partim novas egit, omnibus, quæ ex usu erant, constitutis, per Syriam in Asiam provinciam profectus &c.* De quo nos edocent *Suetonii* verba Cap. XL. *Populi recensum vicatim egit, ac ne plebs frumentationum causa* (id est donationum frumentariarum, quæ in populum fieri solebant singulis mensibus juxta Antonium) *frequentius à negotiis avocaretur, ter in annum quaternûm mensium tesseras dare* (hoc est signa frumentaria, quibus exhibitis quisque summam frumenti præscriptam sua proportione accipiebat) *destinavit: sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cujusque mensis acciperet.* Et Cap. XLI. *Frumentum quoque in annonæ difficultatibus sæpe levissimo, interdum nullo pretio, viritim admensus est.* Quo cum convenit quod tradit *Zonaras* T. II. Ann. p. 164. *Anno sequenti cum peste & fame in Italia laboraretur, Romani opinantes, non aliam eorum malorum esse causam, quam quod Augustus tum quoque Consul non creatus esset, Dictatorem eum dicere voluerunt: & Senatum in curia conclusum hoc decernere coëgerunt, eumque orarunt, ut esse dictatorem & rei frumentariæ procuratorem se dici pateretur: is vero annonæ curationem suscepit, Dictaturam repudiavit.* Δεόμενοι λεχθῆναι δικτάτωρα καὶ τῆς τοῦ σίτου συναγωγῆς ἐπιμελητήν· καὶ ὃς τὴν μὲν τοῦ σίτου φροντίδα ἐδέξατο, τὴν δικτατωρείαν δὲ οὐ προσήκατο. Et p. 532: *Propterea instituit, ut ad distribuendam annonam Magistratus singuli singulos ex iis, qui ante triennium præturam gessissent, proderent, ex iis quatuor sorte delecti frumento dividendo vacarent ordine.* Hinc offerente Senatu Dictaturam, & annonæ curationem, illam oppido respuit, *annonæ* vero *curationem* suscepit. Clare hoc prodit *Dio* Lib. LIIII. p. 521. *Itaque Romani lue ista fameque attriti, existimantes id sibi haud alia de causa contingere, quam quod Augustum non eo etiam anno Consulem haberent, Dictatorem dicere voluerant, inclusumque in curia Senatum eo vi compulerunt, ut hoc decernerent; ni fecissent, incendium minitantes. Ipsi cum XXIV. fascibus ad Augustum accessere, orantes ut se Dictatorem creari, annonæque curatorem creari, exemplo Pompeji pateretur. Augustus, invitus quidem, tamen annonæ curationem suscepit;* (Καὶ ἐπιμελητὴν τοῦ σίτου, καθάπερ ποτὲ τὸν Πομπήϊον, γενέσθαι· καὶ ὃς τοῦτο μὲν ἀναγκαίως ἐδέξατο.) *Jussitque, ut singulis annis duo viri, qui ante quinquennium præturam gessissent, frumento distribuendo constituerentur; Dictaturam autem nequaquam admisit.* Et ut populo hoc probaret magis, CONSUL. UNDECIMUM. DUODECIMUM. FRUMENTATIONES. FRUMENTO. COEMPTO. EMENSUS. EST. Ut habent verba ipsissima lapidis Ancyrani. Hoc ergo notet oportet, atque annonæ vilitatem, quam comparaverat Augustus, Ægypto, anno $\left(\frac{723}{24}\right)$ in provinciæ formam redacta; Nilo fluvio per fossas repurgatas in provincia per militares operas eliciendo, de quo *Suetonius* Cap. XVIII. hæc nobis prodit: *Ægyptum in provinciæ formam* (quod Julius Cæsar facere fuerat veritus) *redactam*, (constituto scilicet ibidem Præfecto, *Cornelio Gallo*) teste *Beroaldo* in *Suetonium*, *ut feraciorem, habilioremque annonæ urbicæ redderet, fossas omnes, in quas Nilus* [2] *exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit.* Et *Sextus Aurelius*: *Regionem Ægypti inundatione Nili difficilem inviamque paludibus in provinciæ formam redegit: quam ut annonæ Urbis copiosam efficeret, fossas, incuria vetustatis limo clausas, labore militum patefecit.* Huicque adstipulamur sententiæ tum ex eo quod *Plinius* in *Panegyrico* scribat: *Percrebuerat antiquitus, Urbem nostram nisi opibus Ægypti ali sustentarique non posse;* tum quod *Egesippus* cum *Josepho* tradat, *annonam quatuor mensium singulis annis populo Romano ministrari ab Ægypto solitam.* Atque cum & *Imperator* & *Augur* jam significetur per lituum in antica, *Augustus* audiat in postica, annonam urbicam promovisse relucet, atque ex eo frumentum ex Ægypto allatum, jam populo distributum hortatu ipsius fuisse. Accedit, quod & *Goltzius* simillimas cum hoc nostro & sex spicis figuras exhibeat Tab. XXXIII. N. 4. & 2. ut & *Tristanus* p. 91. qui tamen saltem habet in adversa ΑΙΓ. Videbis infra T. XLIX. N. 17. 18. alium cum sex spicis & voce ΚΑΙΣΑΡΟΣ & ibidem N. 21. cum voce ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. In postica prioris palma cernitur frugifera, additis vocibus ΑΛΕΧάνδρεια ΑΙΓΥΠτου. Clarum fit illum post Annum $\left(\frac{725}{26}\right)$ *fuisse* signatum, ut ostendant bonum ejusdem genium in abundantiam annonæ intentum, favens sidus terris non solum Italicis sed & Ægyptiacis, scribente *Virgilio* Eccl. IX. 47.

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum,
Astrum, quo segetes, gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus uva colorem.

Et Lib. I. *Georgicorum*: 26.

—— —— & te maximus orbis
Auctorem frugum tempestatumque potentem
Accipiat.

Dant nobis hunc nummum selectioris notæ Argenteum maximi moduli *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXIII. N. 7. *Comes Mediobarbus* p. 22. *Biæus* in Nummis *Arschotanis* Tab. XI. N. 14. *Oiselius* Tab. LXXIV. N. 12. hodieque asservatur in *Thesauro Versaliensi.*

NUM.

(1) Hinc legimus apud *Zonaram* Tab. II. p. 146. *Eaque de causa & propter famem Romanos prementem, animo Cæsar æstuabat.* Καὶ διὰ τὸν λιμὸν ὃς τότε τοὺς Ῥωμαίους ἐπίεζεν, ὁ Καῖσαρ ἐν ἀμηχανίᾳ ἐγίνετο.

(2) *Plinius* Lib. V. Cap. 9. *In XII. Cubitis famem sentit Ægyptus: in XIII. etiamnum esurit. XIIII. hilaritatem afferunt, XV. securitatem XVI. delicias.*

Num. 5.

IMPerator IX. (Nonum) TRibunicia POTestate V. (Quinta) Caput Augusti nudum lævam versus.

COMmunitas ASIÆ. Templum egregium sex columnarum, cujus peristylio inscriptum: ROMæ ET AUGUSTo.

Templa in nulla provincia soli sibi decerni fuisse passum Augustum, sed semper *communi suo Romæque nomine*, testis, si non alii superessent Autores, vel unicus hic maximi moduli e. gr. satis comprobaret egregius rarissimusque nummus, Templique ibidem elegantissimi ab AsiæCommunitate *excitati*, effigies, in cujus peristylio clarissime legas hanc Inscriptionem: *ROMÆ ET AUGUSTO*, ita præterea, ut Urbem semper præponens sibi antetulerit, referente *Suetonio* Cap. LII. *Templa, quamvis sciret, etiam ProConsulibus* (3) *decerni solere: in NULLA TAMEN PROVINCIA, nisi communi SUO ROMAEque nomine* (4) *recepit. Nam in Urbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore*, Templorum scilicet sibi decernendorum, seu templorum dedicatione. Si vero quæras, quodnam templum id ipsum ? forte non erraverimus si dicamus esse Jovis Olympici, Athenis antiquitus à Deucalione inchoatum, quod Regum *ASIÆ* Legati *COMMUNI SUMPTU* perficiendum locaverant, atque absolutum postea Genio Augusti dedicandum decreverant. Meminit ejus *Dio* Lib. LIIII. p. 525. *Vere in ASIAM perrexit* (Augustus) *M. Apulejo P. Silio Consulibus, ibique & in Bithynia omnia constituit, non minori eas, ut & priores provincias, quum essent populi, quam suas procurans.* Inscriptio antica, quæ ipsi Imperatori IX. & Tribuniciæ potestatis V. titulum adjudicat, facit ut nummum hunc circa annum $\left(\frac{734}{35}\right)$ percussum conjiciamus, ab adulatoribus, populo vetus (5) novumque Numen conjungente, deosque hos venerante suos propitios, tutelares & tunc fere unicos. Nam

Numen habet Cæsar, sæva est vis, sacra potestas.

vulgarunt jam hunc nummum haud vulgaris notæ argenteum maximi moduli *H. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXIV. N. 12. (qui habet : ROM. ET AUGU.) *Car. Patinus* in *Thesauro* min. p. 48. qui tamen utrobique TRIB. POT. exhibet in antica & in postica ROM. ET AUG. Idem in *Suetonio* notis illustrato p. 107. Vidit & alium *Morellius* ubi in antica legit IMP. IX. TR. . . . In postica : ROM. ET AUG. Hodie asservatur in *Thes. Versaliensi.*

Num. 6.

Caput Dianæ cum arcu & pharetra, à tergo crinibus nodo revinctis.

IMPerator CÆSAR in peristylio. Templum quatuor columnarum, in cujus medio seu arcu Trophæum insistens proræ navis cum gubernaculo, anchora, variisque armis bellicis ad truncum suspensis, in summitate ejus ut & in frontispicio signum trium crurum adparet.

Fateor me heic fere B. L. à *B. Morellii* sententia abiisse, quod *Goltzium*, ad quem tamen provocat, evolvens, hunc veluti Maximi moduli nummum eundem non offenderim, sed saltem solito modulo ex auro & argento eundem ibidem offendam, perinde ac eundem ex auro supra T. IX. N. 25. jam produximus, & infra Tab. XV. N. 1. & 2. dabimus. Me nova ergo *Goltzii* editione deceptum augurabar ; sed video apud *Mediobarbum* designatam totidem verbis, confirmorque per *Joh. Valentem.* Supra Tab. IX. N. 25. belli Siculi contra Imperium Anno $\left(\frac{717}{18}\right)$ confecti Monumentum diximus, quorsum & denuo B. L. ablegamus, si plura de eodem nosse desiderat. Cum vero hæc contra *Sextum Pompejum* victoria, tanto major visa fuerit, quanto & potentior & callidior erat adversarius, & digniorem materiam existimavit ; quæ non solum omnis generis metalli, sed & omnis moduli nummis imprimeretur. Meminit hujus ut nummi maximi moduli & rarissimi *Valens* in rarioribus p. 37.

Num. 7.

Caput Augusti corona quernea redimitum; dextram versus, uti Tab. III. N. 82.

FORTunæ REDuci CAESaris AUGusti Senatus PopulusQue Romanus. Inscripta hæc sunt verba Aræ.

Eundem typum supra jam contemplati sumus Tab. XI. N. 1. & 2. ubi pluribus de eo jam nobis actum fuit, ejicimusque monumentum consecratum anno $\left(\frac{734}{5}\right)$ videri, neque dubitamus, quin ob rei impressæ præstantiam à Senatu typus aræ, Fortunæ Reduci sacræ, ab Augusto in maximo modulo metalli præstantioris fuerit repetitus. Provocat *Morellius* ad Goltzium, sed tantæ molis eum nonprodit Tab. XLVIII. 7. sed tamen *J. Valens* inrarioribus argenteis p. 36. eum maximum moduli rarissimis adscribit.

Num.

(3) Scilicet *Tito Flaminio* à Chalcidensibus.
(4) Ut nomen Augusti & Urbis præferrent in Inscriptionibus.
(5) Smyrnæi enim jactabant, teste *Tacito* Annal. IV. 54 : *Se primos TEMPLUM URBIS ROMÆ statuisse ; stante adhuc Punica urbe.* Et quid notius in nummis quam Dea Roma occurrit?

Num. 8.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. II. N. 46.

vel

IMPerator IX. TRibunicia POtestate V. Caput Augusti nudum lævam versus, uti Tab. VI. N. 198.

MARTi ULTOri. Templum rotundum tetrastylon, in cujus area signum militare Romanum.

Minori modulo suprà hunc typum T. XI. N. 20. jam vidimus, neque in ullo differt, nisi quod ibi Aquila legionaria inter duo signa militaria in templo conspiciatur, heic vero unum saltem signum. Deinde Tab. XI. N. 15. 18. 19. 20. rotundum & hexastylon comparuit, heic vero rotundum quidem sed tetrastylon. Quod accidisse vitio sculptoris, duabus columnis sub prioribus duabus anterioribus absconditis, nostra est opinio, quoniam Tab. XVII. 16. 17. idem templum & cum quatuor & cum sex columnis offertur, N. 22. 23. Nisi velimus dicere unum fuisse hexastylon, alterum tetrastylon, ut tamen utraque rotunda fuisse simul pateat. Egimus vero ibidem jam pluribus de duobus his templis, ibidem nempe Tab. XI. N. 15. Si verò ex antica ut decet conjiciamus de anno, quo cusus ille fuerit, in eadem Imperator IX. Tr. p. 5. cluit, quod, uti supra pluribus exposuimus, in annum $\left(\frac{734}{35}\right)$ *Q. Lucretio Vespillone* & *C. Sentio Saturnino* Consulibus, nempe post signa à Parthis recepta, quadrat. Æri incisum exhibet hunc maximi moduli nummum argenteum *H. Goltzius* T. XL. N. 30. hodieque in *Thesauro Versaliensi* visitur.

Num. 9.

AUGUSTUS COS. (Consul) XI. (undecimum) Caput Augusti laureatum lævam versus, uti Tab. VI. N. 179.

Senatus PopulusQue Romanus SIGNIS RECEPTis. In area Arcus Triumphalis, in cujus peristylio insuper legitur: IMPerator IX. (nonum) TRibunicia POTestate V. (quinta.) In ejus fastigio Augustus conspicitur, læva tenens lauri ramum, in quadrigis triumphalibus, constitutis quoque ante Arcum duobus signis Romanarum cohortium.

Idem prorsus typus, dum supra jam Tab. IX. N. 6. adfuerit, eademque cum antica, non est, quod inutiliter ibidem dicta repetamus, præsertim cum satis docuerimus hunc arcum triumphalem à S. P. Q. R. ac V. C. $\left(\frac{734}{35}\right)$ positum ob restituta signa à Phraate, Rege Parthorum, per quem eques transiret, fuisse Augusto ex Syria redeunti, & ea Romam secum afferenti erectum, confirmamusque potius hoc ipso denuo, verum esse quod scripserint Autores, illum singulariter honori sibi duxisse, & maxime fuisse exhilaratum remissione istorum signorum. Hodie quoque signis & monumentis repetitum hanc rem nunc contemplari inde possumus. Sistit præterea hunc rarum moduli maximi in argento nummum *H. Goltzius* Tab. XXXIX. N. 14. *Joh. Valens* in rarioribus argenteis edit. pr. p. 21. & edit. recentiss. p. 40. Pars est *Thesauri Versaliensis.*

Num. 10.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. III. N. 99.

SIGNIS RECEPTIS. Mars galeatus cætera nudus gradiens, dextra aquilam legionariam, læva signum militare gerens.

Ut Marti Ultori se debere hanc victoriam manifestius testificetur, tot typis in diversi moduli metallo hoc lemma repetitum voluit, immensum exinde ipsi enatum gaudium, immensam gloriam omni commonstraturus ævo, veri quippe Cæsaris, veri Augusti nomen, quod antica deprædicat, inde consecutus. *H. Goltzius* Tab. XL. N. 25. quamvis minori modulo.

Num. 11.

IMPerator CAESAR DIVI Filius CONsul VI. LIBERTATIS Populi Romani VINDEX. Caput Augusti laureatum lævam versus, uti Tab. II. N. 67.

PAX. Figura muliebris stolata stans dextra caduceum tenet læva vestem sublevat, ad lævam super aram serpens in gyrum contorta se erigit.

Supra Tab. XII. N. 14. Pacem alio vidimus sub schemate, nempe dextra lauri ramum, læva cornu copiæ tenentem; Attendimus jam quoque T. II. N. 67. consulatum Augusti VI. in annum $\left(\frac{725}{26}\right)$ incidere, quem cum Agrippa iniit, undeque libertatis encomium sibi potuerit publice cum veritatis aliqua specie tribuere, nempe cumprimis post victoriam Actiacam & deleto Antonio. Et licet ter, teste *Suetonio* Cap. XXII. Janum cluserit, populisque multis pacem dederit, nullam tamen aliam heic intelligi debere putamus, quam illam, si anticam attendere velimus, quod utique necesse est, quæ composito bello civili, & Antonio ad Actium victo,

victo, populo Romano Anno $(\frac{725}{26})$ obtigit, in quam digitum veluti intendere videmus *Vellejum Paterculum* L. II. Cap. 89. p. m. 79. *Finita vicesimo anno bella civilia, sepulta externa, REVOCATA PAX. Sopitus ubique armorum furor, restituta vis legibus, judiciis auctoritas, Senatui majestas.* Observamus hunc nummum argenteum maximi moduli rarissimum, incisum pariter apud *H. Goltzium* Tab. LVI. N. 11. Eundem quoque in *Fastis* p. 264. *C. Mediobarbus* p. 27. retulit, nisi quod inter aureos eum male referat, & lævæ cornu copiæ indat. *Joh. Valens* in recentiss edit. p. 39. ex argento maximi moduli quoque refert, & in læva cum cornu copiæ quoque, sed *Morellii* delineationi majorem adhibemus fidem: hodie asservatur in *Thesauro Versaliensi.*

TABULA XIV.
EXHIBENS
NUMISMATA AUGUSTI.
ARGENTEA MAJORIS MODULI,
CUM COMMENTARIIS
SIGEBERTI HAVERCAMPI.

Num. 1.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. VII. N. 243. & 246. quædam Numismata post caput Augusti inscriptionem exhibent, atque lituum ante caput; alia, omisso lituo, sub capite inscriptionem ponunt.

AUGUSTUS. Figura Sphingis alatæ sedentis.

Referri debere hoc numisma ad Armeniam captam innuere videntur nummi aurei, eodem typo signati, qui occurrunt supra Tab. XI. Num. 23. 24. quorum prior inscribitur *Armenia capta*. Cusum igitur videtur A. V. C. 755. quo Armenia Romanis cessit Parthorum rex Phraates, prout testatur *Dio* Lib. LV. p. 555. Τῷ δ᾽ ἰούλιῳ — *Cajo autem — in gratiam rediit.* Memoriam igitur ampliati Imperii exstare voluit Augustus non modo in moneta aurea & argentea, verum etiam in numismate majoris moduli argenteo, qualia cuncta hodie rara haberi solent. Servatur in *Thesauro Versaliensi.*

Num. 2.

IMPerator CAESAR. Caput Cæsaris Augusti nudum, lævam versus, uti exstat Tab. II. N. 46.

AUGUSTUS. Signum Capricorni, inposito cornu copiæ, in corona laurea.

Inveniuntur plurimi Augusti ex auro & argento nummi, qui hunc capricorni typum exhibent, de quo copiose actum est supra Tab. II. Num. 66. IX. Num. 35. 36. 37. 38. & Tab. XI. Num. 6. 7. 8. 25. XII. Num. 25. Vulgarunt pridem *H. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXVIII. Num. 5. *Sebast. Erizzo* p. 133. & *Car. Patinus* in *Sueton.* Nummis illustr. p. 139. Invenitur autem hic maximi moduli Argenteus in *Thesauro Versaliensi*, ut & *Parmensi*. Sed quoque in *Museo* nostro integritate insignem & mole servamus.

Num. 3.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti nudum lævam versus, uti exstat Tab. II. Num. 46.

AUGUSTUS. Ara lemniscis exornata, in cujus imo duo hinnuli conspiciuntur, pro quibus capellas supposuit Zantanus in Aug. Num. 56.

In plurimis Augusti nummis Aræ diversi generis conspiciuntur, adpositi vero hinnuli, qui ad Dianam pertinere videntur, numisma revocant ad ea tempora, quibus cum Siciliæ Inscriptione, Dianæ typo, atque titulo IMP. X. &c. cusi sub Augusto nummi sunt, adeoque ad A. V. C. 742. Adservatur in *Thesauro Versaliensi*, vidi quoque *Amstelodami* apud *Gerardum Schaakium.*

NUM. 4.

IMPerator CAESAR. Sub collo literis, ut in Museo Farnesiano, positis. Caput nudum Cæsaris lævam versus, uti Tab. VII. N. 46.

vel

IMPerator CAESAR. Posita post caput Inscriptione, atque ante illud signato lituo, ut in Thes. Brand. apud Begerum Tom. II. p. 606. confer Tab. II. N. 43.

Typus hujus numismatis curam annonæ indicat, quam summam semper habuit Augustus, ut adductus Suetonii in *Aug.* Cap. XVIII. à *Begero* locus demonstrat. *Ægyptum, in provinciæ formam redactam, ut feraciorem habilioremque annonæ urbicæ redderet, fossas omnes in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit.* Adde, qui plura congessit, *Jo. Petr. Bartolum* in nupera *Æneæ Vici* Numism. Edit. p. 19. Servat & hoc numisma *Thes. Versaliensis.*

NUM. 5.

IMPerator IX. TRibunicia POtestate. Caput Augusti nudum, lævam versus, uti Tab. IV. N. 198.

COMmune ASIÆ. Templum sex columnarum, cujus frontispicio inscribitur ROMæ ET AUGUSTo.

Ex adposito tribuniciæ potestatis anno colligitur quo tempore hoc numisma signatum fuerit, videlicet A. V. C. 735. quo, propter Augusti ad Urbem Romam reditum plurimi nummi signati fuerunt, & quo cusum quoque hoc insigne fuit numisma, quod primus vulgavit *Goltzius* in *Fastis* p. 208. ad istum V. C. annum, deinde in *Thesauro Carolus Patinus* p. 48. atque iterum in *Sueton.* Nummis illustrato p. 107. recte illud dictis à *Suetonio* in *Aug.* Cap. LII. adplicans. *Templa, quamvis sciret etiam ProConsulibus decerni solere: in nulla tamen provincia, cusi communi suo Romæque nomine recepit.* Servat & hoc Numisma *Thes. Versaliensis.*

NUM. 6.

Caput Dianæ Venatricis cum arcu & pharetra lævam versus.

Templum quatuor columnarum in cujus medio tropæum navale erigitur. In frontispicio hæc exstat inscriptio, IMPerator CÆSAR. Supra quam in fastigio Siciliæ triquetræ Symbolum, tria crura, cernuntur.

Nummi hujus explicatio peti potest ex simillimo aureo, qui occurrit supra Tab. IX. Num. 24. 25. Depinxit hunc Argenteum majoris moduli solus *Goltzius* Tab. XXX. Num. 26.

NUM. 7.

Caput Augusti quernea corona redimitum, lævam versus, uti Tab. III. N. 81.

Ara, cui inscribitur FORTunæ REDuci CÆSaris AUGusti Senatus PopulusQue Romanus.

Quære explicationem supra inter Aureos Tab. XI. Num. 1. & 2. cusi nummi sunt A. V. C. 735. Exhibet vero hoc numisma Argenteum majoris moduli solus *Goltzius* in *Aug.* Tab. XLVII. Num. 7.

NUM. 8.

IMPerator IX. TRibunicia POtestate V. Caput Augusti nudum lævam versus, uti Tab. VI. N. 198.

MARti ULTOri. Templum Martis Ultoris rotundum quatuor columnarum, ad quod quinque gradibus adscenditur. In medio est signum militare.

Quæ ad hujus nummi explicationem pertinent, peti possunt ex Aureo non valde dissimili supra Tab. XI. Num. 20. Protulit hoc numisma Argenteum majoris moduli *Goltzius* in *August.* Tab. XXXIX. Num. 30. ipsum verò servatur in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 9.

AUGUSTUS COnSul XI. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. VI. N. 179.

Senatus PopulusQue Romanus SIGNIS RECEPTIS infra Arcum Triumphalem, ante quem aquilæ hastis infixæ eriguntur, in summa cernitur Imperator in quadrigis, in frontispicio Arcus legitur, IMPerator IX. TRibunicia POTestate V.

Exstat similis inter Aureos, qui consuli potest, Tab. XI. Num. 5. Vidit Argenteum hunc maximi moduli *Goltzius* Tab. XXXVIII. Num. 14. In *Thes. Versaliensi* exstare docet *Morellius.*

NUM. 10.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Cæsaris nudum, lævam versus, uti Tab. III. Num. 77.

SIGNIS RECEPTIS. Miles galeatus gradiens, dextra manu aquilam hastæ impositam, læva signum militare gerit.

Invenitur & hic nummus in auro Tab. XI. N. 13. unde explicatio ejus peti potest. Argenteum maximi moduli vidit *Goltzius* Tab. XXXIX. Num. 25. & servat *Thesaurus Versaliensis.*

NUM. 11.

IMPerator CAESAR DIVI Filius COnSul VI. LIBERTATIS Populi Romani VINDEX. Caput Augusti laureatum lævam versus.

PAX. Pacis typus. Post Deam stantem Serpens supra columnam in spiras contortus sese erigit. Ambit typum corona laurea.

Pulcherrimum hoc Numisma jam olim in lucem edidit *Sebastianus Ericius* sive *Erizzo* in Libro Italice conscripto, ubi hæc ejus (Latine reddita) sunt verba: „ Est Cæsaris Augusti nummus Argenteus majoris „ moduli, in quo caput ipsius ætate juvenili depingi- „ tur cum hac Epigraphe IMP. CAESAR DIVI „ F. COS. VI. LIBERTATIS P. R. VINDEX. „ Ab altera parte stat figura muliebris, dextra te- „ nens caduceum. In area nummi ante illam le- „ gitur PAX. Pone eandem figuram cernitur (1) „ Ara cum Serpente. Nummum ambit corona „ elegans. Signatus hic nummus fuit eo tempo- „ re, quo vicerat Octavianus Brutum & Cassium, „ Antonium præterea atque omnes hostes suos, „ atque finitis bellis Civilibus patriæ quietem & „ & Orbi Romano pacem restituerat. Signatum „ igitur numisma credo illo tempore, quo Po- „ pulus Romanus Cæsari Augusto in Foro exstru- „ cta columna marmorea, cum ejusmodi inscri- „ ptione, Pacem Orbi redditam testatam voluit. „ Hanc siquidem columnam illi erexisse credibile „ est, consentiente Senatu & Populo Romano, pro- „ pter redditam, quæ antea toto Imperio atque Orbe „ Romano exsulabat, pacem. Erat tum Cæsar „ Octavianus natus annos viginti octo, eamque „ ætatem in nummo ex facie ejus cognoscere li- „ cet. Quo tempore veluti Deus omnibus Civi- „ tatibus adparuit, atque ab iis ut talis habitus „ fuit. Caduceus, quem figura stans dextra te- „ net, Pacis est Symbolum, cui vox PAX. inde „ subscripta legitur. Antiquitus Caduceus Mercu- „ rio sacer erat, atque deinceps semper pro Pacis „ Symbolo fuit habitus, eamque passim in num- „ mis, addita nonnunquam Inscriptione, quæ illud „ confirmat, significat. Et quoniam illi duo jun- „ guntur Serpentes, simul Concordiæ atque Pa- „ cis typus esse solet; alias enim Serpens sæpe Sym- „ bolum belli atque odii esse solet. Juncti igitur „ bacillo Serpentes, atque ita caduceum Mercu- „ rii formantes, in hoc quoque nummo Pacis & „ Concordiæ sunt Symbolum. Ara verò illa, quæ „ cernitur in imo Serpentium, Ara Salutis est. Quæ „ significat, Cæsarem Octavianum, victis hosti- „ bus, finitis bellis civilibus aliisque, redditæ „ Populo Romano libertatis, salutisque simul & „ pacis caussam exstitisse. Innuit illud addita ibi- „ dem Inscriptio LIBERTATIS P. R. VINDEX. „ Testatur quoque Appianus Alexandrinus, quo- „ dam tempore deliberasse secum Cæsarem Octa- „ vianum de reddenda Republica, idque adfir- „ masse ipsum se voluisse facere eo tempore, quo „ à Parthico bello rediisset M. Antonius, si qui- „ dem, finitis civilibus tum bellis idem voluisset „ facere Antonius. Contigit id sub Triumviratu „ Cæsaris & Antonii, quo etiam tempore cusum „ hoc numisma fuit.

„ Figura illa stans muliebris, quæ dextra manu „ caduceum tenet, ut adscripta vox PAX. do- „ cet, Deæ Pacis est, cujus templum Romæ fuit „ magnificentissimum, juxta Forum, figuræ qua- „ dratæ, omnium Templorum superbissimum & „ maximum, maximis atque pulcherrimis exor- „ natum columnis, atque multis statuis decorum. „ Exstrui incœptum à Cæsare Claudio consumma- „ vit Flavius Vespasianus, prout testantur *Sueto- „ nius, Dio* atque *Plinius.* Athenis quoque aram „ Pacis fuisse scribit *Plutarchus*, dedicatam eo tem- „ pore, quo a legatione publica rediit Callias, „ Rexque Persarum Pacem totam Græciam colere „ juberet. Scribunt quoque nonnulli in pulcher- „ rimo Templo Pacis, quod Romæ fuit, colloca- „ ta à Flavio & Tito Vespasiano fuisse spolia Tem- „ pli Hierosolymitani; cujus quoque Templi pro- „ spectus exstat in pulcherrimis nummis æreis „ Vespasiani & Titi. Sub Imperatore Commodo, „ teste Herodiano, subita correptum flamma, de- „ flagravit Templum Pacis. Quod inter reliqua „ imprimis magnificum superbumque exstitisse ho- „ dieque ejus reliquiæ Romæ ostendunt.

„ Pacem Deam Veteres nonnunquam spicas „ manu tenentem pingere solebant, ut docet „ Poëta Tibullus,

„ *In terris Pax alma veni, spicamque teneto,*
„ *Profluat & pomis candidus ante sinus.*

„ Olea sæpe, sæpe quoque laurea coronabatur; „ caduceum, ut in hoc nummo, nonnunquam etiam „ manu tenebat." Huc usque *Ericius*, qui tamen nihil dixit de figura illa, quam sub pedibus Deæ Pacis cernimus. Videtur mihi Thyrsi Bacchici habere formam, Bacchi enim Symbola sunt Anguis, Cista sacra atque Thyrsus, qui in Nummis Cistophoris quoque crebro inveniri solet. Numisma hoc reor eo tempore cusum fuisse, quo percussores patris, Brutum & Cassium vicit Augustus, compositisque bellis omnibus pacem Imperio Romano restituit, victo præsertim turbatore ejus Antonio. Magis autem diserte docet ipsius numismatis Inscriptio cusum fuisse Augusto sextum Consule, adeoque A. V. C. 726. Mentionem deinde Ericius facit aræ, quæ Athenis, teste *Plutarcho*, dedicata fuit eo tempore, quo legatus ad Persas redierat Callias. Verum ego nequaquam existimo aræ habere

(1) Non est Ara, sed Bacchi Cista.

habere figuram id cui insistit Serpens, sed corbis, sive sacræ cistæ, ex qua anguis prorumpere solet in Asiæ Nummis Cistophoris, adeoque Asiæ depingi typum; si enim conferamus quinarios illos Augusti vulgatissimos, qui cum Inscriptione ASIA RECEPTA (vide Tab. XIII. Num. 5.) typum ejus exhibent, in iis mediam cernes ejusmodi cistam inter duos angues, illique cistæ insistentem Victoriam; & quidem, quod tanto magis hanc meam confirmat sententiam id est., quod denarii in priore parte caput Augusti præferant cum titulo Imperatoris VII. adeoque nullum relinquant dubium, quin simul eodem anno & eadem occasione, videlicet recepta Asia, & quinarios illos fuisse cusos, & hoc insigne maximi moduli numisma, quod protulit *Goltzius* in *Aug.* Tab. LVI. Num. 11. atque in *Fastis* ad dictum annum p. 204. quodque in *Thes. Versal.* reperiri testatur *Morellius*. Scio Aram & Columnam pro Symbolo firmitatis, Serpentem (quia cutem exuit) pro rerum renovatione capi posse, quasi sit typus stabilitæ pacis & redditæ ubertatis, sed ægre ad ejusmodi symbolica refugium sumi debet, nisi deficiant certiora & historica argumenta.

Num. 12.

Vacat.

Num. 13.

Ab antica parte Caput Augusti est, qualis autem sit inscriptio nobis non constat.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ L. ΙΔ. i. e. *Tiberius Cæsar Augustus anno XIV. Caput Tiberii laureatum.*

Cusum hoc Numisma anno tribuniciæ potestatis Tiberii decimo quarto, arguit signatum fuisse anno ante mortem Augusti.

Num. 14.

Vacat.

Num. 15. & 16.

Partis anticæ notio non additur.

Partis posticæ primi Numismatis hæc est Inscriptio ΕΤΟΥΣ ꓤ ΝΙΚΗΣ ΙΒ. i. e. *anno XXVI. Victoriæ XIII. Alterum Numisma à parte postica hanc habet Inscriptionem,* ΕΤΟΥΣ ΘΚ ΝΙΚΗΣ ΙΕ. i. e. *anno XXIX. Victoriæ XV. In his litera R. Latina sic inversa* ꓤ *more Urbis Antiochiæ ponitur, observante in ejus Urbis nummis Epocha insignitis Eminentiss. Norisio De Epocha Syromacedonica p.* 179. & 248. *Observantur præterea in utroque nummo duo Monogrammata, ad quæ literæ numerales, quæ XII. & XV. significant, mihi pertinere videntur. Mulier stolata capite turrito atque velo ornato rupibus insidet, dextra palmam tenens, dextroque pede fluvium calcans.*

Numismata hæc Antiochiæ fuisse signata ex typo eorumdem patet. Is enim plane talis est, qualis invenitur in Consularibus Nummis sive Familiarum Quintilii Vari. Confer *Thes. Morellii* p. 363. in cujus Vari nummis idem annus epochæ Antiochenæ signatus invenitur. *Fluvius* igitur Orontes est, mulier sedens, Antiochia. Sed, quod imprimis notabile occurrit, duplex signatur epocha, in priore annus vulgaris epochæ ꓤK. XXVI. & novæ ΙΒ. XII., quæ, ne quæramus qualis sit, indicatur simul voce ΝΙΚΗΣ. VICTORIÆ. In secundo annus est prioris epochæ ΘΚ. XXIX. posterioris ΙΕ. XV. Prior Epocha illa est, quam inter varias, & sæpe mutatas Epochas adsumsisse Antiochenos docet Eminentiss. Norisius in laudato libro p. 347. & seqq. sive Dissertat. III. Cap, VII. ubi luculenter admodum demonstrat novam illam Epocham cepisse statim post victoriam Actiacam. Verum quid de altera illa in nummis his atque hactenus, adeoque ipsi Norisio, incognita Epocha, dicendum? Certum est quæri debere initium ejusdem, annis duodecim vel quindecim ante signatos hosce nummos. Signatus autem primus est A. V. C. 749. secundus 752. Itaque A. V. C. 737. quo aliquod beneficium acceperant, ejus memoriam nova illa & altera æra servarunt, illudque beneficium exprimi puto literis illis invicem colligatis, quibus Urbs Antiochia ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ & ΑΥΤΟΝΟΜΟΣ indicatur. Eo tempore, quo Syriam Provinciam Romanam fecit Pompejus Magnus Antiochiæ jus Autonomiæ, sive ut legibus suis viveret, permisit, præterea illam Metropolin Syriæ constituit. Hoc privilegium quum Augustus eidem Urbi confirmasset, in his duobus rarissimis Argenteis majoris moduli nummis Epocham confirmati illius beneficii expressisse Antiochenses videntur. Certe Metropolis Urbs illa vocatur in nummo quodam Augusti, quem citat *Vaillantius* in Numm. Imp. Gr. p. 3. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΛ. *Antiochensium Metropoleos anno XXXI.* qui nummus æram Actiacam exhibet, atque cusus est A. V. C. 754. biennio post secundum ex duobus hisce argenteis, ex quibus conficimus, Antiochiæ acceptam pridem per Pompejum dignitatem Metropoleos & Autonomiæ confirmatam fuisse beneficio Augusti A. V. C. 737.

Quin & simillimum hisce typo numisma argenteum majoris moduli detexi inter editos ab Ænea Vico, atque nuper cum *Jo. Petri Bellorii* Notis recusos nummos Num. 6. inter Argentea H. quod hac gaudet Inscriptione ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΝΕΩΚορων ꓤΑ ΑΥΤονομίας ΔΝ. i. e. *Antiochenorum Neocororum anno XXVI. Antonomiæ LIV.* In iis igitur numisma illud ab hisce discrepat, quod ab Antiochenis, addito eorum nomine, doceat cusa fuisse hæc numismata, deinde quod priorem quidem Epocham habeat eandem, & ipsum adeo annum XXVI. à victoria Actiaca, quo & primum ex hisce cusum fuit; sed quod non addat rationem Epochæ, vocem ΝΙΚΗΣ, seu *Victoriæ*. Dein, quod Neocori adpellentur Antiocheni, & denique, quod Æra sive Epocha altera immane à secunda illa, quæ in hisce nummis observatur, discrepat, videlicet pro ΙΒ. i. e. XII. legitur ibi ΔΝ. i. e. LIV. Quæ diversitas tamen facile componi potest. In posteriori nempe nummo, quem vulgavit Vicus, numeratur Epo-

cha

cha ab anno acceptæ Autonomiæ per liberalitatem Cnei Pompeji Magni ; in duobus *Morellianis* vero ab anno confirmatæ ejusdem & reliquorum beneficiorum per Cæsarem Augustum. Nam, quum plurimum apud Pompejum posset Demetrius Gadarensis, natione Syrus, libertus ejusdem, magna pecunia favorem ejus mercati, jus Autonomiæ à Pompejo nacti sunt. Unde de Pompejo testatur Porphyrius in Collectaneis *Scaligeri* p. 227. Ὁ δὲ λαβὼν παρ' Ἀντιοχέων χρήματα, τοῦ μὲν οὐκ ἐφρόντισεν, αὐτόνομον δὲ τὴν πόλιν εἴασε. *Ille verò ab Antiochenis accipiens pecunias, eum* (Antiochum) *haud quidem curabat, urbem suis legibus uti permisit.* Latine hanc Autonomiam ita descripsit *Cicero* Lib. VI. ad Atticum Epist. I. *Multaque sum secutus Scævolæ : in iis illud, in quo libertatem censent Græci datam, ut Græci inter se suis disceptent legibus.* Notabiles igitur in primis hi nummi sunt, qui duas Urbis Antiochiæ Epochas diversas, in argento, eodem anno atque iisdem typis signato, exprimunt, quique nos evidenter docent, accepisse Antiochenos suas prærogativas à Pompejo Magno A. V. C. 696. & confirmatas easdem fuisse ab Augusto A. V. C. 737. postquam à Julio Cæsare simile acceperant beneficium A. V. C. 705. quem ipsum annum novæ Æræ, inter plurimas, quas habuerunt, Antiochenos initium constituisse docet magnus *Norisius* in Epochis Syromaced. Differt. III. Cap. V. p. 201.

NUMISMATA ARGENTEA
MINORIS MODULI
IN EADEM TABULA XIII.

NUM. 17. 18.

ΕΤΟΥΣ ΙΗ. i. e. *ANNO VIII. Caput Augusti laureatum.*

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ. *REGIS POLEMONIS. Caput regis Polemonis diadematum.*

Cusus est hic nummulus in honorem Augusti, cujus Caput laureatum præfert, à Polemone I. Bospori atque Ponti rege, qui regnavit belli civilis inter Antonium atque Octavianum tempore, quorum ante partes contra percussores Cæsaris secutus fuerat. Victo Antonio ignovit illi Cæsar regnumque ejus auxit. Plura de Polemone hoc qui desideret, Thesaurum nostrum Regium sive Historiam Universalem adeat in Bospori Cimmerii regno.

In ipso nummulo alteram partem caput Polemonis regis diadematum cum nomine ejus atque titulo occupat, in altera ad caput Augusti laureatum adponitur annus regni Polemonis, videlicet octavus decimus.

NUM. 19. 20.

Caput idem Augusti laureatum adscriptis regni Polemonis annis, videlicet, ΕΤΟΥΣ ΚΓ. i. e. *ANNO XXIII.*

Satis diu regnavit Polemo I. qui in Bosporanum regnum, quod Pharnacis, Mithridatis Eupatoris & Magni quondam filii, fuerat, ab Agrippa, Augusti genero, fuerat introductus, postquam bellum à Romanis contra Scribonium, qui regnum illud, & Asandri regis viduam, Pharnacis filiam, sibi usurparat, decretum fuerat. Quamvis autem plurimarum ditionum accessione regnum suum firmaverat, plura tamen cupiens Polemo hic, in expeditione contra Aspungitanos circumventus periit.

Inveniuntur & duo alii hujus Polemonis nummi argentei, qui itidem caput habent Augusti, adposito nomine & titulo ejus vel Græcis vel Latinis literis scripto. Exhibuimus illos in citato *Thesauro Regio.*

NUM. 21.

Vacat.

NUM. 22. 23. 24.

SALUS GENERIS HUMANI. Victoria stans, lævum pedem globo sive orbi terrarum inponit, dextra manu scribit in clypeo, quem læva ambit genu imposito.

Senatus PopulusQue Romanus. In laurea.

vel

AUGustus DIVI Filius IMPerator X. Luna cum septem stellis.

Tempus, quo cusi hi sunt denarii liquet ex adposito Imperatoris X. titulo. Dictus enim fuit Augustus Imperator X. in Consulatu ejus undecimo, adsumta tribunicia potestate tertium, A. V. C. 742. Ejus aurei nummi passim Siciliæ typum, Dianam, habent, ad quam referendus videtur alter ex denariis hisce, qui lunam crescentem exhi-

exhibet. Occurrunt similiter ut primus denarius inſcripti nummi aurei ſupra Tab. X. Num. 13. Servantur hi duo in *Gaza Electorali Brand.* alterum verò ex iis exhibuit *Begerus* in *Theſ. Brand. Tom.* II. p. 666. ubi luna & ſeptem trionum typum refert vel ad Lucretium Trionem, cujus ſimiles denarii inter Conſulares exſtant in *Familia Lucretia*, vel ad res per Tiberium in Septemtrione geſtas.

Num. 25. 26.

AUGUST. . . . . Caput Junonis Monetæ.

JUPITER CONSERVATOR. Jupiter ſtat nudus, dextra fulmen, læva haſtam tenens.

Videtur hic denarius referri debere ad A. V. C. 731. quo, ægrotante Auguſto, vota publice pro ſalute Cæſaris Auguſti ſuſcepta ſunt. Plures ejus nummi, iſto anno cuſi id teſtantur. Convaleſcente igitur principe, qui divæ Monetæ præerant, Jovem Conſervatorem in denariis ſuis haud inmerito expreſſerunt. Adſervatur rarus hic denarius in *Theſauro Verſalienſi.*

Num. 27. 28.

CAESAR DIVI Filius. Caput Auguſti laureatum dextram verſus, ut Tab. III. Num. 97. niſi quod ibi inſcriptio alia ſit.

Senatus PopulusQue Romanus. Cupido Delphino inequitans inter duas ſtellas.

Primus inſignem hunc denarium, qui nunc, cum reliquis ejus viri, in *Theſauro Verſalienſi* ſervatur, edidit *Seguinus* in Select. Numiſm. p. 117. ubi recte omnino duas illas ſtellas refert ad Veneris & Julii ſidera: nam, quia Julia gens & ipſe Cæſar gloriabantur Venere Dea, à qua videlicet originem ducebant, inde Cupidinem Delphino inſidentem in Cæſaris Auguſti gratiam triumviri monetales ejus anni ſignarunt. Occurrunt ſimiles typi in denariis *Familiarum Cordiæ* & *Lucretiæ*. Propter lauream capiti adpoſitam ſignatum nummum reor, quum jam, adſumto Auguſti nomine, rerum potiretur Cæſar Octavianus. *Morellii* ſculptor duo ſidera, quæ, teſte *Seguino*, in denario comparent, neglexiſſe videtur.

Num. 29.

IMPerator CAESAR DIVI Filius III. VIR Reipublicæ Conſtituendæ. Tripus Apollinis, inpoſito olmo.

COnSul ITERum ET TERtium DESIGnatus. In laurea.

Denarium hunc, antea ineditum, in *Theſ. Verſalienſi* exſtare, adpoſita *Morellii* nota, ſive figura lilii, oſtendit. Similem vulgavit *Begerus* in *Theſ. Brand.* Tom. II. p. 606. Sed in quo, pro III. VIR. R. P. C. legitur III. VIR ITErum. Ibi in explicatione docere videtur *Begerus* literas R. P. C. in tripode legi; quas tamen ibidem ſculptor ejus non expreſſit. Eſt ergo denarius ille *Brandenburgicus* à *Verſalienſi* diverſus, quin & ipſe ineditum, ab utroque diſcrepantem, poſſideo. In meo enim intra lauream quidem hæc leguntur IMPerator CAESAR DIVI Filius, ſed in circuitu tripodis illa COnSul ITERum ET TERtium DESIGnatus. Omnes eodem anno ſignati ſunt, videlicet A. V. C. 725. atque ad Apollinis cultum pertinent.

Num. 30. & 31.

Caput Auguſti Cæſaris cum corona radiata.

CONCORDia. Dea ſedens, dextra lauri ramum, læva haſtam tenet.

Cuſum hunc denarium poſt mortem & apotheoſin Auguſti ſub ſucceſſore Tiberio arbitror; id corona, qua hic Auguſti caput ornatur, radiata, oſtendit, ſi conferas Tab. infra XXIV. Num. 41. & ſequentes, in quibus Auguſti ſtatua in circuitu cum corona radiata occurrit. Id typus docet poſticæ partis, in qua Livia veluti Dea Concordia, ſedens, ut in Tiberio nummis, effingitur. Confer Tiberii Nummos Tab. IV. Num. 31.

TABU-

TABULA XIV.
EXHIBENS
CAESARIS AUGUSTI NUMMOS ARGENTEOS MINORIS MODULI.

NUM. 1.

IMPerator CAESAR DIVI Filius. Augusti Caput laureatum lævam versus, ut Tab. III. Num. 105.

Caput Julii Cæsaris laureatum, lævam versus; post illud sidus est Julium.

NUM. 2.

CAESAR DIVI Filius. Caput Cæsaris Octaviani nudum, dextram versus, ut Tab. I. N. 37.

DIVI JULI. Caput Julii Cæsaris laureatum lævam versus.

NUM. 3.

Cæsar DIVI Filius. Caput Cæsaris Octaviani lævam versus, ut Tab. II. Num. 36.

DIVI JULI. Caput Julii Cæsaris laureatum cum stella crinita in vertice.

NUM. 4.

IMPerator CAESAR DIVI JULI Filius. Caput Cæsaris Octaviani nudum, dextram versus, cum barbæ vestigiis ad mentum, ut Tab. I. Num. 33.

DIVUS JULIUS. Caput Julii Cæsaris laureatum cum stella crinita in vertice.

NUM. 5.

IMPerator CAESAR DIVI Filius COnSul TERtium III. VIR TERtium Reipublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, dextram versus, barba ad mentum erumpente, ut Tab. I. N. 29.

DIVO JULIO. Caput Julii Cæsaris laureatum, lævam versus, cum stella sub mento.

Vulgavit omnes hosce nummos *Hubertus Goltzius* in *Augusto* Tabb. XXIII. Num. 18. LXXXI. 1. XXII. 7. & 11. XXIII. 16. Cusi omnes sunt haud diu post Cæsaris necem, quare, ad ultionem ejus, cum barba, quam crescere siverant Triumviri, in quibusdam conspicitur Octavianus. Quinto nummo similis aureus occurrit supra Tab. IX. N. 5. ubi vide interpretationem.

NUM. 6.

Vacat.

NUM. 7.

IMPerator DIVI Filius. Caput Cæsaris Octaviani nudum dextram versus, ut Tab. II. N. 39.

Stella Crinita, sine ulla inscriptione.

Vulgavit hunc nummum *Goltzius* in *Aug.* Tab. XXII. N. 10.

NUM. 8.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum lævam versus. In aliis sine laurea, itidem lævam versus, ut Tab. III. Num. 96. & 98.

DIVUS JULIUS. Stella Crinita.

De hoc typo & nummo ita scripsit *Sebast. Ericius* p. 124. "Augusti est nummus, juvenili ætate, cum Inscriptione CÆSAR AUGUSTUS. Ab altera parte ingens Stella aream nummi occupat, quæ Cometæ habet figuram, cum hac epigraphe DIVUS JULIUS. Stella est Crinita sive Cometa, illa, quam animam esse Cæsaris credidit vulgus. Neque enim solum, teste *Suetonio*, creditus fuit Cæsar in Deorum relatus numerum ab iis quibus id negotii erat datum, sed etiam persuasione vulgi, quoniam iis diebus, quibus hæres Augustus ludos festos in Julii honorem celebravit, per septem dies continuos Stella Crinita adparuit inter septemtrionem & occasum, quæ credita fuit anima Cæsaris in cœlum recepti; quare dedicata ejusdem imagine, ei Stella ejusmodi supra caput fuit posita. Testatur idem Historicus *Dio* Lib. XLV. his verbis: *Cæterum stella quædam quotidie inter Septentrionem & Occasum apparuit, eamque cometen vocantes nonnulli, ea portendere dicebant, quæ aliàs hujusmodi signum sequi consuevissent; creditum quidem hoc à plebe est, sed tamen Cæsari eam, immortalitatem nimirum jam adepto, inque siderum numerum allecto, sacram esse dixerunt.*" Hunc igitur nummum signari fecit Augustus in honorem patris in cœlum recepti, & ut hanc vulgi firmaret persuasionem.

Vulgarunt nummum *Goltzius* in *Aug.* Tab. XXII. Num. 1. *Æneas Vicus* & alii. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico*, similem & ipsi servamus, sed Augusti capite nudo dextram versus converso, ut Tab. III. Num. 100.

NUM. 9.

CAESAR DIVI Filius IMPerator Pontifex III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Augusti nudum dextram versus barbato mento, post caput adparet lituus, ut Tab. I. Num. 20.

DIVUS JULIUS, literis in summo & imo, non, ut in præcedente, ad latus collocatis. Stella Crinita.

Edidit & hunc *Goltzius* in *Aug.* Tab. XXII. Num. 3. & servat *Thes. Versaliensis.* Similes vero hisce argenteis occurrunt aurei Tab. IX. Num. 3. & 4. ubi vide quæ notantur.

NUM. 10.

Vacat.

NUM. 11.

Cajus Cæsar III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum lævam versus, ut Tab. I. Num. 3.

Cajus CAESAR DICtator PERPETuus. EX Senatus Consulto. Sella Curulis, quam sustinent duo cornua, inponitur stellæ laurea.

Vulgavit *Goltzius* in *Aug.* Tab. XXII. Num. 4. sed & exhibet similem *Morellius* in Nummis Famil. in *Fam. Julia* Tab. VII. Lit. B. cum alia capitis epigraphe, hac videlicet IMPerator CAESAR DIVI *Filius* III. VIR ITER*um* Rei Publi*cæ Constituendæ.*

NUM. 12.

Inscriptio & caput idem.

Inscriptio & typus præcedenti est similis, sed literæ PER. pro PERPETuus scribuntur.

Exstat apud *Goltzium* in *Augusto* Tab. XXII. Num. 6.

NUM. 13.

CAESAR III. VIR. ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani lævam versus, ut Tab. I. N. 8.

Typus & Inscriptio posticæ partis similis est præcedenti, nisi quod absit EX S. C.

Invenitur hic denarius in *Thesauro Schwartzburgico*, & inseruit eundem *Morellius Thesauro* suo priori in *Fam. Julia* Tab. VII. Ubi invenitur Num. 3. & videri possunt quæ diximus. Conferri quoque possunt quæ dicta sunt ad similes fere Julii Cæsaris aureos supra Tab. IX. Num. 17. & 19. p. 107. & seqq. Depingitur quoque hic nummus apud *Gutherium* de Manibus in *Thesauro Grævii* Tom. XII. p. 1138.

NUM. 14.

Cajus CAESAR DIVI JULI Filius IMPerator AUGUR PONTifex III. Vir ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum lævam versus, uti Tab. I. N. 21.

vel

IMPerator CAESAR DIVI Filius III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Prout legitur in Meo, atque in eo, quem vulgavit Morellius in Familia Julia.

COnSul ITERum ET TERtium DESIGnatus. Templum quatuor columnarum, in cujus medio Divi Julii statua, habitu Pontificis Maximi. Perystilio templi inscribitur DIVO JULIo. Supra Inscriptionem sidus est, & ad dextrum templi latus ara accensa, sacrificiorum in Divi Julii honorem symbolum.

Ad hujus denarii typum hæc adnotata inveni apud *Sebast. Ericium* p. 136. "Argenteus est „ nummus Augusti, qui caput ejus sine corona „ exhibet, valde juvenile, cum hac epigraphe, „ IMP. CAESAR DIVI F. III. VIR. . . Ab „ altera parte Templum cernitur quatuor columnarum, in cujus frontispicio est stella cum hac „ Inscriptione, DIVO JUL. id est, *Divo Julio.* „ Intus in Templo figura, veluti Numinis cujusdam cernitur, quæ nescio quid manibus tenet. „ Ad latus Templi Ara est cum foco accenso, & „ in circuitu nummi hæc legitur Inscriptio, COS. „ ITER ET TER. DESIG. id est, *Consul iterum & tertium designatus.* Cusus fuit hic nummus Romæ in honorem Augusti, (¹) in quarto „ ipsius Consulatu. Factum id reor fuisse in principio Imperii ejusdem, quo pater ejus adoptivus, Julius Cæsar, ab ipso inter deos relatus, atque Numini ejus dedicato Templo honoratus „ fuerat. Illud enim Templum in hoc nummo „ conspicitur, in cujus medio ipsius Cæsaris stantis „ est imago, addita Inscriptione DIVO JUL*io.* „ Desuper cernitur Stella, videlicet illa crinita, „ quæ quum in Ludis post mortem Cæsaris Julii „ editis adparuisset, anima Cæsaris in cœlum „ recepti credita fuit, ut testatur *Suetonius.* Prope illud Templum cernitur Ara Cæsaris, quam „ in ipsius honorem exstruxit Augustus, & in qua „ solitus fuit sacrificare Populus Romanus, vota „ concipiens atque jurans per nomen Cæsaris. „ Quæ omnia nos docere videntur, cusum fuisse „ numisma eo tempore, quo Templum illud patri Divo Julio erexit atque consecravit Cæsar „ Octavianus; tanto magis, quoniam ætate valde „ juvenili caput Octaviani in eodem adparet."

Occur-

(1) *Ridiculus Ericii* est error, quasi scilicet verba Inscriptionis quartum Consulatum significare possint, atque *iterum & tertio* vel *tertium*, significet simul *quartum*, quum Augustus, Consul secundum sive iterum, in sequentem annum designatus fuerit tertium.

Occurrunt similes denarii in *Thesauro Morelliano* priori, in *Fam. Julia* Tab. XVII. Num. VI. ubi vide quæ diximus. Vulgarunt *Goltzius* in *August.* Tab. XXIII. Num. 13. *Æneas Vicus* in *Aug. Arg.* Num. 21. & alii. Ex quibus repetitur Tom. V. *Ant. Rom. Grævii* p. 33. &. p. 127.

NUM. 15.

Cajus CAESAR IMPerator PONTifex III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, lævam versus, cum lituo post coronam, ut Tab. I. N. 19.

Posticae typus & Inscriptio plane similis est præcedenti, sed, ad dextrum templi latus, pro ara cernitur capeduncula.

Invenitur hic denarius apud *Goltzium* in *Aug.* Tab. XXIII. Num. 15. Tom III. *Antiq. Rom. Grævii* p. 1149. & inter *Num. Arsch.* Tab. IX. Num. 8. ut & apud *Morellium* l. c. Lit. G. Exstant quoque similes aurei supra Tab. IX. Num. 7. ubi consule quæ scripta sunt à Clarissimo *Schlegelio.*

NUM. 16.

IMPerator CAESAR DIVI JULI Filius. Caput Cæsaris Octaviani dextram versus, mento barbato, ut Tab. I. Num. 33.

III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Consul ITERum ET TERtium DESignatus. Typus plane similis præcedentibus, nisi quod nihil ad dextrum templi latus conspicitur.

Denarium hunc, quem vulgaverat *Goltzius,* in *Thesauro Versaliensi* exstare notavit *Morellius.*

NUM. 17.

Caput Cæsaris Octaviani galeatum lævam versus, ut Tab. II. N. 42.

CAESAR DIVI Filius. Victoria in citis bigis, dextra palmam, læva habenas equorum tenet.

Victoriam Mutinensem hic celebrat denarius, qua victus Antonius in Gallias fugit, sed Cæsar Octavianus, quum rem bene gessisset, Imperatoris titulum meruit. Pertinet igitur ad A. V. C. 711. Vide quæ diximus ad Tab. VIII. Num. 1. in *Familia Julia* p. 218. Vulgavit illum *Goltzius* in *Augusto* Tab. XLIII. N. 10.

NUM. 18.

Sine Inscriptione. Caput Cæsaris Octaviani nudum barbato mento, lævam versus, ut Tab. II. Num. 37.

CAESAR DIVI Filius. Cæsar Octavianus in equo, dextram extollens.

Confer similem aureum Tab. IX. Num. 14.

NUM. 19. & 20.

CAESAR DIVI Filius. Victoria globo insistens, dextra corollam protendit, læva palmam fert supra humeros.

AUGUR PONTIFex. Caput Jovis Ammonis.

Confer quæ de hoc denario diximus ad *Thesaurum Morell.* priorem, ubi invenitur in *Famil. Julia* Tab. VIII. Num. 3. Cusus est in Africa à *Pinario Scarpo*, de quo plura ibidem diximus in *Gente Pinaria.* Vulgavit hunc nummum primus *Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXIV. Num 7. & 10.

NUM. 21.

Cajus CAESAR IMPerator PONTifex III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, lævam versus, post illud est lituus, ut Tab. I. N. 19.

Sine Epigraphe. Vasa Pontificalia, videlicet capeduncula, adspergillum, guttus & lituus.

Spectat typus ad sacerdotium Cæsaris, & editus est à *Goltzio* in *Aug.* Tab. XXVII. N. 11. inter *Nummos Arschot.* Tab. IX. Num. 5. in *Thes. Antiq. Rom. Grævii*, Tom. V. p. 222.

NUM. 22.

IMPerator CAESAR DIVI Filius PONTifex IMPerator ITERum COnSul ITERUM ET TERTIUM DESignatus. Caput Cæsaris Octaviani nudum lævam versus.

III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Vasa eadem pontificalia.

Exstat apud *Goltzium* in *Aug.* Tab. 27. Num. 2. atque in *Fastis* ad A. V. C. 721. quo omnes hi nummi signati sunt.

NUM. 23.

IMPerator CAESAR DIVI Filius III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, dextram (sed in meo lævam) versus, ut Tab. I. Num. 28.

COnSul ITERum ET TERtium DESIGnatus. Vasa eadem.

Verba sunt *Sebast. Ericii* supra hunc nummum p. 136. "Nummulus hic Cæsarem Octavia-„num veluti admodum adolescentem exhibet, cum

 „Inscri-

„ Inſcriptione: CAESAR DIVI F. III. VIR. . . „ Ab altero latere inſtrumenta ſunt, quæ ad ſacra „ ſpectant, capis, urceus, lituus & adſpergillum, „ cum hac Inſcriptione: COS. ITER. TER. „ DESIG. Puto cuſum fuiſſe hunc nummum, „ quum (3) Pontifex Maximus factus eſt Auguſtus, „ atque hanc rem inſtrumentis illis ſacrorum ſigni„ficari. De quo Pontificatu Cæſaris in vita Au„guſti ſcripſit *Suetonius*. Neque plura hic dicturi „ ſumus de iis aliisque Sacrorum inſtrumentis, ut „ præter hæc ſunt patera, ſimpuvium, ſecuris, „ ſeu ſeceſpita, dolabra, de quibus plena ſunt Ve„terum Scripta, atque antiqua tam in nummis, „ quam in marmoribus monumenta."

Exſtat apud *Begerum* in *Aug.* Tab. XXVII. Num. 4. & alios. Additur à *Morellio* nota *Theſauri Schwartzburgici*.

NUM. 24.

Caput Cæſaris Octaviani nudum ſine Inſcriptione, dextram verſus ut Tab. II. Num. 39.

CAESAR DIVI Filius IMPerator PONtifex III. VIR ReiPublicæ Conſtituendæ. Adſpergillum, ſecuris & albogalerus.

Spectat & hic denarius, à *Goltzio* editus in *Aug.* Tab. XXV. Num. 3. ad ſacerdotia Octaviani. Invenitur quoque, ſed minus emendate, in *Theſ. Ant. Rom. Grævii* Tom. V. p. 7. & 58.

NUM. 25.

Vacat.

NUM. 26.

Caput Cæſaris Octaviani nudum, in meo pulcherrimo ad lævam, in aliis (ut Muſeo Farneſiano Tab. Quinta, Num. 3.) *ad dextram converſum, ut ſupra Tab. II. Num.* 1. *&* 2.

CAESAR DIVI Filius. Venus ſeminuda ſtat à tergo conſpicienda, dextra galeam præferens, lævo cubito columnæ innixa, manu læva haſtam tenet, adclinis ad columnam eſt clypeus.

De Veneris hujus typo vide *Chr. Schlegelium* ad Julii Cæſ. Aureos nummos Tab. III. Num. 19. Filius ejus adoptivus Cæſar Octavianus, eodem hoc typo commendare originem ſuam voluit. Exſtat denarius in *Theſ. Schwartzburgico*, edidit illum *Æneas Vicus* in *Arg. Aug.* Num. 59. Invenitur & in *Num. Arſchot.* Tab. XI. Num. 7. Edidit primus *Goltzius* in *Aug.* Tab. LVI. Num. 9. ubi & teſtatur aureum ejusdem ſe vidiſſe, cujus antica pars conveniat cum capite Auguſti laureato atque in Jovis Terminalis modum ad humeros deſinente, cum fulmine Jovis poſt caput, ut Tab. IV. Num. 120.

NUM. 27.

Caput Cæſaris Octaviani nudum, itidem, ut in præcedenti nummo, ſine Inſcriptione, ad lævam converſum, ut Tab. II. Num. 1.

CAESAR DIVI Filius. Figura muliebris ſtans, dextra ramulum tenet, læva cornu copiæ.

Hic typus pacem & rerum ubertatem deſignare videtur, quæ duo ſibi ſpondebat populus Romanus victo per Cæſarem *M. Antonio*. Exſtat Nummus in *Theſauro Schwartzburgico*. Vulgarunt eundem *Goltzius* in *Aug.* Tab. LVI. Num. 6. *Begerus* in *Theſ. Brand.* Tom. II. p. 609. & *Pedruſius* in *Muſeo Farneſ.* inter *Arg Aug.* Tabula Quinta Num. 6. Exſtat in *Muſeo noſtro*.

NUM. 28.

Deæ Pacis caput, ſine Inſcriptione, inter cornu copiæ & oleæ vel lauri ramum.

CAESAR DIVI Filius. Effigies Cæſaris feſtinanti gradu dextram adtollentis, læva haſtam ſuper humeros tollentis.

Ad victoriam Mutinenſem & gloriam quam inde reportavit Cæſar ſpectare hic denarius videtur. In eo Cæſar feſtinans grati nuncii cauſſa, dextram pacificatoris ritu adtollit, pacem rerumque ubertatem, victoria tam inſigni parta, promittens. Depingunt hunc denarium *Goltzius* in *Aug.* Tab. LVI. Num. 5. & 7. & *P. Pedruſius* in *Arg. Aug. Muſei Farneſ.* Tab. Quinta Num. 5. *Num. Arſchot.* Tab. XV. Num. 8. *Oudanus* & *Oiſelius* Tab. LXXI. Num. 10. Exſtat in *Theſauro Verſalienſi*.

NUM. 30.

Caput Cæſaris Octaviani nudum, ſine Inſcriptione, verſus dextram.

CAESAR DIVI Filius. Victoria globo inſiſtens, dextra corollam tenet, læva palmæ ramum ſupra humerum ſuſtinet.

Antonio devicto cuſus nummus videtur, tum enim uni Cæſari parebat Orbis Romanus, parta

(3) Niſi illud *Maximus* ſuperfluum ſit, vel, aliud cogitanti exciderit *Ericio*, graviſſimus in Antiquario & Viro Docto eſt error. Mortuo enim Lepido Pontificatum Maximum ſuſcepit demum Auguſtus, adeoque longe poſt cuſum hunc nummum, quod ipſe *Ericius* ignorare minime potuit.

parta de adversario apud Actium victoria. Vulgavit illum *P. Pedrusius* in *Arg. Aug* Tabula Quinta Num. 2. *Musei Farnes.* Exstat in *Thes. Schwartzburg.* Possideo ipse duos, quorum alter Victoriam, non ut in hujus averso typo, dextram versus, sed ad sinistram partem spectantem, sistit.

Num. 31. 32. & 33.

Sine Inscriptione. Victoriæ caput, humeris alatis.

CAESAR DIVI Filius. In aliis hæ duæ tantum adparent ad latera Neptuni literæ P. P. Neptunus nudus stans, dextrum pedem globo inprimit, dextra manu acrostolium, læva tridentem tenet.

Victoriæ navalis typum esse patet; sed dubium videtur, utrum ad Victoriam de *Sexto Pompejo* an de *M. Antonio*, pertineat; quod globus pedi dextro Neptuni subjiciatur, ad partam de *M. Antonio* ad *Actium* Victoriam inclino. Quid autem literæ P. P. designent, tam facile expediri nequit. Patrem Patriæ Cæsarem designare non possunt, eo enim titulo tum nondum utebatur. Credo itaque ita suppleri debere *Parta Pace*. Victoria enim de M. Antonio, & profligatis ejus partibus, subjecto Cæsari & Imperio Romano Orbe Terrarum, Pax populo Romano parta fuit. Vulgarunt hos nummos *Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXIII. Num. 2. 3. & 8. & priorem *P. Pedrusius* ex *Museo Farn.* in *Arg. Aug.* Tab. Quinta Num. 1. *Oiselius* & *Oudan.* Tab. XXXVI. Num. 2. *Num. Arschot.* Tab. II. Num. 19. & 20.

Num. 34. & 35.

Deæ Pacis caput. Sine Inscriptione.

CAESAR DIVI Filius festinans, ut supra Num. 29. sed ad dextram converso corpore, lætum victoriæ Mutinensis nuncium significare videtur, dum dextram extendit; ut Imperator autem, hastam læva tenet, fluctuante post tergum paludamento.

Depingit hunc nummum, quem in *Thesauro Schwarzburg.* exstare testatur *Morellius*, *P. Pedrusius* inter *Arg. Aug. Musei Farnes.* Tab. Quinta Num. 4. ita, ut monile ambiat Deæ collum & inauris ab aure ejusdem dependeat.

Num. 36.

Caput Cæsaris Octaviani nudum, sine Inscriptione, lævam versus; uti Tab. II. Num. 1.

CAESAR DIVI Filius. Apollo Actiacus, habitu citharœdi, monticulo insidens, lyram pulsat.

Pone tergum dependet pileus, pro quo arcum alii suppofuerunt, vel scutum, ut *Sebastianus Ericius*, cujus p. 181. hæc ad hujus nummi typum exstat Commentatiuncula " Augusti est nummus " argenteus, ætate juvenili, sine ulla Inscriptio- " ne à parte capitis. Ab altera parte Apollo nudus " saxo insidet, ab humero ejus (4) scutum dependet, " utraque manu tenens citharam, cum hac epi- " graphe, CAESAR DIVI F. Romæ in hono- " rem Augusti signatus hic nummus, atque hæc " figura Apollinis ipsius Augusti divinam respi- " cit originem. Apollinis enim filius, singulari " casu qui matri ejus Acciæ acciderat, habitus fuit. " Historia exstat apud *Suetonium* in *Vita Aug* Cap. " XCIV. his verbis descripta: *In Asclepiadis Mende-* " *tis* θεολογυμένων *libris lego, Acciam, cum ad solen-* " *ne Apollinis sacrum media nocte venisset, posita in* " *Templo lectica, dum cæteræ matronæ dormirent, ob-* " *dormisse, draconemque repente irrepsisse ad eam, pau-* " *loque post egressum; illamque expergefactam quasi* " *à concubitu mariti purificasse se, & statim in cor-* " *pore ejus exstitisse maculam, velut depicti draconis,* " *nec potuisse unquam eximi, adeò ut mox publicis bal-* " *neis perpetuò abstinuerit; Augustum natum mense* " *decimo, & ob hæc Apollinis filium existimatum.* " *Eadem Accia prius, quàm pareret, somniavit, in-* " *testina sua ferri ad sidera, explicarique per omnem* " *terrarum & cœli ambitum. Somniavit & pater* " *Octavius utero Acciæ jubar solis exortum, &c* Apol- " lini igitur omne honoris genus deinceps exhibuit " Augustus, eique, teste eodem *Suetonio*, Templa " ædificavit. Sic enim legitur apud eumdem " in *Vita Augusti* Cap. XXIX. *Templum Apollinis ea* " *parte Palatinæ domus excitavit, quam fulmi-* " *ne ictam desiderari à Deo aruspices pronuntiarent.* " Et Cap. LII. *Templa quamvis sciret, etiam* " *proconsulibus decerni solere, in nulla tamen pro-* " *vincia nisi communi suo, Romæque nomine rece-* " *pit. Nam in Urbe quidem pertinacissimè abstinuit* " *hoc honore; atque etiam argenteas statuas olim sibi* " *positas conflavit omnes; ex quibus aureas cortinas* " *Apollini Palatino dedicavit.* Imo filium Octavium " pro Apollinis filio haberi voluisse matrem Acciam " clare testatur *Dio* Lib. XLV. his verbis: *Quod* " *quò magis faceret, Accia etiam movit, quæ etiam* " *atque etiam affirmabat, Octavium hunc ex Apolline* " *conceptum fuisse, quòd cum in ejus Dei Templo quo-* " *dam tempore obdormivisset, visa sibi esset cum dra-* " *cone coire; ac tempore ad eum conceptum competenti* " *Octavium peperisset; præterea antequàm eum par-* " *tum edidisset, per quietem sibi visum esse quasi inte-* " *stina sua in cœlum efferrentur, atque hinc supra uni-* " *versam extenderentur terram: eademque nocte Octa-* " *vius ex conjugis pudendis solem exoriri imaginatus* " *fuit. Infanti recens edito Nigidius Figulus Sena-* ", *tor*

(4) Imo est pileus Ætolicus, prout patet ex Ætolorum nummis, æque multum differt à Macedonum Causia, quæ pariter pilei erat genus.

„ *tor statim Imperium vaticinatus est: qui ea tempe- „ state omnem cœli descriptionem, siderumque differen- „ tias, & eorum proprias quasque coituum interval- „ lorumve suorum ratione effectiones quas edunt, præ „ cæteris adeo callebat, ut prohibitis quibusdam studiis „ eum uti crederetur.* De pietate Cæsaris Augusti „ erga Apollinem testimonium quoque reddit *Dio* „ Lib. LIII. his verbis: *Eo quidem anno censum* „ *etiam peregit, Princepsque Senatus ipse in eo dictus* „ *est, pro eo more, qui integro etiamnum populi in* „ *Republica statu erat receptus, præterea Apollinis in* „ *Palatio Templum, ac bibliothecas perfecit, & de-* „ *dicavit: ludos propter Actiacam victoriam decretos* „ *cum Agrippa exhibuit, & in iis equestre certamen* „ *per pueros & viros patricios peregit.* Eique post „ victoriam Actiacam multa ex spoliis hostium „ consecravit, atque Ludos Actiacos atque alia „ solemnia in ejus honorem instituit, prout „ idem testatur *Dio* Lib. LI. his verbis: *Eadem* „ *die Cæsar Apollini, qui apud Actium colitur, tri-* „ *remem, quadriremem, ac alia navium genera, us-* „ *que ad deciremem ex captis navibus consecravit,* „ *templum majus exstruxit, ludos Musicos, ac Gymni-* „ *cos, ac certamen equestre cum sacro quinquennali* „ *(sic enim hi qui annonæ sunt præfecti, appellantur)* „ *constituit, Actiacos illos ludos dicens, urbemque eo lo-* „ *co ubi castra habuerat, effecit, partim collectis ad* „ *eam incolendam hominibus, partim eò translatis fi-* „ *nitimis; eique urbi Nicopolis nomen indidit: ac lo-* „ *cum in quo tetenderat, lapidibus quatuor pedum ma-* „ *gnitudine constravit, rostrisque navium captarum* „ *ornavit, sacrarium ibi Apollinis sub dio constituens.* „ Templi Apollinis Actii hanc quoque mentio- „ nem idem Scriptor fecit Lib. L. ita scribens: „ *Cæterum Actium Apollinis templum est è regione* „ *portuum, qui sunt apud Nicopolim, ante fauces si-* „ *nus Ambracii situm; qui sinus per angustias longe* „ *se se effundens, ipse, & qui ante eum positi sunt* „ *loci, appellendis navibus, stationique sunt commo-* „ *dissimi.* Ex quibus omnibus locis adparet quanta „ in veneratione habuerit Apollinem Augustus, „ cui forsitan, ut caro genitori, acceptam retu- „ lit victoriam Actiacam. Quod & testari viden- „ ter denarii ejus argentei, in quibus, testifican- „ dæ hujus victoriæ gratia, signata cernitur imago „ Apollinis Actii, cum Inscriptione ACT. id est „ *Actius*, sub figura eadem atque his ad latus lite- „ tris IMP. XII. pro qua alii nummi exhibent „ IMP. X. Inveniuntur quoque qui stantem exhi- „ bent Apollinem, citharam utraque tenentem „ manu, cum Inscriptione ACT. & IMP. X. „ Qui omnes nummi abunde testantur Augustum „ pro filio Apollinis fuisse habitum, eoque hono- „ re gaudentem Apollinem in primis coluisse."

Victo ad Actium M. Antonio, triennio post, templum Apollini Palatino dicavit Cæsar Octavianus, ludosque Actiaco prælio votos, primum egit. Factum id fuit A. V. C. 726. Ea occasione hos denarios cusos arbitror, & quidem primum hunc ediderunt, *Goltzius* in Aug. Tab. LXXIII. Num. 8. & inveniri eundem in *Thes. Schwartzburg.* testatur *Morellius.*

NUM. 37. & 38.

CAESAR DIVI Filius. Apollo Citharœdus, ut supra.

IMPerator CAESAR Octavianus in quadrigis triumphalibus.

Cusus hic nummus, eodem quo præcedens tempore, testis quoque est victoriæ Actiacæ & fortunæ Cæsaris. Depingitur quoque inter *Num. Arschot.* Tab. XIV. Num. 3. & ab *Oudano & Oiselio* Tab. XCI. Num. 16. Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 39. & 40.

Cajus CAESAR. Caput muliebre velatum cum modio in capite.

IMPerator CAESAR. Arcus triumphalis in cujus summo quadrigæ.

Præclarus hic denarius invenitur in *Thesauro Versaliensi.* Uberius eundem, & similem cum Capite Augusti explicavimus in *Thesauro Morelliano* priore p. 210. & 211. Collocati enim inveniuntur in *Fam Julia* Tab. Quinta Num. V. & Lit. D. Pars vero prior denarii hujus spectare videtur ad nepotem Augusti C. Cæsarem, qui rudimenta militiæ bello Cantabrico posuit, ex quo Imperatoris XIV. nomen accepit Augustus, teste *Dione* LV. 552. Cusus autem est denarius A. V. C. 747. quo per absentiam Tiberii, alio bello occupati, Arcum illum dedicasse Cajus, atque ideo, quasi nulla inter hos regnaret æmulatio & invidia, Deæ Concordiæ caput velatum in antica parte depingi videtur. Modius capiti Deæ imponitur, quod extra Italiam cusus videatur: nam in Asia & Ægypto, ita deos deasque ornare moris erat. Posticam partem, in qua Arcus Triumphalis visitur, edidit *Æneas Vicus* in *Arg. Aug.* Num. 27. ut & *Oudan. & Oiselius* Tab. XCVI. Num. 3. adde *Num. Arschot.* Tab. XI. Num. 12.

TABU-

TABULA XV.
EXHIBENS
CAESARIS AUGUSTI
NUMMOS ARGENTEOS
MINORIS MODULI.

NUM. 1. 2. & 3.

Caput Dianæ cum arcu & pharetra ad humeros, sine Inscriptione.

vel

Caput Augusti nudum lævam versus, sine Inscriptione.

IMPerator CAESAR. Tropæum navale elegans.

Similes typi inter aureos occurrunt Tab. IX. Num. 23. unde explicatio peti potest. Plures Antiquarii argenteos hos depinxerunt, videlicet *Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXI. Num. 11. *Nummi Arschotani* Tab. XII. Num. 5. *Sebast. Ericius* p. 135. *Pedrusius* in *Museo Farnesiano*, in quo, sicut & in *Schwartzburgico* exstat posterior denarius, quem & pulcherrimum ipse servo.

NUM. 4.

CAESAR DIVI Filius. Caput Cæsaris Octaviani nudum lævam versus, ut Tab. II. Num. 37.

vel

Caput Cæsaris Octaviani nudum sine Inscriptione, ut in Museo Farnesiano.

vel

Caput Cæsaris Augusti laureatum sine Inscriptione, lævam versus, ut Tab. III. Num. 79. qualem nummum ipse possideo.

IMPerator CAESAR. Columna rostrata, cui imposita est statua Imperatoris Cæsaris, habitu militari.

Nummus hic ad Actiacam victoriam pertinere mihi videtur, quoniam in meo nummo Augusti Caput laureatum est. Ediderunt eundem *Goltzius* in *Aug.* Tab. XLVI. Num. 14. *Num. Arschot.* Tab. IX. Num. 20. *Rycq.* de Capitolio p. 315. Adde Tom. III. *Ant. Rom. Grævii* p. 574. 588. 598. *Laur. Begerum* ad Florum p. 226. *Oudan.* & *Oisel.* Tab. XCV. N. 12. atque *Pedrusium* inter *Argenteos Augusti*. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico*.

NUM. 5.

Caput Augusti laureatum, cum humero perforato, prouti solebant capita Colossorum clavis trabalibus reliquo corpori adfigi. Pone caput fulmen est. Sine Inscriptione.

IMPerator CAESAR. Statua Cæsaris togati, sedentis in sella curuli, atque manu dextra Victoriæ signum tenentis.

Cusus est nummus eadem de caussa, qua priores, ex quibus, sicuti proxime præcedens, inter honores Cæsari Imperatori habitos, statuam ejus militarem in columna rostrata exhibet; ita hic, pacifico habitu, togatam illi, quasi per victoriam parta tranquillitate, atque insuper colosseam, tamquam Jovi Soteri & Apollini Averrunco sive malorum depulsori, erectam fuisse ostendit. Verum uterque mihi post victoriam Actiacam cusus videtur. Exstat & hic nummus in *Thesauro Schwartzburg.* atque *Farnesiano*, ex quo edidit *Pedrusius* inter *Argenteos Augusti*. Depinxit eundem *Goltzius* in *Aug.* Tab. XLVI. Num. 20. Invenitur & in *Nummis Arschot.* Tab. XI. N. 6. atque apud *Begerum* in Notis ad *Florum* p. 130. ut & in *Suetonio* Nummis illustrato à *Carolo Patino*, sed ibi fulmen ante faciem Augusti collocatur.

NUM. 6.

Caput Augusti corona quernea redimitum, dextram versus, sine Inscriptione, ut Tab. III. Num. 82.

vel

Caput Augusti nudum lævam versus, sine Inscriptione, ut Tab. III. Num. 77. qualem ipse possideo.

Arcus triumphalis, insistentibus desuper quadrigis. Fontispicio inscribitur IMPerator CAESAR.

Inter honores Cæsari habitos præcipue fuerunt Arcûs Triumphales, sed hic pertinere videtur ad illum, de quo supra actum fuit ad nummum ultimum Tabulæ præcedentis. Nummum hunc depinxit *Goltzius* Tab. XLIII. Num. 8. & *Morellius* invenit in *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 7. & 8.

Caput Apollinis laureatum sine Inscriptione.

IMPerator CAESAR. Colonus agens boves.

Coloniæ Carthaginem deductæ hic nummus Symbolum est. Factum id fuit A. V. C. 725. Invenitur in *Thesauro Schwartzb.* atque editus jam olim fuit à *Goltzio* in *Aug.* Tab. XLIX. Num. 21. & 23.

NUM. 9. & 10.

Victoria proræ insistens, ad lævam conversa, dextra corollam, læva palmæ ramum super humeros tenet.

IMPerator CAESAR. Imperator in quadrigis triumphalibus.

Referri solet hic nummus ad A. V. C. 718. annoque cusus est proximo post devictum Sextum Pompejum. Depictus jam olim fuit ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XL. Num. 4. Inter *Num. Arschot.* Tab. XIII. Num. 2. atque à *P. Pedrusio* inter *Arg. Aug. Musei Farnesiani*, ubi is sicuti & in *Thesauro Schwartzburg.* servatur.

NUM. 11.

Caput Cæsaris Augusti sine Inscriptione lævam versus, ut Tab. III. Num. 77.

Templi species cancellis & imagunculis exornati; frontispicio inscribitur IMPerator CAESAR.

Quum nulla Romæ sibi templa, & in provinciis tantum sibi & Romæ simul exstrui passus fuerit Augustus, Templum in honorem Augusti erectum significare haud potest, sed potius Basilicam quamdam, unam ex publicis operibus, quæ plurima ab Augusto exstructa fuisse affirmat *Suetonius* in *Aug.* Cap. XXIX. Depingunt hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. 73. Num. 6. & *Æneas Vicus* inter *Arg. Aug.* Num. 52. *Num. Arschot.* Tab. XI. Num. 2. atque *Oisel.* Tab. CVII. Num. 6. Exstat in *Thes. Schwarzb.* Sunt vero duo diversi hujus nummi typi. Alter quidem plane ut depingitur à *Morellio*; alter figuram Basilicæ aliquanto magis contractam exhibet, neque Inscriptionem illam in frontispicio agnoscit. Utrumque habeo, & utrumque expressit *Æneas Vicus*, alterum Num. 52. ut dixi, alterum in auro Num. 7.

NUM. 12.

Caput Cæsaris Octaviani nudum, dextram versus, sine Inscriptione.

IMPerator CAESAR. Terminus Solis cum fulmine ad pedes.

Ad Symbolum Augusti *festina lente*, plurimi referunt, quos improbat *Bellorius* p. 19. atque cogitare nos jubet de Jove Terminali, quem Græci ὅριον & ὁρίειον vocabant. Sed docere debuisset illum Jovem capite radiato depingi. Apollinis sine dubio Herma sive Terminus est, cui subjicitur ad pedes fulmen, Jovis Symbolum, ea forsitan ratione, qua supra Num. 5. capiti Cæsaris Augusti, velut Apollinis, laureato, & quidem sive colosso adoptando, sive termino, adponitur retro fulmen; ut Deos Servatores Jovem & Apollinem in Cæsare Augusto, per adulationem agnoverit Roma, nunquam à se discessuros. Vulgarunt hunc nummum *Hub. Goltzius* Tab. XXIII. Num. 20. *Seb. Ericius, Æneas Vicus* in *Aug. Arg.* Num. 45. *Num. Arschot.* Tab. XIV. Num. 17. *Patinus* in *Sueton.* p. 91. 92. *Begerus* ad *Florum* p. 75. *Torrent.* ad *Sueton Grævii* p. 116. *Sponius* p. 15. *Miscell. Erud. Antiqu. Oisel.* Tab. XLI. N. 5. *P. Pedrusius* in *Museo Farnesiano.* Exstat in *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 13.

Caput Augusti corona quernea redimitum, sine Inscriptione, ut Tab. III. Num. 81.

CAESAR DIVI Filius. Tropæum navale elegans.

Ad hunc Nummum ita scripsit *Sebast. Ericius* p. 135. "Cæsaris Octaviani argenteus nummus eundem exhibet ætate juvenili, sine Inscriptione, optimæ vero est fabricæ. Ab altera parte cernitur tropæum navale eleganter, positis supra rostrum navis decussatim temone & ancora, instructum, cum Inscriptione IMP. CAESAR. Signatus fuit elegans hic nummus post Victoriam, quam Octavianus obtinuit ad Actium promontorium de M. Antonio & Regina Cleopatra, quod navalia illa spolia abunde testantur. Victoriam hanc pluribus verbis *Suetonius Tranquillus* & *Dio* in *Augusti* vita & rebus gestis referunt."

Occur-

Occurrit ſimilis nummus inter aureos, quem conſule Tab. IX. Num. 22.

Num. 14. & 15.

IMPerator CAESAR. Navis cum velo & remis.

DIVI Filius. Victoria feſtinans, dextramque verſus currens, dextra corollam, læva navis tenet gubernaculum. Ante Deam inſignis palmæ exſurgit ramus.

Quinarius hic ad navalem de Sexto Pompejo victoriam eſt referendus. Nomen Poſſeſſoris videtur eſſe Dominus Du Camps.

Num. 16.

Quinarius hic, cujus capitis nota non additur, ad eandem victoriam referri debet, deam enim Victoriam cum corolla & palma proræ navis inſiſtentem dextram verſus exhibet.

Invenitur in *Theſauro Verſalienſi.*

Num. 17.

CAESAR IMPerator VII. Caput Auguſti nudum lævam verſus, ut Tab. II. Num. 62.

COnSul V. Victoria cum corolla & palma, proræ navis, dextram verſus converſa, inſiſtit.

Cuſus eſt hic denarius A. V. C. 725. quo ſimilis typus cum Inſcriptione eadem in nummo C. Carrinatis C. F. proconſulis ex fide *Goltzii* cuſus fuit. Quem vide in *Theſauro Morelliano Famil. Roman.* inter *Goltzian.* Num. 202. Ipſum hunc quoque edidit *Goltzius* in *Faſtis* p. 202.

Num. 18.

AUGUSTUS. Auguſti Caput nudum lævam verſus, ut Tab. III. Num. 84.

Corolla ex lauri bacciferæ foliis atque ſex navium roſtris contexta.

Nobilis hic denarius, qui in *Theſauro Verſalienſi* exſtat, victoriæ Actiacæ monumentum eſt. Ex *Muſeo Farneſ.* exhibuit eundem *P. Pedruſius* inter *Arg. Cæſaris Auguſti*, & ante illum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXIX. Num. 20.

Num. 19.

Capitis partis indicium non adeſt.

CAEſar AUGuſtus IMPerator. Tria crura Siciliæ Symbolum.

Rarus hic denarius, in quo poſſeſſoris notam neglexit *Morellius*, ad A. V. C. 733. quo Siciliæ & Græciæ res compoſuit Auguſtus, videtur referri debere. Typum nummi hujus ad Florum ſuum advocavit *Laur. Begerus* p. 218.

Num 20.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti nudum lævam verſus.

IMPerator VIII. Diana venatrix cum cane adcurrente. Subtus legitur SICILia.

Exhibuit hunc, ſed ex auro, Paruta in Sicilia ſua, inter Numm. Gr. & Rom. Num. 77. Hic vero nummus & ſequentes aliquot ad compoſitas ab Auguſto in Sicilia res pertinent.

Num. 21.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti ut ſupra.

IMPerator IX. SICILia. Typus Dianæ venatricis ſimilis.

Vulgavit hunc nummum *Goltzius* in *Aug.* Tab. XXX. Num. 27. & *Patin.* ad *Sueton.* p. 189.

Num. 22.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti ut ſupra.

IMPerator X. SICILia. Dianæ venatricis typus ſimilis.

Servatur hic denarius in *Theſauro Schwartzb.* & in *Muſeo noſtro.*

Num. 23.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti, ut ſupra.

IMPerator XI. SICILia. Dianæ venatricis typus ſimilis.

Occurrit hic nummus inter *Arſchotanos* Tab. XII. Num. 9.

NUM. 24.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum lævam versus, ut Tab. III. Num. 116.

IMPerator XII. SICILia. Dianæ venatricis typus similis.

Ediderunt hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXIX. Num. 33. *Car. Patinus* in *Suetonio* Nummis illustrato p. 189. *P. Pedrusius* in *Mus. Farnes.* inter *Arg. Aug.* Tab. duodecima Num. 2. Exstat insuper in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 25.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti corona quernea ornatum, ut Tab. III. Num. 88.

IMPerator VII. Diana venatrix læva arcum tenet, dextra telum ex pharetra depromit, subtus legitur SICILia.

Vulgarunt hunc denarium *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXX. Num. 25. & *Ph. Paruta* in *Sicil.* inter *Gr.* & *Rom.* Num. 77.

NUM. 26.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum dextram versus, ut Tab. IV. Num. 129. *In meo nummo facies est lævam versus, ut Num.* 128.

IMPerator X. SICILia. Dianæ venatricis typus similis.

Depinxerunt ante *Morellium* nummum hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXX. & *Jac. Oiselius* Tab. X. Num. 11. Exstat in *Thesauro Schwartzb.* & in *Museo nostro.*

NUM. 27.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, dextram versus, ut Tab. IV. Num. 123.

IMPerator XI. SICILia. Diana venatrix, ut supra.

Desumtus est nummus ex *Goltzii August.* Tab. XXX. Num. 31. Exstat quoque apud *Ph. Parutam* Num. 83. & inter *Arg. Aug.* ab *Ænea Vico* editos Nummos.

NUM. 28. & 29.

Abest nota capitis, quod fere simile videtur esse præcedentibus.

IMPerator XII. in alio X. SICILia. Dianæ venatricis typus similis.

Prior ex hisce duobus in *Thesauro Schwartzb.* adservatur.

NUM. 30.

Abest nota capitis.

IMPerator XII. Typus similis.

Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 31.

CAESAR DIVI Filius IMPerator V. COnSul. IIII. Caput Augusti nudum dextram versus, ut Tab. II. Num. 58.

ACTius. Apollinis Actii signum utraque manu lyram tenentis.

Vulgavit nummum *Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXI. Num. 1.

NUM. 32.

AUGUSTUS DIVI Filius, Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. IV. Num. 121.

IMPerator X. ACTius. Simile Apollinis signum.

Servatur hic nummus in *Museo Farnes.* ex quo vulgavit *P. Pedrus.* inter *Arg. Aug.* Tab. duodecima Num. 3.

NUM. 33.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum lævam versus, ut Tab. IV. Num. 128.

IMPerator XI. ACTius. Signum simile Apollinis.

De omnibus hisce inspici possunt, quæ dicta sunt Tab. XI. Num. 29. & seqq. inter aureos. Exstat hic nummus inter *Numism. Arschotana* Tab. XII. Num. 14.

Num. 34.

AUGustus DIVI Filius. Caput Augusti nudum lævam versus.

IMPerator XII. ACTius. Typus Apollinis Actii similis. In omnibus hisce signum Apollinis versus lævam conversum est.

Ad hunc vero nummum atque omnium hujus generis intellectum, hæc in Commentariis Historicis retulit eruditissimus, *Jo. Tristanus* Tom. I. p. 77. " *Ludovicus Nonnius* qui a utilement ,, commenté *Goltzius*, se met fort en peine de trouver la raison pour laquelle cette figure est vestuë de long, si elle est prise pour Apollon Actiaque, & pourquoy ce Dieu tient une harpe, veu, ce dit-il, qu'il ne doit pas estre feint avoir servi, & assisté Auguste en la bataille Actiaque avec cet instrument de Musique, mais bien avec son arc & ses flesches, & dit beaucoup de choses pour fortifier à son pouvoir cette imagination. A laquelle neantmoins après il substituë une autre pensée, estimant que ce soit la figure d'une Muse & non celle d'Apollon Actiaque, se servant de l'authorité du sçavant *Torrentius* qui veritablement n'a non plus que luy compris la raison de cette devise. Il faut nenanmoins s'arrester à quelque chose, & justifier si bien ce que c'est, qu'il n'y ait plus lieu d'en douter, c'est ce que j'espere faire. Il faut considerer en premier lieu, qu' Apollon n'est pas representé en ce revers en qualité d'Apollon *propugnator*, avec l'arc & la flesche prest d'en percer les plus vaillants des ennemis d'Auguste, comme les medailles de Valerian & de Galien le representent, qui estoit surnommé à cause des attributs annexez à ce geste & port de flesches & dards τοξοφόρος, τοξοβέλεμνος, ἑκατηβόλος, ἑκατηβελέτης, ἑκαβόλος, & ainsi d'autres epithetes, desquels Orphée, Homere, Hesiode, Callimache, & autres le decorent. Mais il est representé comme Musicien, chantant les gracieux Pæans de utrimphe, & des victoires obtenuës par son Auguste bien aimé, prés de son Actium, sur la lyre ou guiterre. En cet exercice donc, il n'estoit pas vestu en guerrier, mais en habit de paix & de volupté, comme il y a aparence qu' *Albinovanus* se figuroit qu'il pouvoit estre, (5) quand il dict de luy (en son Elegie sur le deceds de Mecœnas) cecy, vers 51.

> ,, *Actius ipse lyram plectro percussit eburno*
> ,, *Postquam victrices conticuere tubæ.*

,, Voila nostre revers representé, & ce après avoir dit, vers 49.

> ,, *Pax erat, hæc illos laxarunt otia cultus,*
> ,, *Omnia victores, Marte sedente, decent.*

,, Il estoit donc estimé estre comme les hommes, dans l'aise en plein Esté, vestu mollement & delicieusement d'un amict leger, delicat, mais long comme les Muses, Deesses qui estoient de son concert, & de sa brigade. Ovide & Tibulle aussi mols qu' Apollon, le descrivent ainsi, (6) le premier au II. de ses Metamorphoses,

> ,, *Ille caput flavum lauro Parnasside vinctus,*
> ,, *Verrit humum Tyrio saturata murice palla.*

,, Et l'autre en l'Elegie IV. liv. III. vers 35.

> ,, *Ima videbatur talis illudere palla;*
> ,, *Namque hæc in nitido corpore vestis erat:*
> ,, *Artis opus raræ fulgens testudine, & auro,*
> ,, *Pendebat læva garrula parte lyra.*

,, Et Properce aussi (7) liv. VII. Elegie XXXI.

> ,, *Actius in longa carmina veste canit.*

,, C'est aussi en cette posture & en cet habit que *Libanius* le descrit en sa Monodie de l'embrazement de Daphné, & en laquelle representation, Neron chantant se travestissoit en Apollon, ainsi que nous le voyons en ses medailles. En un mot, c'est l'habit & le geste de l'Apollon Μουσαγέτης, chef & conducteur des Muses, joüant de sa lyre avec elles, ainsi qu'il est invoqué par le dit Orphée en son XXXIII. Hymne,

> ,, Μουσαγέτα, χοροποιὲ, ἑκηβόλε, τοξοβέλεμνε.

,, Après tout, je tiens que cette figure d'Apollon avoit le visage d'Auguste és statuës & arcs de triumphe qui luy furent dressez après sa victoire. Car luy mesme se fit representer ainsi dans la Bibliotheque Palatine qu'il avoit fait faire comme un vray Apollon Musagete, & qui le fait appeller *Apollinem Palatinum* dans Horace liv. I. epist. III. en ces vers 16.

> ,, *Privatas ut quærat opes, & tangere vitet*
> ,, *Scripta, Palatinus quæcunque recepit Apollo.*

,, Surquoy le vieil comment. *Palatinus* (ce dit-il) *Apollo dictus est, à monte Palatino, ubi Cæsar in bibliotheca sibi statuam posuerat habitu ac statu Apollinis, ubi & libri Sibyllini erant.* Aussi se vouloit-il persuader, & persuader aussi les autres, qu'il estoit fils d'Apollon. *Apollinaris Sidonius* en son Panegyrique dedié à Anthemius liv. II. en ces vers:

> ,, *Magnus Alexander, nec non Augustus habentur*
> ,, *Concepti serpente Deo, Phœbumque Jovemque*
> ,, *Divisere sibi* —— ——
> ,, *Alter Phœbigenam se se gaudebat haberi,*
> ,, *Pæonii jactans Epidauria signa draconis.*

,, Voyez *Suetone* chap. LXX. Aussi l'Empereur Julien l'appelle ou fait appeller par Apollon θρέμμα *alumnum*, son nourisson. Or la statuë d'Auguste en cette Bibliotheque, estoit sans doute representée au mesme estat que ce revers nous l'exhibe, comme aussi celle à laquelle Neron fit ,, porter

(5) Ex eodem fonte illa *Propertii*, qui postquam Lib. IV. Eleg. VI. 67. dixerat,

> *Actius hinc traxit Phœbus monumenta, quod ejus*
> *Una decem vicit missa sagitta rates.*

Mox subjungit versu sequente,

> *Bella satis cecini; citharam jam poscit Apollo,*
> *Victor, & ad placidos exuit arma modos.*

(6) Exstat *Ovidii* locus Met. XI. versu 165.

(7) Exstat Lib. II. Eleg. XXIII. 16. sed perperam à Tristano & aliis scribitur, sic enim se habet:

> *Deinde inter matrem Deus ipse, interque sororem,*
> *Pythius in longa carmina veste sonat.*

„ porter une lyre d'or, qui luy avoit esté adjugée és jeux de prix après l'avoir adoré. Comme estimant Auguste estre le vray Apollon. Ce qui est remarqué par *Suetone* chap. XII. *Nonnius* adjouste qu'il s'estonne qu' Apollon soit representé les cheveux peignez & noüez par derriere, comme une femme, & que cette mignardise tient plus d'une figure de Muse que de luy. A quoy je respondray, que c'estoit la coustume de l'effigier ayant tantost les cheveux retroussez & noüez par derriere, tantost flottans, ou torts & cordonnez, frisez & annelez. Tibulle en l'Elegie susmentionée vers 28.

„ *Intonsi crines longa cervice fluebant,*
„ *Spirabat Tyrio myrtea rore coma.*

„ Et l'autheur du 55. Epigr. du V. livre de l'Anthol. chap. I.

„ —— —— πλόκαμος γὰρ ἕλιξ ἐπιδέδρομεν ὤμοις
„ Ἀμφοτέροις, ἐρατὴ δὲ θεοῦ διεφαίνετο μορφὴ
„ Χαλκῷ κόσμον ἄγουσα —— ——

„ Et comme Appollonius Rhodius l. II. de ses Argonautiques dit, qu'Apollon estoit tousiours representé, sçavoir, aiant se chevelure toute entiere, comme n'aiant jamais esté tondu; & de mesme que la teste d'Auguste est exprimée estre figurée par *Occo* en une medaille p. 63. soubs la chevelure d'Apollon, & pour l'autre maniere le surnom de Musagete y satisfait. Mais encore plus intelligiblement par la coustume de representer Apollon Actien ainsi bien perruqué, tenant de la femme, ce que je remarque dans *Jo. Saresberiensis* en son Polycrat. liv. VI. chap. 3. où il raporte ce trait notable qui n'est pas sien, mais sans doute de quelque ancien autheur du siecle d'Auguste, ou environ, *Si calamistrati* (ce dit-il) *curatique Actæo cedant Apollini, & deliciis sint magis quàm virtute insignes.*

„ Or pendant que je suis sur ce discours d'Apollon Actien, je me sens obligé de raporter icy ce que j'ay remarqué de l'antiquité de son Temple; digne d'estre sceu: Qui est qu'Apollon avoit eu un autel en ce lieu d'Acarnanie soubs cet epithete dés le temps des Argonautes: Car *Apollonius Rhodius* dit qu'ils en dresserent un sur lequel ils sacrifierent deux bœufs, en ces vers de son premier livre,

„ Νήεον αὐτόθι βωμὸν Ἐπακτίου Ἀπόλλωνος
„ Ἀκτίου Ἐμβασίοιό τ' ἐπώνυμον —— ——

„ *Exstruxerunt ibi aram Epactii Apollinis, Actii Embasii cognominem*; c'est à dire, ayant le même epithete que cette situation du rivage & du lieu luy accordoient, & leur favorable embarquement. Or *Philargyrius* dit sur le IV. des Georgiques, qu'Actium avoit esté colonie des Atheniens, qui luy donnerent ce nom, à cause qu'elle estoit située sur le rivage maritime comme l'Attique, qu'il dit avoir esté premirement apellée *Actiacen*, *quia sit litoralis*. Or donc il y avoit d'ancienneté prés de ce lieu un Temple assis sur un promontoire dedié en l'honneur d'Apollon Actien, extremement beau & riche à merveille, comme n'ayant jamais esté pillé auparavant le temps de la guerre que Pompée fit aux Coursaires. Car ces miserables Pirates le pillerent entierement & depuis le ruinerent, (ainsi que Plutarque le remarque.) Et c'est de cette ruine & pillerie dont entend sans doute parler Arnobe, liv. VI. quand apres avoir fait une enumeration des anciens temples pillez & ruinez, & non deffendus par les Dieux, il dit & adjouste cecy, *Ubi denique Apollo divinus cùm à Piratis maritimisque prædonibus, & spoliatus ita est, & incensus, ut ex tot auri ponderibus quæ infinita congecerant secula, ne unum habuerit scrupulum quæ hirundinibus hospitiis, Varro ut dicit Menippeus, ostenderet.* Qui est un passage qui n'a pas esté interpreté, d'autant qu'il est corrumpu. Mais j'estime qu'Arnobe entend parler de ce temple d'Apollon Actien, dont Plutarque fait mention, & tiens qu'il faut lire icy, *Ne unum habuerit scrupulum quod hirundinibus hospitibus ostenderet*, comme voulant dire que de tant d'or & argent qu'il avoit amassé dans son temple depuis tant de siecles il ne luy estoit resté pas seulement la valeur de deux oboles qu'il pût monstrer aux hirondelles ses hostesses, ainsi que dit Varron; ou peut estre il faut lire, *Quod ex hirundinum auspiciis ostenderet*, qu'il peut monstrer luy rester de ce qu'on luy avoit donné, & qu'il avoit accumulé par le cours d'un temps immemorial des dons qu'on luy faisoit pour les presages qu'on alloit prendre autour de son temple, par la contemplation des vols & chants des hirondelles qui s'y nichoient, & de l'establissement de leurs nids. Ce que Theognis dans Athenée l. VIII. confirme manifestement; car il remarque que le Rhodiens & autres peuples, avoient de coustume de demander aux passans de l'argent à léntrée du Primtemps, chantans tout haut, *Veni, veni, hirundo, & tecum fer felices horas, & felices annos*: & appelloient cela χελιδονίζειν, & ceux qui faisoient cette ceuillette d'argent χελιδονισταί. Aussi qu' Aristophane en ses Comedies des oyseaux, dict, que les hirondelles, & quelques autres oyseaux servoient aux hommes comme les oracles d'Apollon, de Delphes, & Hammon ou de Dodone, par les presages qu'ils leurs fornissoient avec plus de certitude, & qu' Ælian liv. X. chap. 34. remarque que les hirondelles avoient utilement servi à plusieurs de presages en diverses occasions, & qu'elles estoient estimées estre les bien-aimées De Dieux Penates, & de Venus. Or je trouve que *Nigidius* nommoit Apollon entre les principaux Dieux Penates, & ainsi ce passage d'Ælian me serviroit à expliquer Arnobe, avec celuy d'Aristophane. Joint que le mesme Ælian liv. I. chap. 58. nous apprend que d'autant qu'elles sont Musicales, les gardiens des ruches ne les tuënt jamais, bien qu'elles fassent la guerre aux mouches à miel. Aussi Artemidore liv. II. chap. 71. & liv. IV. chap. 58. dit qu'elles estoient prises pour symbole de la Musique. En effet *Georgius Pisides* en son Poëme *de Mundi Opificio* parlant de l'hirondelle, dit que son chant represente en Esté les fredons d'une guiterre, en ce vers,

„ Καὶ τῷ θέρει μὲν ὡς λύρας ῥυθμίζεται.
„ *Æstate certe hæc seu lyræ sonum refert.*

„ Mais ce qui sert le plus à ma conjecture, que ces hirondelles d'Arnobe concernent celles qui habitoient autour le temple d'Apollon Actien, est que je voy qu'és medailles Grecques d'Actium & des Actiens, dont vous verrez trois presque semblables dans *Goltzius*, il y a une hirondelle volante representée. Car ce ne sont ny aigles, ny

„ vaul-

vaultours, comme se l'imagine *Nonnius* sans fondement ny authorité. D'ailleurs ces oyseaux sont en ces trois medailles tousiours representez volants, pour representer la force naturelle de leur vol & de leurs ailes dont nature les à recompensées de la foiblesse de leurs pieds, qui les fait mettre entre les oyseaux nommez ἄποδες, comme qui diroit sans pieds, non pas ce dit Aristote liv. I. Hist. 12. que les hirondelles soient sans pieds, mais pource qu'elles les ont tres-debiles & infirmes, Καὶ τῶν ὀρνίθων (ce dit-il) εἰσί τινες κακόποδες, οἳ διὰ τοῦτο καλοῦνται ἄποδες. Il y a, ce dit-il, des oyseaux qui ont de si meschants pieds qu'ils en sont appellez ἄποδες, sans pieds. Adjoustant qu'elles sont recompensées par la nature d'une grande force aux ailes. Et ce qui me confirme que ce sont veritablement hirondelles, est, qu'elles sont representées volantes, ce qui ne se voit point des autres oyseaux és medailles, si ce n'est qu'ils designent quelque auspice, ou qu'ils portent quelque chose en leurs serres ou sur leurs ailes, comme la foudre, un sceptre, ou les ames des Empereurs, & Imperatrices. Auguste restablit ce temple & le rendit plus magnifique qu'auparavant, & en faveur de sa victoire amplifia la ville d'Actium, luy donnant le nom de Nicopolis. De la qu'elle vous pouvez voir dans *Strabon.* liv. VII. une exacte description tant de sa situation que des advantages qu'elle receut d'Auguste pour eterniser la memoire de sa victoire."

Exstare docemur hunc nummum in *Thesauro Schwartzburgico.*

Num. 35.

Nota capitis non adest.

ACTius. Apollinis Actii signum, ut supra, sed versus dextram conversum, dextra plectrum tenet, læva lyram.

Num. 36.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum dextram versus, ut Tab. IV. Num. 123.

IMPerator X. ACTius. Simile Apollinis Actii signum, dextra plectrum læva lyram tenentis.

Desumtus est nummus ex *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XXXI. Num. 8. Vulgavit & *Schottus* in *Apotheosi Homeri* p. 52. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico.* Ad hos autem Apollinis comati typos, ejusque in vicinis Actio regionibus cultum spectat *M. Varronis* hoc in Logistoricis p. 83. ex Edit. *Ausonii Popmæ* testimonium. *Itaque Ambraciæ primum capillum puerilem demtum, item cirros, ad Apollinem ponere solent.*

Num. 37.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. IV. Num. 121.

IMPerator X. ACTius. Typus Apollinis Actii similis, sed positus literarum differt.

Et hic nummus in *Thesauro Schwartzburgico* exstat, ut & in *Museo nostro*, atque in *Farnes.* Tab. XII. Num. 3.

Num. 38.

Abest capitis nota.

IMPerator XI. ACTius. Typus idem Apollinis Actii.

Num. 39.

AUGUSTUS DIVI Filius. Augusti Caput laureatum lævam versus, ut Tab. IV. Num. 116.

vel

AUGSUTUS DIVI Filius, capite nudo versus lævam, ut ibid. Num. 122.

IMPerator XII. ACTius. Simile Apollinis Actii signum.

Inveniri hunc nummum in *Thesauro Schwartzburgico* testatur *Morellius.* Editus quoque inter *Num. Arschot.* Tab. XII. Num. 16.

Num. 40.

AUGUSTUS. Caput Cæsaris Augusti nudum versus lævam, pone illud est lituus, ut Tab. III. Num. 87.

APOLLINI. Templum Apollini Actio erectum sex columnarum, in medio Dei statua est, dextra plectrum, læva lyram tenentis.

De Apolline Actio ejusque templo, ludisque illi dicatis, plura dicta sunt supra p. 277. Edidit insignem hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXIII. Num. 10. & ex illo *Car. Patinus* in *Sueton.* Nummis illustrato p. 135.

TABU-

TABULA XVI,
CONTINENS ADHUC
CAESARIS AUGUSTI
NUMISMATA ARGENTEA
MINORIS MODULI.

Num. 1. 2. 3. 4. & 5.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. II. Num. 45.

vel

Caput idem sine Inscriptione, in aliis versus dextram, in aliis versus sinistram partem locatum, ut Tab. III. Num. 77. *&* 78.

AUGUSTUS. Capricornus cum stella, in aliis sine stella, sed cum cornu copiæ, in aliis cum cornu copiæ, globo & temone.

Ad unum ex his nummis, videlicet secundum, ita commentatus fuit *Sebast. Ericius* p. 133. „Nummus est Augusti ex argento, majoris moduli, ætate juvenili, cum Inscriptione IMP. CAESAR. Ab altera parte Capricorni est signum cum globo infra pedes, atque cornu copiæ ad tergum; subtus hæc legitur Inscriptio, AUGUSTUS. Respicit nummus prædictam jam ante Augusti, ex inquisitione horoscopi ejus, futuram potestatem rerum omnium. Historiam his verbis narrat in Vita Augusti Cap. XCIV. *Suetonius* : *In secessu Apolloniæ, Theogenis mathematici pergulam comite Aggrippa ascenderat: cum Agrippæ, qui prior consulebat, magna & penè incredibilia prædicerentur: reticere ipse genituram suam, nec velle edere perseverabat: metu ac pudore, ne minor inveniretur. Qua tamen post multas adhortationes vix, & cunctanter edita, exsiluit Theogenes, adoravitque eum: tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum vulgaverit: nummumque argenteum nota syderis Capricorni, quo natus est, percusserit.*" Sequentem tertium quoque idem *Sebast. Ericius* illustravit p. 134. ita scribens: " Est quoque in minore argento nummus Augusti, qui illum juniorem exhibet quam iste majoris moduli, de quo (1) supra egimus, quique sine Inscriptione est à parte capitis. Capricorni quoque signum alteram partem hujus nummi occupat, cum cornu copiæ, globo atque insuper temone, atque hac subtus Inscriptione, AUGUSTUS. Signatus hic fuit pariter in celebritatem horoscopi felicis Cæsaris Augusti, & quidem aliquot annis ante illum ex argento majoris moduli, ut nobis videtur. Magis enim juvenile in hoc nummo Augusti cernitur caput. Cornu copiæ rerum omnium abundantiam innuit, globus cum temone providentiam Principis, qua orbem terrarum gubernabat, significat. Utrumque Symbolum ad honorem Principis spectat. (2) Vide quoque æreum Augusti nummum, secundæ magnitudinis, ætate itidem juvenili, cum eodem Capricorni Symbolo."

In omnibus hisce nummis Augusti genitale signum Capricornus exprimitur, de quo abunde multa dicta sunt supra ad Tab. IX. Num. 85. Primus ex his servatur in *Thesauro Versaliensi*, secundus in *Schwartzburgico* tertius ibidem & in nostro *Museo*, quartus à *Goltzio* editus est Tab. LXVII. Num. 1. quintum servat *Thesaurus Versaliensis*. Depinxerunt & explicarunt hujusmodi nummos plures Antiquarii. Inprimis vero *Jo. Tristanus S. Amantii* Dominus eleganter supra sidus illud genitale Augusti disseruit Tom. I. Comm. Hist. p. 67. " Mais disons icy quelque chose de plus curieux sur le sujet de l'Astre presidant sur la naissance d'Auguste, en rapportant toutesfois icy simplement ce que j'en ay trouvé digne d'estre remarqué, sans m'arrester neantmoins a combatre les opinions contraires des doctes, qui en ont rapporté leur advis avant moy: desirant laisser au Lecteur le jugement de celuy qui en aura parlé avec plus de certitude. *Nigidius* Senateur Romain, & grand Astrologue, ayant predit qu'il estoit né en luy un seigneur aux Romains, quand il sceut l'heure de sa naissance: Theagenes, Astrologue de grande reputation, aïant esté ravi d'admiration, lors que dressant son Horoscope, il en reconnut la verité, & tellement, que trissaillant de joye, il se prosterna devant luy & l'adora. Et encore Ciceron l'ayant veu en songe, descendre des Cieux sur le Capitole, y devalant per nne chaisne d'or, tenant un foüet en la main droite. Il est raisonnable de faire voir icy avec plus d'apparence de certitude; que ce que ces personnages en ont creu, le temps de sa naissance, & quel fut l'Astre ascendant en icelle, voicy ce qu'en dit *Suetone* ex chapitres cinquiéme & nonante quatriéme. *Natus est Augustus Marco Tullio Cicerone & Cajo Antonio*

„*Consu-*

(1) Vide Tab. XIII. Num. 2

(2) Confer infra Tab. XLII. Num. 1. 2. 3.

,, *Consulibus IX. Kalendas Octobris, paulò ante Solis exortum.* Et puis: *In secessu Apolloniæ, Theogenis Mathematici pergulam, comite Agrippa, ascenderat. Cum Agrippæ, qui prius consulebat, magna & penè incredibilia prædicerentur, reticere genituram suam nec velle edere perseverabat, metu ac pudore ne minor inveniretur. Qua tamen post multas adhortationes vix & cunctanter edita, exsiluit Theogenes, adoravitque eum. Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum vulgaverit, nummumque argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percusserit.* Il est donc constant tant par les Medailles de ce Prince, que par ces passages de *Suetone*, & encore parce qu'Auguste même en écrit à Cajus Cesar son neveu, dans Aulus Gellius livre XV. chap. 7, voicy ses paroles: *Nono Kalendas Octobris. Oculi mei requirunt meum Cajum, quem; ubicunque hoc die fuisti, spero lætum & benevolentem celebrasse quartum & sexagesimum natalem meum: nam, ut vides, κλιμακτῆρα communem seniorum omnium, tertium & sexagesimum annum evasimus.* Gellius adjoustant que le même Auguste avoit écrit, que non seulement il avoit pris naissance au 22. de Septembre, mais aussi qu'il avoit eu le Capricorne pour ascendant. Et neantmoins il est tres-veritable que s'il nasquit, selon le texte de *Suetone*, avant le Soleil levé, le Capricorne n'estoit pas en sa nativité le μεσουράνημα, c'est à dire, le Signe de sa grandeur & dignité Impériale, lequel se prend au commencement de la dixiéme maison, & non pas en l'Ascendant ou Horoscope, qui ne regarde que la longueur ou brieveté de la vie, & le temperament. Or *Julius Firmicus* l. VII. Matheseon dit que *in prima Capricorni parte quicunque habuerit horoscopum, Rex erit aut Imperator*, ce qui semble avoir remarqué suivans l'ancienne observation du Signe horoscopant sur la naissance d'Auguste. Car il suit manifestement celle des Mathematiciens de ce temps là; & qu'il reconnoissoit estre en effet veritable, & qu'il estoit certain que ce Signe à l'heure de la naissance de ce grand Prince, estoit celuy de sa future grandeur: & partant j'estime, qu'il faut lire dans *Suetone*, *Ante solis occasum*, au lieu d'y lire, *antè solis exortum*. Estant à considerer qu'en ce temps là à Rome le jour estoit de douze heures moins vingtquatre minutes, & qu'environ sur les onze heures à compter au coucher du Soleil, se leve encore une partie de Capricorne: ce qui explique ce passage ainsi corrigé. Auquel aussi je trouve avoir rencontré ce que dit *Manilius* livre premier,

,, *Tunc venit Augusto Capricornus sidere fulgens.*

,, Ainsi que Cario soustient y faloir lire, au lieu de *Augusto florens*. Et encore plus distinctement & manifestiment ces vers de son II. livre,

,, — — *Contra Capricornus in ipsum*
,, *Convertit visus; quid enim mirabitur ille,*
,, *Majus, in Augusti felix cum fulserit ortum?*

,, Entendant que le Capricorne estant au milieu du Ciel, le Soleil s'en allant coucher, se contemple luy mesme, comme ne pouvant rien admirer de plus grand ny plus illustre: puis qu'il avoit paru sur la naissance d'Auguste. Manilius ayant eu à mon advis une tres-belle & tres-gentile pensée, quand il a dit que ce signe avoit eu raison de ne regarder que soy-même. Comme si cét asterisme eust esté le Genie divin d'Auguste, qui ne pouvoit en effet rien contempler de plus grand que lui-même à cause de cela. Comme faissant rencontre avec ces Dieux, qui jadis estoient appellez Ἄζωνοι, selon Servius sur le douziéme de l'Eneide, qui estoient honorez, par toutes les Zones du Ciel, comme n'ayans aucune place és Cieux arrestée, toutes leur estans communes, de mesme que la Mere des Dieux, *cujus potestas est in omnibus zonis*; ce qu'il dit toute fois regardant ces Asterismes, que je voy estre appellez ἄζυγοι, à cause qu' entr'eux il n'y a aucune colligation, n'ayans, ce disent les Astrologues, ny la petition diametrale, ny trigone, ny tetragone, ny hexagone. Donc Auguste fit un merveilleux estat de ce signe, en aimant mesme ce qui sembloit manifester en lui l'inclination qu'il eut toujours aux passe-temps de Venus, particulierement en sa jeunesse, car Manilius dit de ce signe, que

,, *Pars prior at Veneri misto cum crimine servit.*

,, Ce qu'en effet cette figure caprine du Capricorne designe, comme la posterieure de toisson fait voir, que ce signe rend les hommes plus sages & plus temperez en leur vieillesse:

,, — — *at melior juncto sub Pisce senecta est.*

,, Comme aussi en effet il arriva à ce Prince, qui sembla même avoir fait vanité, de tenir en cela de sa pretenduë ayeule Venus. Mais ses ennemis luy objecterent une bien honteuse passion. Marc Antoine luy reprochant que son adoption avoit esté le prix & la recompense de la prostitution, ayant encore depuis Cesar, servy de Ganymede à *Hirtius* pour de l'argent (ce dit *Suetone*) ce qui luy est aussi reproché dans l'Epistre *Ad Octavium* attribuée à *Ciceron*, & ce particulierement par ce traict: *Audiet Cajus Marius impudico domino parere nos, qui ne militem voluit nisi pudicum. Audiet Brutus, eum populum, quem ipse primò, post progenies ejus à regibus liberavit, pro turpi stupro datum in servitutem.* Ce que fut aussi cause que le peuple Romain assistant à des jeux, prit un jour en sa presence avec applaudissement ce vers prononcé sur le Theatre:

,, *Videsne ut cinædus orbem digito temperet?*

,, Et neantmoins il estoit fort severe envers ses semblables *More hominum, qui in ulciscendis vitiis acres sunt, quibus ipsi vehementer indulgent*, (ce dit *Aurelius Victor*.) Mais ce qui luy agreoit le plus en ce Signe, avec la promesse de la Monarchie: estoit ce que la Theologie de ce temps là luy suggera, laquelle luy promettoit, qu'après avoir gouverné souverainement l'Empire Romain, il recevroit la gloire d'estre instalé entre les Dieux. Car ils estimoient que le Capricorne & l'Escrevisse estoient les deux portes des Cieux, qui donnoient la descente & le retour aux Ames. Sçavoir le Capricorne aux Ames Heroiques & Divines, & le Cancer ou Escrevisse aux autres, lors qu'elles venoient habiter és corps humains, ou bien lors qu'elles en partoient après le sejour ordonné par Jupiter qu'elles fissent sur celuy des hommes. Et c'est ce qui explique le souhait d'Horace, lors qu'il parle ainsi à Auguste liv. I. Ode II. vers 45.

,, *Serus in cœlum redeas, diuque*
,, *Lætus interſis populo Quirini.*

,, Et comme *Calpurnius* l'entend en faveur de Nu-
,, merian, quand il dit en ſa IV. Eclogue vers 147.

Dii precor, hunc juvenem quem vos, ni fallor, ab ipſo
Aethere miſiſtis, poſt longa reducite vitæ
Tempora. — —

,, Or Poryphyre m'apprend ceſte Theologie Aſtro-
,, logique, en ſon Commentaire *De Nympharum*
,, *Antro*, expliquant ce vers du quatriéme de l'O-
,, dyſſée,

,, — — Οὐδέ τι κείνη
,, Ἄνδρες ἐσέρχονται, ἀλλ' ἀθανάτων ὁδός ἐστι.

,, Et *Macrobe* auſſi au premier livre de ſon Son-
,, ge de *Scipion* chap. XII. Et c'eſt ce qui donna
,, ſujet à Germanicus, de dire cecy en ſes Phéno-
,, menes, flattant la memoire d'Auguſte, & ſui-
,, vant l'opinion commune que le Capricorne avoit
,, eſté l'Aſcendant en ſa nativité,

,, *Hîc Auguſte tuum genitali corpore Numen*
,, *Attonitas inter gentes patriamque parentem*
,, *In cœlum tulit, & maternis reddidit aſtris.*

,, C'eſt à dire, que ce Signe luy avoit eſté ſi fa-
,, vorable, qu'il reporta ſon Ame divine dans
,, les Cieux, la rendant aux Aſtres Veneriens, des-
,, quels elle avoit tiré ſon origine, & d'où elle e-
,, ſtoit partie. Et ce, au ſceu & veu de toutes les
,, Nations du Monde, ravies d'eſtonnement de l'a-
,, voir connu s'eſtre pû ſi glorieuſement eſtablir
,, Monarque, ſur un prodigieux amas de deſpoü-
,, illes & de trophées malgré elles, & d'avoir pû
,, par ces victoires incomparables forcer ſa pro-
,, pre patrie de recevoir le joug de ſa domina-
,, tion. Et à luy obeïr le mords en bouche. Ce
,, que *Germanicus* exprime par ces mots, *patriam-*
,, *que parentem*: Bien qu'il y ait faute en la proſo-
,, die, la premiere de *parentem* eſtant longue. Mais
,, il ſe void pluſieurs marques de cette negligen-
,, ce en ce docte Poëme; plus utile en tout le re-
,, ſte, que digne de cenſure en ces choſes. (†) Cela
,, neantmoins a obligé Scaliger d'y lire, *patriamque*
,, *paventem*. Mais en quelque façon que le Lecteur
,, trouvera ce paſſage devoir eſtre lû, il faudra
,, neantmoins qu'il quitte le ſens auquel ce Docte
,, Perſonnage l'a pris, pour ſuivre celui que je luy
,, ay fait voir eſtre de *Germanicus*. Car il eſt aiſ-
,, ſé de ſe perſuader que les Romains virent avec
,, beaucoup de frayeur, & juſte apprehenſion
,, comme les autres avec eſtonnement, la pro
,, ſperité de cet heritier de Ceſar, le progrez de
,, ſes armes, & qu'il triomphoit ainſi malgré ceux
,, de leur liberté, comme par l'expreſſe volonté
,, de Dieux. Or ce ſçavant Perſonnage, que ſur
,, ce Poëme de Germanicus, apelle ceſte Corre-
,, ction de Scaliger, Divine, s'eſt mépris avec
,, luy, d'eſtimer que ces termes dont Germani-
,, cus uſe, regardent l'effroy, que les Romains
,, receurent par le tumulte Catilinaire. Pendant
,, lequel il arriva, qu'Auguſte prit naiſſance. Car
,, il ne parle pas là de ce qui concerne l'eſtat, au-
,, quel les affaires publiques eſtoient lors qu'il naſ-
,, quit. Mais de l'aſſiſtance continuelle qu'il re-
,, ceut d'en haut en toutes ſes entrepriſes, pen-
,, dant le cours de ſa vie; par l'heureux aſpect de
,, ce Signe preſidant ſur ſa naiſſance, qui luy cau-
,, ſa tous ces bons ſuccez, & puis ſon Apotheo-
,, ſe, car ce vers

,, *In cœlum tulit & maternis reddidit aſtris.*

,, ne ſe prend pas, comme *Scaliger* l'entend liv.
,, IV. *De Emendatione Temporum*, a contreſens.
,, Croyant que ce Monarque ſoit dit avoir eſté
,, rendu aux Aſtres Maternels. D'autant, ce dit-
,, il, qu'il avoit pris naiſſance durant la nuict, la-
,, quelle eſt apellée par Euripide Tibulle & Clau-
,, dian, mere des Aſtres, qui eſt une admirable
,, interpretation. Car Germanicus donne mani-
,, feſtement à entendre, que tout le bonheur &
,, grandeur d'Auguſte eſtoient tellement deus au
,, Capricorne: que ce Signe l'avoit même élevé
,, en telle gloire, qu'il en avoit eſté fait Demy-
,, Dieu; & comme reporté & rendu au lieu de ſon
,, origine, entre les Aſtres Maternels, c'eſt à di-
,, re de Venus Genetrice, entre le Phoſphore A-
,, ſtre de Venus, & le *Julium Sidus*, Aſtre ou
,, ame deifiée & brillante comme un Aſtre de
,, Jules Ceſar, qui faiſoit partie de la ſubſtance
,, de cette Déeſſe, comme la ſienne faiſoit pareil-
,, lement, dont la conduite avoit eſté commiſe au
,, Capricorne, en qualité de ſigne Venerien. Ainſi
,, que je l'ay remarqué, cy-devant, Germanicus
,, appellant ces aſtres, *Materna* au regard d'Augu-
,, ſte, a peu prés, comme Virgile appelle *mater-*
,, *nam myrtum*, le myrte, dont il dit que l'Uni-
,, vers devoit couronner le meſme Auguſte, parce
,, cet arbriſſeau eſtoit dedié à Venus, en ce vers
,, du premier livre de ſes Georgiques vers 28.

— — *cingens materna tempora myrto.*

,, Auſſi Manilius repreſente Auguſte regnant dans
,, le Ciel, par le moyen de ſon extraction Vene-
,, rienne & celeſte, entres Jules Ceſar & Mars
,, en ces vers

,, — — *Venerisque ab origine proles*
,, *Julia deſcendit cœlo, cœlumque replevit,*
,, *Quod rapit Auguſtus ſocio per ſigna Tonante.*
,, *Cernit & in cœtu Divum, magnumque Quirinum,*
,, *Altius ætherei quâ candet circulus orbis.*

,, Ce qui pareillement n'a pas eſté entendu par *Sca-*
,, *liger*. Auſſi à la verité ces vers ne ſont intelli-
,, gibles que par la ſeule conſideration, que cet
,, excellent œuvre ait eſté composé par Manilius
,, ſouz Tibere. Comme ce que j'en diray plus
,, parti-

(†) Et recte, meo judicio ita legit *Scaliger*, nam, ſi cum *Triſtano* retineamus *parentem*, non modo in metrum peccatur graviter, ſed & tollitur Poëtæ elegantia. Admiratur is Auguſtum, atque eundem miratos fuiſſe omnes mortales atque ipſos Romanos, tamquam mortali majorem adſerit. Optime igitur conjunguntur *adtonitæ gentes* & *patria pavens*, quæ ſcilicet ſtupuerit divinum illum virum, & cum reliquis mortalibus agnoverit velut cœleſte munus. Contra, *patriamque parentem* non potuit dicere Germanicus ſine remorſu introductæ tyrannidis, quod neque nepoti Auguſti, neque carmini ejus convenit.

„ particulierement cy aprés, en suite de l'explication de le grande Agate-Onyce de la Saincte Chapelle de Paris, le justifiera suffisament. Flattant en sa faveur la memoire d'Auguste par ces vers, où il dit que la famille Juliane venuë du Ciel, avoit aussi remply le Ciel des siens, lequel Auguste regissoit lors, ayant Jupiter pour compagnon. Où il contemple Jules Cesar & Romulus entre les Demy-Dieux. Car ce mot *Divum*, est en cet endroit un Epithete par lequel il designe Cesar seul, & non les Demy-Dieux en genetif pluriel. Car ainsi Auguste est qualifié DIVI FILIUS, és inscriptions des Medailles & des Marbres antiques, adjoustant ce Poëte, que le lieu où Auguste avoit esté rendu aprés son deces, estoit la demeure des Dieux; & celle où Cesar & Romulus avoient esté installés, estoit celle des Heros ou Demy-Dieux, ainsi

„ *Illa Deûm sedes, hæc illis maxima Divûm*
„ *Qui virtute sua similes vestigia tangunt.*"

Hactenus Tristanus, qui mox huic suæ differtationi adnexuit Virgiliani, qui Augusti nativitatem pariter spectat, loci novam interpretationem. Verba doctissimi Viri hæc sunt: " La consideration de la gloire & grandeur d'Auguste, avec les observations sus-mentionées des Mathematicens de son temps, donnerent aussi subject à Virgile, grand adorateur du Genie de ce Prince, qu'il invoque comme un Dieu en divers endroits de ses œuvres, de s'adresser de le prier de se vouloir ranger dans l'espace qui est estimée estre selon les Chaldeens dans Macrobe liv. I. du Songe de Scipion chap. XVIII. & li. I. de Saturnales chap. XII. entre Libra (qui n'estoit pas estimée estre un Signe, mais seulement une partie du Scorpion; c'est à dire, les Chelles ou Serres de ce Signe) & le Signe de la Vierge. Cette partie appellée ζύγος par les Grecs, & par les Latins *Libra*. Il prie donc Auguste, comme je le viens de dire, qu'il veuille se loger là, affin qu'en qualité de Signe nouveau il soit favorable à son dessein, & aux Laboureurs, comme estant expressement demeuré vacquant & ouvert pour luy. C'est en ces vers du I. liv. de ses Georgiques, qu'il fait cette priere à ce Prince vers 32.

„ *Anne novum tardis sidus te mensibus addas,*
„ *Quá locus Erigonem inter, chelasque sequentes,*
„ *Panditur; ipse tibi jam brachia contrahit ardens*
„ *Scorpius, & cœli justa plus parte relinquit.*

„ Libra estant estimée estre un Signe Venerien, comme le Scorpion est le domicile de Mars, autheur de la fondation de Rome, & de la grandeur & gloire des Romains avec Venus, selon l'imagination de ce temps là. Il le place là fort à propos entre eux & la Vierge, qui est la Justice, ainsi que Libra est l'Equité. Comme si ces vertus luy eussent esté naturelles. Qui est une excellente pensée de ce Poëte incomparable, qui feint mesme qu'Auguste y est ardemment desiré. Car le Scorpion est icy appellé ardent pour ce subject, aussi bien que pour ce qu'il est le domicile de l'Ardente Planete de Mars; auquel les Autheurs anciens donnent les Epithetes de *ardens*, *acer*, *horrens* & de *igneus*, particulierement les Poëtes. Joinct que je voy que le cœur du Scorpion est communement appellé *Antares* par les Mathematicens, c'est à dire de nature de Mars. Cette pensée de Virgile, ayant pû inspirer à Germanicus la croyance, simulée toutefois, pour la gloire d'Auguste, & de la sienne par consequent, qu'il estoit domicilié en cet endroit depuis son Apotheose. Et que pour cette raison il ait qualifié ces *Cheles*, ou bras de Scorpion, lumineux à merveille en ce vers:

„ *Insignes cœlum perfundunt lumine chelæ.*

„ Bien qu'au contraire Aratus, lequel il paraphrase, les ayt avant cela deshonorées de Epithete de φαέων ἐπιδευέες, c'est a dire, obscures & sombres, ne pouvant y avoir autre raison de cette contrarieté entre ces deux Poëtes, que celle là, en la diversité de ces Epithetes."

Num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.

AUGUSTUS. In aliis AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. IV. Num. 121. & 133. vel sine Epigraphe versus dextram, ut Tab. III. Num. 78.

Omnes hi nummi natale Augusti sidus respiciunt, sed diversis annis signati sunt, atque Inscriptione & pictura capitis discrepant. Nam in 6. & 7. Apollinis cum lyra signatur caput, & invenitur is in *Thesauro Versaliensi*. Octavus in *Thesauro Schwartzburgico* exstat, reliqui apud *Hub. Goltzium*. Inprimis inter illos notandus venit Num. 12. qui in *Thesauro Versaliensi* quoque adservatur, editusque est una cum aliquot ex præcedentibus à *Carolo Patino* in *Suetonio* Nummis illustrato p. 139. Invenitur & inter *Arschotanos* Tab. XI. Num. 16. Sed ab omnibus illis abit pictura *P. Pedrusii*, qui in *Museo Farnesiano* Tab. decima Num. 5. pro figura muliebri stolata, nudam & virilem capite radiato exhibuit; quod discrimen si in ipso nummo observatur, ille quidem ex *Museo Farnesiano* ad Apollinem seu Solem referendus erit. Verum obstat ut puto, quod deæ non dii passim pingi soleant utraque manu velum supra caput tenentes; quare refero ad Deam Venerem, quæ *Æneadum Genetrix* passim celebrata fuit.

Num. 13.

CAESAR. Caput Augusti nudum lævam versus, in corona laurea, vel, ut in aliis, in corona quernea, ut Tab. V. Num. 169. & 170.

AUGUSTUS. Corolla ex pateris & victimarum craniis contexta, quæ recto & transeunti temoni incumbit, quem ornant conchæ marinæ & capita arietina, atque ferinæ ungues.

Elegans hic denarius, qui in *Thesauro Schwarzburgico* exstat, atque in Editione *Leonardi* per Octa-

Octavium Sadam quoque invenitur, quique publicatus fuit à *Goltzio* in *Aug.* Tab. LXXII. Num. 23. & inter *Numm. Arſchotan* Tab. XIV. Num. 9. apud *Oudanum* & *Oiſelium* Tab. CX. Num. 12. ad ſolemnia ſacrificiorum Auguſti; & pro ſalute Reipublicæ, quum auguſtum illud nomen adſumſiſſet Cæſar, facta ſacra reſpicit. Ingenioſus monetarius, corollam, non à parte capitis ex lauru vel quercu contexuit, ſed in averſa, ex pateris & craniis lemniſcis ſibi invicem connexis. Fortunam deinde Principis & Reipublicæ per temonem ſingulari itidem modo adornatum expreſſit.

NUM. 14.

Caput Auguſti corona quernea ornatum, in aliis verſus dextram, in aliis verſus ſiniſtram poſitum, ſine Inſcriptione, ut Tab. III. Num. 81. 82.

CAESAR AUGUSTUS. Duo laurei rami.

Sebaſtianus Ericius pro hujus nummi interpretatione hæc adtulit p. 125. 126. „Argenteus eſt Auguſti nummus, capite ejus juvenili, ſine literis in circuitu. Ab altera parte duo rami ſunt, cum Inſcriptione CAESAR AUGUSTUS. Volunt nonnulli laureos eſſe ramos, qui triumphantem Imperatorem ſubſequi ſolebant, adeoque hunc Nummum peculiare id honoris genus exhibere. Verum ego potius crediderim laureos illos deſignari ramos, qui in honorem Auguſti à Senatu decreti fuerunt, teſtante *Dione* Lib XLIX. poſt victoriam videlicet à Sexto Pompejo relatam. Verba ejus hæc ſunt: *Romæ autem Cæſari laudatio unanimi conſenſu, ſtatuæque, primus locus in conſeſſu, arcus trophæo ornatus, atque eques in urbem intraret, ſemper lauro coronaretur, ac die ea qua viciſſet, qua feriæ anniverſariæ eſſent, in æde Jovis Capitolini cum conjugibus & liberis epularetur, ſtatim poſt victoriam decretum eſt.* Invenitur & alius aureus atque argenteus Auguſti nummus, in quò ſedens in ſubſtructione Imperator duos lauri ramos à totidem viris, qui ante illum ſtant, recipit, cum hac Inſcriptione IMP. X. (8) Deſignant hæ figuræ populum Romanum, qui ex Senatus decreto illi offerunt laureos ramos, deſignantes plebem Romanam quæ laureata Imperatorem excepit. *Suetonius* in Vita ejus Cap. LVIII. hujus honoris mentiònem facere videtur his verbis. *Patris patriæ cognomen univerſi repentino, maximoque conſenſu detulerunt ei. Prima plebs legatione Antium miſſa, deinde, quod non recipiebat, ineunti Romæ ſpectacula frequens, & laureata, mox in curia Senatus, neque decreto, neque acclamatione, ſed per Valerium Meſſalam id mandantibus cunctis, quod bonum, inquit, fauſtumque ſit tibi, domuique tuæ Cæſar Auguſte (ſic enim nos perpetuam felicitatem Reipublicæ & læta huic precari æſtimamus) ſenatus te conſentiens cum populo Romano conſalutat patriæ patrem, &c.* Ex quibus patet figuras illas cum lauri ramis denotare plebem Romanam, cujus mentionem facit *Suetonius*. Forſitan hi duo laurei in noſtro nummo rami reſpiciunt laurûs, quas una cum corona quernea decrevit Senatus, ut ad fores Auguſti dòmus in Palatio ſuſpenderentur, juxta teſtimonium *Dionis* Lib. LIII. *Cæſari cum orationem de ejurando regno ac dividendis provinciis habuiſſet, multi erant honores delati, nempe ut ante ipſius domum in Palatio lauri ponerentur; ac ſuper eas coronæ quernæ ſuſpenderentur, nimirum quod perpetuus hoſtium victor, ac civium eſſet ſervator* Præterea non ſine ratione toties laurei rami in Auguſti occurrunt nummis; nam & ipſe lauream capite & ubi triumpharet, manibus geſtavit; ex lauro etiam prodigium hoc uxori ejus Liviæ eveniſſe legitur apud *Dionem* Lib. XLVIII. *Liviæ autem hujusmodi prodigium evenit, quod ei voluptatem, aliis metum attulit. Aquila gallinam albam in gremium ejus abjecit, quæ ramum lauri, fructum ſuum ferentis, geſtabat. Livia, quòd id oſtentum haud exiguum duceret, gallinam adſervavit diligenter, laureum autem ramum ſevit, atque is radicibus actis adoluit, ita ut poſtea temporis frondes triumphantibus diu admodum ſuppeditaverit, ac futurum erat, ut Livia ſuo in ſinu potentiam Cæſaris ipſumque omnibus in rebus parentem ſibi haberet.* Teſtatur idem *Plinius*, ubi de eodem prodigio, Liviæ facto, loquitur, Lib. XVI. Cap. 30. *Sunt & circa divum Auguſtum eventa ejus digna memoratu. Namque Liviæ Druſillæ, quæ poſtea Auguſta matrimonii nomen accepit, cum pacta eſſet illa Cæſari, gallinam conſpicui candoris ſedenti aquila ex alto abjecit in gremium illæſam. Intrepideque miranti acceſſit miraculum, quoniam teneret roſtro laureum ramum onuſtum ſuis baccis. Conſervari alitem & ſobolem juſſere aruſpices, ramumque eum ſeri, ac rite cuſtodiri. Quod factum eſſe in villa Cæſarum, fluvio Tiberii impoſita juxta nonum lapidem Flaminia via, quæ ob id vocatur Ad gallinas, mireque ſylva provenit Ex ea triumphans poſtea Cæſar, laurum in manu tenuit, coronamque capite geſſit, ac deinde Imperatores Cæſares cuncti. Traditusque mos eſt ramos quos tenuerunt ſerendi. Et durant ſylvæ nominibus ſuis diſcretæ, fortaſſis ideo mutatis triumphalibus.*”

Reſpicere hujus denarii typus poteſt ad decretum Senatus, poſt orationem Cæſaris Auguſti, quam de ejurando regno habuit, quod recitat *Dio Caſſius* Lib. LIII. p. 507. Καὶ γὰρ τὸ, τε τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ προτίθεσθαι, καὶ τὸ τὸν στέφανον τὸν δρύϊνον ὑπὲρ αὐτῶν ἀρτᾶσθαι, τότε οἱ, ὡς καὶ ἀεὶ τοὺς τε πολεμίους νικῶντι καὶ τοὺς πολίτας σώζοντι i.e. *Ut & ante ipſius domum in palatio lauri ponerentur, ac ſuper eas coronæ quernea ſuſpenderentur, nimirum, quod perpetuus hoſtium victor, ac civium eſſet ſervator.* Ad horum numerum (duo, ut in nummo, rami erant laurei) adludens *Tertullianus* in Apologetico ſcribit Cap. XXXV. *Unde Caſſii & Nigri & Albini? Unde qui inter duas laurus obſident Cæſarem?* Depinxerunt hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LVIII. Num. 20. *Æneas Vicus* inter *Argent Aug.* Num. 55. *Sebaſtian. Ericius* p. 125. *Numm. Arſchot.* Tab. XV. Num. 19. & *P. Pedruſius* ex *Muſeo Farneſ. Oudanus* & *Oiſelius* Tab. XCII. Num. 12. Exſtat in *Theſauro Schwartzburgico* & in *Muſeo noſtro.*

NUM.

(8) Sed vide quæ dicuntur ad illum Nummum, infra Tab. XVIII. Num. 13.

NUM. 15.

Caput Augusti corona quernea ornatum, in in aliis versus dextram, in aliis versus sinistram, ut Tab. III. Num. 81. 82.

CAESAR AUGUSTUS. Duo laurei rami, in medio quorum clypeus est votivus, ut dicunt inscriptæ literæ CLipeus Votivus, circa quem hæ sunt literæ, Senatus PopuliQue Romani.

vel

Senatus PopulusQue Romanus CLypeum Vovit.

Eadem interpretatio, quæ priori nummo, huic quoque videtur convenire. Exstat in *Thes. Schwartzburgico* & depingitur à *Goltzio* in *Aug.* Tab. LVII. Num. 5. inter *Numismata Arschotana* Tab. XV. Num. 15. atque à *P. Pedrusio* ex *Museo Farnesiano.*

NUM. 16.

Caput Augusti nudum sine Inscriptione, versus dextram, in aliis versus lævam manum, ut Tab III. Num. 77. & 78.

AUGUSTUS. Quod nomen inscribitur Clypeo Votivo, quem laurea corona ambit.

Vulgavit nummum *Hub. Goltzius* Tab. LXVIII. Num. 3.

NUM. 17.

Senatus PopulusQue Romanus IMPeratori CAESARI. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. II. Num. 47.

AUGUSTO. In Clypeo Votivo, quem laurea corona ambit.

De Clypeis Votivis supra p. 213. 214. satis multa dicta sunt. Invenitur hic nummus apud *Hub. Goltzium* Tab. LXVIII. Num. 12.

NUM. 18.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum dextram, in aliis, lævam versus, ut Tab. III. Num. 99. & 100.

Senatus PopuliQue Romani CLypeus Votivus:

vel

Senatus PopulusQue Romanus CLypeum Vovit. In ipso Clypeo.

Nummum hunc vulgarunt *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXII. Num. 16. *Æneas Vicus* in *Aug. Argent.* Num. 60. *Sebast. Ericius* p. 135. Cujus pro explicatione ejus hæc sunt verba: "Cæsaris Octa-
,, viani nummus argenteus, ætate juvenili, hanc
,, habet Inscriptionem, CAESAR AUGUSTUS.
,, Ab altera parte Clypeus cernitur cum his literis
,, S. R. Q. R. CL. V. quæ in medio Clypei cer-
,, nuntur, atque integrè sic legi debent, *Senatus*
,, *PopulusQue Romanus*, reliqua vero ita, *Clypeus*
,, *Votivus.* Clypeus vero iste, cujus figura in num-
,, mo cernitur, ex genere illorum est, qui sole-
,, bant in Templo à Populo Romano dedicari, nun-
,, cupato voto in quodam bello, sive parta victo-
,, ria; de quo genere Clypeorum plura in alio Au-
,, gusti nummo dicuntur. Fuit vero hic signatus
,, in honorem Augusti."

Exstat in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo Farnesiano* *Jo Tristanus* ad hujus nummi explicationem hæc in *Comm Hist.* Tom. I. p. 83. scripsit. " CAESAR AUGUSTUS. Au-
,, guste. S. P. Q. R. CL. V. dans un bouclier.
,, En un autre il y a AUGUSTUS d'un costé, &
,, de l'autre CAESAR dans un bouclier. Voyez
,, *Anton. Augustinus.* Xiphilin liv. V. nous fait voir
,, par le texte de Dion qu'il desguise, que c'estoit
,, la coustume de mettre dans les boucliers l'inscri-
,, ption du nom du Prince. Et Philon Juif en sa
,, Legation remarque qu'il y avoit à Cæsarée de
,, Judée, & en Alexandrie des boucliers faits en
,, l'honneur de Jules Cæsar sans figure aucune, por-
,, tans seulement l'inscription de son nom, luy
,, ayans esté dediez par ces villes comme celuy
,, de cette medaille à Auguste. Or c'estoit la mar-
,, que d'une constante vertu militaire, ce qui estoit
,, cause que les femmes des Lacedemoniens accou-
,, choient ordinairement & se delivroient de leurs
,, enfans dans un bouclier, ainsi que je le remar-
,, que dans Aristophane en sa Comedie in tit. *Ly-*
,, *sistrata*, & dans *Nonnus* en ses *Dionys* liv. XLI.
,, où il dict que Venus voulut accoucher sur un
,, liure, de la Nymphe Beroé, comme les Lace-
,, demoniennes (ce dit-il) accouchent de leurs en-
,, fans dans un grand bouclier;

,, —— —— Λακωνίδες οἷα γυναῖκες
,, Υἷας ὠδίνουσιν ἐπ' εὐκύκλοιο βοείης.

,, Ce que je trouve fort considerable. Car nous
,, apprenons d'ailleurs que ces braves Spartiates
,, vouloient estre reportez à Sparte sur leurs bou-
,, cliers, quand par le sort de la guerre il arrivoit
,, qu'ils estoient blessez à mort, comme ils y a-
,, voient esté mis en leur naissance. Aussi quand
,, les trouppes guerrieres vouloient anciennement

„ marquer une volontaire reddition à quelque Prin-
„ ce ennemy, & trahir leur party sans combatre,
„ leur coustume estoit de renverser leurs boucliers,
„ & les cacher soubs leurs bras, ainsi que dict *The-*
„ *mistius* en son oraison qu'il prononça devant l'Em-
„ pereur Valens."

NUM. 19.

CAESAR AUGUSTUS. Augusti Caput nudum, ut supra.

Senatus PopulusQue Romanus CLypeum Vovit. In ipso Clypeo, in quo ad imam partem duo palmæ arboris, victoriarum testes, rami sunt.

Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

NUM 20.

Caput Cæsaris Octaviani nudum sine Inscritione, in aliis versus dextram, in aliis, versus lævam partem.

IMPerator CAESAR DIVI Filius. Patera.

Spectat hic nummus ad Pontificatum Cæsaris, non tamen ad Pontificatum Maximum, ut vult *Ericius*, quem Lepido demum mortuo adsumsit, quum jam diu ante Augustus in nummis vocaretur. Exstat nummus in *Thesauro Schwartzburgico* atque editus est ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. LXXII. Num. 18. ab *Ænea Vico* inter *Arg. Aug.* Num. 13. ab *Sebastiano Ericio* p. 127. & denique inter *Numism. Arschotana* Tab. XV. Num. 22.

NUM. 21.

IMPerator DIVI JULI Filius. In aliis tantum vox IMPerator legitur. Caput Cæsaris Octaviani galeatum, ut Tab. I. Num. 29. & 32.

CAESAR. In disco sive patera, in cujus medio stella est, instruitur discus instrumentis sacerdotalibus, quæ commentacula apud Festum vocantur.

Ad sacerdotia Cæsaris, ut præcedens nummus, ita hic quoque pertinet, ut qui armatum ejus iter (quare galea capiti additur) designat. Invenitur in *Thesauro Schwartzburgico* atque editus est ab *Hub. Goltzio* in *Aug* Tab. LXXI. Num. 2. *Ænea Vico* inter *Arg Aug.* Num. 58. in *Numism. Arschotanis* Tab. XV. Num. 21.

NUM. 22.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. III. Num. 98.

Senatus PopulusQue Romanus CLypeum Vovit. Quæ postrema Clypeo Votivo inscribuntur, quem utraque manu tenet Victoria, quæ insuper læva manu lauri ramum tenet.

vel

CLypeus Votivus, omissa reliqua Inscriptione. In Clypeo Votivo, sed sub Victoria volitante, quæ dextra manu corollam, læva lauri ramum tenet, cernitur in simili nummo Musei Farnesiain eadem Inscriptio.

Nummus qui à *Morellio* depingitur, in *Thesauro Versaliensi* exstat.

NUM. 23.

CAESARI AUGUSTO.

vel

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum lævam versus, ut Tab. III. Num. 93.

Senatus PopulusQue Romanus CLypeum Vovit. Illa CL. V. ut supra ipsi Clypeo inscribuntur, qui columnæ in hoc nummo adpensus est, supervolitante Victoria, quæ utraque manu corollam sustinet.

Ad victoriam Philippicam denarium spectare credidit *Ericius*, sed Augusti adpositum nomen docet, satis diu post devictos *Cassium* & *Brutum*, cusum fuisse. Verba *Ericii* hæc sunt "Nummus est Augusti argenteus, ætate juvenili, cum
„ hac Epigraphe a parte capitis, CAESAR AU-
„ GUSTUS. Ab altera parte Victoria cernitur
„ alata per aërem volitans, atque utraque manu
„ coronam civicam tenens, sub quo clypeus est
„ inscriptus CL. V. Ad latus Victoriæ columna
„ adparet & Inscriptio S. P. Q. R. Romæ signa-
„ tus fuit hic nummus in honorem Cæsaris Octa-
„ viani adhuc juvenis admodum, &, quantum e-
„ go judico, in memoriam victoriæ Philippicæ
„ contra percussores Cæsaris, *Brutum* & *Cassium*,
„ quod secundum civile bellum fuit feliciter ab il-
„ lo confectum, cujusque hæc exstat mentio apud
„ *Suetonium* Cap. XIII. *Inita cum Antonio & Lepido*
„ *societate, Philippense quoque bellum, quamquam in-*
„ *validus atque æger, duplici prælio transegit; quo-*
„ *rum priore castris exutus vix ad Antonii cornu fuga*
„ *evaserat: nec successum victoriæ moderatus est, sed*
„ *capite Bruti Romam misso, ut statuæ Cæsaris sum-*
„ *mitteretur, in splendidissimum quemque captivum non*
„ *sine verborum contumelia sæviit.* Quæ ratio est, cur
„ utraque manu coronam supra clypeum teneat in
„ hoc

„ hoc nummo Victoria. Literæ ad caput Victo-
„ riæ ita legi debent, *Senatus PopulusQue Roma-*
„ *nus*; quæ vero in clypeo adparent, *Clypeus Voti-*
„ *vus*. Suspensi in Templis Romæ cernebantur
„ ejusmodi clypei, Votorum caussa, quæ in ali-
„ quo bello pro felici successu facta erant; sed hic
„ nummus, in quo Victoria ejusmodi clypeo in-
„ nititur, signatus fuit parta in bello egregia ejus-
„ modi Victoria. Columna ad latus Victoriæ Sym-
„ bolum est (ut & alibi diximus) facti cujuspiam
„ præclari, reique singularis, cujus memoria per-
„ ennis cœlo æquanda venit. Columnas enim An-
„ tiqui in sepulcris Heroum atque virorum illustris-
„ simorum dedicare soliti fuerunt. Quare legitur
„ apud scriptores habitus is honor præclaris meri-
„ tis, ut statuæ magnorum virorum columnis in-
„ ponerentur. Athenis præcipue locus erat, Ce-
„ ramicus dictus, in quo magnus erat numerus e-
„ jusmodi statuarum atque columnarum, quarum
„ Inscripio testabatur eosdem gloriose mortem pro
„ patria oppetiisse, addito loco & pugna, in qui-
„ bus præclare pugnantes occubuerant. In hoc
„ autem nummo columna testis est ingentis vi-
„ ctoriæ quam de patris Julii percussoribus retulit
„ Cæsar Octavianus. Commemorare hic lubet
„ superfuisse ad nostrum usque tempus ad os ponti
„ Euxini, qui hodie *Mar Magiore* dicitur, colum-
„ nam mediocriter magnam in scopulo quodam e-
„ rectam, quam habitatores ejus terræ adfirmant
„ olim adhæsisse continenti. In ea columna hæ
„ legebantur literæ valde antiquæ.

„ . . . O CAESARI AUGUSTO
„ F. CIANNIDUS L. F.
„ CLA. FRONTO.

„ Quas literas ita debere legi existimo, (9) *Octa-*
„ *viano Cæsari Augusto Fabius Ciannidus Lucii Filius*
„ *Claudia Fronto*. Iste Fabius Ciannidus Lucii fi-
„ lius ex tribu Romana Claudia fuit. Unde cre-
„ dere licet, iis temporibus, quibus *Cassium* at-
„ que *Brutum* in campis Philippicis vicit Augustus,
„ loco ubi urbs Philippi, ad pedem collis juxta
„ Appianum fuit, perrexisse Augustum cum exer-
„ citu usque ad confinia Ponti Euxini, ibique à duci-
„ bus exercitus fuisse erectam hanc columnam (10)
„ in honorem Augusti atque memoriam victoriæ
„ Philippicæ, sive adventus ejusdem in illum lo-
„ cum, idque præcipue factum fuisse à Ciannido hoc
„ Lucii Frontonis filio tribus Claudiæ. Ex quibus
„ omnibus liquet, Columnas antiquitus erectas fuisse
„ in honorem illustrium virorum, qui factis suis æ-
„ ternam virtutis famam meruerant." Exstat in *Thesauro Schwartzb.* Vulgarunt eundem *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LVII. Num. 9. *Sebastianus Ericius* p. 174. *Numism. Arschotan.* Tab. XV. Num. 16. *Oiselius* & *Oudanus* Tab. XCIV. Num. 8. *Sponius Rech. Cur. de Antiq.* p. 7.

NUM. 24.

Nota capitis non additur, sed videtur non discrepare à sequenti nummo.

SENATus PopulusQue Romanus. Victoria gradiens clypeum tenet dextra, in quo legitur CLypeum Vovit.

(9) Litera O penultima esse potest multorum Cæsarum, ut scriptum fuerit CAJO, vel CLAUDIO &c. Deinde litera F. potest significare *Fecit*. Denique FRONTO non patris Ciannidi nomen est, sed ipsius Ciannidi cognomen.

NUM. 25.

DIVUS AUGUSTUS. Caput senile Augusti, dextram versus, corona radiata insigne, ut Tab. VIII. Num. 248.

Senatus PopulusQue ROMANUS. Victoria gradiens, dextra clypeum tenet, cui inscriptum est CLypeum Vovit.

Ex Divi titulo & corona radiata, patet, cusum fuisse à Tiberio hunc nummum, post excessum Divi Augusti, adeoque hunc typum pertinere ad honores Augusto post mortem habitos.

NUM. 26.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 77.

Victoria stans (inter Arschotana Numismata, globo insistens) alis superne expansis, versa ad lævam facie (in aliis facie directa) ingentem Clypeum ambabus manibus tenet, cui inscriptum est CLypeum Vovit.

Invenitur hic nummus in *Thesauro Versaliensi*; duos quoque pictura variante, servat *Museum Farnesianum*, ut patet ex *P. Pedrusii* Editione. Pictura, in qua globus est sub pedibus Victoriæ, cernitur in *Num. Arschotan.* Tab. XV. Num. 14.

NUM. 27.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum dextram versus, in aliis lævam versus, ut Tab. IV. Num. 118. & 120.

Senatus PopulusQue Romanus CLypeum Vovit OB CIVIS SERVATOS. CLypeus Votivus in corona civica. Pars inscriptionis in ipso Clypeo, pars in summa atque ima nummi ora exstat.

Jure merito hunc honorem Augusto Romani habuerunt, postquam civibus salutem & Reipublicæ quietem reddiderat. Nummus servatur in *Thesauro Schwartzburgico*, editus fuit ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. LIX. num. 2. & inter *Num. Arschotan.* Tab. XVI. Num. 10. apud *Oiselium* & *Oudanum* Tab. XCIV. Num. 9. *Sponium Rech. Cur. de Antiq.* p. 7.

NUM.

(10) *Cæsaris Octaviani* retinendum ubique hic fuerat nomen, quum demum diu postea *Augusti* nomen acceperit Cæsar Octavianus.

Num. 28.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. III. Num. 99.

Corona civica, ad quam in summa atque ima nummi parte legitur OB CIVIS SERVATOS.

Exstat hic nummus in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro*. Vulgarunt illum *Hub. Goltzius* in *Aug* Tab. LIX. Num. 11. *Æneas Vicus* inter *Argent. Aug.* Num. 37. Invenitur & in *Num. Arschotan.* Tab. XVI. Num. 9.

Num. 29.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. III. Num. 99.

OB CIVIS SERVATOS. *In corona civica.*

Et hic nummus in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro* invenitur. Vulgarunt eundem *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LIX. Num. 6. *Æneas Vicus* in *Augusti Argent.* Num. 39.

Num. 30.

Non adest nota capitis, quod præcedentibus videtur esse simile.

Senatus PopulusQue Romanus CLypeum Vovit. Clypeus Votivus, in quo posterior inscriptionis pars continuatur, reliquæ partes summam imamque arcam nummi occupant.

Exstare hunc in *Thesauro Schwartzburgico* testatur *Morellius*.

Num. 31.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti lævam versus, ut Tab. II. Num. 45.

AUGUSTUS. Taurus stans quiete versus lævam partem.

Multa super hoc nummo disputat *Sebastianus Ericius*, cujus verba p. 129. & seqq. ex Italico idiomate Latine versa hæc sunt: " Nummus est argenteus Augusti ætate juvenili, inscriptus CAESAR. Ab altera parte cernitur Taurus stans, cum epigraphe hac in summo nummi margine, AUGUSTUS. Signatus fuit hic nummus in honorem Cæsaris Octaviani occasione Ludorum Taurilium, qui sub illo facti atque celebrati sunt. Invenitur & alter Augusti nummus, non modo in argento sed & in auro cum tauro cornupeta, atque Inscriptione subtus exarata IMP. X. quem nummum pariter Ludorum Taurilium occasione sub Augusto percussum reor. De hisce Ludis ita scriptum reliquit Alexander ab Alexandro in Capite de Ludis Antiquis. *Præter hos fuere Taurii diis inferis consecrati, quorum origo fertur antiquissima: quum enim regnante Superbo, vis morbi & insanabilis pernicies per omnes urbis regiones & compita pervagata esset, assiduisque funeribus exhausta civitas foret, atque ob esum carnium taurorum pestifer annus gravidas mulieres ita affecisset, ut sisti pestilentia nequiret, in deorum inferorum placamenta hos ludos concelebrarunt: qui Taurii dicti, quod ob taurinæ carnis morbum, inventi primum concelebratique sunt, in quibus metas circumcurrere, velut in Circensibus servatum est &c.* Non silebo tamen quomodo & aliter Tauri hujus symbolum in Augusti nummis explicari possit juxta sententiam Clementis Tevenini, viri eruditi & omnis antiquitatis scientissimi. Putat is sub Tauri symbolo latere nomen Triumviri Monetalis ejus à quo cusi sunt hi denarii, videlicet L. Statilii Tauri, cujus nomen expressum legitur in aliis nummis, præsertim in uno Romæ cuso cum hac Inscriptione, L. STATILIUS TAURUS III. VIR A. A. A. F. F. ex quo cognoscimus hunc Taurum fuisse Triumvirum Monetalem. Hujus Statilii Tauri mentionem fecit *Dio*, ubi scribit Lib. LI. Statilium Taurum suis inpensis fornicem Amphitheatri exstruxisse. Quæ sententia eo magis adlubescit, quoniam in aliis Triumvirorum Monetalium denariis, typos cernimus, qui pariter adludunt ad nomen Triumviri Monetalis à quo cusi fuerunt. Ita flos occurrit in denariis L. Aquillii Flori Triumviri, & alia in aliorum denariis. Præterea sæpissime in denariis, præsertim consularibus, iisque, quos Triumviri Monetales signarunt, notæ quædam & Symbola inveniuntur, quæ cognomina eorundem respiciunt, vel aliquam antiquitatem inlustris eorundem familiæ præ se ferunt. Inter ejusmodi denarios occurrit unus, qui à parte priore barbatum exhibet caput, cum connexis literis TA. quæ significant *Tatius*, atque aliis post caput idem positis SABIN. id est, *Sabinus*: Ab altera parte duas virgines totidem rapiunt juvenes, subtus vero scribitur L. TITURI. Qui typus originem respicit Triumviri Monetalis, qui fuit L. Titurius Sabinus, atque per raptum Sabinarumque in denario suo expressum, denotare voluit originem familiæ suæ ex Sabinis. Nota enim est historia hæc in Annalibus antiquis, quomodo scilicet Romulus, juventuti suæ, quæ, ad propagandam sobolem femineo sexu destituebatur, sub prætextu Ludorum, quos Equestri Neptuno voverat, occasionem præbuerit rapiendi virgines, quæ una cum parentibus ad illos convenerant ludos, præcipue Sabinorum; eorum enim omnis multitudo secum uxores atque filias suas ad id spectaculum adduxerat. Hujus igitur rei historia in altera nummi parte exprimitur. Altera vero pars caput exhibet Regis Sabinorum Tatii. Docere idem voluit iste L. Titurius in alio denario, in cujus parte priore idem Tatii, Regis Sabinorum, caput barbatum cernitur, cum palmæ ramo ante faciem, atque hac Inscriptione pone caput, SABIN. A parte posteriore cernitur virgo in genua prolapsa, expansis præ timore brachiis, quam patet opprimi, scutorum militarium pondere atque multitudine; ad latus duo scutis itidem armati, quasi oppressuri

„ eandem

„ eandem ſtant milites. Supra caput eſt luna creſcens cum ſtella, & Inſcriptione L. TITURI.
„ Ille videlicet Triumvir Monetalis L. Titurius Sabinus, ad originem familiæ ſuæ ex Sabinis, ejus denarii quoque typo reſpexit, in quo ab altera parte expreſſit Regem Sabinorum Tatium, ab altera virginem Tarpejam ſcutis Sabinorum, ex merito ſuo, oppreſſam. Quæ quidem hiſtoria dependet à prima illa de raptu Sabinarum. Poſt virginum enim in Ludis raptum à Romana juventute perpetratum, Sabini præcipue læſi, apud Regem Tatium de injuria queſti ſunt, atque vi armata urbem Romam obſederunt. Alii vero ex vicinis populis, pariter raptu virginum ſuarum injuria affecti, exſpectare noluerunt, dum Sabini in armis eſſent, atque ſuis viribus vim Romanam malo ſuo inritantes, experti ſunt brevi vanam eſſe ſine viribus iram. Cæſo enim Rege ſuo victi a Romanis atque oppreſſi ſunt. Ultimum inter læſos bellum Romanis fuit cum Sabinis & eorum Rege Tatio, idque graviſſimum. Bellum enim quod haud temere ſuſceperant Sabini, magna vi magnoque conſilio inſtruxerant, dolum inſuper virtuti ad junxerant. Spurii enim Tarpeji, qui cuſtos arcis apud Romanos erat, filiam pretio corrupit Rex Sabinorum, ut armatos ex hoſtibus intra arcem reciperet, qui, poſtquam recepti fuerunt, illam quæ aquam petitura ad ſacrificium exierat, ubi rediit, injectis ſcutis, oppreſſerunt. Pretium enim proditionis pacta fuerat virgo, id quod læva manu (armillas ſcilicet ex auro & gemmis) gerebant Sabini; illi, quod & læva manu ſcuta gererent, quaſi ea petiiſſet virgo, iisdem injectis, illam oppreſſerunt; & quoniam noctu id contigit, in nummo luna cum aſtro deſuper puellæ caput cernitur. Quæ omnia typis illorum denariorum continentur, ſignavit vero Tatii Sabini illam hiſtoriam L. Titurius Sabinus, ut antiquitatem & nobilitatem gentis ſuæ commendaret. Hiſtoriam illam de raptu Sabinarum &c. præter *Livium Dionyſius Halicarnaſſæus* & alii commemorant. Simili adluſione Triumvir Monetalis Q. Voconius Vitulus, Vitulum in aureis & argenteis expreſſit nummis, adſcriptis nominibus ſuis, & adſcripto nonnunquam ſolo cognomine VITULUS. Triumvir vero Monetalis exſtitit ſub Julio Cæſare, cujus caput ille nummus exhibet. Ejusque generis præterea alia atque plura ſunt exempla.

„ Potuit denique hic Auguſti nummus cuſus eſſe, quum ipſe collega Statilio Tauro conſulatum octavo gereret A. V. C. 728: ita ut Taurus in hoc nummo collegam ejus Statilium Taurum deſignet, de cujus conſulatu mentionem fecit *Dio* Lib. LIII. his verbis, *Auguſto VIII. Statilio Tauro conſulibus, Agrippa, quia nullam viam ſternendam ſuſceperat, Septa dedicavit, &c.*"

Statuunt Antiquarii cuſos hujus generis denarios fuiſſe vel à triumviro monetali Statilio Tauro, vel ratione deductæ alicujus coloniæ, præſertim in Hiſpaniam, quum coloniarum in Hiſpania nummi ærei ut plurimum bovis ejusmodi ſive tauri figuram exhibeant. Placet poſterior interpretatio. Nam in illis denariis quos Præfecti rei monetalis ſive Triumviri ſignarunt, nomen ſuum adpoſuerunt, ſi aliquid ad ſuam familiam ſpectans in iisdem nummis ſignarent, quod ubi non fuit factum, ſemper typus nummi ad Cæſaris res, & præcipue quidem eo anno geſtas, ſpectat.

NUM. 32.

Caput Auguſti nudum, ſine epigraphe, verſus lævam partem, ut Tab. III. Num. 77.

AUGUSTUS. Taurus ſimilis, ſed dextram verſus collocatus.

Edidit hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXX. Num. 12.

NUM. 33.

Caput Auguſti nudum ut ſupra, in aliis ad dextram, in aliis ad lævam partem converſum.

AUGUSTUS DIVI Filius. Taurus, ſive bos cornupeta.

Exſtant omnibus hiſce ſimiles inter aureos Tab. X. Num. 1. 2. 3. &c. quorum vide Interpretationem ſupra p. 206. 207. Invenitur nummus *Hub. Goltzii* in *Aug.* Tab. 70. Num. 3. & inter *Numiſm. Arſchotana* Tab. IX. Num. 23.

NUM. 34.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti nudum in aliis dextram, in aliis, lævam verſus, collocatum, ut Tab. IV. Num. 122. & 123.

IMPerator IX. Taurus ſive bos cornupeta.

Edidit hunc *Goltzius* Tab. LXX. Num. 35.

NUM. 35.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti nudum lævam verſus, ut Tab. IV. Num. 121.

IMPerator X. Taurus cornupeta.

Ad hunc nummum ita commentatus fuit *Sebaſtianus Ericius* p. 184. & ſeqq. " Exſtat Cæſaris Auguſti nummus argenteus ætate juvenili, ſingularis artificis, cum hac Inſcriptione, AUGUSTUS DIVI F. Ab altera parte Taurus eſt cornubus & & fronte minax, cum hiſce ſubtus literis, IMP. X. Signatus hic nummus Romæ fuit, in honorem Auguſti, (11) à Triumviro Monetali L. Statilio Tauro, quod Tauri Symbolum, in nummo expreſſum, ſatis docet. Tauri ejus pluribus in locis mentionem fecit *Dio*, ejusque nomen aliis quoque nummis inſculptum legi-

(11) Fallitur *Ericius*, duravit enim Triumviri Monetalis munus per unum tantum annum, adeoque ſingulis annis mutabantur. Occurrit vero Tauri Symbolum in monetis hiſce cum variis Imperatorii tituli annis.

„ legitur. ([12]) Exſtat quoque alter Auguſti nummus argenteus, qui quietam tauri exhibet imaginem, ſtantis capite ſublato, cum hac in ſuperiore parte nummi Inſcriptione, AUGUSTUS. Ab eodem L. Statilio Tauro nummum illum ſignatum opinor, ſicuti alias quoque adſtruximus. Notavimus quoque ad alium Auguſti nummum in multis ejus Imperatoris nummis inveniri ſigna & notas, quæ ſpectant ad Triumviros Monetales, à quibus cuſi ſunt; quod quidem plurimis adſtruere exemplis in promtu nobis eſt, ſed in Antiquitatis ſtudioſorum gratiam quædam tamen numiſmata ejus generis explicabimus. ([13]) Argenteus eſt denarius, tempore liberæ Reipublicæ cuſus, in quo à parte priore cernitur Deæ Salutis caput, cum hac Inſcriptione SALUTIS. Ab altera parte ſtat Dea, quæ ſiniſtro brachio columnæ innititur, dextra vero ſerpentem tenet, cum hac Inſcriptione M. ACILIUS III. VIR & VALETU. Dicimus igitur ſignatum fuiſſe illam monetam à Marco Acilio Triumviro Monetali, qui ut ad cognomen ſuum non illepide adluderet, à parte capitis effinxit caput Deæ Salutis, ab altera parte figuram Hygeiæ, filiæ Æſculapii, quæ eadem eſt ac Salus, quod patet ex abbreviata voce VALETU. quæ legitur è regione figuræ muliebris ſtantis. Fecit autem id, quoniam nomen Acilius venit ab ἀκέομαι vel ἀκείομαι Græco, quod *mederi* ſignificat. Volunt quidam prænomen Acilii hujus fuiſſe ([14]) Manium, non Marcum, atque ſpectare monetam ad Conſulem ejus nominis, qui collega *C Piſone* Conſul fuit A. V. C. 687. Et forſitan ſub ejus Conſulatu hæc moneta cuſa fuit.

„ ([15]) Invenitur & alius nummus argenteus, qui ab una parte muliebre exhibet caput caprina pelle tectum, quæ cornubus inſtructa eſt, atque his in circuitu literis punctatis, I. S. M. R. Ab altera parte Taurus cernitur feroci curſu latus, ſub quo hæc legitur Inſcriptio, L. THORIUS BALBUS. Eſt hoc caput Junonis Soſpitæ, quod antiqui caprinis ornabant exſuviis, literæ autem illæ punctatæ ita legi debent, JUNO SOSPITA MAGNA REGINA. Tauri emblema ad Triumviri Monetalis L. Thorii Balbi nomen adludit, eodem ſcilicet modo, ut alterius typus in nummo Tauri ad L. Statilium Taurum. ([16]) In Cæſaris quoque nummo à Q. Voconio Vitulo cuſo, pariter invenitur Vitulus, ut qui adludat ad cognomen Q. Voconii Vituli, à quo cuſus fuit nummus. Junonis Soſpitæ mentionem fecit *Virgilius* Æn. III. 437.

„ *Junonis Magnæ primum prece Numen adora.*

„ Ut & *Gregorius Gyraldus* in Syntagm. De Diis his verbis: *Soſpita Juno Lanuvii in primis colebatur magno cultu, ut docet Livius, cujus ſimulacrum fingebatur cum pelle caprina, & haſta & ſcutulo, & cum calceolis repandis, ut de Nat deor ſcribit Cicero.* *Livius* Lib. VIII. *ab V C Lanuvinis* inquit *civitas data, ſacraque ſua reddita cum eo ut ædes lucusque Soſpitæ Junonis communis Lanuvinis municipibus cum Populo Romano eſſet.* Facit etiam mentionem ejus M. Tullius in Oratione pro Muræna, eique Deæ ſacrificare ſolere Conſules ſcribit. Memoria quoque ejus exſtat apud poetam Silium Italicum Lib. XIII. 364.

„ *Lanuvio generate, inquit, quem Soſpita Juno*
„ *Dat nobis Milo, Gradivi cape victor honorem*
„ *Tempora murali vinctus turrita corona.*

„ Junonem Latini Magnam Reginam vocarunt, quoniam Soror Jovis eſſet atque conjux, Deorum hominumque Regis. Templum vero illi dedicatum fuit, receptis Vejis, à Camillo victore in monte Aventino. Templum Reginæ Junonis in Capitolino jugo quoque exſtitiſſe ſcribit *Livius*. De eadem ita loquitur *Virgilius* Æn. I. 46.

„ *Aſt ego quæ divum incedo regina, Jovisque*
„ *Et ſoror, & conjunx.*

„ præter hos nummos & alius ſupereſt denarius argenteus, qui à parte priore Deæ Cybeles turritum & velatum exhibet caput, ab altera vero parte bigas equorum. Bigis inſidet Victoria flagellum tenens, avis vero ſub anterioribus equorum pedibus conſpicitur, cum hac Inſcriptione, C. FABI. C. F. ([17]) Nummus is eſt *victoriatus*, Reipublicæ temporibus cuſus, ſub Conſulatu iſtius C. Fabii Buteonis, qui, ad nomen ſuum adludens, Buteonis avis figuram in nummo inpreſſit, Triorchen quoque adpellant, rapaciſſimam avem, de qua *Plinii* exſtat teſtimonium Hiſt. Natur. Lib. X. Cap. 8. *Accipitrum genera XVI. invenimus. Ex iis Circon claudum altero pede proſperrimi augurii nuptialibus negotiis & pecuariæ rei. Triorchem à numero teſtium, cui principatum in auguriis Phæmone dedit. Buteonem hunc appellant Romani. Familia etiam ex eo cognominata, cum proſpero auſpicio in Ducis navi ſediſſet, Æſalona Græci vocant, qui ſolus omni tempore apparet, cæteri hyeme abeunt.* Ibidem Cap. XLIX. *Ibi & Buteo, accipitrum generis in honore menſarum eſt.* Ab iſto igitur avium genere cognomen nactus Fabius ille eſt a quo noſter genus deduxit, qui propterea in Conſulatu ſuo ſignari illam avem in moneta ſua juſſit. ([18]) Invenitur quoque ejusdem generis nummus, eodem typo ab utraque parte, in quo ad Cybeles caput adſcribuntur literæ EX A. PU. quæ ſignificant *Ex Argento Publico.* Qualis Inſcriptio quoque in aliis argenteis invenitur denariis poſt caput Romæ galeatum, his literis AR. PUB. id eſt, *Argentum Publicum.* Fabii Buteonis ejusdem pluribus in locis mentionem fecit Livius.

„ Verum ut liquido demonſtremus, iſtum L. Statilium Taurum fuiſſe Triumvirum Monetalem, dicimus, præter frequentes hoſce denarios cum Tauri effigie, ([19]) æreum exiguum valde ejusdem inveniri nummum, in quo ab una parte cernitur cornucopiæ, cum nota S. C. atque hac in circuitu Inſcriptione, TAURUS REGULUS

„ PUL-

(12) Vide hac Tab. Num. 31. 32. 39. & 40.

(13) Exempla, quæ adducit *Ericius*, non confirmant ejus ſententiam, quoniam nummi illi ſub Auguſto non ſunt cuſi, adeoque ad Triumviros Monetales ſub Auguſto non pertinent.

(14) Commune hoc Aciliæ Gentis fuit prænomen, pro quo male *Marcus* ſcribi ſolet. Vide de eo atque de Nummo hoc Comm. noſtrum ad *Andr. Morellii Theſ. Numm. Fam. Rom.* p. 3.

(15) Conf. *Theſ. Morell. Fam. Rom.* p. 415.

(16) Vide Comm. noſtros in *Theſaur. Morellii Famil. Rom.* p. 454

(17) De hoc nummo multa diſſeruimus, haud (ut opinor) negligenda ad *Morellii Theſaurum Famil. Rom.* p. 170.

(18) Vide quæ ad hanc quoque notam diſputavimus ibidem.

(19) Vide *Theſaurum Morellianum Fam. Roman.* in *Fam. Statilia* Num. 11. p. 400.

„ PULCHER. Ab altera parte incus, cudendæ „ monetæ inſtrumentum, adparet, cum his lite- „ ris, A. A. A. F. F. III. VIR. quæ docent mo- „ netæ fuiſſe genus, ſicuti nomina in priori num- „ mi parte poſita, ad tres Triumviros Monetales „ ſpectare deprehenduntur, videlicet ad Lucium „ Statilium Taurum, Lucium Livinejum Regu- „ lum & Claudium Pulchrum, ut ex aliis pariter „ nummis adparet. Cujus rei gratia teſtimonium „ adducimus nummum Julii Cæſaris, in quo à „ parte priore ejus cernitur caput, ab altera vero „ parte Taurus currens, cum epigraphe hac, L. „ LIVINEJUS REGULUS. (20) Quæ expri- „ munt collegas Triumviros Monetales L. Livine- „ jum Regulum, nomine ſuo, L. Statilium Taurum „ vero, Symbolo Tauri. Dicimus itaque, quod, „ ſicuti in antiquis ſub Republica Romana dena- „ riis videmus notas quaſdam, quæ adludant ad „ Familias Triumvirorum vel Conſulum, in quo- „ rum magiſtratu illi denarii cuſi fuerunt; ſic quo- „ que in nummis, qui ſignati ſunt ſub Cæſaribus, „ ſigna & notæ quædam inveniantur, quæ expri- „ munt, atque indicant cognomina iſtorum Tri- „ umvirorum Monetalium, qui iſtis temporibus „ Monetæ curam habuerunt."

Invenitur hic nummus in *Theſauro Schwartzburgico* & in *Muſeo noſtro*. Editus eſt ab *Ænea Vico* inter *Auguſti Argenteos* Num. 29. & à *Sebaſtiano Ericio* p. 184.

NUM. 36.

Capitis nota non additur, ſed à ſuperioribus diſcrepare haud videtur.

IMPerator XII. Taurus corrnupeta.

Exſtat in *Theſauro Verſalienſi.*

NUM. 37.

Neque huic capitis nota adponitur.

IMPerator NERVA CAESar AUGuſtus RESTituit. Taurus cornupeta.

NUM. 38.

Huic quoque capitis nota deeſt.

IMPerator X. Taurus cornupeta.

Invenitur in *Theſauro Schwartzburgico.*

NUM. 39.

Neque hujus nummi additur capitis nota.

Sine Inſcriptione. Taurus gradiens.

Servat hunc *Theſaurus Verſalienſis.*

NUM. 40.

Abeſt & in hoc capitis nota.

IMPerator. Taurus gradiens.

(20) Multiplex in hiſce *Sebaſt. Ericii* deprehenditur error. Errat enim primo, dum Cæſaris Auguſti & Senatus Romani confundit Triumviros Monetales; ex quibus poſteriores æreos tantum ſignarunt nummos; priores, aureos & argenteos; deinde tempora haud diſcernit. Vixit enim ſub Julio Cæſare *L. Livinejus Regulus*, qui, aucto à Cæſare magiſtratuum numero, non Triumvir ſed Quatuorvir Monetalis adpellari debuerat. Verum exſtitit inter Præfectos Urbi, quos creavit Cæſar diſcedens ad bellum in Hiſpania gerendum; prouti demonſtravimus in *Theſauro Morelliano* priore p. 212. Denique collegæ, qui in ærea illa moneta, ſub Auguſto cuſa, memorantur, fuere Triumviri Monetales Senatus, hi ſcilicet, *Statilius Taurus*, *Claudius Pulcher* & *Livinejus Regulus*, prouti ibidem docuimus p. 95. 247. 400.

TABULA XVII,

ADHUC CONTINENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI

ARGENTEA MINORIS MODULI.

Num. 1.

CAESAR DIVI Filius COnSul VI. Caput Octaviani nudum lævam versus, subtus est Capricorni signum, ut Tab. II. Num. 66.

vel

CAESAR COnSul VI. Caput Cæsaris Octaviani nudum, dextram versus, pone est lituus, ut Tab. III. Num. 73.

AEGYPTO CAPTA. Crocodilus lævam versus.

Quo tempore hic nummus signatus fuerit docet adpositus Sextus Augusti Consulatus, videlicet A. V. C. 726. de typo atque interpretatione ejus vide ad similem aureum Tab. IX. Num. 32. p. 192. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico.* Vulgavit nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXII. Num. 1. Exstat quoque apud *Leonardum Augustinum* Tab. III. Num. 15. & inter *Numism. Arschotana* Tab. XII. Num. 16. Sed apud *Sebastianum Ericium* p. 152. eundem inveni typum, qui à parte capitis hanc habuit Inscriptionem, CAESAR DIVI *Filius* COnSul V. qualis depingitur quoque apud *Leonardum Augustinum* Tab. VI. Num. 9. & in *Museo Farnesiano* Tab. Sexta Num. 2. qui nummus adeo anno ante, videlicet V. C. 725. cusus fuit; Atque ad eundem hæc sunt verba *Ericii* : " Nummus argenteus est Augusti sine corona in capite, ætate juvenili, cum hac Inscriptione, CAESAR DIVI F. COS. V. Ab altera parte cernitur Crocodilus cum hac epigraphe, AEGYPTO CAPTA. Romæ signatus fuit in honorem Cæsaris Octaviani, post captam Ægyptum, atque, victis M. Antonio & Cleopatra, in provinciæ formam redactam. Cujus victoriæ meminit *Suetonius* in Vita ejus Cap. XVII. *Nec amplius quàm septem & viginti dies, donec desideria militum ordinarentur Brundusii commoratus, Asiæ, Syriæque circuitu Ægyptum petit : Obsessaque Alexandria, quo Antonius cum Cleopatra confugerat, brevi potitus est.* Aliquanto post narrat Ægyptum à victore Cæsare in provinciæ formam fuisse redactam : *Ægyptum in provinciæ formam redactam, ut feraciorem, habilioremque annonæ urbicæ redderet, fossas omnes, in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate detersit.* Crocodilus in nummo Ægypti est Symbolum, quoniam Nilus ibidem feris ejusmodi abundat. Adorabant quoque, inter alias bestias, Crocodilum Ægyptii, & quidem præ cæteris, eique quandam divinitatem animali inesse credebant, quod lingua careat. Inter Pythagorica quoque Symbola linguæ, quasi divinitatis quædam imitatio, fuit continentia. Vidimus quoque idem Crocodili Symbolum in nummis æreis, præsertim in uno, qui capita Augusti atque Agrippæ, corona rostrata insignita, cervicibus oppositis continet, atque ab altera parte Crocodilum catena arbori Palmæ adligatum exhibet, victoriæ de Ægypto Symbolum. Coronæ rostratæ, qua caput Agrippæ cingitur, testimonium dat *Virgilius* hoc versu *Æneidos* VIII. 684.

„ *Tempora navali fulgent rostrata corona.*"

Num. 2.

CAESAR COnSul. VI. Caput Cæsaris Octaviani, lævam versus, pone est lituus, ut Tab. II. Num. 64.

AEGYPTO CAPTA. Crocodilus conversus versus dextram.

Vulgavit hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXII. Num. 3.

Num. 3.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. III. Num. 71.

ARMENIA CAPTA. Tiara Armeniaca cum duplici pharetra, sagitta & telis onerata.

Elegans nummi est typus, & nummus ipse valde elegans. Spectat acta Caji Cæsaris in Sy-

Syria, ejusque ibidem adventum, quo tempore Ariobarzanem, origine Medum, Parthiæ inposuit, de quo consuli potest *Dio Cassius* Lib LV. p. 555. Τοῦ δὲ Γαΐου σταλέντος ἐς τὸν περὶ Ἀρμενίας πόλεμον, ὁ Τιβέριος ἐς Χίον ἐλθὼν, αὐτὸν ἐθεράπευσεν, ἐταπείνου τε γὰρ ἑαυτὸν καὶ ὑπέπιπτεν οὐχ ὅτι τῷ Γαΐῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ οὖσι. Φραάτου δὲ τοῦ τῶν Πάρθων βασιλέως ἐπιστείλαντος περὶ εἰρήνης τῷ Καίσαρι, καὶ τοῦ Καίσαρος ἀντεπιστείλαντος αὐτῷ Φραάτῃ, ἁπλῶς ἄνευ τῆς τοῦ βασιλέως ἐπικλήσεως, καὶ τῆς Ἀρμενίας ἀποστῆναι προστάξαντος· οὐχ ὅσον ἐκεῖνος οὐ κατέπληξεν, ἀλλὰ καὶ ἀντέγραψέν οἱ τά τε ἄλλα ὑπερηφάνως, καὶ αὐτὸν μὲν, βασιλέα βασιλέων, ἐκεῖνον δὲ, Καίσαρα μόνον ὀνομάσας· ὅμως δ' ὕστερον κατεπλάγη ἐπὶ τῷ τῆς Ἀρμενίας ἀποστῆναι, ἐπειδή τόν τε Γάϊον ἐν τῇ Συρίᾳ παρόντα ἔμαθε, καὶ τὰ οἰκεῖα ταραττόμενα μετ' αὐτοῦ ὑπετόπασε. *Cajo autem ad bellum Armeniacum misso, Tiberius in Chium profectus, ei se submisit: neque Cajo solum, sed omnibus qui cum eo erant. Phraates rex Parthorum quum de pace ad Augustum literas dedisset, isque rescribens, Phraatem tantum nominasset, omisso titulo regis regum, jussisetque Armenia eum cedere: adeo nihil territus est Phrahates, ut rescribens superbè, sibi ipsi regis regum titulo dato, Augustum tantum Cæsaris vocabulo affecerit. Post verò quum Cajum in Syriam advenisse audisset, ac res domi odio sui conturbatas suspicaretur, ea conditione ut Armeniam missam faceret, in gratiam rediit.*

Vulgarunt eundem *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XL. Num. 11. & *P. Pedrusius* in *Museo Farnesiano* inter *Argent. Augusti* Tab. decima, Num. 9. *Carolus Patinus* in *Suetonio* Nummis illustrato p. 81. Depingitur quoque inter *Numismata Argentea Augusti* apud *Æneam Vicum* Num. 86. *Oiselium* & *Oudanum* Tab. XIX. vel XXII. Num. 3. & inter *Arschot.* Tab. X. Num. 4. Servatur in *Thesauro Versaliensi* & in *Museo nostro.*

Num. 4.

Caput Cæsaris Octaviani nudum, lævam versus, sine Inscriptione, ut Tab. III. Num. 77.

CAESAR DIVI Filius ARMENia RECEPta IMPerator VII. Figura virilis Armeniaco habitu vestitus stans, dextra hastam gerit, læva arcui innititur.

Referri pulcherrimus hic nummus debet ad A. V. C. 725. quo Imperator VII. fuit Cæsar Octavianus, & quo sequens quinarius Asiam, receptam docens, cusus fuit: eodem enim tempore una cum Asia Armeniam recepit. Publicavit hunc nummum *Hub. Goltzius* Tab. XL. Num. 4. atque depingitur is inter *Numismata Arschotana* Tab. X. Num. 8. ut & à *Begero* in *Thesauro Brandenburgico* Tom. II. p. 606. Num. 4. *Oiselio* & *Oudano* Tab. XIX. vel XXII. Num. 5. Exstat in *Thesauro* ut puto *Saxon. Elector.* nunc regio Poloniæ, ipse similem n...mum contrectavi in *Museo Marckiano*, qui inde in *Kronenburgianum* transiit.

Num. 5.

CAESAR IMPerator VII. Caput Cæsaris nudum lævam versus, ut Tab. II. Num. 62.

ASIA RECEPTA. Victoria Cistæ Bacchicæ insistens, inter duos angues, Asiæ symbolum.

Nummulum hunc ex professo illustrare conatus fuit *Sebastianus Ericius*, verum longe petita ejus est explicatio, atque in plerisque à scopo aberrat. Verba ejus ex Italo sermone, in Latinam linguam versa, hæc sunt: " Nummulus Augusti „ ex argento parvus caput ejus exhibet ætate ju„ venili cum Inscriptione CAESAR IMP. VII. „ Ab altera parte Victoria cernitur alata, quæ in „ sublimi consistit loco, dextra tenens corollam, „ læva palmam, contortis hinc & inde, qui ad „ latera sese erigunt anguibus, (1) tertioque sub„ tus connexo, atque hac epigraphe, ASIA RE„ CEPTA. Cusus fuit hic nummulus tempore vi„ ctoriæ Asiaticæ sive Ægyptiacæ, quùm Cleopa„ tram atque Antonium devicisset Cæsar Octavia„ nus, per angues enim istos Asiam intelligi qui„ dam volunt. Verum ego potius existimo per „ tres angues, tres Orbis partes debere intelligi, „ Imperio Romano jam omnes subjectas, ex qui„ bus domita primum Europa, deinde Africa & „ tandem Asia fuit, ejusque dominationis Symbo„ lum hunc esse typum, atque eo potissimum „ tempore signatum nummulum. Serpentes enim „ sive angues, præter alias, quas habent signifi„ cationes, terras & regiones designare solent; qui „ quum tres numerò hic occurrant, totidem Or„ bis partes innuunt, videlicet Europam, Africam „ & Asiam. Sed quoniam in hujus nummuli typo „ potius duo quam tres videantur adparere angues, „ (quare nonnulli nos atque doctissimum, quem „ in illa explicatione secuti fumus, Pierium Vale„ rianum, erroris arguunt) dicimus argenteos ali„ quot Augusti nummos in manus nostras per„ venisse, serpentibus insculptos, eosque an„ tiquissimos atque integerrimos, sed vulgaribus „ aliquanto majores, in quibus, quamvis infe„ rior pars tempore læsa videatur, atque à par„ te, quæ in ima ora est, signationem malleo „ non acceperit, perfecte tamen tres agnoscuntur „ Serpentes, non vero duo; videlicet unus & alter, „ qui ad latera victoriæ stantes sese erigunt, ter„ tius, qui inferius versus terram porrigitur, atque „ caput suum ad caudam alterius exserit; caudam „ verò ab altera parte ex adverso ad caput alte„ rius serpentis. Quare existimo per Serpentem „ hieroglyphice provinciam aliquam intelligi si„ ve regionem, atque adeo per tres serpentes tres „ mundi tum cogniti partes, juxta quod ex Ori „ Apollinis hauritur Hieroglyphicis atque exposi„ tione Pierii, ubi de Serpentibus, & quid significent, „ agit, qui eodem modo hunc ibidem nummum „ explicat; quod & in nummis Severi animad„ vertere licet, inque tot aliis Imperatorum Græ„ cis & Latinis, ut recensio eorundem longa fo„ ret. Neque vel temere id doctissimus Pierius ex„ cogitavit, vel ego locutus sum, verum ex anti„ qua Ægyptiorum hieroglyphica Disciplina profe„ ctum

(1) In tertio illo serpente fallitur, quum extremitates caudæ pro serpente sumserit.

„ ctum est. Scribit enim Orus Apollo Niliacus in Libello quem patrio sermone Ægyptio quondam edidit, de ejusmodi signis & literis hieroglyphicis, (qui liber antiquitus à quodam Philippo, Ægyptias literas edocto, Græce versus fuit) Ægyptios olim, quum Regem vel Principem significare vellent, qui universo Orbi vel parti ejus imperaret, serpentis hieroglyphico illud indicasse. (2) Verba Ori Latine ita se habent: *Regem optimum significantes, anguem pingunt ad mundi figuram, cujus extremam caudam ori conjungunt; nomen vero regis in spiræ medio describunt; obscure innuentes, se regem pingere orbi imperitantem, nomen autem anguis est apud Ægyptios,* Μεισὶ. *Aliter regem custodem significantes, anguem quidem pingunt vigilantem, verum pro regis nomine custodem ponunt; hic enim custos est totius mundi. Oportet autem regem præcipue esse vigilantem. Regem mundi domitorem significantes, adhuc anguem pingunt, & in medio ipsius maximam domum. Nec sane absque ratione, regia enim domus, quæ ab eo regitur in mundo est. Regem non totius dominum, verum in parte dominantem significare volentes, dimidiatum serpentem pingunt, per animal regem significantes. Quod vero dimidiatum pinxerint, non totius Imperatorem intelligi dant. Omnium victorem cum volunt significare, adhuc integrum serpentem pingunt. Sic & apud eos spiritus est, qui per universum orbem permeat.* Unde adparet Ægyptios Serpentis nota atque figura denotasse imperium, quod aliquis Rex vel Princeps super Orbem terrrarum vel partem ejus exercet. Quod si igitur per duos Serpentes Asia est intelligenda, quod multi ibi sint Sepentes, quoniam thure & odoribus illa abundat regio, multo magis idem Symbolum Africæ, in qua parte Orbis longe major Serpentum aliorumque animalium venenatorum est numerus, convenit; sic ut inde proverbium natum, *Quid novi adfert Africa?* Quare nos per tres illos Serpentes nummo insculptos, non tam ratione terræ, quæ illas feras producit, sed hieroglyphica, intelligimus tres universi Orbes partes, Europam, Africam atque Asiam; ex quibus Europam jam diu possederant Romani, Africam paullo ante occupaverant, atque novissime Asiam, quo pacto jam universus Orbis Imperio parebat Romano. Nam si duo ex illis Serpentibus Africam atque Asiam denotant, nihil vetat, quominus tertius Serpens de Europa capi queat; quum eo sensu in tot Græcarum urbium atque provinciarum nummis, atque in Romanis etiam quibusdam, eadem significatione, uti alias docui, Serpentes inveniantur. Neque queunt Serpentes, qui plurali numero duo occurrunt, unam solummodo provinciam Asiam significare, sed una plures, adeoque totidem quot sunt numero. Orus enim dicit serpentem, quam Μεισὶ vernacula lingua bestiam adpellant Ægyptii, regem significare atque imperium Orbis vel partis ejusdem, quod non de pluribus simul Serpentibus dicit. Qua occasione plures proferre licet nummos Græcos, qui Serpentis figuram insculptam exhibent, & quidem variis modis. Inter alios ejusmodi nummos Græcos ad manus meas pervenit (3) argenteus Græcus majoris moduli, in quo ab altera parte duo magni adparent Serpentes in altum erecti, quorum caudis inferne alius parvus cernitur inplicitus Serpens. Ad latus majorum Serpentium Clava adparet, cui itidem circumvolvitur Serpens, & hæ adparent literæ Græcæ ΜΟΣ. . . cum nonnullis aliis adbreviatis, quarum sensum expiscari nequeo. Ab altera nummi parte coronam videre licet, ex cujus medio quid quasi tabernaculum exsurgit, quod semiapertum quum sit, ex eodem prodit Serpens. Hunc nummum Epidauri signatum fuisse existimo; Symbolum enim habere videtur Æsculapii, qui Epidauri habitavit, atque in illa urbe consecratus atque divino honore cultus fuit, ubi & Templum ejus & in Templo fuisse simulacrum scribit *Pausanias.* Estque forsitam illud tabernaculum, ex quo prodit Serpens, Symbolum Salutis, prouti hæc omnia Æsculapio adscribere solebat Antiquitas. Quare nummus Epidauriorum esse videtur, qui ut Protectorem suum atque peculiarem Deum colebant Æsculapium. (4) Sed & M. Antonii majoris moduli duo argentei inveniuntur, qui duos Serpentes exhibent ab altera parte. Alterum numisma (utrumque maximi moduli est) caput M. Antonii in Corona exhibet, cum hac Inscriptione, M. ANTONIUS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TER. id est, *M. Antonius Imperator Consul designatus iterum & tertium.* Ab altera parte caput est galeatum sublimi veluti basi inpositum, utrimque ingens erigitur serpens, caudis in inferiore nummi parte connexis, cum hac Inscriptione, III. VIR R. P. C. id est, *Triumvir Reipublicæ Constituendæ.* Alterum numisma jugata exhibet capita M. Antonii & Cleopatræ, atque ab utraque parte priori est similis, nisi quod pro capite galeato sit parva figura, quæ vasculum altera manu tenet, altera hastam, quam Bacchi esse judico. Quæ duo numismata cusa sunt in honorem M. Antonii Triumviri, propter bellum ejus Parthicum atque Armeniacum & reportatas inde victorias, de quibus *Dio Cassius* Lib. XLIX. atque Appianus Alexandrinus consuli possunt. In illis igitur M. Antonii nummis, non una sola Asia per duos designatur Serpentes, sed Armenia per alterum Serpentem, Parthia per alterum, & de utraque victoria Antonii. Ex quo liquido adparet id quod diximus, Serpentem hieroglyphice significare aliquam provinciam sive certam Orbis partem. (5) Comprobant id alii M. Antonii nummi argentei, qui ab una parte exhibent arcum cum pharetra & sagittis, Armeniorum armis. Sunt & Græci ejusdem argumenti, in quibus videlicet Græcis literis Armenia ab Antonio capta scribitur. (6) Quod & docet ille argenteus M. Antonii denarius, qui ab una parte Antonii exhibet caput cum Inscriptione ANTONI. ARMENIA DEVICTA. ab altera caput „ Cleo-

(2) In illis Ori Hieroglyphicis de Serpentis Symbolo quidem agitur, sed ita ut dicatur caudam ore mordere &c. quare non ad quoslibet in nummis occurrentes Serpentes illud trahendum est; sed potius videndum, quid peculiare, respectu Symboli in nummo expressi, illi urbi aut populo fuerit, apud quem cusus sit nummus, prouti Serpentes & sacræ Bacchi cistæ & similia, omnino ad Asiam, & Bacchi ibidem cultum, pertinent; neque ego hieroglyphicas nimis in nummis explicationes amo.

(3) Ex universa hujus nummi descriptione patet fuisse eundem ex genere Cistophororum, qui ab una parte sacram Bacchi cistam cum prorumpente ex eadem angue habuerit, ab altera sacram vannum cum Serpentibus, quorum caudæ inferius ita invicem inplicantur, prouti in omnibus nummis Cistophoris (de quibus consule Indicem ad *Numm. Fam. Rom. Morellii*) exhibentur.

(4) Magis jam cognita hæc Antonii & Cleopatræ sunt Numismata, quam *Ericii* tempore. Vide depicta eadem adcuratius multo atque explicata apud *Morell.* in *Famil. Roman. Fam. Antonia* Tab. II. Num. 1. & 2. p. 21.

(5) Vide ibidem *Fam. Anton.* Tab. VI. Num. 1. p. 27.

(6) Confer ibidem *Fam. Anton.* Tab. II. Num. 6. p. 22.

Cleopatræ toto pectore tenus, cum hac epigraphe, REGINAE REGUM FILIORUM REGUM CLEOPATRAE. Et, quamvis victoria de Parthis atque de Armeniis Auguſto quoque tribui poſſit, ut ex ipſius Auguſti patet denariis, in illo tamen Auguſti nummo, de quo nunc agimus, tres illi Serpentes totidem Orbis terrarum ſignificant partes, Aſiam videlicet, Africam atque Europam ab Auguſto ſubactas. Sed in dictis M. Antonii nummis duo Serpentes totidem provincias ſive regiones, Armeniam & Parthiam denotant, de quibus victoriam retulerat Antonius. Auguſtus vero, repreſſa Parthorum, qui M. Craſſum occiderant, ſuperbia, atque, poſt debellatum Antonium, recepta univerſa Aſia, ſignando nummo huic, cujus Inſcriptio eſt ASIA RECEPTA, occaſionem dedit. Quo palam quoque fit, poſt Europæ atque Africæ dominationem tertiam demum atque ultimam Romanæ potentiæ acceſſiſſe Aſiam. Ut vero clarius adhuc demonſtremus, capta demum Aſia ſignatum fuiſſe nummum, confirmemus ea quæ ſupra dicta ſunt. (7) Dicimus viſum à nobis fuiſſe pulcherrimum nummum Auguſti aureum, qui juxta caput ejusdem hanc præferebat Inſcriptionem, AUGUSTO DIVI F. COS. XI. TR. POT. II. IMP. VIII. Ab altera nummi parte tres erant globi ſive orbes rotundi, figura ſphærica, quibus inſcriptum legebatur, ASI. in uno, EUR. in altero AFR. in tertio; quibus Aſia, Europa atque Africa deſignantur; in circuitu nummi hæc erat Inſcriptio, M. COCCEJUS M. F. NERVA III. VIR. atque ſubtus typum S. P. Q. R. Unde colligo, poſt devictam ſive receptam Aſiam, atque dominium univerſi Orbis Terrarum ita partum, ſignatum fuiſſe nummum illum aureum, qui tres exhibet orbes ſphæricos, atque eodem tempore cuſum fuiſſe hunc argenteum, qui alio typo eundem exhibet ſenſum, ternario videlicet ſerpentum numero. Signavit vero nummum M. Coccejus Nerva Triumvir Monetalis. Dicimus vero iterum, nos in hac hujus nummi explicatione, non temere aliquid adfirmaſſe, ſed quod confirmetur teſtimonio hiſtoriarum & Antiquitatis: Quin & inſuper adfirmamus, Nummorum antiquorum explicationem non eſſe opus cujusvis, ſed difficillimum eruditis quoque opus, quum in iſto potiſſimum ſtudio requiratur profunda eruditio atque exacta cognitio linguarum Græcæ & Latinæ, atque omnis generis literaturæ: Hiſtoriarumque omnium, inprimis vero hieroglyphicæ Ægyptiorum linguæ & doctrinæ. Nam quum illa ab Ægyptiis ad Græcos tranſierint, atque ab illis ad Romanos pervenerint, certo ſtatuere debemus; ubique ad illam veterem ſapientiam in nummis antiquis Imperatorum Romanorum reſpici. Figuræ enim ſymbolicæ natura omnibus Gentibus communes ſunt & ab omnibus receptæ, utpote objectum mentis noſtræ, quod in omni genere hominum vim ſuam exſerit. Quæ res fecit, ut ante inventas literas, unaquæque fere gens per certas figuras ſenſus animi expreſſerit. Illud antiquiſſimis temporibus fecerunt Ægyptii, id (quamvis inventis literis) poſtea quoque fecerunt Romani, unde tot ſymbolicæ in eorundem nummis occurrunt figuræ. Præcipue in eo genere excelluerunt Græci, qui ſolis figuris pulcherrimis res ita nummis ſuis magnifice admodum expreſſerunt. Præter literas illas hieroglyphicas, quas Græci, qui illas ab Ægyptiis acceperunt, vocarunt ἱερογλυφικὰ γράμματα, antiquiſſimis temporibus apud Ægyptios in uſu erant ſacræ literæ; quæ ita vocabantur, quod iisdem myſteria ſacrorum continerentur, eſſentque ſculpturæ ænigmaticæ & ſymbolicæ, quarum maxime antiquiſſimis illis temporibus uſus erat, præſertim vero apud ſacerdotes & theologos Ægyptiorum. Hi enim exiſtimabant, per literas uſitatas (ſicuti apud nos fieri ſolet) palam cuivis divulgari recondita ſacrorum myſteria, ſacrorum eſſe profanationem. Quare per figuras animalium aliarumque rerum (quarum notitiam ſoli habebant ſacerdotes & theologi eorum) ſecreta ſcientiarum ſuarum exprimere ſolebant. Neque enim has ſcripturas niſi doctiſſimi intelligebant, quibus proinde inſignis honos inter populares habebatur. Cognitio hujus ſecreti, maxima ſui parte, una cum regno Ægyptiorum, doctrina eorundem atque ſtudiis, ita penitus nunc intercidit, ut pauciſſima ex illis intelligamus, & vix aliquid myſticæ illius literaturæ à nobis intelligi queat. Neque deſunt Scriptores nobiles, qui (8) exiſtimant ejusmodi ænigmaticam ſcripturam antediluviano tempore inventam fuiſſe, atque à primis mundi habitatoribus, rerum & motuum cœleſtium adſiduis contemplatoribus, ſignatam fuiſſe rerum notitiam in duobus columnis materiæ diverſæ, marmorea altera, altera lateritia, quibus Univerſi hujus myſtica ſecreta comprehenſa fuerint. Et quidem credibile eſt literas illas hieroglyphicas fuiſſe picturas animalium aliarumque rerum, ſub quibus ſapientiſſimi illius ævi homines ſciverint abſcondi ſenſus ſacrorum omnisque diſciplinæ ſublimioris. Ex quibus poſtea hauſiſſe videntur Ægyptii Sacerdotes abſtruſa Naturæ ſecreta, eamque doctrinam per manus traditam poſteris reliquiſſe. Quo ipſo motus Pythagoras, in Ægyptum proficiſci voluit, ut ibi coram ſapientiæ illius ſecreta apud Sacerdotes illos cognoſceret. Atque inde, domum reverſus creditus fuit à Græcis ſuis dictusque humanæ ſapientiæ exſuperaſſe culmen atque cum Diis inmortalibus exercere commercium. Poſt mortem vero Crotoniatæ atque Metapontini; apud quos plurimum verſatus fuerat, ædes Pythagoræ in Templum verterunt, eique divinos honores exhibuerunt. Paria reſpectu diſciplinæ Ægyptiacæ de Moſe, de Platone aliisque Philoſophis apud Scriptores antiquos inveniuntur. Literarum quoque hieroglyphicarum apud plures mentio occurrit. Inter quos Philoſophus Platonicus Plotinus in Enneade ſua ſcriptum reliquit, quod Ægyptii ſacerdotes ad divina deſignanda myſteria non utantur minutis literis & characteribus, ſed integris figuris herbarum, animalium, aliarumque rerum, cujus ſcripturæ hanc rationem atque his verbis reddit idem *Plotinus. Videntur vero mihi ſapientes Ægyptiorum, ſive conſummata quadam ſapientia, ſive naturali etiam mentis inſtinctu, ubi conſtituerunt ſapientiæ myſteria nobis ſignificare, non uſi fuiſſe figuris literarum, ſignificaturis ſermonis diſcurſiones & propoſitiones quasdam, & imitaturis voces pronuntiationesque regularum, ſed potius deſcribentes imagines rerum ſingulas ſingularum, easque depingentes in ſacris, clam rei ipſius diſcurſum ſignifica-*

viſſe;

(7) Confer infra Tab. LIII. Num. 10.

(8) *Sethi* ita dictas Columnas innuit.

„ *viſſe; quod videlicet ſcientia, & ſapientia quædam ſit unaquæque imago, ſive exemplar & ſubjectum illud ſpectaculum totum unà collectum, neque ſit excogitatio quædam neque conſilium: poſtea vero ab ipſa imagine exemplari ſive ſapientia ſimul tota, ſimulachrum in alio quodam fiat jam evolutum, atque loquens in diſcurſione quadam & cauſas, propter quas ita res inſtitutæ ſint, inveniens: dum videlicet diſpoſitio rerum quod ita bene ſe habet, movet admirationem.* Teſtatur quoque *Herodotus*, Ægyptios antiquitus animalia marmoribus inſculpſiſſe, atque duplicis generis literis fuiſſe uſos, aliis quas ſacras, aliis quas vulgares adpellant. Nam & conſtat ex antiquis memoriis, fuiſſe quoque apud Ægyptios, ſicuti apud alias gentes, populare ſcribendi genus literasque vulgares. Eas vero, quas ſacras adpellabant, ſoli Sacerdotes, tradita à majoribus per manus cognitione, intelligebant. Imo Æthiopes quoque, quorum coloni fuerunt Ægyptii, iisdem ſacris figuris utebantur, uti docent nos monumenta ibidem reperta. Sed & de iſto ſcribendi genere hæc leguntur apud *Ammianum Marcellinum* Lib. XVII. *Eſt autem obeliſcus aſperrimus lapis in figuram metæ cujusdam, ſenſim ad proceritatem conſurgens excelſam, utque radium imitetur graciliſcens paulſper. ſpecie quadrata in verticem productus anguſtum, manu levigatus artificis. Formarum autem innumeras notas Hieroglyphicas appellatas, quas ei undique videmus inciſas, initialis ſapientiæ vetus inſignivit autoritas, volucrum enim ferarumque, etiam alieni mundi, genera multa ſculpentes, ad ævi quoque ſequentis ætates Imperatorum vulgatius per venire memoria, promiſſa, vel ſoluta Regum vota monſtrabant. Non enim ut nunc literarum numerus præſtitutus, & facilis exprimit quicquid humana mens concipere poteſt, ita priſci quoque ſcriptitarunt Ægyptii, ſed ſingulæ literæ ſingulis nominibus ſerviebant, & verbis nonnunquam ſignificabant integros ſenſus.* Mentionem earundem quoque faciunt *Strabo*, *Plinius* & *Plutarchus*. Superſunt & qui illud teſtantur Obeliſci Ægyptiaci, figuris hieroglyphicis inſculpti variorum animalium, herbarum, fluminum & arborum, quæ omnia Philoſophiæ Ægyptiacæ teſtes ſunt, atque olim Romæ numero ſex erant. Sed & fidem ejus rei facit *Diodorus Siculus* Bibliothecæ ſuæ Lib. IV. his verbis. *Sed & de Æthiopum literis, quas Ægyptii ſacras vocant, ne quid de priſcis rebus ommittatur, dicendum. Sunt Ægyptiorum literæ variis animantibus extremitatibusque hominum atque inſtrumentis, ſed præcipue artificum perſimiles. Non enim ſyllabarum compoſitione, aut literis, verba eorum exprimuntur, ſed imaginum forma earum ſignificatione uſu memoriæ hominum tradita: ſcribunt quidem accipitrem, crocodilum, ſerpentem, hominis oculum, manus, faciem & cætera ejusmodi.* Inveniuntur & apud *Apulejum* Aſini Aurei Lib. XI. hæc verba: *De opertis Adyti profert quosdam libros literis ignorabilibus prænotatos, partim figuris hujuscemodi animalium concepti ſermonis compendioſa verba ſuggerentes, partim nodoſis, & in modum rotæ tortuoſis, capreolatimque condenſis apicibus à curioſitate profanorum lectione munita.* Ubi notari debet, quod Ægyptium illud ſcribendi genus ab *Apulejo* vocetur *litterarum genus ignorabile*. Apud *Tacitum* quoque Hiſtoriarum Lib. XI. de antiquo illo ſcribendi genere hæc leguntur verba: *Primi per figuras animalium Ægyptii ſenſus mentis effingebant & antiquiſſima monumenta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cer[illegible] & [illegible]tera um ſemet inventores perhibent. Inde Phœnices quia mari præpollebant, intuliſſe Græciæ, gloriamque adeptos tanquam repererint, quæ acceperant &c.* Quæ omnia lucem adfundunt Poëtæ *Lucani* verſibus Pharſaliæ Lib. III. 222.

„ *Nondum flumineas Memphis contexere biblos*
„ *Noverat in ſaxis tantum volucresque feræque,*
„ *Sculptaque ſervabant magicas animalia linguas.*

„ Cernuntur etiamnum in Obeliſcis, qui Romæ reperiuntur, præter variorum animalium figuras, varia genera vaſorum atque inſtrumentorum, quæ Ægyptiis ſacrarum literarum vice inſerviebant, atque myſticum habebant ſenſum. Ex quibus omnibus liquido adparet ea, quæ ad veterum nummorum explicationem à nobis adlata ſunt, non eſſe mera cerebri figmenta atque inanes nænias, ſed hauſta ex ſolidis Antiquitatis remotæ veſtigiis & limpidis fontibus, ex quibus obſcura maxime atque abſtruſa illuſtrare conamur. Sed de his jam plus æque longiores fuimus."

(9) Notus Antiquariis Aſiæ eſt typus, quem hic ſervat quinarius, qui fere in omnium eſt manibus. Cuſus eſt A. V. C. 725: editus à plurimis, in primis ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XL. Num. 5. ab *Ænea Vico* Num. 1. inter *Argent Aug.* Num. ab *Ericio* p. 112. inter *Numiſm. Arſcho an* Tab. X. Num. 12. *Oiſelio* & *Oudano* Tab. XV. Num. 2. & XVIII. Num. 11. & in *Muſeo Farneſiano* Tab. VI. *Argent* Num. Num. 3. Exſtare notat *Morellius* in *Theſauro Schwartzburgico*, ipſi quoque poſſidemus.

Num. 6.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti corona quernea cinctum lævam verſus, ut Tab. IV. Num. 118.

IMPerator XIIII. Auguſtus in ſella curuli, ſubſtructioni inſidens, cui vir barbarico ritu ornatus infantem, faſciis involutum, tradit.

Quæ ad elgantem hujus nummi expoſitionem faciunt quæri debent ſupra p. 234. 235. ad ſimilem aureum Tab. XI. Num. 28. & apud *Jo. Vaillium* in *Annal. Arſacidar.* p. 172. Offert enim Tiridates Auguſto obſidem Phrahatis, quem male cuſtoditum rapuerat, filiolum. Sed apud *Vaillantium* Caput eſt Cæſaris Auguſti, ſine laurea & ſine Inſcriptione, quale occurrit Tab. III. Num. 77 Exſtat hic, quem depinxit *Morellius*, nummus in *Theſauro Regio*, & vidi ſimilem in *Muſeo* quondam *Marckiano*, unde in *Kronenburgianum* tranſiit. Vulgavit in *Muſeo Farneſiano P. Pedruſius* Tab. inter *Argent.* in duodecima, Num. 9. Exſtat & in *Grævii Suetonio* p. 177.

Num.

(9) Adde quæ ſupra dicta ſunt ad Num. 11. Tab. XIII. p. 264.

Num. 7.

IMPeratori CAESARI AUGusto COnSuli XI. TRIBunicia POTestate VI. Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. IV. Num. 199.

CIVIBus & SIGNis MILITaribus A PARThis RECUPERatis. Arcus pulcherrimus triumphalis cum tribus fornicibus, desuper sunt quadrigæ triumphales inter duas imagunculas.

Pulcherrimi hujus typi explicationem pete ex simili aureo supra Tab. XI. Num. 11. ubi vide quæ dicta sunt p. 226. Capitis epigraphen suppeditavit *Sebastianus Ericius* p. 147. Depingitur quoque nummus hic inter *Numismata Arschotana* Tab. XIII. Num 15. & à *Laur. Begero* Tom. II. *Thes. Brandenburgici* p. 609. Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

Num. 8.

Capitis eadem est epigraphe.

CIVIBUS ET SIGNIS MILITaribus A PARTHis RESTITUTis. Idem Arcus & eodem ornatu.

Confer quæ notantur ad similem aureum nummum Tab. XI. Num. 12. p. 227. Edidit aureum idem *Sebast. Ericius* p. 147. atque hoc Commentariolo inlustravit: " Aureus invenitur (ut & „ argenteus) Augusti nummus pulcherrimus atque „ optimi artificis cum hac Inscriptione juxta ca- „ put, IMP. CAESARI AUG. COS. XI. TRI. „ POT. VI. S. P. Q. R. Ab altera parte pul- „ cherrimus est Arcus Triumphalis, cui superinsi- „ stunt quadrigæ Triumphales atque figuræ ab ea- „ rum utraque parte, quæ signa militaria manu „ gestant, atque hac in circuitu Inscriptione, CI- „ VIB. ET SIGN. MILIT. A PART. RECUP. „ id est, *Civibus & signis miltaribus à Parthis recu-* „ *cuperatis.* Etiam hic nummus post victoriam „ de Parthis cusus est, quando videlicet Parthi Si- „ gna militaria Crasso quondam & M. Antonio „ ademta, una cum civibus Romanis, quos ca- „ ptivos tenebant, reddiderunt: Pertinet igitur e- „ jusmodi typus insigniter ad gloriam & honorem „ Augusti. Simillimi denarii sunt in argento, cum „ typo eodem & Inscriptione paullum inmutata, „ CIVIB. ET SIGN. A PARTHIS RESTITU- „ TIS. Sunt insuper alii argentei, inscripti IMP. X. „ TR. POT. V. S. P. Q. R. SIGNIS RECEPT. „ In quibus pariter Arcus Triumphalis cum ejusmo- „ di quadrigis cernitur. Res enim tam gloriosa Au- „ gusto atque Romano nomini, multis atque va- „ riis typis, idem significantibus, celebrata fuit.
„ De captivis vero atque signis militaribus à „ Parthis restitutis, atque arcu tropæophoro, eam „ ob caussam in Augusti honorem erecto, insigne „ exstat testimonium apud *Dionem* Lib. LIV. his „ verbis: *Interim Phraates, quia nihil dum eorum, quæ* „ *pactus fuerat, perfecisset, veritus ne bello ab Au-* „ *gusto impeteretur, signa ei militaria, & captivos* „ *omnes, paucis demptis, qui se ipsos pudore moti in-* „ *teremerant, aut in Parthia occultè remanserant,* „ *misit; eaque Augustus, quasi bello aliquo Parthum* „ *vicisset, accepit. Nam hanc rem magnæ sibi laudi* „ *ducebat, quod præliis prius amissas res, citra ullum* „ *certamen accepisset. Itaque & sacrificia ejus rei* „ *causa, & templum Martis Ultoris in Capitolio ad* „ *imitationem Jovis Feretrii, in quo signa ea militaria* „ *suspenderentur, decerni jussit, ac deinde perfecit:* „ *equo etiam ovans in urbem invectus, ac fornice tro-* „ *phæum gestante honoratus est. &c.*"

Editus hic nummus insignis est à *Car. Patino* in *Suetonio* Nummis illustr. p. 80. ab *Ænea Vico* inter *Arg. Aug.* Num. 62. & invenitur inter *Numism. Arschotan.* Tab. XIII. Num. 16.

Num. 9.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 71.

SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS. Capricornus.

Vide similem aureum supra Tab. XI. Num. 18. & interpretationem ejus p. 229. Edidit hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXVII. Num. 2. Invenitur quoque inter *Numismat. Arschotan.* Tab. XIII. Num. 12. & apud *Oiselium* Tab. XIX. Num. 12.

Num. 10.

AUGUSTus PONtifex MAXimus TRibunicia POTestate XXI. COS. XIII. Pater Patriæ. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. VII. Num. 226.

DE PARTHIS. Tiara Parthica, arcus & pharetra cum sagittis, veluti spolia de Parthis.

Spectat insignis hic nummus ad A. V. C. 752. quo Parthi Armeniam incursarunt, & clade aliqua adfecti sunt. Confer aureum similem supra Tab. XI. Num. 22. p. 230. Vulgarunt hunc nummum *Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXVIII. Num. 20. & in *Fastis* p. 221. *Oiselius* Tab. XX. Num. 5. *Anselmus Solerius* de *Pileo* p. 186. Exstat quoque inter *Numism. Arschotana* Tab. XIII. Num. 20.

Num. 11.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. III. Num. 99. *sed in meo dextram versus, ut ibid. Num.* 100.

Senatus PopulusQue Romanus CLypeum Vovit SIGNIS RECEPTIS. Clypeus votivus inter aquilam legionariam & signum militare.

Parthicum bellum, quo signa Romana, Crasso quondam ademta, metu restituerunt Parthi, glo-

riosum admodum Augusto fuit, unde tot nummi occurrunt hujus fortunæ testes. Vulgarunt nummum *Hub. Goltzius* in *Aug*. Tab. XXXIX. Num. 32. *Sebastian. Ericius* p. 145. ubi hæc ejus additur explicatio: „Argenteus est Augusti denarius, boni artificii, cum hac Inscriptione à parte capitis, CAESAR AUGUSTUS. Ab altera parte cernitur Clypeus, cui hæ literæ insculptæ sunt, CL. V, in circuitu ejusdem Clypei legitur S. P. Q. R. SIGNIS RECEPTIS. Ab utraque parte Clypei Signa sunt Militaria. Cusus fuit nummus tempore belli Parthici sive potius post victoriam eodem bello relatam. Scribit enim *Suetonius*, receptâ ab Augusto Armenia Parthos Cæsari supplices factos atque signa militaria, Crasso olim atque M. Antonio ademta, Romanis reddidisse, atque insuper obsides ad eum misisse. Hinc legitur in hoc nummo, qui in honorem Augusti signatus fuit, Inscriptio hæc, SIGNIS RECEPTIS. Literæ CL. V. quæ in medio Clypei leguntur, significant Clypeum eundem esse votivum." Exstat & inter *Numism. Arschotan*. Tab. XIII. Num. 24. & apud *Sponium in Reeb. Cur. de Antiq.* p. 7. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro*.

NUM. 12.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum lævam versus, ut Tab. III. Num. 96.

Inscriptio & typus aversæ partis similis est præcedenti, nisi quod transponantur signum militare & aquila legionaria.

Vide quæ de horum nummorum explicatione prolata sunt ad similes aureos supra Tab. XI. Num. 16. & 17. p. 228. Posterior hic desumtus est ex *Hub. Goltzio* in *Aug*. Tab. XXXIX. Num. 19. & *Car. Patino* ad *Sueton*. p. 80.

NUM. 13.

AUGUSTUS. COnSul XI. Caput Augusti laureatum lævam versus, ut Tab. VI. Num. 179.

Senatus PopulusQue Romanus SIGNIS RECEPTIS. Arcus Triumphalis cum quadrigis desuper triumphalibus. In peristylio Arcus legitur, IMPerator TRibunicia Potestate V. Ante latera Arcus eriguntur Aquilæ legionariæ.

Notat *Dio* Arcum hunc triumphalem erectum fuisse Augusto A. V. C. 735. quum ex Syria reversus signa militaria à Phraate reddita Romam retulisset. Confer, quæ dicta sunt supra p. 224. ad similem aureum Tab. XI. Num. 5. Editus insignis hic nummus fuit ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XXXVIII. Num. 14. & ab *Ænea Vico* inter *Arg. Aug.* Num. 44.

NUM. 14.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. III. Num. 71.

SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS. In area nummi, sine aliquo ornatu.

Nummum hunc protulit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXVIII. Num. 17. & *Patinus* ad *Suetonium* p. 80.

NUM. 15.

IMPeratori CAESARi AUGusto COnSuli XI. TRIbunicia POTestate VI. Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. VI. Num. 199.

CIVIBUS ET SIGNIS MILITaribus A PARTHIS RESTITutis. In corona quernea.

Goltzius hunc nummum edidit in *August.* Tab. XXXVIII. Num. 19. & in *Fastis* p. 209. atque *Patinus* ad *Suetonium* p. 80.

NUM. 16.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum dextram versus, ut Tab. III. Num. 94. sed in meo lævam versus, ut ibidem. Num. 93.

Senatus PopulusQue Romanus. Templum Martis Ultoris, in quo quatuor conspiciuntur columnæ, in medio quadrigæ quasi aurigante aquila legionaria.

Nota omnia sunt de Templo Martis Ultoris & signis restitutis. Vulgatus est nummus ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XXXIX. Num. 33. ab *Ænea Vico* inter *Argent. August.* Num. 54. & *Justo Rycquio* de *Capitolio* p. 371. Exstat in *Thesauro Schwarzburgico* & in *Museo nostro*.

NUM. 17.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum, in aliis versus lævam, in aliis versus dextram, ut Tab. III. Num. 93. & 94.

Aversa nummi pars præcedenti similis est, nisi quod quatuor columnæ in Templo Martis conspiciantur. Vide similem aureum Tab. XI. Num.

Num 15. & confer, quæ ibi dicta sunt p. 227. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico.* Depingitur ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XXXIX. Num. 31.

Num. 18.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum, in aliis versus lævam, in aliis versus dextram, ut Tab. III. Num. 93. *&* 94.

Senatus PopulusQue Romanus. Quadrigæ triumphales, quibus insistit aquila legionaria.

Vide similem aureum supra Tab. XI. Num. 21. p. 230. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico.* Depingitur ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XXXVIII. Num. 13.

Num. 19.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum dextram versus, ut Tab. III. Num. 94.

Typus aversæ partis similis est præcedenti, sed Inscriptio in illo ponitur sub equorum pedibus, in hoc supra equorum capita. Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

Num. 20. & 25.

CAESAR AUGUSTUS SIGNis RECEPTis. Parthus genuflexus, signum reddit.

MARS ULTOR. Caput Martis Ultoris galeatum.

Confer quæ dicta sunt ab *Oyselio* ad *Thesauri sui* Tab. XL. Num. 5. Edidit hunc nummum *Goltzius* in *Aug* Tab. XXXVII. Num. 1. & *Patinus* ad *Suetonium* p. 80.

Num 21.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum lævam versus, ut Tab. III. Num. 96.

MARtis ULToris. Templum Martis Ultoris rotundum, sex conspiciendum columnis, in medio cernitur aquila legionaria inter signa duo militaria.

Confer quæ dicta sunt ad similem aureum Tab. XI. Num. 20. p 229. Vulgarunt nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXIX. Num. 29. *Æneas Vicus* inter *Arg. Aug.* Num. 51. *Sebastianus Ericius* p. 111. qui hæc addidit pro explicatione: „ In argento parvo nummus invenitur Augusti, „ ætate juvenili, capite laureato, ita inscriptus, „ CAESARI AUGUSTO. Pulcherrimum ab „ altera parte exstat Templum, in quo cernuntur signa aliquot militaria cum hac ad latera epigraphe, MAR. ULT. id est, *Marti Ultori.* „ Romæ signatus iste nummus fuit in honorem „ Augusti, quum ille adhuc exsisteret juvenis, quo „ tempore acie vicit *Brutum* atque *Cassium*, quo„ que tempore Romæ exstructum Marti Ultori „ fuit Templum, eo illi sacratum cognomine, quod „ patris Julii vindicasset cædem. Memoriam rei „ servat nummus, in quo signa hæc militaria con„ spiciuntur. De eo Templo ita scriptum reliquit „ *Suetonius: Ædem Marti, bello Philippensi pro ultio„ ne paterna suscepto, voverat.* Et alibi: *Pu„ blica opera plurima exstruxit; ex quibus præcipua, „ forum cum æde Martis Ultoris, Templum Apollinis „ in Palatio, ædem Tonantis Jovis in Capitolio.* Si„ gna autem illa militaria, quæ in Templo cer„ nuntur ea sunt, quæ à Parthis sunt recuperata „ atque in Templo illo Martis Ultoris suspensa „ fuerunt. De qua re *Dionem*, quem & alias su„ per hac re in partes vocavimus, consule." Exstat inter *Argent. Musei Farnesiani* Tab. XIII. Num. 5. apud *Græv.* Tom. III. *Antiq. Rom.* p. 641. *Car. Patinum* ad *Suetonium* p. 88. & inter *Numism. Arschotan.* Tab. XL. Num. 7. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

Num. 22.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 99.

MARTIS ULTORIS. Templum Martis rotundum & tetrastylum, in quo dei respicientis statua, quæ dextra aquilam legionariam, læva signum militare tenet.

Vulgarunt *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXIX. Num. 26. *Rycq. de Capitolio* p. 371. *Torrentius* ad *Suetonium* ex Edit. *Grævii* p. 163. *Patinus* ad *Suetonium* p. 188. *Græv. Ant. Rom.* Tom. III. p. 641. *Num. Arschotan.* Tab. XII. Num. 23. *Oiselius* Tab. XL. Num. 6. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico.*

Num. 23.

Pars capitis similis videtur esse præcedentibus, licet nulla nota adsit.

MARTi ULTori. Signum Martis Ultoris in Templo rotundo hexastylo, dextra tenens aquilam legionariam, læva signum militare.

Servatur in *Thesauro Versaliensi*, atque jam olim editus fuit à *Sebastiano Ericio*, qui Commentario eundem hujusmodi inlustravit: "Nummus est „ Augusti ex argento, sine corona in capite, æ„ tate in senium vergente, cum hac Inscriptione, „ S. P. Q. R. CAESARI AUGUSTO. A par„ te altera cernitur miles galea armatus, dextra „ manu vexillum militare tenens, læva clavæ „ quoddam genus, in circuitu nummi legitur, I. „ O M SACR. VOT. P. SUSC. PRO SAL. „ ET RED. quas literas ita suppleri debere judi„ co, *Jovi Optimo Maximo Sacrum. Vota Publi„ ca Suscepta Pro Salute & Reditu.* Cusus fuit „ nummus Romæ in honorem Cæsaris Augusti, „ atque

„ atque [10] post reditum ejus ab expeditione aliqua bellica, & quidem, quantum ego judico, [11] post victoriam de *Bruto* atque *Cassio* relatam, de qua ita, in Vita Augusti scilicet, *Suetonius* Cap. XIII. *Inita cum Antonio & Lepido societate, Philippense quoque bellum, quamquam invalidus atque æger, duplici prælio transegit: quorum priore castris exutus vix ad Antonii cornu fuga evaserat: nec successum victoriæ moderatus est: sed capite Bruti Romam misso, ut statuæ Cæsaris submitteretur, in splendidissimum quemque captivum non sine verborum contumelia sæviit. &c.* Et, quoniam redierat Augustus Romam, à bello valde periculoso, salvus & incolumis secundum vota, quæ publice pro salute ejus suscepta fuerant, signatus hic nummus Romæ fuit. Vota vero [12] facere solebant Jovi Optimo Maximo, quando Imperator Romam rediret ex aliqua provincia vel ab aliqua expeditione salvus & incolumis, juxta quod *Suetonius* de Augusto scribit, ubi addit universum populum Romanum fuisse solitum illum advenientem excipere, atque domum suam deducere, læta canentem atque voventem, ut Dii eam Reipublicæ servarent felicitatem. Observatum quoque fuit, in reditu principis de sontibus supplicium non fuisse sumtum. Inscriptio vero illa, quæ circa caput Augusti in multis aureis atque argenteis nummis adponi solet, S. P. Q. R. CAESARI AUGUSTO. satis manifeste ostendit, cusos fuisse hos nummos in singularem honorem & gloriam Principum Romanorum, non vero in monetæ vulgaris usum, prouti in multis aliis aliorum Imperatorum nummis videmus. Quod & alias à nobis pluribus demonstratum est. Invenitur & alius argenteus Augusti nummus, qui in postica parte Coronam habet Civicam, infra quam hæ sunt literæ atque voces dimidiatæ. I. O. M. S. P. Q. R. V. S. PR. S. IMP. CAE. QUOD PER EU. R. P. IN AMP. ATQ. TRAN. S. E. Quæ omnia, ut puto, ita legi atque explicari debent, *Jovi Optimo Maximo Senatus Populusque Romanus, Votis susceptis pro Salute Imperatoris Cæsaris, quod per eum Respublica in ampliore atque tranquilliore statu est.* Qui nummus cusus adparet occasione votorum pro salute Cæsaris factorum. Vota ista, ut & alibi dictum est, facere & suscipere publice solebant Romæ, voventes festos dies & spectacula & sacrificia &c. pro vita Imperatoris atque felici Reipublicæ statu, per annos V. X. XV. XX. ut videlicet Dii Rempublicam &c. tamdiu in eodem statu conservarent. Unde postea Vota illa adpellata fuerunt Quinquennalia, Decennalia &c. Solebant autem quoque Romæ Vota facere Consules & Proconsules, quum solemniter Urbe exirent, profecturi in Provincias, voventes Diis in Capitolio, Ludos, vel Templa, vel alia dona, si salvi cum victoria redirent. Ad quam consuetudinem respicit *Titus Livius* Lib. II. Quintæ Decadis, his verbis: *Eo die decrevit Senatus, C. Popillus Cos. Ludos per Dies decem Jovi Opt. Max. voveret, donaque circa omnia pulvinaria dari, si respublica decem annos in eo statu fuisset. Ita ut censuerant in Capitolio, vovit Cos. ludos fieri, donariaque dari, quanta ex pecunia decrevisset Senatus, quum centum & quinquaginta non minus adessent. Præeunte verba Lepido Pontifice Maximo, id votum susceptum.* Et insuper Lib. I. ejusdem *Decadis*, hoc modo: *Nam cum concione advocata fugam è castris A. Manlii adversis auribus militum, quippe qui primi ipsi fugissent, jactasset, ingessissetque probra M. Junio, quod se dedecoris socium collegæ fecisset, ad extremum utrumque decedere provincia jussit. Quod cum milites Consulis Imperio dicto audientes futuros sese dicerent, quum is more majorum secundùm vota in Capitolio nuncupata, lictoribus paludatis profectus ab urbe esset.* Sic & ibidem: *Consules etiam votis in Capitolio nuncupatis, in provincias profecti sunt.* *Suetonius* quoque in vita Augusti de iisdem Votis mentionem facit Cap. XCVII. *Quo animadverso, vota quæ in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare jussit: nam se, quamquam conscriptis paratisque tabulis, negavit suscepturum, quæ non esset soluturus.* Idem in Vita Neronis Cap. XLVI. *Votorum nuncupatione magna jam ordinum frequentia vix repertæ Capitolii claves &c.* Et pòst in *Tiberio* Cap. XXXVIII. *Ad extremum vota pro itu & reditu suo suscipi passus.* Hinc insuper apud *Plinium* legimus: *Nuncupare vota, & pro æternitate Imperii, & pro salute Principum, imò pro salute Principum, ac propter illos pro æternitate Imperii solebamus. &c.* Eoque sensu intelligendi sunt hi versus apud *Horatium*:

„ *Voto prosequitur Cæsarem,*
„ *Profectionem parantem in ultimos*
„ *Britannos &c.*

„ Et hinc videmus quomodo soliti fuerint Romani concipere aut persolvere vota, pro æternitate Imperii, salute Principis atque Reipublicæ, & quomodo alii Magistratus, ut Consules, Proconsules &c. facere eadem vota fuerint soliti. Egregie quoque demonstrat *Dio* Lib. LIII. quomodo statis temporibus Votorum, sacrorumque dierum festivitas, tempore Augusti inchoati fuerint, atque deinceps sub reliquis atque insecutis eundem Imperatoribus perseveraverint. Ubi de absoluta potestate, quam sibi callide in Republica Romana adrogavit Cæsar Augustus, ita scribit: *Hæc omnia eo ferè tempore ita sunt instituta. Ac re ipsa Cæsar unus in omnibus rebus plenum erat imperium habiturus, cum & pecuniam (nam etsi suas ab ærario separatim habebat, tamen his quoque suo arbitrio utebatur) & milites in sua haberet potestate. Ei cùm primum decennium exivisset, aliud quinquennium, atque eo circumacto rursum aliud quinquennium, post decennium, ac eo finito aliud iterum decretum est, ita ut continuatis decenniis per totam vitam summam Imperii obtinuerit. Quam ob causam posteriores quoque Imperatores, etsi non ad certum tempus, sed per omne vitæ spatium iis Imperium deferatur, tamen singulis decenniis festum pro ejus renovatione agunt, quod hodie etiam fit. &c.* Quibus demonstrat *Dio*, fuisse eo tempore summum in Republica Imperium Augusto commissum, quod ille per quinque vel decem annos adsumserit, atque deinceps iterum per totidem continuaverit annos, quibus quinquenniis elapsis Vota Diis solvebantur atque festi peragebantur dies. Quæ deinceps sub aliis Imperatoribus adpellata fuerunt Vota Quinquennalia & Decennalia. De ejusmodi Votis, sed quæ quotannis conciperentur,

(10) Tunc non scribuntur *suscepta Vota*, sed *soluta*.
(11) Atqui tunc nondum Augusti cognomen adsumserat Cæsar Octavianus.

(12) Debuit dicere *solvere*; pro absente enim suscipiebantur, pro reduce & præsente solvebantur.

„ tur, agit idem *Dio* Lib. XLIV. ubi de Julio Cæsare loquitur. Verba *Dionis* hæc sunt: *Hæc Antonio perorante, populus irritatus primò est, deinde ira commotus, tandem ita exarsit, ut percussores Cæsaris quæsitum irent, Senatoresque etiam reliquos incusarent, quòd passi essent eum virum interfici, pro quo uti quotannis publice vota conciperentur decreverant perque cujus valetudinem, fortunamque jurabant, quem juxta Tribunis inviolabilem esse jusserant &c.*

„ Quoniam vero in Votorum ejusmodi incidimus mentionem, locis Scriptorum supra adductis adjicere lubet Inscriptiones aliquot antiquas, in Germania repertas, in quibus fit mentio Votorum factorum pro salute Imperatorum.

I. O. M.
PRO SALUTE IMP. L.
SEPTIMII SEVERI PII
PERTINACIS AUG. ARABICI ADIABENICI PARTHICI MAXIMI ET IMP. M.
AURELII ANTONINI AUG.
ET. L. QUIRINALIS MAXIMUS TRIB. MILIT. LEG.
X. GERM. P. F. V. S. L. L. M.

„ Testatur idem alia Inscriptio antiqua in marmore,

PRO SALUTE
ET VICTORIA
IMP. CAES. LUCI SEPTIMII SEVERI PERTINACIS AUG. DOMINI INDULGENTISS. JUNIANUS LIB. ADJUT. TABUL. P. P.
SV. EX. VOTO.

„ Similiter in aliis Marmoribus invenitur mentio Votorum factorum variis Diis, ita in Transilvania hæc reperta fuit Inscriptio,

JOVI STATORI Q. A-
BURNUS
CAEDICLANUS LEG.
AUG.

J. O. M.
CAETERIS Q.
DIIS. CONTIBUS
M. OPPELLIUS
ADJUTOR II VIR
COL.

„ Junoni Reginæ in Alba Julia.

I. O. M. ET JUNONI REGIN PRO SALUTE M. AUR. ANTONINI PII AUG.
MATRIS AUG. M. VIP. MUCIANUS
LEG. XIII. GEM. HOROLOGIO ℞.
TEMPLUM A SOLO DE SUO
EX VOTO FECIT FALCONE
ET CIRRO COS.

„ Ut & in aliis Germaniæ locis, in quibus varia antiqua reperiuntur Monumenta, atque etiam hæ Inscriptiones,

DEO HERCULI PRO SALUTE IMP.
DIVI TRAJANI AUG. ET MARCIANAE SORORIS AUG. COLONIA
DACICA SARMIZ.

JOVI CUSTODI QUIRINO SALVATORI PRO SALUTE CAES.
NERVAE TRAJAN. AUG. COL.
SARMIZ.

JOVI STATORI HERCULI VICTORI M.
ULP. NERVA TRAJANUS CAESAR
VICTO DECEBALO DOMITA DACIA VOTUM SOLVIT.

„ Leguntur quoque alia Vota facta Deæ Isidi,

DEAE ISIDI PRISCIAN. AUG.
COL. SARMIZ. METRO. ET AURELIA FORTUNATA LIBERTA.

„ Deæ Nemesi,

DEAE NEMESI SIVE FORTUNAE
PISTORIUS V. C. LEG. XIII. G. GORD.

„ Dianæ quoque,

DIANAE SACR. PRO SALUT. A.
TAPETI ANTONINI TENAX
V. S. L. L. M.

„ In quibus cunctis Inscriptionibus Antiquis agnoscuntur Vota pro Salute Imperatorum facta ab urbibus & populis, atque etiam alia magis peculiaria, quæ Rempublicam non tangunt, sed pro eorum salute facta sunt, qui easdem Inscriptiones certis Diis posuerunt. Et hinc in Antiquis Memoriis & Marmoribus leguntur VOTA SUSCEPTA & VOTA SOLUTA. Ad quam consuetudinem spectat Numisma, quod spectavi, Imperatoris L. Aurelii Commodi, in quo ab altera parte plures cernebantur Figuræ sacra facientes, aderat ara atque parata victima, cum hac Inscriptione in circuitu nummi. VOTA SOLU. PRO SALUTE REIP. id est; *Vota Soluta Pro Salute Reipublicæ.*"

Num. 24.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum dextram versus, ut Tab. III. Num. 94.

vel

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. III. Num. 99.

MARti ULTori. Templum idem cum statua Martis Ultoris simili, sed Inscriptio, quæ in præcedenti nummo sub templo ponitur, in hoc ad latera collocatur.

Vulgarunt nummum, qui in *Thesauro Schwartzburgico* & *Museo nostro* exstat, *Hub Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXIX. Num. 35. *Æneas Vicus* inter *Argent. Aug.* Num 49. & *P. Pedrusius* ex *Museo Farnesiano* inter *Argent. Cæsaris Augusti.* Ubi similis alter occurrit nummus qui Inscriptionem integram MARTIS ULTORIS habet per longum ad latera templi.

Num. 26. & 27.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. III. Num. 99.

SIGNIS RECEPTIS. Mars Ultor, respiciens, dextra aquilam legionariam, læva signum militare tenet. In altero Inscriptio ponitur ad latera, in altero ad summam & imam oram.

Confer similem inter aureos Tab. XI. Num. 13. p. 227. Exstat primus in *Thesauro Schwartzburgico*, depingitur quoque ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XXXIX. Num. 25. ab *Ænea Vico* inter *Argent. August* Num. 22. *Car. Patino* ad *Suetonium* p. 80. inter *Numism. Arschotan.* Tab. XIII. Num. 23. in *Museo Farnesiano* Tab. XI. Num. 1. Secundum vulgarunt *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXIX. Num. 27. & *Æneas Vicus* inter *Argent. Aug.* Num. 23.

Num. 28.

Senatus PopulusQue Romanus CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. III. Num. 91.

QUOD VIAE MUNitæ SUNT. Arcus triumphalis, cum duabus fornicibus, exstantibus ad latera navium rostris, desuper quadrigæ sunt triumphales, quibus insistens Augustus à retro stante Victoria coronatur. Ipse arcus ponti multis fornicibus instructo imponitur.

Renovat perinsignis hic denarius memoriam magnificentiæ & munificentiæ Augusti in publicum. Quum enim is viam Roma Arimino tenus stravisset suis sumtibus, in ponte Ariminensi Tiberi inposito ejusmodi Arcus Augusto erectus fuit. Exornatur Arcus spoliis bellicis, rostris scilicet navium, quia victoriæ Augusti, sine dubio, eidem inscriptæ fuerunt, unde & tropæa exhibentur in sequenti nummo. Pro quadrigis triumphalibus currus à duobus elephantis tractus depingi cernas inter *Numism. Arschot.* Tab. XII. Num. 22. forsan minus recte; Nummus, ut à *Morellio* depingitur, sic quoque editus fuit ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XLVI. Num. 24. ab *Ænea Vico* inter *Num. Aug.* Argentea Num. 50. Tom. IV. *Thesaur. Antiq. Rom. Grævii* p. 920. & à *P. Pedrusio* in *Museo Farnesiano*, & denique jam olim à *Sebastiano Ericio* p. 150. cujus ad inlustrationem nummi hæc sunt verba: " Invenitur quoque denarius Augu-„ sti argenteus, in quo sine corona caput Augusti „ cernitur, ætate juvenili, cum iisdem literis „ S. P. Q. R. CAESARI AUGUSTO. Ab al-„ tera parte pulcherrimum atque alte exstructum „ cernitur ædificium, in cujus summo quadrigæ „ sunt triumphales, quibus insistunt duæ figuræ, „ altera triumphantis, altera, ut reor, Victoriæ, „ quæ post triumphantem stat, illumque coronat. „ In circuitu hæc legitur Inscriptio, QUOD „ VIAE MUN. SUNT. id est, *quod viæ munitæ* „ *sunt.* Cusus hic nummus est Romæ eo tempore „ quo & alii ejus generis, quos jam inlustravimus, „ signati sunt, in honorem videlicet Augusti, at-„ que memoriam viarum refectarum. Quoniam „ vero, sicuti ad alios ejus generis nummos dictum „ est, Augustus illam curam triumphalibus viris „ commendaverat, cernimus in postica hujus num-„ mi parte Quadrigas Triumphales superbo inpo-„ sitas ædificio, ad demonstrandum à Triumpha-„ libus Viris peractum bono publico fuisse illud o-„ pus, cujus mentio in Inscriptione nummi fit. „ Unde adparet quam solliciti fuerint Veteres, ut „ res memorabiles suo tempore gestas, atque Rei-„ publicæ & civibus decoras, memoriæ posteris, „ in moneta quoque sua, traderent.„ Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

Num. 29.

Epigraphe & caput, ut supra.

QUOD VIAE MUNitæ SUNT. In medio duorum Arcuum, singulis insistit statua equestris juxta tropæum.

Quemadmodum præcedens nummus Arcus in ponte Ariminensi exstructi servat memoriam, ita in hoc nummo duo arcus itidem Augusto, sed alibi, ut videtur, erecti, occurrunt; neque enim solam Flaminiam, sed & alias suis sumtibus stravit, de quibus, ad horum nummorum intellectum præclare *Dio Cassius* ita scribit Lib. LIII. p. 511. Λέξω δὲ καὶ καθ' ἕκαστον ὅσα ἀναγκαῖόν ἐστι μετὰ τῶν ὑπάτων ὑφ' ὧν ἐγένετο μνημονεύεσθαι· ἐν μὲν γὰρ τῷ προειρημένῳ ἔτει, τὰς ὁδοὺς τὰς ἔξω τοῦ τείχους δυσπορεύτους ὑπ' ἀμελείας ὁρῶν οὔσας, τὰς μὲν ἄλλας ἄλλοις τισὶ τῶν βουλευτῶν ἐπισκευάσαι τοῖς οἰκείοις τέλεσι προσέταξε· τῆς δὲ δὴ Φλαμινίας αὐτὸς, ἐπειδήπερ ἐκστρατεύσειν δι' αὐτῆς ἔμελλεν, ἐπεμελήθη· καὶ ἡ μὲν εὐθὺς τότε ἐγένετο, καὶ διὰ τοῦτο καὶ εἰκόνες αὐτῷ ἐπ' ἁψίδων ἔν τε τῇ τοῦ Τιβέριδος γεφύρᾳ καὶ ἐν Ἀριμίνῳ ἐποιήθησαν· αἱ δ' ἄλλαι ὕστερον, εἴτ' οὖν πρὸς τοῦ δημοσίου (ἐπειδὴ μηδεὶς τῶν βουλευτῶν ἡδέως ἀνήλισκεν) εἴτε καὶ πρὸς τοῦ Αὐγούστου τις εἰπεῖν ἐθέλει, ἐπεσκευάσθησαν. οὐ γὰρ δύναμαι διακρῖναι τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν. *Nunc singula, quæ necessaria relatu videbuntur, ordine prosequar, cum Consulibus, sub quibus acta sunt. Anno eo, quem supra demonstravimus, quum videret Augustus vias extra urbem, aliquandiu neglectas, difficilia itinera exhibere, reliquas patrum quibusdam propriis sumtibus reficiendas mandavit: Flaminiam, quoniam ea ducturus erat exercitum, ipse procuravit: estque ea statim instaurata, ac ob id statuæ Augusti sunt supra aras in ponte Tiberis & Armini positæ. Reliquæ viæ posteriori tempore refectæ, sive publicis, (neque enim senatores libenter sumtus faciebant) sive ipsius Augusti sumtibus hoc factum quis dicere velit: neque enim inter hujus & publicum ærarium quid interfuerit, satis video.* & *Suetonius* in *Augusto* Cap. XXX. *Quo autem facilius urbs undique adiretur, desumta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit.* Edidit primus hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLVI. Num. 15. ut & in *Fastis* p. 204. ubi nimis ingeniose pontem iisdem arcubus instruere videtur, quibus ornatus in præcedente nummo visitur, nisi forte talem nummum nactus fuerit. Cum *Morellii* pictura convenit *Jacob. Oiselius* Tab. CVIII. Num. 11. *Fam. Nardinus* Tom. IV. *Antiq. Rom. Grævii* p. 920. estque similis *Sebastiani Ericii* p. 149. cujus ad inlustrationem typi hæc sunt verba: „ Num-

„ Nummus eſt Auguſti argenteus, qui caput ejus „ præfert, ætate juvenili, ſine corona, cum hac „ Inſcriptione, S. P. Q. R. CAESARI AUGU- „ STO. Ab altera nummi parte duæ Statuæ ſunt „ Equeſtres in ſubſtructionibus fornicatis, cum „ tropæis ad latera erectis, atque hac intus In- „ ſcriptione, QUOD VIAE MUN. SUNT. id „ eſt: *Quod viæ munitæ ſunt.* Signatus fuit hic „ nummus à Senatu & Populo Romano in ho- „ norem Cæſaris Auguſti, inque memoriam via- „ rum publicarum, quæ temporibus ejus Romæ „ munitæ & verſus urbem tendentes refectæ ſunt. „ De hac re ita meminit *Suetonius* in Vita ejus „ Cap. XXX. *Quo autem facilius undique Urbs adi-* „ *retur, deſumpta ſibi Flaminia via Arimino tenus* „ *munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali* „ *pecunia ſternendas diſtribuit.* Ex quibus *Suetonii* „ verbis diſcimus Auguſtum in ſe recepiſſe munitio- „ nem viæ Flaminiæ à Roma Ariminum usque. „ Deinde quod curam reficiendarum reliquarum „ diviſerit inter viros triumphales ex pecunia ma- „ nubiali, ut ita Urbs ab omni parte facilius ad- „ iri ſingulari Reipublicæ commodo poſſet: Docet „ id quoque poſtica nummi pars, in qua viſuntur „ Statuæ Equeſtres & Tropæa, victoriæ ex hoſti- „ bus partæ teſtimonia, ex quarum victoriarum „ præda voluit Auguſtus ut qui triumphaverant, „ vias publicas reficerent: Copioſe ea de re ſcri- „ pſit *Dio*, cujus hæc ſunt verba Lib. LIII. *An-* „ *no eo, quem ſupra demonſtravimus, cum videret* „ *Auguſtus vias extra Urbem aliquandiu neglectas dif-* „ *ficilia itinera exhibere, reliquas patrum quibusdam* „ *propriis ſumptibus reficiendas mandavit. Flami-* „ *niam, quoniam ea ducturus erat exercitum, ipſe* „ *procuravit; eſtque ea ſtatim inſtaurata; ac ob id* „ *ſtatuæ Auguſti ſunt ſupra aras in ponte Tiberis &* „ *Arimini poſitæ. Reliquæ viæ poſteriori tempore re-* „ *fectæ, ſive publicis, (neque enim Senatores libenter* „ *ſumptus faciebant) ſive ipſius Auguſti ſumptibus hoc* „ *factum quis dicere velit. &c.*" Servatur in *Theſau-* *ro Schwartzburgico.*

NUM. 30.

AUGUSTUS TRibunicia POTeſtate VII. Caput Auguſti laureatum lævam verſus, ut Tab. VI. Num. 200.

Cippus cum hac Inſcriptione, Senatus Populus-Que Romanus IMPeratori CAESari QUOD Viæ Munitæ Sunt EX EA Pecunia Quam IS AD Aerarium DEtulit.

Factum hoc fuit A. V. C. 738. & ſequenti, quibus tribuniciam poteſtatem ſeptimum atque octavum geſſit Cæſar Auguſtus, ut patet ex ſimilibus nummis, qui cuſi ſunt Triumviris Monetalibus *L. Vinicio & Cn. Cinna Magno*, de quibus vide Commentarium noſtrum ad *Familiarum* Opus *Andr. Morellii* in *Famil. Vinicia & Cornelia*, p. 450. & 549. Vulgarunt hunc nummum *Goltzius* in *Aug.* Tab. XLVI. Num. 23. & *Jac. Oiſelius* Tab. CIX. *Numiſm.* & exſtat inter *Numiſm. Arſchotana* Tab. X. Num. 24.

NUM. 31.

Senatus PopulusQue Romanus IMPeratori CAESARI. Caput Cæſaris Auguſti nudum lævam verſus, ut Tab. II. Num. 47.

VOTA Publice SUSCepta PRO SALute ET REDitu Jovi Optimo Maximo SACRum. Mars nudus galea tectus, ſtans & reſpiciens, dextra vexillum tenet, læva parazonium.

Vota hæc ſuſcepta ſunt publice, quum Auguſtus Tarracone ægrotaret A. V. C. 729. ſoluta ſunt anno 730. Vide ſimilem inter aureos Tab. X. Num. 36. Vulgavit hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLVII. Num. 1. & *Laur. Begerus* in *Theſaur. Brandenb.* Tom. II. p. 609. Exſtat & inter *Numiſm. Arſchotan.* Tab. X. Num. 14. Servatur in *Theſauro Verſalienſi.*

NUM. 32.

Senatus PopulusQue Romanus CAESARI AUGUSTO. Caput Auguſti nudum lævam verſus, ut Tab. III. Num. 91.

VOTA SUSCepta PRO SALute ET REDitu Jovi Optimo Maximo SACRum. Martis eadem, quæ in nummo præcedente occurrit, figura; ſed literæ quæ ibi in area exſtant, hic ponuntur in nummi ambitu.

Confer ſimilem aureum ſupra Tab. X. Num. 37. Editus eſt nummus ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XLVII. Num. 3. Servatur in *Theſauro Schwartzburgico.*

NUM. 33.

Senatus PopulusQue Romanus CAESARI AUGUSTO. Caput Auguſti nudum lævam verſus.

Typus & inſcriptio ſimilis eſt nummo præcedenti, ſed directa verſus dextram Martis eſt facies, non vero retroſpicit.

Depingitur hic nummus inter *Numiſm. Arſchot.* Tab. X. Num. 16. apud *Jac. Oiſel.* Tab. XXXIX. Num 6. *Car. Patinum* ad *Suetonium* p. 82. *Laur. Begerum* Tom. II. *Theſ. Brandenburg.* p. 609. Num. 5. & edidit illum olim *Sebaſt. Ericius* p. 154. & *Æneas Vicus* inter *Arg. Aug. Num.* Num. 34. Servatur in *Theſauro Schwartzburgico* & in *Muſeo noſtro.*

Parvum ex ære huic argenteo ſimillimum (qualem in noſtro quoque ſervamus *Muſeo*) edidit *Carolus Patinus* in Lib. de Nummis Imp. p. 28. In eo legitur VOT. P. SUSC. id eſt VOTa *Publice* SUS-

SUS*Cepta* &c. inserta litera P. quæ in argenteis hisce non additur. Ad nummi ejus illustrationem ita scripsit ibidem Patinus: " Solebant vota suscipere pro salute, &, si forte abessent, pro reditu Imperatorum; de iis ita Plinius Trajano: *Solemnia vota pro incolumitate tua (qua publica salus continetur) & suscepimus, Domine, pariterque & solvimus, precati* Deos *ut velint ea semper solvi, semperque signari.* Unde *Suetonius* in *Augusto* Cap. XCVII. *Cum lustrum in campo Martio conderet, aquila eum sæpius circumvolavit, transgressaque ad vicinam ædem super nomen Agrippæ ad primam litteram sedit, quo animadverso, vota, quæ in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare jussit. Nam se, quamquam scriptis paratisque tabulis, negavit suscepturum, quæ non esset soluturus:* Nam hoc augurio mortem sibi instare cognoverat. Cum autem sæpe & diu ab Urbe abfuerit Augustus, non ita est facile conjicere, quem reditum hæc vota spectent, nisi fortasse eum intelligamus in quem anno V. C. DCCXLI. Senatui visum est in ipsamet curia aram ob Augusti reditum ponere, quod recusavit. Ἔδοξε βωμὸν ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ ὑπὲρ τῆς τοῦ Αὐγούστου ἐπανόδου ποιήσασθαι. Redibat autem rebus Gallicis & Germanicis & Hispanicis confectis, ut est apud Dionem Lib. LIV. aut, quod magis placet, rebus in Græcia peractis. *Dio* Lib. LIII. *Cum enim exinde Augustus iu Syriam pervenisset, Phraates quia nihil dum eorum quæ pactus fuerat, præstitisset, veritus ne bello ab Augusto impeteretur, signa ei militaria & captivos omnes misit, eaque Augustus quasi bello aliquo Parthum vicisset, accepit; Nam hanc rem magnæ sibi laudi ducebat, &c.*"

Num. 34.

AUGUSTus PONtifex MAXimus TRibunicia POTestate XXX. COnSul XIII. IMPerator XV. Pater Patriæ. Caput Augusti nudum versus dextram, ut Tab. VII. Num. 231.

VOTa Publice Suscepta PRO SALute ET REDitu Jovi Optimo Maximo SACRum. In corona civica.

Quum A. V. C. 750. Ariminum excurreret Cæsar Augustus, in ejus ab Urbe exitu Vota nuncupata sunt, atque in reditu oblata sacrificia. Rem narrat & rationem simul reddit *Dio* in extremo Lib. LV. p. 571. Πρὸς μέν τοι τὰς τῶν πολέμων διαχειρίσεις οὕτως ἔῤῥωτο, ὥσθ᾽ ἵν᾽ ἐγγύθεν καὶ ἐπὶ τοῖς Δαλμάταις καὶ ἐπὶ τοῖς Παννονίοις πᾶν ὅ, τι χρὴ συμβουλεύειν ἔχῃ, πρὸς Ἀρίμινον ἐξώρμησε· καὶ ἐπί τε τῇ ἐξόδῳ αὐτοῦ εὐχαὶ ἐγένοντο, καὶ ἐπὶ τῇ ἐπανόδῳ αἱ θυσίαι, ὥσπερ ἐκ πολεμίας τινὸς ἀνακομισθέντος, ἐτελέσθησαν· ταῦτα μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπεπράχθη. *Ad bellorum verò administrationem ita intentus fuit, ut quo propius quæ in Pannonia ac Dalmatia gerenda essent subinde monere posset, Ariminum se contulerit; in ejus ab urbe exitu vota nuncupata, ac redeunte sacrificatum, tanquam si ex hostico rediisset.* Edidit nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLVII. Num. IV. & in *Fastis* p. 227. *Car. Patinus* ad *Suetonium* p. 82.

Num. 35.

Sine Epigraphe. Caput Augusti civica corona redimitum, versus dextram, ut Tab. III. Num. 82.

Verba *Sebastiani Ericii* p. 163. super hujus nummi typo hæc sunt: " Nummus Augusti est argenteus, optimi artificis, in quo caput ejus exhibetur sine Inscriptione aliqua. Ab altera parte Ara cernitur cum hac Inscriptione, FORT. RED. CAES. S. P. Q. R. id est, *Fortunæ Reduci Cæsaris Augusti Senatus Populusque Romanus.* Romæ signatus fuit nummus in honorem Augusti, postquam domum rediisset ab aliqua expeditione vel provincia. Ea enim occasione semper (ut & alias diximus) Vota suscepta atque soluta sunt pro salute & felici adventu Principis. Meminit *Suetonius Tranquillus* in *Vita Aug.* Cap. LVII. *Revertentem ex provincia non solum faustis ominibus, sed & modulatis carminibus prosequebantur. Observatum etiam est, ne quoties introiret urbem, supplicium de quoquam sumeretur.* Ara quæ ab altera parte nummi est, ejusque Inscriptio, ostendunt Senatum Populumque Romanum Vota fecisse Fortunæ Reduci pro salute & felici reditu Cæsaris Augusti. Cujus Aræ ejusque reditus plenam & luculentam notitiam nobis subministrat *Dio* Lib. LIV. *Ob reditum ejus, ac propter ea quæ absens egisset, multa ac varia in honorem ejus decreta sunt: quorum ille nihil accepit, nisi quòd Fortunæ Reduci aram consecrari, diemque sui reditus inter ferias referri, & Augustalia dici passus est. Cum nihilominus magistratus populusque in hoc essent, ut obviam ipsi prodirent, noctu in urbem invectus est: postridie Tiberio Prætorios honores dedit &c.* Ara igitur, quam in aversa hujus nummi parte conspicimus, ea ipsa est, quam descriptam habemus à *Dione*, quamque Fortunæ sacravit Populus Romanus post reditum Augusti A. V. C. 735."

Quæ ad hujus nummi explicationem dici possunt occupata jam sunt ad similem aureum Tab. XI. Num. 1. supra p. 221. Editus hic nummus est ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XLVII. Num. 7. ab *Sebast. Ericio* p. 163. *Ænea Vico*, Num. 19. *Jacob. Oiselio* Tab. LIII. Num. 9. inter *Arschot. Numism.* Tab. X. Num. 15. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

Num. 36.

Sine Inscriptione. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. III. Num. 77. vel corona civica ornatum versus dextram, ut Tab. III. Num. 82.

JOVI VOTis SUSceptis PRO SALute CAESaris AUGusti Senatus PopulusQue Romanus. In corona civica.

Confer quæ dicta sunt supra p. 220. ad similem aureum Tab. X. Num. 39. Edidit hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLVII. Num. 6. & exstat quoque inter *Num. Arschot.* Tab. XII. Num. 21. atque inter *Argent. Aug.* ex *Museo Farnesiano*

nesiano Tab. X. Num. 6. Servatur in *Thesauro Versaliensi.*

Num. 37.

Sine Inscriptione. Caput Augusti nudum dextram versus, ut Tab. III. Num. 78.

Jovi Optimo Maximo Senatus PopulusQue Romanus Votum Solvit Pro Salute IMPeratoris QUOD PER EUm Res Publica IN AMPliore ATQue TRANquilliore Statu Est.

Vide quæ dicta sunt supra ad similem nummum aureum p. 220. Tab. X. Num. 40. Vulgatus est ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XLVII. Num. 2. & inter *Numism. Arschotana* Tab. XIV. Num. 18. In *Suetonio Patini* p. 82.

Num. 38.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. III. Num. 98.

JOVI OLYMpio. Templum Jovis Olympii sex columnarum, fastigatum.

Exprimitur hoc nummo honos Augusto Cæsari extra Romam Italiamque habitus, de quo ita scribit *Suetonius in Aug.* Cap. LX. *Reges amici & Socii, & singuli in suo quisque regno, Cæsareas Urbes condiderunt, & cuncti simul ædem Jovis Olympii, Athenis antiquitus inchoatam, perficere communi sumtu decreverunt, Genioque ejus dedicare.* Vulgarunt hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXIII. Num. 3. *Carolus Patinus* in *Suetonio* Nummis illustr. p. 88. & in *Thesauro* p. 47. *Laur. Begerus* in *Thesauro Brandenburgico* Tom. II. p. 609. *Jacobus Oiselius* Tab. XXX. Num. 5. & ante reliquos *Æneas Vicus* inter *Aug. Argent.* Num. 74. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico.*

Num. 39.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 98.

JOVi TONanti. Jovis Tonantis Templum hexastylum, fastigatum, cum nudo Dei signo in medio Templi.

Apud *Sebastianum Ericium* p. 267. hujus nummi typum invenio, addita hac explicatione: „ Nummus Augusti argenteus est, insignis artificii, inscriptus CAESAR AUGUSTUS. In „ postica ejus parte cernitur Templum pulcherrimum columnis aliquot suffultum. Intus stat „ imago nuda, dextra fulmen, læva hastam tenens. „ Ad latera Templi legitur JOV. TON. id est: „ *Jovi Tonanti.* In honorem Augusti signatus est „ nummus, & in memoriam Templi, quod Jovi „ Tonanti ædificatum fuit Romæ ab Augusto. „ Accidit enim in expeditione Cantabrica, ut lectica ejus in itinere nocturno fulmine perstricta „ fuerit, sicuti notat *Suetonius* in Vita ejus, ubi „ loquitur de variis ædificiis & Templis Romæ ab „ Augusto conditis, Cap. XXIX. *Publica opera* „ *plurima exstruxit: ex quibus præcipua, forum cum* „ *æde Martis Ultoris, Templum Apollinis in Palatio,* „ *ædes Tonantis Jovis in Capitolio.* Persequitur deinde qua de caussa Jovi Tonanti Templum Romæ erexerit, Cap. XCI. his verbis: *Tonanti Jovi* „ *ædem consecravit liberatus periculo, cum expeditione* „ *Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus fulgur* „ *perstrinxisset, servumque prælucentem exanimasset.* Signatus igitur Romæ fuit hic nummus. „ Variam autem hujus Templi ædificandi rationem & famam hisce memoriæ prodidit *Dio* Lib. „ LIV. *Jovis etiam Tonantis templum dedicavit:* „ *de quâ re duo hæc commemorantur: & in ipso sacrificio tonitrua accidisse, & somnium deinde Augusto* „ *tale oblatum. Cum propter nominis ac formæ ejus* „ *Jovis novitatem, & quòd ab Augusto is consecratus esset; maximè autem, quòd adscendentes in Capitolium ad eum primò perveniebant, Jupiter Tonans* „ *ab omnibus frequentaretur, imaginatus est in somnio Augustus Jovem Capitolinum secum expostulare,* „ *quòd secundo jam ipse loco haberetur; seque respondisse, excubitorem hunc Tonantem ei Capitolino à se* „ *esse positum; ideoque orta die tintinnabulum Jovi* „ *Tonanti appendit, somnii confirmandi causa &c.* „ Quare vero *Jovem* dixerint *Tonantem* Latini, „ rationem reddit *Cicero* Lib. II. De Natura „ Deorum: *Hunc enim augures nostri, cum dicunt* „ *Jovem Fulgentem, Tonantem, dicunt enim, Cœlo* „ *fulgente, & tonante.* Eodem respectu à Græcis ἐριγδουπος Ζεὺς dictus fuit. Templum Jovis „ Tonantis in Capitolio exstitisse scribit *Plinius,* „ ubi quoque Statua fuit Jovis, Leocratis opus, „ quod præ reliquis omnibus propter artis excellentiam laudatum fuit." Sed & apud *Franciscum Angelonum* Num. 26. ejusmodi nummi, sed ærei cum nota S. C. datur effigies, ad quem hæc notavit idem *Angelonus* p. 16. „ Augustus, quod „ tonitrua & fulmina valde pertimesceret, vituli „ marini pellem secum gerere solebat; Jovi Tonanti quoque Templum in Capitolio exstruxit, „ sive ea de caussa, vel quod in struendo Templo „ consecrandoque forte tonuisset, vel denique (ut „ narrat *Suetonius*) quod in expeditione Cantabrica „ graviter tonante cœlo, ingens adiisset vitæ discrimen, exanimato qui facem præferebat ante „ lecticam Cæsaris. Cernitur illud Jovis Tonantis „ Templum, in nummo æreo, sex columnis suffultum, quæ sustentant fastigium Templi, in „ cujus medio stat imago Jovis Tonantis nuda, „ quæ altera manu hastam tenet, altera fulmen „ stringit cum literis ab uno latere JOVI. ab altero TON. id est *Jovi Tonanti* & subtus S. C. In „ parte nummi priore caput Augusti est sine corona, cum Inscriptione CAESAR AUGUSTUS. „ Dictus similiter fuit Jupiter *Tonans & fulgurans,* „ cui fulmen dextræ inponere manui solebant." Verum ad hæc adnotavit, qui secundam *Fr. Angeloni* Numismatum Editionem procuravit, *Jo. Petrus Bellorius*, deceptum fuisse *Angelonum* „ Nummus (inquit p. 22.) cum Templo Jovis Tonantis non invenitur in ære, sed in argento atque „ in auro, in quibus abesse solet nota S. C." Hæc ille, nobis verò ferias faciunt, quæ inveniuntur supra ad similem adlata nummum aureum Tab. XI. Num. 4. quæ vide pag. 222. Publicarunt hunc nummum *Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXIII. Num. 1. *Justus Rycquius* de *Capitolio Rom.* p. 456. Invenitur & inter

Numism. Arschot. Tab. XI. Num. 3. in *Thes. Ant. Rom. Grævii* Tom. III. p. 574. 598. & 606. in *Suetonio Car. Patini* p. 88. in *Torr. Notis* ad *Sueton.* Ed. *Græv.* p. 163. apud *Bellorium* p. 25. Num. 27. ubi abesse debet Nota S. C. & in *Museo Farnesiano* Tab. X. *Argent.* Num. 7. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico.*

N U M. 40.

Capitis non additur nota, sed habuimus supra in initio hujus tabulæ similes nummos.

AEGYPTO CAPTA Crocodilus. In ambitu nummi legitur, IMPerator CAESar TRAJANUS AUGustus GERmanicus DACicus Pater Patriæ RESTItuit.

Restitutio nummum, haud vulgarem, rarissimum facit. Exhibet quoque hunc *Car. Patinus* ad *Suetonium* p. 77. Testatur *Vaillantius* Tom. II. p. 21. *Numism. Select.* se similem ex auro vidisse.

T A B U L A XVIII.

A D H U C C O N T I N E N S

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI

ARGENTEA MINORIS MODULI.

N U M. 1. 2. & 3.

Senatus PopulusQue Romanus PARENti CONServatori sive CONSuli SUO. Aquila, Toga picta seu triumphalis, & Corona laurea.

CAESAR AUGUSTO. Quadrigæ triumphales.

Dupliciter illa CONS. in nummo legi possunt, & utroque modo convenient Augusto, ut videlicet Romani illum Consulem suum & Parentem vocent, sive, quod malim, Parentem & Conservatorem. Nummi typus confirmat id quod invenitur apud *Dionem Cassium*, datam fuisse Augusto potestatem Kal. Jan. singulis coronæ atque vestis triumphalis gerendæ; additque morem inde manasse, ut non modo triumphantes deinceps, sed & consules Kal. Jan. in toga picta procederent. De Augusto Patriæ Parente à Valerio Messalla salutato confer *Suetonium* in *Aug.* Cap. LVIII. Editus est hic nummus ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XXXVIII. Num. 23. *Ænea Vico* inter *Argent. August.* Num. 82. *Jac. Oiselio* Tab. XCII. Num. 10. *Joachim. Oudano* Tab. XCV. Num. 10. *Rycquio* de *Capitolio* p. 196. vel Vet. Edit. p. 244. & Tom. V. *Antiq. Rom. Rom. Grævii* p. 57. ut & inter *Numism. Arschotana* Tab. XIII. Num. 21. Servatur in *Thes. Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

N U M. 4. & 5.

Senatus PopulusQue Romanus IMPeratori CAESARi DIVI Filio COnSuli V. Patri Patriæ IMPeratori VII. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. II. Num. 61.

Sine Inscriptione. Quadrigæ triumphales, in aliis versus dextram, in aliis versus lævam.

Spectant hi nummi ad processum Cæsaris Augusti Kal. Jan. ut Consulis quinto; sed quod additur S. P. Q. R. innuere videtur Statuam Augusti in quadrigis hisce triumphalibus eo anno positam publice fuisse. Edidit nummum *Hubert. Goltzius* Tab. XLIII. Num. 12. & exstat inter *Numism. Arschot.* Tab. XII. Num. 18.

N U M. 6.

Cajus CAESAR III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris nudum, lævam versus, ut Tab. I. Num. 3.

POPULI JUSSU. Statua equestris Cæsaris Octaviani, ad dextram conversa.

Ad hunc nummum ita scriptum reliquit *Sebast. Ericius*: „ Est Cæsaris Octaviani nummus ar-
„ genteus

„ genteus, in quo caput ejus cernitur ætate juvenili, cum hac Inscriptione, C. CAESAR . . Ab altera parte Statua est Equestris, sub qua scribitur POPULI JUSSU. Est hæc Statua Equestris, quam populi jussu Cæsari Octaviano erectam fuisse discimus, quo etiam tempore signatus, qui memoriam ejus in se continet, hic nummus fuit. Exstat luculentum hujus historiæ testimonium apud *Vellejum Paterculum* Lib. II. his verbis: *Mox cum Antonius occurrisset exercitui, quem ex transmarinis provinciis Brundusium venire jusserat, legio Martia & Quarta, cognita & Senatus voluntate, & tanti juvenis indole, sublatis signis ad Cæsarem se contulerunt. Eum Senatus honoratum equestri statua, quæ hodieque in rostris posita, ætatem ejus scriptura indicat (qui honor non alii per CCC annos quàm L. Syllæ, & CN. Pompejo, & C. Cæsari contigerat) pro P. R. unà cum COSS. designatis, Hirtio & Pansa bellum cum Antonio gerere jussit.* Erat Cæsar Octavianus, quum ea honoraretur statua, juxta *Velleji* testimonium annos natus viginti, unde quoque in ipso nummo juvenilis ejus est facies."

Vide quæ dicta sunt ad similem nummum aureum, supra ad Tab. IX. Num. 31. Edidit ipsum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLV. Num. 11. *Sebastianus Ericius* p. 128. *Æneas Vicus* inter *Argent. Aug.* Num. 91. Exstat & inter *Numism. Arschotan.* Tab. IX. Num. 10. Servatur in *Thesauro Versaliensi.*

Placet vero subjicere quoque illa, quæ, ut lucem huic nummo adfundant, commentatus fuit *Jo. Tristanus* Sancti Amantii Dominus. Is Tomo Comm. Histor p. 75. ita scribit: „ CAESAR III VIR R. P. C. L'effigie d'Auguste, au revers POPULI JUSSU. Auguste representé à cheval portant haute la main droicte ouverte devant luy. *Augustinus, Occo,* & *Erizzo,* raportent ce revers; mais le dernier se mesprend d'estimer cette figure estre celle, qui entre les medailles d'Auguste doit representer sa statuë equestre, qui selon *Paterculus* luy avoit esté dressée par ordonnance du Senat, lors qu'il fut destiné pour aller combatre Marc Antoine avec Hirtius & Pansa en qualité de Propreteur. Car cette Inscription justifie le contraire, joinct que ces termes de *Populi jussu* font assez voir que ce fut par la seule ordonnance du peuple qu'elle luy fut dressée, comme le Senat avoit fait eriger la premiere; deferant le peuple Romain à Auguste cet honneur en partie, pour ce qu'ils prenoient plaisir de le voir succeder à Jules Cæsar; ayant mesme fait la pareille à Lepidus en faveur d'Auguste, qui l'authorisoit en la qualité de Triumvir. Aussi le voyons nous representé à cheval en une sienne medaille raportée par *Goltzius*, & par *Occo*, ayant en main la crosse Augurale comme estant grand Pontife & Augur, avec cette Inscription pareille à celle d'Auguste. LEPIDUS PONT. MAX. III VIR R. P. C. Or en cette medaille d'Auguste, comme encore en d'autres de luy mesme, il porte la main ouverte comme devers le peuple, qui est une posture que l'autheur Anonyme du 35. epigr. de l'Anthologie chap. I. liv. V. interprete en la statuë de Pyrrhus pour marque de victoire.

„ Δεξιτερὴν δ' ἀνέτεινεν ἑὴν ἐπιμάρτυρα νίκης.
„ *Dextram intendebat suæ testem victoriæ.*"

NUM. 7.

Sine Inscriptione. Caput Cæsaris Octaviani nudum lævam versus, ut Tab. I. Num. 1.

CAESAR DIVI Filius. Statua Cæsaris equestris similis, sed ad lævam conversa.

Editus est ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XLV, Num. 7. inter *Numism. Arschot.* Tab. X. Num. 20. & inter *Argent. August. Musei Farnesiani* Tab. V. Num. 1.

NUM. 8.

Nota capitis non adponitur, sed non videtur discrepare à præcedentibus.

CAESAR DIVI Filius. Statua Cæsaris Octaviani equestris.

Vide similem inter aureos Tab. IX. Num. 14.

NUM. 9. & 10.

Nota capitis non adponitur, videtur tamen id proxime præcedentibus simile esse.

Senatus Consulto. Statua equestris Pacificatoris habitu Cæsari Octaviano à Senatu posita.

Discrepat nummus alter ab altero positura tantum, uterque in *Thesauro Versaliensi* reperitur.

NUM. 11.

Caput Augusti nudum dextram versus, sine Inscriptione, ut Tab. III. Num. 78.

AUGUSTUS TRibunicia POTestate. Statua equestris Cæsaris Augusti.

Vulgatur & ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XLV. Num. 11. & inter *Arschot.* Tab. XIV. Num. 4. Vide supra in auro Tab. X. Num. 8.

NUM. 12. & 13.

. . . Caput Cæsaris Octaviani nudum, lævam versus.

CAESAR DIVI Filius.. Caput Veneris.

Originem Juliam à Venere, hoc nummo, jactat Cæsar Octavianus, nisi statuamus Liviæ esse vultum, & cusum fuisse denarium A. V. C. 715. quum Liviam uxorem duceret Augustus, quæ Veneris ornatu in hujus nummi aversa parte exculta fuerit.

NUM. 14.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum versus lævam.

IMPerator X. Augustus in sella curuli substructioni insidet, ad quem accedit figura militaris, quæ lauri ramum offert, paludata & gladio accincta.

Explicavit denarium hunc, amicus meus, dum viveret, *Christ. Sigism. Liebe* in *Gotha Nummaria* p. 243. respicit enim A. V. C. 742. quo Pannonii a Tiberio victi sunt, unde ipse Tiberius fingitur laurum Augusto X. Imperatori porrigere. Edidit hunc nummum *Liebeus* ex *Thesauro Gothano*, exstabat ante in *Thesauro Schwartzburgico*. Vidi ego similem quondam in *Museo Marckiano*; & alibi.

NUM. 15.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput idem.

IMPerator X. Duo viri habitu militari atque paludati, singuli ramum lauri Augusto in sella curuli & substructione sedenti offerunt.

Vide quæ congesta sunt supra p. 248. ad similem aureum Tab. XII. Num. 7. Quum eodem fere tempore Tiberius Pannonios & Drusus Germanos vicissent, geminam victoriam Augusto duo fratres, qui eam erant consecuti, gratulantur. Vulgarunt denarium hunc *Goltzius* in *Aug.* Tab. LVI. 1. *Æneas Vicus* inter *Argent. Aug.* Num. 33. *Rubenius* in *Numism. Arschotanis* Tab. XV. Num. 2. *Begerus* ex *Thesauro Brandenburgico* Tom. II. p. 609. *Jac. Oiselius* Tab. LXII. Num. 5. *P. Pedrusius* ex *Museo Farnesiano* Tab. XII. Num. 4. inter *Argent. Aug.* Plures ex iis braccatos & barbatos Barbaros, ut inde Parthos, dein Indos exsculpant, male pingunt. Exstat nummus in *Thesauro Schwartzburgico* & *Museo nostro*. Sed vehemens me tangit suspicio, illos quoque nummos, qui exhibentur supra Tab. XVI. Num. 14. & 15. quique duos lauri ramos præferunt in area nummi, vel ad latera clypei vovivi, non ad aliam rem, quam ad geminam hanc victoriam spectare.

NUM. 16. & 17.

.... AUG. .... Caput Augusti senis radiatum.

Arcus Triumphalis, desuper est ædicula inter duo tropæa. Peristylio inscribitur DE GERMANIS.

Quamvis hic nummus spectet ad victoriam Tiberii de Germanis, quæ A. V. C. 763. relata fuit & de qua A. 765. triumphavit; tamen, quia biennio post mortuus fuit Augustus, nummus hic in quo Augusti, ut Divi jam, cum radiata corona occurrit caput, nos docet Arcum illum Triumphalem de Germanis nondum fuisse absolutum, quum vivis excederet Augustus. Fuerat scilicet jam ante inter alios honores Arcus Triumphalis cum tropæis decretus, ut monet nos *Dio Cassius* Lib. LVI. p. 482. Ἀνήγγειλε δὲ καὶ τότε τὴν νίκην ὁ Γερμανικὸς, καὶ ἐπ' αὐτῇ τῷ μὲν Αὐγούστῳ καὶ τῷ Τιβερίῳ, τό, τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα προσετέθη, καὶ τὸ τὰ ἐπινίκια πέμψαι, ἄλλαι τε τινὲς τιμαὶ, καὶ ἁψῖδες ἐν τῇ Παννονίᾳ τροπαιοφόροι δύο ἐδόθησαν. *Victoriæ nuntium adtulit Germanicus, ejusque ergò Augusto & Tiberio nomen Imperatorium, ac triumphus decretus, ac inter alios honores fornices duo in Pannonia, quibus tropæa insisterent.* Non docet nos *Morellius*, unde tam præclarum nummum produxerit.

NUM. 18.

De parte capitis nihil nos monet idem Morellius.

DE GERMANIS. Duo scuta, singula cum duabus hastis, decussatim positis, vexillo intermedio.

Ad eamdem victoriam hic nummus spectat. Vulgatur inter *Numismata Arschotana* Tab. X. Num. 11. unde depromtum puto ab *Andrea Morellio*, nam neque ibi pars anterior additur aut indigitatur.

NUM. 19. & 20.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 99.

JANum CLUsit. Templum Jani clausum. Alter ex his duobus peristylio Templi inscriptum habet IMPerator CAESAR.

Priorem vulgavit *Hub Goltzius* in *Arg.* Tab. LVI. Num 10. & in *Fastis* p. 205. Spectatur is quoque in Electis Rei Nummariæ Tab. I. Num. 11. & in *Notis Torrentii* ad *Suetonium* ex Edit. *Grævii* p. 149. Posterior exstat apud *Jac. Oiselium* Tab. CVII. Num. 11.

NUM. 21.

AUGUSTUS COnSul XI. Caput Augusti laureatum lævam versus, ut Tab. VI. Num. 179.

PACI PERPetuæ. Templum sex columnarum in conum surgens, in ejus medio ara est.

Pertinet nummus ad annum eumdem. Vulgatus fuit ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. LXXIII. Num. 11. & inter *Numism. Arschot.* Tab. XV. Num. 5. apud *Jac. Oiselium* Tab. LXXI. Num. 12. & in Notis *Spanhem.* ad *Julian. Cæs.* p. 228.

NUM.

NUM. 22. 23. & 24.

SALUS GENERIS HUMANI. Victoria globo insistens, dextra corollam, læva tenet palmam supra humeros, in aliis ad dextram, in aliis ad lævam conversa.

Senatus PopulusQue Romanus. In Corona Civica.

Vide similes aureos Tab. X. Num. 12. & 13. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro*. Depingitur insuper ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. LVII. Num. 4. 6. 11. & inter *Numism. Arschotana* Tab. XV. Num. 11. & 12. & in Notis *Laur. Begeri* ad *Florum* p. 3.

NUM. 25.

DIVI Filius. Caput Cæsaris Octaviani nudum, lævam versus. Ante mentum stella est, ut Tab. II. Num. 32.

IMPerator. Figura muliebris stans, dextra tenens oleæ ramum, læva cornucopiæ.

Confer similem typum supra Tab. XIV. Num. 27. Vulgavit hunc *Hub. Goltzius* in *August.* Tab. LVI. Num. 4.

NUM. 26.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. IV. Num. 107.

PONTIFex MAXIMus. Figura Muliebris sedens, dextra hastam tenet; læva ramum, ut in Tiberii Nummis argenteis Livia passim exprimi solet.

Vide similem aureum supra Tab. XII. Num. 10. & quæ ibi dicta sunt. Argenteus hic exstat in *Thesauro Schwartzburgico*. Possidemus & ipsi similem, atque similem spectavimus in *Museo Marckiano*. Edidit hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXII. Num. 18. ut & *Carolus Patinus* in *Thesauro* p. 49.

NUM. 27.

Sine Inscriptione. Caput Cæsaris Octaviani nudum, lævam versus.

IMPerator CAESAR. Victoria, ex adverso, globo insistens, dextra corollam porrigit, læva vexillum extollit.

Confer similem aureum Tab. XI. Num. 27. & quæ ibi dicta sunt. Vulgavit hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLIII. Num. 11. Exstat quoque inter *Numismat. Arschotan.* Tab. XII. Num. 4. & in Notis *Begeri* ad *Florum* p. 217.

NUM. 28. & 29.

Vacat.

NUM. 30.

AUGUSTUS DIVI FILIUS. Caput Augusti laureatum versus lævam, ut Tab. IV. Num. 116.

Cajus CAESAR AUGUsti Filius. Cajus cum paludamento, hasta & clypeo, equo celeri vehitur, post illum inter duo signa militaria cernitur aquila legionaria.

Ad hunc denarium hæc scripta reliquit *Sebastianus Ericius* p. 164. „ Denarius Augusti est „ argenteus cum hac Inscriptione, AUGUSTUS „ DIVI F. Ab altera parte figura armata cur- „ renti equo insidet, altera manu clypeum, altera „ hastam tenens. In summa atque ima nummi „ ora legitur, C. CAES. AUGUST. F. id est, „ *Cajus Cæsar Augusti filius.* Signatus est Ro- „ mæ, in honorem Augusti, & quidem eo (ut „ existimo) tempore, quo nepotem suum Cajum „ quem adoptaverat, ad bellum Armeniacum „ dimisit. Id enim armata in equo Caji vult ima- „ go properantis ad illam expeditionem. Habuit „ enim ex Julia, quæ M. Vipsanio Agrippæ nu- „ pta fuit, tres nepotes Augustus, Cajum & Lu- „ cium atque Agrippam, præterea duas neptes, „ Juliam & Agrippinam. Ex his Cajum & Lucium „ adoptavit Augustus atque ad curam Reipublicæ, „ exercituum atque Provinciarum, vixdum adultos „ admovit, prout testis est hic nummus, & in „ Vita Augusti *Suetonius Tranquillus* Cap. LXIV. „ his verbis: *Cajum & Lucium adoptavit domi per* „ *æs & libram, emptos à patre Agrippa; tenerosque* „ *adhuc ad curam Reipublicæ admovit: & Consules* „ *designatos circum provincias, exercitusque dimisit.*" Exstat in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

NUM. 31. 32. & 33.

CAESAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. IV. Num. 107.

Cajus Lucius CAESARES AUGUSTI Filii COnSules DESignati PRINcipes JUVENTutis. Duæ figuræ velatæ, habitu pontificali, dextris hastas & clypeos tangunt, desuper in area cernuntur capeduncula atque lituus.

Ad similes aureos Tab. XII. Num. 2. vide quæ abunde congessit *Doctiss. Schlegelius* pag. 245.

Vulgarunt hos nummos plurimi. Præcipui inter eosdem ſunt *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXI. Num. 4. & 6. *Sebaſtianus Ericius* p. 165. *Æneas Vicus* inter *Arg. Aug.* Num. 28. *Numiſm. Arſchot* Tab. XII. Num. 2. & *P. Pedruſ.* in *Muſeo Farneſiano* inter *Argent. Aug.* Tab. II. Num. 9. & 10. Ex illis *Sebaſtianus Ericius* hanc addidit explicationem: „ Nummus argenteus eſt Auguſti, optimi artificis, cum hac Inſcriptione in circuitu, CAESAR „ AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIAE. „ Ab altera parte duæ ſunt figuræ veſtitæ, adoleſcentum duorum, cum duobus clypeis atque „ totidem haſtis intermediis, atque certi ([1]) magiſtratus deſuper. Sub figuris illis hæc inventur Inſcriptio. C. L. CAESARES AUGUSTI „ *Filii* CO*nSules* DESIG*nati* PRINC*ipes* JUVEN*Tutis*. In honorem Auguſti cuſus hic nummus „ Romæ fuit ([2]) poſt mortem Caji & Lucii filiorum ſuorum, qui juvenili perierunt ætate, atque (ut videtur) in eorundem memoriam. De „ horum morte ita ſcriptum reliquit *Suetonius Tranquillus* in Vita *Auguſti* Cap. LXV. *Sed lætum „ eum atque fidentem, & ſobole, & diſciplina domus, fortuna deſtituit. Julias filiam & neptem „ omnibus probris contaminatas relegavit. C. & L. in „ duodeviginti menſium ſpatio amiſit ambos. C. in Lycia, Lucio Maſſiliæ defunctis* Figuræ igitur illæ „ duæ juveniles ſunt Cajus & Lucius à patre Auguſto Conſules deſignati. Clypei duo & totidem haſtæ ſunt auratæ illæ, quæ poſt mortem „ eorundem in Curia fuerunt repoſitæ, teſte *Dione* Lib. LV. his verbis, *Corpora porrò Caji & Lucii à tribunis militum, at ſingularium civitatum „ proceribus Romam adportata ſunt: parmæque & haſtæ, quas aureas ab equitibus, cum virilem togam „ ſumerent, acceperant, in Curia ſuſpenſæ.* Deſuper autem cernuntur ſigna auguralia, acerra & „ lituus, quæ referri debent ad Lucium, qui augur „ exſtitit, ut docent antiquæ Inſcriptiones. Sed „ & parvulum ex minimo ære poſſideo ([3]) nummum excellentis artificii, in quo Auguſti caput „ virili cernitur ætate, cum hac Inſcriptione AUGUSTUS . . . . . Ab altera parte duo capita cernuntur juvenilia, adverſis vultibus, infra quæ adparent hæ duæ literæ C. L. quæ (ut „ puto) ſignificant *Cajus*, *Lucius*, qui filii Auguſti fuerunt. Adfuerunt aliæ in margine literæ, „ quæ, antiquitate corruptæ, legi jam nequeunt." Servantur duo priores in *Theſauro Schwartzburgico*, omnes in *Muſeo noſtro*.

NUM. 34. & 35.

Idem Nummus ſed figuris & literis miſere deformatis.

Pertinet hic nummus ad illud genus quod à Barbaris, qui Italiam inundarunt, procuſum fuit. Plurimos contrectavi, qui ad imitationem veterum Romanorum à Barbaris iſtis efficti ſunt. Exſtat hic quidem in *Theſauro Schwartzburgico*, ipſe vero poſſideo rudiorem etiamnum, in quo unus tantum clypeus inter figuras ſtantes obſervatur.

(1) Imo potius Collegii.
(2) Minime. *Ericii* hic inſignis eſt error.

NUM. 36.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Auguſti laureatum, verſus lævam, ut Tab. IV. Num. 107.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius TRibunicia POTeſtate XV. Caput Tiberii nudum, lævam verſus.

Cuſus hic nummus eſt A. V. C. 766. poſtquam jam de Pannoniis, Dalmatis &c. triumphaſſet Tiberius. Edidit nummum *Hub. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XLII. Num. 18. & in *Faſtis* p. 233. Eundem edidit ex *Muſeo ſuo Carolus Patinus* in *Theſauro* p. 49. Invenitur & in *Muſeo Farneſiano*, Tab. inter *Argent. Auguſti* XIV. Num. 2. Sed Tiberii quoque caput ibi laureatum exprimitur, quod an ad fidem nummi, qui forſitan detritus aliquantum (ut ex parte Inſcriptionis deleta adparet) factum fuerit, vehementer dubito.

NUM. 37. & 38.

Epigraphe & caput idem.

TIberius CAESAR AUGuſti Filius TRibunicia POTeſtate XV. Tiberius in quadrigis triumphalibus ſolito more exprimitur.

Renovant hi denarii memoriam Triumphi, quam de Germanis, Dalmatis, Pannoniis, Illyriis paullo ante egerat Tiberius; cuſi enim ſunt eodem anno quo præcedentes. Edidit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLII. Num. 19. atque invenitur, ſed deleta parte Inſcriptionis, quæ tribuniciam Tiberii poteſtatem expreſſerat, in *Muſeo Farneſiano* Tab. inter *Argent. Aug. Numiſm.* XIV. Num. 1. Servatur in *Theſauro Schwartzburgico.*

NUM. 39.

Vacat.

NUM. 40.

DIVUS AUGUSTUS. Auguſti Caput radiata corona inſigne, verſus dextram, ſicuti Tab. VIII. Num. 248.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGUSTI Filius COnSul ITERum, Germanici caput nudum, lævam verſus.

Cuſus eſt nummus A. V. C. 770. quo obiit Germanicus Conſul iterum. Vulgavit nummum *Goltzius* in *Aug.* Tab. 81. Num. 8.

TABU-

(3) Vide hunc nummum infra inter Numiſmata Caji & Lucii Num. 16. 17.

TABULA XIX.

ADHUC EXHIBENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI

ARGENTEA MINORIS MODULI.

Num. 1.

Cajus CAESAR IMPerator III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum versus lævam, ut Tab. I. Num. 11.

LEPIDUS PONTifex MAXimus III Vir ReiPublicæ Constituendæ. Caput Lepidi Triumviri nudum, lævam versus.

Expressus ab *Andrea Morellio* hic nummus est ex *Ænea Vico* in *Numism. Arg. Aug.* Num. 92.

Num. 2.

Cajus CAESAR IMPerator III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum versus lævam, ut Tab. I. Num. 14.

Marcus LEPIDUS III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Lepidi Triumviri nudum, versus lævam.

Confer similem aureum Tab. IX. Num. 16. Vulgavit hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXIV. Num. 4.

Num. 3.

CAESAR IMPerator PONTifex III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris nudum, lævam versus, ut Tab. I. Num. 17.

Marcus LEPIDUS PONTifex MAXimus III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Lepidi nudum versus lævam cum lituo ante faciem.

Ab *Hub. Goltzio* editus est in *Aug.* Tab. XXV. Num. 11.

Num. 4.

IMPerator CAESAR DIVI Filius III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris nudum versus dextram, cum lituo post cervicem, ut Tab. I. Num. 20.

vel

IMPerator CAESAR DIVI Filius PONTifex III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris nudum, lævam versus, ut Tab. I. Num. 24.

Marcus LEPIDUS PONTifex MAXimus III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Lepidi versus lævam cum lituo post cervicem.

Edidit hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXVII. Num. 5.

Num. 5.

Cajus CAESAR IMPerator III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris nudum versus lævam, ut Tab. I. Num. 14.

Marcus LEPIDUS III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Lepidi nudum versus dextram.

Confer similem inter aureos Tab. IX. Num. 17. Desumtus hic est ex *Hub. Goltzii Aug.* Tab. XXIV. Num. 6. Abunde vero de nummis cum effigie Lepidi supra actum fuit p. 185.

Num.

NUM. 6. & 7.

Cajus CAESAR IMPerator COnSul ITERum. Caput Veneris.

Aulus ALLIENUS PROCOnSul. Figura nuda, tanquam Neptuni, cum strophiolo ad lævum brachium dependente, dextra Siciliæ Symbolum, tria crura, tenet, dextrumque pedem rati inprimit.

Ediderunt passim hunc & sequentes nummos, qui ex professo de *Familiis Romanis* scripserunt. Vide quæ ad eumdem diximus in *Fam. Antistia* ad *Andr. Morellium* p. 15.

NUM. 8.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. III. Num. 99.

Cajus ANTISTIUS REGINUS III. VIR. Mensa tripes, patera, lituus & capeduncula.

Explicavimus hunc & sequentem Gentis Antistiæ nummum in *Thesauro Morelliano Fam. Roman* p. 18. sed conferri ibidem debent Addenda & Emend. p. 646.

NUM. 9. & 10.

Cajus ANTISTIUS VETUS III. VIR. Caput Veneris.

IMPerator CAESAR AUGUStus COnSul XI. Sacra instrumenta eadem, quæ in præcedenti nummo occurrunt.

NUM. 11.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS TRIbunicia POTestate IIX. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. VI. Num. 202.

Cajus ANTISTIUS VETUS III. VIR. APOLLINI ACTIO. Apollinis Actii simulacrum in substructione rostris navium atque anchoris exornata, dextra supra aram ignitam tenet pateram, læva lyram.

Ne repetamus hic, quæ uberius scripsimus olim, B. L. ad curas nostras *Morellianas*, modo citatas ablegamus. Vidi hunc elegantem nummum quondam in *Museo Marckiano.*

NUM. 12. & 13.

IMPerator CAESAR AUGUStus TRIbunicia POTestate VIII. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. VI. Num. 22.

Cajus ANTISTIUS VETUS FOEDUS Populi Romani CUM (in altero legitur QUM) GABINIS. Duo viri stantes, togati & velati sacrificantum ritu, porcam pedibus adprehensam atque inversam, simul tenent super aram accensam.

Pulcherrimi horum nummorum sunt typi, de quibus vide, quæ diximus ad *Familiam Antistiam* p. 19. & in Add. & Emend. p. 646. Conatus fuit eorundem typos inlustrare *Jo. Tristanus* his verbis, quæ inveniuntur Tom. I. Comm. Histor. p. 87. „ Quelques doctes, comme *Occo* p. 61. de „ qui j'emprunte cette medaille sans la donner „ gravée non plus que luy ; ont estimé ce type „ representer le sacrifice que firent les Romains & „ les Sabins pour confirmer leur association. Mais „ je trouve plus d'apparence de croire que ce soit „ icy le sacrifice qu'Ænée fit de cette truye qu'il „ trouva prés le Tibre, en l'honneur de Juno „ REGINA, laquelle avoit trente petits, ainsi „ que Virgile le conte en sa III. Æneide, & qui est „ aussi representée és medailles d'Antonin, le mesme Poëte liv. VIII. & *Messala Corvinus* en son petit traité *de Progenie Augusti*, en parlent plus „ au long, & dict *Messala* qu'il y avoit du mystere au recontre de cet animal, parce (dit-il) que „ *Troïa* significe en Italien une truye, & qu'Antenor la prit pour devise en ses enseignes, (je „ crois que nous autres François avons pris ce „ mot de truye de ce mesme mot) & cite Virgile „ mesme pour son autheur.

„ —— —— *& genti nomen dedit, armaque fixit*
„ *Troïa* —— ——

„ *Dionysius Halicarnass.* fait aussi mention de ce „ sacrifice liv. I. de ses Antiq. Et *Suëtone* remarque mesme ch. XXV. que Claude faisant une alliance & confederation avec le Roy des Parthes „ & autres, il sacrifia une truye ; ce qui me fait „ admirer l'Empereur Julian, qui en son oraison „ V. asseure que les Romains n'immoloient jamais „ de pourceaux qu'aux Dieux infernaux, ausquels „ seuls (ce dit-il) ces animaux estoient agreables, „ d'autant qu'ils ne regardent jamais le Ciel. Si „ est-ce que nous trouvons encore le contraire „ avoir eu lieu. Tite-Live liv. I. & *Virgile* en ce „ vers,

„ *Stabant, & cæsa jungebant fœdera porca.*

„ sont mes tesmoins, & *Macrobe* aussi liv. I. chap. „ XII. qui dit, que la truye estoit sacrifiée à *Mercure*, & à *Maja*, comme aussi à la Terre. Quant „ aux Grecs, Theocrite en son XXIV. Idyle nous „ apprend qu'ils immoloient le pourceau à Jupiter „ pour obtenir victoire,

Zlw)

„ Ζηνὶ δ' ἐπιῤῥέξαι καθυπερτέρῳ ἄρσενα χοῖρον
„ Δυσμενέων αἰεὶ καθυπέρτερον ὡς τελέθοιτε.

„ Immolez au ſupreme Jupiter un pourceau maſle, „ afin que vous ayez tousjours le deſſus contre „ vos ennemis. Et *Euſtathius* ſur *Dionyſius* dit que „ l'on ſacrifioit auſſi des truyes à Venus en la vil- „ le d'Aſpendium en Pamphilie. Or il faut remar- „ quer que les Romains avoient apris des Juifs cet- „ te ceremonie de tuer les victimes en cette ma- „ niere, quand ils faiſoient quelque confederation, „ ou la paix. Le Sieur de Muys Profeſſeur du „ Roy en la langue Hebraïque le remarque ſur le „ verſet 6. du Pſalme XLIX. qu'il tourne ainſi, „ *Congregate mihi ſanctos meos, percutientes fœdus* „ *meum ſuper ſacrificio*, au lieu de l'ancienne qui „ dit *Congregate illi ſanctos ejus qui ordinant teſta-* „ *mentum ejus ſuper ſacrificio.*„

NUM. 14. & 15.

Marcus ANTONius IMPerator III. VIR ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput M. Antonii nudum verſus lævam.

vel

ANTONIUS IMPerator AUGUR III. VIR ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput idem.

Vide inter Aureos Tab. IX. Num. 20. Exhibentur autem hi C. Cæſaris & M. Antonii nummi fere ab omnibus, qui ex profeſſo *Familiarum Romanarum* nummos ediderunt.

NUM. 16.

IMPerator CAESAR DIVI Filius III. VIR ITERum ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput Cæſaris Octaviani nudum, dextram verſus, ut Tab. I. Num. 28.

IMPerator ANTONIUS AUGUR III. VIR ITERum Reiublicæ Conſtituendæ. Caput M. Antonii nudum, verſus lævam.

Edidit *Goltzius* in *Aug.* Tab. XXVII. Num. 9.

NUM. 17. & 18.

Cajus CAESAR IMPerator III. VIR ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput Cæſaris Octaviani verſus lævam, ut Tab. I. Num. 14.

Marcus ANTONIUS (in aliis ANTONius) IMPerator III. VIR ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput M. Antonii, verſus lævam, ſubtus cernitur aſtrum.

Vide ſimlies Aureos ſupra Tab. IX. Num. 21. & inde pete explicationem. Edidit poſteriorem *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXIV. Num. 7.

NUM. 19.

IMPerator CAESAR DIVI Filius III. VIR ITERum ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput Cæſaris Octaviani verſus dextram partem, ut Tab. I. Num. 28.

vel

IMPerator CAESAR DIVI Filius PONTifex III. VIR ITERum ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput Cæſaris Octaviani nudum, lævam verſus, ut Tab. I. Num. 24.

IMPerator ANTONIUS AUGUR III. VIR ITERum ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput M. Antonii verſus lævam, poſt illud eſt urceolus.

Vulgavit hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXVII. Num. 7.

NUM. 20.

Partis anticæ nota non additur.

ANTONIUS IMPeratur. Caput M. Antonii verſus lævam cum lituo pone caput.

Confer ſimilem aureum Tab. IX. Num. 19.

NUM. 21.

Cajus CAESAR DIVI JULIi Filius IMPerator AUGUR PONTifex III. VIR ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput Cæſaris Octaviani, lævam verſus, ut Tab. I. Num. 21.

Marcus ANTonius IMPerator AUGur III. VIR ReiPublicæ Conſtituendæ Lucius GELlius Quæſtor Provincialis. Caput M. Antonii nudum verſus lævam, poſt illud lituus eſt.

Vulgavit nummum *Goltzius* in *Aug.* Tab. XXVI. Num. 8.

NUM. 22.

CAESAR IMPerator PONTifex COnSul III. VIR ReiPublicæ Conſtituendæ. Caput nudum Cæſaris Octaviani verſus dextram, pone quod eſt lituus pontificatum ejus denotans, ut Tab. I. Num. 25.

Marcus ANTonius IMPerator AUGur III. VIR ReiPublicæ Conſtituendæ. Lucius GELius Quæſtor Provincialis. Caput M. Antonii lævam verſus, pone illud eſt præfericulum auguratum Antonii reſpiciens.

Vide interpretationem nummi in *Opere noſtro ad Fam. Rom. Andr. Morellii* p. 192. Vulgarunt

runt olim hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXVI. Num. 5. & *Sebast. Ericius* p. 137. qui pluribus eundem illustravit, & cujus verba ex Italo Sermone versa Latine hæc sunt: „ Pulcherrimus est Cæsaris Octaviani denarius argenteus, qui caput ejus admodum juvenile exhibet, cum hac Inscriptione, CAESAR IMP. PONT. III. VIR R. P. C. id est, *Cæsar Imperator*, *Pontifex*, *Triumvir Reipublicæ Constituendæ.* Pone caput Lituus est, sacrorum insigne. Ab altera parte M. Antonii cernitur caput, atque pone illud Urceus, ad sacra itidem pertinens instrumentum, atque insigne Auguratus, cum hac Inscriptione, M. ANT. IMP. AUG. III. VIR. R. P. C. L. GELL. Q. . . . id est. *Marcus Antonius Imperator Augur*, *Triumvir Reipublicæ Constituendæ &c.* (1) Reliquas in nummo literas ad Triumvirum Monetalem spectare judico. Signatus is nummus in honorem Cæsaris Octaviani fuit tempore Triumviratus ejusdem cum M. Antonio & M. Æmilio Lepido, qui, diviso inter se Imperio, Urbi & Orbi imperabant. Inveniuntur & alii denarii M. Antonii ex argento, cum epigraphe, M. ANT. IMP. AUG. III. VIR R. P. C. M. BARBAT. Q. P. id est, *Marcus Antonius Imperator*, *Augur*, *Triumvir Reipublicæ Constituendæ. Marcus Barbatus* (2) *Quæstor Pro Prætore.* Item alii cum hac Inscriptione ANTONIUS IMP. qui omnes eodem tempore cusi sunt. Sed quoniam hic sermo incidit de nummis argenteis M. Antonii, dicimus, inveniri ejusdem M. Antonii nummos argenteos majoris moduli, qui à priori parte exhibent ejusdem M. Antonii caput in corona, cum hac Inscriptione M. ANTONIUS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TER. id est, *Marcus Antonius Imperator Consul designatus iterum & tertium.* (3) Habent iidem nummi à parte posteriore caput galeatum quod insistit rei eminenti. Ad utrumque latus erigitur Serpens ingens, hi vero Serpentes caudas inferne habent inter se connexas, addita hac epigraphe, III. VIR R. P. C. id est *Triumvir Reipublicæ Constituendæ.* Alius item paris magnitudinis atque ejusdem superest M. Antonii, qui jugata M. Antonii & Reginæ Cleopatræ exhibet capita, cum simili utrimque Inscriptione & typo, nisi quod pro capite galeato cernatur figura stans, quæ dextra cantharum, læva hastam tenet. Cusus quoque idem est Triumviratus tempore, quum Antonius (ut puto) rediisset victor ab expeditione Parthica & Armeniaca, de qua consuli possunt *Dio* & *Appianus Alexandrinus.* Quin & alius est M. Antonii nummus argenteus, (4) qui juxta caput M. Antonii hanc exhibet Inscriptionem, M. ANTONIUS AUGUR COS DESIG. III. VIR R. P. C. Ab altera parte cernuntur arcus & pharetra cum sagittis, arma Armeniorum, cum hac Inscriptione, IMP. M. ANTONIUS III. VIR R. P. C. Denique & (5) alius ejusdem M. Antonii superest denarius, in quo à parte priore circa M. Antonii caput legitur ANTONI. ARMENIA DEVICTA. A parte posteriore caput Cleopatræ visitur, toto tenus pectore, cum hac epigraphe, REGINAE REGUM FILIORUM REGUM CLEOPATRAE. Quales denarii in honorem victoriæ Armeniacæ cusi sunt. Præter argenteos quoque ærei nonnulli cum effigie M. Antonii supersunt, tam ex ære parvo, quam ex ære minimo, in quibus semper, vel jugata Antonii & Cleopatræ sunt Capita, vel utrumque latus nummi singula occupant. De quodam vero exiguo M. Antonii nummo æreo mentionem facere libet, (6) qui ab altera parte M. Antonii habet caput cum literis, quæ vetustate detritæ, legi nequeunt. Ab altera parte triremis cernitur, cum hac Inscriptione dimidiata . . . . OPPIUS . . . . . . P. . . . Qui nummus docet Antonio classem adfuisse, ejusque legatum fuisse illum Oppium. De qua ejus inter Triumviros potentia testimonium itidem perhibent (7) denarii argentei, quales ego plures vidi & plura legionum nomina, quæ sub Antonio militabant, recensentia. Omnes hi denarii ab altera parte triremem exhibent. Vidi quoque (8) æreum hujus Triumviri nummum, qui ab una parte exhibebat jugata M. Antonii & Cleopatræ capita, addita Inscriptione quadam sed exesa, ab altera vero parte similem triremem cum suo remorum ordine atque explicatis expansisque velis. (9) Simillimum, sed ex ære minimo vidi, cui ad partem posteriorem adscribebatur . . . . OPPIUS PR. . . id est *Oppius Præfectus.* Sub triremi erat litera A. cum duabus frumenti spicis. Postremus hic nummulus cusus videtur à M. Antonio in memoriam adventus Cleopatræ in Ciliciam ex Ægypto. Bellum enim Parthis illaturus, quendam ex familiaribus suis, Dellium nomine, in Ægyptum ad Cleopatram misit; quæ eandem juberet in judicium proficisci Ephesum, primariam Ciliciæ, nunc Caramaniæ dictæ, civitatem, ut sese, coram M. Antonio purgaret de lato Cassianis partibus auxilio. Dellius vero quum in Ægyptum venisset, atque singularem Reginæ pulchritudinem, ingenium moresque vidisset, plane ad exactam venustatem factis, atque optime naturam ipsius nosset Antonii, prævidit facile nihil mali ejusmodi feminæ ab Antonio inminere, sed fore, ut statim amore ejus caperetur, eaque cuncta apud illum posset. Quare hortatus fuit Cleopatram, ut confidenter ad Antonium proficisceretur, Homerico illam versu erigens, utque ornata quam maxime posset, prodiret in judicium atque in M. Antonii conspectum. Fidem illa Dellio habuit, atque suæ formæ suisque confisa inlecebris, quibus minus olim, quum juvencula esset, instructa, Julium Cæsarem & Pompeji Magni ceperat filium, potentiorem iisdem se nunc fore credidit, usu rerum magis edoctam, atque ætate & forma florentem magis. Quare nihil splendoris atque magnificentiæ omisit, magnoque ornatu, longaque pompa ad Antonium profecta fuit, non veluti supplex quidquam deprecatura, sed Triumviri Romani cupiditatibus inlusura. Patet hoc ex descriptione itineris ejus apud *Plutarchum*, qui de eadem his verbis loquitur. *Per literas igitur Antonii cæterorumque accersita,*

(1) Imo ad *L. Gellium* Quæstorem Provincialem, ut notum est, referri debent. Vide *Fam. Anton.* Tab. III. Num. 1.

(2) Hic quoque de Quæstore Provinciali intelligi debet. Confer M. Antonii nummos in *Fam. Antonia*, Tab. II. Num. 7. ubi hic & sequentes nummi inlustrantur.

(3) Sed confer *Fam. Anton.* Tab. II. Num. 1. & 11. & vide quæ ibi dicta sunt.

(4) Exstat in *Fam. Anton.* Tab. VI. Num. 1.

(5) Invenitur in *Fam. Antonia* Tab. II. Num. 6.

(6) Confer Nummos *Fam. Oppiæ* Num. 11. p. 305.

(7) Vide *Fam. Anton.* Tab. VII. VIII. IX. & X.

(8) Quales occurrunt in *Fam. Oppia* Num. Litt. E. F. p. 305.

(9) Talis exstat in *Fam. Oppia* Lit. F. verum ibi pro frumenti spicis est globus.

„ *cerſita, in tantum hominem judiciumque contempſit, ut incredibili pompa per Cydnum amnem navigaret. Erat enim aurea puppis, vela autem purpurea pandebantur, remi argentei ad fiſtulæ tibiæque modos agitabantur. Ipſa vero regina ſub tentorio aurato requieſcens, ad ſimilitudinem Veneris ornata erat. Pueri utrinque collocati pictis Cupidinibus perſimiles. Puellæ inſignes Nereidum & Gratiarum ſtolis partim gubernaculis incumbebant, partim rudentibus annitebantur. Ancillæ mirabili habitu omnes ripas fluvii complebant vaporibus. Currebatur undique ad hujusmodi ſpectaculum, ieratque per omnes fama, Venerem pro utilitate Aſiæ Bacchum illudere. Vacuefactum eſt forum omni multitudine ad videndum diffuſa. Antonius denique pro tribunali ſedens penè ſolus relictus eſt. &c.* Ex quibus verbis magnificentia adparatus hujus Reginæ, pulchritudo navis, atque univerſæ rei geſtæ ſcena liquido adparet. De qua Cleopatra ejusque deliciis & ſumtuoſis conviviis pleni Veterum, qui de ea loquntur, ſunt libri. Credimus igitur in hoc nummo exprimi ornatiſſimam illam triremem, qua ex Ægypto per fluvium Cydnum invecta, Epheſum penetravit Cleopatra, atque ad Antonium venit, ejusque rei memoriam voluiſſe M. Antonium ut in hoc exſtaret nummo, in quo ſpicæ ſub navi fertilitatem Ægypti, quod Regnum erat Cleopatræ, & unde advenerat, denotant. Julium Cæſarem eadem Cleopatra jam ante totum in amorem ſui pellexerat, ſicuti teſtantur *Plutarchus* in Cæſare, Appianus Alexandrinus & *Suetonius Tranquillus*. Et hujus quidem verba in ejusdem Vita Cap. LII. hæc ſunt: *Dilexit & reginas. Inter quas Eunoën Mauram Bogudis uxorem, cui maritoque ejus plurima & immenſa tribuit, ut Naſo ſcripſit: ſed maxime Cleopatram, cum qua & convivia in primam lucem ſæpe protraxit: & eadem nave Thalamego pene Æthiopia tenus Ægyptum penetravit, niſi exercitus ſequi recuſaſſet. &c.* Inſani quoque amoris M. Antonii erga Cleopatram iidem Scriptores meminerunt, quæque in ejus filiorumque ejusdem gratiam Alexandriæ fecerit, hiſce commemorat *Dio* Lib. XLIX. *Deinde Antonius Alexandrinis epulum præbuit, ac in concilio populi Cleopatræ ejusque liberis propter ſe ſedem dedit, habitaque ad populum quadam oratione, Cleopatram reginam regum, Ptolemæum, Cæſarionem cognomine, regem regum appellari juſſit, iisque Ægyptum & Cyprum, alia à priore diviſione inſtituta, addixit. Dicebat autem illam verè Cæſaris ſuperioris conjugem fuiſſe, hunc ejusdem legitimum filium, fingebatque, ſe ſtudio ejus Cæſaris, adductum hæc facere, quo Octavianum non natum ejus, ſed adoptatum filium in invidiam adduceret. Suis vero ex Cleopatra ſibi natis liberis, Ptolemæo Syriam, & omnes cis Euphratem usque ad Helleſpontum regiones, Cleopatræ autem Africam Cyrenaicam, Alexandro fratri eorum Armeniam, & alias trans Euphratem uſque ad Indiam, quaſi vero jam eas occupaſſet, largitus eſt.* Ex quibus *Dionis* verbis cognoſcimus titulum Reginæ Regum, quæ ibi Cleopatræ Antonius juxta teſtimonium quoque hujus nummi dedit, & quomodo filium ejusdem, Ptolemæum, ſive Cæſarionem, Regem Regum (ſicuti in hoc nummo vocatur) adpellaverit; quomodo denique Provincias Populi Romani inter liberos Cleopatræ diviſerit. Quæ cuncta demonſtrant quantopere faſcino amoris ſibi Antonium devinxerit Cleopatra. Turpes quoque amores & laſcivam utriusque vitam Alexandriæ, ubi Imperator Romanus præcipue inſerviebat mulieri, perſtringit idem *Dio* Lib. L. his verbis: *Adeo enim hunc mancipaverat ſibi Cleopatra, ut eum Gymnaſiarcham Alexandrinorum effecerit, ab eo regina ac domina appellata ſit, milites in ſuo ſatellitio Romanos habuerit, omnesque ii in ſuis clypeis nomen Cleopatræ inſcripſerint. Ipſa cum Antonio in forum prodibat, ludos cum eo curabat, cum eo judicia obibat, cum eo equitabat, in urbibus ipſa curru vehebatur, Antonius pedeſter cum eunuchis eam ſequebatur, prætorium ſuum, regiam nominabat, aliquando acinace ſe accingebat, peregrinoque veſtitu utebatur, in ſedili & curru aureis in publico verſabatur. Oſiridem ſe & Dionyſum, ipſa ſe Lunam & Iſidem ſcribebant ac fingebant, quò magis præſtigiis quibusdam ad inſaniam ab ea adactus videbatur. Ipſa enim non Antonium modo, ſed omnes etiam qui in aliqua apud eum eſſent exiſtimatione hujusmodi incantatione quaſi uſa conſtrinxerat, ut ſibi ipſa imperium in Romanos auſa ſit ſperare, ac ſi quid jurejurando affirmaret, jus quod eſſet ipſa datura in Capitolio, juramentum fecerit. &c.*

„ Præter memoratos hos M. Antonii nummos ſupereſt quoque (10) denarius argenteus, in cujus parte priore cernitur M. Antonii caput, addito Lituo, Auguratus inſigni, cum hac Inſcriptione, ANT. IMP. III. VIR R. P. C. A parte poſteriore roſtrum navis eſt, ſupra quam Stella adparet, cum his in circuitu nummi literis, CN. DOMIT. AHENOBARBUS IMP. Qui denarius cuſus fuit ab Antonio eo tempore, quo Cn. Domitius Ahenobarbus, qui inter percuſſores Julii Cæſaris fuerat proſcriptus, ad M. Antonii partes tranſierat, tradita illi claſſe, qua mare Ionium hactenus obtinuerat. Imperium enim in claſſem habuiſſe illum Domitium adſcriptus ad navis roſtrum docet Imperatoris titulus, Stella vero navi ſuperpoſita deſignat Septemtrionem, quorſum curſum ſuum dirigebat claſſis. Sed & inſuper (11) Cleopatræ mihi conſpectus eſt nummus æreus ſecundæ magnitudinis, qui à parte priore inſigniter exſtans Cleopatræ Reginæ exhibebat caput, à parte autem poſteriore Aquilam cum Inſcriptione ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΛΕΩΠΑΤΡΑ id eſt *Regina Cleopatra.* Vidi quoque (12) parvum ex argento nummum cum capite juvenili Regis Jubæ, atque Inſcriptione REX JUBA. à parte antica, à parte vero poſtica neſcio quid cum duabus cernebatur ſpicis in ſummo: erat vero in medio quid quaſi duarum palmarum figura, cum Græca hac in circuitu Inſcriptione ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΛΕΩΠΑΤΡΑ. id eſt, *Regina Cleopatra.* Quem nummum cuſum dicimus à Juba juniore, filio Jubæ, Regis Mauritaniæ, eo tempore, quo Jubæ illi juniori in matrimonium dedit Cæſar Octavianus Cleopatram, M. Antonii & Cleopatræ, Reginæ quondam Ægypti, filiam. Quod poſt mortem M. Antonii & Cleopatræ factum fuit. In Ægypto autem nummulum iſtum ſignatum fuiſſe reor, propter duas ſpicas, quæ in poſtica parte adparent, atque terræ ejus fertilitatem denotant. Teſtimonium de conjugio hoc Jubæ „ junio-

(10) Vide illum in *Fam. Anton.* Tab. III. Num. 5. p. 43. & Domitia Tab. I. Num. 8. p. 155.

(11) Hunc nummum, optime conſervatum, in *Muſeo noſtro* ſervamus, ejusque inter Cleopatræ Reginæ Ægypti nummos conſpectum dabimus in *Theſauro Regio.*

(12) Et hujus nummuli valde elegantis in eodem *Theſauro* fiet copia inter Jubæ II. Regis Mauritaniæ &c. nummos Figura autem, quam adſequi non potuit *Sebaſtianus Erizzus*, eſt Siſtrum Ægyptiacum. Vulgavit autem nummum hunc *Lævinus Torrentius* in eruditiſſimis ad *Suetonium Tranquillum Notis.*

„ junioris cum Cleopatra juniore, atque indulgentia „ Cæsaris Octaviani, refert *Dio* Lib. LI. ubi & reliqua fortuna domus Antonii & Cleopatræ ita „ describitur: *Hæc illorum & vita fuit, & exitus.* „ *Ex liberis autem eorum Antyllus, quanquam ei erat* „ *Cæsaris filia desponsata, ac in patris ejus sacellum* „ *à Cleopatra factum confugerat, statim jugulatus* „ *est. Cæsario autem in Æthiopiam fugiens, inter-* „ *ceptus in itinere, necatus, Cleopatræ autem Jubæ* „ *filio in matrimonium tradita est. Hunc Jubam Cæ-* „ *sar in Italia educatum, ac suam militiam secutum,* „ *hoc regno, & paterno etiam donavit. &c.*"

NUM. 23.

Cajus CAESAR DIVI JULI Filius IMPerator AUGur PONTifex III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum versus lævam, ut Tab. I. Num. 21.

Vulgavit hunc *Hub. Goltzius* in *August.* Tab. XXV. Num. 6.

Marcus ANTonius IMPerator AUGur III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Marcus BARBATus Quæstor Provincialis. Caput M. Antonii nudum, lævam versus.

Vulgavit hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXV. Num. 6.

NUM. 24.

CAESAR IMPerator PONTifex III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, versus lævam, ut Tab. I. Num. 17.

vel

CAESAR IMPerator PONTifex COnSul III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani, nudum versus dextram, pone illud lituus est, ut Tab. I. Num. 23.

Marcus ANTonius IMPerator AUGur III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Marcus BARBATus Prætor Provincialis. Caput M. Antonii lævam versus, pone quod est præfericulum.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXV. Num. 7. Sed hi & similes ab *Andr. Morellio* in fine Operis sui inter dubiæ fidei *Goltzianos* relati sunt.

NUM. 25.

Capitis nota non additur.

ANTONIUS IMPerator. Caput M. Antoni nudum lævam versus.

NUM. 26.

Marcus ANTONIUS IMPerator. Marci Antonii Caput nudum versus lævam.

CAESAR IMPerator. Caduceus alatus.

NUM. 27.

CAESAR IMPerator. Caput Cæsaris Octaviani nudum lævam versus, ut Tab. II. Num. 54.

ANTONIUS IMPerator. Caduceus alatus.

Hi nummi & qui sequuntur in Tabulis Familiarum, ab *Hub. Goltzio*, *Car. Patino*, *Jo. Vaillantio* & *Andr. Morellio* editi & explicati sunt.

NUM. 28. & 29.

Marcus ANTONius Cajus CAESAR. Dextræ junctæ tenent caduceum.

III. VIRi ReiPublicæ Constituendæ. Caput Concordiæ velatum.

Caput Octaviæ in quinario hoc sub habitu Deæ Concordiæ exhibetur. Mortua enim Fulvia, M. Antonii uxore, reducta videbatur concordia, novis ejus cum Octavia, Cæsaris Octaviani Sorore, nuptiis. Pertinet igitur ad A. V. C. 714.

NUM. 30. & 35.

Cajus CAESAR IMPerator. Securis inter albogalerum & adspergillum.

Marcus ANTonius IMPerator. Lituus, præfericulum & pullus gallinaceus.

Typi hi ad auguratum & sacerdotium utriusque spectant.

NUM. 31. & 32.

Lucius AQUILLIUS FLORUS III. VIR. Caput Virtutis galeatum.

CAESAR AUGUSTUS. Imperator Augustus in Elephantorum bigis.

L. Aquillius Florus, qui TriumVir Monetalis Cæsaris Augusti exstitit, celebravit hoc nummo Legationem Indorum, quæ Augusti caussa Romam venerat, nam Elephas Indiæ Symbolum est. Neque absurdum erit, si statuamus, inter alia dona, elephantos ex India ad Cæsarem Augustum advectos fuisse. Conspici eundem in curru vel bigis, ab elephantis, qui velut equi jugo sunt subditi, tractis, mirum non est; quum temporis ejus poëta Græcus, nomine Philippus, in Anthologia id ipsum celebret hoc Epigrammate.

Οὐκ ἔτι πυργωθεὶς ὁ φαλαγγομάχας ἐπὶ δῆριν
Ἄρχεται ὁρμαίνων μυριόδους ἐλέφας.
Ἀλλὰ φόβῳ στείλας βαθὺν αὐχένα πρὸς ζυγοδέσμους,
Ἄντυγα διφρυλκεῖ Καίσαρος οὐρανίου.

Ἔγνω

Ἔγνω δ' εἰρήνης καὶ θὴρ χάριν· ὄργανα ῥίψας
Ἄρεος, εὐνομίης ἀντανάγει πατέρα.

Quod ita vertit *Franciscus Vavassor* in Lib. de Dict. Ludicra Cap. XV. p. 121.

Non elephas turritus adhuc, junctusque catervis,
In conferta ruit prælia dente truci.
Sed juga, ceu metuens, prona cervice subivit,
Cæsareo Latium quo vehat axe ducem.
Commoda jam pacis sentit fera: projicit arma
Martia, fert Juris pro quibus illa Patrem.

NUM. 33.

Caput & Inscriptio similes sunt præcedenti.

CAESAR AUGUSTUS SIGnis REceptis. Parthus genuflexus signa reddit.

Quia inprimis gloriosum erat Romanis infamiam Crassianæ cladis vindicasse, hinc crebris nummorum typis ea res celebrata fuit.

NUM. 34.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. III. Num. 99.

Lucius AQUILLIUS FLORUS III. VIR. Figura militaris, læva clypeum adtollens, dextra figuram muliebrem, humi prolapsam, sublevat, quæ ut noscatur qualis sit, subtus scribitur SICILia.

Hoc denario non expressit Triumvir Monetalis, ut in præcedentibus, decora publica, sed privata domus suæ, ut solebant primi illi Magistratus per Majorum claritudinem sese insinuare in populi favorem. Manii enim Aquillii, qui A. V. C. 652. servos fugitivos in Sicilia deleverat, memoriam renovat. Vide Nos ad *Morellii Fam. Rom.* p. 32. & 33. Sed & Sancti Amantii Dominus *Jo. Tristanus* hujus nummi typum Tom. I. Comment. Histor. p. 75. sequenti Commentario illustravit. „ CAESAR AUGUSTUS, l'effigie d'Auguste, au revers L. AQUILIUS FLORUS III VIR SICIL. Auguste armé tenant une femme sous ses pieds: qui est la Sicile. *Goltzius* planche 29. *Ful. Ursinus* s'imagine cette medaille avoir esté frappée par ce Triumvir monetaire pour memorial de la victoire acquise par M. Aquilius Florus dont parle *An. Florus* en son Epit. de l'Hist. Romaine. Mais je n'estime pas que cette medaille estant frappée sous le nom d'Auguste, & en son honneur en effet, represente autre chose que la victoire mesme qu'il obtint finallement contre Sextus Pompejus, qui luy assujetist entierement cette province qui luy avoit tousiours esté si contraire, & si favorable à son ennemy. Joinct que ce M. Aquilius Florus, qui pouvoit avoir esté pere ou frere de cettuy-cy, ne conquist pas la Sicile, mais seulement en chassa des esclaves qui la molestoient, & en avoient déja surpris & forcé quelques villettes; & que cette figure representée tenuë sous les pieds de ce Prince, n'est pas la marque d'une mediocre victoire, mais d'une reduction entiere d'une province mise à la raison par une victoire signalée & definitive. Mais apres tout, on peut dire qu'avec cette province ainsi domtée, la liberté du peuple Romain fut entierement atterrée sous les loix d'Auguste. Car elle rendit le dernier souspir avec Pompée, apres une ocean de sang respandu, & qui faisoit dire à *Virgile* en son poëme intit. *Culex*, en ces beaux vers 78.

„ *Quis magis optato queat esse beatior ævo,*
„ *Quam qui mente procul pura sensuque probando,*
„ *Non avidas agnovit opes, non tristia bella;*
„ *Nec funesta timet validæ certamina classis?*

„ Qu'il n'y avoit que ceux là heureux; qui eloignez des lieux où l'on ne voyoit point joüer ces sanglantes tragedies, contents & sans ambition, ne craignoient point les evenements des combats funestes d'une bataille navale, ny le malheur de la guerre. Virgile escrivant cecy (ce semble) durant les guerres civiles d'Auguste & de Sextus Pompejus en Sicile, ou de Marc Antoine à Actium avant le combat definitif. Lesquelles guerres & defaictes qui s'en ensuivirent il appelle un peu après *tetras clades*, en ces termes, *Ereptus tetris è cladibus*; à cause que c'estoient guerres de citoyens & compatriotes qui duroient lors, où le plus genereux sang & le plus pur de l'Empire Romain se versoit, & esquelles les forces de l'estat s'enervoient entierement. Que si *Scaliger* eust employé heureusement son jugement tres-exquis en cet endroit, il eust esté hors de peine de prouver en la preface de son docte Comment. sur ce poëme, le temps auquel *Virgile* le composa, se servant de l'histoire pour l'expliquer plus utilement qu'il n'a fait, & eust entendu pourquoy ce Poéte au commencement dit à Octavius Cæsar vs. 9.

„ — — *dabunt cum securos mihi tempora fructus,*
„ *Ut tibi digna tuo poliantur carmina sensu.*

„ Car ayant beaucoup d'inclination pour ce Prince, il craignoit d'escrire quelque chose de remarquable en sa faveur; & d'ailleurs les guerres luy en ostant la commodité, & le loisir. Mais ce n'est pas seulement en cet endroit que le jugement de ce grand personnage s'extravague en commentant ce poëme excellent; voicy encore où il choppe. *Virgile* invoquant Octave dit vs. 25.

„ *Octavi venerande, meis allabere cœptis*
„ *Sancte puer, tibi namque canit non pagina bellum,*
„ *Phlegra Giganteo sparsa est quo sanguine Tellus,* &c.

„ Où, *Scaliger* pour avoir veu, à ce qu'il dit, un manuscript où il y avoit,

„ *Triste Jovis ponitque canit non pagina bellum*
„ lit
„ *Triste Jovis Pœnique canit non pagina bellum.*

„ Interpretant ces vers comme si *Virgile* y entendoit parler de cette guerre qui rendit les Gaulois maistres de Rome sous Brennus, & du siege qu'ils mirent devant le Capitole. Il devoit encore adjouster qu'il estoit aussi parlé des guerres Puniques, puisqu'il lit *Pœnique canit*. Mais

 „ ny

„ ny l'une ny l'autre de ces corrections & interpretations ne sont soustenables. Et j'estimerois que si il (12) y a à corriger quelque chose en ces vers, c'est pour les lire ainsi selon mon jugement,

„ *Triste Jovis cœlique canit non pagina bellum*
„ *Phlegra Giganteo sparsa est quo sanguine tellus.*

„ Car sans doute *Virgile* entend parler de la fabuleuse guerre que les Geants esmeurent contre Jupiter, qui les sceut, assisté des autres Dieux, bien chastier de leur outrecuidance. De laquelle voyez *Apollodorus* en sa Bibliotheque des Dieux, & tous les Poëtes. Certainement cette demangeaison de corriger les autheurs, qui tenoit si fort ce grand homme en la cervelle, luy fait souvent grand tort, & encore plus à plusieurs passages qu'il a rendus plus malades qu'ils n'estoient; neantmoins il traitte fort rudement ceux qui ont fait comme luy. Mais un' infinité d'autres qu'il a bien restablis compensent ce deffaut, & son insigne doctrine, & singuliere erudition aussi. Au reste Auguste s'estant assuietty la Sicile, il tascha de la remettre en son ancienne splendeur, les guerres l'ayant merveilleusement ruinée & desfigurée; de sorte quil repara, & fist comme neufve, Syracuse, & la remplit de nouveaux habitans, comme aussi Catane & Centoripe, ce dit *Strabon* livre VI."

NUM. 36.

Capitis Epigraphe & typus similis est nummis 31. 32. 33.

CAESAR DIVI Filius. ARMEnia CAPTa. Armenia supplex manus extendit genuflexa.

Annus iste, quo Triumvir Monetalis fuit L. Aquillius Florus, inprimis clarus & nobilis exstitit, redditis à Phrahate Partho signis, adventu Oratorum Indorum Romam, atque Armenia capta, sive inposito ab Augusto Armeniæ Majori Rege Tigrane; quæ cuncta acciderunt A. V. C. 734.

NUM. 37.

Lucius AQUILLIUS FLORUS III. VIR. Caput Solis radiatum.

CAESAR AUGUSTUS. Quadrigæ triumphales insistente Flore. Subtus legitur Senatus Consulto.

Explicavimus hunc nummum in *Thesauro Familiar. Romanar.* ad *Gentem Aquilliam* p. 33. 34.

NUM. 38.

Caput idem Solis & Epigraphe eadem.

CAESAR AUGUSTUS SIGNis RECEptis. Parthus genuflexus signa reddit.

Quia decus hoc ex Oriente petitum fut, Orientis typus, Sol, anticam nummi partem occupat.

NUM. 39.

Caput Solis idem, Epigraphe eadem.

CAESAR AUGUSTUS. Quadrigæ triumphales, quæ in summa parte clauduntur operculo ex quo veluti tres Metæ surgunt. Infra legitur Senatus Consulto.

Propter recepta signa Romana à Parthis &c. Triumphus Augusto decretus fuit, sed ille, ovatione contentus, triumphum recusavit. Inde currus vacuus in his nummis depingitur. Quid vero sibi velint in operto vehiculo tres Metæ vix capio, nisi forsan Metas Imperio Romano non alias nisi trium partium Orbis tunc cogniti, extremitates designet Florus Triumvir.

NUM. 40.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. III. Num. 99.

Lucius AQUILLIUS FLORUS III. VIR. Flos apertus, qui videtur esse Cyanus, sicuti in curru Num. 37. ejusdem floris species adparet.

Exstat *Sebastian. Ericii* explicatio in hujus denarii typum, ubi aversam nummi partem depingit p. 160. his verbis concepta: „ Argenteus est Augusti nummus, excellentis artificii, in quo juxta caput Imperatoris hæc legitur Inscriptio, CAESAR AUGUSTUS. Ab altera parte pulcherrimi floris, apertis foliis, imago cernitur, cum hac epigraphe, L. AQUILLIUS FLORUS III. VIR. Signatus fuit hic nummus Romæ in honorem Cæsaris Augusti; ejus vero postica pars simpliciter adludit ad cognomen Triumviri Monetalis, à quo cusus fuit, videlicet L. Aquillii Flori. Et hunc morem, quo ad cognomina sua adludunt Triumviri monetales, in aliis quoque denariis invenire licet. Et hi quidem Triumviri Monetales Romæ curam habuerunt signandæ monetæ, unde dicti fuerunt Aeri, Argento, Auro flando feriundo Triumviri, eratque eorum munus, providere, ut purum esset aurum atque argentum, utque nummus justi esset ponderis; eosque nummos signabant in honorem Principis, quod & observare licet in (13) æreis monetis, quæ in honorem Augusti „Romæ

(12) Neutiquam sollicitari debet vulgata lectio, sed *Sancte puer*, retineri debet, nam retinet ipse *Virgilius* infra versu 36.

Et tu, Sancte puer, venerabilis, & tibi certet.

Ubi ne ipse quidem *Scaliger* illud *Sancte puer* in dubium trahit, quamvis fecerat ad versum 26. sed parum feliciter.

(13) Invenitur ejusmodi nummus æreus, qualem cernere licet Tab. XXXI. & XXX.

„ Romæ cusæ sunt, & tamen ab altera sui parte „ nihil continent, nisi nomina Triumvirorum „ Monetalium, qui eo tempore exstiterunt, cum „ nota S. C. in area nummi. Inveniuntur pariter „ nonnulli æræi ex flavo metallo, varii ponderis „ atque magnitudinis, in quibus ab altera parte cernitur elegans corona civica, & ad latera ejus „ duo laurei rami. In ipsa vero corona hæc legitur Inscriptio, OB CIVIS SERVATOS. (14) „ Ab altera parte varia Triumvirorum Monetalium „ inveniuntur nomina, ut *P. Licinii Stolonis*, *C. Asinii*, *C. F. Galli*, qui in iisdem inscribuntur „ Triumviri A. A. A. F. F. id est *auro argento æri flando feriundo.* (15) Inveniuntur & alia numismata ex magno & medio ære, quæ ab una „ parte Coronam Civicam exhibent, cum inclusa „ intus hac Inscriptione, AUGUSTUS TRIBUNIC. POTEST. Ab altera parte pariter „ Triumvirorum Monetalium sunt nomina, ut *C. Censorini*, *C. N. Pisonis*, aliorumque; quæ quidem monetæ in usu fuisse videntur Romæ, atque valuisse juxta rationem ponderis eorundem. Sunt enim in isto genere permulti sine „ effigie Principis, cum nomine Triumvirorum „ Monetalium, & nonnulli pro pretio satis ponderosi. Examen horum ut instituant curiosi „ earum rerum iisdem relinquimus, & satis & „ multa de iis quoque diximus in (16) Discursu „ nostro. Addimus saltem, leges & præscripta „ habuisse Triumviros Monetales, juxta quæ examinarent puritatem auri atque argenti, præterea caverent ne pretiosiori metallo æs vel plumbum inmisceretur. Testatur enim *Cornelius Tacitus* pœnam capitalem constitutam fuisse illis, „ qui monetam adulterassent. Permultos tamen „ vidi antiquos denarios argenteos, (17) qui intus „ erant ex ære, atque antiquissimis temporibus à „ falsis monetariis magna arte fabricatos. Ejus „ vero *Aquillii Flori*, cujus hic nummus est, (18) „ mentionem fecit *Dio* Lib. LI."

Vide quæ de hisce floribus & ratione signandi diximus ad Nummos Consulares sive *Familiar. Romanar.* p. 33. & 34. Exstat pulcherrimus hic nummus in *Museo nostro.* Contemplati eundem jam diu sunt, qui vulgarunt, *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXV. Num. 20. *Æneas Vicus* inter *Argent. Aug.* Num. 70. *Sebastianus Ericius* p. 160. Exstat & inter *Numism. Arschot.* Tab. XIII. Num. 5.

TABULA XX.

ADHUC EXHIBENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI

ARGENTEA MINORIS MODULI.

NUM. 1.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. III. Num. 86.

Lucius CANINIUS GALLUS III. VIR. Parthus genuflexus, signa reddens.

Vidimus eundem typum in *Lucii Aquillii Flori* nummo Tab. præcedente Num. 35. atque occurrit præterea infra in hac Tab. Num. 27. in *Marci Durmii* nummo; unde liquido patet *M. Durmium*, *L. Caninium Gallum*, & *L. Aquillium Florum*, uno eodemque anno exstitisse Triumviros Monetales, videlicet A. V. C. 734. Præter illos, qui ex professo de Nummis *Familiarum Romanarum* libros ediderunt, vulgavit nummum hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXVII. Num. 10. & testatur *Morellius* eundem exstare in *Thesauro Versaliensi*; servamus similem pulcherrimum in *Museo nostro.*

NUM. 2.

Caput Augusti idem, & Epigraphe eadem.

AUGUSTUS TRibunicia POTestate. Lucius CANINIUS GALLUS III. VIR. Mensa quadripes.

In *Thesauro Morelliano Fam. Rom.* p. 69. plura diximus ad similem nummum, sed in quo præter mensam adposita hasta (hic fortean à sculptore neglecta, vel in nummo evanescens) comparet. Explicavimus ibi de vectigalium hoc anno collocationibus, quas typo hoc exprimi existimavimus. Rationes, quibus sententiam nostram adstruximus ibidem

(14) Vide Tab. XXV. Num. 2. 3. &c.
(15) Confer Tab. XXX. Num. 3. 11. &c.
(16) Innuit *Sebastianus Ericius* Discursum quem Explicationibus Nummorum præmisit.
(17) Pag. 444. innuit, ubi miserabilis Aquillii Flori], patris & filii exitus narratur.
(18) Hos *Subæratos* vulgo vocant, suntque pellicula argenti obtecti, quæ si dematur, inpressionem tamen servare, sed rudiuscule, solet æs intus inclusum. Vidi & habeo quoque ejusmodi Græcos multos subæratos.

ibidem protulimus. Exſtat inſignis hic nummus in *Theſauro Verſalienſi*.

Num. 3.

Caput Auguſti idem & Inſcriptio eadem.

Lucius CANINIUS GALLUS III. VIR *Caji Cæſaris Auguſti. Ex quibus vocibus tres poſteriores cippo ſive potius incudi inſcribuntur.*

Primus hunc denarium edidit *Vaillantius*, & quoniam illæ literæ C. C. AUGUSTI. ænigma ſatis obſcurum continere videbantur, commenti ſunt viri docti varia, ſicut ad ænigmata fieri ſolet, ſomnia. Excuſſimus ſingula ad laudatum *Andr. Morellii* Opus p. 70. & 71. quin & etiamnum, rite perpenſis rationibus cunctis, ſimplicem illam quam dedimus tuemur interpretationem, manus daturi, ſi quis meliorem adferre poterit. Habuit Senatus, ut provincias ſuas, ſic jus cudendæ monetæ æneæ & monetarios ſuos, ſive Triumviros Monetales. Habuit & Auguſtus; ſed Principis Triumviri aurum & argentum ſignabant. Inſcribit igitur L. Caninius in hoc nummo ſeſe Triumvirum Monetalem Caji Cæſaris Auguſti, quo quid ſimplicius dici poteſt? Neque moveant quemquam inſcripta illa C. C. AUGUSTI in incude ejusmodi, quales crebro in nummulis æreis Familiarum obſervari ſolent, quum rudis omnino & hoſpes in antiquis nummis ſit oporteat, qui non pluriuma ſimilia, in *Familiarum Romanarum* nummis præſertim, animadverterit. Sic in *Fam. Cæcilia* Tab. II. lit. A. B. C. nomina *Marcus* METELLUS & *Cajus* METELLUS rati inſcribuntur, quum amplum ſatis exſtaret ſpatium in margine, ſi ibi locare voluiſſet ſculptor. Sic in *Fam. Poblicia* Num. 3. (quod maxime ad noſtram de hoc Caninii nummo ſententiam accedit) occurrit poſt figuram ſtantem incudis figura quadrata, cui inſcribitur *Cajus MALleolus*. Quod factum fuiſſe pro lubitu à Sculptore, ſive illo, qui nummum ſignari fecit, adparet vel inde, quod in ſequente ibidem nummo literæ eædem in area ſub incude ponantur. Objici poteſt, ultro intelligi à quovis poſſe L. Caninium Gallum Caji Cæſaris Auguſti, non vero Senatus fuiſſe Triumvirum, quia argentum, non vero æs ſignaverit. Reſpondeo, plures fuiſſe Gallos, atque ex diverſis familiis, qui Senatus fuerint Triumviri, & quorum hodieque ſuperſunt nummi ærei; ex quibus Gallis, Senatus Triumviris Monetalibus, ut ſeſe Caji Cæſaris Triumvir Monetalis L. Caninius Gallus diſtinguat, titulum muneris ſui, potiſſimum in fabrili ejus inſtrumento, incude, forte exprimere voluit.

Num. 4.

Epigraphe eadem, caput idem.

Lucius CANINIUS GALLUS. . . . . OB *Cives Servatos. Ara cui imponitur corona, (quam non dubito quin in ipſo nummo ſit civica, ſive quernea) inter duos erectos laurus bacciferæ ramos.*

Nummus hic reſpicit gloriam ejus anni, quo cuſus fuit, nempe A. V. C. 734. quo cives Romani ſignaque Romana à Parthis ſunt reddita. Quare aris & ſacrificiis culti fuere Dii Romani, atque Auguſtus, ob cives ſervatos, merito ſummos adquiſivit honores. Literæ III. VIR. temporis injuria in nummo evanuerunt.

Num. 5.

IMPerator CAESAR AUGUSTus. *Caput Auguſti nudum lævam verſus, ut Tab. III. Num. 77.*

Publius CARISIUS LEGatus PRO PRætore. *Porta urbis, cui inſcribitur* EMERITA.

Ex profeſſo omnes hoſce nummos illuſtravimus in *Familia Cariſia*, quo B. L. ablegamus; & hic quidem occurrit ibidem in pictura *Andr. Morellii* Tab. Gentis Cariſiæ II. Num. 8. & explicatur in Commentario noſtro p. 74. Exhibuit hunc primus *Hubert. Goltzius*, atque occurrit is inter *Numiſm. Arſchot.* Tab. XVI. Num. 16.

Num. 6. & 7.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. *Caput Cæſaris Auguſti dextram verſus, capillo horridiore, ipſum enim nummum in Hiſpania fuiſſe cuſum arbitror.*

Publius CARISIUS LEGatus PRO PRætore. *Porta ſimilis, cui rudiuſcule inſcribitur* IIMIIRITA.

Confer Tab. *Morellii* in hac *Familia* ſecundam, litera D. Edidit hunc primus *Æneas Vicus* inter *Argent. Auguſt.* Num. 2.

Num. 8.

IMPerator CAESAR AUGUSTus. *Caput Auguſti nudum dextram verſus, ut Tab. III. Num. 78.*

Publius CARISIUS LEGatus PRO PRætore. *Congeries armorum Hiſpanorum, atque erectum ſuper illa tropæum.*

Vide Commentarium noſtrum ad Num. 2. Tab. II. *Fam. Cariſiæ.* Exhibent hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXIII. Num. 2. & *Æneas Vicus* inter *Argent. Aug.* Num. 64. Exſtat quoque inter *Numiſm. Arſchotan.* Tab. XII. Num. 18. Poſſidemus hunc valde elegantem & bene ſervatum.

Num. 9.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. *Caput Auguſti nudum, verſus lævam, ut Tab. III. Num. 77.*

Publius CARISIUS LEGatus PRO PRætore. *Victoria componens tropæum.*

Quinarium hunc exhibuit *Morellius* in *Fam. Cariſia* Tab. II. Num 6. ubi vide quæ notavimus.

mus. Sed & exhibuit ibi alterum quinarium *Andr. Morellius* lit. E. in quo caput Augusti nudum, cum hac Inscriptione AUGUSTus, dextram versus exprimitur, atque ab altera parte cernitur Victoria simile componens tropæum, sed cum hac Inscriptione Publius CARISIus LEGatus. Sic ut nihil ex his sub pedibus Victoriæ legatur; atque illa PROPR. quæ in reliquis adparent, absint. Imo ipse habeo similem quinarium, pari modo ab utraque parte inscriptum, sed Augusti capite nudo versus partem lævam converso, qualem depinxit *Morellius* Tab. III. lit. G. Sed & ab utroque diversum quinarium insuper ex *Patino* Tab. III. Num. 1. exhibet *Andr. Morellius*, qui Caput Augusti laureatum exhibet.

NUM. 10.

Anticæ partis nulla additur nota, sed sine dubio similis est uni ex præcedentibus nummis.

Publius CARISIUS LEGatus PRO PRætore. *Victoria similis componens tropæum.*

Denarius non quinarius est nummus, explicatio ejusdem à reliquis non abit.

NUM. 11.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. V. Num. 161.

Publius CARISIUS LEGatus PRO PRætore. Lancea Hispanica, Clypeus, & baltei pars cum fibula.

Invenitur pulcher hic nummus in *Fam. Carisia* apud *Andream Morellium* Tab. II. Num. 5. ubi p. 74. de ejusmodi armis Hispanicis disseruimus. Edidit, præter alios, *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXIII. Num. 3. & adparet inter *Numismat. Arschotan.* Tab. XII. Num. 19.

NUM. 12.

IMPerator CAESAR AUGUSTus. Caput Augusti nudum dextram versus, ut Tab. V. Num. 163.

Publius CARISIUS LEGatus PRo PRætore.

Galea depressa, sive ex adverso, qua tota facies tegebatur, inter arma Cantabrica, bipennem gladiumque brevem, sed latum & acutum.

Qualem errorem Viri Docti in hoc nummo insigni explicando erraverint, præsertim is, qui de persona scenica galeam hanc acceperit, videri potest in Commentario nostro p. 75. ad Nummum 3. Tab. tertiæ *Fam. Carisiæ*. Primus ante reliquos nummum edidit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXIII. Num. 11.

NUM. 13.

CAESAR III. VIR. ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, lævam versus, ut Tab. I. Num. 10.

Publius CLODIUS *Marci Filius. Mars, stans, nudus, galea caput tectus, versus dextram conversus, læva parazonium & palliolum tenet, dextra hastam.*

Vide quæ de *P. Clodio* atque nummo hoc, quem primus edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLVII. Num. 5. diximus ad *Morell. Famil.* p. 93.

NUM. 14.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. III. Num. 86.

Lucius LENTULUS FLAMEN MARTIALIS. Figura seminuda stans, Deorum habitu, dextra tenet victoriolam, læva hastam transversam, supra caput astrum est, adstat figura togata, quæ dextra coronat icunculam, læva manu clypeo votivo, ad pedes posito, innititur.

Otium nobis in præclaro & pulcherrimo hoc nummo (cujus instar tractavimus quondam in *Museo Markiano*, ita ut animadverterimus ibidem literas C. V. id est *Clypeus Votivus*, ipsi inscriptas clypeo) faciunt, quæ abunde adtulimus ad *Andr. Morellii Fam. Rom.* Tabula secunda inter *Cornel.* Num. 7. p. 118. ubi, contra aliorum opinionem, statuimus expressam in hoc nummo consecrationem Divi Julii, statuamque ejus, hoc habitu, in æde Martis Ultoris ab Augusto positam. Vulgavit *Hub. Goltzius* (sed minus idem recte) nummum hunc in *Fastis* ad ann. V. C. 750. & in *Aug.* Tab. LXXI. Num. 11. ut & *Æneas Vicus* inter *Argent. August.* Num. 67. & adparet quoque inter *Numismat. Arschotana* Tab. XIV. Num. 16.

NUM. 15.

Cajus CAESAR III. VIR. ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani juvenile, nudum, versus lævam, ut Tab. I. Num. 7.

BALBUS PRO PRætore. Clava Herculis erecta.

Fuit hic L. Cornelius Balbus, L. F. Gadibus ex Hispania oriundus, unde Herculis clavam in nummo expressisse videtur. Plura, scitu digna, de illo videri possunt ad *Andr. Morellii Fam. Rom.* p. 137. Publicavit ante alios nummum hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXIV. Num. 19.

NUM. 16.

AUGUSTUS ConSul XI. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. VI. Num. 179.

COSSUS LENTULUS. Marcus AGRIPPA COnSul TERtium. Caput M. Vipsanii Agrippæ, corona rostrata & murali insigne.

Exstat hic & sequens nummus inter *Fam. Corneliæ* nummos apud *Andr. Morellium* Tab. VI. Num. 1. & 2. p. 135. Explicationem quære supra p. 243. similis enim huic primo exstat aureus Tab. XII. Num. 1. Vulgarunt primi *Æneas Vicus* inter *Argent. Aug.* Num. 71. & *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXI. Num. 7. Servatur in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 17.

AUGUSTUS COnSul XI. Caput idem Augusti.

Caput idem M. Vipsanii Agrippæ, atque Inscriptio eadem; sed quia à Trajano IMPeratore restitutus est, legitur in extrema ora, IMPerator CAESar TRAJANus AUGustus GERmanicus DACicus Pater Patriæ RESTituit.

Nummi omnes, præsertim jam ante inter rariores, rarissimi sunt, si restituti inveniantur.

NUM. 18.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 86.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Ausi laureatum, lævam versus, ut Tab. IV. Num. 128.

COSSUS CNei Filius LENTULUS. Statua equestris armata, tropæum ferens, basi insistit rostratæ.

Præclari hujus nummi, qui una cum sequente depingitur ab *Andr. Morellio* in *Fam. Rom.* & quidem *Cornelia* Tab. VI. Num. 3. & Litt. B. C. explicationem vide ibidem p. 137. Vulgarunt, præter alios, hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXV. Num. 23. *Æneas Vicus* inter *Argent. Aug.* Num. 63. & invenitur quoque inter *Numism. Arschotan.* Tab. X. Num. 6. sed passim à sculptoribus rostra, quæ basi adfixa sunt, turpiter negliguntur.

NUM. 19.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 86.

Epigraphe & typus similis, sed in summo margine Trajani hæc restitutio adscribitur, IMPerator CAESar TRAJANus AUGustus GERmanicus DACicus Pater Patriæ RESTituit.

NUM. 20.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. IV. Num. 121.

LENTULUS SPINTher. Præfericulum & lituus.

Vide hujus nummi explicationem in *Fam. Cornelia* ad Tab. VI. Num. 5. p. 137.

NUM. 21. & 22.

HONORI. Marcus DURMIUS III. VIR. Caput Honoris.

CAESAR AUGUSTUS Senatus Consulto. Quadrigæ triumphales, in summo earundem flos est.

Triumvir una cum Lucio Aquillio Floro fuit Marcus Durmius; hique Triumviri Monetales unanimi consensu, similes inter se typos in moneta sua expresserunt, unde mirari non debemus, eundem typum, qui in aversa parte nummi L. Aquillii Flori, tabula præcedente, Num. 37. cernitur, hic quoque in Durmii nummo adparere. De Marci Durmii nummis egimus in illa *Familia* p. 158. Vulgavit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXV. Num 19. & 22.

NUM. 23.

HONORI. Marcus DURMIUS III. VIR. Caput Honoris.

AUGUSTUS CAESAR. Orator Indus, ut plerique volunt, ut nos putamus, Cæsar Augustus in elephantorum bigis, symbolum Indiæ veluti supplicis.

Vide quæ diximus de hoc nummo, indicata pag. 158.

NUM.

NUM. 24. & 25.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 99.

Marcus DURMIUS III. VIR. Leo cervum lanians.

Videtur typus pertinere ad venationes, A. V. C. 734. qui, propter varia decora, Urbi gloriosus valde fuit, editas. Duo hi nummi positu literarum in Inscriptione tantum discrepant; priorem edidit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXV. Num. 13. posteriorem idem Tab. XXXV. Num. 15. & *Æneas Vicus* Num. 42. ut & *Sebast. Ericius* p. 142. apud quem hæc leguntur: „ Cæsaris „ Augusti denarius est argenteus, pulcherrimus, „ in quo caput ejus cernitur, ætate matura, cum „ hac epigraphe CAESAR AUGUSTUS. Ab „ altera parte robustus depingitur Leo, in cervi „ terga fortiter insiliens, eumque prosternens, „ atque dentibus & unguibus lacerans. In circuitu „ nummi legitur M. DURMIUS III. VIR. In „ honorem Augusti signatus fuit hic nummus, at- „ que eo forsitan tempore (19) quo victoriam „ Actiacam de M. Antonio retulit Cæsar. Forti- „ tudinis enim atque roboris Leo est Symbolum, „ Cervus timoris & fugæ. Referri quoque typus „ potest ad Ludos Sæculares, quos decennio quo- „ que in quorundam Deorum honorem celebrari „ solitos, suo tempore celebravit Augustus; adeo- „ que ad pugnam in iisdem Leonis cum Cervo. „ Sunt vero quidam, qui volunt centesimo demum „ anno illos Ludos, utpote Sæculares, celebratos „ fuisse. M. Durmius Triumvir fuit Monetalis, „ sub quo nummus iste cusus est." Editus quoque is est inter *Numism. Arschotan.* Tab. XIII. Num. 3.

NUM. 26.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 99.

Marcus DURMIUS III. VIR. Aper telo transfixus.

Pertinet typus ad venationes, de quibus modo mentionem feci. Vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXVI. Num. 17.

NUM. 27.

HONORI. Marcus DURMIUS III. VIR. Caput Honoris.

CAESAR AUGUSTUS SIGNIS RECEPTIS. Parthus genuflexus signa reddit.

Similem typum habuimus in L. Aquillio Floro, tabula præcedente Num. 33.

NUM. 28.

AUGUSTUS Tribunicia POTestate. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. VI. Num. 183.

Publius STOLO III. VIR. Apex sacerdotalis inter duo Ancilia.

Sacerdotia Augusti, vel Familiæ Liciniæ Stolonis respicere typus videtur.

NUM. 29. & 30.

AUGUSTUS Tribunicia POTestate. Statua Augusti equestris, dextra coronam tenentis.

Publius STOLO III. VIR. Apex sacerdotalis inter Ancilia.

Statua hæc equestris posita videtur Augusto ex Syria reduci A. V. C. 735. Vide quæ diximus ad *Fam. Rom.* p. 240.

NUM. 31.

CAESAR III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, lævam versus.

Lucius LIVINEIUS REGULUS. Victoria sinistrorsum gradiens, dextra corollam gerit, læva palmam super humeros.

Cusus videtur hic denarius in memoriam Victoriæ Philippicæ; quis vero hic fuerit L. Livineius Regulus, de ea re inquisivimus, ad *Fam. Livineiam* p. 247. Vulgavit præ cæteris hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Cæsare* Tab. XXVI. Num. 4.

NUM. 32. & 33.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum lævam versus, in corona civica.

Cajus MARIUS Caji Filius TROgus III. (Trium) VIR. Figura virilis velata, stans, dextra tenet simpuvium.

Diximus in Commentario nostro ad *Fam. Rom. Andr. Morellii* p. 270. nos suspicari & credere hunc C. Marium Trogum Triumvirum Monetalem fuisse eo anno, quo, mortuo Æmilio Lepido, Pontificatum Maximum recepit Augustus, videlicet A. V. C. 741.

NUM.

(19) Refellitur abunde hæc computatio titulo Augusti, qui Cæsari in nummo datur, quemque aliquot annis post accepit: Annus vero, quo signatus fuit hic nummus, patet ex aliis Triumviri Monetalis M. Durmii nummis.

Num. 34.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus, in corona civica.

Cajus MARIUS TROGUS III. VIR. Caput muliebre inter duo capita juvenilia. Supra medium caput est corolla.

Domus Augusta Imperatoris Augusti in rarissimo hoc C. Marii Trogi denario exprimitur. Caput scilicet illud muliebre Juliæ est, filiæ Augusti, cujus liberi, nepotes Augusti, Cajus atque Lucius, juxta eumdem, per duo illa capita juvenilia sive puerilia exprimuntur. De quibus, ut & de corolla illa, vide quæ commentati sumus ad sæpius laudatum *Andr. Morellii* Opus p. 272. 273. Confirmat autem hic & sequens denarius me in antiqua sententia de C. Mario, Triumviro Monetali eo anno, quo Pontificatum Maximum recepit Augustus. Nam sicuti in hoc & sequenti denario gener, filia & nepotes Augusti exprimuntur, sic inter æreos majoris moduli occurrit infra Tab. XXVII. Num. 17. & 18. & in Nummis M. Agrippæ, Num. 11. & 12. nummus insignis qui ab altera parte Marci Vipsanii Agrippæ caput exhibet, ab altera vero ipsius Cæsaris Augusti, medium inter duo capita Lucii & Caji, nepotum ejus ex Agrippa & Julia. Inscribitur vero ab eadem parte is nummus, AUG*ustus* PONT*ifex* MAX*imus*. Cusus videlicet eo anno, quo, mortuo Lepido, Pontificatum Maximum, quem vivo auferre non sustinuerat, recepit.

Num. 35.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum lævam versus, post illud lituus est, ut Tab. III. Num. 87.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum in corona quernea, ut supra Num. 33. qualem exhibet Andreas Morellius in Fam. Maria Lit. F.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. II. Num. 36. qualis exhibetur à Goltzio in Aug. Tab. LXXIII. Num. 5.

Cajus MARIUS Caji Filius Trogus III. VIR. Duæ figuræ togatæ stantes læva tenent chartas convolutas, ante pedes singulorum totidem scrinia sunt. Notari præterea velim capita figuræ alterius quidem, quæ ad dextram stat, laurea corona vel quernea, alterius, quæ ad sinistram collocatur, corona murali insignia esse.

Pulcherrimi hujus denarii, in quo Augustus & Agrippa singulari ornatu conspiciuntur, novam, contra aliorum opiniones, &, ut etiamnum adfirmare audemus, haud contemnendam, dedimus explicationem, quæ videri potest ad *Fam. Rom. Andr. Morellii* p. 270. Depinxerunt vulgaruntque ante alios hunc nummum, sed minus adcurate, *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXIII. Num. 5. & *Æneas Vicus* Num. 77. Exstat elegantissimus hic denarius in *Museo nostro.*

Num. 36.

AUGUSTUS (ut exstat in Fam. Rom. Morellii in Fam. Maria Tab. I. Num. 6.) Caput Augusti nudum, lævam versus, pone illud lituus est, ut Tab. III. Num. 87.

vel

IMPerator CAESAR AUGUR PONTifex III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum dextram versus, post illud est lituus, ut Tab. I. Num. 30. juxta Hub. Goltzium in Aug. Tab. XXX. N. 30.

Cajus MARIUS TROgus III. VIR. Dianæ caput cum pharetra ad humeros clausa.

Sine dubio per errorem numerus, qui caput in *Goltziano* nummo designat, positus est, neque enim Cæsaris, ut Triumviri ReiPublicæ Constituendæ caput à Cajo Mario Triumviro Monetali signari potuit, utpote qui longe post Triumvir Monetalis exstiterit, eo scilicet tempore, quo jam Augusti nomen adsumserat Cæsar Octavianus. Cæterum insignis adulationis species est, qua C. Marius, Caji filius (ut in aliis nummis sese inscribit) Juliam, Augusti filiam, sub specie Dianæ in denario suo depinxit signavitque, de quo vide Commentarium nostrum p. 272. Vulgarunt ante reliquos hunc nummnm *Hub. Goltzius*, uti dictum est, & *Æneas Vicus* inter *Argent. Aug.* Num. 68.

Num. 37.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum versus lævam, post illud lituus est, ut Tab. III. Num. 78.

Cajus MARIUS Caji Filius TROgus III. VIR. Quadrigæ decurrentes cum palma.

Fuse hunc denarium explicavimus in Commentariis ad *Andr. Morellii Num. Famil.* p. 271. atque contra falsas aliorum opiniones ostendimus hoc typo designari ludos votivos propter reditum Augusti exhibitos eo anno, quo Marius Triumvir Monetalis exstitit. Vulgarunt inter alios nummum hunc *Hub. Goltzius* in *August.* Tab. XXXV. Num 14. Præterea *Æneas Vicus* inter *Arg. Aug.* Num. 61. Exstitit in *Museo nostro*, dono à nobis datus quondam *Adr. Markio, Domino de Leur.*

Num.

NUM. 38.

CAESAR AUGUSTUS TRibunicia POTestate. Caput Cæsaris laureatum lævam versus, ut Tab. VI. Num. 182.

vel

AUGUSTUS TRibunicia POTestate VII. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. VI. Num. 200.

Lucius MESCINIUS RUFUS III. VIR. Cippus, cui inscribitur IMPerator CAESAR AUGustus LUDos SAECulares scilicet fecit. Ad latera cippi legitur X. Viri Sacris Faciundis.

Ad hujus denarii inlustrationem hæc scripsit *Sebastianus Ericius*: „ Argenteus est Nummus Augusti qui matura satis ætate caput ejus „ cum hac exhibet Inscriptione, CAESAR „ AUGUSTUS TR. POT. Habet hic „ nummus ab altera sui parte columnam sic in„ scriptam, IMP. CAES. AUG. LUD. SAEC. „ atque ad latera XV. S. F. deinde in circuitu „ nummi L. MESCINIUS RUFUS III. VIR. „ Cusum existimo hunc nummum in memoriam „ Ludorum Sæcularium, quos celebravit Augu„ stus, & quidem eo tempore, quo iidem cele„ brati sunt. Curasse enim ut hi Ludi celebraren„ tur in Vita ejusdem scriptum reliquit *Suetonius* „ his verbis: *Nonnulla etiam ex antiquis cærimoniis* „ *paulatim abolita restituit, ut Salutis augurium, Dia-* „ *le flaminium, sacrum Lupercale, ludos sæculares,* „ *& compitalitios. Lupercalibus vetuit currere im-* „ *berbes. Item sæcularibus ludis juvenes utriusque se-* „ *xus prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequen-* „ *tare, nisi cum aliquo majore natu propinquorum.* Li„ teras in columna scriptas sic interpretor, IMPE„ RATORIS CAESARIS AUGUSTI LUDI „ SAECULARES. Literæ vero XV. S. F. si„ gnificant QUINDECIMVIR SACRIS FA„ CIUNDIS. Ex quibus patet, cusum hunc fuis„ se nummum eo tempore, quo ludi illi sæculares „ Romæ celebrati fuerunt inque eorundem me„ moriam signatos fuisse. Quindecimvir sacris „ faciundis erat certus Romæ Magistratus sive „ Collegium quoddam, cui commissa erat cura „ omnium sacrificiorum publicorum privatorum„ que, præcipue vero incumbebat ei cura Sæcu„ larium Ludorum, qui integro sæculo elapso re„ currere solebant. De illis Ludis ita scribit *Ovi-* „ *dius* Lib. II. Trist. ad Augustum.

„ *Jusserat & Phœbo dici, quo tempore Ludos*
„ *Fecit, quos ætas adspicit una semel.*

„ (20) Literæ XV. S. F. ostendunt Augustum in„ ter Quindecimviros istos fuisse atque ad illud „ Collegium pertinuisse quod curam Sæcularium „ Ludorum habebat. Lucius Mescinius Rufus, cu„ jus nomen in circuitu legitur, Triumvir Moneta„ lis exstitit, qui hunc nummum signavit. Co„ lumna illa, cui insculpta legitur Inscriptio, etiam „ nescio quid in se continet, quod ad res publicas „ spectat. Neque enim sine mystico aliquo sen„ su ejusmodi Columnas adhibere solebant Antiqui, „ qui iisdem non solum utebantur ad terminos a„ grorum indicandos, sed apud quos Symbolum „ quoque erant feracitatis. Variam autem habue„ runt significationem, nonnunquam rerum cum „ fama & egregie gestarum, quibus nomen ejus „ quem celebrari iisdem constabat, mortali ex„ emtum conditione, veluti ad cœlum ferretur. „ Fuere & Columnæ nonnunquam destructionis & „ opprobrii signum; atque ita Columnæ erant „ Symbola alicujus facti quod ad publicas res spe„ ctabat." Hæc *Ericius*; verum insignem hunc denarium nos quoque ex professo illustravimus in Opere *Fam.* sæpius laudato p. 280. ubi ex *Dione Cassio* docuimus antiquas has cærimonias ab Augusto fuisse revocatas, & omnes hosce à L. Mescinio Triumviro Monetali nummos cusos fuisse A. V. C. 736. sive, ut alii numerant 737. Præter alios qui Familiarum nummos inlustrarunt, vulgarunt hunc denarium *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXX. Num. 11. & *Sebastianus Ericius* p. 145. Exstat & inter *Numism. Arschot.* Tab. XIV. Num. 15.

(20) Vide potius quæ dicta sunt ad *Fam. Mesciniam* p. 280.

NUM. 39. & 40.

Lucius Mescinius RUFUS III. VIR. Cippus cum hac Inscriptione, IMPerator CAESar AUGUstus COMMuni CONSensu. Ad latera cippi Senatus Consulto.

Jovi Optimo Maximo Senatus PopulusQue Romanus Votum Solvit PRo Salute IMPeratoris CAESaris QUOD PER EUm Res Publica IN AMPliore ATQue TRANQuilliore Statu Est. In Corona Civica.

Documus in *Familiis* p. 279. cusum hunc nummum, sicuti reliquos hujus L. Mescinii, fuisse A. V. C. 737. Sed notari debent literæ V. S. PR. S. quæ à Vaillantio, atque etiam tum à nobis in explicatione singularum literarum neglectæ fuerunt. Notari, inquam, illæ insuper debent, quoniam studiose in hujus nummi pictura literæ PR. S. id est PR*o Salute*, mutatæ fuerunt in PRO. quod valde dubito an conscio & consentiente *Andr. Morellio* factum fuerit. Ipse nummus nondum sese mihi obtulit, est enim rarissimus; sed quum à Fulvio Ursino inspectus & editus fuerit, consului primam ejus (quam ipse procuravit) editionem, in qua liquido inveni PR. S. quod *Patinus*, *Vaillantius*, & ipse *Morellius* in *Num. Famil.* secuti sunt.

Præterea memoratu dignum est, quod partem hujus nummi adversam sive primam, quam solam quoque exhibuit *Æneas Vicus* inter *Argent. Augusti Numism.* conjungat *Hub. Goltzius* veluti partem aversam cum adversa, quæ exhibuerit caput Augusti, versus lævam, corona civica insigne, sine Inscriptione ut Tab. III. Num. 81. qualem vidisse eundem reor.

TABU-

TABULA XXI,

ADHUC CONTINENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI.

ARGENTEA MINORIS MODULI.

Num. 1.

Caput Augusti corona civica ornatum, sine Inscriptione, dextram versus, ut Tab. II. Num. 48.

Lucius MESCINIUS RUFUS. Basi signum insistit Martis Ultoris ita inscriptum, Senatus PopuliQue Romani Votum Pro REDitu CAESaris.

Credunt Antiquarii eo anno, quo Triumvir Monetalis hic Mescinius exstitit, statuam illam Marti Ultori dedicatam fuisse ex voto tribus ante annis suscepto. Quod ex Inscriptione sequentis denarii clarius patet. Nummum hunc tractavi quondam in *Museo Markiano.*

Num. 2. & 3.

Caput Augusti adversum in clypeo, nudum, inclusum coronæ laureæ, in ambitu nummi scribitur CAESari AUGusto CONServatori Senatus Consulto OB RemPublicam CONServatam.

Lucius MESCINIUS RUFUS III. VIR. Martis Ultoris signum, ut supra, insistit basi, cui inscribitur, Senatus PopulusQue Romanus Votum Solvit PRO Salute ET REDitu AUGusti.

Confer, quæ de hisce nummis diximus ad *Andr. Morellii Fam. Roman.* p. 379. & 280. Edidit primus nummum hunc præstantissimum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLVII. Num. 12.

Num. 4.

CAESAR DIVI Filius. Caput Cæsaris nudum, dextram versus, ut Tab. II. Num. 37.

Lucius MESCINIUS RUFUS. Martis signum, quod dextra hastam tenet, læva parazonium.

Nititur hic nummus fide *Goltziana*; edidit enim illum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLVII. Num. 8. quod si re vera talem viderit, statuere debemus duos fuisse L. Mescinios Rufos, quorum alter, qui præcedentes signavit denarios, Triumvir Monetalis Cæsaris Augusti exstiterit, alter, à quo hic ipse cusus sit, jam ante Quatuorvir Monetalis fuerit una cum Publio Clodio, qui A. V. C. 711. plane similem ab utraque parte, cudit nummum. In utriusque parte aversa cernitur Martis Paciferi typus sive Pacati vel Tranquilli, quasi, punitis necis Julianæ auctoribus, pacata in posterum forent omnia; de quo vide quæ scripsimus ad *Fam. Claudiam* p. 93.

Num. 5.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. III. Num. 99.

Publius PETRONius TURPILIANUS III. VIR. Siren dextra tibiam, quam inflat, ori admovens, læva duas tibias post latera tenens.

Refertur ab Antiquariis hic denarius ad coloniam Cumam deductam ab Augusto, vel ad instauratam ab eodem Capuam. Vide Commentarium nostrum ad *Fam. Rom. Andr. Morellii* p. 316. Præ cæteris hunc nummum vulgarunt *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXVI. Num. 35. & *Æneas Vicus* inter *Arg. Aug.* Num. 66. Exstat quoque inter *Numism. Arschotana* Tab. XIII. Num. 7. & apud omnes

omnes qui *Fam. Rom.* illustrarunt ex Nummis antiquis. Sed nonnulli ex iisdem sinistræ manui duas tibias, alii unam imponunt.

Num. 6.

CAESAR AUGUSTUS. Caput idem Augusti, ut Tab. III. Num. 99.

vel

IMPerator. Caput Martis, nisi malimus ipsius Cæsaris Augusti, galeatum, post illud est lituus, ut fere Tab. II. Num. 42.

Pegasus, lævum pedem ex anterioribus adtollens.

Hi nummi, quorum posteriorem publicavit *Andr. Morellius* in *Fam. Petron.* Tab. I. Lit. B. docent instauratam ab Augusto fuisse coloniam Corinthiam eo anno quo Triumviratum Monetalem gessit *P. Petronius Turpilianus* una cum *L. Aquillio Floro* atque *M. Durmio*, videlicet A. V. C. 734. Et inde Augusti, ut Martis Ultoris, caput in altero ex iisdem, quia victoria Parthica in horum Triumvirorum monetis eodem anno celebrata fuit. Præter alios, priorem nummum vulgarunt *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXVI. Num. 19. *Æneas Vicus* inter *Argent. Aug.* Num. 40. *Albert. Ruben.* inter *Numismata Arschotana* Tab. XIII. Num. 9.

Num. 7.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti idem.

TURPILIANUS III. VIR. Virgo Tarpeja scutis obruta Sabinorum.

Respicit hujus denarii typus ad originem gentis Petroniæ ex Sabinis. Vulgarunt inter alios *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XL. Num. 12. *Æneas Vicus* inter *Argent. August.* Num. 17. *Sebastianus Ericius* p. 151. apud quem hæc leguntur. „ Denarius est argenteus cum capite Augusti, sine „ corona, atque hac inscriptione, CAESAR „ AUGUSTUS. Ab altera parte figura muliebris „ cernitur, quæ veluti subito dolore oppressa manus & brachia elevat, passis capillis, tota Clypeis circumdata. In circuitu legitur TURPILIANUS III. VIR. Signatus Romæ in Imperatoris Augusti honorem fuit, post captam (ut reor) Armeniam, de qua re mentionem facit *Suetonius* in Vita ejus Cap. XXI. *Parthi quoque & Armeniam vendicanti facile cesserunt, & signa militaria, quæ M. Crasso, & M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidesque insuper obtulerunt* &c. Figura enim illa muliebris, passis capillis, Armeniam designat, & multitudo illa clypeorum, est itidem Armeniorum. Turpilianus, Triumvir Monetarius, nomen suum nummo inscripsit. Sed sunt quoque, qui Virginem Tarpejam hic depingi volunt, scutis Sabinorum oppressam; quoniam idem typus, cum aliqua tamen diversitate, in Nummis Consularibus *Familiæ Titurię*, quæ Sabini cognomen habuit, adparet." Exstat in *Museo nostro.*

Num. 8.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti idem.

TURPILIANUS III. VIR. Astrum in crescente luna.

Vix fortunatior Romanis exstitit annus sub Cæsare Augusto, quam A. V. C. 734. quo, vindicata Romani nominis infamia, præ metu, signa Romana, clade Crassi perdita, restituerunt ultro Parthi, indique ab extremis Orientis finibus, ut fœdus cum Augusto jungerent, Romam venerunt. Innuere igitur hujus nummi typus videtur, prolatam sub Augusto Romani Imperii famam terminosque quousque Solis & Lunæ lucent sidera. Ediderunt præ reliquis hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXII. Num. 20. & *Æneas Vicus* inter *Argent. Aug.* Num. 69. Servatur & hic in *Museo nostro.*

Num. 9.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti idem.

Publius PETRONius III. VIR. Vir nudus, sedens, dextro cubito femori imposito, lævam manum mento habet suppositam. Ad genua erecti duo ligones exstant.

Primus denarium hunc protulit in *Fam. Rom. Carolus Patinus*, post illum *Jo. Vaillantius*, uterque male depinxit, neque videtur posterior (silente priore) verum typi hujus singularis sensum percepisse; quare uberius eundem illustravimus in *Andr. Morellii* laudato sæpius Opere p. 319. Securitatem enim Coloniarum Romanarum in Oriente, demto à Parthis, quem ante habuerant Romanorum coloni, metu, expressam arbitramur.

Num. 10.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. III. Num. 86.

Publius PETRONius TURPILIANUS III. VIR. Parthus genuflexus signa reddit.

Hub. *Goltzius* hunc denarium edidit in *Aug.* Tab. XXXVII. Num. 8. Respicit, uti plurimi similes, ad metum Parthorum, atque Romani nominis, sub Augusto Cæsare gloriam.

Num.

NUM. 11. & 12.

Publius PETRONius TURPILIANus III. VIR. Caput Deæ Liberæ hedera & corymbis coronatum.

CAESAR DIVI Filius. ARMEnia CAPTa. Armenia in genu alterum prolapsa supplices manus extendit.

Typus hic videtur respicere ad lætitiam publicam eo anno, quum propter alia Reipublicæ decora, tum propter captam Armeniam, ludis omnis generis celebratam. Confer quæ diximus ad *Fam. Petroniam* & hunc ibi nummum p. 317. Vulgavit primus hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XL. Num. 3. & 6.

NUM. 12. & 13.

Inscriptio eadem, cum capite Deæ Liberæ.

CAESAR AUGUSTUS. Ipse Cæsar Augustus (non Indus orator) ut videtur, dextra tenens ramum oleæ, in bigis elephantorum vehitur.

Pacatum disignat hic typus Orientem universum ad Indos usque, qui legatos ad Augustum de pace miserant. Vide ibidem pag. 318. Ante reliquos denarium hunc edidit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXVI. Num. 31.

NUM. 13. & 14.

TURPILIANUS III. VIR. FERONia. Deæ Feroniæ caput.

CAESAR AUGUSTUS. Imperator in bigis elephantorum, ut supra.

Apud *Sabinos* olim, unde oriunda gens Petronia fuit, colebatur Dea Feronia, sic enim ibi Liberam & Proserpinam nominatam fuisse volunt. Habitus tamen hujus Deæ singularis est, exiguæ enim turriculæ surgunt ad fasciam muliebrem, qua mitra fronti illigatur, quod in hisce nummis haud bene expressum recte & liquido adparet in *Fam. Rom. Andr. Morellii* in *Fam. Petronia* Tab. II. Num. 1. & 2. Vide quæ ibi diximus p. 317. & 318.

NUM. 14. & 15.

Typus & epigraphe capitis similis est præcedenti.

CAESAR AUGUSTUS SIGNis RECEptis. Parthus genuflexus signa reddit.

Feroniæ caput expressit *Petronius* propter originem ex *Sabinis* & ut gentis suæ antiquitatem ostenderet. Reliqua ad ejus anni gesta pertinent. Vulgarunt, sed minus nitide, nummum hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXVII. Num. 5. & 7. atque *Æneas Vicus* Num. 88. & 89. & exstat idem à pluribus postea editus.

NUM. 16. & 17.

TURPILIANUS III. VIR. Caput Deæ Liberæ hedera & corymbis vestitum.

CAESAR AUGUSTUS SIGNis RECEptis. Parthus, ut supra genuflexus, signa reddit.

Vulgavit primus hunc denarium *Hubert. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXVII. Num. 5. & 9.

NUM. 18.

TURPILIANUS III. VIR. FEROnia. Caput Deæ antiquæ Sabinorum Feroniæ.

CAESAR AUGUSTUS. Imperator in bigis elephantorum.

Ante omnes denarium hunc produxit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXVI. Num. 30.

NUM. 19. & 20.

CAESAR DIVI Filius. Victoria, lævam versus gradiens, dextra corollam protendit, læva palmam gerit supra humeros.

SCARPUS IMPerator. Carpus, sive manus extensa.

De *Pinario Scarpo*, qui ad nominis sui rationem adlusit in typo aversæ partis; vide quæ notavimus ad primum *Andr. Morellii Thesaurum* p. 323. Invenitur hic nummus quum apud alios, tum præ cæteris apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. XXXIV. Num. 1. & 4.

NUM. 21. & 22.

AUGUSTUS DIVI Filius. Victoria, globo insistens, dextra corollam elevat, læva palmam fert super humeros.

IMPeratori CAESARI SCARPUS IMPerator. Manus expansa.

Duo in hoc denario, ut & sequenti notanda sunt. Nomen Augusti, quod Cæsari, qui illud tum primum adsumserat, gratulatur Pinarius Scarpus, atque titulus Imperatoris, qui nunc primum ponitur ante nomen Cæsaris. Confer quæ diximus ad *Fam. Romanas* p. 323.

NUM.

NUM. 23. & 24.

AUGustus PONTifex DIVI Filius. Victoria similis.

IMPeratori CAESARI SCARPUS IMPerator. Manus expansa, ut supra.

Vulgavit nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXIV. Num. 3. & 6.

NUM. 25.

Cajus CAESAR III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, lævam versus, ut Tab. I. Num. 16. vel sicuti in Nummo meo, ut Num. 2. sed adparet in nitidissimo meo lanugo ad malas, sub aure.

SALVIUS IMPerator COnSul DESIGnatus. Fulmen alatum.

De typo Fulminis, cujus in aversa parte hujus nummi figura adparet, ita scripsit *Jo. Tristanus*, Dominus *Sancti Amantii* Comm. Histor. Tom. I. p. 81. „ On attribuë icy deux fouldres „ à Auguste, pour marquer la puissance qu'il avoit „ esgale aux Dieux, au nombre desquels, Jules „ Cæsar estant estimé estre, il estoit estimé avoir „ receu de luy son fouldre pour le joindre au sien. „ Car on en attribuoit un à Cæsar, *Papinus Statius* „ est mon garand qui en parle en son Genethl. de „ Lucain, ainsi,

„ *Et fulmen Ducis inter arma Divi.*

„ Qui est Jules Cæsar, & pareillement un aux „ Empereurs vivans, comme Martial en attribuë „ un à Domitian liv. VI. Epigr. 83.

„ *Nam tu missa tua revocasti fulmina dextra.*

„ Voire mesme plusieurs autres medailles frappées „ en l'honneur d'Auguste lui en mettent derriere „ son effigie, ou bien devant, & en ses devises. „ Or ce qui en partie cause cela, est, ce qu'Appian remarque, que la fouldre parut tousiours „ estre favorable à Auguste durant la guerre qu'il „ faisoit contre Sextus Pompejus, voire mesme „ ce semble encore lors qu'il combatit Marc Antoine & Cleopatre. Car *Manilius*, soit qu'il entende parler des fouldres de Cæsar & Auguste, „ joints ensemble pour fouldroyer le sistre Ægyptien „ (comme je le crois) ou bien les fouldres ordinaires de Jupiter, il leur en attribuë la victoire „ en ces vers,

„ *Fœmineum sortita jugum quum pompa pependit,*
„ *Atque ipsa Isiaco certarunt fulmina sistro.*

„ Et tiens que la coustume d'accorder un fouldre „ aux Empereurs peut estre venuë d'Auguste, „ comme je tiens que Marc Antoine a esté le premier qui à voulu se servir de couronne radieuse „ ou de rayons, (1) comme s'estimant estre le Soleil. „ Or on rangeoit (entre les autres marques de la „ dignité Imperiale) ces fouldres, *Mamertinus* au „ Panegyrique qu'il addresse à Maximian. *Trabeæ vestræ triumphales* (ce dit-il) *& fasces Consulares, & sellæ curules, & hæc obsequiorum stipatio, & fulgur, & illa lux divinum verticem claro orbe complectens, vestrorum sunt ornamenta meritorum, pulcherrima quidem & augustissima.* Mais „ l'origine de cette attribution de fouldres à Jules „ Cæsar, & à Auguste, & puis en suite après que „ le dit Auguste mit en vogue, vient sans doute „ de ce que *Servius* à remarqué sur ces vers du II. „ de l'*Æneide.* II. 648.

——— ——— *ex quo me divûm pater atque hominum rex*
„ *Fulminis afflavit ventis, & contigit igni.*

„ *Cum inter æquales* (ce dit Servius) *exsultaret Anchises. gloriatus traditur de concubitu Veneris, quod cum Jovi Venus questa esset, evenit, ut in Anchisen fulmina mitterentur, sed Venus eum cum fulmine posse videret interimi, miserata juvenem, in aliam partem detorsit, Anchisis tamen afflatus igne cœlesti semper debilis vixit.* Et puis il adjouste, „ *Sanè de fulminibus hoc scriptum in reconditis invenitur, quod si quem principem civitatis, vel regem fulmen afflaverit & supervixerit, posteros ejus nobiles futuros, & æternæ gloriæ.* Et Artemidore „ dict qu'ils seront estimez comme Dieux, c'est „ au II. liv. de ses Oneirocr. Auguste donc comme estant des descendants d'Anchise, à qui cet „ accident estoit arrivé, prenoit le fouldre comme pour marque & gaige de la perpetuité de sa „ gloire, & de sa future divinité."

Quintus Salvius, vulgo *Salvidianus*, qui denarium hunc signari fecit, notissimus homo temporibus famosi illius Triumviratus exstitit. Plura de illo & de hoc denario vide in *Fam. Rom.* p. 371. Edidit *Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXII. Num. 14. Exstat in *Museo nostro.*

NUM. 26. & 27.

Quintus RUSTIUS. FORTUNAE ANTIATes. Fortunæ Antiates, quæ Fortis seu Equestris & Felix dicebantur, singulari utraque habitu medio corpore tenus.

CAESARI AUGUSTO EX Senatus Consulto. Ara insignis, inscripta FORtunæ REDuci.

Cramben bis coctam odimus. Ne itaque ægre ferat B. L. remitti se ad illa quæ commentati sumus super hunc nummum valde insignem ad *Morellii Thesaurum* priorem in *Fam. Roman.* p. 368. & 369. Vulgavit illum primus *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLVII. Num. 9. & 11. Exstat in *Museo nostro.*

NUM.

(1) Respicit *Tristanus* denarios, qui exstant in *Familia Antonia* Tab. I. Num. 7. & 8. ubi vide quæ ad eosdem adnotavimus.

NUM. 28. & 29.

AUGUSTus DIVI Filius LUDOS SAEculares scilicet fecit. Sacerdos Salius, galeatus, læva clypeum, dextra caduceum tenet.

Marcus SANQUINIUS III. VIR. Caput Julii Cæsaris laureatum, cum stella in vertice.

Ludos Sæculares, ab Augusto A. V. C. 736. celebratos respicit nummus, de quo vide quæ notavimus ad *Fam. Sanquiniam* pag. 372. Vulgavit hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXX. Num. 9. Servamus similem in *Museo nostro.*

NUM. 29. & 30.

Marcus SANQUINIUS III. VIR. Caput Julii Cæsaris, corona laurea ornatum, cum stella in vertice.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, versus lævam.

Ludos Sæculares primus post emendatam annorum rationem celebravit Augustus, inde Julii est in his denariis cum astro ad verticem caput. Vide quæ diximus citata pag. 372. Hujus generis duos servamus denarios, alterum subæratum, qui inter rudera olim *Arcis Britannicæ* inventus fuit.

NUM. 31. & 32.

DIVI JULI Filius. Caput Cæsaris Octaviani cum barba ad mentum, lævam versus, nudum, ut Tab. II. Num. 38.

TIberius SEMPRONius GRACCUS IIII. (Quatuor) VIR Quæstor DESIGnatus. Vexillum, aquila legionaria, aratrum & decempeda.

Hi duo nummi tantum positu Inscriptionis discrepant. Cusi fuerunt durante Bello Civili. Conferenda sunt quæ diximus in *Fam. Roman.* p. 435. in Addend. ibid. p. 664.

NUM. 33.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 99.

SULPICIUS PLATORINus. Duo viri togati sedentes pro Rostris, adstante hasta.

Depinguntur hic Rostra nova sive Julia, de quibus vide ad *Fam. Rom.* p. 408. Insignis itaque est denarius. Vulgavit illum primus *Hub. Goltzius*, exstat & inter *Numism. Arschot.* Tab. XIV. Num. 14. Servamus pulcherrimum in *Museo nostro.*

NUM. 34.

Cajus CAESAR IMPerator PONTifex III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani, cum barba versus lævam, nudum, post illud lituus est, ut Tab. I. Num. 19.

Marcus ANTonius IMPerator AUGur III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Marcus BARBATus Quæstor Provincialis. Caput M. Antonii nudum, versus lævam.

NUM. 35.

Inscriptiones & capita ab utraque parte similia sunt præcedenti nummo, sed post M. Antonii caput præfericulum est.

De his nummis *Fam. Antonia*, ex qua ille Barbatus fuit, consuli debet. Posterior inter *Goltzianos* locum occupat apud *Andr. Morellium* Tab. VI. Num. 20.

NUM. 36.

Caput Cæsaris Octaviani nudum, versus lævam, sine Inscriptione, ut Tab. I. Num. 1.

Cajus VIBIUS VARUS. Minerva Victrix stans lævam versus, dextra tenet hastam, læva Victoriolam, caput galea, pectus ægide armatur, ad pedes galea est.

C. *Vibius Varus* Quatuorvir Monetalis sub M. Antonio atque Cæsare Octaviano exstitit, atque denarios plurimos cudit Victoriæ eorumdem Philippicæ testes. In iis M. Antonio adulatur Herculis typo, gratiam vero Cæsaris adfectat, ut supra ætatem prudentis, Minervæ Victricis typo, quod si quis plura desideret, is Commentarium nostrum evolvat ad *Numm. Fam. Vibiæ* p. 441. & 442.

NUM. 37.

AUGUSTUS TRibunicia POTestate VIII. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. VI. Num. 201. Sed ibi alius TRibuniciæ Potestatis annus exprimitur.

Lucius VINICIUS Lucii Filius III. VIR. Cippus cum hac Inscriptione. Senatus PopulusQue Romanus IMPeratori CAESari QUOD Viæ Munitæ Sunt EX EA Pecunia Quam IS AD Aerarium DEtulit.

Ad hujus denarii typum ita commentatur *Sebastianus Ericius* p. 180. „ Argenteus Augu-
„sti

„ sti est nummus, optimi artificis, cum hac Inscriptione, AUGUSTUS. TR. POT. . . . „ Ab altera ejus parte columna cernitur his literis „ inscripta, S. P. Q. R. IMP. CAE. QUOD. „ V. M. S. EX. EA. P. Q. IS. AD. A. DE. „ In circuitu vero nummi hæc leguntur, L. VI- „ NICIUS. L. F. III. VIR. Signatus hic nummus „ Romæ fuit in honorem Cæsaris Augusti, atque „ memoriam viarum publicarum ab eodem munitarum, sicuti idem testatur alius minimus similiter ab altera sui parte inscriptus. Curam Augusti circa vias publicas pluribus persequitur *Dio* „ Lib. LIII. his verbis. *Anno eo, quem suprà demonstravimus, cum videret Augustus vias extra urbem aliquandiu neglectas, difficilia itinera exhibere; reliquas patrum quibusdam propriis sumptibus reficiendas mandavit; Flaminiam, quoniam eà ducturus erat exercitum, ipse procuravit; estque ea statim instaurata, ac ob id statuæ Augusti sunt supra aras in ponte Tiberis, & Arimini positæ. Reliquæ viæ posteriori tempore refectæ, sive publicis, (neque enim Senatores libenter sumptus faciebant) sive ipsius Augusti sumptibus hoc factum quis dicere velit: neque enim inter hujus, & publicum ærarium quid interfuerit, satis video, quantumvis Augustus statuas nonnullas suas argenteas, ab amicis sibi populis datas, in numisma conciderit, quò existimaretur ex suis facultatibus omnia quæ præ se ferebat impendere. Itaque mihi animus non est dicere, pecunia ne sua, aut publica Imperatores quicquam perfecerint, cum utrumque sæpius obtigerit; neque mihi æs alienum factum, aut donationes, & alia id genus referre lubet; cum hæc omnia populus cum Imperatore semper communia habuerit. &c.* Quam „ vero ejus curæ partem ipse susceperit, *Dio* com- „ memorat Lib. LIV. scribens: *Cæterum hæc omnia postea temporis hanc ob rem acta sunt. Tunc autem ipse viarum quæ sunt circa Romam curator constitutus, Miliarium aureum quod vocatur, fecit, quique viis muniendis præessent Pretorios viros, qui binis lictoribus uterentur, designavit. &c.* Literæ „ igitur, quæ haud integras passim in Columna „ voces constituunt, sic legi debere judico, *Senatus PopulusQue Romanus Imperatori Cæsari Quod Viæ Munitæ Sunt Ex Ea Pecunia Quam IS Ad Aerarium Detulit.* Ex qua Inscriptione clare adparet tolli dubitationem istam *Dionis* in loco priori ex eodem Scriptore adducto, cujus videlicet „ inpensis refectæ viæ fuerint, quum illa clarum „ adferat testimonium munitas easdem fuisse ex ea „ pecunia, quam ad ærarium detulerat ipse Augustus; non igitur inpensis publicis, sed privatis „ Augusti Cæsaris. Quam ejus Principis circa „ viarum publicarum curam alibi quoque ex *Suetonio* vidimus. Quod igitur plus semel de ejusmodi Columnis diximus, hæc quoque Columna, „ quæ hanc sustinet Inscriptionem, rem aliquam „ designat, quæ spectabat ad decus Reipublicæ."

Cusus est hic denarius omnesque, qui *L. Vinicium* auctorem habent A. V. C. 727. eadem occasione, qua signati sunt Tab. XVII. Num. 28. 29. & 30. in memoriam scilicet Viarum, quarum præcipue ipse Augustus suis inpensis curam suscepit. Confer quæ ibi dicta sunt. Vulgarunt, præter alios, denarium hunc *Æneas Vicus* inter *Argent. Aug.* Num. 84. *Sebastianus Ericius* p. 180. Exstat quoque inter *Numism. Arschot.* Tab. X. Num. 21. Servamus pulcherrimum in *Museo nostro.*

NUM. 38. & 39.

Lucius VINICIUS Lucii Filius III. VIR. Cippus cui inscribitur, Senatus PopulusQue Romanus IMPeratori CAESari QUOD Viæ Munitæ Sunt EX EA Pecunia Quam IS AD Aerarium DEtulit.

Senatus PopulusQue Romanus IMPeratori CAESari. Inscripta hæc leguntur basi statuæ equestris, quæ erigitur ante portam Urbis patentem.

Ad mœnia urbis Romæ, juxta portam Flaminiam, suspicor statuam hanc equestrem Cæsari Augusto erectam fuisse, quod viæ ibidem per illum, sicuti Inscriptio ab altera parte docet, munitæ fuerint. Invenitur nummus hic apud *Æneam Vicum* inter *Argent. Augusti*, atque inter *Numism. Arschotan.* Tab. X. Num. 18. Servamus eundem in *Museo nostro.*

NUM. 40.

Caput Cæsaris Augusti in aliis nudum, in Goltziano nummo corona quernea ornatum, lævam versus, sine Inscriptione, ut Tab. III. Num. 78. & 81.

Lucius VINICIUS. Arcus pulcherrimus cum tribus fornicibus, exornatus statuis atque quadrigis triumphalibus, atque hac in peristylio Inscriptione, Senatus PopulusQue Romanus IMPeratori CAESari.

Quadrigæ in denarii hujus pictura non integre exprimuntur, quum tamen in *Nummis Fam. Viniciæ* Num. 4. apud *Andr. Morellium* recte depingantur. Dedit primus elegantissimum hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLV. Num. 5.

TABULA XXII.

ADHUC EXHIBENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI

ARGENTEA MINORIS MODULI.

Num. 1. & 2.

IMPerator CAESAR DIVI JULI Filius. Caput Cæſaris Octaviani nudum, lævam verſus.

Marcus AGRIPPA COnSul DESIGnatus, in area nummi.

Geſſit hunc conſulatum M. Agrippa una cum L. Caninio Gallo A. V. C. 717. Primus nummum vulgavit *Hubert. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XXVIII. Num. 5. Servatur in *Theſ. Schwartzburgico.*

Num. 2. & 3.

DIVOS JULIUS. DIVI Filius. Capita adverſa Julii Cæſaris laureatum & Cæſaris Octaviani nudum.

Marcus AGRIPPA COnSul DESIGnatus.

Servatur præclarus hic nummus in *Theſauro Verſalienſi.* Cuſus uterque eſt A. V. C. 716. Ad poſteriorem vero hunc ita ſcripſit *Ericius* p. 168. „ Argenteus Auguſti eſt denarius, in quo ſpectantur à parte anteriore duo capita ſibi invicem ex adverſo oppoſita, videlicet Julii & Auguſti Cæſaris, cum hac Inſcriptione, DIVOS JULIUS DIVI F. A parte poſteriore in ipſa nummi area hæc legitur epigraphe, M. AGRIPPA COS. DESIG. i. e. *Marcus Agrippa Conſul deſignatus.* Nummum hunc Romæ cuſum fuiſſe exiſtimo in honorem Cæſaris Auguſti, poſt victum prælio navali ad Actium M. Antonium, ductu præcipue atque opera M. Agrippæ, quod Inſcriptio averſæ partis ſignificare videtur. Claſſis Cæſaris ducem eo tempore fuiſſe M. Agrippam *Suetonius* in Vita Auguſti atque Appianus Alexandrinus Lib. I. Belli Civilis teſtantur."

Num. 4. & 5.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Auguſti nudum, verſus lævam, ut Tab. III. Num. 99.

Marcus AGRIPPA. PLATORINUS III. VIR. Caput M. Agrippæ nudum, verſus lævam.

Cuſi hi duo denarii ſunt, A. V. C. 726. vel 727. quo Triumvir Monetalis exſtitit *C. Sulpicius Platorinus*, conſulibus M. Vipſanio Agrippa III. cum Cæſare Auguſto VII. Confer quæ ſcripſimus ad *Fam. Roman.* p. 408. ubi *C. Sulpicium Platorinum* quoque illuſtravimus. Prior, quem edidit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXI. Num. 9. ſervatur in *Muſeo noſtro.*

Num. 6. & 7.

CAESAR IMPerator. Caput Cæſaris Octaviani nudum, lævam verſus.

ANTONIUS IMPerator. Caduceus alatus.

Cuſi ſunt hi nummi (nam & ſimiles cum M. Antonii capite inveniuntur) A. V. C. 714. quum pacem publicam, ex privata, ut videbatur, concordia horum Triumvirorum ſperaret populus Romanus. Vulgavit ante alios *Hub. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XXIV. Num. 12.

Num. 8.

CAESAR IMPerator. Cæſaris Octaviani Caput nudum, lævam verſus, ut Tab. II. Num. 45.

ANTONIUS IMPerator. Caput M. Antonii nudum, lævam verſus.

Invenitur hic nummus inter *Goltzianos* in fine *Theſauri Morelliani Fam. Rom.* locatos Tab. VI. Num. 3.

NUM. 9.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 99.

Lucius AQUILLIUS FLORUS III. VIR. Parthus genuflexus signa reddit.

Typum hunc jam plus semel habuimus. Desumtus est nummus ex *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XXXVII. Num. 12.

NUM. 10.

Publius PETRONius TURPILIANus III. VIR. Caput Deæ Liberæ hedera & corymbis redimitum, ut supra Tab. XXI. Num. 12.

CAESAR. ARMEnia CAPTa. Armenia supplex, in genua prolapsa manus extendit.

Vide Tab. XXI. Num. 11. Depromtus hic quidem est ex *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XL. Num. 3.

NUM. 11.

CAESAR AUGUSTUS. Caput laureatum Cæsaris Augusti lævam versus, ut Tab. III. Num. 96.

Marcus AGRIPPA TRIBunicia POTestate COnSul TERtium. Caput M. Agrippæ nudum, lævam versus.

Monumentum est hic nummus Tribuniciæ potestatis genero Agrippæ à Cæsare Augusto concessæ, quo ipso successorem eundem Imperio destinavit, si sibi quid humanitus accidisset. Invenitur hic nummus apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. LXXXI. Num. 3.

NUM. 12. & 13.

Vacant.

NUM. 14.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, dextram versus, ut Tab. III. Num. 100.

OB CIVIS SERVATOS. In corona quernea.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LIX. Num. 4.

NUM. 15.

AUGUSTUS COnSul VIII. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. VI.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LIX. Num. 9.

NUM. 16. & 17.

Caput Deæ Pacis inter cornucopiæ atque oleæ ramum.

PAX. Dextræ junctæ duplex cornucopiæ, intermedio caduceo, tenent.

Elegans hic nummulus designat concordiam inter Cæsarem Octavianum & M. Antonium redintegratam nuptiis Octaviæ, A. V. C. 714. per quas quum stabilis & fortunata Pax Populo Romano speraretur, ipsius Deæ Pacis habitu expressam cernimus Octaviam. Edidit nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXVI. Num. 7. Exstat quoque inter *Numism. Arschotana* Tab. XV. Num. 6. & 7.

NUM. 18. & 19.

CAESAR III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani galeatum, lævam versus.

Senatus Consulto. Aquila legionaria cum tropæo inter duo signa militaria.

Respicit elegans hic denarius Victoriam Philippicam. Vulgavit eundem *Hub Goltzius* in *Aug.* Tab. XXVI. Num. 7. & testatur, adposita lilii nota, *Andr Morellius*, invenisse se eundem in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 20. 21. 22. 23. 24. & 25.

Vacant.

NUM. 26. & 27.

DIVO AUGUSTO. Caput Augusti corona radiata insigne, versus lævam.

CONSECRATIO. Aquila stans alis expansis, atque versus dextram respiciens.

Consecrationis hoc est monumentum, sed nummus ipse ab Imperatore Gallieno cusus fuit, quod & ævi ejus deterior ars & argenti genus clare ostendunt. Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 27. & 28.

DIVO AUGUSTO. Caput idem Augusti.

CONSECRATIO. Ara cum foco.

Et hic nummus à Gallieno cusus est, atque exstat in *Thesauro Schwartzburgico.* Nos quoque eundem & plures Imperatores, ut Titum atque Trajanum, eodem modo à Gallieno honoratos, possidemus. Aversam ejus partem jam olim edidit *Sebastianus Ericius*, atque hanc typi explicationem addidit: „ Nummus est Augusti argenteus, „ ætate senili, capite radiato, inscriptus, DIVUS „ AUG. Ab altera parte Ara est cum foco, at„ que hac epigraphe CONSECRATIO. Romæ si„ gnatus fuit hic nummus, post mortem Augusti, „ in ejusdem memoriam, à Tiberio Cæsare forsi„ tan, & ut ego puto. Ab eo enim post mor„ tem consecratus fuit, sicuti docet quoque Ara „ in parte nummi altera, ejusque Inscriptio CON„ SECRATIO. Refert enim *Suetonius*, Augu„ stum Nolæ in Campania mortem obiisse, annos „ natum septuaginta sex. Quæque deinceps circa „ funeris honorem contigerunt his persequitur idem „ *Suetonius* in *Augusto* Cap. centesimo, *Senatus & in* „ *funere ordinando, & in memoria honoranda eo studio* „ *certatim progressus est, ut inter alia complura censue*„ *rint quidam funus triumphali pompa ducendum, præ*„ *cedente Victoria, quæ est in curia, canentibus næniam* „ *principum liberis utriusque sexus. Alii exsequiarum* „ *die ponendos anulos aureos, ferreosque sumendos: non*„ *nulli legenda ossa per sacerdotes summorum collegiorum* „ *&c.* Et hæc quidem ad pompam funeris spectan„ tia scripsit *Suetonius*, atque ad ea quæ ad conse„ crationem ejus pertinent, cujus honoris amplissimi „ quoque testes sunt nummi, qui præter hunc ar„ genteum supersunt in ære, cum Inscriptione „ DIVUS AUGUSTUS PATER. Consecratio„ nis Augusti mentionem fecit quoque *Dio* Lib. „ LVI. his verbis: *Postquam cadaver rogo in Cam*„ *po Martio impositum fuit, primum omnes Pontifi*„ *ces eum circumierunt, deinde equites, tum legiona*„ *rii reliquique milites, & ii demum, qui custodiæ* „ *præfuerant, omnia præmia quæ ob sua quondam egre*„ *gia in bello facta ab ipso accepissent, super eum con*„ *jicientes. Post hæc Centuriones acceptis facibus,* „ *jussu Senatus rogum succenderunt, eo absumpto aqui*„ *la ex eo emissa evolavit, quasi animam Augusti in* „ *cœlum ferens. His peractis reliqui discesserunt &c.* „ Ex quibus *Dionis* verbis patet pompa funeris „ atque consecratio Augusti; aquilæ quoque com„ mentum, quod deinceps & ad alios Imperatores „ eorumque consecrationem, (quam Herodianus fu„ se descripsit) transiit. Persequitur ibidem *Dio* ho„ nores divinos Augusto post mortem exhibitos, alio „ in loco ejusdem Libri, his verbis: *Tum vero im*„ *mortalitatem ei tribuerunt, flaminesque, & sacer*„ *dotem Liviam (quæ tunc Juliæ etiam, Augustæque* „ *cognomenta acceperat) constituerunt, lictoreque uti* „ *eam in sacrificiis permiserunt. Cæterum Livia Nu*„ *merio cuidam Attico, Senatori & Prætorio, decies* „ *sestertium dono dedit, quòd juraverat vidisse se Au*„ *gustum in cœlum ascendentem, quemadmodum an*„ *tiquitus Romulum Proculus vidisse perhibetur. De*„ *cretum quoque Romæ Augusto sacrarium à Senatu;* „ *à Livia autem & Tiberio factum: alibi quoque mul*„ *tis locis ei fana extructa sunt à populis partim volen*„ *tibus, partim invitis; Nolæque domus, in qua de*„ *cessisset, in Templum mutata. Dum ejus Romæ* „ *templum ædificabatur, auream ipsius imaginem in* „ *æde Martis lecto impositam collocaverunt, omnique* „ *eam cultu, quo in posterum essent usuri, venerati* „ *sunt. &c.* Ex quibus *Dionis* verbis luculenter ad„ paret quanti honores Augusto post mortem in„ ter Divos relato fuerint exhibiti, & quomodo „ templis, aris, sacrisque sacerdotio, & flaminibus, „ quæ cuncta Inscriptiones quoque & Nummi con„ firmant, honoratus fuerit."

NUM. 29.

Vacat.

NUM. 30.

Non additur Nota capitis, quod tamen ad Augustum jam Divum respicere videtur.

EX Senatus Consulto. Thensa Divo Augusto Sacra.

Elegans & rarissimus hic denarius, *Morellio* teste, exstat in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 31. 32. 33. & 34.

Vacant.

NUM. 35.

Nota capitis non additur.

FORTUNA REDUX. Typus Fortunæ reducis; depingitur Dea, lævа tenens cornucopiæ, dextra temonem globo superinpositum.

Cusus videtur A. V. C. 735. quo ipso publica ara Fortunæ Reduci, propter adventum Cæsaris Augusti, erecta fuit.

NUM. 36. 37. 38. 39. & 40.

Vacant.

TABU-

TABULA XXIII,

ADHUC CONTINENS

NUMMOS AUGUSTI

EX ÆRE MAXIMI MODULI

ET

CONTORNIATOS.

CUM

COMMENTARIO

CHRISTIANI SCHLEGELII.

NUM. 1. & 2.

CAESAR PONTifex MAXimus.

ROMæ ET AUGusto. Ara vasis impositis conspicua, ad cujus utrumque latus Victoriæ, basibus insistentes, dextris coronas protendunt laureas, lævis palmæ ramos sustinent.

Priusquam nummum intueamur ipsum, generaliter monemus cum *Ludovico Savoto* (1) omnia grandiora Augusti Numismata pro raris oppido esse habenda. Templum vero & ROMAE & AUGUSTO atque tunc, cum Pontifex Maximus jam audiret, quod A. V. C. ($\frac{740}{1}$) contigisse, supra jam Tab. IV. Num. 140. docuimus, constructum animadvertimus & prorsus non suo tantum nomini dicatum, sed & Urbi simul, prorsus, uti de eo nos instruit *Suetonius* Cap. LII: *TEMPLA quamvis sciret etiam Proconsulibus decerni solere: in nulla tamen provincia, nisi communi SUO ROMAEQUE nomine recepit. Nam in URBE quidem PERTINACISSIME ABSTINUIT hoc honore, atque etiam argenteas statuas olim sibi positas conflavit omnes, ex quibus aureas cortinas Apollini dedicavit.* *Dio* de sola Roma hoc affirmare videtur Lib. LI. pag. 458. Augustum URBI ROMAE TEMPLUM FIERI permisisse (Καῖσαρ δὲ ἐν τούτῳ τά τε ἄλλα ἐχρημάτιζε, καὶ τεμένη τῇ τε Ῥώμῃ γενέσθαι ἐφῆκεν) extraneis (Græcis) vero concessisse, ut SIBI IPSI quoque TEMPLA facerent. Pergit tamen & idem, quod *Suetonius* docet: Ἐν γὰρ τοι τῷ ἄστει αὐτῷ τῇ τε ἄλλῃ Ἰταλίᾳ, οὐκ ἔστιν ὅς τις τοῦ καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν λόγου τινὸς ἀξίων ἐτόλμησε τοῦτο ποιῆσαι· μεταλλάξασι μέντοι κἀνταῦθα τοῖς ὀρθῶς αὐταρχήσασιν ἄλλαι τε ἰσόθεοι τιμαὶ δίδονται, καὶ δὴ καὶ ἡρῷα ποιεῖται. *Nam ROMAE quidem & IN ITALIA nemo unquam alicujus pretii homo id facere (Augusto soli TEMPLA exstruere) ausus est: quanquam illic quoque defunctis Imperatoribus, qui Imperio recte usi sint, cum alii divini honores dantur, tum sacraria tribuuntur.* Idem de provinciis & quidem de Templo Pergami exstructo adstruit *Tacitus* Annal. IV. 37: *Cum divus AUGUSTUS SIBI ATQUE URBI ROMAE TEMPLUM apud Pergamum sisti non prohibuisset.* Ut adeo, quando *Aurelius Victor* in *Augusto* contra tradit: *Hincque uti DEO, ROMAE PROVINCIISque OMNIBUS per Urbes celeberrimas, DIVO mortuoque TEMPLA, Sacerdotes & Collegia sacravere*, hæc verba de Augusto non exclusa, sed inclusa Roma, vel de ultimis vitæ ejus temporibus interpretanda omnino veniant, aut de aris tantum (quod τῷ πάνυ *Causaubono* placet) ipsi genioque ejus positis intelligenda sunt. Nec aliter uti in Nummis ita in Marmoribus legas:

ROMAE ET AUGUSTO
CAESARI DIVI F.

In illis Templis, uti utrisque dicata & inscripta erant, ita & utrorumque statuæ (ut moris erat apud Gentiles) in illis erant obviæ introeuntibus, cujus rei testem laudare possumus *Josephum* Antiquit. Judaicarum XV. Cap. 13. Ἐφ' οὗ νεὼς Καίσαρος ἄποπτος τοῖς εἰσπλέουσιν, ἔχων ἀγάλματα, τὸ μὲν Ῥώμης, τὸ δὲ Καίσαρος. *In quo TEMPLUM CAESARIS* (Augusti) *a longe conspicuum adnavigantibus, & IN EO STATUAE, ROMAE altera, altera CAESARIS.* Et uberius Lib. I. Cap. 16. loquens de Templo Augusto sacro, quod Herodes Magnus in Cæsarea ante *Stratonis Turri* dicta ædificavit, Καὶ τοῦ στόματος ἄντικρυς ναὸς Καίσαρος ἐπὶ γηλόφου, κάλλει καὶ μεγέθει διάφορος, ἐν δὲ αὐτῷ Κολοσσὸς Καίσαρος οὐκ ἀποδέων τοῦ Ὀλυμπίασι Διὸς ᾧ καὶ προσείκασται, Ῥώμης δὲ ἴσος Ἥρᾳ τῇ κατ' Ἄργος. *Contra ostium vero portus in colle, Cæsaris templum, magnitudine simul & pulchritudine conspicuum, in eoque Cæsaris Colossus non minor quam Jovis apud Olympiam, cujus ad exemplar factus*

(1) In Libro de Nummis antiquis Tab. II. N. 4. ex Gallica in Latinam Linguam translato a L. Nescoro, conspiciendus Tomo XI. Thes. R. Grævii p. 1312.

factus eſt, ſtatua verò Urbis Romæ, æqualis magnitudine ſimulacro Junonis Argivæ. Neque aliter Sacerdotes ac Flamines niſi ab utriſque fuere denominati. Ita enim offendimus: SACERDOS PERP. ROM. ET AUG. In aliis: FLAM. ROM. ET AUG. Et Athenis quoque, antequam à Mahomete illæ everterentur, veſtibulo Templi in arce inſcriptum fuiſſe ajunt: Ο ΔΗΜΟΣ. ΘΕΑΙ ΡΩΜΗΙ. ΚΑΙ ΣΕΒΑΣΤΩΙ ΚΑΙΣΑΡΙ. Si quæramus, ubi id ſitum fuerit? reſpondet *Sextus Rufus*, in regione quarta, quæ eſt via ſacra, aut in regione Templi pacis; & circa A. V. C. ($\frac{740}{1}$) jam fuiſſe exſtructum, hoc ex antica diſcere poſſumus, ſi quidem & ad hunc annum 741. ipſe & *Comes Mediobarbus* eundem retulit. Fuit equidem & Auguſto ſoli poſt fata à Livia exſtructum Templum, & quidem in regione Fori Romani, cujus & *Plinius* Lib. XXXV. Cap. 4. meminit: *Poſuit & Tiberius Cæſar minimè comis Imperator, in TEMPLO IPSIUS AUGUSTI, quas mox indicabimus.* Et Lib. XII. Cap. 19: *Radicem ejus* (cinnamoni) *magni ponderis vidimus in Palatii TEMPLO, quod fecerat DIVO AUGUSTO Conjux AUGUSTA.* A Tiberio verò & Livia fuiſſe abſolutum perhibet *Dio* Libro LVI. p. 600. Immo ab Antonino Pio fuiſſe reſtitutum, de eo nummus ejus nos inſtruit, hâc cum Inſcriptione: TEMPLUM DIV*o* AUG*uſto* REST*ituit.* Sed, inquis, Templa Romæ & Auguſto conſecrata audivi, ſed ubi in nummo Templum? Bene, nec diximus, in Nummo conſpici Templum, ſed aram, (cur *Mediobarbus* porticum cum dedicatis victoriis nominet, planè non capimus, cum nihil huic ſimile aut conveniens oſtendat nummus) æque Romæ & Auguſto uti Templum dicata. Nam hoc certum, cui Templum erat dicatum ei & dicari oportebat & aras. Hinc toties Nummis non ſolum impreſſa legas verba: ROMAE ET AUGUSTO, ſed & marmoribus. Recte proinde *Horatius* Lib. III. Carminum Od. V. v. 12.

Cælo tonantem credidimus Jovem
Regnare: præſens divus habebitur
Auguſtus.

Inque effectu contemplamur, quod cecinit Lib. II. Ep. I. 15.

Præſenti (viventi) *TIBI maturos largimur honores*
JURANDASque tuum per nomen ponimus ARAS.

Ac Libr. IV. Od. V.

Te (quisque) *multa prece, te proſequitur mero*
Defuſo pateris: & Laribus tuum
Miſcet Numen, uti Græcia Caſtoris
Et magni memor Herculis.

Offerunt & nobis hunc præſtantiorem Auguſti nummum *Hub. Goltzius* in *Auguſto* Tab. LXXIII. Num. 9. *Jac. Oiſelius* Tab. LII. Num. 8. *Joach. Udanus* in Pot. Romana Tab. LV. Num. 8. *Comes Mediobarbus* p. 37. Hodieque in *Theſauro Regis Chriſtianiſſimi* adſervatur, inſertusque eſt hujus *Theſauri Nummis* majoris moduli, vulgò Medaillons dictis.

NUM. 3.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Auguſti corona radiata cinctum, dextram verſus, uti Tab. VIII. Num. 268.

Senatus Conſulto, in corona civica ſive quernea.

Uti ſupra viventem ſæpius corona civica donatum poſt reſtitutam à ſe Urbem à Senatu Populoque Romano non ſolum capite eadem redimito, ſed & protome eadem cincta vidimus, ita eundem poſt fata hoc honore iidem carere noluerunt. Caput corona radiata cinctum eſt, ut veritatem ejus cognoſcamus, quod cecinit *Lucanus* Lib. VII. 457.

—— Bella pares facient civilia DIVOS,
FULMINIBUS manes, RADIISque ornabit & aſtris,
Inque DEUM TEMPLIS jurabit ROMA per umbras.

Imponunt vero eidem beneficiorum memores, veluti Divo Patri, uti antica habet, non ut Imperatori, offeruntque illam unanimes, Senatusque Conſulto decretam, veluti illi, qui haud unum, ſed innumeros ſervaverat cives, de quo vide, quæ jam plus ſatis ſupra ad Tab. III. Num. 81. & Tab. IV. Num. 114. idem Tab. X. Num. 13. 15. 16. 17. 19. 23. 24. 27. 29. 30. 32. 34. 38. 39. 40. Tab. XI. Num. 9. 10. Tab. XII. Num. 22. 27. alibique in argenteis attulimus. Communicant & hunc maximi moduli nummum *Hub. Goltzius* in *Auguſto* Tab. LXV. Num. 77.

NUM. 4.

AUGUSTUS. Caput Auguſti nudum lævam verſus, uti ſupra Tab. III. Num. 85.

CAESAREA AUGUSTA, in corona laurea.

Prima in nummo offertur nobis Colonia, quæ tantæ molis nummum grata obtulit Auguſto. Ea verò Urbs eſt clariſſima (2) Cæſarea Auguſta, ab Auguſto ita dicta, & diviſim propter ea ſic quoque à Ptolomæo Καισάρεια Αὐγοῦστα ſcripta, itaque in Nummis (3) paſſim occurrens, unoque vocabulo à Scriptoribus (4) poſtea vocata Cæſar-Auguſta, antea

(2) Sic enim *Melæ* audit Lib. II. Cap. 6: *Urbium de mediterraneis in Tarraconenſi clariſſimæ fuerunt Palantia & Numantia, nunc eſt Cæſar-auguſta.*

(3) In quibus videas eandem punctis interdiſtinct. C.C.A. aut C. A. uti in noſtro.

(4 *Strabone* p. 104: Ἡ περὶ τὰς Κελτίβηρας Καισαραυγοῦστα. *Cæſar-auguſta apud Celtiberos, quorum fines attingebat.* Item à Latinis *Plinio*, *Mela*, *Antonino* in Itinerario, & inprimis *Prudentio*, cujus Patria fuit in Hymno IV. *Periſteph.* de Cæſar-auguſtanis Martyribus;

Tu decem Sanctos revebes & octo
Cæſarauguſta ſtudioſa Chriſti
Verticem flavis oleis revincta
Pacis honore.

Idem & comprobat Inſcriptio apud *Gruterum* pag. 324. Num. 12.

POSTUMIAE MARCELLINAE
EX CAESARAUG. KARENSI.

antea appellata Caput Edetanorum: in Hispania Tarraconensi, ad amnem Iberum sita Salduba. Testem hujus habemus *Plinium* Lib. III. Cap. 3. scribentem: *CAESAR-AUGUSTA COLONIA IMMUNIS, amne Ibero affusa, ubi oppidum antea vocabatur SALDUBA, regionis Edetaniæ, recipit populos CLII.* h. e. tot populi jus ab ea petunt, quia Conventum habuit juridicum. Vetus Inscriptio in *Thesauro Goltzii* p. 238. utraque nomina conjungit: COL. CAESAREA AUG. Hujus Coloniæ nummos plures infra quoque in nummis æris medii & minimi habebimus obvios. Nomen Cæsarea Augustæ accepisse videtur à tempore divisionis Hispaniæ inter Augustum Imperatorem & Populum Romanum. In ea nempe Tarraconensis cum aliis provinciis ipsi obtigerat, nostramque postea Urbem, Romanam voluerat esse Coloniam, missis in eam ex parte veteranis Legionum IV. Scythicæ, VI. Ferratæ & X. Fretensis, (5) de quo nos nummi superstites instruunt. Facta vero illa non solum est Colonia, sed ut *Plinius* supra rectè monuit IMMUNIS. Ex quo illa tantorum beneficiorum haud immemor hunc ipsum maximi moduli nummum inter alios alius formæ benignissimo suo Fundatori Augusto signari fecit, eidem coronam è lauro textam, veluti perpetuo hostium, ut *Dio* loquitur, victori, dicans ac dedicans. Hodie corrupte Caracossa, Sarageta & Sarragose vulgo eadem adpellatur & Arragoniæ adnumeratur. (6) Urbs primaria & metropolis à Johanne XXII. Pontifice Maximo constituta. Vulgarunt jam hunc rariorem nummum æreum *Job. Valens* in *Francisci Abbatis de Camps* selectis Numismatibus maximi moduli Num. 1. & 2. p. 12. & comparet in æri incisis maximi moduli Numismatibus *Regis Christianissimi* Tab. II. N. 3.

NUM. 5. & 6.

DIVUS AUGUSTUS PATER, Caput Augusti corona radiata ornatum, dexteram versus.

Colonia Cæsarea Augusta. SCIPIONE ET MONTANO II. (Duum) VIRis. Fulmen alatum.

De ipsa Colonia Cæsar-augusta præcedenti numero egimus; Nunc legimus quoque Duumviros ejusdem, quos habuit post fata Augusti, nempe *Scipionem & Montanum*. In municipiis vero Coloniisque Duumviri eodem jure ferè prædit erant ac Romæ Consules bini, nec deducendis Coloniis, sed iisdem regendis præfecti erant. Atque uti illi Romæ sub Imperatoribus, ita hi in municipiis & Coloniis Senatum cogebant, qui Curia audiebat, quique illam ex parte constituebant Decuriones appellabantur veluti Romæ Senatores, quæque ipsi concludebant Decurionum decreta appellabantur, perinde ac Romæ Senatus Consulta, quod semel heic monuisse sufficiat. Et cum grata post Cineres Colonia Fundatorem, quem Patris nomine simul insignit, in antica ut DEUM cum corona radiata & DIVI elogio ornatum exhibeat, in postica eundem fulmine, veluti alterum designat Jovem proprio ejusdem, ut novimus, signo. Quid quod & Pedo Albinovanus ei viventi Jovis nomen tribuerit in *Elegia* ad *Liviam*:

Nata quod es alte, quod fœtibus aucta duobus,
Quodque etiam magno consociata Jovi.

Immo à patre suo jam visus fuit in somnio mortali specie amplior cum FULMINE & sceptro, exuviisque Jovis optimi maximi referente *Suetonio* Cap. 94. Offertur nobis hic nummus in *Regis Christianissimi* nummis maximi moduli æri incisis Tab. II. Num. 6. & apud *Mediobarbum* p. 47.

NUM. 7. & 8.

IMPeratoris CAESARIS AUGusti PERmissu. Caput Augusti nudum, dextram versus.

COLONIA PATRICIA, in corona civica sive querna.

Cæsar-augustæ binos vidimus, nunc Patriciæ unus sub manus venit. Hæc vero Colonia olim dicta erat Corduba. De eo nos clarè edocet *Plinius* Libro III. Cap. 1: *Et dextra CORDUBA, COLONIA PATRICIAE cognomine.* Ejus exstat mentio in *Gruteri* Inscriptionibus, ubi nomen novum & antiquum conjunctum legimus, pag. 323. Num. 17.

VALERIAE C. F. ATINAE
TUCCITANAE SACERDOTI
COLONIAE PATRICIAE
CORDUBENSIS.

Item in Nummo *Tiberii* in *Thesauro Goltzii* p. 239: COL. CORDUBA PATRICIA. Et pluribus hoc *Ambrosius Moralis* ex ejus antiquis Marmorum Inscriptionibus ostendit. Ejus Coloni absolute dicti fuere Patricienses, teste *Grutero* p. 460. Num. 10: PYRAMUS II. VIR PATRICIENSIS. Gavisa eadem est Conventu Juridico, Cordubensi dicto, cujus pariter *Plinius* meminit Lib. III. Cap. 1: *Juridici Conventus ei* (Hispaniæ Bæticæ) *quatuor, Gaditanus, CORDUBENSIS, Astigitanus, Hispalensis.* Et Lib. III. Cap. 2: *Turdulos, qui Lusitaniam & Tarraconensem accolunt, jura Cordubam petunt.* De his Conventibus Juridicis bene observat *Harduinus* p. 228. in priorem *Plinii* locum, *quod, illo tempore, quo Romani Hispanias tenuere, suos in illis Senatus Judiciarios habuerint, quos Conventus Juridicos suo nomine appellabant. Huc finitimi tanquam ad Coloniæ metropolim, jus petituri, & de controversiis, quæ orirentur, disceptaturi conveniebant:* quemadmodum hodieque in Gallia forum Juris publici (Parlamenti curiam vocant) Lutetiæ Parisiorum, & Tolosæ, & alibi constitutum perdurat: & in Castellæ regno Prætorium Vallisoletanum, & Granatense. Ad ejus ripam *Marcelli* opus, prodit *Strabo* Lib. III. Πλεῖστον καὶ Κόρδυβα ηὔξηται, Μαρκέλλου κτίσμα, καὶ δόξῃ καὶ δυνάμει, καὶ ἡ τῶν Γαδιτανῶν πόλις. *Sed cujus an Prætoris an Consulis. Nam M.*

(5) Hoc nos docet nummus *Tiberii*, in quo legimus: C. C. A. M. CATO L. VETTIACUS II. VIR LEG. IV. LEG. VI. LEG. X.
(6) Vide *Job. Harduini* Libr. de Nummis antiquis P. & Urbium vet. edit. p. 108. & recentioris p. 38. Confer ejusdem Notas in *Plinium* p. 302. *Cellarii* Geographiam antiquam. p. 131. *Loydii* Lexicon Geographicum l. c. ubi tamen *Sabduba* pro *Salduba* legitur.

Marcellus Prætor Hispaniam obtinuit, teste *Livio* Lib. XLIII. A. V. C. 585. eamque in pace & otio administravit. Sed Consul *Marcellus*, qui civili Cæsaris & Pompeji bello interfuit A. 601. Hispaniæ citeriori præfuit, ut ex *Livii* epitome & *Appiano* colligas, atque re bene ibi gesta triumphavit de Celtiberis. Ad posteriorem inclinare videtur *Vasæus*, itemque *Lipsius*, fortasse & oppidum auctum ornatumque autumat. Priorem mavult *Nonnius* Cap. XIX. quod *Strabo* eam πρώτην ἀποικίαν primam Coloniam vocat, & quia *Silius*, *Annibalis* tempore eandem notavit, dehinc quod *Marcellus*, Consul Hispaniæ citeriori præfuerit, nostra autem Corduba in Hispania ulteriori sita sit, Coloniam verò fuisse nummus dicit, atque non hic noster solum, sed alii, quos alibi videbimus, qui præterea docent Colonos ipsorum ex Legionibus V. & X. constitisse. *Strabo* eandem Coloniam primam vocat, scribens l. 3: Καὶ δὴ καὶ πρώτην ἀποικίαν εἰς τούσδε τοὺς τόπους ἔστειλαν Ῥωμαῖοι. *Primam Coloniam in loca illa miserunt Romani.* Cui tamen repugnare videtur, quod *Carteja* in eadem Bætica jam ante Colonia deducta fuerit à L. Canulejo Prætore. Tueri tamen *Strabonem* possunt, quod *Cartejam* non missi Coloni fuerint Roma aut Italia, sed ibi nati ex militibus Romanis & fœminis Hispanis, & permittente Senatu, hybridæ isti libertate donati sint & in Colonia collocati, & quia ex parum honestis adeo constitit *Libertinorum* appellata fuit. Sed *Strabo* MISSAM expressè scribit nostram, & quidem de selectis. Denominationis rationem idem reddit *Strabo* Lib. III. p. 97. scribens: ᾤκησαν ἐξ ἀρχῆς Ῥωμαίων τε καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἐπίλεκτοι ἄνδρες. *Inhabitarunt* (Cordubam) *initio delecti Romanorum & indigenarum viri*, adeoque, ut rectè conjicit *B. Cellarius*, à primo ortu Colonia nobilium fuit & patriciorum. Adeoque splendida & dives Patres & Senatores Romanis dedit, siquidem Augusti ævo passim ex provinciis in Senatum legebantur *Antonio Augustino* Lib. VIII. Antiquit. p. 124. „ Colonia veteranorum & ho„ nestorum, quibus ut Patribus, honos debeatur" eadem videtur. *Ciceronis* ævo studiis literarum admodum fuit dedita, quamvis primùm non admodum feliciter, ut Cordubæ nati Poëtæ probant, quos *Cicero* pro Archia poëta Cap. X. dicit pingue quiddam & peregrinum sonare: brevi tamen feracissima ingeniorum facta, ut ambo *Senecæ* & *Lucanus* quoque ex ea prodierint, quos vel ipse extollit *Martialis* Lib. I. Epigramm. LXII. ad Licinianum:

Duosque Senecas, unicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba.

Cæterum nostra Corduba postea Colonia Patricia Bæticæ Hispaniæ Urbs erat clarissima (7) & ditissima, solo gaudebat aurifero, quod probat *Silius Italicus* Lib. III. vers. 401:

Nec decus auriferæ cessavit Corduba terræ.

ac amne Bæti (à quo Bætica Hispania nomen accepit) præterfluente, de quo *Martialis*:

Qua dives placidum Corduba Bætin amat.

Et *Strabo* Lib. III. Ἡ δὲ (Κόρδυβα) χώρας ἀρετῇ καὶ μεγέθει περιλαμβάνοντος καὶ ὁ ποταμὸς Βαῖτις μέγα μέρος. Nomen eandem vult habere Bochartus à Coteba, quod Syris est trapetum seu mola olearia, quia circa Cordubam olim magna vis fuit trapetorum, quod testatur *Statius* in Lucani Genethliaco:

Quæ Tritonide fertiles Athenas
Unctis Bætica provocas Triapetis.

Et *Martialis* Lib. VII. Ep. XXVII.

Nec Tartessiacis Pallas tua, Fusce, trapetis
Cedat.

Hodie Patricia nostra veteri nomine vocatur Corduba la veja, vel Cordova, leuca ferè una à Corduba nova sita, quæ Cordoüe, nunc audit in septentrionali amnis latere posita. (8) Hæc ergo clarissima Colonia aliarum exemplo mota coronam civicam Augusto veluti multorum civium & Urbis suæ Servatori conservatorique offert, gratissimam se sistens pro permissione juris signandi monetam. Exhibent hunc nummum *Comes Mediobarbus* in *Augusti* Nummis p. 51. *Joh. Harduinus* in Nummis de V. & P. R. p. 44. edit. recentiss. *Christoph. Cellarius* in Geograph. antiqua p. 68. *Nicolaus Loydius* in Lexico Geographico ad vocem Cordubam. Hodie pars est *Thesauri Versaliensis*, & uti literis me docuit, similem nummum quoque Vir Nobiliss. *Jacobus de Bary*, in Belgio jam vivens, possidet.

NUMMI CONTORNIATI.

Num. 9. & 10.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti laureatum lævam versus, infra signum OII·

vel

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 261.

Imperator capite laureato corpus thorace armatus & paludamento indutus stans, utramque manum elevat inter duas alias figuras, ex quibus una muliebris ad dextram velata sedet, sinistra palmam tenet; altera vero virilis & seminuda ad lævam dextra hastam puram, lævâ vero globum tenere videtur: ante Imperatorem stat aquila alis expansis & victoriola alata dextrâ protendens & porrigens Imperatori lauream, infra ad pedes jacent veluti ad ripam fluvii duæ figuræ muliebres, quarum una dextrâ gerit cornu copiæ, sinistram imponens leoni, altera, sinistrâ cornu copiæ, & dextram inponit proræ navis.

Nos fidem *Morellii* sequimur, qui nummum in *Thesauro Versaliensi* inspexit, & ichthyocolla ab eo sumta usus uti in plerisque est. Certe quem *Mediobarbus* Figuram militarem stantem dexteram elevantem

(7) Confer *Cellarii* Geographiam antiquam p. 89. *Loydii* Lexicon Geographicum ad h. vocem.

(8) Confer Notas *Joh. Harduini* in *Plinii* l. c. Eidem ejusdem de P. & V. G. p. 44. edit. recentiss.

vantem five porrigentem vocat hunc *Goltzius* & fic capite galeato exhibuit. Porro & in hoc convenit *Mediobarbus* cum *Goltzio*, quod figuram ad dextram finiftra cornucopiæ tenere fcribat, quum tamen heic fit palmæ ramus, infra verò longè magis in figuris adhuc difcrepant, nempe in *Goltzio* ad dextram virilis jacet, dextram terræ imponens, è qua corbufculus furgit, finiftram in genu fuo inclinans, bove ad finiftram confpicuo; altera vero ad lævam figura muliebris, finiftram inclinans terræ, dextera veluti mirari videtur, delphino ante ipfam pofito, quæ inferius jacentes figuras *Mediobarbus* vocat monftra. *Nonnius* hunc nummum interpretaturus inquit: „ Videtur Auguftus effe rece- „ ptus inter Deos cum Marte vel Quirino. Sed de „ antiquitate Nummi dubito." Pofteriora verba primum examinabimus. Nempe cum fit ita dictus contorniatus, in Augufti ævum ætas ipfius cadere haud poterit, fiquidem jam fupra in Cæfare Tab. VI. Num. 1. & 2. pluribus de iisdem & nomine ipforum, fabrica, quæ barbara, materia, quæ plerumque metallum flavum, egimus, & oftendimus illorum plerosque notam ex E & P compofitam, uti & noftrum præferre, horumque plerosque Neronis & Trajani præferre icones, quanquam & binos fupra in Cæfare, ut diximus, vidimus, & fex in Augufto heic contemplari quoque licet. *Morellii* opinio eò abit, quod, cum illi ultra Honorii Imperatoris tempora non inveniantur, fortè circa illius tempora fuiffe ejusmodi nummos cufos adeoque vix dignos, ut quid illorum velint typi multa cura inveftigemus, dum, referente *Morellio*, quidam eas habeant Infcriptiones, quæ ad rifum movendum etiam fint aptæ.

Nunc ad nummi ipfius typum, in cujus explicatione facile *Nonnio* affentimur. Stare verò in eo videtur Imperator Auguftus laureatus, corpore paludatus, utraque manu extenfa quafi lætabundus inter Romam Deam & Jovem. Jovem hunc effe nemo negavit, quia fedet ad medium corpus usque nudus, cætera tectus, dexterâ haftam, finiftrâ tenens globum, prorfus uti eum depingit *Porphyrius* apud *Eufebium* Lib. III. Cap. 9. de præparatione Evangelica: Ἀνθρωπόμορφον δὲ τοῦ Διὸς τὸ δείκελον πεποιήκασιν, ὅτι νοῦς ἦν καθ' ὃν ἐδημιούργει, καὶ λόγοις σπερματικοῖς ἀπετέλει τὰ πάντα· Κάθηται δὲ, τὸ ἑδραῖον τῆς δυνάμεως αἰνιττόμενος· γυμνὰ δὲ ἔχει τὰ ἄνω, ὅτι φανερὸς ἐν τοῖς νοεροῖς καὶ τοῖς οὐρανίοις τοῦ κόσμου μέρεσίν ἐστι· σκέπεται δὲ αὐτῷ τὰ πρόσθια, ὅτι ἀφανὴς τοῖς κάτω κεκρυμμένοις. In Tarraconenfium nummis Infcriptis, DEO AUGUSTO apud *Antonium Auguftinum* Dial. VII. *Auguftus confpicitur cum hafta & victoria. Sane aquila, quam alias dextra tenet, heic ad pedes vifitur. Roma verò Deo fedet velata, finiftrâ palmæ ramum offerens, pro tot partis bello terra marique victoriis & reftituta toti terrarum orbi pace, perinde ac Victoria laureum fertum eidem porrigit fi cuiquam meritam. Infra cubantes figuræ muliebres partam per eum, dum inter homines effet, terra marique abundantiam rerumque omnium affluentiam defignant.* Siftunt hunc Nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXVI. Num. 11. *Comes Mediobarbus* in *Nummis Aug.* p. 44. Hodieque in *Thefauro Verfalienfi* delitefcit.

Num. 11. & 12.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augufti laureatum lævam verfus, ramufculo quodam ante faciem confpicuo, uti heic Num. 11. & in Goltzii Augufto Tab. XIX. Num. 223.

Circus maximus cum metis & obelifco, in quo currentes quadrigæ.

Alterum contorniatorum nunc contemplamur, qui rurfus eandem quidem anticæ perigraphen exhibet, at non eadem notâ impreffa, fed ramufculo. Confirmamur vero hoc ipfo nummo in noftra, quam fupra in Cæfare protulimus, conjectura, nempe ejusmodi nummos, in Ludis fequentium Imperatorum, inque memoriam priorum, præmiique loco fimul fuiffe factos & diftributos. Exiftimamus verò cum *Ludovico Nonnio* exhiberi heic nobis Circum Maximum, qui inter pulcherrima Romanæ Urbis ornamenta olim hodieque æftimatus fuit. Hunc primus exftruxit *Tarquinius*, & quidem in ambitu cum ligneis fubfelliis, quo commodius fpectari poffent omnia, in valle Murcia inter Aventinum Pallatiumque colles. Ex una parte in hemicycli fpeciem definit, ex alia angulos habet duos rectos; atque ita recto latere clauditur. Eundem poftea Cæfar Dictator integrum reftauravit ampliavitque, quod nos docet *Plinius* Libro XXXVI. Cap. 15: *Nam ut Circum maximum, à Cæfare Dictatore exftructum, longitudine ftadiorum trium, latitudine unius, fed cum ædificiis jugerûm quaternûm ad fedem CCLX. millium inter magna opera dicamus.* Nec minori ftudio eundem reftauravit exornavitque Auguftus, auctore *Caffiodoro* Lib. III. Variar. Epift LI: *Sed mundi Dominus ad potentiam fuam opus extollens, mirandam etiam Romanis fabricam, in vallem Murciam tetendit Auguftus, ut immenfa moles firmiter præcincta montibus contineretur, ubi magnarum rerum judicia clauderentur.* In eo tamen errat, quod putet Auguftum mirandam hanc molem feciffe, nec potius *Tarquinium* & *Cæfarem*, uti diximus. Reftaurationem faltem ipfi debemus, perinde ac in Trajani nummis Circus quoque fpectatur, qui tamen modo eundem collapfum elegantiorem & ampliorem, tefte *Dione* reftituit. Videas verò in typo noftro omnes Circi partes & ornamenta; Metas nempe ab utraque parte, obelifcum in medio, gradus five fubfellia, quæ Fori dicebantur, de quibus, qui plura defiderat, *Onuphrium Panvinium* in libro fingulari de Ludis Circenfibus adire poteft.

Num. 13. & 14.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augufti laureatum lævam verfus, lauri ramufculo ante faciem confpicuo, uti heic Num. 13. & apud Hub. Goltzium in Augufto Tab. XIX. Num. 227.

LISIFONUS. Athleta in quadrigis dextera coronam lauream & fcuticam, finiftra palmam tenens.

Et lauri ramufculum, quod anticæ infculptum eft, & Athletæ figura in quadrigis perfuadent eo magis,

gis, ut nummos hosce ludis dicatos interpretemur. Uti etenim *Harduinus* in notis ad *Plinium* Lib. VIII. Cap. 42. testatur, se nummum *Honorii* ex ære vidisse, qui in aversa parte habuerit effigiem aurigæ (rectius athletæ) insidentis quadrigis & regentis equos quatuor, in ora verò fuisse insculptum nomen aurigæ EUGENIUS, pari ratione heic eodem ferè habita offendimus aurigantem inscripto nomine LISIPHONI. Nihilque aliud subesse credimus, quam posteriores Imperatores superiorum ætatum Ludos & exercitia hisce nummis in memoriam revocare, & bene merentibus præmia aurigis solvisse. Adjecta nota designat hunc nummum *B. Morellium* in *Museo* Reverendiss. *Abbatis de Camps* conspexisse.

Num. 15.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ante faciem lauri ramusculo conspicuo, uti Num. 13. hac ipsa Tabula.

Athleta equum ducens, infra scorpius.

Typus hic tacite rursus idem, quod in præcedentibus toties diximus, insinuat. Habitus ducentis equum monet, nummum ad agonisticam posteriorum Imperatorum referri debere. Unde satis mirari non possumus, quid *Comitem Mediobarbum* moverit, eundem ad A. V. C. 721. referendi, nisi forte, quod eundem Africam per scorpionem exhibere autumaverit, cum ex superius dictis satis constet, eundem Augusti ævo plane lucem non vidisse, immo quo minus ad hunc annum referret, anticam satis monere potuisse, quæ Divum eundem jam sistit. Ita enim retrospiciens illum equum gracilem & agiliter incedentem ducit, baculoque minatur, ut eundem ad gradus faciendos & cursum aptare videatur. Equidem in *Goltzii* nummo quem exhibet, porrigere equi ori dextra aliquid videtur præcedens, vel ut *Nonnius* vult, & *Oiselius* cum *Udano* eundem exhibent, infrenem equum manu per inferius labrum apprehensum ducere, nec in læva ipsi est bacillus, sed tergori eandem imponit. Sed quia hæc non cohærent, majorem fidem *Morellianæ* delineationi adhibemus. Sed quid *Scorpius* infra? *L. Nonnio* Numidiæ Africæque, *Comiti Mediobarbo* Africæ typus est. Sed quid nostro contorniato cum Numidia? quid cum Africa? Respondet *Oiselius* & quocum facit *Udanus* p. 146. „ Forsan ad designandam equorum Africanorum „ progeniem excellentem." Sed quid sequioribus Imperatoribus, sub quibus hi nummi omnes cusi, cum equis Africanis? Et si anticam attendimus, Divum Augustum exhibentem, cui usui demortuo equi Africani? Ut adeo videamus nullum ex his attendisse anticam. Ille potius, nostra opinione, uti bellicosis gentibus aliis convenire solet; ita inter se fortiter decertantibus. Sic enim de illo *Manilius* Lib. IV.

Scorpius armata violenta cuspide cauda
In bellum ardentes animos & Martia castra
Efficit, & multo gaudentem sanguine civem
Nec præda quam cæde magis, quumque ipsa sub armis
Pax agitur, capiunt saltus silvasque pererrant.

Unde olim & Clypei militum Ducumque Scorpios præferebant, teste Gemma Augustæa, cujus figuram & interpretationem habemus à doctissimo *Alberto Rubenio* Tom. XI. *Th. R. Grævii* p. 1341. Communicant aliàs hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXIV. Num. 8. *Jac. Oiselius* in *Thesaur. Num.* Tab. XXXIII. Num. 5. *Joach. Udanus* in *Pot. Rom.* Tab. XXXVI. Num. 5. *Comes Mediobarbus* p. 25.

Num. 16.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti Tab. XXIII. ramusculo lauri ante faciem conspicuo, uti Num. 11.

Circus maximus, additis obelisco & suis metis.

Eundem scopum habuisse hos Augusti contorniatos, typus hicce denuo prodit, quem Num. 12. eadem tabula equidem jam conspeximus, sed secundum ejusdem longitudinem, nunc antrorsum, ubi recto latere clauditur eadem sed secundum situm diversa figura, eundem intuemur. Bene & ex mente nostra de hoc nummo pronunciat *Joh. Petrus Bellorius* in explicatione hujus nummi in nummis *Franc. Angeloni* p. 22: „ La Medaglia di Augusto „ col Circo Massimo, è una di quelle vulgarmen- „ te chiamate Crotoni, non gia stampate in Cro- „ tone, ma contornate, da un contorno, o giro, „ che nell' estremità le circonda. Molte di que- „ ste si trovano grandi, come i Medaglioni, ma „ non hanno autorità alcuna nell' historia, non „ essendo state fatte nell' età de gl' Imperadori „ che rappresentano, anzi ne' tempi posteriori à „ Constantino. Non paregiano l'arte dell' altre „ Medaglie, è sono finte à piacere di chi le fece, „ o per tessere, o per altro uso, mescolandosi in „ esse i rovesci di uno in altro Imperadore." Autorem ergo præsentem eodem digitum intendisse, in Augustum, Circum Maximum, qui Ludis cum maxime destinatus erat, denuo reparantem, vero admodum videtur simile. Offendimus hunc nummum apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. LXX. Num. 6. sed nescio, an non errore sculptoris, una facie Circi angulo uno non recto; dehinc quadrigis elephantorum sinistri basi impositis, heic in recta conspicuis, in quo posteriori eundem sequitur quidem *Franciscus Angelonus* in Historia Augusta p. 25. N. 25. *Joh. Petrus Bellorius* in nova editione Nummorum *Francisci Angeloni* p. 22. *Onuphrius Panvinius* de Ludis Circensibus. Hodie in *Thesauro Versaliensi* servatur.

Num.

Num. 17. & 18.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

CIVIBus ET SIGNis MILITaribus A PARThis RECUPeratis. Arcus triumphalis, in cujus summitate Cæsar quadrigis triumphalibus insistit, dextera sceptrum eburneum in aquilam desinens, lævâ verò habenas tenens, adstat à dextera Parthus ramum lauri porrigens, à sinistra itidem Parthus dextra oleæ ramum protendens, sinistra arcum tenet.

Si attendas typum, quem supra Tab. XI. Num. 11. jam excussimus, nihil erit, quod amplius addamus. In eo saltem discrepant, quod ibi ad dexteram Parthus cum arcu & signo militari, ad lævam verò Romanus miles lauream tenens, super trophæum stare; heic verò ab utroque latere Parthus lauri & oleæ ramos offerentes videantur. Interim respexisse Autorem non minus in hoc nummo conturniato circa Constantini aut Honorii tempora confecto ad Ludos, qui post restitutionem illam gloriosam signorum à Parthis factam, sine dubio fuere celebrati, constat. Hodie nummus in *Thesauro Versaliensi* delitescit.

Num. 17. & 19.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti hac ipsa Tabula Num. 17.

Venatio in quadam sylva, in qua cervi duo fugientes & duo lepores conspiciuntur.

Supra Tab. X. Num. I. pluribus de institutis venationibus & Ludis Augusti egimus.

SIGEBERTI HAVERCAMPI
COMMENTARIUS
IN
EANDEM TABULAM.

Num. 1.

CAESAR PONTifex MAXimus. Caput Cæsaris Augusti laureatum.

ROMæ ET AUGusto. Ara, varie exornata, atque clausis pateris, quæ suffimenta continere videntur, ut & annulis exstantibus, per quos trajici possint (ut loco moveri ara queat) longiores baculi ab utraque parte ante signum Victoriæ in columnis cernitur.

Aram Victoriarum gratia positam arguunt columnis insistentia utrimque Victoriæ signa. Romæ & Augusto fuisse dedicatam eandem, ex Inscriptione patet. In ipsa tamen Urbe Roma, vivo Augusto, posita fuisse non videtur, quum non minus Aras quam Templa sibi in Urbe poni pertinacissime recusasse videatur Augustus, prouti de Templis testatur *Suetonius* in *Augusto* Cap. LII. Utrumque vero in Provinciis magno studio (neque prohibuit id Princeps) factum fuit. *Suetonius* in *Augusto* Cap. LX. *Provinciarum pleræque, supra templa & aras, ludos quoque quinquennales pæne oppidatim constituerunt.* Hoc tantum in Principem & Rempublicam subditorum populorum studium Senatus in æreo numismate, cujus signandi jus, in divisione monetæ cum Cæsare, sibi relictum tenebat, exstare voluit. Nummus hic propter magnitudinem rarissimus est, nam similes exstant mole minores, quorum nonnulli aliam circa caput continent Inscriptionem. Vulgavit hunc & similes *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXIII. Num. 9. Vidit ipsum hunc maximi moduli in *Thesauro Versaliensi Andr. Morellius*, unde quoque pictura ejusdem exstat inter editos *Medall. Regios* Tab. II. Num. 7. & 8.

Num. 3.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti, corona radiata insigne, dextram versus, ut Tab. VIII. Num. 267.

Senatus Consulto. In Corona Civica.

Nummus hic ex eorum numero est, qui mortuo Augusto plurimi in honorem ejus cusi sunt. Raritas in maximo ære conspicuum hunc facit. Invenitur apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. LXV. Num. 77.

Num. 4.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Cæsarea Augusta. In Corona Laurea.

Cæsarea, Urbs Hispaniæ Tarraconensis, quæ Colonos ab Augusto accepit, hoc numisma in

in Conditoris sui honorem signavit. Victorias ipsi perpetuas gratulatur, & quasi sub Imperatoris lauru (quam arborem fulmine non tangi scribunt) tuti, in medio laureæ Civitatis suæ nomen posuerunt Cæsaraugustani. Exstat hoc Numisma in *Thesauro Versaliensi*, unde editum occurrit inter *Medall. Reg.* Tab. II. Num. 5. & 6. Servatur quoque in *Museo Pisano*, atque inter sculpta ex eodem *Museo* Numismata Maximi Moduli adparet.

Num. 5. & 6.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Cæsaris Augusti, corona radiata insigne, versus dextram.

SCIPIONE ET MONTANO II. (duum) VIRIS Colonia Cæsarea Augusta. Fulmen alatum, quod non modo telis armatur ignitis sed & facibus.

In libro qui *Medalliones ex Museo Regio* continet, atque inscribitur *Numismata Maximi Moduli, vulgo Medaglioni, ex Cimeliarcho Ludovici XIV.* occurrit ipsum hoc Numisma Tab. II. Num. 7. & 8. Sed ibi spicula pro tædis vel facibus, sicut & in nummo, qui non tantæ (ut hic) molis, invenitur infra Tab. XXVI. Num. 3. depinguntur. De fide *Andr. Morellii* tamen vix dubitare ausim, nam & tædæ ignis sunt symbolum & fulmini conveniunt. Imo, quemadmodum, satis diu post mortem Augusti, sub Cæsare Caligula cusum est numisma, sic divinitatis symbola in rariore hoc typo, ita conjunxere forsan Cæsaraugustani, ut honorem simul subindicarent, quem Liviæ, tamquam Cereri, & Augusto, tamquam Jovi, haberent.

Num. 5. & 6.

PERmissu IMPeratoris CAESARIS AUGusti. Caput Augusti nudum, versus dextram.

COLONIA PATRICIA. In corona quernea.

Cognomen Patriciæ fuisse Cordubæ diximus ex *Plinio* Lib. III. Cap. 1. *Corduba, Colonia Patricia cognomine.* Cognomen idem in Inscriptionibus Antiquis apud *Gruterum* habet; Sed in Nummis Patricia, cognomine suo, adpellari solet. Permissu Augusti, addito hoc ipso in accepti beneficii testimonium, plurimi in Hispaniæ Coloniis nummi cusi sunt. De quo consule *Joh. Vaillantium* in Opere pulcherrimo de *Numm. in Colon.* cusis Tom. I. p. 79. Exstat Numisma in *Thesauro Versaliensi.*

NUMMI CONTORNIATI.

Num. 11. & 12.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Sine Epigraphe. Imperator paludatus, stans, utramque manum elevat supra duas figuras sedentes, alteram muliebrem, virilem alteram, ante pedes aquila, & ad alterum latus Victoria est, quæ figuræ virili sedenti corollam, elevans dextram, adportat. In imo duæ conspiciuntur figuræ muliebres, quarum altera leoni, rati altera manum inponit.

De Contorniatis Nummis in genere nihil hic dicturi sumus, peculiari enim libello, ante plures annos edito, illud nummorum genus illustravimus. Verum typus hic singularis est, & elegans. Ænigma continet, quod paucis solvam. Omnes Nummi Contorniati cusi mihi demum videntur, quum Imperii sedes Byzantium fuisset translata, eaque deinceps Urbs Constantinopolis adpellata. Itaque omnes temporibus Constantini ejusque filiorum & successorum cusi sunt. Nobilis igitur hic typus aversæ partis, exhibet fundatorem novi Imperii Constantinum Magnum tanquam Cæsarem Augustum (nam & sic in rarissimis argenteis maximi moduli vocatur) stantem medium inter Imperium Occidentis & Orientis; ita ut Occidens, sive Roma, depingatur à dextra Imperatoris, veluti matrona velo tecta, & victoriarum indicem, palmam, tenentem sinistra: Constantinopolis vero, sive Nova Roma, quæ à læva manu est, sed ad quam faciem convertit Imperator, exprimitur specie virili, dextra manu hastam, læva globum tenens, ad quam, ut Constantini dilectam Urbem, festinat Victoria, ut eandem coronet, & palmarum victricium laude non minus inlustrem reddat, quam Romam Veterem. Duæ icunculæ, quæ in imo visuntur, potentiam Romani Imperii Terra Marique designare videntur. Invenitur hoc numisma in *Thesauro Versaliensi*, ex quo adcurate videtur excepisse *Andr. Morellius*, nam simile ante *Morellium* viderunt *Æneas Vicus* & *Hub. Goltzius*; verum illi in pictura longissime à *Morellio* abeunt, &, nisi aliud viderint exemplar, misere aberrant à vera nummi sculptura. *Æneas Vicus* inter ærea *Aug. Num.* Num. 30. pro Imperatore paludato figuram militarem galeatam exhibet, quæ, demissa læva manu, dextram extendit ad muliebrem figuram, quæ dextra tenet cornucopiæ. Subtus sistit figuram muliebrem nudam cum vacca, atque virilem itidem nudam cum monstro marino. Hactenus *Hub. Goltzii* delineatio, in *Aug.* Tab. LXXVI. Num. 11. nummo *Æneæ Vici* est similis, ut muliebrem pariter figuram, sed velatam (nam nudo capite apud *Vicum* pingitur) exhibeat, militaremque conversam ad eandem figuram sed paludadamento ornatam. In imo Thetis marina cum delphino nuda cernitur, atque è regione recubat vir seminudus cum arbore & vacca, quæ duo terræ atque aquæ sunt symbola. In *Goltziana* pictura Aquila non

non ſtat ante pedes Imperatoris, ſed inter Imperatorem & figuram muliebrem. Itaque niſi detriti aliquantum fuerint illi nummi quos *Vicus* & *Goltzius* viderunt, & decepti illorum in lineis fugientibus fuerint oculi, ex alia non modo ſed & diſcrepante matrice nummi illi prodierunt. Ad *Æneæ Vici* numiſma hæc, pro explicatione ſcripſit *Jo. Petrus Bellorius* p. 9. „ Figura armata, ſtans, manum „ extendens; hinc Felicitas, ſedens cum cornu„ copiæ, inde heros cum globo & haſta; infra „ Tellus ac Neptunus. Hoc magnificum emble„ ma pertinere videtur ad Auguſtum, ſed divinent „ peritiores." Hæc *Bellorius*. Sub Capite Auguſti cernuntur literæ P. & E. in unam conflatæ, quæ ſic in multis Contorniatis, non ſatis certa de cauſſa, inveniuntur. Inciſæ ejusmodi ſolent eſſe literæ, argento quondam expletæ, prouti fieri ſimiliter ſolebat in ramuſculis vel floribus, aliis ejus generis nummis ſimiliter inſculptis.

NUM. 12.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Auguſti laureatum lævam verſus. Flos inverſus ante faciem Cæſaris cernitur.

Sine Inſcriptione. Circus magnifice exſtructus, cum notis, obeliſcis & quadrigis exſtantibus.

Reſpicit typus ludos Circenſes, quibus vehementer deditos fuiſſe ſub Imperatoribus, qui Conſtantinum ſecuti ſunt, Romanos, eosque inſanum in modum flagitaſſe, edocet, non uno loco, *Oroſius*, præcipue Lib. I. Cap. 6. *Adeo autem parvo quodam & levi motu hæſitaſſe erga ſe parumper conſuetudinem voluptatum, indubitatiſſime conteſtatus eſt, ut libere conclamaret, ſi reciperet Circum, nihil eſſe ſibi factum: hoc eſt, nihil egiſſe Romæ Gothorum enſes, ſi concedatur Romanos ſpectare Circenſes.* Deſumtus nummus eſt ex *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. LXX. Num. 4.

NUM. 13. & 14.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Auguſti laureatum lævam verſus, ante faciem lauri ramus (ſolebat incidi in Contorniatis, atque argento expleri) conſpicitur.

LISIPHONUS. Quadrigæ equorum, inſiſtente victore auriga.

Victoriæ Circenſis monumentum eſt, quare ipſi equi palmas victrices in fronte gerunt, auriga, in victoriæ præmium, læva palmam, dextra flagellum & coronam tenet. Nomen aurigæ adſcribitur, prouti aliorum aurigarum nobilium in ſimilibus nummis. Exſtat in *Theſauro Saxonico Electorali*, nunc *Regio Poloniæ*.

NUM. 15.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Auguſti corona radiata inſigne, verſus lævam, ut Tab. VIII. Num. 266.

Sine Inſcriptione. Athleta, læva tenens virgam, dextra equum capiſtro ducit, ut certamini eundem præparet. Subtus Scorpio eſt.

Quum Africæ ſoleat eſſe ſymbolum Scorpius Afrorum forſitan equorum in hoc Contorniato virtus & velocitas celebratur. Typi equorum ſimiles in aliis ejusmodi nummis occurrunt. Vulgavit nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXIV. Num. 8.

NUM. 16.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Auguſti laureatum, ut ſupra Num. 11. cum flore ante faciem.

Sine Inſcriptione. Circus, non tota ſui parte ſemirotunda, ut ſupra Num. 12. ſed ab uno perpetuo latere conſpiciendus, una cum metis & obeliſcis.

Vulgavit nummum hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXX. Num. 6. atque exſtare eundem in *Theſauro Verſalienſi* adſerit *Andr. Morellius.*

NUM. 17. & 18.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.

CIVIBus ET SIGNis MILITaribus A PARThis RECUPeratis. Arcus pulcherrimus cum tribus fornicibus, deſuper eſt Imperator in quadrigis triumphalibus, ab utraque parte ſtat Parthus, læva demiſſa arcum tenens, dextra elevata oleæ ramum.

Contorniati hujus nummi typus deſumtus eſt ex ſimilibus in auro olim (ut habet *Hub. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XXXVIII. Num. 18.) atque argento cuſis. Occurrit ſupra inter aureos Tab. XI. Num. 12. ubi explicatio ejus videri poteſt, pag. 227. In Nummis autem Contorniatis, modo aliquid ex Hiſtoria Fabulari, modo ex Antiquitate Romana, vel aliud quid pro lubitu exprimi ſolebat. Pulcherrimum hoc numiſma exſtat in *Theſauro Verſalienſi*, teſte *Andr. Morellio.*

NUM. 19.

Capitis nota non additur, sed non videtur discrepare ab eo capite quod præcessit.

Sine Epigraphe. Venatio Cervorum & Leporum.

Non dissimilis typus exstat in Dissertatione nostra de Nummis Contorniatis, quam vide p. 141. Numisma hoc, teste *Andr. Morellio*, servatur in *Thesauro Regio*.

NUM. 20.

Vacat.

TABULA XXIV.

EXHIBENS

CAESARIS AUGUSTI NUMISMATA EX AERE MAGNO.

NUM. 1. & 2.

CAESAR DIVI Filius. Caput nudum Cæsaris Octaviani versus lævam.

DIVOS JULIUS. Caput Julii Cæsaris laureatum.

De hoc nummo ita scripsit *Seb. Ericius* p. 99. „ Nummus est Julii Cæsaris ex ære magno, „ inscriptus DIVOS JULIUS. Ab altera parte „ caput est cum hac Inscriptione CAESAR DIVI „ F. (¹) Cæsarionem filium Cæsaris, ex Ægypti „ Regina Cleopatra natum, quidam hic depingi existimant, utpote cujus matrem præ cæteris mulieribus amaverit, natoque sibi ex eadem filio, „ diminutivum ex nomine suo, Cæsarionis inposuerit nomen. Verum errant qui hoc opinantur. „ Primo, quia credi in vulgus noluit Cæsar hunc „ esse filium suum, quare id in gratiam ejus negaverunt amici Cæsaris. Inter quos *C. Oppius* librum composuit ediditque, cujus argumentum „ fuit, natum ex Cleopatra puerum non esse Cæsaris filium. Multo minus credibile est permissum à Cæsare, ut vultus pueri ejus una cum „ sua imagine in eodem signaretur nummo. Certius longe constat inter omnes, caput illud ex „ aversa parte Cæsaris Octaviani esse, nepotis Julii, „ filiique adoptivi. In testamento enim Cæsaris, „ M. Antonii jussu publicato, Octavius lectus fuit „ adoptatus à Cæsare; & quoniam adoptivi ferre „ patris solebant nomina, lubentissime Cæsaris, ut „ patris, sibi deinceps nomen adscivit Octavius. „ Neque puto, ut plures ex argenteis, nummum „ hunc æreum, vivente Cæsare fuisse cusum, sed „ post mortem ejus. Primum, quia legitur „ ad ejus caput DIVOS JULIUS. Deinde, „ quoniam facies filii adoptivi, Octaviani, ut majoris natu, quam erat vivente Cæsare avunculo, depingitur. Verum signari in memoriam patris Julii numisma hoc fecit Octavianus. Hæres enim institutus & in nomen Cæsaris ab eodem adoptatus, postquam ad Reipublicæ clavum consedit, ut summis honoribus patrem Julium adficeret, curavit, ut inter „ Deos referretur, atque divinis deinceps coleretur honoribus. Atque inde senili proximus „ ætati vultus in nummo adparet Cæsaris, ut qui „ ætatis anno quinquagesimo sexto sublatus fuerit. „ Stultum igitur est de Cæsarione cogitare, quem „ ex fuga retractum occidi Cæsar Octavianus jussit, quod se ex Cæsare atque Cleopatra natum „ ferret. Unde recte videtur fecisse Cæsar Octavianus, quod, ex voluntate patris, noluerit „ eundem Cæsare patre gloriari, ejusve nomen „ ferre. Sublatum enim à Cæsare Octaviano post „ victoriam de Antonio & Cleopatrà clarissime „ docet *Dio* Lib. LI. his verbis: *Hæc illorum & vita fuit, & exitus. Ex liberis autem eorum Antyllus, quanquam ei erat Cæsaris filia desponsata, ac in patris ejus sacellum à Cleopatra factum confugerat, statim jugulatus est. Cæsario autem in Aethiopiam fugiens, interceptus in itinere, necatus.* „ Ex quibus patet eum, qui, vivente Cæsare, ne „ quidem ut filius ejus fuerit agnitus, post mortem ejusdem, nequaquam ut talem nummis & „ monumentis publicis fuisse decoratum."

Monumentum est Consecrationis Divi Julii, quod Cæsar Octavianus signari fecit, quum contra percussores ejus, pro ultione patris, arma caperet. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico*. In ære magno & secundi moduli invenitur. Imò ipse exiguum in tertio, seu minimi moduli, possideo; atque insuper

(1) Quicumque Cæsarionis hujus vultum in antiquis quæsiverunt Monumentis, operam luserunt. Inter quos quoque fucus factus fuit *Ezechieli Spanhemio*, in lib. de Usu & Præstantia Numism. p. 642. sive Ed. post. Tom. II. p. 317. est enim Spurius, cujus ego plura vidi exempla, & ipse unum possideo.

ſuper maximi moduli ſingularem exſtitiſſe quondam in *Theſauro Chriſtinæ Reginæ* his verbis teſtatur *Jo. Bellorius* ad *Franc. Angeloni* Numiſmata: „ Julii „ Cæſaris ejusmodi æreos nummos vivente eodem „ cuſos nequaquam invenies, ſed poſt mortem à „ filio Cæſare Juniore, antequam is Auguſtus di- „ ceretur, prout ex vultu ejus agnoſcitur cum „ Inſcriptione CAESAR DIVI F. Solet hic „ nummus primum locum occupare in ſerie num- „ morum primæ magnitudinis, quos à Julio Cæ- „ ſare inchoamus. Et quamvis rarior ſit ſecundæ „ formæ; tamen qui primæ ſunt formæ, præſer- „ tim ſi bene ſint conſervati, in pretio haberi de- „ bent. Excreſcit ſuper omnes pretium in maxi- „ mi moduli numiſmate, quod vidi in *Theſauro* „ *Reginæ Chriſtinæ*, unicum & prorſus ſingulare." Vulgarunt hunc majoris moduli *Hub. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XXII. Num. 11. *Æneas Vicus* p. 99. *Leonard. Auguſtinus* Tab. VIII. Num. 4. *P. Pedruſius* in *Muſeo Farneſ.* inter æreos Tab. I. Num. 6. *L. Begerus* in *Theſ. Brandenb.* Tom. II. pag. 600. aliique. Servatur & in *Muſeo noſtro.*

Num. 3. & 4.

DIVI Filius. Caput Cæſaris Octaviani, nudum, verſus lævam, ſub mento ſtella eſt.

DIVOS JULIUS. In laurea.

Eodem tempore, quo præcedens ſignatus fuit nummus, hic quoque cuſus eſt. In utroque barba Cæſari prorumpit, quam ſcilicet, ut & reliqui Triumviri, ſivit creſcere, quoad patrem Julium ultus foret. Stella Conſecrationem Divi Julii innuit. Unde ad hunc nummum, quem Num. 3. inter Cæſaris Auguſti nummos poſuit, ita ſcribit *Franciſcus Angelonus* p. 8. „ Quæ corona, quan- „ tumvis triumphantibus propria, nihilominus pe- „ tita fuiſſe videtur potius juxta Decretum Sena- „ tus, quod fecit, ut ante fores Cæſaris excubaret „ laurus, atque deſuper penderet corona quer- „ nea, tanquam victori hoſtium & conſervatori „ civium." Servatur nummus in *Theſ. Schwartzburgico.* Ediderunt illum *Hub. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XXII. Num. 8. *Angelon.* fol. 24. Num. 3. & *Laur. Begerus* Tom. III. *Theſauro Brandeburgico* p. 89.

Num. 5.

Sine Epigraphe. Caput Auguſti nudum, verſus dextram, ut Tab. III. Num. 78.

AUGUSTUS. Corona ex lauru & navium roſtris contexta.

Celebrat typus hic victorias Auguſti terreſtres atque navales, præcipue Actiacam.

Num. 6.

CAESAR PONTifex MAXimus. Caput Cæſaris Auguſti laureatum, lævam verſus, ut in Tab. præced. Num. 1.

ROMæ ET AUGuſto. Ara inter duo Victoriæ ſigna, quæ totidem columnis inſiſtunt.

Confer ea quæ ad ſimilem nummum, ſed maximi moduli, in Tab. præcedente Num. 1. & 2. diximus. Hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXIII. Num. 9. pluresque alii vulgarunt; inter quos *Car. Patinus* in *Theſauro* p. 139. & *Sebaſtianus Ericius* qui ad explicationem ejus hæc addidit p. 177. „ Au- „ guſti nummus invenitur in ære magno, mediocri „ & parvo, ſatis elegans, cum hac Inſcriptione, „ CAESAR AUGUSTUS DIVI F. PATER „ PATRIAE. Ab altera parte Templum eſt cum „ duabus in ſummo Victoriis, quæ dextra coro- „ nas geſtant, atque læva palmas. Subtus hæc „ cernitur inſcriptio ROMAE ET AUG. id eſt, „ *Romæ & Auguſto.* Non credo hos nummos Ro- „ mæ fuiſſe ſignatos, ſed in aliqua civitate Impe- „ rii Romani, quæ Templa eidem & nummos „ hoſce conſecraverit. Quæ Templa tamen non „ ſuo, ſed communi Urbis Romæque nomine rece- „ pit, ut in Vita ejus Cap. LII. teſtatur *Sueto-* „ *nius* his verbis: *Templa, quamvis ſciret etiam* „ *Proconſulibus decerni ſolere, in nulla tamen provin-* „ *cia niſi communi ſuo, Romæque nomine recepit. Nam* „ *in Urbe quidem pertinaciſſimè abſtinuit hoc honore;* „ *atque etiam argenteas ſtatuas olim ſibi poſitas con-* „ *flavit omnes, ex quibus aureas cortinas Apollini Pa-* „ *latino dedicavit.* Ipſum vero Auguſtum poſt mor- „ tem fuiſſe conſecratum à Tiberio Cæſare, præter „ *Suetonium*, docet quoque *Cornelius Tacitus* Lib. I. „ *Annal.* Cap. 54. his verbis: *Idem annus novas* „ *cærimonias accepit, addito ſodalium Auguſtalium ſa-* „ *cerdotio. Sorte ducti è primoribus civitatis unus &* „ *viginti: Tiberius, Druſusque, Claudius, & Germani-* „ *cus adjiciuntur.* Ex quibus verbis patet Auguſtum, „ ut Deum, ſuos habuiſſe Flamines, & quidem ex „ primoribus civitatis. Mentio Flaminis Divi Au- „ guſti fit in hac Inſcriptione antiqua.

„ NERONI. CAESARI.
„ GERMANICI. F.
„ TI. AUGUSTI. N. DIVI. AUG.
„ PRON. FLAMINI. AUGUSTALI.
„ SODALI. AUGUSTALI.

„ Atque in hac itidem:

„ C. VALERIO. C. F. PAP.
„ MARIANO.
„ HONORES. OMNES
„ ADEPTO. TRIDENT.
„ FLAMINI. ROM. ET. AUG.
„ PRAEF. QUINQ. AUGUR.
„ ADLECTO. AN. NON. LEG. III.
„ ITALIC. SODALI. SACROR.
„ TUSCULANOR. JUDICI.
„ SELECTO. DECUR. TRID.
„ DECURIONI. BRIXIAE.

CURATORI. REIP. MANT.
EQUO. PUBL. PRAEF. FABR.
PATRONO. COLON.
PUBLICE.

„ Voces autem ROM. & AUG. docent nos „ erecta atque consecrata fuisse Templa (prout „ scribit *Suetonius*) in honorem Augusti, communi „ nomine Romæ & Augusti. Idem nummus, ut „ dixi, in minimo ære reperitur." Templum quoque esse credidit *Franciscus Angelonus* qui p. 16. ita scripsit: „ Multa Templa eaque egregia exstru- „ xit Augustus, & quum nulla sibi dedicari passus „ fuit, non tamen vetavit, quo minus communi „ suo & Romæ nomine exstruerentur, prout osten- „ dit Augusti nummus cum effigie ejusdem laurea- „ ta, atque Inscriptione CAESAR PONT. MAX. „ in quo ab altera parte pulchre exornatum cer- „ nitur Templum, cujus angulis utrimque insistunt „ Victoriæ, quæ dextra manu coronam proten- „ dunt, læva palmam tenent, cum hac Inscriptio- „ ne ROM. ET AUG. id est, *Romæ & Augu- „ sto.* qui nummus creditur Pergami fuisse cusus. „ Meminit enim ejusmodi Templi ex persona „ Tiberii Tacitus in ea oratione, qua noluit in „ Hispania sibi vel matri Liviæ Templa statui." Verum satis adparet Aram esse, non Templum, quare eminent longe supra eandem Victoriæ columnis insistentes. Pergami vero haud quaquam cusi sunt ejusmodi nummi, in Asia enim cusi Græca gaudere solent Inscriptione. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico.*

Num. 7. & 8.

Similes hi duo nummi sunt illi qui præcessit; sed nota quadam incusi sunt, quæ in primo ex literis IMPerator conflata est, in secundo ex literis CæsaR, quales incusæ notæ infra in plurimis nummis Tab. XXXII. occurrunt, ubi de iisdem acturi sumus.

Num. 6.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum, dextram versus, ut Tab. VIII. Num. 267.

Senatus Consulto. Templum rotundum hexastylum. Hinc & inde bovis in ara figura cernitur.

Nummum hunc contemplatus olim fuit *Sebastianus Ericius*, atque hæc ad explicationem ejus protulit p. 172. 173. „ Nummus est Augusti ex „ ære magno, metallo pulchro atque insignis ar- „ tificis, in quo Augusti caput cernitur radiatum „ cum hac Inscriptione DIVUS AUGUSTUS „ PATER. Pulcherrimum ab altera parte cer- „ nitur Templum, columnis pluribus suffultum, „ coram quo duæ ex adverso stant fabricæ, qui- „ bus insistunt totidem animalia, quæ videntur „ arietes esse, supra Templi figuram cernuntur „ hæ duæ literæ S. C. Romæ cusus fuit hic „ nummus, post mortem Augusti, in ejusdem „ honorem. Templum vero, quod in nummo „ conspicitur, opinor debere referri ad aliquod „ ex iis, quæ ipsi in provinciis exstructa fuisse „ narrantur, sicuti legimus in Vita ejus apud *Sue- „ tonium* Cap. LII. *Templa, quamvis sciret, etiam „ proconsulibus decerni solere, in nulla tamen provin- „ cia nisi communi suo, Romæque nomine recepit.* & „ aliquanto post, *Quædam Italiæ civitates diem, „ quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt. „ Provinciarum pleræque super templa, & aras ludos „ quoque quinquennales penè oppidatim constituerunt.* „ Ex iis igitur Templis, quorum, ut à Provincia- „ libus exstructorum, mentionem facit *Suetonius*, „ credimus unum exsistere illud cujus hæc in „ nummo species visitur. Sunt & alia numismata „ Augusti ex auro & ære, in quibus Templorum „ variæ occurrunt figuræ cum variis Inscriptioni- „ bus. Vidi ejusmodi (2) aureum egregii artificii, „ in quo, post Augusti mortem cuso, ab altera „ parte statua est divi Augusti sedentis, capite „ radiato, pateram tenens dextra, cum hac epi- „ graphe, DEO AUGUSTO. Ab altera parte „ pulcherrimum est Templum, cum multis figu- „ ris atque hac Inscriptione AETERNITATIS „ AUGUSTAE CUST. Invenitur & (3) æreus „ ejusdem Augusti, cum Templo ab altera parte „ atque hac Inscriptione, AETERNITATIS „ AUGUSTAE. Ex quibus nummis patet, in „ provinciis Romanis multa Templa in honorem „ Augusti erecta fuisse. Divo Augusto autem mul- „ ta post mortem erecta fuisse Templa, cum alibi, „ tum in ipsa Urbe Roma, factumque ei ibidem à Li- „ via & Tiberio Sacrarium, ut & Nolæ, ubi fuit mor- „ tuus, non modo ostendit *Dio* Lib. LVI. supra „ adlegato, sed alio quoque loco his verbis, *Il- „ lati sunt præterea in Senatum libri quatuor, quos „ Drusus recitavit. Primo continebantur de funere „ suo mandata; altero enumeratio rerum à se gesta- „ rum, quam incidi in columnas æneas, ac statui eas „ ante suum sacrarium jubebat: tertius summam mi- „ litum, redditum, impendiorum publicorum, pecu- „ niæ in thesauris, aliaque id genus ad Principatum „ pertinentia indicabat.* Sed & apud eundem scri- „ ptorem Lib. LIX hæc inveniuntur. *Deinde „ Cajus habitu Triumphali Templum Augusti dedica- „ vit, nobilissimis pueris ætate florentibus cum virgi- „ nibus ejusdem ordinis hymnum canentibus, epulum- „ que Senatoribus, & earum uxoribus, ac populo da- „ tum; variaque spectacula edita. Nam & omnis „ generis musica introducta, & qui certaverunt dua- „ bus diebus, priore vicies, posteriore (natalis enim „ erat Caji) vicies quater, ea fuit dies pridie Calend. „ Septembris.* Quæ omnia loca demonstrant ad- „ fatim multa in honorem Divi Augusti Templa „ ubique dedicata fuisse." Eundem vero hunc nummum contemplatus quoque fuit *Francisc. Angelonus*, qui illum edidit inter Augusti nummos Num. 28. atque ad illustrationem ejusdem hæc scripta reliquit p. 16. „ Quum multæ exstarent statuæ „ argenteæ, conflari easdem jussit Augustus, ut „ Templum inde Apollinis ornaret, quod in cer- „ ta parte domus suæ ædificaverat. Figura Tem- „ pli ejus cernitur in hoc nummo, qui à parte „ priore habet caput Augusti cum corona radiata „ & literis, DIVUS AUGUSTUS PATER. ab „ altera vero parte Templum sex columnis suf- „ fultum, in cujus medio porta est, & ad latera „ duæ ingentes bases; quibus singulis figura bo- „ vis insistit, neque aliud quidquam legitur, quam „ S. C. Docent vero duo boves, Templum esse „ Apol-

(2) Nusquam alibi hujus aurei nummi mentionem fieri observavi, neque picturam ejusdem deprehendi.

(3) Vide Tab. XXVII. Num. 3. & 4.

„ Apollinis, armenta enim olim ille Deus paverat, idque animal Delphis Apollini solebat immolari. Neque enim cum illis facio, qui judicarunt hoc Templum esse unum ex illis quæ in variis provinciis Augusto dedicata fuerunt post ejus mortem, neque enim, si extra Romam cusus fuisset nummus (quod tum fieri oportuerat) S. C. adjiceretur nota. Sed, quod sæpe alias diximus, etiam hic nummus evincit Augustum, dum viveret, Divum fuisse dictum, & ut talem ejusmodi honoribus cultum." Ad quæ simpliciter adnotat *Jo. Petrus Bellorius* p. 22. hæc verba. „ In duabus basibus Templi lateralibus non exstat figura bovum duorum, sed in altera bos vel taurus cernitur, in altera aries. Quod liquido adparet in cunctis ejusmodi nummis bene conservatis. Juxta aram Templi Apollinis Palatini, ex descriptione *Propertii* erant boves æerei, *Myronis*, insignis statuarii, opus. Verum hic nummus, ex Decreto Senatus, post Mortem Augusti jam consecrati cusus est, quare dubitare nos facit, an Templum Apollinis Palatini in illo nummo repræsentetur."

Videtur nobis depingi Templum Divo Augusto erectum ex Senatus Consulto, ad quod sacrificia in aris fuisse oblata testantur inpositæ aris victimæ; boves in hoc nummo exprimuntur, in minoris moduli nummis diversum animal adparet. Vulgavit hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXIII. Num. 4. & *Angelonus* fol. 85. Num. 28.

NUM. 10.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. VIII. Num. 262.

IMPerator NERVA CAESAR AUGUSTUS RESTituit In area nummi Senatus Consulto.

Vulgavit cum hac nota aversam nummi partem *Sebastian. Ericius* p. 108. ubi addit: „ Numisma Augusti in ære magno, atque metallo flavo, caput ejus ætate senili & venerabili exhibet adspectu, cum hac in circuitu Inscriptione, DIVUS AUGUSTUS. Ab altera parte hæc est epigraphe, IMP. NERVA CAESAR AUGUSTUS REST. id est: *Imperator Nerva Cæsar Augustus restituit.* In honorem singularem Augusti hic nummus cusus fuit post mortem ejus, restitutaque sic fuit optimi Principis memoria per Nervam. Quod si adcuratius nummum contempleris, faciem senilem ad ipsum Nervam aliquanto magis, quam ad Augustum accedere deprehendes."

Restitutus hic à Nerva in honorem Divi Augusti nummus, editus est à *Carolo Patino*, qui eundem possedit, in *Thesauro Numism.* p. 193. Edidit eundem *Æneas Vicus* inter *Aug. Æreos* Num. 24. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 11. & 12.

Senatus PopulusQue Romanus DIVO AUGUSTO. Legitur deinde in Corona Civica OB CIVES SERVATOS. Infra duo sunt Capricorni cum globo.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXXIIX. In area Nummi Senatus Consulto.

Renovavit hanc patris adoptivi memoriam Tiberius ultimis vitæ temporibus. Vulgarunt nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXI. Num. 32. & 35. *Angelonus* fol. 25. Num. 38. & *P. Pedrusius* in *Museo Farnes.* Tab. quinta Num. III. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 13. & 14.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Statua Divi Augusti; sedet ipse, capite radiato, læva hastam tenens, dextra laureum ramum, ante pedes mensa esse videtur.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXIIII. In area nummi Senatus Consulto.

Vulgavit hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXVI. Num. 1. & 9. Discrepat ab illis, qui vulgo occurrunt, quod ramum dextra teneat Augustus, sed similiter ramum tenet in quadrigis elephantorum infra, Num. 17.

NUM. 15. & 16.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Statua Divi Augusti. Sedet ipse, dextra tenens pateram, læva hastam.

IMPerator Titus CAESar DIVI VESPasiani Filius AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate Pater Patriæ COnSul VIII. RESTituit. In area nummi Senatus Consulto.

Ex diversitate typorum in nummis, adparet varias Divo Augusto, varioque ornatu statuas, in Urbe erectas fuisse. Vulgavit nummum hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXVI. Num. 10. Invenitur in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

Num. 17. & 18.

DIVO AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus. Statua Augusti, dextra ramum, læva hastam tenentis insidet Thensæ, quam quatuor trahunt elephanti, quibus totidem insident rectores.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXIII. (in aliis XXXVI.) In area nummi Senatus Consulto.

Spectat typus ad pompam Circensem, in quâ Statuæ Deorum Thensis inpositæ, eorumque exemplo Imperatorum, qui consecrati erant, imagines transvehi solebant. Invenitur insuper apud *Angelonum* & *Bellorium* p. 25. & 32. inter *Numism. Arschotana* Tab. XVI. Num. 24. in *Suetonio Grævii* p. 315. & 470. in Tomo XII. *Antiqu. Rom. Grævii* p. 1172. Num. 2. Servatur uterque nummus in *Thesauro Schwartzburgico*.

Num. 19. & 20.

DIVO AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus. Divi Augusti Statua, dextra manu pateram tenens, læva hastam, in thensa, quam trahunt quatuor elephanti, sed sine rectoribus.

DRUSUS CAESAR TIberii AUGusti Filius DIVI AUGusti Nepos PONTifex TRibunicia POTestate II. In area nummi Senatus Consulto.

Exemplo Tiberii & Drusus, Tiberii filius naturalis, hunc nummum, & sequentem filius adoptivus, Germanicus, honori Divi Augusti consecrarunt. Conspicuus hic est apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. LXXVI. Num. 2. & 5.

Num. 21.

DIVO AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus. Statua Divi Augusti, dextra ramusculum, læva hastam tenentis, in quadrigis elephantorum cum rectoribus.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti Filius DIVI AUGusti Nepos COnSul II. In area Senatus Consulto.

Nihil discrepat à præcedentibus, nisi quòd Germanici nomen præferat. Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXVI. Num. 3.

Num. 22.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Statua sedens Divi Augusti, ut supra Num. 14.

IMPerator Titus VESPASIANUS AUGustus RESTITUIT. In area Senatus Consulto.

Hub. Goltzius vulgavit in *Aug.* Tab. LXXVI. Num. 8.

Num. 23.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Statua Divi Augusti, sedentis habitu, ut supra Num. 14.

IMPerator CAESAR DOMITianus AUGustus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate III. IMPerator V. COnSul II. Pater Patriæ RESTituit. In area Senatus Consulto.

Titus & Domitianus plures æreos Augusti nummos restituerunt, uti patet ex iis, qui vulgo secundæ magnitudinis adpellantur. Vulgavit hunc *Hubert. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXVI. Num. 12.

Num. 24.

Vacat.

TABU-

TABULA XXV.
ADHUC EXHIBENS
NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI.
EX AERE MAGNO.

NUM. 1. & 2.

OB CIVIS SERVATOS. Coronæ civicæ, sive querneæ, cum glandibus, secunda vox inscribitur, reliquæ duæ in summa atque infima ora, adest ad latera utrimque lauri ramus.

Quintus AELIUS Lucii Filius LAMIA III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Comprehendit hæc Tabula nummos primæ magnitudinis æreos, qui à Triumviris Monetalibus Senatus cusi sunt; nomina eorundem adscribuntur; &, quoniam iidem Nummi in *Thes. Andr. Morellii*, qui *Familiarum Romanarum* Numismata continet, occurrunt, eo B. L. ablegamus. Corona civica & duo laurei rami in *Nummis Augusti* res notissima est. Servatur hic in *Thes. Versaliensi.*

NUM. 3. & 5.

OB CIVIS SERVATOS. Corona quernea, seu civica, & duo lauri rami, ut supra, sed sine glandibus.

CNeus PISO CNei Filius III. VIR. Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Extat in *Museo* Droniano, vulgavit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXI. Num. 31.

NUM. 4.

OB CIVIS SERVAOS. Corona civica &c. ut supra Num. 2.

Cajus ASINIUS Cai Filius GALLUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Extat in *Gaza Versaliensi.* Vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LX. Num. 21.

NUM. 6.

OB CIVIS SERVATOS. Corona civica &c. ut Num. 3.

Cajus CASSIUS Cai Filius CELER III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Extat in *Gaza Versaliensi.* Vulgavit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LX. Num. 16.

NUM. 7.

Corona Civica &c. plane ut Num. 2.

Cajus GALLIUS Cai Filius LUPERCUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Servat & hunc nummum *Thesaurus Versaliensis.* Vulgavit illum *Hub. Goltzius* in *August.* Tab. LX. Num. 13.

NUM. 8.

Corona Civica &c. ut Num. 2.

Cajus Marcius Lucii Filius CENSORINus AUGur III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 9.

Corona Civica &c. plane ut Num. 3.

Lucius NAEVIUS SURDINUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Vulgavit hunc *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LX. Num. 22. Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 10.

Corona Civica &c. ut Num. 2.

Cajus PLOTIUS RUFUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Servat & hunc *Thesaurus Versaliensis.*

NUM. 11.

Corona Civica &c. ut Num. 3.

Titus QUINCTIUS CRISPINus SULPICianus III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Et hic exstat in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 12.

Corona Civica sive Querna cum glandibus & sine glandibus, ut Num. 2. & 3. cum solita Inscriptione.

Titus QUINCTIUS CRISPINus SULPICianus III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Exstat ibidem.

NUM. 13.

Corona Civica &c. ut Num. 3.

Marcus SANQUINIUS Quinti Filius III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo Senatus Consulto.

Vulgavit hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXI. Num. 28. eumque invenit in *Thesauro Versaliensi Andr. Morellius.*

NUM. 14.

Corona Civica &c. ut Num. 3.

TIberius SEMPRONIUS GRACCUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 15.

Corona Civica &c. ut Num. 2.

Publius LICINIUS STOLO III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Vulgavit hunc *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXI. Num. 30. Exstat idem in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 16.

Nota partis primæ abest.

Titus CRISPINUS Titi Filius SULPICIANus III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Invenitur hic apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. LXI. Num. 34.

NUM. 17. & 21.

CAESAR AUGUSTus PONTifex MAXimus TRIBUNICia POTestate. Caput Cæsaris Augusti dextram versus, cui lauream adaptat Victoria stans pone illud, læva tenens cornucopiæ.

Publius LURIUS AGRIPPA III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Ab ipsa Victoria propter crebras & magnificas Victorias coronari fingitur caput Augusti. Corona

Cornua capite gerit Dea, quoniam abunde ut frumentum omnisque commeatus adesset Italiæ atque Urbi sollicite semper providit Augustus. Exstat nummus in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 18.

Vacat.

NUM. 19. & 20.

Sine Epigraphe. Caput puerile nudum, lævam versus.

Publius LICINIUS STOLO III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Crediderunt Antiquarii, in primis, qui primi ante alios hunc nummum ediderunt, Marcelli, vel Augusti juvenis caput, in parte anteriore hujus pulcherrimi nummi exprimi. Sed opinione sua falsi sunt; est enim caput Caji, nepotis Augusti Cæsaris ex Agrippa & Julia, quod liquido adparebit, si hoc caput conferas cum iis nummis, in quibus Lucii & Caji capita occurrunt; in iis enim Caji caput rotundius, ejusque buccula inflata magis, sicuti in hoc nummo, quam Lucii esse solet. Confer infra Tab. XXVII. Num. 20. Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 21. & 22.

CAESAR AUGUSTus PONTifex MAXimus TRIBUNICia POTestate. Caput Cæsaris Augusti laureatum, dextram versus, ita ut ei Victoria, pone adstans, atque læva tenens cornucopiæ, lauream aptet.

Marcus SALVIUS OTHO III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 23. & 24.

Inscriptio & typus Capitis non discrepant à nummo præcedente, sed sub collo insuper globus cernitur.

Marcus MAECILIUS TULLUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Orbis Dominum Augustum subjectus collo globus denotat. Nummus servatur in *Thesauro Versaliensi.*

TABULA XXVI.

EXHIBENS

CAESARIS AUGUSTI NUMISMATA

EX AERE MAGNO SED IN COLONIS CUSA.

NUM. 1.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, in aliis sine laurea.

COLonia GEMella ACCItana. LEG. VI. Aquila Legionaria inter duo Signa Militaria.

Accis Urbs fuit Hispaniæ Tarraconensis ad Chrysum fluvium. Colonia Romana facta fuit à Julio Cæsare, unde in aliis nummis *Juliæ* quoque titulo insignitur. Augustus novos insuper colonos induxit, veteranos videlicet utriusque legionis sextæ, unde *Gemella* in nummis vocari solet. Vide *Vaillantium de Numism. in Coloniis cusis*, Tom. I. p. 12. & 13.

NUM. 2.

AUGUSTUS vel AUGUSTus. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 84. & 85. laureatum in aliis.

Colonia Cæsarea. In Laurea.

Hispaniæ Tarraconensis Urbs Salduba, postquam colonos ab Augusto accepit, nomen ejus

ejus deinceps tulit, atque *Cæsarea* vocata fuit; quo nomine plurimos nummos in ejus honorem cudit. Vide *Vaillantium* Tomo I. p. 20. Primus hunc nummum vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LVIII. Num. 16. Nota ab *Andr. Morellio* adposita videtur Episcopali cuidam *Gazæ*, quam litera S. inchoat, adsignare.

NUM. 3.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti, corona radiata insigne, versus dextram, ut Tab. VIII. Num. 269.

Colonia Cæsarea Augusta SCIPIONE ET MONTANO *II. VIRis. Fulmen alatum telisque variis instructum.*

Docet *Vaillantius* Tom. I. p. 21. cusum hunc nummum fuisse post fata Augusti, temporibus Caji Caligulæ. Servatus olim fuit in *Thesauro Christinæ Reginæ*, ut triplicis coronæ adposita ab *Andr. Morellio* nota docet.

NUM. 4.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum lævam versus, ut Tab. III. Num. 99.

CAESAREA AUGUSTA in Corona Civica.

Salutem Urbis Romæ, ut parentis suæ, suam quoque salutem agnoscunt Cæsaraugustani. Vulgatus & ab *Anton. Augustino* Dialogo VII. fuit, & ab *Hub. Goltzio* in *Augusto* Tab. XLIX. Num. 20.

NUM. 5. & 6.

Colonia Cæsarea Augusta TIBerio FLAVO PRAEFecto GERManorum Lucio JUVENTio LUPERCO II. VIRis. Colonus agens boves.

AUGUSTO DIVI Filio LEGio IV. LEGio LEGio VI. LEGio X. Vexillum inter duo manipulorum signa.

Primus insignem hunc nummum vulgavit *Seguinus* in Select. Numism. p. 119. ex *Cimelio* suo, quod deinde in *Gazam Regiam* transiit; deinde *Vaillantius*, quem vide Tom. I. p. 22. Servatur hodie nummus in *Thesauro Regio* seu *Versaliensi*.

NUM. 7. & 8.

AUGustus. Cajus CAESar COnSul DESignatus. Lucius CAESar COnSul DESignatus. Statuæ tres, videlicet Augusti, habitu Pontificis Maximi, dextra manu tenentis simpulum, Caji & Lucii, à lævo & dextro latere Augusti, singulæ basibus insistunt.

CAESARea AUGUSTA II. VIRis CNeo DOMitio AMPlo Cajo VETtio LANGuido II. VIRis. Vexillum militare inter duos manipulos.

In pulcherrimo hoc nummo agnoscit *Vaillantius* Tom. I. p. 29. collatum ab Augusto, ut Pontifice Maximo, sacerdotium Cajo nepoti. Male vero ibidem initium Inscriptionis anticæ partis ita legitur IMP*erator* CAESAR AUG*ustus*. pro una voce AUG*ustus*. omissis reliquis. Insigne vero monumentum est designatorum Consulum ab avo Augusto nepotum ejusdem. Consules hi designati sunt post quinquennium A. V. C. 748. sed non inierunt morte præventi. Exstitit singularis hic nummus in *Gaza* Card. Maximi, cujus manu depictum accepisse se testatur *Vaillantius*.

NUM. 9. & 10.

DIVI JULIi. IMPerator CAESAR DIVI Filius. Capita aversa, sive cervicibus oppositis, Julii Cæsaris laureatum, atque Cæsaris Octaviani nudum, palma intermedia.

COPIA. Navis Prætoria, cum turri & astro.

Ad hujus nummi explicationem ita scripsit *Sebastianus Ericius* p. 166. „ Nummus est Augusti ex ære magno, in quo occurrunt duo capita, cervicibus oppositis, in quorum medio „ Palma arbor cernitur, cum his in circuitu numi literis, DIVI JULI. IMP. CAESAR DIVI „ F. Ab altera parte dimidia navis est rostrata, ordine suo remorum instructa, supra quam navim surgit columna Pyramidis forma, atque insuper Stella „ adparet, sed sine aliqua Inscriptione. Quantum „ videre licet, signatus fuit hic nummus in honorem Augusti, post mortem patris Julii, cujus „ videlicet & est caput quod ex adverso Cæsaris „ Augusti adparet. Cusum autem nummum judico eo tempore, quo ad promontorium Actium „ navali pugna M. Antonium vicit Augustus, & „ quo, capta Asia atque Ægypto, postquam „ Alexandriæ M. Antonium atque Cleopatram obsedisset & ad mortem coegisset, civilia bella „ terminavit. Victoriæ atque expeditionis mentionem facit *Suetonius* in *Augusto* Cap. XVII. *Nec multo post navali prælio apud Actium vicit, in serum dimicatione protracta; ut in navi victor pernoctaverit.* " Aliquanto post subjungit „ *Nec amplius quàm septem & viginti dies donec desideria militium ordinarentur Brundusii commoratus, Asiæ, Syriæque circuitu Ægyptum petit; obsessaque Alexandria, quò Antonius cum Cleopatra confugerat,*

„ *brevi potitus est. Et Antonium quidem feras conditiones pacis tentantem ad mortem adegit: viditque mortuum. Cleopatræ, quam servatam triumpho magnopere cupiebat, etiam Psyllos admovit: qui venenum ac virus exsugerent: quod periisse morsu aspidis putabatur.* Palma arbor, quæ media inter Cæsaris Julii atque Augusti capita conspicitur, ut & Pyramidis ab altera parte figura, Ægypti captæ sunt Symbola: navis vero victoriam navalem de M. Antonio & Cleopatra ad Actium reportata, significat. Stella ad Julii Cæsaris caput Apotheosin respicit, atque Cometem, sive crinitam Stellam, quam post mortem Julii adparuisse ajunt, quæ ejus anima, in cœlum recepta, credita à vulgo fuit, sicuti alibi à nobis dictum fuit." Sed & contemplatus eundem est *Job. Tristanus* Commentar. Histor. Tom. I. p. 148. „ IMP. CAESAR DIVI F. DIVI JULI. Les effigies de Jules Cæsar & d'Auguste; un palmier entre deux. Au revers il y a un vaisseau de guerre portant un obelisque accompagné de l'astre de Cæsar, avec ce mot COPIA. Copia ou Copiæ fut une ville de la partie d'Italie nommée la grande Grece, située au long du Golfe de Tarente entre les fleuves *Crathis* & *Sibaris* (ainsi que Ptolemée & *Eustathius* sur *Dionysius* le remarquent) soubs le nom de ΘΟΥΡΙΟΝ *Thurium*, premierement nommée *Sibaris*, dont les habitans *Sibaritains*, renommez pour leur molesse & leur luxe, ayans esté ruinez avec leur ville & entierement destruits par les Crotoniates & autres de leurs voisins; il arriva que les Atheniens & les Lacedemoniens se mirent à la réedifier & restablir, & la repeuplants luy donnerent le nom de Θουριον, du nom (ce dit *Eustathius*) d'une fontaine nommée Thuris; mais que depuis les Tarentins & Lucaniens avec les Samnites plus puissans qu'eux, l'ayans espuisée d'habitans, par les guerres de longue durée qu'ils eurent ensemble; leur bonheur voulut que les Romains les ayans pris en leur protection la repeuplerent depuis, & la firent colonie Romaine, luy donnans le nom de *Copia* ou *Copiæ*, comme *Strabon* Liv. VI. *Diodore* Sicilien Liv. XII. & *Stephanus* le particularisent. Depuis estant arrivé que Spartacus avec son armée d'esclaves determinez, ayant fort travaillé cette ville, ses habitans & tout le pays circonvoisin, par leurs courses, violences & brigandages, elle en fut heureusement delivrée par *Cajus Octavius* pere d'Auguste, aiant vaincu & chassé ces mauvais voisins. En consideration duquel secours ce peuple luy rendit de grands honneurs; & luy de sa part en faveur de sa victoire & de l'affection qu'il leur porta après cet exploict, voulut donner à son fils né en ce temps là le surnom de *Thurinus*, comme l'estime *Suetone* Chap. III. & X. qui neantmoins n'appelle cette ville que *Pagum*, village, pour autant (ce semble) que lors qu'il escrivoit, ce n'estoit plus autre chose. Or cet obelisque & cette comete ou astre de Cæsar, qui se voyent en ce revers avec un vaisseau, me font conjecturer qu'ils avoient en leur ville dedié en l'honneur de Cæsar ou d'Auguste, & peut estre de tous deux, ces monuments de leur zele & de leur gratitude, ou bien qu'ils l'envoyerent à Rome dans cette galere assistée divinement en son passage de l'astre favorable de Cæsar (comme ils se l'imaginerent devoir arriver.) Ou bien ce vaisseau de guerre marque quelque secours que cette ville rendit à Auguste en Sicile contre Sextus Pompejus.

„ Ce nom de Thurium neantmoins, & cette mete ou forme d'obelisque, me mettent encore en une autre imagination, estimant qu'ils peuvent marquer quelqu'autre chose. Sçavoir, que cette ville auroit peu tirer cette denomination de Θουριον, d'un certain rocher droict & fait par la nature en forme de mete, & un peu retirant à celle d'une pomme de pin, situé prés Chæronée, auprés duquel estoit le temple d'Apollon surnommé *Thurius* (ce dit Plutarque en la vie de Sylla) particularisant qu'il y avoit autour cette poincte qu'ils appelloient (ce dit-il) ὀρθόπαγον, un bourgade peuplé du mesme nom. Se pouvant faire que les Atheniens & Lacedemoniens eussent composé leur peuplade des habitans de ce bourgade & lieux circonvoisins, & que cette mete ou pierre pyramidale fut la marque de leur ancienne extraction. Et ce qui me semble aider cette conjecture, est que le mesme autheur dict, que ce lieu prit sa denomination d'un mot Phœnicion Θώρ, qui signifie en leur langue un bœuf, parce que Cadmus apperceut premierement en ce lieu le taureau que l'oracle d'Apollon luy avoit donné pour presage, quant il eut dessein de planter des colonies en la Bœoce. Car en effet en toutes les medailles des Thuriens, que *Goltzius* nous a laissées, & en celles que j'ay veuës, le taureau fleschissant le genouil est representé, qui est non seulement la marque de l'establissement des colonies (comme je l'ay prouvé cy devant sur le revers de Cæsar où il y a ces mots, GERMAN INDUT. & qui par consequent serviroit de preuve que ce Thurium tiroit son origine de l'autre) mais mesme que ce revers & devise se trouvans ordinaires és medailles d'Auguste sembleroient nous apprendre qu'ils luy auroient esté attribuez pour marques qu'il estoit originaire de cette ville."

Vaillantius, nummum hunc explicans inter nummos Julii Cæsaris in Coloniis cusos Tom. I. p. 6. geminam ejus dat explicationem. Videlicet si conjunctim legamus COPIA, judicat proprium esse nomen Coloniæ Valentiæ datum, quæ, quum à Julio Cæsare esset condita, sub Augusto veluti apotheca sive horreum fuerit, in quo conderetur militaris annona. Si disjungamus literas, legi posse putat, *Colonia Octavianorum Pacensis Julia Augusta*, ut ad Forum Julii spectet, quod à *Plinio* Lib. III. Cap. 4. *Octavianorum Colonia, quæ Pacensis & Classica*, adpellatur. Sed & idem *Plinius* inter *Colonias Lusitaniæ* recenset Pacem Juliam, quam cum *Emerita* aliisque conjungit Lib. IV. Cap. 22. Tom. I. p. 229. in cujus oppidi (quod nunc *Beja* adpellatur) foro cippum esse scribit *Gruterus* p. 261. cum Inscriptione COL. PAX. IUL. Huic Urbi inter *Lusitanas Colonias* nobili ego mallem adjudicare nummum, quam Italicæ oræ Foro Julio; nam & Hispaniæ fabricæ nummus est, & nulla Octavianorum necessitas, si priores duas conjungamus literas, atque legamus, CO*lonia Pax Iulia Augusta*. Priori *Vaillantii* conjecturæ favere videtur, quod pictura & fabrica nummi, aliaque κειμήλια plane cum nummis Coloniæ Hispaniensis Valentiæ conveniant, sed & *Lusitaniæ* nummorum similis ratio est. Qui vero ejusmodi nummos de *Thurio* explicant, non audiendos existimo. Palma adponitur, ut Ægypti Symbolum, ab utroque, Julio Cæsare scilicet, atque Octaviano Augusto devictæ. Exstat nummus in *Thesauro Kersaliensi* & in *Museo nostro*. Vidit jam olim *Hub. Goltzius*, qui similem delineavit in *Aug.* Tab. XXIX. Num. 15. atque *Sebastianus*

Ericius p. 166. in cujus tamen nummo vox COPIA desideratur, quam in meo quoque haud animadvertere licet.

Num. 11. & 12.

DIVI JULIi. IMPerator CAESAR DIVI Filius. Capita Cæsaris Julii & Octaviani, cervicibus oppositis, illud laureatum, hoc nudum.

Navis prætoria similis, sed sine Inscriptione.

Pertinet ad eandem Coloniam sive Pacensem, sive Valentiam. Astrum in utroque divinitatem Cæsaris Julii respicit, prouti recte (male tamen crinitam vocans) agnovit *Franciscus Angelonus* ad hos nummos, quos Num. 14. & 15. inter Cæsaris Augusti publicavit, ita scribens. „ Verum sicuti primus ex his ab altera parte dimidiam exhibet navem, cum pyramide insistente atque Stella, atque his subtus literis, COPIA. ita Palma arbor, quæ media inter duo prioris partis cernitur capita, atque Pyramidis figura, quæ supra navem conspicitur, Symbolum esse possunt Ægypti, quam post devictum Antonium occupavit Cæsar Octavianus, &, ut erat maxime frumento abundans atque fertile illud regnum, copia porro significari videtur rerum omnium, quas inde pro Italiæ atque ipsius Romæ commodo classibus avexit atque transportavit Cæsar. Stella vero crinita adludit ad Cæsarem Julium inter Deos post mortem relatum." Quæ autem ad Copiæ vocis explicationem scribit haud meliora sunt, quam quæ ad eadem verba *Angeloni* adnotavit *Jo. Petrus Bellorius* p. 21. „ Vox COPIA, quæ sub navi invenitur, intelligi solet de Urbe Magnæ Græciæ in Sinu Tarentino sita, quæ Copia, & antiquiore Nomine Thurium vocatur, ut docet *Ludov. Nonnius*, &, qui eum sequitur, in Comment. Historicis *Jo. Tristanus*." Vulgavit nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab XXIV. Num. 24. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico*, & in *Museo nostro*.

Num. 13. & 14.

IMPerator DIVI Filius. Capita nuda Julii Cæsaris & Octaviani, cervicibus oppositis.

Sine Epigraphe. Navis Prætoria desuper est patera, quæ Pontificatum Augusti spectare videtur.

Videtur ad eandem Coloniam Valentiam spectare. Edidit nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXIX. Num. 22. Servamus similem in *Museo nostro*.

Num. 15. & 16.

PERMISSU CAESARIS AUGUSTI. Caput nudum Cæsaris Augusti dextram versus.

LIBERALITAS JULIA EBORa. Lusitaniæ Urbs fuit Ebora inter Anam & Tagum fluvios. Colonia fuit jure Latio à Cæsare donata, unde *Liberalitas Julia* vocata deinceps fuit. Instrumenta Pontificalia signavit, ut gratularetur Augusto Pontificatum Maximum, ad eundem, mortuo Lepido, devolutum. Servatur in *Thesauro Versaliensi*.

Num. 17.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum, dextram versus, Tab. VIII. Num. 268.

AUGUSTA EMERITA. Urbis Emeritæ in Lusitania structura, cum portis & turribus.

Urbem hanc ad Anam fluvium condiderunt veterani Augusti milites, quibus honestam missionem & commoda dedit, confecto bello Cantabrico, ut expresse testatur *Dio Cassius* Lib. LIII. p. 514. *Emerita* dicta, quod ab emeritis condita fuerit. Atque ideo, ut nova Urbs, & à Romanorum veteranis excitata, structura ipsius Urbis in nummo hoc signatur, nomenque Coloniæ Emeritæ supra portas ejus scribitur; neque in ære tantum per colonos, sed & in argento, per Triumviros Monetales Augusti, memoria conditæ Urbis propagata fuit, ut patet ex nummis similibus Argenteis supra pag. 320. Adde *Vaillantium* Tom. I. pag. 51. Depinxit nummum *Andr. Morellius* ex *Thesauro Christinæ Reginæ*. Exstat similis in *Museo nostro*.

Possideo alterum item primæ magnitudinis, optime servatum, & qualem fere, sed minorem edidit *Laur. Begerus* in *Thes. Brandenburgico* Tom. I. In illo aversa pars huic nummo plane similis est, sed in antica parte cernitur Augusti caput radiatum, lævam versus, cum stella in vertice, & fulmine ante faciem, atque hac, in circuitu, Inscriptione, DIVUS AUGUSTUS PATER. ita fere ut Tab. VIII. Num. 271.

Num. 18.

Similis hic nummus est præcedenti, nisi quod portæ Urbis cum turribus modo exstent, atque literæ in Inscriptione paulo aliter locatæ sint. Nota, quæ ab Andr. Morellio adponitur, est Cimelii Domini de Seignaley.

NUM. 19. & 20.

PERMISSU CAESARIS AUGUSTI. Caput Augusti nudum, dextram versus.

COLONIA PATRICIA. Aquila Legionaria inter duo signa militaria.

De Colonia Patricia, quæ Corduba fuit, primaria Bæticæ Urbs, vide *Vaillantium*, Tom. I. p. 59. Militarem fuisse coloniam, & à veteranis conditam, patet ex typo aquilæ & signorum militarium. Nota, quæ ab *Andrea Morellio* adponitur, nos docet, visum nummum illum fuisse ab ipso in *Gaza Dom. Dronii*, *Canonici* in ædibus *D. Thomæ ad Luparam*. Servamus similem in *Museo nostro*.

NUM. 21.

PERmissu CAESaris AUGusti. Caput Cæsaris nudum dextram versus.

COLONIA PATRICIA. Instrumenta Pontificalia, adspergillum, urceus, patera, lituus.

Inter Colonias Hispanicas, quæ, defuncto Lepido, Pontificatum Maximum Augusto gratulati sunt, fuisse quoque Cordubam, sive Coloniam Patriciam, hic nummus docet. Confer *Vaillantium* Tom. I. p. 60. Coloniæ Cordubensis, cognomento Patriciæ, mentio fit in *Inscriptionibus Antiquis*; qualis exstat apud *Janum Gruterum* pag. CCCXXIII. Num. 12.

VALERIAE. C. F. ATINAE
TUCCITANAE. SACERDOTI
COLONIAE. PATRICIAE
CORDUBENSIS.

Ibidem p. CCCXXV. Num. 2.

VALERIAE. CIPATINAE
TUCCITANAE. SACR
COLONIAE. PATRICAE
CORDUBENSIS
FLAMINICAE.

NUM. 22. & 23.

COLonia ROMulea PERMissu DIVI AUGusti. Caput Augusti radiatum, lævam versus, ante illud fulmen est, in vertice astrum.

JULIA AUGUSTA GENETRIX ORBIS. Liviæ Augustæ caput. In vertice cernitur luna crescens, sub collo globus.

Colonia Romulea sive Romulensis, non alia est, quam Hispaniæ Bæticæ Urbs Hispalis, ad Bætin fluvium. Nam sicuti Corduba, in eadem Bætica, alio nomine dicta fuit Colonia Patricia, ita Hispalis Colonia Romulea vel Romulensis *Plinius* Lib. III. Cap 1. *Hispalis Colonia, cognomine Romulensis* Signatus est nummus post Divi Augusti mortem, cujus divinitatis Symbola corona radiata, fulmen & astrum adsunt. Post ejus mortem quoque Livia Juliæ nomen adsumsit, atque pluribus magnificis titulis decorata fuit, præsertium in Coloniis, sicuti in hoc nummo Genetrix Orbis vocatur; cui, veluti lunare sidus, influxu suo, vegetationem & vim generationis communicaret. Confer *Tristanum* Tom. I. p. 125. & *Vaillantium* Tom. I. pag. 62. & 77. Vulgarunt præstantem hunc nummum *Antonius Augustinus* Dialogo VIII. *Hubertus Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXXI. Num. 2. *Carolus Patinus*, apud quem minus emendate legitur Inscriptio capitis, in *Suetonium* p. 113. Servo ipse pulcherrimum & ab omni parte integerrimum. Exstat quoque in *Thesauro Schwartzburgico*.

NUM. 24.

Vacat.

TABULA XXVII.
ADHUC EXHIBENS
NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI.
EX AERE MAGNO
IN COLONIIS &c. CUSA.

Num. 1.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum.

Colonia Victrix Togata Tarraco. Ara pulchre exornata, cum palma arbore enata ex eadem.

Elegans Historiæ monumentum hic nummus est. Tarracone, quæ Urbs erat Hispaniæ citerioris maritima ad ostia Tulcis amnis, Scipionum quondam opus, bis consulatum præsens inierat Augustus. Morbo ibidem correptus fuerat, quum A. V. C. 728. ad bellum Cantabricum proficisceretur, quem morbum curis & lassitudine contraxisse adfirmat *Dio* Lib. LIII. p. 514. Itaque Tarraconenses publice vota pro salute Cæsaris Augusti susceperunt, utpote domus Juliæ studiosissimi, eumque in finem Aram exstruxerunt. In qua quum postea palma enata fuisset, missa ad Augustum legatione, gratulati eidem felix victoriarum omen sunt, quibus lepide respondit, *Adparet, quam sæpe accendatis.* ut refert *Quinctilianus* Instit. Orat. Lib. VI. Cap. III. p. 554. Crescere tamen siverunt palmam Tarraconenses sic ut arboris speciem nacta fuerit, atque in rei memoriam & perpetuitatem eandem, una cum ipsa ara, etiam post mortem Augusti nummis suis inpresserunt. Exstat in *Anthologia Græca* elegans *Philippi* in hunc casum Epigramma,

Φοῖβον ἀνηναμένη ποτὲ Δάφνη, νῦν ἀνέτειλε,
  Καίσαρος ἐκ βωμοῦ, κλῶνα μεγαπέταλον.
Ἐκ δὲ Θεοῦ Θεὸν εὗρεν ἀμείνονα· Λητοΐδην γὰρ
  Ἐχθήρασα, φιλεῖ Ζῆνα τὸν Αἰνεάδην.
Ῥίζαν δ᾽ ἐκ ἀπὸ γῆς μητρὸς βάλεν, ἀλλ᾽ ἀπὸ πέτρης.
  Καίσαρι μὴ πιθεῖν οὐδὲ λίθος δύναται.

Quod ita vertit *Franciscus Vavassor* de *Ludicra Dictione* Cap. XVI. p. 120.

Phœbum alias Daphne sprevit: nunc Cæsaris ultro
  Ex ara ramos protulit alma suos.
Ecce Deo inventus melior Deus; oderat olim
  Latoidem: Æneadum nunc amat illa Jovem.
Saxo radicem, non terra matre, profudit.
  Non potis Augusto non parere ipse lapis.

Sed Laurum Poëta facit, quam Scriptores Palmam, nisi alibi forte simile quid de Lauru contigerit. Exstat hic nummus in *Thesauro Versaliensi.*

Num. 2.

Non additur nota Capitis.

Colonia Victrix Togata Tarraco. In Corona Quernea.

Plures ex Coloniis Civicam sive Querneam Coronam in Augusti, ut liberatoris civium, gratiam signarunt. Cognomen Victricis Urbibus & Coloniis de Cæsare Julio bene meritis datum fuisse scribit *Vaillantius* Tom. I. p. 64. Togata dicitur Colonia, quod jus togæ cives ejus, Romanorum more haberent, ut statuit *Vaillantius* Tom. I. p. 303.

Num. 3. & 4.

Colonia Victrix Togata Tarraco. AETERNITATIS AUGUSTAE. Templum fastigiatum, octo columnarum.

DEO AUGUSTO. Statua Augusti, qui Jovis ritu sedet, læva tenens hastam, dextra victoriolam, capite radiato.

Tarraconenses, qui vivo Augusto, atque apud eos, utpote homine, ægrotante, mortuum eundem, non velut inmortalitatem apotheosi adeptum, sed, ut vere inmortalem coluerunt. Non igitur illi ut DIVO, sed ut DEO, Græca adulatione, sicuti recte observat *Vaillantius* Tom. I. p. 66. Statuam erexerunt, quam posuerunt in Templo magnificentissimo (ut structura ejusdem in nummo evincit) æternitati ejus consecrato. Vulgarunt hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXX. Num. 1. & 7. *Æneas Vicus* inter *Arg. Aug.* Num. 36. ubi priorem

rem tantum partem exhibet, & *Antonius Augustinus* Dialogo VII. nummumque in *Thesauro* aliquo Episcopali se vidisse testatur *Andr. Morellius.*

Num. 5. & 6.

DIVI JULI. IMPerator CAESAR DIVI Filius. Capita nuda Julii Cæsaris & Augusti, cervicibus oppositis.

Colonia Julia Valentia. Prætoria navis cum turri & ædificio ut videtur.

Ad hujus nummi explicationem hæc scripta invenio apud *Franciscum Angelonum* p. 12. „ Alterius nummi typus in aversa parte exhibet similiter navem, sed cum arbore sive antenna, quæ in ipsa navi stat erecta, atque machina quadem, ad castelli veluti formam exstructa, atque his desuper literis, C. I. V. quæ forsitan significant, *Colonia Julia Victrix*, sive *Valentia*, seu *Victoria*, atque ad aliquam coloniam, quæ nummum cuderit, referri debent. Existimo ad Victoriam Actiacam referri debere, atque forsitan innui, ex spoliis ejus victoriæ Apollini Actio Templum à Cæsare fuisse erectum, atque consecratas triremes à primo remorum ordine ad decem usque, ut historici referunt." Hæc ille. Deleta fuerat à Pompejo in bello Hispaniensi & civili Valentia, urbs Hispaniæ citerioris ad Turiam fluvium. Inter plures deinde Hispaniæ à Julio Cæsare instaurata fuit novosque colonos accepit. Quare in conditoris sui memoriam nummos signavit, in quibus Julii & Augusti conjunxit capita. Ædificium illud ad ipsam Valentiam seu navale ejus respicere existimo Vulgarunt *Hubert. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXIX. Num. 13. *Joh. Vaillantius* Tom. I. p. 6. Servatur in *Thesauro Versaliensi* & in *Museo nostro.*

Num. 7. & 8.

Manius ACILIUS GLABRio PROCOnSule. Capita adversa Liviæ & Tiberii, utrumque nudum.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTus COnSul IX. Caput Augusti nudum, lævam versus, quod à facie advolans coronat Victoria.

Insignem hunc nummum illustravimus in *Famil. Acilia* p. 4. ubi diximus, suspicari nos cusum fuisse eundem in Sicilia.

Num. 9. & 10.

AUGUSTUS . . . . . Caput Augusti laureatum, dextram versus.

Sine Inscriptione. Templum octo columnarum, fastigiatum, in laurea.

Quoniam ad capitis Augusti posteriorem partem, quæ fuit Inscriptio, vetustate evanuit, discerni nequit, qualis ibi literæ fuerint, & utrum ad coloniam aliquam, ut reor, nummus spectet, an secus. Videtur tamen Corinthi splendidissimum hoc numisma cusum fuisse. In illius enim Coloniæ nummis ejusmodi figuræ Templum, Augusto erectum, eique (signato in peristylio ejusdem nomine) inscriptum, observare licet. Servatur in *Thesauro Versaliensi.*

Num. 11. & 12.

IMPerator CAESAR AUGustus. Caput Cæsaris Augusti laureatum lævam versus.

AGUGSTA MATER PATRIAE. Livia sedens, dextra tenet pateram, læva hastam, capite velato.

Insignem Romanæ Urbis adulationem notat *Dio* Lib. LVII. p. 609. Ὅθεν ἄλλα τε ἔξω τοῦ νενομισμένου ἐσέφερεν, καὶ πολλοὶ μὲν μητέρα αὐτὴν τῆς πατρίδος, πολλοὶ δὲ καὶ γονέα προσαγορεύεσθαι γνώμην ἔδωκαν. *Hinc multa extra consuetudinem Populi Romani introducta, inventique haud pauci, qui Matrem eam Patriæ ac Genetricem adpellandam censerent.* Ante *Morellium* vulgavit nummum hunc *Joh. Vaillantius* in *Num. Præst. Imp.* p. 2. Servatur in *Thesauro Versaliensi.*

Num. 14. & 15.

ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΤΙΣΤΟΥ. (*AUGUSTI CONDITORIS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus, in Corona Civica.*

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. *Nicopolis Sancta. Fulmen cum Caduceo, simul colligata.*

Postquam Actiaca victoria potitus fuit Cæsar Octavianus, rerumque solus habenas cepit, in Epiro Urbem condidit, quam à parta in proximo victoria Nicopolin adpellavit. *Dio Cassius* Lib. LI. p. 443. Πόλιν τε τινὰ ἐν τῷ στρατοπέδου τόπῳ, τοὺς μὲν συναγείρας, τοὺς δ' ἀναστήσας τῶν πλησιοχώρων, συνῴκισε, Νικόπολιν αὐτῇ ὄνομα δούς. *Urbemque eo loco, ubi castra habuerat, effecit; partim collectis ad eam incolendam hominibus, partim eo translatis finitimis: eique Urbi Nicopolis nomen indidit.* Quum enim crebris bellorum casibus Ambraciotæ, Anactorii, aliique Græci, qui in proximis habitaverant civitatibus, valde essent inminuti, ipsæque Urbes multa passæ infortunia, qui restabant earundem cives, libenter in novam ab Augusto conditam Urbem, multisque dotatam beneficiis, commigrarunt, ut docent *Pausanias* in *Eliacis* Cap. 23. sive Lib. V. p. 437. & VII. p. 569. atque *Strabo* Lib. VII. p. 500. Merito igitur ΚΤΙΣΤΗΣ, sive *CONDITOR* à Nicopolitanis vocatur Augustus, in cujus vita sicuti civium Romanorum salutem, Corona Quernea expressam, versari credebant, ita sub benigni illis Jovis terrestris Imperio quieta pace sese frui profitebantur, ut docet Fulminis & Caducei, uniti simul & colligati, Symbolum. ΙΕΡΑ, sive SACRA vocatur Nicopolis, quod ibi Ludos Quinquennales instituerit Augustus, Græcos imitatus, qui Elæam Urbem propter Ludos Olympicos pariter ἱερὰν vocarunt, utpote cujus incolæ omni periculo exemto & omnis belli expertes haberentur. Ne itaque Ludi Quinquennales apud Nicopolin, ut dicto loco testatur *Dio*, turbarentur, sacram Urbem esse voluit Augustus.

Vidit inſignem hunc nummum *Andr. Morellius* in *Theſ. Reginæ Chriſtinæ* atque *Verſalienſi*, unde picturam ejus depromſit.

NUM. 15. & 16.

CAESAR. Caput Auguſti nudum, lævam verſus, ante illud lituus eſt, ſupra verticem ſtella. Ambit nummum Corona Laurea.

Inſcriptio conſtans literis ignotis. Caput barbatum, veluti Jovis vel Herculis corona oleagina vel laurea redimitum.

In Africa cuſum numiſma videtur, literæ enim Punicæ eſſe videntur. Edita nummi poſterior pars fuit ab *Ænea Vico* inter *Numiſm. Arg. Auguſt.* Num. 26. putatque *Bellorius* ſignatum fuiſſe in Africa nummum, quum inde evocaſſet Lepidum Cæſar Octavianus, atque legionibus, quibus ſuperbiebat, ſpoliaſſet. Quod veri ſpecie non caret. Utramque partem vulgavit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXV. Num. 25. Nummum ipſum exſtare in *Theſauro Verſalienſi* teſtatur *Andr. Morellius.*

NUM. 17. & 18.

Publius QUINCTILius VARus IIV. . . . A. Caput Agrippæ nudum.

AUGuſtus PONTifex MAXimus. Caput Auguſti nudum, dextram verſus, medium inter capita Caji & Lucii Cæſarum.

Pulcherrimi hujus nummi, ut adparet, haud integra à parte priore eſt Inſcriptio, literarum enim reſiduæ apices IIV. . . . . A. cogitationem de voce II. Viri Quinquennalis vel ſimilis magiſtratus injiciunt. Poſſideo ipſe ſimilem nummum, ſed injuria temporis peſſime habitum, ſic ut nihil nos juvare poſſit. Veram autem & integriorem lectionem docemur ex Nummo integriori Illuſtriſſ. *Lebretii*, cujus hanc deſcriptionem dat Illuſtr. *Marchio Scipio Maffeus* in *Galliæ Antiquit. Select.* p. 109.
„ AUG. PONT. MAX. Caput in medio, mi-
„ nora hinc & inde capita, ſub quibus C. L. &
„ bini ignoti characteres recuſi. In parte altera
„ P. QUINCTIL. VARI ACHULLA. Caput.
„ *Num. Lebret. Ær.* primæ formæ. Pluribus no-
„ minibus hic commendatur nummus. Ἀκύλλα
„ Africæ civitas fuit à *Strabone* laudata; propterea
„ in Sigillo ſuperaddito Punicas videmus literas.
„ Docet numiſma, perperam in *T. Livii* editio-
„ nibus legi, *inter Achollam & Thapſam.* Singu-
„ larias C. L. ſi poſt civitatis nomen eſſent, ex-
„ plicaret *Hirtius : Legati ex Achulla* (ita ſcriben-
„ dum) *Civitate Libera ad Cæſarem veniunt :* Sed
„ cum ſub capitibus ſint, Cajum & Lucium deno-
„ tant; Auguſti ſiquidem & Caji ac Lucii Cæſa-
„ rum ex una, P. Quinctilii Vari caput ex altera."
Docemur inde, ſignatum in Colonia Africana, & quidem Achullæ, fuiſſe nummum, cuſum vero à quodam P. Quinctilio Varo. Ejus Vari tamen caput nequaquam in nummo exprimitur, ſed M. Vipſanii Agrippæ, cui Tribuniciam poteſtatem & tantum non ipſum Imperium, adſumto in generum, communicaverat Auguſtus. In colonias plerumque mittebantur homines ignobiliores, unde, qui Achullæ honore magiſtratus functus fuit, potuit exſtitiſſe libertus P. Quinctilii Vari, nobiliſſimi inter Romanos viri, & ſub Auguſto, Præſide Syriæ. Nummus, quem vidit & depinxit *Andr. Morellius*, ſervatur in *Theſauro Verſalienſi.*

NUM. 19. & 20.

PERMiſſu CAESaris AUGuſti. Caput Auguſti nudum, dextram verſus.

Cajus Lucius CAESares. JULia TRADucta. Capita nuda & juvenilia Caji & Lucii, Cæſarum cervicibus oppoſitis.

Urbem hanc, Coloniam Romanam à Julio Cæſare factam, docuit pluribus *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 67. 68. in initio dictam fuiſſe Tingenteram, quam patriam ſuam agnoſcit nobiliſſimus Geographus *Pomponius Mela* Lib. II. Cap. 6. *Carteia, & in quam transvecti ex Africa Phœnices habitant, atque unde nos ſumus, Tingentera* Colonia à Cæſare facta *Julia Cetraria* vocata fuit; deinde ſub Auguſto novos colonos, atque inter illos tales quoque, qui ex Phœnicibus originem habebant, accepit. Ab iis patria lingua *Julia Joza* adpellata fuit, quod quum idem ſignificet, quod Latina vox *Traducta*, à Romanis Scriptoribus, ut & in nummis ſemper *Julia Traducta* vocata fuit. Servat nummum hunc, ab Eminentiſſ. *Noriſio* & Clariſſ. *Vaillantio* vulgatum *Theſaurus Verſalienſis.*

NUM. 21. & 22.

ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ. ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*LIBERTATIS. THESSALONICENSIUM.*) *Caput muliebre, lævam verſus.*

Μαρκου ΑΝΤωνίου ΑΥΤοκράτορος. Γαϊου ΚΑΙσαρος ΑΥΤοκράτορος. (*Marci ANTonii IMPeratoris. Cai CAEſaris IMPeratoris.*) *Victoria verſus dextram feſtinans, altera manu corollam, altera palmæ ramum præfert.*

Inter plures Græciæ terras una cum Italia & Urbe Roma gaviſi multum ſunt Theſſalonicenſes, quum poſt turbatam morte Julii & per tyrannidem Triumvirorum Rempublicam, ex nuptiis Octaviæ & M. Antonii, A. V. C. 715. conflatis, concordia animorum, & optata diu tranquillitas ſperarentur. Hanc libertatem, quum alia vivendi ratio temporibus iſtis non exſtaret, haud contemnendam rati, Deæ Libertatis caput ita in nummo expreſſerunt Theſſalonicenſes, ut Deæ faciem ad vultum Octaviæ, quam ut Libertatis & Pacis fontem & originem ſuſpiciebant, adumbrarent. Victorias Triumviris ſimul plures, ſed præcipue Philippenſem, gratulantur. Præclarus hic nummus exſtat in *Theſauro Schwartzburgico.*

TABU-

TABULA XXVIII.
EXHIBENS
CAESARIS AUGUSTI NUMISMATA
EX AERE MEDIO.

NUM. 1. & 2.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum, dextram versus.

Eadem Inscriptio & caput idem, sed nummus ab hac parte incusus est.

Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 3. & 4.

CAESAR DIVI Filius. Caput Cæsaris Octaviani nudum lævam versus.

DIVOS JULIUS. Caput Cæsaris laureatum lævam versus.

Adoptionem per testamentum Julii testari quoque hoc nummo voluit Cæsar Octavianus. Vulgavit *Hubert. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXII. Num. 11. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

NUM. 5.

DIVI Filius. Caput Cæsaris Octaviani nudum versus lævam, ante quod Stella adparet, ut Tab. I. Num. 32.

DIVOS JULIUS. In laurea.

Eandem adoptionem respicit hic nummus, per quam, ære & pecunia expressam, quotidie militi & populo commendatum sese Cæsar Octavianus volebat. Vulgavit nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXII. Num. 7. Invenitur in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

NUM. 6.

Similis præcedenti, sed cernitur incondita quædam figura, & nomen PIUS.

Vide quæ de hoc nummo diximus ad *Familias Andr. Morellii* p. 216.

NUM. 7. 8. 9. & 10.

CAESAR PONTifex MAXimus. Caput Cæsaris Augusti laureatum, lævam versus.

ROMæ ET AUGusto. Ara inter duas columnas, quibus totidem insistunt Victoriæ.

Habuimus similes inter Majoris Moduli atque Maximi nummos. Hi vero passim notas habent incusas, veluti TIBerius Cæsar. TIBerius IMPerator. TIberius CLAUDius. Quæ notant sub illo Imperatore, cujus nomen inprimitur, incusam hanc notam cepisse hos nummos. De quibus nummis agetur infra ad Tab. XXXII. Edidit Num. 7. *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXIII. Num. 9. & 10. exstant in *Thesauro Schwartzburgico.* Possideo hujus generis, ut Num. 7. est, tres, alter ex iis ruditer admodum (quasi extra Romam) cusus est, tertius vero caput Augusti laureatum versus lævam exhibet, cum hac Inscriptione CAESAR AUGUSTUS DIVI *Filius* PATER PATRIAE. ut Tab. IV. Num. 107.

NUM. 11.

IMPerator CAESAR. Caput Cæsaris Augusti lævam versus, ut Tab. II. Num. 46.

AUGUSTUS. Capricornus cum cornucopiæ.

De ejusmodi nummis jam supra actum est, p. 280. 281.

NUM.

Num. 12.

IMPerator CAESAR. Caput Cæsaris Augusti lævam versus, ut Tab. II. Num. 46.

AUGUSTUS. Sex spicæ colligatæ.

Habuimus similem in argento supra p. 257.

Num. 13.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti idem.

AUGUSTUS. In Corona Laurea.

Et huic habuimus similes supra p. 285. Vulgavit hunc nummum *Æneas Vicus* inter *Arg. Aug.* Num. 33. Exstat in *Thesauro Versaliensi.*

Num. 14.

DIVUS AUGUSTUS, in aliis adest Senatus Consulto. Caput Augusti, radiatum, dextram versus, ut Tab. VIII. Num. 248. & 252.

CONSENSU SENATus ET EQuestris ORDINis PopuliQue Romani. Statua Divi Augusti sedentis habitu, dextra ramum præfert, læva (ut in meo pulcherrimo) clare globum tenet, qui à plerisque negligitur, vel minus clare (ut & ab ipso Morellii sculptore factum est) exprimitur.

Sebastianus Ericius explicat de Statua Augusti aurea, quæ posita illi fuerit à Senatu, Ordine Equestri & Populo Romano, honoris caussa, quum adhuc admodum esset juvenis, eo quidem (ut credit) tempore, quo ex Senatus Consulto venire illi in Senatum, atque decennio ante quam legibus permitteretur, consulatum petere concessum fuerat. Quæ illi interpretatio nascitur ex juvenili (ut ait) Cæsaris facie. Verba ejus hæc sunt ex Italico sermone Latine versa: „ Nummus Augusti ex ære „ flavo, ætate juvenili, cum S. C. nota ad caput, „ atque Inscriptione DIVUS AUGUSTUS. ab al„ tera parte exhibet figuram insidentem sellæ curuli, „ cum hac perigraphe CONSENSU SENAT. „ ET EQ. ORDIN. P. Q. R. id est: *Consensu* „ *Senatus & Equestris Ordinis Populique Romani.* „ Statua hæc est Augusti aurea, quam in ejus ho„ norem dedicavit Senatus, atque Ordo Equestris, „ ut & Populus Romanus, quum etiamnum juve„ nis exsisteret Augustus; & quidem, ut ego exi„ stimo, eo tempore, quo illi ante justam ætatem „ permissum fuit Senatum intrare ibique sententiam „ dicere, tamquam Senatori, pariterque Consula„ tum illi petere permissum fuit decem annis ante„ quam per leges petere liceret, prout scriptum „ reliquit Appianus Alexandrinus. Atque id nos „ docere videtur nummus, quoniam in eodem „ vultu valde juvenili exprimitur Augustus." Errare *Ericium*, dum opinatur vivo Augusto signatum fuisse hunc nummum, ostendit *Jo. Petrus Bellorius* ad *Angeloni* Nummos, ut cerni potest infra ad Num. 17. hujus Tabulæ. Cum *Ericio* quoque erravit *Franciscus Angelonus*, qui vivo pariter Augusto signatum hunc nummum credidit, atque p. 14. hæc ad ejus illustrationem protulit: „ Inter „ multos, eosque eximios honores, quos Augu„ sto Senatus Populusque Romanus exhibuit post „ debellatum Antonium & Ægyptum captam, „ Statuarum dedicatio fuit; inter quas una exsti„ tit tota ex auro, posita in Senatu; atque hanc „ opinor esse illam, cujus memoriam servat hic „ nummus, in quo caput Augusti cernitur corona „ radiata insigne, cum hac Inscriptione DIVUS „ AUGUSTUS. S. C. In altera nummi parte „ Statua adparet Augusti sedentis habitu consulari, „ capite nudo, Pacificatoris ritu, dextra manu „ oleæ tenens ramum, læva, quam pectori adpli„ cat, pateram, divinitatis Symbolum. Additur hæc „ epigraphe, CONSENS. SENA. ET EQ. OR„ DIN. P. Q. R. id est: *Consensu Senatus & Equestris* „ *Ordinis Populique Romani.* Positam vero ea fi„ gura Statuam reor ob pacem ab Augusto redu„ ctam, Orbique Romano redditam." Hæc *Angelonus*, qui perperam in nummo hoc globum pro patera accepit, atque in vulgari ejus temporis errore de tempore cusi nummi jam castigatus fuit à *Jo. Petro Bellorio* pag. 22. qui recte notat, Statuam, quam in hoc nummo videmus, unam fuisse ex illis, quæ à Senatu, Equestri Ordine & Populo Romano dedicatæ memoriæ Augusti post ejusdem mortem fuerunt

Sed fallitur quoque *Ericius* in ætate Augusti; non enim juvenilis Augusti, sed senilis in asperrimo meo nummo, facies est. Præterea corona radiata, non juveni, sed seni, qua ætate obierat Augustus, convenit. Est igitur Statua communi omnium Ordinum Consensu Augusto post mortem posita. Editus est nummus ab *Hub. Goltzio* in *Augusto* Tab. LXXVI. Num. 7. *Sebast. Ericio* p. 105. *Ænea Vico*, inter *Ær. Aug.* Num. 14. *P. Pedrusio* inter *Ær. Aug.* Tab. XIII. Num. 1. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

Num. 15.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum, dextram versus, ante faciem Fulmen, supra frontem Astrum cernitur, ut Tab. VIII. Num. 272.

Senatus Consulto. Figura muliebris sedens, lævam versus, capite velato, læva hastam tenet, dextra pateram.

Aptissime utramque hujus nummi partem explicat *Dio.* Lib. LVI. p. 600. Τότε δὲ ἀθανατίσαντες αὐτὸν, καὶ θιασώτας οἱ καὶ ἱερὰ, ἱέρειάν τε τὴν Λιουίαν, Ἰουλίαν τε, τὴν καὶ Αὐγοῦσταν ἤδη καλουμένην, ἀπέδειξαν· καὶ οἱ μὲν καὶ ῥαβδούχῳ χρῆσθαι ἐν ταῖς ἱερουργίαις αὐτῇ ἐπέτρεψαν· *Tum verò immortalitatem ei tribuerunt, flaminesque: & sacerdotem Liviam (quæ tunc Juliæ etiam Augustæque cognomenta acceperat) constituerunt, lictoreque uti eam in sacrificiis permiserunt.*

Depingitur igitur in altera nummi parte Livia ut Sacerdos Divi Augusti, in altera ipse Augustus in Deorum numerum relatus, cujus rei Symbola, Jovis

vis Fulmen & Apollinis Astrum addita sunt. Vulgarunt nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXX. Num. 4. *Æneas Vicus Du Vallii* Tab. XLVI. Num. 5. & idem *Vicus* inter *Ær. Aug.* Num. 21. *Franciscus Angelonus* p. 35. Tab. XXXIX. Num. 15. & 16. Servatur in *Thes. Schwartzburgico* & *Museo nostro.*

NUM. 16.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti radiatum, dextram versus inter literas hinc inde Senatus Consulto. ut Tab. VIII. Num. 252.

DIVA AUGUSTA. Figura muliebris sedens, dextra gerit duo papavera cum spica intermedia, caput quoque spicis in nummo coronatur, & in hasta, quam sinistra manu gerit, clare suprema pars in tædam desinit, sic enim ex asperrimo meo atque integerrimo emendari pictura debet.

Sicuti is, qui præcessit, nummus, Divum Augustum atque Sacerdotem ejus, superstitem etiamnum in vivis, Liviam, depinxit, sic utrumque hic quoque nummus exhibet, sed Liviam & ipsam vivis exemtam, atque Augusto inter Cælites additam. Nam Cereris habitu sedens in altera nummi parte exhibetur, atque titulo DIVAE AUGUSTAE insignitur. Cusus est nummus ab Imperatore Claudio, apud quem in summa veneratione Liviæ fuit memoria. Testis hujus rei est *Suetonius* in *Claudio* Cap. XI. *Aviæ Liviæ divinos honores, & circensi pompa currum elephantorum Augustino similem decernenda curavit.* Amplius *Dio* Lib. LX. p. 667. Τὰ μὲν δὴ ὑπό τε Γαΐου καὶ ὑφ' ἑτέρων δι' ἐκεῖνον οὐκ ὀρθῶς γιγνόμενα, ἀνέτρεψε· τῷ δὲ δὴ Δρούσῳ τῷ πατρὶ τῇ τε Ἀντωνίᾳ τῇ μητρὶ ἱπποδρομίας ἐς τὰ γενέσια ἔδωκε, τὰς πανηγύρεις τὰς ἐς ταὐτὸν αὐταῖς συμβαινούσας μεταθεὶς ἐς ἑτέρας ἡμέρας, ὅπως μὴ ἅμα ποιῶνται· τήν τε τήθην τὴν Λιουΐαν οὐ μόνον ἵππων ἀγῶσιν ἐτίμησεν, ἀλλὰ καὶ ἀπηθανάτισεν, ἄγαλμά τε τι ἐν τῷ Αὐγουστείῳ ἱδρύσας, καὶ τὰς θυσίας ταῖς ἀειπαρθένοις ἱεροποιεῖν προστάξας· ταῖς τε γυναιξὶν ὅρκον τὸ ὄνομα αὐτῆς ποιεῖσθαι κελεύσας· *Claudius, rescissis iis quæ à Cajo aut ab aliis propter eum, malè essent statuta, Druso patri, & Antoniæ matri ludos equestres eorum natalibus instituit: translatis iis ludis, qui in eos dies incidissent, in aliud tempus, ne simul fierent; aviam Liviam præter hunc honorem, etiam immortalitati adseruit, dedicavitque ejus effigiem in Templo Augusti, ac rem sacram ei fieri à Vestalibus mandavit: mulieresque per nomen ejus jurare jussit.*

Vulgarunt *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXX. Num. 9. *Æneas Vicus* inter *Ær. Aug.* Num. 2. *P. Pedrusius* (& melius ad mei nummi typum) Num. 1. *Sebastianus Ericius* p. 102. apud quos omnes figura sedens facem læva tenet in summo hastæ. *Ericius* quoque aliquanto uberius (alios simul Liviæ ummos inlustrans) in hujus nummi explicatione sese diffundit, ita scribens: „Nummus „ Octaviani Augusti, ex metallo flavo Corinthia-„ co, cum nota S. C. ad caput, atque Inscriptio-„ ne DIVUS AUGUSTUS. ab altera parte figu-„ ram habet sedentem, quæ spicas aliquot fru-„ menti & papaver dextra manu tenet, facem ve-„ ro sinistra, cum his literis DIVA AUGUSTA. „ Figuram illam sedentem de Livia Augusti uxore, „ interpretor, quam supra reliquas omnes dilexit „ ad supremum vitæ halitum, defecisse enim dici-„ tur in verbis, *Livia nostri conjugii memor vive* „ *ac vale.* Exstat idem nummus cum eadem figura „ sedente à parte altera, atque hisce literis impres-„ sis, sive incusis, N. C. A. P. R. (1) Quæ si-„ gnificant *Nobis Concessum A Populo Romano.* „ adeoque designant, permisisse Populum Roma-„ num ut ejusmodi honos illi in ære haberetur. „ Plurima semper Augustus amoris in Liviam ar-„ gumenta dedit. Quare mirantibus Romanis mu-„ lieribus, atque sciscitantibus caussam, & quo sibi „ pacto tantopere devinxisset Augustum, respon-„ disse fertur, *Mores mariti ferendo neque curiosius* „ *in amores ejus inquirendo.* Quibus verbis præci-„ pue perstringebatur Mæcenatis uxor Terentia, „ quam propter formam amabat Augustus sicuti ma-„ ritum ejusdem propter fidem honorabat. Moriens „ Augustus hæredem una cum Tiberio reliquit Li-„ viam, & eandem nomen suum ferre jussit. Un-„ de deinceps pro Livia vocata fuit Julia, quam-„ vis Liviam, gentilitio nonnunquam nomine Hi-„ storici perinde ut Juliam adpellent. Multi super-„ sunt ærei nummi cum vultu Liviæ; nam præter-„ quam, quod in plurimis Augusti nummis ejus „ inveniatur vultus, exstat quoque sub privigno „ ejusdem Tiberio signatus ex ære Corinthio manu „ artifici, cum hac ad Liviæ Caput Inscriptione, (2) „ SALUS AUGUSTA. ab altera vero parte Ti-„ berii caput cum hac invenitur Inscriptione, TI. „ CAESAR DIVI AUG. F. AUG. P. M TR. „ POT. XXIIII. Quem nummum edidit in hono-„ rem matris Liviæ, sub imagine Deæ Salutis. Si-„ gnandi vero ea specie hanc fuisse occasionem in-„ nuit *Dio*, quod quum contra caput Augusti plu-„ res ex nobilitate Romana, Cneo Cornelio Cinna „ duce, conspirassent, eaque detecta fuisset conspi-„ ratio, suadente Livia, conjuratis ignoverit Cæ-„ sar, ipsumque Cinnam, qui novissima meruerat, „ Consulatus honore extulerit. Quin & Justitiæ „ Deæ imagine & Inscriptione (3) (JUSTITIA „ enim in nummo ad caput ejus legitur) alter sub „ Tiberio in Liviæ honorem signatus nummus fuit. „ Tanta benignitate & bonitate animi exstitit Li-„ via, ut multas nutriverit puellas atque de suo „ dotaverit, unde & (4) *Mater Patriæ* fuit adpel-„ lata, atque Arcum Triumphalem in honorem „ ejus decrevit Senatus, quod nulli ante illam con-„ tigit feminæ. Carpento quoque uti permissum „ fuit in Urbe, quod genus honoris in nummis „ Augustarum hodieque adparet, (5) inscriptis „ S. P. Q. R. JULIAE AUGUSTAE. quod „ carpentum binæ mulæ trahunt. Sed & (6) alii „ Augusti atque Tiberii inveniuntur nummi, qui „ Cæsaris sive Imperatoris caput ab altera osten-„ dunt parte, ab altera vero Liviæ aliquam sta-„ tuam exhibent, quos brevitatis studio transeo. „ Silere tamen nequeo visum à me (7) numisma „ æreum cum Liviæ capite velato, inscriptum DI-„ VA LIVIA AUGUSTA. Velum vero ejus-„ modi

(1) Imo nihil minus significant, sed potius *Nota Cusa A Populo Romano*, vel *Notâ Cæsaris Augusti P Robus*, aut simile quid. Vide plures ejusmodi aliasque Notas incusas Tab. XXXII.
(2) Vide Tab. VII. Num. 13.
(3) Vide Tab. VII. Num. 10.
(4) Confer *Tacit. Annal.* I. 14.
(5) Vide Tab. I. in Nummis Liviæ Num. 2.
(6) Vide Tabb. IV. VII. &c. in Tiberii Nummis.
(7) Exhibetur in Numismate infra Tab. I. Num. 3. in Nummis Liviæ.

„ modi apud antiquos Divinitatis erat Symbolum. „ Aversa pars Pavonem habebat caudam explicantem, & epigraphem CONSECRATIO. Quem „ quidem nummum, ratione artis liquebat non „ fuisse cusum sub primis sed aliquanto posterioris ævi Imperatoribus, factumque id fuisse longe post excessum Liviæ, memoriæ ejus renovandæ gratia. Commune Apotheosis Augustarum „ Symbolum fuit Junonia avis cum hac Inscriptione CONSECRATIO. quod in Faustinæ, Marinianæ, aliarumque Augustarum, post mortem in Divarum numerum relatarum, observare licet. Nam sicuti Aquila, Jovi sacra ales, „ Consecrationis Imperatorum, ita Pavo Augustarum erat Symbolum, eoque ipso Augusto & „ Augustæ, Jovi quasi atque Junoni, adsimilari „ solebant. Progressu enim temporis crevit adulatio, vivisque Principibus Divinitatis Symbola „ in nummis adposita fuerunt, unde Solis & Lunæ sidera iisdem adplicantur, & quasi sorti humanæ exemti, cœlestium siderum lumine coruscare finguntur." Hæc *Sebastianus Ericius*; verum *Jo. Petrus Bellorius* ad *Angelonum* quoque hujus nummi mentionem facit infra ad Tab. XXVIII. Num. 17. ubi perperam vivente Augusto cusum fuisse opinari quosdam, & inter illos *Ericium*, ostendit. Invenitur nummus in *Thesauro Schwartzburgico*.

NUM. 17.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum, dextram versus ut Tab. VIII. Num. 267.

Senatus Consulto in Corona Civica.

Quem vivo sæpe honorem habuerant Augusto Romani, eundem mortuo præstiterunt, ut tanquam servatorem civium, & restauratorem publicæ tranquillitatis agnoscerent. Crediderunt olim Antiquarii, quum adhuc in pueritia sua Antiquitatis venerandæ per nummos illustratio versaretur, Augusto vivo & audienti videntique DIVI titulum fuisse datum; prouti in doctissimo alias viro, atque hujus Antiquitatus inlustratoris egregio adparet. Cujus propterea verba, ex Italo, quo scripsit, idiomate, Latine versa, hic adponemus. Is, postquam Actiacæ victoriæ mentionem fecit, ita telam persequitur. „ Post hanc „ victoriam, qua crevit plurimum laus Cæsaris, „ Romæ omnium studia ad illum conversa sunt, „ neque inveniri potuit honoris species, quem „ non illi exhibuerint. Intranti enim Urbem obviam processerunt Virgines Vestales atque Matronæ cum liberis suis, præter Senatum Populumque Romanum. Vota insuper Diis facta, Statuæ decretæ, Tribunicia Potestas per vitam aliaque multa, ut in cunctis congregationibus populi „ triumphalem gereret coronam, atque nomen denique Augusti ut gereret. Quod tantæ venerationis „ ante habebatur, ut in Deos solos convenire crederetur atque disjunctos à conditione humana. *Cæsaris* igitur nomen ratione sanguinis & successionis, *Augusti*, ut homine major, tulit. Quin & „ *Pater* nuncupatus fuit. Quare ista occasione, „ atque ad confirmationem istius decreti, quo Diis „ adscribebatur, adparet, multos, qui supersunt „ in honorem ejus cusos fuisse cum DIVI titulo, „ etsi etiamnum tum viveret, nummos. Inter „ quos (Num. 18. & 19. apud *Angelonum*) unus „ occurrit, in quo caput est juvenile Cæsaris cum „ corona radiata atque acuta, quo veluti radios „ suos à capite ejusdem spargit, tamquam radios „ solis, ut ita Numini illi adæquaretur. Duodecim eos esse voluerunt, vel pro zodiaci signorum numero, vel pro totidem Herculis laboribus. Ab altera nummi parte pulcherrima est „ corona quernea, in cujus medio leguntur literæ „ S. C. quæ denotant ex Decreto Senatus cusum „ eundem fuisse nummum in honorem Cæsaris. „ Primi olim homines fruge quernea vivere solebant, & quoniam à Jove in eorundem alimentum concessa eadem credebatur arbor, hinc „ quercus Jovi sacra fuit habita, atque inter Symbola Jovis quercus fuere folia. Imperatores „ quoque salutis augurium inde capiebant, quare „ etiam postea corona quernea, quæ & civica, „ tributa fuit apud Romanos iis, qui civem in bello servassent. Verum alias, inprimis in prioribus Romanorum Imperatoribus Corona radiata „ Consecrationis solet esse Symbolum. In Augusto „ tamen hæc non militat ratio. Illi enim post mortem demum in Deorum numerum relati fuerunt: „ Sed Augustus vivus consecratus fuit. Unde scribit *Tacitus Annal.* Lib. I. Cap. 10. *Nihil Deorum honoribus relictum, cum se Templis & effigie Numinum per flamines & Sacerdotes coli vellet.* Alio „ autem loco, ubi narrat, quo modo Tiberius abnuit „ templa, quæ ipsi, matrique ejus Liviæ exstruere volebant Hispaniæ civitates, subjungit *Annal.* Lib. „ IV. Cap. 38. *Perstititque posthac secretis etiam sermonibus adspernari talem sui cultum; quod alii modestiam; multi quia diffideret, quidam ut degeneris „ animi interpretabantur. Optimos quippe mortalium „ altissima cupere. Sic Herculem & Liberum apud „ Græcos; Quirinum apud nos, Deûm numero additos. Melius Augustum qui speraverit.* De Augusto quoque hoc scriptum reliquit *Plinius* Lib. „ VII. Cap. 45. *Deus ille, cœlumque, nescio adeptus magis, an meritus, herede hostis sui filio, excessit.* Scio opponi mihi ex *Servii* auctoritate „ posse, nummum hunc demum post mortem Cæsaris Augusti cusum fuisse, propter Divi titulum, „ qui tribui non solebat nisi consecratis, post mortem, hominibus, quum ii, qui ab æterno fuerant & inmortales, Dei vocari solerent. Quo videlicet adludit argutum illud sed inpium de Geta, „ fratre, manu sua occiso, Caracallæ dictum, quod „ *Spartianus* refert, *Sit Divus, dum non sit vivus.* „ adeoque post Apotheosin demum in Divorum „ numerum relatos fuisse Imperatores. Verum „ cuncta illa non inpediunt, quo minus uni alicui „ ex Imperatoribus vivo, tituli ejusmodi atque „ honores tributi fuerint, prout exemplum in Augusto habere nos credimus, aliisque post ipsum. „ Egregia enim facta Augusti, quibus Orbi Terrarum pacem peperit atque felicitatem generi „ humano procuravit, dubium fecere hominibus „ mortalis an Deorum aliquis exsisteret. Unde „ viventi decreta atque erecta fuerunt templa, „ aræ, sacerdotes, victimæ, sacrificia atque honores „ aliis; ut Divo Julio, post mortem demum tributis. Et quoniam apud Gentiles *Dei* adpellatio „ *Divi* credebatur esse major, respicere ad honorem ejus supra Cæsarem, Bacchum atque Neptunum, potuit *Virgilius* in illo versu scilicet Lib. „ *Georg.* I. 29.

An Deus inmensi venias maris, ac tua nautæ
Numina sola colant.

„ Unde adfirmat quoque *Dio* Lib. LI. *Decretum, ut in Hymnos juxta diis inmortalibus ipse de-„scribere-*

„ *scriberetur.* Scriptum etiam reliquit *Adolphus* „ *Occo : Alii Imperatores post mortem tantum inter* „ *Deos relati sunt, Augustus autem Templa vivus me-* „ *ruit.* Idem *Virgilius* Ecloga I. 6.

„ *O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit,*
„ *Namque erit ille mihi semper Deus, illius aram*
„ *Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.*

„ Ibi verbum *erit* non debet sumi stricto sensu, „ quo id quod futurum est significat, sed largius „ respectu etiam temporis præsentis, unde adjun- „ git *semper*, id est, *erit mihi Deus in vita & post* „ *mortem.* Neque *Deum* modo sed & *Divum* eun- „ dem vocat *Virgilius* ibidem versu 42.

„ *Nec tam præsentes alibi cognoscere Divos.*

„ *Horatio* similiter adpellatur *Divus* Lib. III. Ode „ V. versu 1.

„ *Cœlo tonantem credimus Jovem*
„ *Regnare, præsens Divus habebitur*
„ *Augustus, adjectis Britannis*
„ *Imperio, gravibusque Persis.*

„ Quo quidem fundamento quibusque testimo- „ niis liquido adfirmare lubet, quod vivo Augu- „ sto hic nummus jussu Senatus, in honorem ejus „ cum Divi, & Patris adpellatione atque corona „ radiata signatus fuerit. Pariter, iisdem adducti „ rationibus (8) de alio Augusti nummo pronun- „ ciamus, in quo, post victoriam ejus Ægyptia- „ cam, in honorem victoris similis legitur titulus „ ad caput Augusti radiatum, in quo ab altera par- „ te Fulmen est alatum cum S. C. nota. Quale „ Fulmen apud antiquos Ægyptios Symbolum fuit „ amplitudinis gloriæ famæque per universum Ter- „ rarum Orbem dispersæ. Neque enim alia res est „ fulmine velocior splendidiorque, adparens simul „ & post se grave trahens tonitru. Quod Symbo- „ lum quum nummo in honorem Augusti à Sena- „ tu cuso inprimatur, nihil aliud commodius signi- „ ficare potest, quam amplitudinem & splendorem „ nominis ejus ubique Terrarum; quod idem Ful- „ men simul potuit inservire pro Symbolo velocis „ pœnæ, quam justus ultor Cæsar inflicturus esset „ iis, qui, non contenti rebus præsentibus, sub „ Imperio ejus ad novas adspirarent." Hæc *An-gelonus*, ad quæ notavit *Jo. Petrus Bellorius* ibidem p. 21. hæc fere verba: „ Titulus DIVUS, „ ubi is in nummis invenitur, certissimum solet „ esse signum, cusos eosdem post mortem Impe- ratorum fuisse." Non recte inter alios hunc titulum percepit *Sebastianus Ericius* in (9) nummo illo æreo in Augusti honorem signato ex Decreto Senatus cum titulo DIVUS AUGUSTUS. DIVA AUGUSTA. Diu enim post vitam Augusti, sub Claudio Principe, cusus fuit. Melius egit idem *Ericius* (10) in alio Augusti, simili titulo inscripto nummo, qui Statuam Imperatoris Augusti exhibet. Ad hujus rei demonstrationem nihil dicemus amplius, quum satis jam omnibus veritas illa constet, tam ex nummis quam ex historiis. Illud de Augusto dicere constitui; fuisse eumdem in recipiendis honoribus moderatissimum, atque divinis omnino abstinuisse, pertinacissime etiam Templorum honorem in Urbe repudiasse, neque vel in Provinciis recepisse, nisi communi suo & Romæ nomine, quamvis Proconsulibus ibidem decerni sciret, prout *Suetonius* & ipse Auctor noster ad nummum quem Num. 26. producit, testatur. Imo statuas ex argento sibi positas, conflari omnes jussit, ut cortina inde in templo Apollinis Palatini fieret. Eadem modestia successor Augusti Tiberius fuit; qui noluit decerni sibi Templa vel Flamines aut Sacerdotes, neque sivit statuas sibi poni inter Deos, sed solummodo ad ornamenta Templorum, ut scribit idem *Suetonius*, & testantur quoque *Dio* & *Tacitus*, apud quem illa Tiberii Oratio, qua ejusmodi inmodicos deprecatur honores, exstat. Et certe Romani Græcis, quamvis iisdem longe potentiores, modestia longe præstiterunt, ut & Regibus externis, qui vivi deorum sibi titulos & honores adrogarunt, prout hodieque ex marmoribus & nummis eorundem patet. Omissa igitur Poëtarum adulatione, atque decretis Senatus Romani inhærentes, negamus, ullos Augusto, inter vivos exsistente, signatos fuisse nummos cum DIVI titulo illi adtributo, sed demum post mortem, quod de omnibus ejusmodi nummis existimandum est; Neque ulla restat dubitatio, quin ex Decreto Senatus cusus in honorem Augusti hic sit nummus cum corona circa caput radiata, atque civica ab altera parte, in quo nummo & DIVUS adpellatur & PATER, quum *Pater* quidem in nummis vivo eodem cusis, dicatur, sed non simpliciter, verum addita voce *Patriæ*, quum alterum illud *Pater* post mortem demum, ut Divo illi detur, atque prout Deis adtribui & dari solet.

Vulgavit nummum *Hub. Goltzius* in *August.* Tab. LXV. Num. 77. & *Æn Vicus* inter *Ær. Augusto* Num. 16. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

Num. 18.

CAESAR AUGUSTUS TRibunicia POTestate. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 89.

Senatus Consulto. in Laurea.

Hi nummi ex eo genere sunt, qui vulgo Antiochiæ cusi creduntur. Possideo duos; quorum alter, secundi moduli, à parte capitis inscribitur AUGUST*us* TR*ibunicia* POT*estate.* Alter, qui pulchritudine insigni est, & densitate sua magis ad primum quam secundum ordinem referri meretur, hac epigraphe gaudet, IMP*erator* AUGUST*us* TR*ibunicia* POT*estate* V. Sic ut illa (*quintum*) V. infra collum atque media inter IMP. AUGUST. quæ punctis post ultimas literas signantur, atque TR. POT. in ipso nummo locum obtineant. *Andr. Morellii* nummus ab *Ænea Vico* Num. 18. inter *Ær. Aug.* ut & ab *Hub. Goltzio* in *Augusto* Tab. XLIII. Num. 5. editus est. Servatur in *Thesauro Versaliensi.*

Num.

(8) Tab. XXIX. Num. 7.
(9) Tab. hac XXVIII. Num. 16.
(10) Tab. hac XXVIII. Num. 14.
(11) Vide Tab. XXVIII. Num. 7.

Num. 19.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Auguſti radiatum verſus dextram, ut Tab. VIII. Num. 267.

Senatus Conſulto. Templum ſex columnarum, tecto rotundo ; utrimque aris inſiſtunt animalia, hinc taurus, inde aries ſeu ovis.

Habuimus ſupra p. 346. ſimilem typum, ſed in animalibus, quæ aris inſiſtunt variare ſolent nummorum delineatores ; Nam tauros conſpicias apud *Franciſc. Angelonum* p. 21. Tab. XXV. Num. 28. apud *Sebaſtian. Ericium* p. 172. arietes. Edidit nummum hunc *Goltzius*, & ex *Muſeo Farneſiano P. Pedruſius* Tab. XIII. Num. 4. Invenitur & in *Theſauro Schwartzburgico.* Exſtat & in *Muſeo noſtro*, verum animalia in illo, quod læſum ibi paſſim æs ſit, dignoſci nequeunt.

Ad hunc nummum aliosque æreos, qui Conſecrationis Auguſti poſt mortem teſtes ſunt, illuſtrandos, p. 52. & 53. ubi eosdem nummos depingit & adfert, ita ſcribit *Carolus Patinus* : „ Divinitatis monumenta & honorum Auguſto poſt exceſſum S. C. decretorum, hic habes. Corona radiata quæ inclinante & labante jam Imperio vivis atque in Divos relatis fuit promiſcua tunc temporis, nonniſi poſt apotheoſin tribuebatur Pater autem dicitur Auguſtus, quaſi caput gentis ſuæ, ut Sardus Pater dicitur, vel ut Pater patriæ, quod nomen ille à cunctis ſolennitate ludorum per *Val. Meſſallam* delatum præ gaudio lacrymabundus acceperat : vel ut Liber Pater, à *liberando*, vel ut Jupiter quaſi *juvans pater.*, *nomine Diis conveniente, quod omnibus ſeſe æquum & humanum præbuerit*, inquit *Diodor. Siculus* Biblioth. Hiſt. Lib. III. Καὶ παρεχόμενον ἑαυτὸν πᾶσιν ἐπιεικῆ καὶ φιλάνθρωπον, ὑπὸ τοῦ πλήθους πατέρα προσαγορευθῆναι. Aræ autem vivo etiam videntique Auguſto ponebantur;

„ *Præſenti tibi maturos largimur honores,*
„ *Jurandasque tuum per numen ponimus aras.*

„ inquit *Horatius* Epiſt. II. *Prudent.* contra *Symm.* Lib. I.

„ *Hunc morem veterum docili jam ætate ſequuta*
„ *Poſteritas, menſa atque adytis & flamine & aris*
„ *Auguſtum coluit, vitulo placavit & agno,*
„ *Strata ad pulvinar jacuit, reſponſa popoſcit.*
„ *Teſtantur tituli, produnt conſulta Senatus*
„ *Cæſareum Jovis ad ſpeciem ſtatuentia templum*

„ Eô ſpectant & agnus & vitulus juxta templum Auguſto dicatum collocati in primo nummo ; ſive templum illud Romæ conſtructum fuerit, ſive Nolanum intelligitur, *Nolæ enim domus in qua deceſſit Auguſtus, in templum mutata*, inquit *Dio* Lib. LVI. Καὶ οἱ καὶ ἡ ἐν τῇ Νώλῃ οἰκία ἐν ᾗ μετήλλαξεν ἐτεμενίσθη. Bos etiam procumbens in ſecundo. (Vide infra Tab. XLIII. Num. 44.) quaſi victimario ferienti collum præbens, eandem indicat venerationem : quam etiam teſtantur plura Inſcriptionis fragmenta apud *Fratres Arvales*, *Gruter.* Inſcript. pag. 117.

„ MINERVAE VACCAM
„ DIVO AUGUSTO BOVEM MAREM.

„ *Triſtanus*, Comm. Hiſt. Tom. I. p. 32. quidem vir de antiquitate optimè meritus conjecturam præbet huic explicando nummo, quem ad taurum cœleſtem revocat : ſed Inſcriptio hæc antiqua mihi rem declarare videtur.

„ *Tertius* (vide Tab. hanc Num. 15.) Statuam conſularem exhibet in ſella ſedentem, & togatam, orbem ſiniſtra, dextra ramum oleæ gerentem, quaſi Orbis Pacatori CONSENSU SENATUS ET EQUESTRIS ORDINIS POPULIQUE ROMANI ſignum hoc publice poſitum fuerit. Eo etiam ſpectant Ara, Fulgur, Temo & Gubernaculum Orbi inpoſitum, & Victoria Clypeum præbens, cui S. P. Q. Romani characteres impoſiti ſunt. Jovis ales in plerisque cernitur toti orbi quaſi prædæ incubans, qua animas heroum in cœlum rapi credebant, ut de eodem Auguſto narrat *Dio* Lib. LVI. his verbis, Κἀκ τούτου δᾷδας ἑκατόνταρχοι ὥς που τῇ βουλῇ ἐδεδόκτο λαβόντες ὑφῆψαν αὐτήν, καὶ ἡ μὲν ἀνηλίσκετο, αἰετὸς δέ τις ἐξ αὐτῆς ἀφεθεὶς ἀνέπτατο, ὡς καὶ δὴ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρων; hoc eſt : *Poſt hæc Centuriones acceptis facibus juſſu Senatus rogum ſuccenderunt : eo abſumpto, aquila ex eo emiſſa ſurſum volavit, quaſi animam Auguſti in cœlum ferens.* Quæ omnia tanti fecere Auguſti poſteri, ut ea reſtituere dignati ſint, ne horum memoria intercideret, paſſim Titi, Domitiani, Nervæ nomina inſcripta ſunt." Quæ quidem deſcribere placuit, quoniam lucem his nummis adfundunt.

Num. 20.

Vacat.

Num. 21.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS IMPerator XIIII. Caput Auguſti nudum dextram verſus, ut Tab. VII. Num. 230.

PONTIFex MAXIMus TRIBUNicia POTESTate XXVI. In area nummi Senatus Conſulto.

Vulgavit nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXIX. Num. 5.

Num. 22.

Epigraphe Capitis &c. nihil diſcrepat à præcedente.

Tribunicia Poteſtas XXVII. in hoc nummo ſignatur, cætera paria ſunt.

Exſtat apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. LXIX. Num. 6.

NUM.

NUM. 23. 24. 25. 26 27. & 28.

Similes sunt præcedentibus, verum in hisce notæ sunt Tribuniciæ Potestatis XXIX. XXX. & XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIIII.

Ex his Num. 26. 27. & 28. vulgatos invenias apud *Hub. Goltzium* in *August.* Tab. LXIX. Num. 7. 8. & 9. Postremus ex hisce in *nostro Museo* invenitur

TABULA XXIX.

EXHIBENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI.

EX AERE MAGNO

IN COLONIIS &c. CUSA.

NUM. 1. & 2.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS IMPerator XXI. Caput Augusti dextram versus, ut Tab. VI. Num. 204.

PONTIFex MAXIMus TRIBUNicia POTESTate XXXVI. in area nummi Senatus Consulto. In altero nummo agnoscitur Tribunicia Potestas XXXVII.

Vulgavit hos nummos *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIX. Num. 11. & 12.

NUM. 3. & 4.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum, dextram versus, ut Tab. VIII. Num. 267.

IMPerator Titus VESPASIANus (in alio Titus CAESAR) AUGustus RESTITUIT. In area nummi Senatus Consulto.

Editi sunt ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. LXXIX. Num. 37. & 39.

NUM. 5.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti laureatum, dextram versus, ut Tab. VIII. Num. 265.

IMPerator CAESar DOMITIANus AUGustus RESTITUIT. In area nummi Senatus Consulto.

Exhibet nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXIX. Num. 46.

NUM. 6.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. VIII. Num. 262.

vel

Capite Augusti versus dextram collocato, ut Tab. eadem VIII. Num. 274.

IMPerator NERVA CAESAR AUGUSTUS RESTituit. In area nummi Senatus Consulto.

Vulgarunt hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXIX. Num. 48. & *Æneas Vicus* inter *Ærea Aug. Numism.* Num. 24.

NUM. 7.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum, dextram versus, ut Tab. VIII. Num. 267.

Senatus Consulto. Fulmen duabus instructum alis & quatuor telis ignitis.

Divinitatis Symbolum est Fulmen. Exstat nummus apud *Hubert. Goltzium* in *Augusto* Tab. LXXIX. Num. 41. & apud *Æneam Vicum* inter *Ær. Aug.* Num. 20. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

NUM. 8.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti radiatum, dextram versus, ut Tab. VIII. Num. 248.

Senatus Consulto. Fulmen cum quatuor alis & totidem telis ignitis.

Posteriorem hunc nummum plures Imperatores restituerunt, priorem non. Vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXIX. Num. 44.

NUM. 9. 10. & 11.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum, dextram versus, ut Tab. VIII. Num. 248.

IMPerator Titus (addit secundus CAESar) VESPasianus (quod in secundo abest) AUGustus RESTituit. In tertio legitur, IMPerator Titus VESPASianus AUGustus RESTITUIT. Typus idem.

Edidit hos nummas *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXIX. Num. 40. 42. & 38.

NUM. 12.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti laureatum, versus dextram, ut Tab. VIII. Num. 265.

IMPerator CAESAR DOMITIANus AUGustus RESTituit. Typus idem.

Vulgavit Nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXIX. Num. 43.

NUM. 13.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti radiatum versus lævam, ut Tab. VIII. Num. 251. *vel, prouti in Meo, optime servato cernere est, sine corona, capite nudo.*

IMPerator NERVA CAESar AUGustus RESTituit. Typus idem.

Vidit atque edidit nummum *Hubert. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXIX. Num. 45. Servatur in *Thesauro Versaliensi* & in *Museo nostro.*

NUM. 14.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti radiatum, ut supra.

IMPerator CAESar TRAIANus AUGustus GERManicus DACicus PARTHicus Pater Patriæ RESTituit. Typus idem.

Debemus hunc nummum *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. LXXIX. Num. 47.

NUM. 15.

Vacat.

NUM. 16.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum, versus dextram, ut Tab. VIII. Num. 267.

Senatus Consulto. Aquila, alas pandens globo insidet.

Consecrationis Symbolum. Vulgarunt nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXVIII. Num. 35. & *Æneas Vicus* inter *Ærea August.* Num. 19. Invenitur in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

NUM. 17.

Epigraphe similis, caput idem.

Senatus Consulto. Aquila expansis alis fulmini insidens.

Pariter Consecrationis est Symbolum.

NUM.

NUM. 18.

Epigraphe eadem, caput idem.

Senatus Consulto. Aquila, expansis alis, globo insistens. In circuitu legitur TIberius CLAUDIUS CAESAR AUGustus GERManicus RESTituit.

A pluribus Imperatoribus hæc Consecrationis Augusti monumenta in nummis restituta sunt. Edidit hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXVII. Num. 16.

NUM. 19. & 20.

IMPerator Titus VESPasianus AUGustus RESTituit. Aquila, alis expansis, globo insistens, additur Senatus Consulto.

Altera pars nummi eundem typum & eandem habet Inscriptionem.

Hic nummus ex eorum genere est, qui pro capitis signo bis aversæ partis signaturam exceperunt. Exstitit in *Museo* Domini De Seignelay.

NUM. 21.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum, dextram versus, ut supra.

IMPerator Titus VESPasianus AUGustus RESTituit. Aquila, expansis alis globo insistens, additur Senatus Consulto.

Exstat in *Museo nostro*, sed aquila non versus lævam, verum ad dextram conversa est.

NUM. 22.

Epigraphe similis, caput idem.

Inscriptio præcedenti est similis, sed Aquila fulmini insistit.

Vulgarunt *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXVII. Num. 18. & *Æneas Vicus* inter *Ær. August.* Num. 27. Servatur in *Thesauro Versaliensi* & in *Museo nostro.*

NUM. 23.

Inscriprio eadem, caput idem.

Senatus Consulto. Aquila fulmini insistens alato, in circuitu nummi scribitur IMPerator Titus VESPASIANus AUGustus RESTITUIT.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXVII. Num. 19.

NUM. 24.

Caput idem, nec epigraphe differt.

IMPerator Titus CAESar AUGustus RESTITUIT. Aquila, expansis alis, globo insistens, cum nota Senatus Consulti.

Invenitur apud *Hubert. Goltzium* in *Augusto* Tab. LXXVII. Num. 23. & inter *Ær. Aug.* apud *Æneam Vicum* Num. 35. Exstat in *Museo nostro.*

NUM. 25.

Caput idem, epigraphe eadem.

Inscriptio aversæ partis similis est præcedenti, sed nota Senatus Consulti non adparet. Aquila fulmini insistit.

Habet *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXVII. Num. 21.

NUM. 26.

Epigraphe similis & caput idem, sed in aliis Caput Augusti laureatum dextram versus convertitur, ut Tab. VIII. Num. 265.

Nota Senatus Consulti, & Aquila, expansis alis, globo insistens, in circuitu nummi similiter, IMPerator Domitianus CAESar AUGustus RESTITUIT.

Vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXVIII. Num. 28. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

NUM. 27.

DIVUS AGUGSTUS PATER. Caput Augusti radiatum ut supra.

Aquila globo insistens, cum nota Senatus Consulti, atque hac in ora nummi Inscriptione, IMPerator DOMITIANus CAESar AUGustus RESTITUIT.

Invenitur apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. LXXVIII. Num. 26.

NUM. 28. & 29.

Capita eadem, Inscriptiones similes.

Senatus Consulto. Aquila fulmini (in secundo fulmen alatum est) insistit, expansis alis. in circuitu scribitur IMPerator NERVA CAESar AUGustus RESTituit. in alio RESTITUIT.

Secundum ex his vulgavit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXVI. Num. 31.

NUM.

NUM. 30.

Caput simile, epigraphe eadem.

IMPerator NERVA CAESAR AUGustus RESTituit. Aquila globo insistens cum nota Senatus Consulti.

Ediderunt *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXVIII. Num. 30. & *Æneas Vicus* inter *Ærea August.* Num. 29.

NUM. 31.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. VIII. Num. 261.

Senatus Consulto. Aquila expansis alis globo insistens. In circuitu scribitur IMPerator NERVA CAESAR AUGustus RESTituit.

Servatur in *Thesauro Versaliensi* & in *Museo nostro.*

NUM. 32.

DIVUS AUGUSTUS. Caput idem Augusti nudum, lævam versus, ut supra.

Aquila, expansis alis, fulmini insistens, cum nota Senatus Consulti, atque hac epigraphe in circuitu, IMPerator CAESar TRAIANus AUGustus GERmanicus DACicus PARThicus Pater Patriæ RESTituit.

Exstat vulgatus apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. LXXVIII. Num. 33.

NUM. 33. 34. & 35.

Vacant.

TABULA XXX.
ADHUC EXHIBENS
CAESARIS AUGUSTI NUMISMATA
EX AERE MEDIO.

NUM. 1.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Augusti Caput radiatum, dextram versus, ut Tab. VIII. Num. 268.

Senatus Consulto. Victoria stans clypeum votivum tenet, in quo scribitur Senatus PopulusQue Romanus, palmæ arbori adpensum.

NUM. 2.

Epigraphe similis, caput idem.

Senatus Consulto. Victoria similis cum clypeo sed sine palma arbore.

Omnes hi nummi sub Tiberio cusi sunt, & hunc Imperatores Titus, Domitianus & Nerva quidem restituerunt, ut patet ex sequentibus. Duos hosce vulgavit *Hub. Goltzius* in *August.* Tab. XLIV. Num. 17. & 20. Posterior exstat in *Thesauro Versaliensi* & in *Museo nostro.*

NUM. 3. 4. 5. & 6.

Epigraphe similis, caput idem.

IMPerator Titus VESPasianus AUGustus RESTITUIT. vel RESTituit. in altero IMPerator Titus CAESAR AUGustus (in tertio) IMPerator Titus Vespasianus AUGUSTUS RESTituit. Cætera similia sunt præcedenti.

Vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLIV. Num. 15. & 17. posteriorem edidit quoque inter *Ær. Aug. Æneas Vicus* Num. 6.

NUM. 7.

Caput idem, epigraphe eadem.

IMPerator CAESar DOMITIANus AUGUSTUS RESTituit. Typus idem.

Edidit nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLIV. Num. 16.

NUM. 8.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, lævam versus, in aliis DIVUS AUGUSTUS Pater Patriæ. Caput Augusti radiatum versus dextram, ut Tab. VIII. Num. 216. & 228.

IMPerator NERVA CAESAR AUGustus RESTITuit. Typus idem.

NUM. 9. & 10.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum, dextram versus, ut Tab. VIII. Num, 268.

PROVIDENTia. Senatus Consulto. Ara Providentiæ.

Exstant hi nummi apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. LXXVII. Num. 22. & 24. atque inter *Ær. Aug.* Prior invenitur in *Thesauro Schwartzburgico*, & in *Museo nostro*, atque depingitur apud *Æneam Vicum* Num. 28. inter *Ær. Aug.* & apud *Francisc. Angelonum* Num. 21. qui ridicule cum aliis credidit Templum Jani in hoc nummo depingi, adeoque vivente Augusto cusum. Verba ejus p. 13. hæc sunt : „ Ejusdem victoriæ occasione Jani „ Templum clausum fuit, quod bis antea contigerat, ejusque rei memoriam in hoc nummo celebrari existimo ; in quo cernitur DIVUS AUGUSTUS PATER. Ab altero autem latere „ Templum est cum clausis portis duabus atque epigraphe PROVIDENT. S. C. quod Templum „ ex opinione *Adolphi Occonis* aliorumque Jani est, „ clausum Providentia Cæsaris Augusti, qua victorias suas consummavit. Negari autem nequit, cusum fuisse nummum vivente adhuc Augusto, quum penes me plures ejusmodi sint „ nummi restituti à sequentibus Imperatoribus, in „ quibus caput ejus occurrit senile, cum Inscriptione DIVUS AUGUSTUS, atque eodem „ Templo à parte altera, addito IMP. NERVA „ CAES. AUG. REST. S. C. In aliis nummis „ caput Augusti magis ad Titi faciem accedit, cum „ eadem tamen Inscriptione. In posteriore parte „ idem Templum occurrit, cum hac Inscriptione, „ IMP. T. VESP. AUG. REST. PROVIDENT. „ S. C. Ex quibus adparet in nummis, qui post „ mortem Augusti cusi fuerunt, semper occurre- „ re nomen ejus Imperatoris, sub quo illi signati „ fuerunt. Sed de eo alias agemus." Hæc *Angelonus*, quæ tamen falsissima sunt, unde breviter adnotavit *Jo. Petr. Bellorius* p. 22. ejusmodi nummos Apotheosin Augusti continere.

NUM. 11.

Caput simile, epigraphe eadem.

IMPerator NERO CLAUDius CAESar AUGustus GERManicus RESTituit. Ara Providentiæ, ut testatur Subscriptio PROVIDENTia. Senatus Consulto.

Exstat apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. LXXVII. Num. 17.

NUM. 12.

Caput idem, nec epigraphe discrepat.

IMPerator Titus CAESar AUGustus RESTITUIT. Senatus Consulto. Ara Providentiæ sed sine Subscriptione.

Vulgatus est ab *Huberto Goltzio* in *Augusto* Tab. LXXVII. Num. 23.

NUM. 13. & 14.

Epigraphe eadem, caput idem in primo, sed in secundo exstat,

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Tab. VII. Num. 214.

PROVIDENTia. Senatus Consulto. Providentiæ ara, in circuitu legitur IMPerator Titus VESPasianus AUGustus RESTituit.

Exstant apud *Hubert. Goltzium* in *Augusto* Tab. LXXVII. Num. 22. & 24. atque apud *Æneam Vicum* Num. 15. inter *Ærea Augusti* numismata. Prior servatur in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 15. & 16.

Num. 14. in Inscriptione & Capite à praecedentibus non discrepat, sed Num. 16. Caput habet Augusti laureatum ad lævam conversum, ut Tab. VII. Num. 216.

Inscriptio in priori est IMPerator Domitianus CAESar, in alio, IMPerator CAESar DOMITIANus AUGustus RESTituit.

Publicavit utrumque *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXVIII. Num. 25. & 26.

NUM. 17.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. VII. Num. 261.

IMPerator NERVA CAESar AUGustus RESTituit. Ara Providentiæ, infra Senatus Consulto.

Servatur hic nummus in *Thesauro Versaliensi*, & in *Museo nostro.*

NUM. 18.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. VIII. Num. 262.

PROVIDENTIA. Senatus Consulto. Ara Providentiæ. In circuitu legitur IMPerator NERVA CAESar AUGustus RESTituit.

Vulgavit *Hub. Goltzius* in *August.* Tab. LXXVIII. Num. 29.

NUM. 19.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. VIII. Num. 253.

PROVIDENTia. Senatus Consulto. Ara Providentiæ, in circuitu legitur IMPerator CAESar TRAIANus AUGustus Germanicus Pater Patriæ RESTituit.

Exstat apud *Hubert. Goltzium* in *Augusto* Tab. LXXVIII. Num. 32.

NUM. 20.

Vacat.

NUM. 21.

Epigraphe capitis non additur, sed, ut videtur, hæc est, IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS IMPerator XX. Caput Augusti nudum dextram versus, ut Tab. VII. Num. 237.

PONTIFex MAXIMus TRIBUNicia POTESTate XXXIIII. Senatus Consulto. Globus fascia circumligatus, quam transit gubernaculum navis.

Typus est Rectori Orbis Terrarum conveniens, unde varii hunc nummum restituerunt Imperatores, ut patet ex sequentibus nummis.

NUM. 22.

Non additur epigraphe, sed videtur esse DIVUS AUGUSTUS, ut in aliis qui sequuntur.

Senatus Consulto. Orbis cum temone, sive gubernaculo; ut supra. In circuitu legitur, IMPerator Titus CAESar AUGUSTus RESTITUIT.

NUM. 23.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum, dextram versus, ut Tab. VIII. Num. 267.

IMPerator Titus VESPASIANus AUGustus RESTITUIT. Senatus Consulto. Globus cum temone.

Vulgavit *Goltzius* in *Augusto* Tab. LVIII. Num. 15.

NUM. 24.

Epigraphe & caput idem.

IMPerator DOMITianus CAESar AUGustus RESTITUIT. Senatus Consulto. Typus idem.

NUM. 25.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti radiatum, versus lævam, ut Tab. VII. Num. 251.

vel

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum, versus lævam, ut Tab. VIII. Num. 255.

IMPerator NERva CAESar AUGustus RESTituit. Typus idem.

Invenitur inter *Ær. Aug.* apud *Æneam Vicum* Num. 39. & apud *Hubert. Goltzium* in *Augusto* Tab. LVIII. Num. 19. Errat autem fortassis *Sebastian. Ericius*, dum ex magno ære esse scribit p. 148. ubi hæc ejus verba inveniuntur: „Nummus Augusti ex ære magno, metallo flavo, cum capite ejusdem laureato, ætate senili, hanc habet epigraphen, DIVUS AUGUSTUS. Ab altera parte Globus sive Orbis Terrarum est cum Temone, atque hac Inscriptione in circuitu, IMP. NERVA CAES. AUG. REST. S. C. id est, IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS NERVA RESTITUIT. Singularis erga Augustum jam tum defunctum venerationis testis est hic nummus. Cusus enim fuit Augusto jam inter Divos recepto; & hic quidem nummus ab Imperatore Nerva fuit restitutus. Orbis terrarum, qui una cum temone ab altera nummi parte cernitur, rectorem atque monarcham mundi Cæsarem, nunc Divum Augustum, significat, ejusque veluti divinam celebrat providentiam."

NUM. 26.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti radiatum, versus lævam, ut Tab. VII. Num. 251.

Senatus Consulto. Typus idem. In circuitu legitur IMPerator NERVA CAESar AUGustus RESTituit.

Servatur in *Thesauro Versaliensi* & in *Museo nostro.*

NUM. 27.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti radiatum, dextram versus, ut Tab. VIII. Num. 248.

IMPerator CAESar TRAIANus AUGustus GERmanicus DACicus PARThicus Pater Patriæ RESTituit. Senatus Consulto. Globus cum temone, ut supra.

Vulgavit hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LVIII. Num. 21.

NUM. 28.

Vacat.

TABULA XXXI.

EXHIBENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI

EX AERE MEDIO

CUSA PER TRIUMVIROS MONETALES SENATUS, INSCRIPTIS EORUM NOMINIBUS.

NUM. 1. 2. 3. usque ad 27.

Occurrunt in hac Tabula nummi, quos Triumviri Monetales Senatus percusserunt, & quidem inscriptis eorundem nominibus, atque à parte priore, vel caput Augusti, cum solitis Inscriptionibus, exhibentes, vel Coronam Civicam, cum inclusa epigraphe, AUGUSTUS TRIBUNICia POTESTate. Spectant hi nummi ad *Familias* sive Gentes, Æliam, Afiniam, Calpurniam, Cassiam, Galliam, Liciniam, Luriam, Mæciliam, Marciam, Næriam, Noniam, Plotiam, Quinctiam, Salviam, Sanquiniam, Semproniam, Valeriam, Volusiam &c. De quibus omnibus abunde dictum est in *Thesauro Morelliano*, qui *Familias Romanas*, earumque nummos continet, quo L. B. ablegamus. Adduntur passim notæ, ex quibus Cimeliis desumti sint, & in nostro quidem *Museo* servantur Num. 5. 6. 7. 8. 11. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 26. 27.

TABULA XXXII.
EXHIBENS
NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI
EX AERE MEDIO.
INVENIUNTUR IN HAC TABULA NUMMI AUGUSTI AEREI A TRIUMVIRIS MONETALIBUS SENATUS CUSI, SED CUM INCUSIS LITERIS QUIBUSDAM POST IMPERATORIS EJUS TEMPORA.

NUM. 1. 2. 3. usque ad 28.

De omnibus quidem hisce Nummis atque eorumdem typis nihil monere necesse est, quum suo singuli loco, vel supra, vel inter *Familias Romanas*, explicati inveniantur. Verum in hanc Tabellam congessit *Andr. Morellius* omnes istos Cæsaris Augusti nummos, quos, post Augusti tempora marca quadam (ut vocant) incusos invenit. Et quidem horum satis magna hodieque superest copia, & ipse plurimos in *Museo nostro* servo. Fuitque iste mos non modo apud Romanos, verum etiam apud Græcos receptus. Nam & insignem & numerosam omnis generis Græcorum numismatum jam à plurimis annis collegi copiam, in quibus multiplex discrimen ejusmodi inpressorum signorum observatur. Credibile est, urgente aliqua necessitate id fuisse factum, præsertim in Romanis nummis Imperatorum. Inter illos autem ut plurimum nummi Augusti ejusmodi gaudent notis incusis, quamvis & Tiberii & Drusi, & Germanici & Agrippinæ aliorumque quorundam nummi ejusmodi notas exhibeant. In Augusti nummis & quidem hujus Tabulæ, ejus generis hæ Notæ occurrunt. Num. 1. TIB. AUG. Num. 3. TIB. IMP. AUG. Num. 5. IMP. AUG. Num. 7. TIB. AUG. & IMP. AUG. duplici (ut in quibusdam) inpressa nota. Num. 8. CAESAR colligatis literis. Num. 9. & 10. IMP. AUG. & TIB. IMP. Num. 11. CAESAR. colligatis literis. Num. 13. AUGS. Num. 15. & 16. IMP. AUG. & AUGS. Num. 17. CAESAR. connexis literis. Num. 19. IMP. AUG. & TIB. id est. TIBerio IMPeratori AUGusto. Num. 21. TIB. AUG. Num. 25. T. IMP. Num. 27. IMP. Et quidem pleræque hæ literæ, seu notæ, incusæ cernuntur veluti in tabella oblonga, paucæ tamen figura rotunda, ut Num. 29. imo & figura recta (quod in Coloniis factum fuit) ut Num. 22. & 24.

Inquiramus nunc sub quo Imperatore notas has acceperint tot nummi. Tiberium Augustum præferre videntur Inscriptiones, Liviæ videlicet filium, qui Augusto in Imperio successit. Verum, si omnes ejus generis serio inspiciamus, deprehendemus pertinere ad Tiberii Claudii tempora, qui Caligulam in Imperio Romano excepit. Nam præter nummos Augustæos, non modo nummi, qui faciem & Inscriptionem præferunt Drusi, Germanici, Agrippinæ, verum etiam, quæ sub Cajo Caligula (ut infra ex eorum nummis patebit) percussa numismata sunt, ejusmodi notas incusas præferunt. Nisi dicamus præivisse Claudio Imperatorem Tiberium. In nummis illis vero, qui omnino Tiberii Claudii temporibus incusi sunt, passim reperiuntur Notæ BON. PRO. quæ *bonam & probatam* eandem monetam designant. Inveniuntur & aliæ in nummis ejusmodi Notæ, quas, suo loco, explicabimus. Tiberio Claudio Drusi fratri autem, ut omnes adsignemus, non vero Tiberio, successori Augusti, facit Caji Caligulæ nummus, ex ære medio eodem modo ut hi Augustæi incusi, atque iisdem literis, videlicet T. C. A. T. C. IMP. Existimo igitur omnes hos nummos ejusmodi incusas Notas, in signum aucti æreorum nummorum (in argenteis enim & aureis non ita observatur) pretii, accepisse sub Claudio, eo tempore, quo insignis fames Urbem Romam & Imperium Romanum adflixit. Mentio ejus famis occurrit in Actis Apostolorum Cap. XI. vs. 28. apud *Tacitum Anal.* Lib. XII. Cap. 43. & apud *Suetonium* in Vita *Claudii* Cap. XVIII.

TABU-

TABULA XXXIII.
EXHIBENS
NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI
EX AERE MEDIO,
IN COLONIIS ROMANIS CUSA.

NUM. 1. 2. 3. & 4.

Hi quidem nummi ad Colonias Romanas non spectant, sed ad nummos, quos signarunt Triumviri Monetales Senatus, adeoque ad duas Tabulas præcedentes, ubi vide, quæ diximus.

NUM. 5. & 6.

Caput Augusti nudum, lævam versus, ante illud cernitur lituus.

Marcus EGNatius Quintus OCTavius II. (duum) VIRi Signarunt Pecuniam Senatus Consulto. Legi quoque potest, Marco EGNatio Quinto OCTavio II. (duum) VIRis Signata Pecunia Senatus Consulto. in laurea.

Corinthi cusum hunc nummum existimamus, contemplati vero eundem sumus in *Andr. Morellii Thesaur. Num. Famil.* ubi confer quæ scripsimus p. 161. Non exstat in Opere *Vaillantii* de *Coloniis &c.*

NUM. 7. & 8.

CAESAR TRibunicia POTestate. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Sextus CATO PRætor. Sella Curulis.

Potest aversa hujus nummi pars sic quoque legi *Sextus* CATO PR*æfectus*. Utriusque lectionis rationem atque interpretationem dedimus in Opere *Morelliano* de *Familiis* &c. p. 355. & in *Addendis* ibid. p. 363. quo B. L. ablegatum volumus, quum cohæreant invicem hi *Thesauri*, neque repetere, quæ adfatim ibi diximus, lubet. Habet hunc nummum in Opere de *Fam. Rom. Vaillantius*, sed in Libro de *Coloniis* neglexit, quod non crediderit ad Coloniam spectare.

NUM. 9. & 10.

CAESAR. Caput Cæsaris Augusti nudum, lævam versus.

Sine Epigraphe. Prora navis prætoriæ.

Simillima figura navis est, ipsumque æs & nummi fabrica iis, quos in Colonia Valentia vel Copia, supra p. 357. vidimus ibidem cusos; unde non dubitamus uni ex iisdem Coloniis adsignare, quamvis nulla Inscriptionis addatur litera. Abest ab Opere *Vaillantii*, sed reperitur in *Museo nostro.*

NUM. 11. & 12.

IMPerator DIVI Filius.

vel

IMPeratoris DIVI Filius. Capita puerilia duo nuda, cervicibus oppositis.

Sine Epigraphe. Navis, supra quam patera exprimitur.

Capita hæc puerilia Cai & Lucii sunt, Nepotum Augusti, quos Colonia Julia Valentia eodem modo expressisse in nummo hoc videtur, quo in aliis, cervicibus sibi invicem opposita capita Julii Cæsaris & Augusti occurrunt supra Tab. XXVI. Num. 13. 14. & XXVII. Num. 6. prouti horum Augusti Nepotum capita pari modo, inter alia, nummis suis insculpserunt cives Coloniæ Juliæ Traductæ, Tab. XXVII. Num. 20.

NUM. 13. & 14.

Marco ACILIO *Lucio* NOVIO *Marco* BARBATIO. *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

Publio VIBIO CAE. . . . . . A PRAEF. II. VIR. *Colonus agens boves.*

Quæ in aversa nummi parte erosæ sunt literæ ita suppleri, atque integram utriusque partis Inscriptionem sic legi & conjungi debere judico, *Marco* ACILIO LUCIO NOVIO (scilicet II. VIR*is*) *Marco* BARBATIO *Publio* VIBIO CAE-*Saris Augusti* PRAEF*ectis* II. VIR*alibus*. Rationem hujus explicationis dedi in *Thesauro Morelliano Fam. Rom.* p. 639. Fuerunt scilicet M. Acilius & L. Novius in Urbe Corintho (in ea enim Colonia, ut ex altero ibidem nummo patet, cusus fuit hic nummus) Duumviri; sed quum ipse Imperator Augustus honoris caussa quoque extra ordinem eo titulo ornatus fuisset, reliqui duo ejus vicem subierunt sub adpellatione Præfectorum Duumviralium, vel Duumviratus Cæsaris Augusti; de quo more plura ibidem docuimus, atque adeo discessimus ab explicatione *Vaillantii* Tom. I. p. 45.

NUM. 15. & 16.

AUGUSTUS. EX *Decreto Decurionum.* C . . . . OS. *Caput Augusti, lævam versus.*

AESCHIN . . ITER. R . . . . . II. VIR*is*. *Icuncula muliebris stans, læva tenens hastam transversam, dextra victoriolam. Adscribitur* ROMA.

In prima nummi parte literas detritas C . . . . OS ita suppleo *Cajo Vibio* MARSO PR*o* CO*nSule*. In altera nummi parte alterius Duumviri nomine, Æschinis videlicet superstite, periit, sola relicta litera P. nomen alterius. Sed hanc jacturam supplet integrior ejus lectio pro parte sua ex altero nummo, videlicet . . . . . NESITER. P. PLOTIO. ut integra sit lectio AESCHINE ITER*um* vel AESCHINESITERO *Publio* PLOTIO II. VIR*is*, quem nummum exhibuit *Andr. Morellius* in *Familia Plotia.* Cusum judico nummum in Municipio Romano Lepti in Africa, ejusque sententiæ tres adfero rationes. Primo, quia ibi Decuriones fuerunt, ut ex ejus Municipii nummis, qui passim D. D. id est, *Decreto Decurionum* inscribuntur, patet. Deinde C. Vibii Marsi Proconsulis, in iisdem nummis mentione; tertio, quod Uticenses similiter statuam Liviæ signarunt; quam sicuti sedentem, ut Deam effinxerunt, ita hic, adscripto Romæ nomine, Romam, veluti Deam, sed stantem exhibuerunt. Abest hic nummus ab Opere *Vaillantii*, & servatur in *Thesauro Versaliensi.*

NUM. 17. & 18.

Caput Augusti dextram versus, sine Inscriptione.

TIberius CLAUDIUS. *Guttus.*

Cusus mihi nummus in Hispania videtur, nam & ipse primi moduli nummum possideo, quem fabrica evincit ibi cusum fuisse, & quantum conjicere ex loco, ubi inventus fuit, Gadibus. In illo anteriorem partem nummi occupat nudum Tiberii caput cum simplici hac Inscriptione, NERO. Ab altera parte & typus & Inscriptio nihil ab hoc nummo discrepat. Adoptatum igitur Tiberium Neronem in Sacerdotum & Pontificum Collegium designat, & hic quidem nummus à *Morellio* editus honorem Augusto, meus autem eumdem ipsi Tiberio gratulatur. Depinxit suum *Andr. Morellius* ex *Thesauro Regio Versaliensi.*

NUM 19.

CAESAR AUGUSTUS. *Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num.* 98.

Quinto TERENTIO CULLEONE PROCO*nSule*. *Caput Augusti, veluti Apollinis laureatum.*

De hoc Q. Terentio Culleone, Proconsule Achajæ, atque honoris caussa Duumviro Coloniæ Corinthi, adeoque de ipso hoc nummo pluribus egimus in *Thesauro Morelliano Familiar. Rom.* p. 413. in gente Terentia. Ibi multa ad illustrationem ejus gentis, & non pœnitenda (ut puto) ad hujus nummi intellectum protulimus. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi.* Servamus & ipsi in *Museo nostro* pulcherrimum hoc numisma; quod, quum optime sit conservatum, Inscriptionem aversæ partis ita legit *Quinto* TERENTIO CULLEONE PROCO*nSule* III. scilicet *anno*. quæ Inscriptio singularem meo nummo dignitatem conciliat, utpote tertio Proconsulatus ejusdem Q. Terentii Culleonis anno signato. Vulgavit diversum forte ab hoc, nisi in inscriptione erraverit, *Carolus Patinus* in *Numism. Imp. &c.* p. 32. inscriptum *Quinto* TERENTIO CULLEONE II. VIR. . . . . . . Sed in ultimis literis erraffe videtur.

NUM. 20.

AUGUSTUS DIVI *Filius*. *Caput Augusti laureatum lævam versus, ut Tab. IV. Num.* 122.

Cajo VAR*io* RUF*o* *Sexto* JUL*io* POL*lione* II. VIR*is*. *Instrumenta Pontificalia, guttus, adspergillum, securis, albogalerus.*

Hic nummus ex eorum genere est, qui in Hispania apud Romanas Colonias cusi sunt, ut gratu-

gratularentur Augusto Pontificatum Maximum, post mortem Lepidi summa innocentia adeptum. Coloniæ nomen non adscribitur, sed adsunt Duumvirorum Quinquennalium nomina, de quibus consule Commentarium nostrum ad *Fam. Roman. Andr. Morellii* p. 363. qui hnnc nummum in *Famil. Quinctilia* depinxit. Vulgaverant antea *Hubert. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXII. Num. 19. *Laur. Begerus* in *Thesauro Brandenburgico* p. 607. *Carolus Patinus* in *Numism. Imp.* p. 32. Exstat in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro*.

NUM. 21. & 22.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Area hujus nummi atque circuitus marginalis universus hisce impletur literis, singularibus fere cunctis, II. VIR. C. I. C. P. I. S. P. D V. S. P. P. P. D. D.

Ad tot literas & tam obscuras saltem commode, si non vere, explicandas, non Davo sed Oedipo opus esse video. Ænigma solvam, lubenter præmium cessurus illi, qui felicius nodum expediverit. Sic igitur universam Inscriptionem lego, II. (*Duum*) VIRi *Coloniæ Iuliæ Carthaginis Posuerunt In Signum Piæ Devotionis*, Voto *Soluto Publice, Pecunia Publica, Decreto Decurionum.* Conjicio igitur Coloniam Juliam Carthaginem gratulatam fuisse Augusto, postquam Tarracone ægrotaverat, atque receperat sanitatem, valetudinem restitutam, atque posuisse ex Decreto Decurionum pecunia publica aram Diis, voti ream, quod susceperat pro salute principis quum ægrotaret. De Colonia Julia Celsa, in Hispania, quidem olim cogitavi, sed illa semper *Victricis* insuper titulo in nummis occurrere solet. Præterea, qui nummos Leptitanos atque in Colonia Hipponensi cusos conferet, & singulares ibidem literas, & Decreta Decurionum deprehendet. Imo exstat nummus Carthagine, sub Augusto similiter cusus, apud *Vaillantium* Tom. I. p. 2. qui ab altera parte caput Augusti cum literis *Colonia Julia Carthago* exhibet, ab altera Caput Julii Cæsaris, cum his literis EX *Decreto Decurionum.* Cæsari & Augusto multum debuit Carthago, ab illo Colonia Romana facta, ab hoc Colonis aucta.

NUM. 23.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. IV. Num. 133.

SISENna PRoCOnSule. in Laurea. Scribitur in circuitu . . . . . Publio COTTA BALbo II. VIRis.

Memorantur in hoc nummo Sisenna Proconsule & P. Cotta Balbus II. Vir. Fuit forsitan integrum Proconsulis nomen L. Statilius Sisenna, quod videtur posse elici ex altero ejusdem Sisennæ (qui tamen in hac Tabula non additur) nummo, sed quem una cum hoc ipso ex *Morellii* pictura publicavimus in *Fam. Cornelia* p. 133. nisi L. Statilius vel aliquis L. Statius (utroque enim modo legi potest) Duumvir ejus coloniæ fuerit, quemadmodum in hoc nummo P. Cotta Balbus Duumvir scribitur; & sic Cotta atque Statius sive Statilius Collegæ fuerint in Duumviratu sub Proconsule Sisenna; nam ejusdem Statii vel Statilii nomen latuisse potest in erosa parte marginis hujus nummi, quod forsitan aliquando integrior nummus docebit. Cum Imperio Proconsulari in Africam vel in Achajam missus fuisse ille Sisenna, & cusus vel in Africa nummus, vel Corinthi videtur. Vulgavit olim *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LII. Num. 53. Delineavit nummum *Andr. Morellius* ex *Museo Dom. Dronii*, Canonici in ædibus D. Thomæ ad Luparam.

NUM. 24.

Nota capitis non additur.

LIVIN. CA. . . . PROPR. . . . Elephas.

Nummus magna Inscriptionis parte mutilus in interpretatione nos destituit. Credibile est in Africa cusus fuisse. Livineji cujusdam & forsitan Catonis memoria, sed manca valde, in illo servari videtur.

NUM. 25. & 26.

IMPerator AUGustus DIVI Filius. Caput Augusti nudum, dextram versus, pone illud caduceus alatus conspicitur.

Epigraphe ab altera parte nulla est, sed elegans figura Labyrinthi cernitur.

Quamvis præclaro huic nummo, cujus similem quondam in *Museo Dom. de Bary* tractavi, nulla addatur Inscriptio, quæ nos doceat, ad quam pertineat Coloniam, ex Labyrintho tamen id docemur. Is enim adparet in Coloniæ Carthaginis Novæ nummis, uti cerni potest infra Tab. XXXV. Num. 23 & 24. atque in nummo M. Antonii, quem publicavimus in *Thesaur. Morellio* in *Famil. Æmilia* Tab. II. Num. 2. & *Famil. Fufia* p. 186. Caduceus vero Symbolum esse solet Leptitanorum in Africa, ut patet ex ejus Coloniæ nummis sub Druso & Tiberio cusis. Præclarus igitur hic nummus Carthaginem Novam in Hispania celebrat & à veteribus colonis, Afris, & à novis, Romanis. Labyrinthus vero Ægypti esse Symbolum, ex M. Aurelii nummo, ubi una cum crocodilo cernitur, existimat *Carolus Patinus* in *Numism. Imp Rom.* p. 40. ubi hunc nummum primus vulgavit, putatque inde, cusum fuisse in memoriam devictæ ab Augusto Ægypti atque in Provinciæ formam redditæ. Verba ejus hæc sunt: „ Quod autem in „ eam adducar sententiam, facit nummus M. „ Aurelii Imp. simili labyrintho signatus, cui ap- „ positus est crocodilus, Ægyptum perpetuo de- „ notans. De quo quidem labyrintho hæc *Diodo-* „ *rus Siculus* Biblioth. Histor. Lib. I. Μνῆμ᾽ & „ τινες

„ τινὲς Μάῤῥον προσονομάζουσι, τάφον αὑτῷ κατεσκεύασε „ τὸν ὀνομαζόμενον λαβύρινθον &c. hoc eſt : *Mendes,* „ *quem nonnulli Marum vocant, Ægypti Rex, ſepul-* „ *chrum labyrinthi nomine ſibi conſtruxit, non tam mo-* „ *le admirandum, quam artificio inimitabile. Ingreſ-* „ *ſus enim ipſum non facile exitum, niſi ducem peri-* „ *tiſſimum nactus, reperire poteſt. Sunt qui Dæda-* „ *lum quoque in Ægyptum ferunt delatum, demira-* „ *tumque operum illic ſolertiam, Minoi Cretenſium* „ *Regi labyrinthum ad exemplar Ægyptii concinnaſ-* „ *ſe, in quo Minotaurum, quem dicunt, verſatum eſſe* „ *fabulantur. Atqui Cretenſis vel à Regum aliquo* „ *exſtructus, vel longinquitate temporis vitiatus inter-* „ *cidit; cum Ægyptius ad noſtræ ætatis tempus ſtru-* „ *cturam prorſus integram conſervarit.* Florebat au- „ tem *Diodorus* temporibus Auguſti." Servatur in *Theſauro Regio Verſalienſi.*

NUM. 27. & 28.

Sine Inſcriptione. Caput Auguſti nudum, lævam verſus, ante quod cernitur lituus.

Inſcriptio Punica. Caput muliebre turritum.

Videtur hic nummus ſignatus fuiſſe in Africa, & forſitan in ipſa Carthagine. Vulgavit jam olim *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXXV. Num. 30. Depinxit eundem ex *Theſauro Regio Verſalienſi*, *Andr. Morellius.* Plerique Tabulæ hujus nummi apud *Joh. Vaillantium* non inveniuntur.

TABULA XXXIV.

ADHUC CONTINENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI

EX AERE MEDIO

IN COLONIIS CUSA.

NUM. 1.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti laureatum, in aliis ſine laurea.

COLonia ACCItana LEGio VI. Aquila legionaria cum vexillo inter duo ſigna militaria.

Accis Colonia fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis; in illam deducti fuerunt ſub Auguſto milites veterani Legionis Sextæ. Vide *Vaillantium* Tom. I. p. 13.

NUM. 2.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti ſine corona.

COLonia ASTurica AUGuſta. Colonus agens boves.

Aſtures, ut meminit *Dio* Lib. LV. p. 524. ab Auguſto bello domiti ſunt. Coloniam deinceps eo deduxiſſe Romanum Principem non ſine ratione ſuſpicatur *Vaillantius* Tom. I. p. 14. Nummum vulgarunt primi *Antonius Auguſtinus* in *Dialogis*, atque *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLIX. Num. 14.

NUM. 3.

DIVUS AUGUSTUS.

vel

DIVO AUGUSTO. Caput Auguſti nudum.

COLonia JULia AUGuſta FELix BERytus. Colonus agens boves.

Quum & à Julio Cæſare & ab Auguſto colonos acceperit Berytus, Phœniciæ Urbs, nomen utriusque ſibi adſcivit. Vide *Vaillantium* Tom. I. p. 16. Vulgavit quoque nummum *Carolus Patinus* in *Numiſm. Imp.* p. 39.

NUM. 4.

AUGUSTus. Caput Auguſti nudum lævam verſus, ut Tab. III. Num. 84.

COLonia JULia BERytus. Colonus agens boves.

Nummum publicarunt *Hub. Goltzius* in *Auguſto* Tab. L. Num. 35. *Æneas Vicus* inter *Ær. Aug.* Num. 37. *Sebaſtian. Ericius* p. 109.

NUM.

NUM. 5.

DIVOS AUGUSTUS. Caput Augusti nudum.

COLonia BERytus. Neptunus, stans, dextrum pedem proræ inprimit, læva tenens tridentem, dextra delphinum.

Typus situm maritimæ Urbis indicat. Confer *Vaillantium* Tom. I. p. 14. & 15. & *Carolum Patinum* p. 39.

NUM. 6.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. IV. Num. 122.

BILBILIS. Eques, hastam protendens, decurrit.

Bilbilis, Hispaniæ Tarraconensis Urbs, equis & armis olim fuit nobilis. Hinc typus ejusmodi in Colonia hac Romana. Vide *Vaillantium* Tom. I. p. 16. & 17. Vulgarunt nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXIII. Num. 6. *Leonard. Augustinus* in *Dialogis* & *Carolus Patinus* in Indice *Numism.* post *Numism. Imp. &c.* p. 3. ubi à parte capitis tantum scribitur AUGUSTUS. Occurrit item inter *Numism. Arschot.* Tab. XVI. Num. 8. & alibi. Exstat in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro.*

NUM. 7. & 8.

BILBILIS. Caput Augusti nudum, versus lævam.

ITALICA. Eques hastatus similiter decurrens.

Inquirit Tom. I. p. 17. *Vaillantius*, unde Italicæ nomen Bilbili accesserit, atque concludit Bilbilin, Municipium sine suffragio, ab Augusto jus Italicum habuisse, atque inde *Italicam* & *Augustam* in nummis vocari. Rejicit vero illorum opinionem, qui duas Hispaniæ Urbes in uno hoc nummo occurrere existimant. Vulgarunt plures, quos recenset ibidem *Vaillantius*, & inter illos *Carolus Patinus* in *Numism. Imp. Rom.* p 35. hunc nummum. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi*. Habemus similem in *Museo nostro*. Sed non BILBILIS verum BILBILI (quod significare potest BILBILIr vel BILBIL*Itanorum*) in eo scribitur, eaque Inscriptio non ante, sed post caput Augusti locatur.

NUM. 9.

AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. IV. Num. 108.

MUNicipium AUGUSTA BILBILIS Marco SEMPronio TIBERIno Lucio LICInio VARO in circuitu, atque porro intra Coronam Civicam II. VIRis.

Coronam civicam sive querneam ex imitatione Urbis Romæ plurimæ urbes & municipia in nummis suis expresserunt. Bilbilis præcipue, uti ex Augusti & Tiberii nummis patet. Vide *Vaillantium* Tom. I. p. 18. Vulgavit, præter alios, hunc nummum *Carolus Patinus* in *Numism. Imp. Rom.* p. 35. Exstat nummus in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro.*

NUM. 10.

Epigraphe similis, caput idem.

MUNicipium AUGUSTA BILBILIS Lucio CORnelio CALDO Lucio SEMPronio RUTILO II. VIRis. Corona Civica, cui (ut supra) illa II. VIRis, more solito in his nummis, includuntur.

Vide *Vaillantium* ibid. Servatur nummus in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro.*

NUM. 11.

Epigraphe eadem, caput idem.

MUNicipium AUGUSTA BILBilis Marco SEMPronio TIBERino Lucio LICInio VARO II. VIRis. Fulmen alatum & igneis instructum telis.

Occurrunt in hoc nummo Duumviri iidem, qui in nummo nono inveniuntur. Quemadmodum Corona quernea in nummis Augusti civium eum liberatorem indicat, sic fulmen ad eundem respicere potest, tamquam ad Jovem protectorem Romanorum, hostium vero ultorem. Bilbilitanos hos nummos una cum capitibus Augusti in *Thes. Fam. Rom. Andr. Morellii* vulgavimus. Hic vero exstare notatur in *Thesauro* (ut puto) *Regio Electoris Saxoniæ*. Apud *Vaillantium* non invenitur.

Num. 12. & 16.

AUGuſtus. BUTHRotum. Caput Auguſti nudum, verſus lævam.

Publio POMPONIo Cajo JULIo II. VIRis Quinquennalibus. Pons pulcherrimus cum tribus fornicibus.

Mutilum hunc nummum nactus erat *Vaillantius*, in quo ſcilicet detritæ fuerunt literæ, quæ ſub ponte collocantur. Adpoſite idem p. 19. adducto *Plinii* Lib. IV. Cap. 1. loco, pontem hunc atque nummum illuſtravit. Verba *Plinii* Tom. I. p. 189. ex Ed. *Hard.* hæc ſunt: *In Epiri ora &c. colonia Buthrotum: maximæque nobilitatis Ambracius ſinus, D. paſſuum faucibus ſpatioſum æquor accipiens, longitudinis XXXIX. M. paſſuum latitudinis XV. M. In eum defertur amnis Acheron, è lacu Thesprotiæ Acheruſia profluens XXXVI. M paſſuum inde, & mille pedum ponte mirabilis omnia ſua mirantibus.* Exſtat pulcherrimus hic nummus in *Theſauro Regio Verſalienſi*, ut & in *Muſeo Theupolitano* p. 646. ubi lectio ex integriore nummo Regio emendari poteſt & reſtitui: Coloniam Buthrotum deduxit Auguſtus poſt victoriam Actiacam.

Num. 13. 14. & 15.

AUGUSTUS. Caput Auguſti nudum, lævam verſus, ut Tab. III. Num. 85.

Cæſarea Auguſta. in Corona Laurea, pro qua in altero nummo eſt Corona Quernea, in tertio ex lauru & navium proris contexta.

Habuimus inter majoris moduli jam ſupra ejusmodi nummos Coloniæ Cæſareæ Auguſtæ, videlicet p. 352. Tertium ex his, qui à prima parte inſcribitur AUGUST*us*, vulgarunt *Hubert. Goltzius* in *Aug* Tab. XXIX. Num. 17. & *Sebaſtianus Ericius* p. 108. atque *Æneas Vicus* inter *Ærea Numiſm Auguſt.* Num. 5. ut & *Carol. Patinus* in *Imp. Numiſm.* ex medio & parvo ære p. 33. Inter hos *Sebaſtianus Ericius* typum averſæ partis credidit pertinere partim ad Cæſarem Octavianum, partim ad Agrippam, deceptus videlicet roſtris quibus intertexitur corona. Verba ejus hæc ſunt: „ Exſtat Auguſti nummus ex magno atque ex „ medio ære, qui juxta caput ejus inſcribitur „ AUGUSTUS. Ab altera parte elegans cernitur Corolla ex roſtris navium contexta, in „ cujus medio clypeus eſt cum literis C. A. id eſt, „ CAESAR. AGRIPPA. Cuſum exiſtimo „ nummum eo tempore, quo ad promontorium Actium M. Antonium pugna navali „ vicit Octavianus; id enim corona roſtrata ſignificat, quam ſcilicet Romani ſolebant dare „ iis, qui victoriam navalem erant adepti. Et „ hinc ſervari Actiacæ victoriæ memoriam hoc „ nummo exiſtimo. Corona autem roſtrata, in „ hoc nummo expreſſa, illa fuit, quam M. Agrippæ Cæſar Octavianus dedit, auream atque navium roſtra referentem, præmium victoriæ, „ quam ejus opera maxime confecutus fuerat, navalis. Quæ res nullis ante M. Agrippam contigit. Sed & inſuper teſtatur *Dio*, decretum „ Senatus fuiſſe factum, ut quoties triumpharet „ Cæſar corona ornatus laurea, M. Agrippa roſtrata uteretur. Superſunt & plurimi ipſius M. „ Agrippæ ærei nummi, qui caput ejus corona „ roſtrata exornatum depingunt, atque ab altera „ parte Neptuni habent imaginem, ſuntque ejusdem victoriæ navalis teſtes; in cujus memoriam, „ poſtquam Pantheon condiderat Agrippa, templum quoque Neptuno exſtruxit."
Exſtat vero is in *Theſauro Regio Verſalienſi.*

Num. 17.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus, ut Tab. IV. Num. 116.

Colonia Cæſarea Auguſta TIBerio CLODio FLAVO PRAEFecto GERMANorum Lucio JUVENTio LUPerco II. VIRis. Bos vitta ornatus.

Bos in Coloniarum nummis frequens eſt, utpote fertilitatis Symbolum. Verum quum in hoc nummo vitta inter bovis cornua conſpiciatur, adparet ſacrificia innui pro ſalute Cæſaris, ſuſceptis in Colonia hac votis vel ſolutis. De Præfecti titulo in nummis Coloniarum, vide *Theſaurum Morellianum Fam. Rom.* p. 234. 235. & 354. Nam ſicuti ibidem hic nummus in *Fam. Juventia*, ita reliqui, qui in hac tabula ſequuntur, nummi, in *Familiis*, ad quas ſpectare videntur, una cum anticis eorum partibus exhibentur. Habet hunc quoque nummum *Vaillantius* Tom. I. p. 22. Ipſe hunc nummum & ſequentes quinque tractavi quondam in *Muſeo Dom. De Bary*, quod abundabat nummis Coloniarum in Hiſpania cuſis.

Num. 18.

AUGUSTUS DIVI Filius COnSul XI. DESignatus XII. TRibunicia Poteſtate XIX. Caput Auguſti laureatum, dextram verſus, ut Tab. VII. Num. 222.

CAESARea AUGUSTA Cajo ALLIARIO Tito VERRIO III. VIRis. Colonus agens boves.

Typus hic conſuetum Coloniarum ſolet eſſe Symbolum. Docet *Vaillantius* Tom. I. p. 23. à pluribus perperam lectum fuiſſe hunc nummum, atque Inſcriptione ejusdem gratulatos Cæſaraugustanos fuiſſe Auguſto honorem Conſulatus XII. quem, poſtquam geſto Conſulatu undecimo, ſæpius recuſaſſet, tandem poſt ſeptemdecim annos ſibi deferri iterum paſſus, receperat. Exſtat nummus in *Theſauro Regio.*

NUM. 19.

IMPerator AUGUSTus TRibunicia POTestate XX. Caput Augusti laureatum lævam versus, ut Tab. VII. Num. 224.

CAESARea AUGUSta CNeo DOMitio AMPlo Cajo VETtio LANGuido II. VIRis. Colonus agens boves.

Tribuniciæ potestatis in hoc nummo signatæ eandem causam existimat *Vaillantius* Tom. I. p. 24. quam habuerunt Cæsaraugustani in signando præcedente numismate; quod gratulati videlicet fuerint & Augusto & Urbi Romæ (quam in *Dione* Lib. LIII. p. 521. prodigiis & ostentis quibusdam, quasi quod Consulem Augustum non haberet, fuisse territam refert) consulatum XII. quem susceperit, quum Tribuniciam Potestatem gereret XX. Exstat in *Thesauro Regio Versaliensi*. Vulgavit primus *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. L. Num. 29.

NUM. 20.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum dextram versus, ut Tab. IV. Num. 129.

CAESARea AUGUSTA Lucio CASSIO Cajo VALERio FENestella II. VIRis.

Vide *Vaillantium* Tom. I. p. 24. & 25. Vulgavit quoque hunc nummum *Carolus Patinus* in Indice *Numism. Imp.* ex medio & parvo ære p. 3. ut & *Laur. Begerus* in *Thes. Brandenburgico* Tom. II. p. 607. Num. 5. & 6. Reperitur in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro.*

NUM. 21. & 22.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, cum lituo ante faciem & capeduncula post caput, Pontificatus maximi insignibus.

CAESARea AUGUSTA MANio KANINio ITERum Lucio TITIO II. VIRis. Colonus agens boves.

Kaninios & Caninios, qui inter *Familias Romanas* sunt cogniti, eosdem censet *Vaillantius* Tom. I. p. 25. & hinc Mannium Caninium sive Kaninium summæ virtutis fuisse virum, quod iterum Duumvir creatus fuerit. Tempus quo id factum fuerit, ex Pontificatu Maximo Augusti agnoscitur, quem in hoc & sequenti nummo, mortuo jam Lepido, Cæsari gratulantur Cæsaraugustani. Vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. L. Num. 32. Servatur in *Museo nostro.*

NUM. 23. & 24.

IMPerator AUGUSTUS TRIBunicia POTESTate XIV. Caput Augusti laureatum, versus dextram, ante quod cernuntur instrumenta pontificalia.

CAESARea AUGUSTA Marco PORCIO CNeo FADio II. VIRis. Colonus agens boves.

Quo anno & hic & præcedens nummus cusus fuerit patet ex inscripta huic nummo Tribunicia Potestate, quam gessit Augustus A. V. C. 744. & 745. adeoque biennio vel triennio postquam Pontifex Maximus creatus fuit. Sed, quoniam eo anno quo Tribuniciam Potestatem gerebat XVI. veteres quasdam revocavit ceremonias, ut notat *Dio* Lib. LIV. p. 546 eoque ipse tum primum post Merulam Flamen Dialis creatus fuit, id ipsum hoc nummo significari credidit *Vaillantius* Tom. I. p. 27. De quo liberum cuique esto judicium, sed aliquod Jovis Symbolum in nummis tum adpingi debuerat. Servatur hic nummus in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro.*

NUM. 25.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. III. Num. 98.

in aliis

AUGUSTUS DIVI Filius (prout inveni apud Vaillantium & Morellium) Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. IV. Num. 116.

CAESARea AGUGSTA Quinto STATIO Marco FABRICIO II. VIRis. Colonus agens boves.

Vulgarunt præter *Vaillantium* Tom. I. pag. 27. *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. L. Num. 36. & Editor *Numism. Arschot.* Tab. XVI. Num. 13.

NUM. 26.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. V. Num. 172.

vel, ut apud *Morellium* & *Vaillantium*,

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Tab. IV. Num. 116.

CAESARea AUGUSTA Cajo SABINO Publio VARO II. VIRis. Colonus agens boves.

Ediderunt *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. L. Num. 25. & *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 27.

Num. 27.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. IV. Num. 116.

vel

IMPerator DIVI Filius. Caput Augusti idem, sed ante illud Lituus cernitur.

vel

IMPerator DIVI Filius. Caput Augusti nudum.

CAESARea AUGUGUSTA Quinto MAXIMO ITERum Cajo VALENTINO II. VIRis. Colonus agens boves.

Nummum, qui caput Augusti cum prima Inscriptione continet, inseruit *Andr. Morellius* Tab. *Valeriæ* gentis *primæ* Litera E. Cum secunda cernitur apud eundem in *Fam. Fabia* Tab. III. Num. 2. Cum tertia Inscriptione citatur apud *Vaillantium* Tom. I. p. 26.

Num. 28.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus, in aliis laureatum, ut Tab. IV. Num. 122. *&* 128.

CAESARea AUGUSTA Quinto LUTATIo Marco FABIO II. VIRis. Colonus agens boves.

Priori modo profertur apud *Octavianum Sadam* in *Dialogor. Antonii Augustini* Interpretatione; posteriori citatur à *Vaillantio* Tom. I. p. 25. & depingitur in *Thes. Morellii Fam. Rom.* in *Fam. Lutatia* nummo tertio, atque à *Carolo Patino* in *Numism. Imp. Rom.* p. 33.

TABULA XXXV.

ADHUC CONTINENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI

EX AERE MEDIO, IN COLONIIS CUSA.

Num. 1. & 2.

MUNicipium CALaguris Julia II. VIRis. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Quinto AEMILio. Cajo POSTumio MILone. Bos.

Calaguris Julia, Municipii jure gaudens, Urbs fuit Hispaniæ Tarraconensis, ad fluvium Iberum. Post devictos à Julio Cæsare in Hispania Pompeji Magni liberos, colonis à Julio Cæsare aucta & suffragii jure donata fuisse videtur, atque inde Juliæ adoptasse nomen. Vide *Vaillantium* Tom. I. p. 30. Exstat nummus in *Thesauro Marchionis* de Seignalay.

Num. 3. & 4.

MUNicipium CALaguris JULia, recta linea, post caput Augusti nudum.

Quinto AEMILio Cajo POSTumio MILone II. VIRis. Bos.

Pars Inscriptionis, quæ, avulsa à postica parte, in præcedenti nummo, in antica locata fuerat, suo hic loco ponitur. Duumviris iisdem uterque nummus percussus est.

Num. 5.

MUNicipium CALaguris JULia. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut infra Num. 9.

Cajo VALERIo Cajo FENio II. VIRis. Bos.

Omnes hujus Municipii nummi, sat multi numero, Bovem exhibent, quod videlicet colonos ex plebe acceperint, non vero ex legionibus Romanis.

Num. 6. & 7.

IMPerator AUGUSTus. MUNicipium CALaguris Julia. Caput Augusti nudum, versus lævam.

II. VIRis Lucio BAEBIO Publio ANTESTIO. Bos.

Nota sunt hæc nomina in *Familiis Romanis*, quibus passim omnes hosce nummos interspersit *Andr. Morellius*, ipsi homines tamen ignoti sunt. Exstat nummus in *Thesauro Regio Versaliensi*, & similem quondam in *Museo Dom. de Bary* tractavi.

Num. 8.

IMPerator AUGUStus. MUNicipium CALaguris Julia. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut supra Num. 6.

II. VIRis Cajo MARIo Marco VALerio QUADrato. Bos.

Inseruit nummum hunc *Andr. Morellius Famil. Mariæ* Tab. I. Lit. I. Adde *Vaillantium* Tom. I. p. 34.

Num. 9. & 10.

MUNicipium CALaguris JULia. Caput Augusti nudum, lævam versus.

II. VIRis Cajo MARcio CAPitone Quinto URSO.

Altera sui parte, postica scilicet, ut plerosque, vulgavit *Vaillantius* Tom. I. p. 33. Exstat in *Thesauro Regio Versaliensi*, & in *Museo nostro*. Exstitit quoque in *Museo Dom. de Bary* cum Num. 7. 11. & 12. ubi illos vidi.

Num. 11.

MUNicipium CALaguris JULia. Caput Augusti nudum, ut Num. 9.

Marco PLAETorio TRANQuillo Quinto URSO II. VIRo ITERum. Bos.

Q. Ursus, qui in præcedente nummo cum C. Marcio Capitone Duumviratus Magistratu functus legitur, decennio post, eundem honorem, ex hoc nummo, cognoscitur gessisse, cum M. Plætorio Tranquillo. Hujus nummi occasione notat *Vaillantius* Duumviros in Coloniis & Municipiis eo fere munere, quo Romæ Consules, functos fuisse; numero plures fuisse creatos, ut alter alterius insolentiæ, si res postularet, posset occurrere; tribus ante Magistratum mensibus fuisse designatos, ætatem illi honori legibus præscriptum (ut creditur) fuisse annorum quadraginta trium, atque intra decem annos non licuisse iterum eundem illum honorem gerere. Depinxit *Morellius* ex *Museo Dom. de Seignalay*, exstat quoque in *Museo nostro*. Edidit etiam nummum hunc *Hub. Goltzius* in *August.* Tab. XLIX. Num. 22.

Num. 12.

Epigraphe similis, caput idem.

II. VIRis Lucio GRANIO. Cajo VALERIO. Bos.

Fuit & hic nummus in *Museo Dom. de Seignalay*, atque invenitur in *Museo nostro*.

Num. 13. & 14.

MUNicipium CALaguris JULIA. AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

LUCio BAEBio PRISCO Cajo GRANio BROCcho II. VIRis. Bos.

Vulgavit nummum hunc *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LI. Num. 37. & post illum *Carolus Patinus* in *Numism. Imp. Rom.* p. 34. Invenitur in *Thesauro Regio Versaliensi*, similem conspexi quondam in *Museo Dom. de Bary*.

Num. 15. & 16.

IMPerator AUGUSTUS. MUNicipium Calaguris Julia. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Marco ANTONIo Lucio FABIo II. VIRis. Bos.

Vaillantius, qui Tom. I. p. 31. altera tantum, ut passim fecit, parte hunc nummum vulgavit,

vit, prænomen Antonii male legit; credidit enim in nummo exstare literam Q. quum fit litera M. & prænomen Marci, non Quinti ejus, cum quo Antonius ille Duumviratum gessit, prouti ex binis nummis patet, ab *Andr. Morellio* productis in *Fam. Fabia* Tab. III. Num. 3. & 4. ex quibus prior hic ipse est, posterior, à parte capitis Augusti, hanc habet Inscriptionem MUNicipium CALaguris II. VIRis. & deinceps ab alia parte *Marco* ANTONio *Lucio* FABIo, atque occurrit infra Tab. XXXVIII. Num. 5. & 6.

NUM. 17.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS (juxta Vaillantium p. 35.) Caput Augusti laureatum.

vel

IMPerator AUGUSTus PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum lævam versus, ut in Fam. Rom. Andr. Morellii in Fam. Sempronia Tab. II. Num. 9.

MUNicipium CALaguris Julia Cajo SEMPronio Publio ARRIo II. VIRis. Bos.

Calaguris in Augusti honorem plurimos signavit nummos, insignis quoque fide in eundem fuit, unde, usque ad devictum Antonium, Calaguritanos armigeros, sive ad custodiam corporis, habuisse legitur apud *Suetonium* in *Vita Augusti* Cap. XLIX. Fuit quoque hæc Urbs, juxta Chronicon *Eusebii & Hieronymi*, patria *Rhetoris Quintiliani.*

NUM. 18.

IMPerator AUGUSTus PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

MUNicipium CALaguris Julia Lucio VALENTINO Lucio NOVO II. VIRis. Bos.

Invenitur hic nummus (quem inter *Valeriæ* gentis collocavit *Andr. Morellius* Tab. I. Lit. F.) in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro.* Vidi similem in *Museo* quondam *Dom. de Bary*, in quo exstabant quoque duo sequentes.

NUM. 19.

Epigraphe similis, caput idem.

MUNicipium Calaguris Julia Marco LICinio CAPELla Cajo FULvio RUTilo II. VIRis. Bos.

Exstat in *Thesauro Regio*, & in *Museo nostro.*

NUM. 20.

Epigraphe similis, caput idem.

Municipium Calaguris Julia Marco SEMPronio BARBato Quinto BAEBio FLAVO II. VIRis. Bos.

Collocavit nummum hunc *Andr. Morellius* in *Fam. Sempronia* Tab. II. Num. 8. eum vero, qui præcessit in *Fam. Fulvia* Num. 5. una cum capitibus, nam *Vaillantius* aversas tantum partes vulgavit.

NUM. 21. & 22.

NASSICA. Caput Augusti nudum, lævam versus.

MUNicipium CALaguris JULia. Bos.

Crediderunt olim Antiquarii in hoc atque similiter inscripto minoris moduli nummo Scipionis Nasicæ exprimi faciem. Verum hunc errorem plurimi castigarunt jam Viri Docti, de quo vide quæ scripsimus ad *Andr. Morellii Fam. Roman.* p. 427. Adi quoque *Vaillantium* Tom. I. p. 36. & 37.

NUM. 23. & 24.

Colonia Julia Nova Carthago. Caput Augusti nudum, lævam versus.

EX Decreto Decurionum Cajo PETRONIO Marco ANTONIO II. VIRis. Labyrinthus.

Novam Carthaginem in Hispania condidit Asdrubal, Pœnorum Imperator. Julius Cæsar postea, quum Carthaginem veterem in Africa restitueret, atque Coloniam faceret Romanam, Novam in Hispania colonis quoque frequentavit, & utrique nomen suum dedit. Unde vero Labyrinthum in nummis expresserint vix constare videtur, neque memini rationem ejus legisse. Forma cum Labyrintho Insulæ Cretæ, cujus typo passim Cretensium Cnosiorum signantur nummi, convenit. Magna forsan Cretensium manus, una cum primis colonis, Pœnis, in eo loco consedit, atque deinceps adjunctis novis colonis antiquæ patriæ memoriam in nummis expressit. Vulgavit quoque Tom. I. p. 38. hunc nummum *Vaillantius* sed capite versus dextram locato. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi*, in quem quoque omnes ex *Museo Baryano* Nummi Coloniarum, ut & Hispanici, divendito atque distracto publice eodem, ante paucos annos translati sunt.

TABU-

TABULA XXXVI.
ADHUC CONTINENS
NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI
EX AERE MEDIO, IN COLONIIS CUSA.

NUM. 1.

AUGUSTus. Augusti Caput nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 84.

vel

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. IV. Num. 128. *& apud And. Morellium in Fam. Rom. in Gente Flavia p.* 180.

Colonia Victrix Julia CELsa MANio FESTO Lucio BACCIO II. VIRis. Bos.

Julia Celsa Hispaniæ Tarraconensis Urbs ad Iberum Fluvium, Colonia à Julio Cæsare facta fuit, ut Juliæ cognomen ostendit. Vulgarunt nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LII. Num. 50. *Antonius Augustinus* Dialogo VI. *Carolus Patinus* in *Num. Imp. Rom.* p. 34. *Laur. Begerus* in *Thesauro Brandenburgico* Tom. II. p. 607. *Vaillantius* Tom. I. p. 41. sed plerique aversam modo partem. Invenitur in *Thesauro Regio* & in *Museo nostro.*

NUM. 2. & 3.

AUGUSTUS. Colonia Victrix Julia Celsa. Caput Augusti in laurea, nudum, lævam versus.

Lucio CORnelio TERRacina Marco JUNio HISPalo vel HISPano II. VIRis. Bos.

Elegans est nummus, quem vulgarunt *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LI. Num. 43. *Antonius Augustinus* in *Dialog.* VI. *Car. Patinus Num. Imp. Rom.* p. 34. *Laur. Begerus* in *Thesauro Brandenb.* Tom. II. p. 607. atque *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 21. Vide *Thesaurum Andr. Morellii* in *Fam. Cornelia* Tab. VI. Lit. G. & quæ ibi p. 138. diximus. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi*, & in *Museo Dom. de Bary* quondam similem observavi.

NUM. 4.

Prima hujus nummi pars prorsus Num. 3. *similis est; vel etiam ita inscribitur, Colonia Julia Victrix CELSA quæ voces pone Augusti caput nudum (quod non una cum Inscriptione ambit corona laurea) ponuntur, & deinde ante caput AUGUSTUS.*

SEXto CETHEGO Quinto POMPejo vel POMPonio SECUNDINO II. VIRis. Bos.

Utroque modo nummum hunc depinxit *Andr. Morellius* in *Thesauro Famil. Roman.* Vide ibidem in *Cornelia* Tab. VI. Lit. G. p. 138. Invenitur & apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. LI. Num. 39. ut & *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 42.

NUM. 5. & 6.

Colonia Victrix Julia CELSA II. VIRis. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Lucio POMPEjo BUCCO Lucio CORNElio FRONTone. Bos.

Posteriorem nummi partem invenias apud *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 42. sed utramque exhibet *Thesaurus Morellii* in *Fam. Pomponia* p. 343. Credidit enim *Andr Morellius* nummum pertinere ad *Fam. Pomponiam*, in quo deceptus fuit, non enim exstant in nummo literæ L. POMP. L. BUCCO. uti male depinxit nummum in *Fam. Pomponia*, & hic quoque, sed L. POMPE. BUCCO. prouti clare in nummo meo legitur. Alter itaque Duumvir L. Pompejus Buccus, alter L. Cornelius Fronto dictus fuit. Literæ vero MP. in voce POMPE. connectuntur. Servatur elegans hic nummus in *Thesauro Regio Versaliensi*, & in *Museo nostro.*

NUM. 7.

IMPerator CAESAR DIVI Filius. AUGUSTUS COnSul XII. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Colonia Victrix Julia Celsa CNeo DOMITIO Cajo POMPEIO II. VIRis. Bos.

Ita utramque partem nummi inveni expressam in *Thesauro Andr. Morellii Famil. Rom.* in *Gente Domitia* Tab. I. Num. 8. p. 157. *Vaillantius* enim aversam in eo partem depinxit Tom. I. p. 42. Possidemus hunc nummum in *Museo nostro.* Verum is quidem à parte capitis hanc videtur præferre Inscriptionem, IMP*erator* CAES*ar* DIVI *Filius* AUGUSTUS CO*n*S*ul* XIII. Gratulata priori Colonia Julia Celsa duodecimum Consulatum Augusto fuit, posteriori decimum tertium.

NUM. 8.

AUGUSTUS DIVI Filius.

vel

AUGUSTus tantum. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 84. *& Tab. IV. Num* 122.

Colonia Victrix Julia CELsa Lucio SURA Lucio BUCCO II. VIRis. Bos.

Si Lucius Pomponius Buccus, cujus mentio fit Num. 6. non diversus sit homo ab hoc Lucio Bucco, oportet ut L. Sura vel L. Cornelius Fronto in Magistratu fuerit mortuus, succedente altero. Editus est hic nummus apud *Hubert. Goltzium* in *Aug.* Tab. LII. Num. 49. atque Tom. I. *J. F. Vaillantii* p. 43. & *Thesauri Morellii Fam. Rom.* in *Fam. Cornelia* Tab. III. Lit. I. p. 343. Est & hic nummus in *Museo nostro.*

NUM. 9. & 10.

AUGUSTUS. CORINThus. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Publio AEBUTIO Cajo JULIO HERACle vel HERAClide II. VIRis. QUInquennalibus ITERum. In Corona Laurea.

Alteram hujus nummi partem, duumvirorum inscriptam nominibus, dedit *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 44. ut & *Carolus Patinus* in *Numism. Imp. Rom.* p. 32. Utramque & hic ex pictura *Andr. Morellii* observamus, & in *Fam. Æbutia* Num. 1. p. 6. De Colonia Romana Corintho abunde dixit egregius *J. F. Vaillantius.* Exstat nummus in *Thesauro Regio Versaliensi*, & in *Museo nostro.*

NUM. 11. & 12.

CORinthus. Publio ALUSITio Cajo JULIO II. VIRis ITERum. Caput Augusti nudum, lævam versus.

CORinthus. Lucio POMPonio Cajo JULio II. VIRis. Arcus pulcherrimus cum fornicibus, statuis & quadrigis desuper exornatus

Plura de hoc nummo ejusque Inscriptione diximus ad *Fam. Pomponiæ* Tab. IV. Num. 2. p. 349. quæ adi si placet. Ibi enim triplex invenitur interpretatio, cui quartam, quæ præ cæteris videtur sese commendare, sequens adjungit nummus.

NUM. 13. & 14.

CORinthus. Marco BARBATIO MANio ACILIO II. VIRis. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Publio VIBIO Marco BARBAto PRAEFectis II. VIRalibus. CORinthi vel CORinthus. Colonus agens boves.

Ita hunc nummum lego, atque aversæ partis Inscriptionem capio de Duumviralibus Præfectis, qui vicem Cæsaris Augusti supplebant, quum is honoris caussa II. VIR Corinthi ab illa Colonia creatus esset. De quo more pluribus egimus ad *Thesaur. Famil. Roman.* p. 639. ubi & hunc & similes nummos illustravimus. Et, sicuti hic Præfecti II. Virales non addito nomine Cæsaris Augusti, (quod adfuisse videtur in non dissimili nummo supra Tab. XXXIII. Num. 14.) ita in præcedente nummo ne Præfecti quidem adpellantur; quod scilicet duo ex illis eo tempore satis cogniti erant ut Præfecti Duumvirales Cæsaris Augusti, & hos credo fuisse L. Pomponium & C. Julium, quum P. Alusitius & C. Julius alter Duumviri dicantur iterum, quod honorem illum ante decem annos, & forte simul, prima vice gesserant. Invenitur præterea hujus nummi delineatio in *Fam. Acilia* Tab. I. Num. D. quem, ut dictum est, illustravimus p. 639.

NUM. 15. & 16.

PERMissu CAESaris AUGusti Percussa Pecunia. Caput Augusti nudum, dextram versus.

LIBERALITATIS JULIAE EBORacensis. in Laurea.

Eboram, Urbem Lusitaniæ, inter Anam & Tagum fluvios, ex *Plinio*, Veteris Latii jure donatum

natum fuisse oppidum docet, Tom. I. p. 48. Quod jus, quum nacta videatur liberalitate Julii Cæsaris, *Liberalitas Julia* adpellatur ibidem apud *Plinium* Lib. IV. Cap. 22. atque in hoc Nummo aliisque. Verum in nummo, quem consuluit, legit *Vaillantius* : *Pontificis Maximi* pro *Percussa Pecunia.* In nummo meo quoque clare legitur P. M. non P. P. quare vel alium, & diversum ab hisce vidit *Andr. Morellius*, vel oculi ejus in postrema litera, evanescente, decepti sunt. Exstat in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro.*

Num. 17.

IMPerator AUGUSTus TRibunicia POTestate XIIII. Caput Augusti laureatum, dextram versus, ut Tab. VII. Num. 217.

COLonia AUGUSTA EMERITA. Porta Urbis cum duobus fornicibus, hinc & inde muri turribus, ut & in ipsius Urbis ambitu, clauduntur.

Inscriptio Capitis ex fide *Hub. Goltzii* est in *Aug.* Tab. XLV. Num. 16. Nam *Vaillantius* Tom. I. p. 51. testatur, hanc anticæ partis nummi esse Inscriptionem, DIVUS AUGUSTUS PATER. atque ita omnes nummi majoris moduli inscribuntur, & quos ego vidi apud *Dom. de Bary* in magno & parvo ære, in cujus *Museo* fuerunt quondam & reliqui, qui ex parvo ære in hac Tab. occurrunt; excepto Num. 24. Apud *Laur. Begerum Thesaur. Brandenburgici* Tom. II. p. 607. eadem est Inscriptio, & depingitur Augusti caput radiatum versus lævam, ita ut in vertice Stella & ante faciem adpareat fulmen. Augusta Emerita Urbs Lusitaniæ ad Anam fluvium sita, ab Augusto Colonia Romana facta fuit. Exstat hic nummus in *Thesauro Regio Versaliensi.*

Num. 18. & 19.

PERMISSU CAESARIS AUGUSTI. Caput Augusti nudum adversa fronte.

AUGUSTA EMERITA. Colonus agens boves.

Cudendæ monetæ æreæ facultatem, quam à Cæsare Augusto nacti erant, hoc nummo celebrant Emeritani. Id passim in nummis ita scribi solet *Permissu Cæsaris Augusti*, vel, ut supra Num. 15. *Permissu Cæsaris Augusti percussa pecunia.* Servatur nummus in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro.* Depinxit atque edidit primus Octavius *Sada* in *Augusti Dialog.* editione. Deinde, sed secundam modo partem, *Carolus Patinus* in *Numism. Imp. Rom.* p. 37. & *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 50.

Num. 20.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNicia POTESTate. ita legitur in Morelliano, edito in Fam. Carisia Tab. III. Num. 2.

vel,

CAESAR AUGustus TRIBunicia POTestate. sic legitur in altero meo. Caput Augusti nudum, versus lævam.

vel,

. . . . *AUGustus TRIBunicia POTestate. sic enim in altero meo legitur, qui Caput Augusti nudum, versus dextram conversum exhibet.*

vel denique

CAESAR AUGUSTus TRIBunicia POTESTate. Caput Augusti nudum, ut citat J. F. Vaillantius Tom. I. p. 50.

Publius CARISIUS LEGatus AUGusti. in area nummi.

De hoc *P. Carisio, Legato* Augusti in Hispania, consuli potest *J. F. Vaillantius* loco citato & quæ nos de eodem scripsimus ad *Fam. Rom. Andr. Morellii.* Exstat nummus in *Museo Reg. Versaliensi.*

Num. 21.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Tab. IV. Num. 128.

MUNicipium ERGAVICA. Bos.

Celtiberorum Urbs in Hispania Tarraconensi fuit Ergavica, de quo Municipio consule *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 52. Edidit nummum *Antonius Augustinus* Dial. VII. *Carolus Patinus* in *Numism. Imp. Rom.* p. 34. & *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLIX. Num. 15. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro.*

Num. 22.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. IV. Num. 121.

MUNicipium ILERDA. Lupa gradiens.

Ilerda Hispaniæ Tarraconensis fuit Urbs, in loco edito, ad fluvium Sicorim, quæ Municipii jure gaudebat. Vide *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 52. Cur Lupam signaverit, difficilis est conjectura. Occurrit hujus nummi pictura apud *Hubert. Goltzium* in *Augusto* Tab. XXXIII. Num. 7. apud *Antonium Augustinum* Dialogo VI. *Carolum Patinum* p. 35. & inter *Numism. Arschotan.* Tab. XVI. Num. 7. Invenitur in *Thesauro Regio Versaliensi.*

Num. 23.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum.

MUNicipium ITALicense PERMissu AUGusti. Ara, quæ Providentiæ Augusti (ut in aliis Romæ jussu Senatus cusis nummis videmus) esse agnoscitur, ex Inscriptione subtus, PROVIDENTia.

Confer quæ de Municipio Italicensi in Hispania Boetica, atque de typo hujus nummi scribit *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 54.

Num. 24.

Nota capitis non additur, sed apud Carolum Patinum in Imp. Rom. Numism. p. 42. legitur hæc Inscriptio, IMPerator CAESAR AUGUSTUS. In meo, in quo est Caput Augusti nudum versus lævam, supersunt literæ . . . ESAR AUG . . . . . sic ut reliquæ jam detritæ literæ forsitan olim fuerint PATER PATRIAE.

COLonia JULia, Colonus agens boves.

Plurimæ Coloniæ à Julio deductæ, ejus nomine adscito, dictæ fuerunt Juliæ; unde difficile est divinare ad quam ex illis hic nummus pertineat. Sed apud *Sebastian. Ericium* p. 109. ad *Augustum* video referri similem fere nummum, quem puto ad *Claudium* pertinere. Verba *Ericii* hæc sunt: „ Nummus est Augusti æreus secundæ magnitudinis, „ qui ejusdem caput ætate matura exhibet, cum „ hac Inscriptione . . . . AUG. GERM. IMP. „ Ab altera parte duo juncti sunt boves, quos Colonus agit, additurque hæc Inscriptio, COL. „ JUL. AUG. Cusus in aliqua Colonia hic nummus fuit, quod ex typo ejusdem patet. Boves „ enim passim in Coloniarum adparent nummis, „ agriculturæ aptum animal, atque ad hominum „ commoda & auxilium natum; quare etiam frugiferæ terræ esse Symbolum solet. Quod vero „ plures in Italiam deduxerit Colonias Augustus, „ in vita ejus testatur *Suetonius* his verbis, *Ad hunc* „ *modum Urbe, urbanisque rebus administratis, Italiam duo de XXX. Coloniarum numero deductarum* „ *ab se frequentavit: operibusque ac vectigalibus* „ *publicis plurifariam instruxit: etiam jure, ac dignatione Urbi quodammodo pro parte aliqua adæquavit, excogitato genere suffragiorum, quæ de Magistratibus Urbicis decuriones colonici in suam quisque coloniam ferrent: & sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent.* (1) Inter Colonias igitur „ XXVIII. in Italia deductas ab Octaviano una „ hunc nummum in ejusdem honorem signavit, „ prouti similem Inscriptionem alterius Coloniæ „ ab eodem deductæ in alio nummo obviam habe„ mus sic inscripto COL. JUL. id est, *Colonia* „ *Julia.* Quum vero in Coloniarum nummis „ passim taurorum adpareat effigies, antiquum is „ typus Romanorum respicit morem, quo taurum „ atque vaccam jungere solebant, ductoque, quem „ trahebant, aratro designare locum condendæ „ Coloniæ, sicuti *Varro* nos docet his verbis: „ *Oppida condebant in Latio, Etrusco ritu multa*, id „ est, *junctis bubus tauro, & vacca interiore aratro* „ *circumagebant sulcum. Hoc faciebant religionis* „ *causa, die auspicato, ut fossa, & muro essent munita. Terram, unde exscalpserant, fossam vocabant, & introrsum factum murum: postea quod fiebat orbis, urbs. &c.*

„ Atque hinc est, quod passim in ejusmodi nummis jugum juncti trahant boves, agente eosdem „ colono, qui stivam tenet. (2) Argenteus quoque nummus superest, qui in priore parte Ceteris spicis ornatum caput exhibet (quod (3) „ sæpe in Coloniarum & Municipiorum adparet „ nummis) ab altera vero parte junctos ad jugum boves; desuper cernitur litera N. infra legitur CASSI. Romæ is signatus denarius in „ alicujus Coloniæ memoriam fuit." Addita nota significat inventum fuisse ab *Andr. Morellio* nummum in *Museo Dom. Dronii.* Exstat in *Museo nostro.*

(1) Plures fuere Coloniæ Juliæ dictæ, in memoriam scilicet Conditoris Julii Cæsaris, neque ad Coloniam aliquam in Italia videtur spectare nummus.

(2) Inveniuntur ejusmodi nummi in *Familia Cassia*, ubi vide in priore Opere *Morelliano* de *Familiis*.

Num. 25. & 26.

IMPerator DIVI Filius. Capita Cæsaris Augusti & M. Vipsanii Agrippæ, cervicibus oppositis, hoc corona navali insigne illud nudum.

COLonia NEMausus. Crocodilus Palmæ arbori adligatus.

Typus Ægyptum devictam atque in provinciæ formam redactam arguit. Nemausus Galliæ Narbonensis Urbs notissima est, Colonia Romana ab Augusto facta, quæ cur Crocodilum Palmæ adligatum signaverit in nummis, vide *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 81. Plures hunc nummum & sequentes vulgarunt post *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XLVIII. Num. 11. Exstat in *Thesauro Regio Versaliensi.*

Num. 27. & 28.

IMPerator DIVI Filius. Capita eadem, sed Augusti caput laureatum est, non nudum.

COLonia NEMausus. Crocodilus Palmæ arbori adligatus, à qua dependet corolla.

Crocodilus Ægypti est Symbolum, quod palmæ & corollæ illud animal sit adligatum, Victoria Augusti Actiaca, & Antonio superato, subactam fuisse terram, cujus est Symbolum, docet. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro.*

(3) Non quidem æreis Coloniarum & Municipiorum nummis, sed argenteis Romæ Urbis denariis, qui deductæ antiquitus, etiam ante Cæsaris tempora, Coloniæ memoriam servant, Vide *Familiam Mariam* in priore *Thesauro Morelliano.*

TABU-

TABULA XXXVII.
ADHUC EXHIBENS
NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI
EX AERE MEDIO
IN COLONIIS CUSA.

Num. I. & 2.

IMPerator DIVI Filius Pater Patriæ. Capita Augusti & Agrippæ, illud laurea, hoc corona navali decorum, cervicibus oppositis.

COLonia NEMausus. Crocodilus Palmæ arbori & corollæ adligatus.

Ad hunc nummum ita commentatus fuit *Sebastianus Ericius* p. 106. & 107. „ Nummus „ Augusti in ære flavo, mediæ magnitudinis, duo „ præfert capita, cervicibus oppositis, cum In„ scriptione IMP. DIVI F. P. P. Ab altera par„ te Crocodilum palmæ adligatum exhibet cum his „ literis COL. NEM. à palma arbore dependet „ Corona triumphalis. Extra Urbem Romam in „ Colonia aliqua nummus ille Cæsaris Octaviani si„ gnatus fuit in honorem ejus post victoriam Actia„ cam de M. Antonio adeptam, atque subactam „ Ægyptum. Factum id fuit, postquam sæpe ma„ le reconciliatam cum M. Antonio abrupit ami„ citiam Augustus. Quo tempore Antonius, se„ cedens in Ægyptum, sese totum permisit Cleopatræ „ amoribus, commissaque ad Actium pugna na„ vali, à Cæsare victus fuit. Post quam victo„ riam in Ægyptum profectus Cæsar Octavianus, „ Alexandriam, in quam Urbem confugerant An„ tonius & Cleopatra, obsedit, atque brevi ad de„ ditionem coëgit. Antonius, desperatis rebus, „ se ipsum interfecit; Cleopatra, ne in triumphum „ duceretur, aspidis morsu periit. Ex capitibus, „ quæ in priore parte nummi adparent, alterum „ Cæsaris Augusti est, alterum M. Agrippæ, quod „ corona rostrata, propter victoriam navalem „ ejus virtute partam, ornatur. De qua corona „ rostrata Agrippæ à Cæsare donata ita loquitur „ *Dio* Historicus Lib. XLIX. *Itaque singulis quingentos denarios navali prælio victoribus etiam coronam ex olea dedit, spem quoque fecit cùm aliis, tum centurionibus, quasi eos inter Senatores in sua quenque patria adscripturus, inter alios honores legatis suis exhibitos, Agrippam aurea corona rostrata donavit, quod neque antè, neque post eum contigit ulli, estque deinde Senatus consulto statutum, ut quotiens triumphans aliquis coronam lauream ferret, ipse navali hac uteretur.* Crocodilus, qui „ in altera parte adparet, Ægypti est Symbolum, „ quæque à Palma arbore dependet Corona victo„ riam ex ea reportatam denotat. Dicimus ita„ que in aliqua Colonia cusum fuisse hunc num„ mum in honorem Augusti, atque ut illi hanc gra„ tularetur victoriam. Magna enim ejus fama fuit, „ eamque, ut & apud posteros semper celebraretur, „ illustriorem Cæsar fecit, condita in memoriam „ victoriæ Actiacæ in Epiro prope Actium Urbe „ Nicopoli. Eam enim ab hac victoria nomen „ ferre voluit, atque illuc ex vicinis Urbibus Co„ loniam deduxit. De qua civitate hac occasio„ ne condita ita scripsit *Dio* Lib. LI. *Urbem eo loco ubi castra habuerat, effecit, partim collectis ad eam incolendam hominibus, partim eò translatis finitimis, eique Urbi Nicopolis nomen indidit, ac locum in quo tetenderat, lapidibus quatuor pedum magnitudine constravit, rostrisque navium captarum ornavit, sacrarium ibi Apollinis sub dio constituens &c.* Neque sinit nos res dubitare in aliqua Colo„ nia ea occasione hunc nummum fuisse signatum, „ quoniam & ex argento reperiuntur inscripti „ AEGYPTO CAPTA. cum Crocodili itidem „ Symbolo. Sed quod in hoc nummo catena „ Palmæ arbori adligatum id sit animal, Ægyptum „ captam etiam sine Inscriptione denotat. Literas „ porro COL. NEM. legi debere judico *Colonia Nemausum.* sive, *Nemausiensium.* De qua his verbis „ mentionem facit *Strabo* Lib. IV. *Aricomiscorum vero metropolis Nemausus exstat, alienigena quidem plebe, & mercatorum numero longè Narbone inferior, cæterum regendæ civitatis forma superior. Quatuor enim & viginti ejusdem nationis vicos habet subditos, virorum fortitudine excellentissimos, illi tributa conferentes, & Latii jus habentes, adeò ut qui ædilitatis, quæsturæque dignitatem assecuti sunt Romani in Nemauso adsint. Quamobrem huic nationi nullum, cum venientibus è Roma prætoribus, negotium est &c.* *Ælius Spartianus* ejusdem Ur„ bis mentionem facit in Vita *Hadriani*, ubi de „ uxore ipsius Plotina mentionem facit, *Per idem tempus in honorem Plotinæ basilicam apud Nemausum opere mirabili exstruxit &c.* Fuit Colonia „ hæc Nemausensis una ex quatuordecim Coloniis „ Romanis in Gallia Narbonensi. Fuit autem „ semper apud Augustum in magno honore M. „ Agrippa, neque facile quidquam is Princeps, „ nisi

„ nisi ex ejus consilio fecit. Unde illi non modo „ administrationem reliquit Provinciarum, atque „ exercituum, sed & sigillo suo uti, atque suo „ nomine libellis subscribere permisit."

Ex adscripto Patris Patriæ titulo, qui in duobus præcedentibus nummis non invenitur, adparet, serius aliquanto hunc nummum, quam duos præcedentes, cusum fuisse. Vulgavit ante alios hunc nummum *Hub. Goltzius* in *August.* Tab. XXXII. Num. 5. Invenitur in *Museo nostro.*

Hujus vero nummi occasione alium, antea ineditum, producit Dominus Sancti Amantii *Jo. Tristanus* in Comment. Histor. Tom. I. p. 84. ubi ita scribit: „ IMP. DIVI F. P. P. COL. NEM. „ Je ne faits mention du type de cette Medaille „ pour estre si commune qu'il est superflu de l'exprimer & representer. Mais bien je remarqueray ce qui me semble n'estre pas connu de tous, „ qui est que cette ville & colonie Romaine, prend „ ce nom originaire de Nemausus fils d'Hercule, „ ainsi que *Suidas* le raporte sur le mot ΝΕΜΑΥΣΟΣ. Et que je trouve aussi dans *Gruterus* cette Inscript. P. M. LXXIX. —— —— OLO „ NEMAUSO. *Coloniæ Nemauso*, que *Scaliger* „ neantmoins & *Gruterus* interpretent, comme si „ on avoit entendu parler de Dieu portant le nom „ de Nemausus. Or cette autre Medaille que je „ te donne icy (lecteur) ayant l'Inscript. de NEM. „ COL. *Nemausus Colonia*, semble representer d'un „ costé l'effigie de cet Heros, ou Hercule mesme. „ Mais je l'estime estre du premier. Car il a la „ teste armée, & est un peu barbu. Au revers „ la Deesse Salus debout donne à manger à deux „ serpents dans un plat. *Poldo* qui a fait voir les „ antiquitez de cette ville en un livre assez diligemment composé, dit que les peuples qui anciennement habitoient cette ville, & le pays „ circonvoisin, s'appelloient Arecomici. Ptolemée les appelle *Volcas Arecomicos*, & *Strabon* „ liv. IV. dict que Nismes en est la capitale, jouïssant du droict du Latium, & vivant soubs ses „ propres loix & coustumes; ayant XXIV. villettes „ & bons bourgs fort peuplez soubs sa jurisdiction, „ où les Juges & Prefects Romains n'avoient que „ voir. Au reste qu'elle estoit distante de Narbonne sept cens stades, & du Rhosne cent, estant „ située sur le chemin qui vient & conduit d'Espagne en Italie."

NUM. 3. & 4.

URBs VICTrix. Caput Augusti nudum, versus lævam.

OSCA. Eques decurrens, hasta & galea armatus.

Sita fuit Osca in Hispania Tarraconensi in Ilergetibus; nobilissima olim & amplissima exstitit, unde per excellentiam *Urbs* in nummis scribi creditur. Vide *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 55. Quod terra Oscorum nobilibus equis abundet, ipsique optimi sint bellatores, inde Equitem in nummis sculpserunt Oscenses. Vulgarunt nummum hunc *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXIII. Num. 9. *Antonius Augustinus* Dialogo VII. *Carolus Patinus* p. 37. Invenitur in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro.*

NUM. 5. & 6.

URBS VICTrix. Caput Augusti nudum, lævam versus.

OSCA. Caput horridum & barbatum.

Non memini alibi observatum hunc nummum à me fuisse, præterquam ex *Morelliana* hac pictura. Crediderim Hispanum Numen, sive Hercules sit, sive alius, hoc capite designari.

NUM. 7.

AUGUSTUS DIVI Filius PONTIFex MAXimus PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Urbs Victrix OSCA COMPOSTO ET MARULLO II. VIRis. Eques, ut supra, decurrens, cum hasta.

Cum postica modo nummi pars depicta apud *Vaillantium* Tom. I. p. 56. fuerit, utramque dedit in *Famil. Roman. Andr. Morellius.* Vulgaverat utramque antea *Carolus Patinus* in *Numism. Imp. Rom.* p. 37. Servatur nummus in *Thesauro Versaliensi Regio.*

NUM. 8.

Caput Augusti idem, Inscriptio similis.

URBs VICtrix OSCA SPARSO ET CELERE scilicet Duumviris. Eques decurrens, ut supra.

Integrum nummum exhibuit similiter in *Famil. Roman. Andr. Morellius.* Exstat in *Thes. Regio Versaliensi.*

NUM. 9.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum.

Urbs Victrix OSCA. Eques decurrens, ut supra.

Invenitur apud *Antonium Augustinum* Dialogo VII. & inter *Numism. Arschot.* Tab. XVI. Num. 11. atque apud *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 56.

NUM. 10. & 11.

PANORMITANORUM. Caput Augusti nudum, lævam versus.

AUGUSTA. Liviæ caput velatum, lævam versus.

De hoc & sequenti nummo pluribus egimus ad Parutæ Siciliam Numismaticam, quam, qui de

de *Siculis Nummis* aliquid ſcire cupit, adire debet. Vulgavit præter eundem Parutam hunc nummum *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 57. & 76. atque, ſed literis alio modo poſitis, *Laur. Begerus* in *Theſauro Brandenburgico* Tom. II. p. 607.

NUM. 12. & 16.

PANORMITANORUM. Caput Auguſti radiatum, dextram verſus.

CNeo DOMitio PROCOnSule. . . . . Capricornus, ſub quo Siciliæ eſt Symbolum, tria crura cum capite Meduſæ alato intermedio.

Vulgarunt nummum hunc Paruta in *Sicilia Numiſm.* Tab. IV. Num. 38. *J. F. Vaillantius* Tom. I. pag. 58. *Carolus Patinus* & *Andr. Morellius* in *Famil. Domitia* Tab. I. Num. 2. Ubi vide quæ ſcripſimus p. 155. Exſtat in *Theſauro Chriſtinæ Suecorum &c. Reginæ.*

NUM. 13.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Auguſti radiatum, ad dextram, in aliis ad ſiniſtram, converſum, ut Tab. VII. Num. 226. & Tab. VIII. Num. 267.

COLonia Auguſta Aroë PATRENSis. Colonus, agens boves, dextra ſtivam tenet, læva vexillum.

De hujus nummi interpretatione vide *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 59. & *Carolum Patinum* in *Numiſm. Imp. Rom.* p. 38. Pertinet ad Patras Achajæ Urbem, quam devicto Antonio Coloniam Romanam fecit Auguſtus. Servatur in *Theſauro Regis Galliæ* & in *Muſeo noſtro.*

NUM. 14. & 15.

PERMiſſu CAESaris AUGuſti. Caput Auguſti nudum, verſus lævam.

COLONIA PATRICIA. in Corona Civica.

Colonia Patricia dicta fuit Corduba, quæ Cæſari Auguſto omnis moduli nummos dedicavit, ut vidimus in Nummis Maximi Moduli, atque ex Ære Majori. *Laurentius Begerus* in *Theſauro Brandenburgico* Tom. II. pag. 607. hunc, de quo nunc agimus, edidit cum hac ad Auguſti caput Inſcriptione PERMiſſu CAESaris DIVI Filii. Exſtat nummus, de quo agimus in *Theſauro Regio Verſalienſi* & in *Muſeo noſtro.*

NUM. 16.

Vide ad Num. 12.

NUM. 17.

PERMiſſu CAESaris AUGuſti. Caput Auguſti nudum, dextram verſus, ut Num. 14.

COLONIA PATRICIA. Inſtrumenta Pontificalia, Apex & Simpulum.

Gratulantur Cordubenſes Auguſto, quod, fato ſuo functo Lepido, Pontificatus Summi honor rite ad Principem pium & manſuetum pervenerit. Exſtat nummus in *Muſeo Regio Verſalienſi.*

NUM. 18.

Epigraphe ſimilis, caput idem.

COLONIA PATRICIA. Inſtrumenta quatuor Pontificalia, Adſpergillum, Præfericulum, Lituus & Patera.

Invenitur hic nummus apud *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 60.

NUM. 19.

Inſcriptio eadem, caput idem.

COLonia PATRICia LEgionum V. (quintæ) & X. (decimæ) Aquila Legionaria inter duo ſigna militaria.

Aquila & ſigna militaria docent Coloniam Cordubam, Patriciam adpellatam, ſub Auguſto novos colonos atque ſupplementa ex militibus legionariis, & quidem, ut hujus inſignis nummi Inſcriptio teſtatur, Legionis Quintæ & Decimæ accepiſſe. Servatur in *Theſauro Regio Verſalienſi.*

NUM. 20.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti nudum.

SEGOBRIGA. Eques, galea & haſta armatus, decurrens.

Municipium Juris Italici fuit Segobriga, Urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte *J. F. Vaillantio* Tom. I. p. 64. Equites atque equitatum Hiſpanorum typus commendat. Exſtat nummus in *Theſauro Regio Verſalienſi.*

NUM. 21.

IMPerator CAESar TRibunicia POTestate PONTifex MAXimus. Caput Augusti laureatum, ut citat Vaillantius Tom. I. p. 64.

vel,

IMPerator CAESar AUGustus PONTifex MAXIMus TRibunicia POTestate. Caput Augusti laureatum, ut citat idem ibidem p. 88.

vel denique,

IMPerator CAESar AUGustus TRibunicia POTestate PONTifex MAXimus Pater Patriæ. Caput Augusti laureatum, lævam versus, uti publicavit Andr. Morellius infra in Nummis Cai & Lucii Cæsarum Num. 12. & 13.

Colonia Victrix Tarraco. Cajus Lucius Cæsaris AUGusti Filii. Capita Cai & Lucii nuda & adversa.

De Tarracone, Urbe Hispaniæ citerioris maritima celeberrima, ad ostia Tulcis, confer *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 64. Bis consulatum Tarracone iniit Augustus, unde studiosissimi ejus fuerunt Tarraconenses, atque in præclaris hisce nummis nepotes Augusti, Cajum & Lucium, quos, in spem Imperii adoptaverat, signarunt. Posteriorem nummi partem vulgarunt *J. F. Vaillantius* loco citato & *Carolus Patinus* p. 61. & in *Suetonio* p. 115. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi.*

NUM. 22.

IMPerator CAESar AUGustus TRibunicia POTestate PONTifex MAXimus Pater Patriæ. Caput Augusti laureatum.

Colonia Victrix Tarraco. TIberius CAESAR. Caput Tiberii nudum, lævam versus.

Sicuti Tarraconenses spei Augusti de successoribus nepotibus Cajo & Lucio, subscripserant, ita, iisdem vita functis, & substituto in eorundem locum Tiberio, novam spem eidem Augusto gratulati sunt. Notat *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 65. male ab *Antonio Augustino* Dialogo VII. ob mutilum TIberii prænomen, tributum fuisse nummum Julio Cæsari. Vulgavit quoque Patinus p. 36. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi.*

NUM. 23.

PERMissu CAESaris AUGusti, ut citat J. F. Vaillantius Tom. I. p. 67. atque in meo nummo invenitur. Caput Augusti nudum, dextram versus.

vel,

CAESAR AUGUStus, ut, cum eodem capite, exhibet nummus ex Thes. Brandenburgico apud Laurentium Begerum Tom. II. p. 607.

JULIA TRADucta. in Corona Civica, sive quernea.

Unde hæc Colonia Juliæ Traductæ nomen acceperit, consule *Vaillantium* de *Colon. Numm.* Tom. I. p. 67. In hoc nummo Augustum servatorem civium Romanorum suumque agnoscit. Invenitur nummus in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro.* Vulgarunt illum Eminentiss. *Norisius* in *Cenotaph. Pisan.* pag. 92. & *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 67.

NUM. 24.

Epigraphe similis, caput idem.

JULia TRADucta. Apex & Simpulum, Pontificatus insignia.

M. Æmilio Lepido mortuo, inter alias Hispaniæ Colonias, Juliæ Traductæ cives, novum honorem Augusto gratulati sunt. Edidit nummum ex *Museo suo J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 69.

NUM. 25.

IMPerator AUGUSTUS Pater Patriæ. Caput Augusti laureatum.

TURIASO. Liviæ caput, capillis ad cervicem reflexis & contortis.

Turiaso Municipium fuit Romanum, situm in Hispania Tarraconensi in Celtiberis prope montem Cannum ad parvum fluvium in Iberum prolabentem. Vulgavit hunc nummum *Carolus Patinus* p. 36. atque caput esse incertum pronunciavit. Verum recte statuit *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 70. Liviæ esse vultum, licet nomen ejusdem non adsit, quod & abesse solet in Coloniarum nummis & (ut ex Liviæ nummis adparet) aliquando quoque adponi. Servatur hic nummus in *Thesauro Regio.*

NUM. 26.

Epigraphe similis, caput Augusti idem.

TURIASO. Caput Liviæ velatum.

Desumtus hic nummus est ex *Anton. Augustini* Dialogo VII. Occurrit Livia simili ornatu supra Num. secundo in nummo *Panormitanorum.*

NUM.

Num. 27.

Epigraphe eadem, Caput Augusti simile.

MUNicipium. in Corona Quernea, circa ambitum superiorem TURIASO.

Multa Municipia atque plures Coloniæ Civicam Coronam, qua publice decoratus, & alias in Nummis quoque ex S. C. percussis, fuit Augustus, in ære suo expresserunt. Post *Anton. Augustinum* Dialogo VII. vulgavit hunc nummum *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 70. Exstat in *Thesauro Regio Versaliensi.*

Num. 28.

Epigraphe eadem, caput idem.

MUNicipium. in Corona Laurea, circa ambitum inferiorem TURIASO.

Quemadmodum Corona Quernea Salutem civium Augusti opera partam, ita Laurea victorias Imperatoris, quibus salus illa promota fuit, celebrant Turiasonenses. Vidi quondam hunc nummum in *Museo Dom. de Bary*, quod Amstelodami publice distractum fuit A. 1730.

TABULA XXXVIII.

ADHUC EXHIBENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI

EX AERE MEDIO

IN COLONIIS CUSA.

Num. 1.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS Pater Patriæ. Caput Augusti, laureatum, lævam versus.

MUNicipium TURIASO Marco CAECILio SEVERO Cajo JULIO AQUINO circa ambitum nummi, atque II. VIRis in Corona Quernea.

Edidit Nummum *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 71. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro*, sed in nummo meo, ut & illo, quem posuit *Andr. Morellius* in *Famil. Cæcilia* Tab. III. Num. 8. legitur IMP*erator* AUGUSTUS *Pater Patriæ.* Altera lectio *J. F. Vaillantii* est Tom. I. p. 71.

Num. 2.

IMPerator (addit J. F. Vaillantius loc. cit. *CAESAR) AUGUSTUS Pater Patriæ. Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

MUNicipium TURIASO Lucio MARIO Lucio NOVIO in ambitu nummi, deinde intra Coronam Quernеam II. VIRis.

Collocavit hunc nummum, depicta utraque parte, *Andr. Morellius* in *Famil. Novia* Num. II. ubi occurrit in nostra Editione p. 298. Vidi quondam hunc nummum in *Museo Dom. de Bary*, & exstat similis in *Museo nostro.*

Num. 3.

Epigraphe similis, Caput Augusti idem.

MUNicipium TURIASO Cajo JULio AQUINO Marco Cæcilio SEVERO II. VIRis. Bos.

Editus exstat hic nummus, depicta utraque parte, in *Thes. Andr. Morellii Fam. Roman.* in *Fam. Cæcilia* Tab. III. Num. 9. p. 54.

Num. 4.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum.

Colonia Julia Gemella sive Gemellensis, ut loquitur Plinius Lib. III. Cap. 3. ACCItana LEGionis VI. (Sextæ) Duæ aquilæ legionariæ inter totidem signa militaria.

Notat hunc nummum in *Gazophylacio Wildiano* inveniri *Andr. Morellius*, *Vaillantius* enim eundem non vidit. Coloniam Gemellam seu Gemellensem Acciam vocari credit idem *Vaillantius* Tom. I. p. 12. & 13. quod ex utraque legione sexta, Ferrata altera, altera Victrici, veterani in ea collocati fuerint. Quæ illi conjectura nata fuit, quod nullos viderit nummos Accitanos, qui præter legionis sextæ alterius numerum exhiberent. Verum ego servo nummum ab utraque parte huic similem, sed in quo ab altera parte, ubi aquilæ legionariæ & signa militaria sunt, hæc legitur Inscriptio, *Colonia Iulia Gemella* LEgionis II. (secundæ) Non quidem deprehenduntur in eo literæ ACCI*tana*, vel forte in ima nummi ora detritæ, vel ab initio non expressæ, sed tamen ad nullam aliam Coloniam spectare videtur, quam ad Accitanam. Fuit autem Accis Urbs Hispaniæ Tarraconensis, quæ ex vulgatis nummis, atque ex inedito meo, cognoscitur accepisse coloniam Veteranorum ex legionibus secunda & sexta.

Num. 6. & 7.

MUNicipium CALaguris II. VIRis. Caput Augusti nudum, versus lævam.

Marco ANTONIo Lucio FABIo. Bos.

Inseruit hunc nummum *Fam. Fabiæ* Tab. III. Num. 4. *Andreas Morellius.*

Num. 7. & 8.

IMPerator AUGustus legitur ante faciem Augusti, pone eandem MUNicipium CALaguris.

Cajo MARio MUAN. (lego Marco VALerio) PRæfectis II. VIRalibus. Bos.

Supra pag. 384. de Præfectis illis Duumviralibus actum fuit; quales vice Augusti apud Calaguritanos fuisse Marium hunc & Valerium, nummus nos docet. Non invenitur apud *J. F. Vaillantium*, sed editus fuit ab *Hub. Goltzio* in *Augusto* Tab. XLIX. Num. 24.

Num. 9.

Capitis epigraphe non additur.

Lucio CASSIO Cajo VALerio FENio II. VIRis in Corona Quernea.

In Municipio Turiasone forte cusus est nummus, neque enim ab hac parte nummi dignosci potest quo pertineat.

Num. 10.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. IV. Num. 128.

Marco POSTUMio ALBINo Lucio PORCio CAPITone II. VIRis Quinquennalibus. Vir togatus stans, nudo capite, dextra situlam tenet, læva lauri ramum.

Plurima ad pulcherrimi hujus nummi, qui in Hispania, atque ibidem in Colonia Romanorum, Carthagine Nova, signatus fuit, diximus in *Thes. Morellio Fam. Rom.* ad *Fam. Postumiam* p. 359. quo B. L. ablegamus. Edidit primus nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXX. Num. 7. sed minus adcurate, pro situla enim arcam quadratam sub dextra manu fecit, atque caput viri togati facie ad lævam manum inflexa pinxit, quum in nummis directa fronte cernatur. Situlam omnino neglexit *Carolus Patinus* in *Numism. Imp Rom.* p. 32. Præstantior *Andr. Morellii* pictura est, & hic, & in *Fam. Postumia* Tab. II. Num. 9. Exstat nummus in *Thesauro Regio* & in *Museo nostro.*

Num. 11.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICia POTestate XI. COnSul. XI. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. VI. Num. 205.

Cajo HEIO POLLIONE ITERum Cajo MUSSIDio PRISCO II. VIRis. in Corona ex Apio.

Vulgavit hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LI. Num. 41. Si autem verè à parte capitis nummi ita se habet Inscriptio, facile inde patere potest, quo anno & hic & sequens & similes cusi nummi sint.

Num.

Num. 12.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. III. Num. 99. juxta Hub. Goltzium in Aug. Tab. LI. Num. 44.

vel,

AUGUSTUS. Ante faciem capitis senilis Augusti, versus lævam conversi sine laurea, pone caput legitur CORINThus. apud Andr. Morellium in Fam. Mussidia Tab. II. Num. 4.

Cajo MUSSIDio PRISCO II. VIRo Cajo HEIO POLLIONE ITERum. in Corona ex Apio.

Cognoscuntur ex his duobus nummis Duumviratum in Colonia Corintho, (cujus Symbolum est Corona ex Apio, quæ in Ludis Isthmicis donari solebat) simul gessisse C. Mussidius Priscus & C. Hejus Pollio. Si Inscriptionem Capitis, quam profert *Hub. Goltzius* in nummo præcedente, sequamur, factum id fuit Augusto Cos. XI. & Tribuniciam Potestatem XI. gerente. Quod aperte falsum est & *Hub. Goltzium* erroris vel negligentiæ, vel malæ denique fidei, convincit. Tribuniciam enim Potestatem XI. gessit Augustus A. V. C. 741. Tiberio Claudio Nerone atque P. Quinctilio Varo Consulibus; quo Pontificatum Maximum suscepit Augustus, mortuo Lepido, quoque anno Marcelli Theatrum dedicavit; in cujus dedicatione Cajus Cæsar Augusti filius sive nepos, inter alios patricios pueros Trojam lusit. At vero hi nummi extremis Augusti temporibus Cajo & Lucio jam vita functis, cusi sunt; eo videlicet tempore quo Tiberium adoptaverat Augustus, coacto prius Tiberio ut is Germanicum adoptaret. Quam adoptionem Cæsaribus Tiberio & Germanico, aliis nummis, eorundem inscriptis nominibus, gratulati sunt Corinthii iidem Duumviri, ut patet ex *Andreæ Morellii Thesaur. Fam. Rom.* in *Fam. Mussidia* Tab. II. Lit. H. & K. Imo ibidem Lit. I. occurrit rarissimus junioris Agrippæ nummulus, ab iisdem Duumviris, atque eodem anno (erat enim Magistratus annuus,) Corinthi cusus. Ex quibus clarissime patet, non potuisse signari hos nummos ante A. V. C. 757. quo, Coss. Sexto Ælio Cato & Sentio Saturnino, Germanicus à Tiberio, & Tiberius ab Augusto adoptati fuerunt, quoque tempore Agrippa junior, nondum Liviæ artibus relegatus, numero successorum firmare Augusti spem videbatur.

Num. 13. & 14.

COSSET. Caput Augusti nudum, versus lævam.

Sine Inscriptione. Vir togatus, dextram elevans.

Sine dubio *Andr. Morellius*, qui nummum hunc, quum in hisce terris peregrinaretur, ex *Museo Wildiano* depinxit, eundem credidit spectare ad Cosetanos sive Cossetanos in Hispania, de quibus ita *Christophorus Cellarius, Geogr.* Tom. I. p. 140. „ Transito sic amne Ibero, quæ inter illum & Pyrenæum restant, explicamus. Ab illo majore fluvio Pyrenæum versus, usque ad Rubicatum amnem, nunc dictum *Lobregat*, sunt *Cositani*, Ptolemæo Κοσιτανοί; *Cosetani*; Plinio *regio Cossetania*. Inscriptio Vetus apud Gruterum p. 499. Num. 10. TARRAC. URBS COSITANORUM. scribitur enim per I. & E. *Cositani* & *Cosetani*, &, secundum *Plinium*, *Cossetani*, sibilo geminato. In his Tarraco à Ptolemæo locatur, & in prædicta Inscriptione." Verba *Plinii* sunt Lib. III. Cap. 3. Tom. I. p. 141. *Regio Cossetania, flumen Subi, Colonia Tarraco, Scipionum opus, sicuti Carthago Pœnorum.* Verum non regiones Hispaniæ, sed Urbes ejusmodi nummos cuderunt. Ea Urbs quærenda est, & invenietur facile, si integriorem melioremque consulamus nummum, quam nactus fuit *Andr. Morellius*; qui eo, vel visu suo deceptus, dupliciter errasse videtur, & in nomine Urbis, & in aversæ typo. Possideo tres nummos, sibi invicem per omnia similes, atque in Hispania cusos; ex medio ære sunt, idem caput Augusti exhibent, Inscriptionis literas eodem modo & ductu ante faciem collocant, sed clare & distincte legunt, OSSET. non vero COSSET. estque omnis ibi area nummi tam plana & nitida atque æquali colore nigricante fulgens, ut literæ C. ne per somnium quidem, vestigia adparere possint. At Typus aversæ partis figuram nudam exhibet, sive leviter, vinitoris more, vestitam, læva manu lateri inposita, dextra vero uvarum racemum præferens grandem, quo vini Hispani, atque regionis, in qua sita Urbs fuit, quæ nummum signavit, commendatur præstantia. Est mihi insuper præter commemoratos tres sibi similes, hujus Urbis nummus densus valde, isque, ex primo ære, caput Augusti nudum, versus lævam exhibet in parte priore, in posteriore vinitorem leviter vestitum, qui læva manu lateri inposita, & dextra manu prægrandem (quod & in aliis, qui penes me sunt, nummis Hispanicis, observavi) racemum uvarum tenet, adscribuntur literæ OSET. ut videtur vel SSET; nam litera O. inferiore sui parte detrita est.

Quodnam vero sit oppidum Osset, atque ubi in Hispania situm, nos docet *Plinius*, cujus hæc sunt verba Lib. III. Cap. 1. Tom. I. p. 138. *Oppida Hispalensis conventus: Celti, Arna, Canama, Evia, Ilipa, cognomine Italica. Et à læva, Hispalis Colonia, Cognomine Romulensis. Ex adverso oppidum Osset, quod cognominatur Julia Constantia, Virgentum, quod & Julii Genius, Orippo, Caura, Siarum.* Habemus igitur nomen oppidi, *Osset*, cognomen, *Julia Constantia*. Id quum à Julio Cæsare acceperit, in filii adoptivi Augusti honorem hunc nummum signavit. Putant nonnulli vocari nunc *Alcala del Rio*, sed *Harduinus* ibidem ad *Plinium* contendit, fuisse olim in loco, ubi nunc est *Alcala de Guadairo*.

Num. 15. & 16.

ΙΡΠΟ. *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Sine Inscriptione. Mulier turrita sedens, dextra pineam nucem præfert, læva tenet cornucopiæ.

Possideo quinque nummos hujus generis, ex quibus duo ex medio, tres ex minimo sunt ære. Detritam

Detritam habent Inscriptionem duo ex iisdem, sed unus ex medio ære, duo item ex minimo, clare & distincte ante caput Augusti has exhibet literas IRIPPO. Neque dubium est, quin spectent hi nummi ad illam Urbem, quæ in citato modo *Plinii* loco dicitur *Orippo*. Nam & ibidem in Notis testatur *Harduinus*, vidisse sese nummum veterem ex ære, apud *D. Foucault*, in quo legatur IRIPPO. Possideo tamen ipse duos alios nummos ejusdem Urbis, ex medio ære, in quibus à parte priori facies est Liviæ, sine Inscriptione, sed cum grandi Uvarum racemo ante faciem. In aversa parte stat bos, desuper est luna crescens; sub bove, in utroque, clare & distincte legitur ORIPPO. Potuit hoc oppidum forsitan & *Orippo*, & *Oirippo*, sive, ut in nummis, *Irippo* æque & *Orippo* scribi: Typus aversæ partis pineas ibidem commendare videtur, vel potius cultum deæ Cybeles, & forte originem antiquam ex Phrygia. Nummum suum *Andr. Morellius* depinxit ex *Gaza Marchionis de Seignalay*.

Num. 17. & 18.

URSONE, supra lineam, ante Caput Augusti, versus lævam.

L. APpio DECimo Quinto. (Sic enim ex duobus meis lego, in quibus clare L. AP. non L. AR. exstat) Sphinx alata, contortis in coronam capillis, ut in Chiorum nummis, lævum pedem anteriorem elevans.

Ursonem inter Colonias Hispanicas inmunes commendat *Plinius*, quæ, eodem teste, *Genua Urbanorum* vocatur. Verba *Plinii* sunt Lib. III Cap. 1. Tom. I. p. 139. *Singulis fluvius in Bœtin, quo dictum est ordine, inrumpens, Astigitanam Coloniam adluit, cognomine Augustam Firmam, ab ea navigabilis. Hujus conventus sunt reliquæ Coloniæ inmunes: Tucci, quæ cognominatur Augusta Gemella, Tucci, quæ Virtus Julia: Attubi, quæ Claritas Julia: Urso, quæ Genua Urbanorum: inter quæ fuit Munda cum Pompei filio capta.* Rationem nominis docere videtur nummus infra Tab. XLII. Num. 23. & 24. animal ursam vel ursum exhibens. Ὀρσῶνα vocat *Appianus* in *Ibericis* p. 291. *Ursaonem Hirtius* in bello Hispanensi p. 264. Vocari nunc Ossuna, ducatus titulo insignem, docet nos ibidem *Jo. Harduinus*, *Plinii* excellens Commentator. Duumvirorum nomina integre legi possunt *Lucius* ARrius vel ARruntius DECius vel DECimus *Quinctius*. Quid Sphinx sibi velit Sphinge vel Oedipo fere opus est ut intelligamus. In multis Hispanicis nummis rudioribus, qui Augusti caput præferunt, id animal observatur. An devictam Principi Romano Ægyptum, vel potius Armeniam, gratulantur? illarum id visitur Symbolum supra in Augusti nummis Tab. XI. Num. 24. & XIII. Num. 1. vide pag. 232. 257. 261. Depinxit hunc nummum *Andr. Morellius* ex *Museo Wildiano*. Vidi similem in *Museo Dom. de Bary*.

Num. 19. & 20.

SACAL. Post Augusti Caput laureatum, versus lævam, ante illud legitur SCER.

SOCER CAST. Sphinx similis, sed caput tiara Armeniaca tectum est.

Confirmat hic nummus opinionem meam de Armenia devicta, quam victoriam, sub Sphingis quoque Symbolo, sapientiæ Augusti adscribunt Ursonenses, quorum Duumvirorum barbara nomina huic nummo inscribi videntur. Vulgavit olim hunc nummum, sed literis aliquot mutilum, *Sebastianus Ericius* p. 111. ubi hæc ejus ex Italo Sermone Latine reddita sunt verba: „ Augusti „ est nummus in magno ære, pessimi artificis, „ cum literis, quæ antiquitate corrosæ lectu „ difficiliores sunt Ab altera parte Sphingis fi- „ gura cernitur cum literis dimidiatis SOC. „ CAST. quæ nullam aptum sensum faciunt. In „ honorem Augusti cusus est nummus, atque Sphin- „ gis figura respicere videtur Sphingem in annulo „ Augusti, quo obsignare libellos atque epistolas „ solebat, teste *Suetonio*, cujus in Vita Augusti, „ hæc sunt verba: *In diplomatibus, libellisque & „ epistolis signandis initio sphynge usus est, mox ima- „ gine Magni Alexandri, novissimè sua Dioscoridis „ manu sculpta, qua signare insecuti quoque Principes „ perseveraverunt.* De eodem Augusto hæc scripta „ reliquit *Dio* Lib. LI. *Sigillum enim, quo tum „ maximè utebatur, duplex paraverat, Sphynge in „ utroque eadem insculpta: nam serius incepit suam „ imaginem in eo incidere, ac ea literas obsignare.*" Ex *Museo Dronii* depinxit meliorem *Ericiano Andr. Morellius*.

Num. 21. & 22.

CNeus VOConius STatii Filius. Caput Augusti laureatum, versus lævam.

CNeus FULvius CNei scilicet Filius, nam clare in nummo, qui in Museo Dom. de Bary quondam exstitit, notavi literas N. & F. invicem colligari.

Bos, supra quem luna crescens cernitur. Sub bove Hispanicæ sunt literæ, quæ nomen Urbis continere videntur. Potuit illa Orippo esse, cujus Urbis nummi nonnunquam ejusmodi typum exhibent, quamvis ille typus in multis Hispanorum oppidorum inveniatur nummis. Ii tamen plerumque vel Hispanicas literas vel nomina tantum Duumvirorum barbara adscripta habent.

Hunc quoque nummum ex *Museo Dom. Dronii* depinxit *Andr. Morellius*. Vidi similem quondam in *Museo Dom. de Bary*, cujus nummi Hispanici ex publica auctione *Museo Regis Christianissimi* accesserunt.

NUM. 23.

Nota & Inscriptio capitis non adduntur.

TOL.Etum. Eques galea tectus & hasta armatus, decurrens.

Toletum Carpetaniæ in Hispania caput fuit. *Plinius* Lib. I. Cap. 3. Tom. I. p. 143. *Oretani, qui & Germani cognominantur: caputque Celtiberiæ Segobrigenses: Carpetaniæ Toletani, Tago flumini impositi.*

NUM. 24.

DIVUS AUGUSTUS CAPITONE II. VIRo. Caput Augusti radiatum, dextram versus.

VICToria AUGusti CYTHERONTE II. VIRo. Victoria gradiens, dextra corollam, læva palmæ ramum tenet.

Et hic nummus depromtus est ex *Museo Dom. Dronii.*

NUM. 25. & 26.

DIVUS AUGUSTUS CYTHERONTE II. VIRo. Caput Augusti radiatum, dextram versus.

VICTORIA AUGusti CAPITONE ITERum II. VIRo. Victoria gradiens, dextra corollam tenet, læva tropæum.

Delineavit *Andr. Morellius* hunc nummum ex *Museo Marchionis de Seignalay.*

NUM. 27. & 28.

DIVUS AUGUSTUS CAPITONE II. VIRo. Caput Augusti radiatum, dextram versus.

VICTORIA Augusti CYTHERONTE II. VIRo. Victoria gradiens, dextra corollam tenet, læva palmam.

Desumsit nummum hunc *Andr. Morellius* ex *Museo Dom. Dronii.* De omnibus vero his, qui Corinthi, sub Duumviris Cytheronte & Capitone, cusi sunt, nummis egimus ad *Thesaurum Andr. Morellii* priorem p. 184. ibi enim exhibuit quoque idem *Morellius* in *Famil. Fonteia*, Tab. I. Num. 7. & Lit. F. & G.

TABULA XXXIX.

EXHIBENS

NUMISMATA GRAECA CAESARIS AUGUSTI

EX MEDIO AERE.

NUM. I.

Vacat.

NUM. 2.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

ΑΛΙΝΔΕΩΝ. (*ALINDENSIUM.*) *Clava & pharetra in corona quernea.*

Alinda, quod nomen numero plurali effertur, Cariæ fuit Urbs, nota ex secessu postremæ Halicarnassi & Carum Reginæ Adæ, cujus historiam & quomodo jam grandis natu Alexandrum Magnum, tamquam filium, adoptaverit, fuse narrat *Arrianus* de *Exp Alex. Magni* Lib. I. Cap. XXIV. p. 49. Arcus & Clava ad Herculis in illa Urbe cultum respicere videntur, corona quernea ad Augustum, Servatorem, non modo Romanorum, sed & Orbis Romani; quem veluti Herculem Αλεξίκακον hoc typo Alindenses celebrarunt. *J. F. Vaillantius* in *Numm. Græc.* p. 3. eundem hunc nummum atque ex eodem, ex quo depinxit *Andr. Morellius, Christinæ Reginæ Thesauro*, expressit, addita quoque capitis pictura, atque in aversa, præter Arcum & clavam, Pharetra, cujus exigui ductus *Morellii* forte oculos fugerunt. Pharetræ enim Clava fere includitur.

Num. 3.

ΘΕΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*DEUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti corona radiata insigne, versus lævam.*

vel

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, ut describitur in Thesauro Theupolitano p.* 830.

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. (*AMPHIPOLITARUM.*) *Europa, tauro vecta, velum utraque manu supra caput tenet.*

Amphipolitanis in Syria hunc nummum adsignat *J. F. Vaillantius* in *Numm. Gr.* p. 13. Nam inter Urbes, quas Seleucus Nicator in Asia atque Syria condidit, Græcis & Macedonicis plerasque insignitas nominibus, Amphipolin quoque recensent *Stephanus Byzantinus*, *Appianus* & alii Scriptores. Verum dubito admodum, an non potius ad Amphipolin Macedoniæ hi nummi pertineant. Nobilior multo hæc Urbs fuit, Atheniensium olim Colonia, quum antea Ἐννέα ὁδοί, i. e. *Novem viæ*, testibus *Herodoto* & *Thucydide* diceretur. Multos hujus Urbis nummos, sine Capite Imperatoris Romani possideo, ex quibus nonnulli, reliquis magnitudine, sculptura & ære similes, pariter Europam tauro vectam, exhibent. Nummus hic in *Thesauro Regio Versaliensi*, atque in *Museo nostro* invenitur. Vulgavit jam olim hunc nummum *Hubert. Goltzius* in *Augusto* Tab. LIV. Num. 22.

Num. 4.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

ΔΗΜΟΣ ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. (*POPULUS AMPHIPOLITAREM.*) *Europa tauro vecta, ut supra.*

Cur Amphipolitani Macedoniæ Europam, tauro vectam, in nummis suis expresserint, obscura res est, neque enim leguntur ex Creta profecti eam Urbem habitasse. Invenio apud *Apollodorum* Lib. III. §§. 2. p. 148. rapta à Jove sub tauri imagine Europa, jussos ab Agenore patre filios Cadmum, Phœnicem & Cilicem, proficisci peregre, ut Europam quærerent, neque sine illa reverterentur. Comitem filiis sese addiderunt Agenoris uxor Telephassa, & Thasus, Neptuni filius, à quo Neptuno ipse quoque Agenor erat procreatus. Noluerunt reverti, Europa nusquam inventa. Κάδμος δὲ καὶ Τηλέφασσα, ἐν Θρᾴκῃ κατῴκησαν· ὁμοίως δὲ καὶ Θάσος ἐν Θρᾴκῃ, κτίσας πόλιν Θάσον κατῴκησεν. *Cadmus autem ac Telephassa in Thraciam penetrarunt. Nec non & Thasus conditam in Thracia Urbem, Thasum, suo de nomine adpellatam, habitavit.* Fuit autem Thasus Thraciæ insula haud longe à sinu Amphipolitano. Amphipolis vero duobus Strymonis fluvii, qui Macedoniam & Thraciam dividebat, inclusa brachiis, Thasum versus orientem atque septentrionem habebat. Itaque videntur Amphipolitæ originem suam antiquiorem ad Agenoris posteros retulisse, atque propterea notissimam illam Europæ filiam in nummis suis expressisse. Exstat hic nummus apud *Hubert. Goltzium* in *Augusto* Tab. LIV. Num. 24.

Num. 5.

ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΑΡΧΙΕΡΕΙ. (*CAESARI AUGUSTO PONTIFICI MAXIMO.*) *Caput Augusti laureatum nudum, lævam versus.*

ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ ΖΚ. (*PONTIFICIAM Coronam*, scilicet, *dicant ANTIOCHENI ANNO* 27.) *in Corona.*

Erudite admodum hunc nummum explicat Eminentiss. Cardinalis *F. H. Norisius* in Lib. Doctissimo de *Epochis Syro-Maced.* Dissert. III. p. 255. & seqq. ibique ostendit, Antiochenos hoc nummo gratulatos fuisse Augusto honorem Pontificatus summi, quem, mortuo Lepido, nactus fuerat, atque propterea decrevisse, ut auream coronam quotannis ad Augustum mitterent. De qua consuetudine ut & de Auro Coronario inde dicto, B. L. adire Viri Doctissimi scripta non dedignetur. Hæc igitur Corona in hoc nummo, aliisque illi similibus, exprimitur. Depinxit nummum, vel alteram ejus partem, jam olim *Carolus Patinus* p. 48. dein *Morellius* ex *Museo Dom. Dronii*, utramque vero partem *Card. Norisius* p. 255. ex *Gaza Medicea*, & *Laur. Begerus* ex *Thesauro Brandenburgico* Tom. III. p. 604. Exstat idem in *Museo Theupolitano* & in *nostro*.

Num. 6.

Epigraphe eadem, caput idem.

Typus & Inscriptio non discrepant à præcedente nummo, sed annus variat, videlicet ΗΚ. id est, *XXVIII. ANNO.*

Servatur hic nummus in *Thesauro Regio Versaliensi.*

Num. 7.

Hic quoque similis iisdem est, nisi quod nota anni, quo cusus est, sit Λ. id est (*XXX. ANNO.*)

Exstat in *Museo Theupolitano* p. 831. Delineavit eundem ex *Museo Dronii Andr. Morellius.*

Num.

NUM. 8.

Nota capitis atque Inſcriptionis partis prioris non additur.

ΑΠΑΜΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ Η Κ. (*APAMEAE SACRAE ET INVIOLABILIS ANNO XXVIII.*) *Caput muliebre turritum & velatum.*

Adparet ex literis numeralibus Η Κ. nummum hunc cuſum fuiſſe eodem anno Apameæ in Syria, quo unus ex præcedentibus Antiochiæ in Syria. Eadem igitur æra in hoc nummo uſa fuit, qua in præcedentibus Antiochia; videlicet Imperii Auguſti in Syria, quæ cœpit ab auctumno V. C. 749. Imperatore Cæſare Auguſto & L. Cornelio Sulla Coſſ. Confer *Eminentiſſ. Noriſium* Lib. cit. p. 260. Delineavit nummum *Andr Morellius* ex *Muſeo Dom. Dronii.*

NUM. 9.

CEBαςϭ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.*

ΑΣΚΑΛωνιτων. (*ASCALONITARUM.*) ΓΙΡ. (*ANNO CXIII.*) *Figura muliebris turrita ſtans, dextra haſtam, læva arundinem tenet; ante illam ara eſt, pone columba.*

Aſcalon, vetuſtiſſima Philiſtæorum, atque poſtea Palæſtinæ ſeu Judææ, Urbs, ſub Imperatoribus Romanis, omiſſa veteri Seleucidarum æra, novam recepit, quam incepiſſe ab A. V. C 650. pluribus luculenter docuit *Eminentiſſ. Noriſius* in Lib. de *Epoch. Syro-Macedonum* Diſſ. IV. Cap. IV. §. 1. & ſeqq. Itaque hic nummus cuſus fuit ſub Imperatore Auguſto anno novæ Aſcalonitarum æræ CXIII., quæ cæpit ab auctumno A. V. C. 762. *C. Poppæo Sabino, Q. Sulpicio Camerino* Coſſ. Figura muliebris ſtans Genius Urbis, ſive ipſa eſt Aſcalon, quæ, more in nummis recepto, turrito capite, atque dextra haſtam tenens, effingitur. Læva vero tenet arundinem, Symbolum lacus Aſcaloni Urbi propinqui, in quem Dercetum ſeſe inmerſiſſe hiſtoria fabularis refert, poſtquam puellam, cui Semiramidi poſtea nomen fuit, peperiſſet. Ara, quæ ante figuram muliebrem cernitur, divinos honores, Semiramidi atque matri ejus habitos, denotat. Columba, ad eandem Semiramidem adludit. Expoſitam enim à matre, partus pudore ſubfuſa, à columbis lacte & caſeo nutrita fuiſſe traditur, & inde ingens ſemper in Urbe Aſcalone atque agro ejus columbarum (quod ſacræ haberentur illæ aves, & nefas haberetur, easdem occidere) exſtitit numerus. Alteram hujus nummi partem depinxit *Carolus Patinus* p. 45. utramque *Eminentiſſ. Noriſius* Lib. laudato 508. & hic quidem ex *Muſeo Cardinalis Leopoldi.* Similem in *Theſauro Regio vidiſſe credo J. F. Vaillantium*, quem cum literis numeralibus ΓΡ. i. e. anni CIII. deſcribit.

NUM. 10.

CEBA . . . . (*AUGUSTUS.*) *Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.*

ΑΣΚΑΛωνιτων. (*ASCALONITARUM.*) *Figura eadem muliebris, ſed quæ, præter arundinem, læva manu inſuper acroſtolium tenet, ſub columba ſunt literæ numerales* ϛΡ. i. e. *ANNO CVI. atque inſuper ad pedes ſerpens, hydrus forte, adeſſe videtur.*

Hydrus, cujus in hoc nummo conſpectus eſt, ad paludem prope Aſcalonem, ſicuti arundo quoque pertinere videtur. Acroſtolium navalis potentiæ Symbolum eſt, unde in aliis hujus Urbis nummis eadem hæc Aſcalon proræ navis inſiſtere ſolet. Exſtat nummus in *Theſauro Regio Verſalienſi.*

NUM. 11.

Epigraphe capitis non additur.

ΒΑΛΑΝΕΑΙΩΝ. (*BALANEAENSIUM.*) *Ariadne Bacchi in citis quadrigis.*

Balanea, Balaneæ, vel Balanææ, Urbs fuit Syriæ prope Phœnicem; à *Plinio* & aliis commemorata. Bacchi & Liberæ ibi viguiſſe cultum nummus nos docet, qui exſtat in *Theſauro Regio Verſalienſi.*

NUM. 12.

Nota capitis abeſt.

ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΒΕΙΘΥΝΙΑΣ. (*COMMUNE BITHYNIAE.*) *Templum ſex columnarum cum faſtigio.*

Bithyniæ (quæ Provincia Aſiæ Minoris fuit) Urbes communibus ſumtibus, quum Templum Auguſto, velut Deo, exſtruxiſſent, Templum idem in hoc nummo exſtare voluerunt.

NUM. 13.

Inſcriptio capitis deſideratur.

ΒΥΒΛΙΩΝ. (*BYBLIORUM.*) *Mulier turrito capite gradiens manu læva puerulum ducit.*

Byblus, vetuſtiſſima Phœniciæ Urbs, ad mare inter Tripolin & Berytum ſita fuit. Verum in hoc nummo nullus Urbis maritimæ typus eſt, ſed aliquid, quod ſine dubio ad hiſtoriam antiquam & fabularem Urbis Bybli ſpectat. Traditur ea Urbs antiqua Cinyræ fuiſſe regia. Filius Cinyræ ex Zmyrna conjuge, vel, ut fabulæ referunt, ex fi-

lia Myrrha, fuit Adonis. Unde is *Cinyra creatus* dicitur *Ovidio* Lib. V. *Fastor.* versu 227.

> *Quid Crocon, aut Attin referam, Cinyraque creatum;*
> *De quorum per me vulnere surgit honor?*

& *juvenis Cinyreïus* Lib. *Metam.* X. 712.

> *Fixerat obliquo juvenis Cinyreïus ictu.*

atque *Cinyreïus heros*, ibid. versu 730.

> — — *Nobis Cinyreïus heros*
> *Invidiæ mutatus erit?*

De Byblo Cinyræ regia locus est *Strabonis* Lib. XVI. p. 1096. Ἡ μὲν οὖν Βύβλος τὸ τοῦ Κινύρου βασίλειον, ἱερά ἐστι τοῦ Ἀδώνιδος. *Byblus fuit Cinyræ regia, in qua Adonidis templa sunt.* Et mox pergit. Εἶτα μετὰ ταύτην Ἄδωνις ποταμὸς καὶ ὄρος Κλίμαξ, καὶ Βύβλος, εἶθ' ὁ Λύκος ποταμὸς καὶ Βηρυτός. *Post hanc est Adonis fluvius, & mons Climax, & Byblus, postea Lycus fluvius, & Berytus.* Puerum igitur illum de formoso puero Adoni explico, cujus (*Ovidii* sunt verba Lib. *Metamorph.* X. versu 515.)

> *Laudavit faciem Livor quoque, qualia namque*
> *Corpora nudorum tabula pinguntur Amorum,*
> *Talis erat, sed, ne faciat discrimina cultus,*
> *Aut huic adde leves, aut illis deme pharetras.*

Formosum igitur puerum hunc Adonin, ut apud se genitum, manu tenet Byblus, quæ ex turrita corona facile cognoscitur. Elegans hic nummus exstitit olim in *Thesauro Reginæ Christinæ*, quod tres coronæ, nummo adpositæ, testantur.

NUM. 14. & 15.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

ΓΑΖα Ζ Γ. (*GAZA ANNO LXIII.*) *Figura muliebris stolata & turrita, dextra tenens pateram, læva longum lauri ramum. Ante pedes Monogramma est, quod passim in ejus Urbis nummis adparet, & quod Phœniciis literis ejusdem Urbis nomen exprimere existimo.*

Eminentissimus Norisius, (qui tamen hujus nummi notitiam non habuit) Gazæ, Syriæ Palæstinæ urbis, Epocham orditur ab Romæ A. V. C. 693. Olympiadis CLXXIX. anno quarto, ante æram Christianam LXI. Si jam ab eo anno numeremus annos XXIII. emergit annus Romæ V. C. 756. ante *Æram Christianam* annus tertius, quo Tribuniciam potestatem XXVI, gessit Augustus. Potuit hoc nummo Gaza gratulari Augusto pacem cum Parthis firmatam.

NUM. 16.

Capitis nota non additur.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. (*DAMASCENORUM.*) *Mulier, turrito capite, nescio quid dextra (pruna forsitan Damascena) manu tenens, læva cornucopiæ gestat, ipsa rupibus insidet atque sub pedibus fluvium Orontem habet. In Corona Laurea.*

Solemnis est hic typus Damasci, celeberrimæ Urbis Syriæ sive Phœniciæ, præsertim, quum (ut fit in posteriorum Imperatorum nummis) in Damasci, ut Coloniæ Romanæ nummis, occurrit. Similem nummum vulgavit *Carolus Patinus* in *Numism. Imp. Rom.* p. 4. Hic vero invenitur in *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 17. & 18.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Augusti Caput teste Vaillantio apud F. H. Norisium p.* 90.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ L. ΕΚΤ. (*DAMASCENORUM ANNO CCCXXV.*) *Caput muliebre turritum in Laurea.*

Diutissime servasse Damascenos æram Seleucidarum testatur *Eminentiss. Norisius.* Ejus æræ anno CCCXXV. cusus est hic nummus, qui incidit in annum Urbis Romæ 766. adeoque ultimum Imperatoris Augusti; nam Epocha Seleucidarum inchoata fuit ab auctumno Urbis Romæ 442. ut demonstrat idem *Norisius* p. 91. laudatissimi Lib. de *Epochis Syro-Macedonum.*

NUM. 18. & 19.

ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ. (*EGESTANORUM.*) *Caput Augusti, lævam versus.*

Sine Inscriptione. Æneas, festinans Troja excedere, dextra Penates, læva atque humero patrem Anchisem portat, sequente filio Julo.

Mutuati sumus hunc nummum in Supplementis ad Philippi Parutæ Siciliam Numismaticam, ibique p. 778. fuse ostendimus rationem typi, quem Egestani, qui & Segestani dicti sunt, in nummo hoc expresserunt, quod Trojano se sanguine cretos, seque Romanorum consanguineos jactarunt. Sunt & alii nobiles Segestanorum nummi, qui illud ab antiquitate petitum decus confirmant, quos, & eorum explicationem, ne nostra describamus, ibi & in præcedentibus ibidem aliquot paginis B. L. inveniet. *Andr. Morellius* nummum hunc ex *Thesauro Regio Versaliensi* delineavit.

Num. 20.

ΚΑΙΣ. . . . ΣΕΒΑΣΤ. . . . (*CAES. AUGUST.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ. (*EDESSENORUM*) *in Corona Laurea.*

Edessa Macedoniæ fuit Urbs, ex cujus nomine alteram in Syria condidit Seleucus Nicator. Creditur ad posteriorem spectare numisma, quod exstat in *Museo Wildiano* Num. 97. atque ibidem explicatur p. 128. Servatur quoque in *Museo nostro.*

Num. 21. & 22.

ΑΥΤΟΚΡΑΤωρ Μάρκος ΑΝ . . . . . (*IMPERATOR MARCUS ANTONIUS . . . .*) *Capita M. Antonii & Cæsaris Octaviani, Triumvirorum, opposita, nuda.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *Desuper cernitur generosus equus, omnia in corona quernea.*

Signarunt hunc præclarum nummum in honorem M. Antonii & Cai Cæsaris Octaviani, eo tempore, quo, depositis armis in gratiam summi hi in Republica Romana viri redierant, quoque, ducta per Antonium in uxorem Octavia, Cæsaris Octaviani sorore, tuta cuncta sibi omnis Orbis Romanus spondebat, atque soteria Diis pro eorumdem concordia faciebat; in Triumvirorum vero honorem, quasi Servatorum suorum & hos & similes cudebat nummos. Eminuerunt præ cæteris Thessalonicenses, quorum campi ab equorum præstantia fuere nobiles, & equi typo sæpissime insigniti propterea nummi. Hi igitur A. V. C. 715. Coss. Domitio Calvino & Asinio Pollione, & hunc nummum, & alium præclarum, cum ipsius Octaviæ, sub Deæ Libertatis effigie, supra Tab. XXVII. Num. 21. signarunt. Præstantissimum vero hoc numisma depinxit *Andr. Morellius* ex *Thesauro Reginæ Christinæ* atque *Regio Versaliensi.*

Num. 23.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *In Corona laurea.*

Depinxit hunc *Andr. Morellius* ex *Museo Dom. Dronii*, similis exstat in *Museo Wildiano* Num. 82. ubi p. 112. dicitur esse corona florea, sed est laurea cum baccis.

Num. 24.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *Desuper est Astrum, in Corona Laurea.*

Vulgavit hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LV. Num. 25. Astro Thessalonicenses videntur adulari Augusto, veluti novo Apollini.

Num. 25. & 26.

ΘΕΟΣ . . . . (*DIVUS scilicet JULIUS*) *quod nomen in nummo detritum fuisse videtur. Caput Julii Cæsaris laureatum, lævam versus.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

Edidit hunc nummum ex *Museo Wildiano Andr. Morellius*, ut & alterum, qui incusam habet à parte Julii Cæsaris notam ΝΚ. quæ ΝΙΚΗΝ sive *Victoriam* significare mihi videtur. Vulgavit & hos supra *Morellius* inter Julii Cæsaris Nummos Tab. septima Num. 5. 6. 7. & quidem ita, ut punctula pone caput Julii posuerit, quasi ibi Julii nomen detritum foret. Nos quoque utrumque nummum possidemus, sed glabrior ab illa parte nummi area in Nostris videtur, quam ut literarum vestigia supersint. Quare suspicor simpliciter ΘΕΟΣ i. e. DEUS, positum fuisse ad Julii caput à Thessalonicensibus, adulationis specie insigni.

Num. 27. & 28.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

ΘΕΟΣ. (*DEUS.*) *Caput Julii Cæsaris, lævam versus.*

Conjecturam nostram de nummo præcedente hic nummus firmat, quem ex *Museo Regio Versaliensi* edidit *Andr. Morellius.*

TABULA XL.

ADHUC EXHIBENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI GRAECA

EX AERE MEDIO.

Num. 1. & 2.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

. . . ΓΑΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ. (*CAJUS AUGUSTI FILIUS.*) *Caput Cai Cæsaris nudum.*

Præclaro hoc nummo gratulati fuerunt Thessalonicenses Augusto adoptionem nepotum, & inprimis Cai, cujus caput ab altera parte hujus nummi exprimitur. Depinxit illum *Andr. Morellius* ex *Museo Wildiano.*

Num. 3.

Vacat.

Num. 4.

Nummi partis anterioris notitia abest.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. (*JULIENSIUM, QUI ET LAODICENI.*) *Caput muliebre turritum & velatum; post illud est litera numeralis* Z. i. e. *ANNO VII. vel potius* N. i. e. *ANNO L.*

Laodicea, Syriæ Urbs ad mare, versus Phœniciam, in gratiam Julii Cæsaris, à quo, quum illuc ex Ægypto transierat, plurima recepit beneficia, Juliæ nomen adsumsit, atque, omissa Seleucidarum æra, novam instituit Epocham, quam numerare incepit ab anno conditæ Urbis Romæ DCCVII. ut luculenter ostendit *Eminentiss. Norisius* Differt. Tertia de *Epocha Syro - Macedonum* Cap. VIII. §. 11. p. 272. Inde passim Laodiceæ hujus nummi & æram illam novam exhibent & cognomen Juliæ, non modo in nummis cum Imperatorum capitibus signatis, verum etiam sine iisdem. In hoc igitur, in quo, sicuti sæpissime in Imperatorum nummis, ab aversa parte, Caput Urbis Laodiceæ invenitur, litera numeralis N. cernitur, qui quum quinquagesimum novæ Æræ significet annum, incidit in annum conditæ Romæ DCCLVIII. quum Augustus Tribunicia Potestate XXVI. fungeretur. Verum si literam Z. in nummo agnoscamus, vel nova æra erit supponenda, & VII. annus Imperii Augusti in Syria statuendus, vel pro litera Ξ. ut interdum fit, sumta, significabit A. V. C. 767. qui Augusto ultimus fuit.

Num. 5.

Caput Apollinis aut Augusti, mallem utriusque, inquit Patinus in Numm. Imperat. ubi p. 56. aversam modo partem hujus nummi profert.

ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. (*CAESAREAE.*) *Mons Argæus cum foramine in medio, atque aquila in vertice.*

Solitum hoc est Urbis Cæsareæ in Cappadocia Symbolum, de quo satis multa Viri Docti scripserunt.

Num. 6.

Nota non exstat capitis.

ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. (*CAESAREAE.*) *Mons idem.*

Aquila in hoc nummo retro respicit, & præterea arboribus & virgultis consitus mons est.

Num. 7.

Non additur nota capitis.

ΚΝΩΣΙΩΝ. (*CNOSIORUM.*) *Labyrinthus Creticus, desuper Astrum est, ad latera hinc & inde Fulmen atque Ara.*

Cnosus sive Cnossus notissima Cretæ Urbs est, quæ passim nummis suis, qui numero plures super-

ſuperſunt, Labyrinthi famoſiſſimi figuram inſculpſerunt. Fulmen & Ara ad divinos honores, Auguſto, ut Deo, viventi etiam, habitos videntur debere referri, quorſum & Aſtrum ſpectat, quamvis illud, reſpectu Solis & Paſiphaës, in aliis Cnoſiorum nummis, qui vultus Imperatorum non exhibent, quoque inveniatur. Poſſideo ipſe ſimilem cum Labyrintho Cnoſium Auguſti nummum, in quo caput Auguſti laureatum verſus lævam cernitur, verum ab utraque parte, injuria temporis, detrita eſt Inſcriptio, neque in averſa mihi aliud quid præter labyrinthum adparet. Verum *Jo. Triſtanus à S. Amante* Tom. I. Comm. Hiſt. &c. p. 93. ex *Goltzio Auguſti* vulgavit nummum cum hac à parte capitis Auguſti Inſcriptione, ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (IMPERATOREM CAESAREM AUGUSTUM ſcilicet *colunt.*) & ab altera parte ΚΝΩΣΙΕΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (CNOSIENSIUM BIS NEOCORORUM) Labyrinthus. Sed in illo nummo nihil quoque ſuperne, vel ad latera Labyrinthi obſervatur. *Andr. Morellius* nummum ſuum ex *Theſauro Chriſtinæ Reginæ* depromſit.

Num. 8.

Epigraphe capitis non additur.

ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ. (*CYDONIATARUM.*) *Templum ſex columnarum faſtigiatum.*

Cydonii ſive Cydoniatæ, Cretæ Inſulæ habitatores, in hoc nummo exſtare voluerunt cultum, quo Auguſtum proſequebantur, figuram videlicet Templi, quod in ejus honorem erexerant. Ex *Muſeo Dom. Dronii* nummum depinxit *Andr. Morellius.*

Num. 9.

Nota capitis non additur.

ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. (*COMMUNE MACEDONUM.*) *Clypeus.*

In veterum Macedoniæ Regum nummis, atque etiam illis, qui cum vultu Dianæ ex argento majoris moduli percuſſi ſunt, ſicuti & in æreis Imperatorum, paſſim Clypeus rotundus aliquot in ora clypeolis, circumdatus, Macedoniæ ſolet eſſe Symbolum. Depinxit hunc nummum *Morellius* ex *Theſauro Schwartzburgico.*

Num. 10.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*CAESARIS AUGUSTI.*)

ΔΙΟΝΥΣΟΣ ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. (*DIONYSUS MARONITARUM.*) *Caput Bacchi hedera inſigne.*

Hub. Goltzius, qui primus nummum hunc in *Aug.* Tab. LIII. Num. 8. vulgavit, perperam legit ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. quaſi viri, qui DIONYSIUS vocaretur, proprium foret nomen. Hederam idem in capite Bacchi, ſive Dionyſi, neglexit. *Triſtanus* Tom. I. p. 98. ubi averſam hujus nummi partem depinxit atque explicavit, in pictura quidem (quoniam nummum non viderat) *Goltzium* ſecutus eſt, ſed Bacchi juvenis agnovit caput, quod Apollini valde ſit adſimile. Verba *Triſtani* hæc ſunt: „ΚΑΙΣΑ-
„ ΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. L'effigie d'Auguſte. Au revers,
„ ΔΙΟΝΥΣΟΣ ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. L'effigie de Bacchus
„ jeune, & fort rapportante a celle d'Apollon, ſa per-
„ ruque eſtant torſe comme la ſienne, autour de la te-
„ ſte, au lieu de Couronne de lierre ou de vigne. Dans
„ *Goltzius* il eſt mal repreſenté. Or il faut lire en cet-
„ te medaille ΔΙΟΝΥΣΟΣ, & interpreter, ſelon
„ mon opinion, ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ, pour les habitans
„ de *Maronis*, & non pas de *Maronea*, comme
„ l'eſtime *Ludov. Nonnius*, qui a oblige le public
„ de ſon Commentaire ſur *Goltzius*. Car ce mot
„ a plus de rencontre pour exprimer l'un que l'au-
„ tre; ce n'eſt pas que *Maronea* ville de la Thra-
„ ce ne veneraſt Bacchus, & que ſon territoire ne
„ fuſt abondant en bons vignobles. Mais outre
„ ce que Maronis avoit pareil advantage, il ſem-
„ ble plus raiſonnable de donner l'interpretation
„ de ce mot en ſa faveur. Or *Maronis* eſtoit la
„ ville dont eſtoient ces *Maronites*, *Rhodiæ Provinciæ*, deſquels *Ortellius* remarque eſtre fait men-
„ tion au Synode Conſtantinopolitain, & que je
„ croy avoir pris ſon nom de ce favory cocher de
„ Bacchus Maron, duquel parle *Nonnus* Liv. XI. de
„ ſes *Dionyſiaques* en cette qualité, & qu'au XVIII.
„ il fait gardien de l'outre de ce Dieu, & de ſon
„ canthare pleins de ſa douce liqueur. Mais qu'il
„ fait voir au XVII. en avoir arrouſé abondamment
„ le territoire de Maronis, qui'l appelle Orienta-
„ le expreſſément, deſignant celle-cy dont nous
„ parlons. Voicy ce qu'il dit,

„ Ανθοκόμω μάστιγι μετήλυδα δίφρον ἱμάσσων
„ Ημερίδων πλοκαμῶνι κατάσκιον ἥλικι κισσῷ
„ Ηώω ἐμέθυσε Μαρωνίδος αἶαν ὀπώρης.

„ C'eſt à dire, *fouëttant la couple qui tire ſon*
„ *char d'un fouët orné d'une houppe floriſſante, il*
„ *enyvra la terre orientale de Maronis de vignes*
„ *& de raiſins, d'eſgale ancienneté avec le lierre.*
„ Or ce qui ſert à cette conjecture eſt, que ce
„ meſme Poëte fait Maron fils de Phaëthon en ſon
„ XIX. livre, & hoſte des Heliades enfans du Soleil.
„ Ce qui ſe rencontre bien avec le culte extraordi-
„ naire du Soleil obſervé à Rhodes: par ce que (ce dit
„ *Dion Chryſ.* en ſa XXIII. oraiſon) les Rhodiens eſti-
„ moient que le Soleil & Bacchus n'eſtoient qu'un:
„ adjouſtant qu'ils avoient placé la ſtatuë de Bac-
„ chus ἐπὶ τῆ ὀρχήστρᾳ, *in orcheſtra*, ou *ſuper or-*
„ *cheſtram*; qui eſtoit un ſuggeſte, où theatre, ſur
„ lequel les Senateurs regardoient les jeux publics.
„ Pline auſſi fait mention en ſon XXXIII. livre
„ chap. dernier, d'un Temple de Bacchus qui
„ eſtoit à Rhodes, dans lequel ſa ſtatuë ſe voyoit
„ faite par l'excellent Sculpteur Acragas. Voyez
„ auſſi *Ariſtides* en l'oraiſon de la ſubverſion de
„ Rhodes. Or comme Apollon & le Soleil, n'eſtoient
„ qu'une meſme Deïté ſous divers attributs, Bacchus
„ & Apollon ſont repreſentez en une ſeule Effigie
„ derriere Auguſte que les Habitans de *Maronis* pre-
„ noient pour eſtre le principal Genie de leur Ville a-
„ vec Bacchus & Apollon: voire, n'eſtre qu'une meſ-
„ me Deité avec eux. Or *Occo* pag. 383. rapporte une
„ medaille de Caracalla avec cette Inſcription, ΔΙΟ-
„ ΝΥΣΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ ΑΡΣΟΤΜΗΣ.
„ B. la deviſe eſt une figure aſſiſe qui tient deux
„ rameaux, ayant une amphore devant elle, qui
„ eſt une medaille que je trouve fort conſiderable,
„ tant pour ce qu'elle paroiſt eſtre de cette meſme
„ ville de Maronis, que pour l'Inſcription entie-
„ re, & de la deviſe, qu'l me faut taſcher d'ex-
„ pliquer, puis qu'Occo n'en a rien dit. Je lis
„ donc en premier lieu ΑΡΧΩΝΗΣ. au lieu de ΑΡ-
„ ΣΟΤΜΗΣ, & je l'interprete ainſi, *Bacchi Serva-*
„ *toris Maronitum præfecti emptionum omnis generis,*

„ car ce mot de ΑΡΣΟΤΜΗΣ est visiblement un mot „ corrumpu. Or la question est, si par quelque sorte „ de mystere ils nommoient Bacchus intendant de „ leur traffic, ou bien si seulement ces deux mots „ de ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ *Dionysii Servatoris* ne „ regardent que cette amphore, & que ce mot de „ ΑΡΧΩΝΗΣ concernast ce personage assis en „ qualité de *Præfectus emptionum.* Il est difficile „ de le resoudre, veu que d'ailleurs ce mot de „ ΑΡΧΩΝΗΣ specifié seulement dans l'ancien Ety- „ mologicon signifie un præfect ordonné pour In- „ tendant sur toutes sortes de ventes de marchan- „ dises diverses, & non du vin particulierement. „ Ce qui me fait penser qu'il y faille lire ΑΓΧΟΙΝΗΣ, „ qui seroit le nom du Magistrat estably pour la vente „ du vin, lequel faitcom me une offrande à Bacchus „ de cette amphore, qui peut estre une mesure „ contenant lors la huictiesme partie d'un muid."

Nummum itaque non ad Maroneam refert, Thraciæ Urbem, ut vulgo fit, sed ad Rhodiæ provinciæ civitatem, quæ Maronis dicebatur. Quod mihi nequaquam placet, ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ enim, sive ΜΑΡΩΝΕΙΤΩΝ (utrumque in nummis legitur) gentile ejus Urbis, quæ in Thracia valde agnoscebatur nobilis, exstitit. *Stephanus Byzantinus* de Urbibus p. 445. Μαρώνεια, πόλις Κικονίας, κατὰ τὴν ἐν Θρᾴκῃ χερρόνησον. Ἐν ᾗ, λίμνη Μάρεις. ἐν ᾗ, Μαρώνεια πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Μαρωνείτης· καὶ θηλυκῶς διὰ τοῦ ι, καὶ Μαρωνὶς, ἀπὸ τῆς Μάρωνος γενικῆς· καὶ Μαρωναῖος, ὡς ἀπὸ τοῦ Μαρώνη. *Maronea, Urbs Ciconiæ, juxta Thraciæ Chersonesum. Gentile Maronites; & genere feminino per i, Maronitis, & Maronis, à* Μάρωνος *genitivo, & Maronæus, tamquam à Maronæ.* Inscriptio nummi, quam non intellexit *Tristanus*, sic constitui debet, ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ ΑΡ. ΣΟΥΜΗΣ Β. id est, MARONITARUM ARCHONTE SOYME ITERUM. Bacchi Soteris crebro in ejus urbis nummis nomen & symbolum atque effigies inveniri solent.

NUM. 11. & 12.

ΜΥΛΑΣΕΩΝ. (*MYLASENSIUM.*) *Augusti Caput nudum, lævam versus.*

ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ ΥΒΡΕΟΥ. (*SCRIBAM AGENTE HYBREA*) *in Corona Laurea.*

Mylasa sive Mylassa, urbs Cariæ ejusque Hecatomni tempore Regia; pluribus Scriptoribus memorata, ut pulcherrima describitur, atque templis, porticibus & ædificiis valde exornata, quoniam vertici civitatis, quæ in plano sita erat, imminebat mons, ex quo optimi generis lapides albi exscidebatur. Vide *Strabonem* Lib. XIV. p. 973. Sub Archonte *Hybrea* coronam auream misisse Romam ad Augustum videntur Mylassenses, atque rei memoriam in hoc nummo signasse.

NUM. 13. & 14.

ΜΥΛΑΣΕΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΩ. (*MYLASENSIUM. AUGUSTO.*) *Bacchus nudus in citis quadrigis, læva cantharum, dextra thyrsum tenens.*

ΘΑΛΑΣΤΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ. (*THALASTUS POSUIT.*) *in Corona Quernea.*

Videntur hoc nummo indicare iidem Mylassenses, sub Scriba Thalasto apud ipsos in honorem Augusti positas fuisse quadrigas cum Bacchi signo ad imaginem Augusti fabrefacto, quem videlicet veluti ΔΙΟΝΥΣΟΝ ΣΩΤΗΡΑ, BACCHUM SERVATOREM (quo corona quernea facit) & civium Romanorum, & suæ civitatis, & universi Orbis, venerabantur. Depinxit nummum *Andr. Morellius* ex *Museo Dom. Dronii.*

NUM. 15.

ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*CAESAREM AUGUSTUM* sc. *veneratur*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. (*NICOPOLIS SACRA.*) *Victoria stans, dextra corollam gerit, læva palmam.*

Vulgavit hunc nummum, quo Nicopolis Cæsari Augusto victorias gratulatur, in *August.* Tab. LIII. Num. 2. *Hub. Goltzius.* Invenitur, teste *Morellio* & *Vaillantio*, in *Thesauro Regio Versaliensi.*

NUM. 16.

Capitis Inscriptio à præcedenti discrepare non videtur.

Epigraphe aversæ partis, ut & typus, præcedenti similis est, sed Victoria proræ navis insistit.

Variæ fuerunt hujus nominis urbes, tres præcipuæ, prima in Epiro, altera in Bithynia, tertia in Armenia à Pompejo Magno, victo Mithridate Pontico, exstructa, sicuti testatur *Strabo* Lib. XII. p. 833. Verum ad primam hi nummi referendi sunt, quam condidit ipse Augustus, quare in duobus sequentibus nummis Augustum Conditorem suum vocant Nicopolitæ.

NUM. 17. & 18.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ. (*AUGUSTUS CONDITOR.*) *Caput Augusti nudum, dextram versus.*

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ. (*NICOPOLIS.*) *Caput Apri telo transfixum.*

Hic nummus ex *Thesauro Reginæ Christinæ* est, verum alium, huic similem, ex *Museo Regio Versaliensi* vulgavit *Andr. Morellius* in *Specimine* Tab. XV. Num. 2. in quo caput Augusti lævam versus spectat, literæ vero scribuntur in circuitu nummi. Inscriptio quoque ab altera parte est ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩΣ. Apposite vero ad ipsum nummum notat ibidem p. 145. *Morellius*, Caput Apri Calydonii in hoc nummo exprimi, quoniam Cæsar Augustus dentes & corium Apri Calydonii, quæ Tegeæ in Templo Minervæ Aleæ servabantur, in novam hanc ab ipso conditam Urbem transtulerit. Id enim satis clare innuere videtur *Pausanias*, cujus hæc sunt verba Lib. VII. p. 569. Καλυδῶνος γὰρ καὶ Αἰτωλίας τῆς ἄλλης ὑπὸ Αὐγούστου βασιλέως ἐρημωθείσης διὰ τὸ τὴν ἐς Νικόπολιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Ἀκτίου συνοικίζεσθαι καὶ τὸ Αἰτωλικὸν, οὕτω τὸ ἄγαλμα τῆς Λαφρίας οἱ Πατρεῖς ἔσχον· ὡσαύτως δὲ καὶ ὅσα τ' ἄλλα ἀγάλματα ἔκ τε Αἰτωλίας καὶ παρὰ Ἀκαρνάνων, τὰ μὲν πολλὰ ἐς τὴν Νικό-

πολιν

πλιν κομισθῆναι, Πατρεῦσι δὲ ὁ Αὔγουστος ἄλλα τε τῶν ἐκ Καλυδῶνος λαφύρων, καὶ δὴ καὶ τῆς Λαφρίας ἔδωκε τὸ ἄγαλμα. *Calydonem enim, atque adeo cæteram Ætoliam quum pervaſtaſſet Auguſtus, quo Nicopolin à ſe conditam Urbem ad Actium promontorium nobilitaret, Ætolicum hoc Laphriæ ſimulacrum Patrenſibus datum. Nam, quum multa, quæ Ætolis & Acarnanibus ademerat, ſigna Nicopolin transportanda curaſſet, de ſpoliis Calydonis & alia ornamenta Patrenſibus, & hoc ipſum Laphriæ Dianæ ſignum donavit.*

NUM. 19.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ. (*AUGUSTUS CONDITOR.*) *Caput Auguſti nudum, dextram verſus.*

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. (*SACRA NICOPOLIS.*) *Quæ Inſcriptio, una cum palmæ ingenti ramo, media cernitur incluſa coronæ ex lauru & navium roſtris compoſitæ.*

Mirifice inſignem hunc nummum illuſtrant *Suetonii* verba in *Auguſto* Cap. XVIII. *Quo Actiacæ victoriæ memoria celebratior in poſterum eſſet, Urbem Nicopolin apud Actium condidit: ludosque illic quinquennales conſtituit: & ampliato vetere Apollinis templo, locum caſtrorum, quibus fuerat uſus, exornatum navalibus ſpoliis, Neptuno ac Marti conſecravit.* Eadem fere ſcribit *Dio Caſſius* Lib. LI. in initio p. 442. Καὶ ἐπ' αὐτῇ τῷ τε Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ τριήρη τε καὶ τετρήρη, τά τε ἄλλα τὰ ἑξῆς, μέχρι δεκήρους, ἐκ τῶν αἰχμαλώτων νεῶν ἀνέθηκε· καὶ ναὸν μείζω ᾠκοδόμησεν· ἀγῶνά τε τινὰ καὶ μουσικὸν καὶ γυμνικὸν, ἱπποδρομίας τε πεντετηρικὸν ἱερὸν (οὕτω γὰρ τοὺς τὴν σίτησιν ἔχοντας ὀνομάζουσι) κατέδειξεν, Ἄκτια αὐτὸν προσαγορεύσας· πόλιν τε τινὰ ἐν τῷ στρατοπέδου τόπῳ, τοὺς μὲν συναγείρας, τοὺς δὲ ἀναστήσας τῶν πλησιοχώρων, συνῴκισε, Νικόπολιν αὐτῇ ὄνομα δούς· τό, τε χωρίον ἐν ᾧ ἐσκήνησε, λίθοις τετραπέδοις ἐκρηπίδωσε, καὶ τοῖς ἁλοῦσιν ἐμβόλοις ἐκόσμησεν, ἕδος τι ἐν αὐτῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ὑπαίθριον ἱδρυσάμενος· ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο. *Eadem die Cæſar Apollini, qui apud Actium colitur, triremem, quadriremem, ac alia navium genera uſque ad deciremem, ex captis navibus, conſecravit: templum majus exſtruxit: ludos muſicos ac gymnicos, & certamen equeſtre cum ſacro quinquennali (ſic enim ii qui annonæ ſunt præfecti, appellantur) conſtituit, Actios illos ludos dicens, urbemque eo loco ubi caſtra habuerat, effecit: partim collectis ad eam incolendam hominibus; partim eò tranſlatis finitimis: eique Urbi Nicopolis nomen indidit: ac locum in quo tetenderat, lapidibus quatuor pedum magnitudine conſtravit: roſtrisque navium captarum ornavit, ſacrarium ibi Apollinis ſub dio conſtituens. Verùm hæc poſtea temporis facta ſunt.* Situm Urbis deſcribit *Strabo* Lib. VII. p. 500. Μετὰ δὲ γλυκὺν λιμένα, ἐφεξῆς εἰσὶ δύο ἄλλοι λιμένες, ὁ μὲν ἐγγυτέρω καὶ ἐλάττων Κόμαρος· ἰσθμὸν ποιῶν ἑξήκοντα σταδίων πρὸς τὸν Ἀμβρακικὸν κόλπον, καὶ τὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος κτίσμα, τὴν Νικόπολιν· ὁ δὲ ἀπωτέρω καὶ μείζων καὶ ἀμείνων, πλησίον τοῦ στόματος τοῦ κόλπου, διέχων τῆς Νικοπόλεως ὅσον δώδεκα σταδίους· Ἐφεξῆς δὲ τὸ στόμα τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου· τούτου δὲ τοῦ κόλπου τὸ μὲν στόμα, μικρῷ τοῦ τετρασταδίου μεῖζον· ὁ δὲ κύκλος καὶ τετρακοσίων σταδίων, εὐλίμενος δὲ πᾶς· Οἰκοῦσι δὲ τοῖς μὲν ἐν δεξιᾷ εἰσπλέουσι, τῶν Ἑλλήνων Ἀκαρνᾶνες· καὶ ἱερὸν τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος ἐνταῦθα ἐστι πλησίον τοῦ στόματος, λόφος τις, ἐφ' ᾧ ὁ νεὼς, καὶ ὑπ' αὐτῷ πεδίον ἄλσος ἔχον, καὶ νεώρια· ἐν οἷς ἀνέθηκε Καῖσαρ τὴν δεκαναΐαν ἀκροθίνιον, ἀπὸ μονοκρότου μέχρι δεκήρους. ὑπὸ

πυρὸς δ' ἠφανίσθη καὶ οἱ νεώσοικοι λέγονται καὶ τὰ πλοῖα. *Poſt ſinum dulcem alii ſequuntur duo, unus propior, idemque minor, qui ad Sinum Ambracium & ab Auguſto Cæſare conditam Nicopolin conficit Iſthmum LX. ſtadiorum, nomine Comarus: alter, & major & melior, ſed remotior, ac ori ſinus propinquus, XII circiter à Nicopoli diſtans ſtadiis. Subſequitur oſtium ſinus Ambracii, non multo majus IV. ſtadiis: cum ipſius ſinus circulus vel CCC. ſtadia contineat binis undique portubus. Sinum ingreſſo, ad dextram Acarnanes habitant Græci; atque ibi eſt Actii Apollinis Templum tumulo faucibus ſinus propinquo inpoſitum, infraque campus cum luco & navalibus, in quibus Cæſar de præda ex hoſtibus capta dedicavit decem naves, ab uno remorum ordine acta ad deciremem uſque: igni autem & navalia abſumta ferunt & naves.* Cur vero ſacra vocetur in nummis Nicopolis docet idem *Strabo* pag. 501 ubi plura de eadem ab Auguſto condita Urbe ſubjicit, his verbis: Μακεδόνες δὲ ὕστερον καὶ Ῥωμαῖοι, καὶ ταύτην καὶ τὰς ἄλλας κατεπόνησαν τοῖς συνεχέσι πολέμοις, διὰ τὴν ἀπείθειαν· ὥστε τὸ τελευταῖον ὁ Σεβαστὸς ὁρῶν ἐκλελειμμένας τελέως τὰς πόλεις, εἰς μίαν συνῴκισε τὴν ὑπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Νικόπολιν ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ· ἐκάλεσε δὲ ἐπώνυμον τῆς νίκης, ἐν ᾗ κατεναυμάχησεν Ἀντώνιον πρὸ τοῦ στόματος τοῦ κόλπου, καὶ τὴν Αἰγυπτίων Βασίλισσαν Κλεοπάτραν, παροῦσαν ἐν τῷ ἀγῶνι καὶ αὐτήν· Ἡ μὲν οὖν Νικόπολις εὐανδρεῖ, καὶ λαμβάνει καθ' ἡμέραν ἐπίδοσιν, χώραν τε ἔχουσα πολλὴν, καὶ τὸν ἐκ τῶν λαφύρων κόσμον, τό τε κατασκευασθὲν τέμενος ἐν τῷ προαστείῳ τὸ μὲν εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν πεντετηρικὸν, ἐν ἄλσει ἔχοντι γυμνάσιόν τε καὶ στάδιον, τὸ δ' ἐν τῷ ὑπερκειμένῳ τοῦ ἄλσους ἱερῷ λόφῳ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἀποδέδεικται δ' ὁ ἀγὼν Ὀλύμπιος τὰ Ἄκτια, ἱερὸς τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος· τὴν δὲ ἐπιμέλειαν ἔχουσιν αὐτοῦ Λακεδαιμόνιοι· αἱ δ' ἄλλαι, κατοικίαι περιπόλιοι τῆς Νικοπόλεώς εἰσίν· ἤγετο δὲ καὶ πρότερον τὰ Ἄκτια, τῷ Θεῷ στεφανίτης ἀγὼν, ὑπὸ τῶν περιοίκων· νῦν δὲ ἐντιμότερον ἐποίησεν ὁ Καῖσαρ. *Poſterioribus autem temporibus Macedones, atque inde Romani, & hanc & vicinas Urbes, continentibus bellis propter rebelliones, confecerunt: adeo ut tandem Auguſtus, ſentiens plane deſeri has Urbes, in unam omnes à ſe in ſinu iſto Nicopolin vocatam contraxerit: Nomen Nicopoli indidit à victoria, qua potitus eſt devicto ad fauces ſinus navali pugna Antonio, & Cleopatra Ægypti Regina, quæ ipſa etiam certamini interfuit. Viget autem multitudine hominum Nicopolis, & augetur indies, agrum habens amplum, & ornamenta è manubiis. In ſuburbio lucus eſt adornatus ad quinquennale certamen, in quo luco Gymnaſium eſt & ſtadium: & in tumulo qui luco imminet, Templum eſt Apollinis. Actia, certamen fuit Olympicum in Actii Apollinis honorem: procurant Lacedæmonii. Reliqua oppida & vici ſub Nicopoli ſunt. Quondam quoque Actia, coronarium certamen, Deo à vicinis celebrabantur, ſed & dignitatem ejus auxit Cæſar.* Exſtitit nummus, qui mirifice hæc omnia illuſtrat, in *Theſauro Reginæ Chriſtinæ.*

NUM. 20.

Caput Cæſaris Octaviani nudum, juvenile, ſine Inſcriptione, in aliis verſus lævam, in aliis verſus dextram.

ΠΑΝΟΡΜίταν. (*PANORMITANORUM.*) *Victoria ſtans, dextra corollam, læva palmæ ramum tenet.*

Egimus de hoc genere nummorum in Philippi Parutæ Sicilia Numiſmatica, ubi ejusmodi nummi occurrunt Tab. XI. Num. 102. 103. 104. qui videntur omnes percuſſi occaſione Victoriæ navalis de Sexto Pompejo.

Num. 21. & 22.

ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. (*PANORMITANORUM.*) *Caput Auguſti nudum, verſus lævam.*

Sine Inſcriptione. Meduſæ caput alatum & fronte (ut videtur) coronata foliis querneis, inter tria crura, Siciliæ Symbolum.

Illuſtravimus ſimiles nummos in eadem Ph. Parutæ Sicilia Numiſmatica Tab. IV. Num. 34. 35. & 36. Vide quæ ibi atque in Introductione ad *Numiſmata Panormitana* diximus p. 50. & 51. Corona quernea, ut paſſim in nummis, Auguſtum, ut Servatorem civium, celebrat. Exſtat nummus in *Theſauro Regio Verſalienſi.*

Num. 23.

Capitis nota & Inſcriptio deſideratur.

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ Lυκάβαντος ΔΡ. (*SELEUCENSIUM URBIS SACRAE ET SUIS LEGIBUS UTENTIS. ANNO CIV. Fulmen Sellæ, ſeu menſæ ſacræ, inpoſitum. Adſunt Monetarii, ut videntur, notæ* H. A.

Cur Fulmen in Nummis Seleucenſium paſſim inveniatur, *Appiani* locus oſtendit in *Syriacis* p. 202. ubi de Seleucia, quam in Pieria condidit *Seleucus Nicator*, agitur. Φασὶ δὲ αὐτῷ τὰς Σελευκείας οἰκίζοντι, τῆς μὲν ἐπὶ θαλάσσῃ διοσημίαν ἡγήσασθαι κεραυνοῦ· καὶ διὰ τοῦτο θεὸν αὐτοῖς κεραυνὸν ἔθετο· καὶ θρησκεύουσι, καὶ ὑμνοῦσι καὶ νῦν κεραυνόν. *Ajuntque, in condenda ad mare Seleucia, ſecutum augurium fulminis, ideoque ibi fulmen tamquam numen conſecratum, hodieque coli hymnis propriis ac cæremoniis.* Fulmen igitur & Jovem Fulguratorem coluerunt Seleucenſes. Qui inſuper æram nummo huic inſculpſerunt. Ex illa æra emicat annus CIV. qui nequaquam ad æram Seleucidarum referri poteſt, neque ad æram, quam ab Auguſti in Syria Regno, Antiochenſium exemplo, inchoarunt Seleucenſes. Utriusque æræ anni nummis inprimuntur ab *Eminentiſſimo Noriſio* in Opere ſæpius laudato vulgatis: verum ejus æræ, quæ in hoc agnoſcitur nummo, exemplum ad eumdem perveniſſe non videtur. Opportune tamen monet, inveniri nummos Antiochi Cyziceni cum notis numeralibus ΘϘΡ. i. e. ANNO CXCIX. atque mox hæc addit: „ Seleucenſes poſt paucos „ annos novam Urbis ſuæ Epocham inſtituiſſe pro- „ dit Auctor Chronici Alexandrini, ſcribens ad an- „ num IV. Olympiadis CLXVII. qui fuit Urbis „ Romæ 645. ante Chriſti Æram 109. *Seleucen-* „ *ſes prope Antiochiam Syriæ, hinc ſua tempora nu-* „ *merant.*" Si igitur novam Epocham inſtituerint Seleucenſes anno conditæ Urbis Romæ 645. annus quo conditus hicce nummus ſub Auguſto fuit, nequit eſſe alius quam 749. Urbis Romæ, quo Tribuniciam poteſtatem XIV. geſſit Imp. Auguſtus, quinto ante natum Chriſtum anno. Exſtat hic nummus in *Theſauro Regio Verſalienſi.*

Num. 24.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Auguſti laureatum, verſus lævam, pone eſt lituus. In aliis idem Auguſti caput laureatum, ſed ſine Inſcriptione atque ſine lituo, invenitur.*

ΣΙΔΩΝΟΣ. Lυκάβαντος ΖΙΡ. (*SIDONIS ANNO CXVII.*) *Currus Aſtartis cum Sacello diſtylo Deæ Aſtartes, quæ litera* Θ. *deſignatur*, id eſt Θεᾶς.

Apud Sidonios Dea Aſtarte, quæ in Sacris Literis Aſtaroth dicitur, colebatur. Hanc Junonem Græcorum fuiſſe Viri Docti credunt. Solebant Sidonii in ſolemni pompa circumducere Sacellum Deæ, currui impoſitum, prouti in hoc nummo exprimitur; de quo more conſule doctiſſimum *Noriſium* p. 417. Caput Æræ Sidoniorum, ad quam hic nummus pertinet, adſignat idem *Noriſius* auctumno anni conditæ Urbis Romæ 743. unde patet cuſum fuiſſe nunc nummum A. C. V. 760. Tribuniciam Poteſtatem gerente Auguſto XXIX. Exſtat nummus in *Muſeo Sebaſt. Feſchii* & in *Theſauro Magni Ducis Hetruriæ.* Depinxit atque edidit olim *Hub. Goltzius* in *Auguſto* Tab. LIV. Num. 20.

Num. 25.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.*

ΘΕΑΣ ΣΙΔΩΝΟΣ. (*DEAE SIDONIS.*) *Caput muliebre.*

Lauream capiti muliebri circumdedit *Hub. Goltzius*, qui nummum hunc primus publici juris fecit in *Aug.* Tab. LIV. Num. 17. Sed falſum eumdem ex detritiore forte nummo fuiſſe, docet pictura *Morelliana*; in qua agnoſcimus Liviæ caput, quam, pro adulandi apud Orientales libidine, tamquam Deam Sidoniam Aſtarten, ſeſe colere hoc nummo profitentur Sidonii.

Num. 26.

Non additur Nota vel Inſcriptio capitis.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ. (*DEAE SIDONIS.*) *Europa tauro vecta, utraque manu velum ſupra caput ſuſtinet, læva inſuper alterum tauri cornu tenens.*

Reſpici hoc typo ad Europæ Agenoris Phœnicii fabulam, dubitari nequit. De ea *Ovidius* Lib. *Metamorph.* II. verſu 735.

—— —— *Indigenæ Sidonida dicunt.*

Imo

Imo ſicuti pullus ſive Pegaſus Corinthiorum in moneta fuit Symbolum, ita Sidoniorum Europa tauro vecta. *Lucianus* de *Dea Syria* p. 878. Καὶ τὸ νόμισμα, τῷ Σιδώνιοι χρέονται, τὴν Εὐρώπην ἐφεζομένην ἔχει τῷ ταύρῳ τῷ Διί. *Nummus quoque, quo Sidonii utuntur, habet Europam, tauro, Jovi videlicet, inſidentem.* Sed & ipſam Deam Aſtarten, non aliam eſſe, quam Europam, pluribus docuit *Illuſtriſſ. Noriſius*, quem vide Diſſert. IV. Cap. V. p. 418. ubi *Euſebii* Lib. I. Cap. 7. adducit locum, *Aſtarte autem inpoſuit capiti ſuo regale inſigne, tauri caput.* In hoc igitur nummo Dea Sidonis Aſtarte ſub Europæ habitu effingitur.

N u m. 27.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*IMPERATORIS CAESARIS AUGUSTI.*) *Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.*

ΣΙΔΩΝΟΣ (*SIDONIS.*) *Europa tauro vecta, dextra manu cornu tenet.*

Quum Tyrii, Sidoniorum coloni, horumque Carthaginenſes fuerint, cultus Aſtartes ſive Europæ quoque ad eosdem Carthaginenſes tranſiit, verum ita, ut mutato nomine *Deam Cœleſtem* vocaverint, ſicuti quidam volunt, ut docet *Eminentiſſ. Noriſius* loco citato. Hinc igitur Dea Cœleſtis eodem fere modo in Severi Imperatoris nummis, non quidem tauro, ut in hoc nummo Græco, ſed leone vecta cernitur. Invenitur hic nummus apud *Hubertum Goltzium* in *Auguſto* Tab. LIV. Num. 14.

N u m. 28.

Nota capitis abeſt.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΔΗΜ. . . . . (*SIDONIS POPULUS.*) *Europa tauro vecta, dextra cornu, læva velum tenet.*

Sine dubio literæ ΔΗΜ . . . in nummo, quem ex *Cimelio Chriſtinæ Reginæ* depinxit *Morellius*, olim integre legebantur ΔΗΜΟΣ quæ plurium Græcorum nummorum Inſcriptio eſſe ſolet.

TABULA XLI.
ADHUC EXHIBENS
NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI GRAECA
EX AERE MEDIO.

N u m. 1. & 2.

Λυκάβαντος Τ. (*ANNO CCC.*) *Caput Auguſti laureatum, verſus dextram.*

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. (*TRIPOLITARUM.*) *Dioſcuri nudi ſtantes, dextra pateram, læva tenent haſtam, adponuntur eorundem pilei in area nummi.*

Tripolis clariſſima exſtitit Phœniciæ urbs, ſic dicta quod tribus conſtabat urbibus, ab Aradiis, Tyriis atque Sidoniis, qui ſinguli ſuas habitabant urbes, condita. Tripolitanorum nummi paſſim Dioſcurorum vel capita vel imagines vel pileos exhibent, quod in maritima illa urbe eorumdem cultus eximie floruerit. Tripolitani vero æra Seleucidarum uſi ſunt, eamque longiſſime ſub Imperatoribus quoque Romanis ſervarunt. Hæc æra Seleucidarum, quum inceperit ab auctumno Urbis Romæ 442. liquido adparet tempus cuſi hujus nummi, videlicet A. V. C. 742. annis XII. ante N. C. quum Auguſtus Tribuniciam Poteſtatem gereret XI. Servatur hic nummus in *Theſauro Schwartzburgico.*

Alium nummum à Tripolitanis cuſum exhibet *Carolus Patinus* in Lib. de *Nummis Imp.* p. 44. In quo caput Apollinis cum cithara cernitur in parte anteriore, quod idem caput Cæſaris Auguſti eſſe, vel eumdem adumbrare cenſet *Patinus*; qui ita nummi typum, in cujus averſa parte literæ Græcæ Phœniciis intermiſtæ viſuntur, explicat. „ Tripolis alia „ Syria eſt, Phœniciæ, quæ nunc Turcis *Trapoli* „ dicitur, ut ait Leonclavius, Italis *Tripoli di* „ *Souria*, à Sultano Babyloniæ vaſtata anno Chri„ſti MCCLXXXIX. poſtea refecta: ſic dicta vel „ quod tribus urbibus conſtaret, vel *quod trium po*„*pulorum eſſet colonia, Aradi, Tyri & Sidonis*, ut „ ait *Stephanus*; alia urbs Africæ littoralis apud „ Syrtim parvam Taphris, & ipſa conſtans Abro„tono & Lepti magna, nunc *Tripoli di Barba*„*ria* Erant & aliæ ejus nominis minus celebres: „ Unam in Theſſalia collocat *Livius*, alteram in

„ *Caria Stephanus*, aliam *Plinius* in *Lydia*. Quæ-
„ nam autem hunc nummum fabricaverit, igno-
„ ro. Certe quod ad Auguſtum ſpectat : *Cœna*
„ *ejus*, ut ait *Suetonius* Cap. LXX. *ſecretior in fa-*
„ *bulis fuit, quæ vulgo* δωδεκάθεος *vocabatur*, *quaſi*
„ *Deorum duodecim*, *in qua Deorum Dearumque ha-*
„ *bitu diſcubuiſſe convivas & ipſum pro Apolline orna-*
„ *tum.* Sic fortaſſis Apollinem reverebatur poſt
„ prælium ad Actium commiſſum, in cujus pro-
„ montorio Apollinis templum erat, quod teſtan-
„ tur nummi hiſce typis toties ſignati, APOLLI-
„ NI ACTIO. *Suetonius* narrat, *Auguſtum etiam*
„ *Apollinis filium exiſtimatum eſſe.* Unde etiam
„ Auguſtus Apollo dictus eſt, quod teſtantur plu-
„ res Inſcriptiones ex quibus ex *Gruteri* Inſcriptio-
„ ne pag. 1066. ſequentem ſelegimus.

„ APOLLINI AUG.
„ SACR.
„ FELIX AUG. LIB. OPTIO.
„ EXACTOR AUR. ARG. AERIS
„ ITEM SIGNAT. SUPPOSTORES
„ MALLEATORES MONETAE CAESARIS N."

Num. 3.

Prioris partis notitia non additur.

ΚΟΙΝΟΝ ΦΟΙΝΙΚΗΣ. (*COMMUNE PHOENICIAE.*) *Templum octo columnarum tecto faſtigiato.*

Templum ſiſtit hic nummus, quod Auguſto, ut Deo, communi ſumtu erexerant Phœniciæ civitates.

Num. 4.

Vacat.

Num. 5.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*CAESARIS AUGUSTI.*) *Ca ut Auguſti nudum.*

ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. (*REGIS RHOEMETALCIS.*) *Caput* (ut vulgo creditur) *Rhœmetalcis diademate cinctum.*

Sicuti paſſim omnes Antiquarii illum errarunt errorem, ut crediderint Regis Thraciæ vultum ab altera hujus nummi parte exprimi, ſic in eadem quoque opinione verſatus fuit *Jo. Triſtanus* Comm. Hiſtor. Tom I. p. 92. ubi hæc ſcribit : „ Ceſte
„ Medaille fut frappée par Rhœmetalcus ou Rhœ-
„ metalces, Roy de Thrace, en l'honneur d'Augu-
„ ſte, comme *Abgarus*, Roy d'Edeſſa en Arabie &
„ des Emeſeniens, en fiſt battre en faveur de M.
„ Aurele & du jeune Gordian. Quant à Rhœme-
„ talces, il eſtoit allié des Romains, & fort affe-
„ ctionné au ſervice d'Auguſte. *Velleius Patercu-*
„ *lus* liv. II. remarque qu'il l'aſſiſta de tres-gran-
„ des forces de ſon Royaume, en la guerre qu'il
„ eut à démeſler contre les peuples indomptez de
„ l'Illyrie & Pannonie, qui avoient beaucoup con-
„ quis ſur les Romains. *At ea pars*, ce dit-il, *quæ*
„ *obviam ſe effuderat exercitui, quam Aulus Cæcina*
„ *& Silvanus Plautus conſulares ex tranſmarinis ad-*
„ *ducebant provinciis, circumfuſa quinque legionibus*
„ *noſtris auxiliaribus, & equitatui regio, (quippe ma-*
„ *gnam Thracum manum junctus prædictis ducibus Rhœ-*
„ *metalces Thraciæ rex, in adjutorium ejus belli ſe-*
„ *cum trahebat) penè exitiabilem omnibus cladem in-*
„ *tulit, &c.* Il eſt vray que *Ful. Urſinus* avoit
„ autrefois veu ce paſſage : car il y avoit *Metal-*
„ *ces*, & il y remit *Rhœmetalces* ayant veu une
„ pareille medaille, & neantmoins és imprimez de
„ Gruterus il y a *Rhemœtalces* qu'il faut corriger.
„ Or comme ce Roy aſſiſta les Romains, auſſi en
„ fut-il aſſiſté. Car *Dion* liv. LIV. teſmoigne que
„ *M. Lollius* le deffendit utilement contre les cour-
„ ſes des Beſſes, & l'appelle Ρυμητάλκην *Rymetal-*
„ *cen.* Et en ſon LV. livre il remarque qu'il vain-
„ quit avec *Kaſcupolis* ſon frere en divers combats
„ *Baton* chef des Pannoniens & Dalmates ſecou-
„ rus des Sarmates, lequel faiſoit ſon compte d'oc-
„ cuper ſon Royaume malgré ce brave Roy de la
„ Macedoine. A reſte il eſt fait mention d'autres
„ perſonnages portans ce nom és autheurs. *Jul.*
„ *Capitolinus* en la vie d'Antonin Pie fait remarque
„ d'un Roy du Boſphore qu'il appelle *Rumetalcen*
„ pour *Rœmetalcen* ; & pareillement Ammian
„ Marcellin nomme un certain *Rumetalca* entre
„ les chefs du party du Tyran Procope. Mais
„ c'eſt aſſez parlé de cecy. Or Auguſte (ce dit
„ *Suetone* chap. XLVIII.) s'eſtudioit ſoigneuſment
„ d'entretenir les Roys en amitié, & de les faire
„ vivre en paix entr'eux, les appellant les mem-
„ bres de ſon Empire."

Hæc ibi *Triſtanus*, verum nos plura de hoc Rhœmetalce, Thraciæ Rege ſub Auguſto, diximus in Regno Thraciæ, ſive fine Tom. II. Hiſtoriæ Univerſalis, patria lingua conſcriptæ p. 306. & ſeqq. atque porro dicturi ſumus in *Theſauro Regio*, paucis abhinc annis Latina lingua prodituro. Plures hujuſmodi generis nummos oculis uſurpavimus, atque ipſi etiam unum atque alterum poſſidemus. Verum inſtituto adcurato examine, comperimus non caput Regis Rhœmetalcis ab altera nummi parte, ſed ab utraque parte Auguſti caput, in aliis vero nummis Auguſti atque Liviæ jugata inveniri capita. Neque enim veroſimile fit, adeo in cunctis congruere Imperatoris Romani atque Thracici Regis faciei & oris lineamenta ; non ſi vel mater Rhœmetalcis forte Romæ, vel ſæpius fuerit pater. Rationem inſtituti hujus in nummis dedimus ſerviles Regum Imperio Romano ſubjectorum animos, adeoque in altera nummi parte agnoviſſe Rhœmetalcem Auguſtum Romani Imperii Principem, in altera Regem Regum, & Univerſi Monarcham, quæ ratio eſt, quod laurea caput ejus ab altera parte, ab altera vero diademate cinxerit, ſed, miro adulandi artificio, ad diademate cinctum caput, ſuum nomen titulumque regis adſcripſerit. Regis nomen abhorruit Auguſtus, neque coli Romæ, aut in Italia, ut Deus voluit, divinum tamen honorem ſibi haberi in Provinciis permiſit ; quare Regis titulum ibidem recuſare, præſertim tam artificioſe adſignatum, haud potuit. Servatur hic nummus in *Theſauro Schwartzburgico.* Simillimum diu domi meæ habui ex *Muſeo Reverendi Viri Hermanni van der Horſt*, atque adſeverare auſim, ſimillimas utriusque partis eſſe facies ; in capillo quidem regii capitis, tanquam criſpiore, aliquod eſſe diſcrimen, ſed tamen crines æqualiter ab utraque parte inflecti.

Num. 7. & 8.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*CAESARIS AUGUSTI.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus, ante faciem est Capricornus.*

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ. (*REGIS RHOEMETALCIS.*) *Caput Augusti, vel Regis Rhœmetalcis, diademate cinctum.*

Vulgavit hunc & præcedentem nummum *Carolus Patinus* in *Imp. Rom. Num.* p. 49.

Num. 9. & 10.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ. (*REGIS RHOEMETALCIS.*) *Capita jugata Augusti & Liviæ, ex quibus illud Augusti diademate cingitur.*

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*CAESARIS AUGUSTI.*) *Caput Cæsaris Augusti nudum, lævam versus.*

Depinxit hunc nummum *Morellius* ex *Thesauro Regio Versaliensi.* Ipse similem & pulcherrimum no iideo, & plures in *Museo Herm. van der Horst* vidi.

Num. 11. & 12.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ. (*REGIS RHOEMETALCIS.*) *Capita eadem jugata.*

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*CAESARIS AUGUSTI.*) *Caput Cæsaris Augusti nudum, lævam versus. Ante illud vasculum ad Sacra pertinens cernitur.*

Pontificatum Maximum, morte Lepidi ad Augustum devolutum, Principi Romano, Domino suo, hoc forte titulo gratulatur Rex Thraciæ. Servatur nummus in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Schwartzburgico.*

Num. 13. & 14.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟΣ. (*CAESARIS IMPERATORIS.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ. (*REGIS RHOEMETALCIS.*) *Capita eadem Augusti & Liviæ jugata ut supra.*

Titulus Imperatoris in hoc nummo à præcedentibus, in quibus Augustus dicitur, discrepat. Servatur in *Museo Regio Versaliensi.*

Num. 15. & 16.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*CAESARIS AUGUSTI.*) *Capita jugata Liviæ & Augusti, & Augusti quidem caput laureatum est, ante Liviæ faciem Capricornus cernitur.*

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ. (*REGIS RHOEMETALCIS.*) *Capita eadem Augusti & Liviæ jugata, sed Augusti caput diademate cingitur.*

Qui utramque horum nummorum partem inter se atque capita tam muliebria quam virilia conferet, lubens ut opinor nostræ accedet sententiæ, neque Regis Rhœmetalcis uxorisque ejus Reginæ ab altera parte agnoscet capita; sed ab utraque parte Augusti & Liviæ; quem Augustum, Romano more, laureatum ab altera parte expressit Rhœmetalces, Græco ab altera, diademate cinctum, quia eum Regem suum, Regnique Thraciæ largitorem agnoscebat. Custoditur insignis hic nummus in *Thesauro Regio Versaliensi.*

Num. 17. & 18.

ΝΕρων☉. Λυκάβαντ☉ ΒΠΣ. (*NERONIS ANNO CCLXXXII.*)

vel potius,

ΒϘΣ. i. e. (*CCXCII.*) *Caput Tiberii Neronis, nudum, lævam versus.*

ΖΗΝΟΔΟΡ... *ZENODORI. Caput Augusti nudum, dextram versus.*

Zenodori eximius hic nummus memoriam servat. Fuit is, tempore Herodis Magni, quocum exercebat inimicitas, Tetrarcha partis Judææ quæ inter Galilæam atque Trachonem sita fuit. Eo mortuo, insigni ditionis ejusdem accessione ab Augusto locupletatus fuit Herodes. Plura de hoc Zenodoro in *Museo Regio*, atque Tomo IV. & ultimo *Historiæ Universalis* dicturi sumus. Apud Antiochiam Syriæ vitam finivit, præcordiis ruptis sanguine multo per secessum A. V. C. 734. M. Apulejo & P. Silio Nerva Coss vigesimo ante natum Christum anno. Cusus autem hic nummus ex adjecta æra cognoscitur anno Epochæ, quam is sequitur, CCLXXXII. Est vero hæc Epocha Syromacedonum, quæ quum inceperit ab auctumno conditæ Urbis Romæ anno 442. incidit in annum $(\frac{723}{4})$ atque 724. quo, victo prius ad Actium Antonio, Ægyptum subegit Cæsar. Verum eo tempore Tiberii Neronis nondum ea erat ætas & potentia, ut Orientales ipsi, vultum ejus signando in nummis, blandirentur Principes. Literas igitur illas numerales, quæ corruptis lineis hanc figuram ΒΠΣ in nummo exhibent, non puto reformandas esse in ΒΠΣ. quamvis id facillimum videatur, sed in ΒϘΣ. ex quibus emergit annus æræ Seleucidarum 292. quique incidit in annos conditæ Urbis Romæ 733. & 734. quo posteriori anno Augustus,

ſtus, ejusque privignus Tiberius, in Aſia fuerunt, atque per Tiberium in Armeniæ regnum reductus fuit Tigranes. Quare venerabile ejus nomen Orientis Regulis fuit, atque patrocinium ejus apud Auguſtum quæſivit Zenodorus contra inimicum ſuum Herodem Aſcalonitam, ſive Magnum. Depinxit præclarum hunc nummum *Andr. Morellius* ex *Muſeo Dom. Dronii.*

NUM. 19. & 20.

. . . . ΟΥ. *quæ literæ reliquæ videntur ex voce* ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*AUGUSTI.*) *Caput Auguſti nudum, verſus lævam.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. (*IMPERATORIS CAESARIS.*) *Aquila, ante quam Cornu copiæ, pone eamdem litera* Π *cernitur.*

Poſſideo ipſe ſimilem nummum optime ſervatum, ſed qui nullas literas à parte capitis exhibet, ſed numerales IV. V. ante faciem ponit. Eſt vero nummus uterque notabilis, quod in iis Ægyptus Auguſtum Dominum ſuum, poſt Cleopatræ atque Antonii mortem agnoſcat. Nam nummus hic uterque ejusdem eſt magnitudinis, eodem artificio, atque eodem genere æris confectus, quo ſolent obſervari Cleopatræ ex medio ære (qualem pulcherrimum ſervo) nummi. Præterea pars averſa plane ſimilis ejusmodi æreis Cleopatræ exſiſtit nummis, typo Aquilæ, atque cornucopiæ, & denique literæ Π. quæ ſignificat Peluſii percuſſum fuiſſe numiſma.

NUM. 21. & 22.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΠΩΛΛΙΩΝ. (*CAESARENSIUM POLLIO.*) *Caput Auguſti nudum, verſus lævam.*

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ. (*MENANDER PARASII FILIUS.*) *Templum octo columnarum tecto faſtigiato, ad alterum latus Templi cernitur caduceus.*

Vidit ſimilem nummum Strada, quem expreſſit in *Num. Imp.* p. 7. Num. 2. & quoniam caput ſine laurea, atque ſatis juvenile eſt, falſo credidit, Cæſarionis, filii Cæſaris, quem ex Cleopatra genuit, eſſe. Deterſit & alterum errorem, qui plurium Virorum Doctorum quondam occupaverat opinionem, hic nummus. Eſt enim Auguſti quoddam numiſma, quale pulcherrimum vidi, (quod domi meæ delineari ſumma fide atque exquiſita cura juſſi) apud *Rever. Virum Hermannum van der Horſt.* Id ab altera parte præfert Jovis caput, cum Inſcriptione ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ. MENANDER PARASII FILIUS. Ab altera parte ΟΥΗΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ. (VEDIUS POLLIO.) quod nomen integrum in ſequente Cæſarenſium nummo legitur. Hi duo quum ſimul Magiſtratum Cæſareæ geſſerint, & una nummos in honorem Auguſti ſignaverunt, & ſeparatim, Antiquarii olim literis evaneſcentibus decepti, atque *Ovidii* Poëtæ imagini inhiantes, legerunt ΟΥΗΙΔΙΟΣ ΝΑΣΩΝ. (OVIDIUS NASO) & caput Auguſti de *Ovidii Naſonis* Poëtæ imagine interpretati ſunt. Et hinc fictus ille ad lubitum Naſonis vultus *Ovidii* editiones exornare paſſim ſolet. Cuſus eſt inſignis hic nummus Cæſareæ Palæſtinæ, atque etiam in *Muſeo noſtro* ſervatur. Sed *Andr. Morellius* delineavit ex *Theſauro Chriſtinæ Reginæ.*

NUM. 23. & 24.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. ΟΥΗΙΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ. (*CAESARENSIUM. VEDIUS POLLIO.*) *Caput Auguſti nudum, lævam verſus, ad collum cernitur pharetra.*

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ. (*MENANDER PARASII FILIUS*) *Templum octo columnarum, tecto faſtigiato, & quadrigis atque ſtatuis ornato. Ad alterum latus Caduceus, infra Capricornus obſervantur.*

In utroque nummo Cæſarenſes Auguſtum, quem divinis honoribus erectoque Templo venerati ſunt, ut pacis auctorem agnoſcunt. In hoc vero ſignum genethliacon Auguſti, Capricornus, inſuper obſervatur. Apollini præterea Auguſtum, addita ad cervicem pharetra, adſimilant. Edidit hunc nummum *Andr. Morellius* inter *Miſcellaneos*, quos locavit poſt *Fam. Rom.* Tab. VI. Num. 14. ubi tamen per errorem ΑΥΡΗΛΙΟΣ(AURELIUS)ſculptum fuit pro ΟΥΗΔΙΟΣ (VEDIUS) quum tamen recte id nomen legatur apud *Hub. Goltzium*, qui primus hunc nummum vulgavit in *Aug.* Tab. LXXIV. Num. 23. & 24. Verum ibi, ut & apud *Morellium* in priore delineatione, pro alis, quæ Caduceo adfinguntur, ſpicæ totidem decuſſatim poſitæ cernuntur, quo Symbolo ubertas, quæ pacem comitari ſolet, indicatur. Vedius ille Pollio, nobilis illius Romani, Vedii Pollionis, cujus in Hiſtoriis notum eſt nomen, videtur fuiſſe libertus.

NUM. 25.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Auguſti nudum, lævam verſus.*

ΠΛΑΤΩΝ. *Caput Philoſophi Platonis, barba decorum.*

Nummum hunc peculiari Commentariolo inluſtravit *Carolus Patinus*; eundemque *Miſcellaneis* Curioſæ Antiquitatis inſeruit *Jacobus Sponius* p. 130. Inde alteram ejus partem, quæ *Platonis* habet caput, *Ezechiel Spanhemius* ad *Juliani Cæſares* p. 7. denique *Jo. Harduinus*, in *Nummis*, quibus *Plinium* inluſtravit Tom. I. Tab. VI. ad p. 392. Cuſum credo ab Athenienſibus, apud quos ſummus ille Philoſophorum natus fuit atque floruit.

NUM.

NUM. 26. & 27.

Μαρκ© ΛΕΠΙΔΟΣ ΑΡΧιερεὺς ΜΕΓας. (*MARCUS LEPIDUS PONTIFEX MAXIMUS.*) *Caput M. Lepidi nudum, versus lævam.*

ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑτωρ. (*CAESAR IMPERATOR.*) *Caput Cæsaris Octaviani nudum, versus lævam.*

Rarissimum hunc nummum exhibuit ex *Museo Dom. Dronii Andreas Morellius.*

NUM. 28.

Abest Inscriptio & nota capitis.

ΕΥΘΗΝΙΑ L. ΜΑ. (*UBERTAS. ANNO XLI.*) *Caput Deæ Ubertatis cum duabus ante pectus spicis.*

Cusus fuit hic nummus (in Ægypto forte vel Palæstina) anno Imperii Cæsaris Augusti XLI. post victoriam Actiacam atque Ægyptum in Provinciam redactam, adeoque triennio circiter ante mortem ejus. Liviæ forte caput, sub Deæ Ubertatis imagine, ii, qui signarunt, adumbrare voluerunt.

TABULA XLII.

ADHUC EXHIBENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI GRAECA

ADMISTIS QUIBUSDAM LATINIS ET IN COLONIIS CUSIS.

NUM. 1. & 2.

Capita & Inscriptiones partis prioris non adduntur, sed videntur nudum Cæsaris Octaviani exhibere caput, cum Inscriptione ΚΑΙΣΑΡ. (*CAESAR.*)

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Capricornus, supra quod animal in primo nummo cernitur Cornucopiæ, in secundo Astrum.*

Qui signarunt nummum, rerum sibi omnium abundantiam sub benigno sidere ejus, cui tam felix obtigisset nativitas, pollicentur.

NUM. 3.

Prioris partis Inscriptio, ut suspicor, est ΚΑΙΣΑΡΟΣ. (*CAESARIS.*) *Caput Cæsaris Octaviani nudum.*

ΣΕΒΑΣΤΟΥ Λυκάβαντ© ΛΗ. (*AUGUSTI ANNO XXXVIII.*) *Capricornus.*

Signatus est nummus trigesimo octavo anno post victoriam Actiacam.

NUM. 4.

Sine Inscriptione. Caput Augusti radiatum, dextram versus.

ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*AUGUSTI.*) *Capricornus cum temone, globo & cornucopiæ.*

Similes hisce typi in nummis Augusti argenteis obvii sunt. Edidit hunc *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. LXVII. Num. 12.

NUM. 5.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. (*IMPERATOR.*) *Capricornus cum globo & cornucopiæ. In area insuper legitur* Λυκάβαντ© Λ. (*ANNO XXX.*)

Invenitur hic nummus apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. LXVII. Num. 10.

Num. 6.

Nota Inſcriptionis atque capitis non adeſt; ſed expreſſa invenitur apud Sebaſtianum Ericium p. 168. videlicet Palma arbor, media inter voces ALexandria AEgyptus.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Sex ſpicæ ſimul colligatæ.*

Similem argenteum majoris moduli habuimus ſupra Tab. XIII. Num. 4. Invenit nummum hunc *Andr. Morellius* in *Muſeo Dom. Dronii*; *Ericius* vero hæc ad inluſtrationem utriusque partis nummi adtulit. „ Nummus eſt Auguſti ex ære magno, in qua nulla Cæſaris Auguſti eſt imago, verum ab altera parte cernitur Palma arbor cum literis AL. AEG. id eſt, *Alexandria Ægypti*, ab altera vero parte ſpicarum eſt faſciculus cum Græca hac Inſcriptione ΚΑΙΣΑΡΟΣ. id eſt, *Cæſaris.* Quamvis vero careat effigie Cæſaris Auguſti, adparet tamen eundem ſignatum fuiſſe in honorem ejusdem poſt Ægyptum in poteſtatem Romanam redactam atque provinciam factam, captaque Alexandria, &, mortuis M. Antonio & Cleopatra, reſtituto Imperio Romano. Tunc enim ex Ægypto, utpote provincia Romana, magna vis frumenti quotannis Romam devecta fuit, præſertim poſtquam opere militari veteres Nili foſſas repurgavit Auguſtus, prout in Vita ejus Cap. XVIII. ſcribit *Suetonius Tranquillus*, *Ægyptum in provinciæ formam redactam, ut feraciorem habilioremque annonæ urbicæ redderet, foſſas omnes, in quas Nilus exæſtuat, oblimatas longa vetuſtate, militari opere deterſit.* Solet enim Ægyptus quotannis innudatione Nili fœcundari, cujus rei pleniorem mentionem facit *Diodorus Siculus* Hiſt. Lib. I. ubi dicit Nilum incipere creſcere circa ſolſtitium æſtivum, id eſt XI. Junii, atque pergere uſque ad æquinoctium, id eſt, XI. Septembris. Limi magnam vim ſecum adducere ſolet fluvius, quam diſcedente fluvio pro ſtercoratione agrorum adhibent agricolæ. Verba autem *Diodori Siculi* de Nili natura Cap. XXXVI. hæc ſunt: *Exundatio ejus à ſolſtitio incipiens æſtivo, ad æquinoctium uſque autumnale augetur. Interim novum ſubinde limum importans, tam ignava quàm frugibus & plantis culta ſola, quandiu velint agricolæ, humectat. Aquas enim leniter accedetes modicis facilè aggeribus avertunt, iisque apertis, ſi ex uſu videatur, non magno labore iterum inducunt. Adeoque tantum laboribus compendii & hominibus emolumenti affert, ut pars ruſticorum maxima, ſeminibus in exſiccatos telluris agros conjectis, pecora ad conculcandum inducant, & poſt quatuor aut quinque menſes ad demetendum revertantur: Aliqui levibus aratris ſummo terræ dorſo poſt humectationem obiter proſciſſo, ingentes frugum acervos, abſque magnis impendiis & laborum ærumnis inde tollunt. Nam tota omninò apud gentes cæteras agricultura magnis ſumtibus & moleſtiis adminiſtratur: ſoli verò Ægyptii minimis cum expenſis & laboribus fruges colligunt Regio vitibus conſita eodem modo poſt rigationem vino exuberat. Qui poſt inundationem rura gregibus inculta permittunt ad paſtum, hunc ex ubertate fructum recipiunt, ut bis pariant oves, bis tondeantur. Incrementum Nili ſpectantibus admirabile, audientibus prorſum incredibile videtur. Cùm enim alii fluvii ſub converſionem ſolis æſtivam minuantur, & per æſtatis reliquum ſubinde ſe magis demittant, hic ſolus tum creſcere incipiens in tantum indies auget, ut Ægyptum ferè totam denique inundet. Eodem modo cùm in contrarium Sol pari temporis ſpatio, ſeſe vertit, indies paullatim fit humilior, donec intra priſtinum ſit alveum reverſus.* Solent autem Ægyptii dies illos, quibus Nilus creſcit, ludis ſolemnibus, feſtis diebus & maxima ſolemnitate celebrare, quod & Veteres & Novi Scriptores teſtantur. Benificii igitur, quod ab Auguſto acceperant, memores Ægyptii, hunc nummum in honorem ejusdem ſignarunt. In eo enim pars averſa, quæ faſciculum ſpicarum exhibet, cum adſcripta voce ΚΑΙΣΑΡΟΣ. *Cæſaris*, teſtis eſt ubertatis, quam deterſis oblimatis foſſis, cura Auguſti receperit Ægyptus, Anterior vero nummi pars, quæ Palmam arborem exhibet, cum literis AL. AEG. id eſt, *Alexandria Ægypti*, ipſius Ægypti eſt Symbolum. De hac Provincia, Imperio Romano facta tributaria atque veluti horreo frumenti Romæ atque univerſæ Italiæ, ita ſcriptum reliquit *Dio* Lib. LI. *Ægypto autem tributariæ factæ Cornelium Gallum præfecit. Multitudo ſanè hominum, urbium, ac agrorum, ac mores ejus gentis leves, tum copia annonæ & pecuniæ efficiebant, ut non modo committere provinciam Senatori nulli auderet, ſed & proficiſcendi in Ægyptum poteſtatem, niſi ipſe nominatim alicui permiſiſſet, omnibus adimeret &c.*

Num. 7.

Indicium Inſcriptionis & capitis in parte priore non adeſt.

ΚΑΙΣΑΡ. (*CAESAR.*) *Templum Martis teſtraſtylum, rotundum, in medio eſt Aquila Legionaria.*

Reſpicit æreus hic nummus Signa à Parthis reſtituta & Templum Marti Ultori dedicatum, cujus plures typi ſunt ſupra in nummis argenteis. Invenit hunc *Andr. Morellius* in *Theſauro Reginæ Chriſtinæ.*

Num. 8.

Caput Auguſti nudum, ſine Inſcriptione.

ΚΑΙΣΑΡΑ. (*CAESAREM.*) *Vas ſacrum, quod corolla & imaginum cælatura inſigne eſt.*

Vulgavit ſimile numiſma *Laur. Begerus* in *Theſauro Brandenburgico* Tom. II. p. 604. Ægyptium eſſe videtur. Depinxit *Andr. Morellius* ex *Theſauro Regio Verſalienſi.*

Num. 9.

Abeſt capitis nota & Inſcriptio.

ΑΒΥΔηνων. (*ABYDENORUM.*) *Lyra aræ inpoſita.*

Abydeni in Helleſponto in gratiam Auguſti ſignarunt hunc nummum cum Symbolo Apolli-

Apollinis, cui illum adſimilarunt, cippo vel æræ inpoſita.

N U M. 10.

Non adponitur nota vel Inſcriptio capitis.

ΚΟΤΕΛ. (*COTEL.*) *Lyra in medio Coronæ Laureæ.*

Non conveniunt literæ Græcæ ΚΟΤΕΛ. alicui populo vel civitati. Itaque vel puto legendum eſſe ΚΟΤΙΑέων (COTIAENSIUM in Phrygia) vel potius ΚΟΛΟΦωνίων ΤΕΛ (COLOPHONIORUM TELINE) ſcilicet, vel alio, qui ſimile nomen obtinuerit, archonte. Colophonii certe *Homeri* natales vindicabant ſibi, Lyraque ejus in laurea nummo huic inpreſſa victorias Cæſaris celebrari apud ſe ſacro cantu atque hymnis indicaſſe videntur. Servabatur olim nummus in *Theſauro Chriſtinæ Reginæ.*

N U M. 11.

Non additur nota & Inſcriptio capitis.

Μακεδόνων. (*MACEDONUM.*) *Arcus inter duas Lyras.*

Typus eſt concordiæ & fortitudinis. Exſtant Trajani nummuli argentei in Græcia cuſi qui ſimiliter duas Lyras, ſed inſidente Noctua, exhibent, ad prudentiam & concordiam denotandam. Exhibet hanc nummi partem quoque ad Juliani Imperatores *Ezechiel Spanhemius* p. 130.

N U M. 12.

Neque ad hunc nummum nota vel epigraphe capitis additur.

Templum quatuor columnarum, tecto faſtigiato. In medio Templi ſignum Herculis cernitur. Ad latera Templi urceus & literæ AR. *cernuntur.*

Obſcurum valde eſt à quo populo hic nummus cuſus fuerit. Forte pro literis A R. invicem in nummo connexis, alius nexus, ſed parum admodum in adſpectu diſcrepans ex literis ΑΡΚ. invenitur. Id ſi ſupponamus, apud Arcadas, Peloponneſi populum, ſignatus hic nummus fuit.

N U M. 13.

Neque hic nota vel Inſcriptio capitis additur.

ΑΣπενδίων. (*ASPENDIORUM.*) *Signa duo Dianæ Polymammiæ, tutulis vel modiis capita ornata, atque peplo, veluti Junonis Pronubæ, induta.*

Quod Aſpendiis in Pamphylia rarum hunc adſignem nummum, quem ex *Theſauro Reg. Verſalienſi* delineavit *Andr. Morellius*, cultus Dianæ Polymammiæ apud Pamphylios facit. In nummis enim Pergæ (Perga & Aſpendus nobiliſſimæ Pamphyliæ fuerunt urbes) occurrere ſolet Dianæ Polymammiæ ſimulacrum, quæ inde quoque Diana Pergæa Scriptoribus dicitur. Pomponius Mela in Pamphyliæ deſcriptione id clare teſtatur Lib. I. Cap. 14. *Inter eos* (Ceſtrum & Cataracten fluvios) *Perga eſt oppidum, & Dianæ, quam ab oppido Pergæam vocant, templum.* Fuit videlicet illud Templum extra urbem Pergam, & quotannis ad id ſacer erat conventus. *Strabo* Lib. XIV. p. 983. Εἶθ' ὁ Κέστρος ποταμὸς, ὃν ἀναπλεύσαντι σταδίους ἑξήκοντα, Πέργη πόλις· καὶ πλησίον ἐπὶ μετεώρου τόπου, τὸ τῆς Περγαίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ἐν ᾧ πανήγυρις κατ' ἔτος συντελεῖται· Εἶτ' ἐπὶ τῆς θαλάττης ὅσον τετταράκοντα σταδίους πόλις ἐστὶν ὑψηλὴ, ὡς τοῖς ἐκ Πέργης ἐπόπτος· εἶτα λίμνη εὐμεγέθης Καπρία· καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Εὐρυμέδων ποταμὸς, ὃν ἀναπλεύσαντι ἑξήκοντα σταδίους Ἄσπενδος πόλις εὐανδροῦσα ἱκανῶς, Ἀργείων κτίσμα. *Deinceps ſunt Ceſtrus fluvius, quo adverſo ſi ad ſexaginta ſtadia quis ſubvehatur, ad Pergam venit urbem: pone quam in ſublimi loco templum eſt Dianæ Pergææ, ad quod ſingulis annis ſacer eſt conventus: inde verſus mare ad quadraginta ſtadia eſt urbs celſa & Pergæ conſpicua, ac lacus juſtæ magnitudinis Capria. Poſt fluvius Eurymedon, quo adverſo ad ſexaginta ſtadia ſubvehuntur Aſpendum, urbem ſatis populoſam, ab Argivis conditam.* Deſcribit hiſce *Strabo* ſitum urbium Pergæ & Aſpendi, & Dianæ Pergææ quidem Templum prope Pergam collocat, ſed tamen quotannis eo conventum ſive Panegyrin, à vicinis videlicet, oppidis fieri indicat. Itaque & Aſpendii Dianam illam Polymammiam, æque ac Pergæi coluerunt, atque ipſi quoque forſitan penes ſe aliquod ejus Deæ ſacellum vel templum habuerunt, ut ita duplex ſignum Dianæ Polymammiæ, privatum Urbis Aſpendi, & publicum, quo quotannis, cum reliquis Pamphyliæ oppidis conventum agebant, in hoc nummo expreſſerint.

N U M. 14.

Vacat.

N U M. 15.

Capitis nota non adeſt.

Aquila duobus inſiſtens anguibus, atque alas expandens. Supra illam Serapidis cernitur caput; ſine Inſcriptione.

Nummus eſt Ægyptius, quorum deus Serapis. Eſt & inter Syriæ Regum numiſmata Cleopatræ, non illius quam deperiit Antonius, ſed alterius, conſpiciendus in *Theſauro noſtro Regio*, nummus, in quo ſerpenti inſiſtit aquila.

N U M. 16.

Hic quoque nummus, ſicuti & ſequentes aliquot, notâ capitis ejusque Inſcriptionis, deſtituitur.

Nulla adeſt epigraphe, ſed cernitur vacca recubans & deſuper Diana venatrix.

Hic quoque nummus ad Ægyptum ſpectare videtur.

NUM. 17. 18. & 19.

Λυκάβαντος ΛΗ. (*ANNO XXXVIII.*) *Victoria dextra gerens sertum, læva palmam.*

Qui sequitur annum exhibet ΜΑ. (*XLI.*)

Tertius vero annum ΜΒ. (*XLII.*) *Omnes vero eundem Victoriæ typum exhibent.*

Ex his primus in *Thesauro Christinæ Reginæ* fuit; secundus servatur in *Thesauro Regio Versaliensi.*

NUM 20.

Non adponitur nota vel Inscriptio capitis.

Λυκάβαντος ΜΑ. (*ANNO XLI.*) *in Corona quernea.*

Anno post victoriam Actiacam XLI. populus à quo cusum hoc numisma fuit, coronam auream, qua celebraret Augustum civium Romanorum & Orbis universi Servatorem, misisse Romam videtur. Custoditur nummus in *Thesauro Regio Versaliensi.*

NUM. 21.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus lævam.

Senatus Consulto. Templum, foribus clausis, quatuor columnarum & fastigiatum, subtus scribitur JOVI DEO.

Utramque nummi partem vulgavit *Jo. Harduinus* in nummis ad *Plinium* Tom. I. Tab. VI. & p. 402. suoque more eundem per singulares literas explicavit. Sed ea est explicatio, quam nemo sanæ mentis admisit unquam. Inscriptio docet JOVI DEO Templum erectum aut restitutum fuisse. Refertur vero facta ab Augusto restitutio Ædis Jovis Feretrii ad A. V. C. 747. ad quod forte Templum hic nummus ejusque typus referri debet. Senatus Consulto enim, adeoque Romæ, cusus fuisse agnoscitur.

NUM. 22.

Vacat.

NUM. 23. & 24.

URSONE. Caput Augusti nudum, versus lævam.

Sine Inscriptione. Ursus erectus stans in pedes posteriores erigitur, pedibus anterioribus, dextro quidem lauri ramum, lævo corollam tenere videtur.

Urso, colonia fuit Romanorum in Hispania, quam *Genuam Urbanorum* adpellatam fuisse docet *Plinius* Tom. I. Ed. *Hard.* p. 139. Coloniæ hujus non meminit *J. F. Vaillantius* in præclaro Opere de *Colon. Rom. & Num. in iisdem cusis.* Plura tamen hujus Coloniæ vidi Numismata. Confer quæ supra diximus p 394. ad Tab. XXXVIII. Num. 17. & 18. Egregie vero hic nummus rationem & originem adpellationis Civitatis ejusdem Hispaniæ ostendit, videlicet ab Urso, cujus effigies in aversa ejusdem parte invenitur. Lauri ramum & corollam tenet animal, Coloniæ Symbolum, & Augusto victorias gratulatur

NUM. 25.

Abest pars anterior.

. . . . *N* . . . . *O* . . . .
Caput Serapidis modio tectum.

Cusus in Ægypti aliqua urbe nummus videtur. Expressus per *Andr. Morellium* fuit ex *Museo Dom. Dronii.*

NUM. 26. & 27.

Vacant.

NUM. 28.

IMPerator AUGUSTUS Pater Patriæ. Caput Augusti.

TURIASO. in Corona Quernea.

Municipium in Coloniarum nummis vocatur Turiaso; sita fuit in Hispania Tarraconensi. Habuimus ejusdem Coloniæ nummos supra p. 391. Ex *Anton. Augustini* Dialogis nummum hunc excepit *Andreas Morellius.*

TABU-

TABULA XLIII.

EXHIBENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI

EX AERE MINIMO.

NUM. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. usque 15.

Omnes hi numeri continent Capita Cæsaris Augusti varie exornata; quæ videlicet pertinent ad aversas partes, quæ in reliquis numeris hujus Tabulæ occurrunt.

NUM. 16.

Caput Augusti radiatum, versus dextram, ut hujus Tabulæ Num. 7.

AUGustus in medio clypei.

Pertinet ad honores Augusto post mortem habitos.

NUM. 17. & 32.

Vir in citis bigis, dextra palmam, læva equorum habenas tenens.

Literæ numerales XII. in corolla laurea.

Hi nummuli fere omnes videntur pertinere ad sacros ludos, qui quotannis fieri solebant, unde Imperii Augusti, imo & Tiberii, anni plurimis eorundem inscribitur.

NUM. 18. & 38.

Funambuli duo.

Literæ numerales XII. corollæ laureæ inclusæ.

Funambulos populo eo anno exhibitos fuisse nummuli typus docet. Litera A. præposita Num. XII. docet omnes hosce nummos ad annos Augusti Imperii referendos esse.

NUM. 19. & 20.

Caput Germanici, ut mihi videtur, versus dextram, nudum, in laurea.

AUGustus. Roma sedens, dextra victoriolam, læva parazonium tenet. Ante pedes est litera numeralis I.

Typus iste Romæ Victricis frequens est in nummis Imperatorum, qui post Augustum imperarunt. Germanicum adoptare jussus ab Augusto erat Tiberius, unde mirari non debemus vultum Germanici ejus, veluti Imperii hæredis & successoris Tiberii in Augusti nummulo imprimi, qui primo anno Tiberii Augusti signatus fuit.

NUM. 21.

Caput Augusti nudum, cum paludamento ad humeros, in corolla laurea, ut Num. 1.

vel

Caput Augusti laureatum, versus dextram.

Numeralis litera I. in corona laurea.

Nummulos hosce omnes ad annos Imperii Augusti esse referendos docet is, qui occurrit infra Num. 38.

NUM. 22.

Tiberii (ut mihi videtur) caput laureatum, dextram versus.

Literæ numerales II. corollæ laureæ inclusæ.

Non modo nummuli, qui Augusti referunt caput, sed &, qui ad familiam ejus pertinent, huic Tabulæ inclusi videntur: nam, qui Num. 11. 12. & 13. occurrunt, Tiberii sunt. Num. 19. Germanici. Num, 9. & 10. Cai & Lucii Cæsarum, Num. 14. & 15. Liviæ.

NUM. 23.

Caput Augusti radiatum, dextram versus, ut Num. 7.

vel

Caput idem, sed cum fulmine ante faciem, ut Num. 8.

vel denique

Protome Liviæ, tamquam Deæ Ubertatis, dextra manu cantharum tenentis, læva, ut videtur, uvarum racemum, ut Num. 15.

Literæ nummerales III. in corolla laurea.

NUM. 24.

Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Num. 3.

vel

Capita adversa Cai & Lucii Cæsarum, globo & duabus stellis intermediis, ut Num. 9.

vel

Caput Tiberii juvenis dextrorsum, nudum, in corona laurea, ut Num. 11.

vel denique

Caput Liviæ olea vel lauru ornatum, ut Num. 14.

Literæ numerales IIII. corollæ laureæ inclusæ.

Omnes hi nummuli signati fuerunt A. V. C. 734. quum Augustus Trib. Pot. IIII. gereret. Fuit enim ille annus maxime gloriosus Romanis, quo videlicet Signa Romana Parthis restituta sunt, captivi cives reversi, atque Tigranes à Tiberio in Armeniæ regnum reductus. Innumeri itaque nummi eo anno Romæ & alibi cusi fuerunt. Familiam vero Augusti hi exprimunt. Præter Augustum videlicet, cernimus uxorem ejus Liviam, atque privignum, cui curarum pars & belli administratio incumbebat, Tiberium. In spem denique Imperii ex Julia genitos nepotes, qui tum veluti sidera inlucescere Orbi Romano videbantur, & felicitatem domus Augustæ tot subnixam columnis, commendare.

NUM. 25.

Caput Augusti laureatum, lævam versus, in corolla laurea, ut Num. 2. vel, sine illa corolla, ut Num. 3.

Litera numeralis V. in corolla laurea.

Hujus generis ipse unum possideo, qui Caput Augusti radiatum exprimit, ut Num. 7. adeoque quinto Tiberii anno cusus fuisse deprehenditur.

NUM. 26.

Caput Augusti laureatum, dextram versus, in corolla laurea, ut Num. 5.

vel

Caput Tiberii nudum, versus dextram, in corolla laurea, ut Num. 11.

Literæ numerales VI. in corolla laurea.

NUM. 27.

Caput Augusti nudum, lævam versus, humero paludato, in corolla, ut Num. 1.

Literæ numerales VII. in corolla laurea.

NUM. 28.

Caput Augusti laureatum versus lævam, ut Num. 3.

vel

Caput idem versus dextram, ut Num. 4.

vel

Caput Tiberii laureatum, versus lævam in corolla laurea, ut Num. 12.

vel denique

Caput Tiberii laureatum, versus dextram, ut Num. 13.

Notæ numerales VIII. in corolla laurea.

Quidam ex his nummulis regnante Augusto, alii regnante Tiberio cusi esse videntur.

NUM. 29.

Caput Augusti laureatum, versus lævam, in aliis, versus dextram, ut Num. 3. & 4.

Notæ numerales VIIII. in corolla laurea.

Ut evitetur confusio in numeris IX. & XI. quæ facile in vertendo nummo contingere potest, nota hæc VIIII. præ altera IX. electa fuisse videtur.

NUM. 30.

Caput Augusti laureatum, versus dextram, ut Num. 3.

vel

Caput ejusdem radiatum, versus dextram, ut Num. 7.

Nota numeralis X. in corona laurea.

Alter ex his nummis imperante Augusto, alter regnante Tiberio, Augusto jam Divo, cusus fuit.

NUM. 31.

Caput Augusti nudum, versus lævam, humero paludato, in corolla laurea, ut Num. 1.

vel

Caput Augusti laureatum, versus dextram, in corolla laurea, ut Num. 5.

vel denique

Caput Augusti nudum, versus dextram, cum lituo ante faciem, in corolla laurea, ut Num 6.

Inscribitur nummulo anni nota XI. in corolla laurea.

Agnoscitur tempus cusi nummuli posterioris, videlicet ex adposito anno XI. receptæ Tribuniciæ Potestatis, & lituo, qui hic Pontificatus Maximi signum est, quem, mortuo Lepido suscepit Augustus A. V. C. 734 Ex hisce tribus, nummus secundus invenitur in *Museo nostro.*

NUM. 32.

Vide supra ad Num. 17.

NUM. 33.

Caput Augusti radiatum, dextram versus, ut Num. 7.

vel

Caput Cai Cæsaris nudum, dextram versus, in corolla laurea, ut Num. 10.

Notæ numerales XIII. in corolla laurea.

Prior nummus regnante Tiberio anno Imperii ejus XIII. cusus est, posterior imperante Augusto, quum jam succrescente ætate nepotis Cai, crescere spes domus Augustæ videbatur.

NUM. 34.

Caput Augusti laureatum, dextram versus, in corolla laurea, ut Num. 5.

vel

Caput Tiberii laureatum, versus dextram, ut Num. 13.

Literæ numerales XIIII. in corolla laurea.

Prior nummulus sub Augusto, posterior sub Tiberio cusus est.

NUM. 35.

Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Num. 3.

vel

Caput Augusti nudum, versus dextram, cum lituo ante faciem, in corolla laurea, ut Num. 6.

Notæ numerales XV. in corolla laurea.

NUM. 36.

Caput Augusti laureatum, versus lævam, in corolla laurea.

Vir nudus stans, nescio quid oblongum læva in dextrum adtollens humerum. Ante eundem nota anni numeralis est XV.

Exstat elegans hic nummulus in *Museo nostro*, sed faciem Augusti dextrorsum conversam exhibet, sicuti Num. 5. In nostro autem vir nudus satis clare agnoscitur utrem grandem vel vini amphoram portare humeris. Quod publicam lætitiam & festivitate meo anno in ludis exhibendis, donatoque forte plebi vino, exprimere videtur.

NUM. 37.

Caput Augusti radiatum, versus dextram, ut Num. 7.

Notæ anni numerales XVI.

Cusus est sub Tiberio nummus.

NUM. 38.

Vide quæ dicta sunt ad Num. 18.

NUM. 39.

Vacat.

NUM. 40. 41. & 42.

Cajus MITREIUS Lucii Filius MAGister JUVENTutis. Caput nudum M. Vipsanii Agrippæ, subtus est Delphinus.

Lucius SEXTILIus Lucii Filius. Inscribuntur hæc ædificio cuidam, sub quo est numerus IIII.

vel

Numerus XI. in corolla laurea.

Nummum illum, qui Num. 40. & 41. occurrit, locavit *Andr. Morellius* in Opere Illustri de *Famil.*

Famil. Roman. in *Fam. Mitreia & Sextilia.* Nos quoque in Commentariis nostris satis prolixe eosdem inlustravimus p. 287. & 394. quare nunc eo erimus breviores. Caput illud nudum, quod in utriusque nummi parte anteriore occurrit, M. Vipsanii Agrippæ esse arbitramur, neque enim satis juvenile est, ut ad filium ejus, nepotem Augusti, Lucium referatur. Præterea Delphinus, Agrippæ, propter Imperium classis & decus maritimum, peculiariter convenit. Habemus igitur jam in festiva hac numulorum ex parvo ære congerie, universam Cæsaris Augusti Domum; ipsum Augustum Num. 1. 2. 3. &c. Liviam uxorem Num. 14. & 15. ubi forte una ex illis imaginibus Juliam, Augusti filiam, repræsentat, sub Dianæ habitu, si arcus vel pharetra adesset. Num. 14. Tiberium, Augusti privignum, Liviæ filium, Num. 10. 11, 12. & 13. Cajum & Lucium, Augusti nepotes, principes designatos juventutis, nova (si per fata licuisset) mundi sidera, Num. 9. &, quo, Tiberio parum fidens, Rempublicam quoque niti volebat Augustus, Germanicum, Num. 19. Qui vero in his nummis memorantur C. Mitreius L. F. & L. Sextilius L. F. Magistri fuerunt Juventutis, id est curam habuerunt exercitii atque institutionis equestris & armorum nobilium adolescentum, adeoque ipsorum nepotum Augusti, Agrippæ ex Julia filiorum, Cai & Lucii, qui deinde ipsi Principes Juventutis ab Augusto adpellati sunt, atque in nummis dicti inveniuntur. Ædificium illud suspicor pertinuisse ad illa exercitia, atque priorem quidem nummulum cusum fuisse anno illo U. C. quo quartum Trib. Pot. receperat Cæsar Augustus; posteriorem vero signatum fuisse, quum undecimo tribuniciam potestatem gereret Cæsar Augustus patet ex notis numeralibus, quas solito more corollæ laureæ insculpsit. Fuit vero is annus, quo signatus fuit posterior nummulus, M. Vipsanio Agrippæ inter vivos ultimus.

NUM. 43.

IMPerator CAESAR. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

AUGUSTUS. Aquila expansis alis respiciens.

Consecrationis Augusti Symbolum non videtur in hoc nummo Aquilæ typus. Nam neque radiato capite exprimitur Augustus, neque DIVUS adpellatur, neque similis in meo nummo satis est facies, sed vixdum in senium vergentis. Aquilam igitur in hoc nummulo Jovis esse Symbolum existimo, & cusum fuisse nummulum eo tempore quo Jovis Templa in Urbe restituit Augustus. *Andr. Morellius* ex *Thesauro Schwartzburgico* depinxit, Inscriptionem vero utriusque partis ex *mei Musei* nummulo protuli.

NUM. 44.

CAESAR. Caput Augusti nudum, versus lævam.

AUGUSTUS DIVI Filius. Bos cornupeta.

Multos similes nummos habuimus inter argenteos, inscriptos IMP. X. XI. XII. supra pag. 289. Depinxit alteram partem ex *Museo Dom. Dronii Andr. Morellius*, utriusque partis descriptionem dedimus ex nummulo, qui servatur in *Museo nostro.*

NUM. 45.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

ROMæ ET AUGusto. Ara inter duas victorias columnis insistentes.

Habuimus supra in majore & medio ære plures ejusmodi nummos p. 341. & 359. Verum hic ex minimo ære, cujus descriptionem ex utraque parte dedimus, exstat in *Thesauro Schwartzburgico*, & elegantissime cusus atque nitidissime servatus in *Museo nostro.*

NUM. 46.

Nota partis anterioris non adjicitur.

COnSul OCTAVO DESIGnatus IX. (nonum) Victoria gradiens cum corolla & palma.

Notabilis est nummulus propter consulatus memoriam non literis numeralibus, ut passim, sed integris, OCTAVO expressam. Custoditur in *Thesauro Regio Versaliensi.*

NUM. 47. & 48.

Vacant.

TABU-

T A B U L A XLIV.

E X H I B E N S

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI

PERCUSSA IN COLONIIS ET MUNICIPIIS EX AERE MINIMO.

Num. 1.

Non additur capitis epigraphe.

Colonia Julia Gemella Accitana. Apex & Simpulum.

Mortuo Lepido Summum Pontificatum suscepit Augustus, quem illi hoc nummulo gratulantur Accitani. Vide *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 15.

Num. 2.

DIVOS AUGUSTUS. Caput Augusti.

COLonia BERytus. Neptunus stans, pede dextro proræ imposito, læva tridentem, dextra delphinum tenet.

Vidimus hunc nummum supra p. 377. in ære medio. Confer *J. F. Vaillantium* Tom. I. pag. 14.

Num. 3.

DIVOS AUGUSTUS. Caput Augusti nudum.

COLonia BERytus V. VIII. (quinta, octava) subauditur, Legio. Duæ Aquilæ Legionariæ.

Docet hic nummulus nos, coloniam militarem Berytum deductam fuisse ab Augusto ex Veteranis Legionis quintæ & octavæ. Confer *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 15.

Num. 4.

DIVOS AUGUSTUS. Caput Augusti nudum.

COLonia JULia AUGusta FELix BERytus. Colonus agens boves.

A Julio Cæsare primum Colonia facta fuit Berytus Phœniciæ Urbs, quam diu ante solo in Syriacis bellis æquaverat Tryphon. Propterea Juliam sese vocavit. Sub Augusto per Agrippam Veteranos ex Legionibus quinta & octava accepit, quare insuper sese Augustam adpellavit, & Felicem denique, quod gratiosa apud Augustum exsisteret. Confer *J. F. Vaillantium* Tom. I. pag 16. Servatur hic nummulus in *Thesauro Regio Versaliensi.*

Num. 5.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum.

Cæsarea Augusta, inscripta Clypeo in Corona Laurea.

Habuimus inter æreos variæ magnitudinis supra p. 352. & 378. similes nummos. Exstat hic in *Thesauro Regio Versaliensi.*

Num. 6. & 7.

Colonia Augusta BUThrotum EX Decreto Decurionum. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Quinto NAEVIO SURA HIPpia vel HIPparcho vel HIPponico JULio NIGERio II VIRis. Figura armata literam B. ad pedes à tergo positam, demonstrat, lævam manum adtollit.

Descriptionem aversæ partis hanc dedit *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 19. „ *Quinto* NAE- „ Vio

„ *Vio* SURA, *Aulo* HIP*pio*, TUL*lo* NICER*eo* „ II. VIR*is Bis*. Figura militari habitu ſtans, „ dextra demiſſa, læva chartam involutam cum „ tæniis ut videtur." Deinde idem *Vaillantius* hanc ſubjungit explicationem. „ *Buthrotum* urbs „ eſt Epiri littoralis, de qua *Strabo* Lib. VII. p. „ 327. Βυθρωτὸν ἐποίκους ἔχων Ῥωμαίους. *Buthrotum*, „ *quod habet coloniam Romanorum.* Nummus *Au-* „ *guſtæ* nomen præferens, eam ab Auguſto dedu- „ ctam arguit, eodem forſan tempore, quo Co- „ lonia Patrenſis. Figura militari habitu videtur „ Auguſtus, chartam involutam cum tæniis ge- „ rens, an Coloniæ Diplomata? *Nævium*, *Hip-* „ *pium* & *Nicereum* Triumviros, à quibus dedu- „ cta ſit Colonia, ſuſpicamur, quorum nomina „ ad rei memoriam Duumvirûm auctoritate num- „ mo adſcripta ſunt: notas vero II. VIR. eſſe „ velut Romæ S. C. addita forſan in area nummi „ litera B. ad deſignandum deductæ Coloniæ an- „ num ſecundum: an vero tres denominentur ob „ amplitudinem Coloniæ?" Hæc *Vaillantius*, in quibus plura ſunt, quæ refellere veritatis amore lubet. Litera B. quam in Inſcriptione per *Bis*, in explicatione de ſecundo deducto Coloniæ anno interpretatur, neutrum ex illis ſignificat, ſed ipſam urbem atque Coloniam Buthrotum, cujus nominis litera B. initialis eſt. Hanc digito demonſtrat Imperator Cæſar Auguſtus, ut à ſe conditam & Colonis, poſt victoriam Actiacam, unde armatus cernitur, frequentatam. Habuit Colonia Buthrotum II. Viros & quidem Quinquennales, ut ex alio nummo P. Pomponii & C. Julii liquet, qui Duumviri Quinquennales adpellantur ſupra pag. 378 in nummo 12. Tab. XXXIV. Unde igitur III. Viri in nummo, quum II. Viri tantum in eodem inſcribantur? Fraudi *Vaillantio* fuit, quod tria commentus fuit nomina quæ tantum duo ſunt. Prior enim Duumvir prænomine, nomine, cognomine & agnomine inſignitur; alter nomine tantum & cognomine; niſi, ut prænomen ejusdem inveniamus, dividamus illa HIP. & legamus HI. P. ut duæ literæ priores agnomen, quodcumque illud ſit, indicent prioris Duumviri, litera P. prænomen Publii, quod Duumvir poſterior habuerit. Deinde non exſtat NICER, id eſt NICER*io*, in nummo, ut vult *Vaillantius*, ſed NIGER. id eſt NIGER*io*, ut teſtatur *Morellii* delineatio; de cujus accurata manu dubitare vix licet, quum ſtudioſe hunc nummulum ex *Gaza Regia Verſalienſi* depinxerit. Putavit *Vaillantius* literam A. duplicatam fuiſſe in nummo, ut altera litera cognominis Suræ poſtrema fuerit, altera Auli prænomen Hippio adſereret. Sed unam modo literam A. vidit *Morellius*, quæ poſtrema fuerit in voce SURA. Quid læva manu figura ſtans tenuerit, in nummo adſequi non potuit idem *Morellius*, ſive illud corolla, ſive aliud quid fuerit.

Num. 8.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti laureatum, verſus dextram.

CAESARea AUGUSTA II. VIRis Lucio CASSIO Cajo VALerio FENio. Ara, cui Vexillum inponitur.

Typi explicatio peti debet ex *J. F. Vaillantio* Tom. I. p. 28. cujus ibidem hæc ſunt verba: „ Ara „ & Vexillum ad Coloniæ originem ſpectant. Dum „ autem Colonia deducebatur aram primum ex- „ ſtruebant, ſupra quam ſacra fierent, priusquam „ colonus aratro terminos urbis deſignaret; qua „ de re ille in variis nummis velatus ritu Sabino „ bovem & vaccam agit. Sacrificio peracto, „ Vexillum, Legionis in ea deducendæ nomen „ præferens, inponebatur." Hæc igitur explicatio eſt hujus, & qui ſequuntur nummorum, quorum averſas ibidem partes depinxit *Vaillantius*, ſed quorum adverſæ inſuper partes cum capite Auguſti inveniuntur in *Familiis Romanis Andreæ Morellii*. Servatur hic nummulus in *Theſauro Regio Verſalienſi*.

Num. 9.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti laureatum, verſus dextram.

CAESARea AUGUSTA CNeo DOMitio AMPlo Cajo VETtio vel VETurio LANGuido II VIRis. Vexillum Aræ inpoſitum.

Vulgavit hunc & reliquos *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 28. Vide *Andr. Morellium* in *Familia Domit.* Tab. II. Num. 7. 9. 10. p. 175.

Num. 10.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.

CAESARea AUGUSTA Marco PORCIo CNeo FADio II VIRis. Vexillum aræ inpoſitum.

Vulgavit primus nummulum hunc ſive averſam ejus partem *Carolus Patinus* in *Numiſm. Imp. Rom.* p. 33. Servatur & hic nummulus in *Theſauro Regio Verſalienſi*. Vidi quondam ſimilem in *Muſeo Dom. de Bary*.

Num. 11.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Auguſti laureatum, ſecundum Vaillantium.

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus, teſte Morellio.

CAESARea AUGUSta MANio CANinio ITERum Lucio TITIO II. VIRis. Vexillum aræ inpoſitum.

Exſtant eorundem Duumvirorum nummi cum alio typo ex medio ære ſupra Tab. XXXIV. Num. 22.

Num.

NUM. 12. & 13.

MUNicipium CALaguris. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Lucio PRISCO Cajo BROCCHO II. VIRis. Caput bovis adversum.

Refert hunc typum *J. F. Vaillantius* ad Ludos Megalenses in honorem Matris Idææ institutos à Calaguritanis in memoriam benefactoris quondam sui *P. Cornelii Scipionis*. Vide illum Tom. I. p. 36. & 37. Ante *Vaillantium* vulgavit hunc nummulum *Carolus Patinus* in *Numism. Imp. Rom.* pag. 34. Collocavit eundem *Andr. Morellius* in *Fam. Bæbia* Num. 6. p. 44. Exstat in *Thesauro Regio Versaliensi*.

NUM. 14. & 15.

NASSICA. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Cajus VALerius Cajus SEXtius AEDILES. Bovis caput adversum, ut supra.

Crediderunt olim Antiquarii ad Scipionem Nasicam hoc caput spectare, crasso errore, quem jam diluerunt Viri Docti. Confer quæ de illo atque ad hujus nummuli interpretationem scripsimus in priore *Thesaur. Morelliano* p. 427. ibi enim eundem collocavit *Andr. Morellius* in *Fam. Valeria* Tab. I. Lit. B. Præter *Vaillantium* Tom. I. p. 37. nummulum hunc quoque vulgarunt Abbas *Petrus Seguinus* in *Select. Numism.* p. 94. atque *Jo. Harduinus* ad *Plinium* Tom. I. p. 394. ubi idem *Harduinus* more suo, in interpretandis nummis, nugatur, recte tamen Augusti agnoscit faciem. Exstat in *Thesauro Regio Versaliensi*, atque ipsi quoque pulcherrimum & optime conservatum servamus.

NUM. 16. & 17.

Victrix Julia Nova Karthago. Publius TURULBius II. VIR QUINQUennalis. Caput Augusti radiatum, dextram versus.

Marcus POSTUmius ALBINUS II. VIR QUINQuennalis ITERum. Templum, tecto fastigiato tetrastylum, frontispicio inscribitur AUGUSTO.

Recte censet *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 29. hunc nummum spectare ad Carthaginem novam, in qua hi Duumviri Quinquennales Templum, in Divi Augusti honorem exstructum, dedicarunt. Collocavit eundem *Andr. Morellius* in *Fam. Postumia* Tab. II. Num. 10. ubi vide, quæ ad ejus illustrationem diximus p. 360. Invenitur in *Thesauro Regio Versaliensi*.

NUM. 18.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum.

CORinthus. OCTAV . . . IANO ITERUM II. VIRo. Templum hexastylum in vertice montis.

Inscriptionem, ex alio, ut videtur nummo, ita legit *J. F. Vaillantius* Tom I. p. 47. OCTAVIANO ITER*um* II. VIR*o*. In nummulo autem, quem depinxit *Morellius* tria signantur puncta, veluti si literæ aliquot erosæ sint. In eo tamen falsum fuisse *Morellium* credo. Corinthiorum enim nummi ex minimo ære tantum unius Duumviri nomen exprimere passim solent, ut ex plurimis ejusmodi nummulis patet. Sic exstant nummi sub Claudio Imperatore cusi, qui eundem hunc typum, aliumque cum *Pegaso*, pro templo, vertici montis insistente, exhibent, addito nomine Duumviri Octavii Luscini, apud *Andr. Morellium* in *Famil. Octavia* 1. & 2. Vide ibidem p. 300. Recte quoque de Acro-Corintho Montem illum, atque Templum de Æde Veneris interpretatur. Servatur nummulus in *Thesauro Regio Versaliensi*.

NUM. 19. & 20.

Lucio TURIO LABEONE II. VIRo. Caput Augusti radiatum, versus dextram.

Lucio ARRIO PEREGRINO II. VIRo CORinthus. Templum sex columnarum.

Adparet ex aliis nummis Augusti & Tiberii ex ære medio, Templum hoc Corinthi erectum fuisse in honorem Divi Augusti, cujus videlicet nomen ibidem in peristylio inscriptum legitur. Publici illos juris fecimus ex pictura *Andreæ Morellii* in *Thesauro Fam. Rom.* ejusdem in *Fam. Arria* Num. II. & III. p. 34. & *Furia*, Lit. D. E. F. p. 190. Depinxit quoque eundem *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 47. Servatur in *Thesauro Regio* elegans hic nummulus, in *nostro* quoque *Museo* alter exstat, qui à parte postica templi habet Inscriptionem illam, quæ hic à parte capitis cernitur, &, vice versa, alteram Inscriptionem ad caput collocat.

NUM. 21.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum.

Publio FLACCO II. VIRo CORinthus. Neptunus in bigis equorum marinorum, dextra habenas, læva tridentem tenet.

Neptunus in bimari Corintho singulari modo ut Deus tutelaris cultus fuit. Vide *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 46. ubi hunc nummulum profert.

NUM. 22. & 23.

Colonia Julia Augusta Dertosa. Caput Augusti radiatum.

Colonia Julia Augusta Dertosa Tiberio CAESari. Caput Tiberii laureatum.

Dertosa urbs Hispaniæ Tarraconensis ad ostia Iberi fluvii exstitit; Colonia facta à Julio, aucta ab Augusto fuit, unde, ut plures Hispaniæ urbes, utriusque sibi nomen adscivit. Post obitum Divi Augusti, in gratiam Tiberii hos nummulos signavit. Confer *J. F. Vaillantium* Tom. I. p. 48. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi.*

NUM. 24. & 25.

AUGUstus. Caput Augusti radiatum.

Colonia Julia Augusta Dertosa TIberio CAEsari. Caput Tiberii laureatum.

NUM. 26. & 27.

Colonia Julia Augusta Dertosa TIberio CAEsari. Caput Tiberii laureatum.

Colonia Julia Augusta Dertosa. AUGUstus. Caput Augusti radiatum.

Literis & earundem positu hi nummuli tantum inter se discrepant.

NUM. 28.

IMPerator AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. IV. Num. 130.

MUNicipium ILERDA. Lupa.

Habuimus supra simillimum nummum inter medii æris numismata Tab. XXXVI. Num. 22. consule ibi p. 385. Vulgarunt hosce *Hub. Goltzius* in *Augusto*, Tab. XXXIII. Num. 7. *Carolus Patinus* in *Numism. Imp. Roman.* p. 35. *Antonius Augustinus Dialogo* VI. & *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 52. Servatur hic nummulus in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro.*

NUM. 29.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. IV. Num. 128.

Colonia Inmunis ILlici Augusta Quinto PAPIRio CARbone Quinto TERentio MONTano II. VIRis. Templum quatuor columnarum, tecto fastigiato, in frontispicio legitur JUNONI.

Illici urbs est Hispaniæ Tarraconesis prope mare sita, unde *Illicitanum Sinum* commemorant *Pomponius Mela* Lib. II. Cap. 6. & *Plinius* Lib. III. Cap. 3. Templum, quod in hoc nummo expressum cernitur, dedicasse Illicitani videntur in honorem Liviæ, Augusti uxoris, tanquam Junonis. Dearum enim habitu & nomine sub primis Imperatoribus Augustæ, non adscripto nomine suo, Romæ atque in Coloniis effingi in nummis solebant. Græci vero aperte ut Deas, adscripto & Augustarum, & Deæ, ut in Livia, Junonis, in Julia, Augusti filia, Veneris nomine, id facere solebant. Quo respicit *Prudentius* Lib. I. in *Symmachum* versu 251.

Adjecere sacrum, fieret quo Livia Juno,
Non minus infamis thalami sortita cubile,
Quam quum fraterno caluit Saturnia lecto.

Vulgarunt nummulum hunc *Carolus Patinus* & *Andr. Morellius* in *Fam. Papiria* Num. V. & ante eosdem *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXIII. Num. 2. & denique *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 53. Servatur in *Thesauro Regio* & in *Museo nostro.*

NUM. 30.

AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. IV. Num. 133.

Colonia Inmunis ILlici AUGusta II. VIRis Cajo MANLIO Tito PETRONIO. Aquila Legionaria & Vexillum inter duo signa militaria.

Typus docet Veteranos ex duabus Legionibus, quarum non adjiciuntur nomina, in illam Coloniam, jussu Augusti deductos fuisse. Exhibet hunc nummulum *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 54. atque *Andr. Morellius* in *Fam. Manlia* Lit. C. p. 260. ubi utramque nummi partem exhibet. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi.* Vidi quondam similem in *Museo Dom. de Bary.*

NUM. 31. & 32.

PATER. Caput Augusti lævam versus, nudum.

PATRIAE. Colonia Augusta Aroë Patrensis. Colonus agens boves.

Ad Coloniam Patras, Achajæ urbem, deductam sub Augusto post Victoriam Actiacam, spectat.

ctat. Egimus de illa supra p. 389. Vulgavit primus nummulum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XLVIII. Num. 10. deinde *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 58. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro*.

Num. 33. & 34.

PERMissu CAESaris AUGusti. Caput Augusti nudum, versus dextram.

COLONIA PATRICIA. Apex sive Albogalerus & Simpulum, Pontificatus insignia.

Colonia Corduba in Hispaniis, *Patricia* quoque adpellata fuit, ut diximus supra p 389. Illa hoc nummulo Cæsari Augusto Pontificatum Maximum, Lepido fatis functo, adquisitum, gratulata fuit. Alteram partem tantum edidit *J. F. Vaillantius* Tom I. p. 60. Custoditur in *Thesauro Regio Versaliensi* & in *Museo nostro*.

Num. 35.

IMPerator CAESar AUGUSTUS. Caput Augusti nudum.

COLonia RUScino. LEGio VI. (Sexta) Duæ Aquilæ Legionariæ.

Refert *J. F. Vaillantius* hunc nummulum, quem ex *suo Museo* edidit Tom. I. p 63. ad Coloniam Ruscinonem Galliæ Narbonensis. Illum L. B. consulat. Idem, LEG. VI. interpretatur per *Legioni Sextæ*, & explicat de Veteranis ex utraque Legione Sexta illuc deductis. Verum supra p. 392. vidimus, nonnunquam in nummis Coloniarum unam tantum nominari Legionem, licet ex duabus, numero diversis, deducta fuerit Colonia.

Num. 36. & 37.

PERmissu CAESaris AUGusti. Caput Augusti nudum, versus lævam.

JULIA TRADUCTA. Instrumenta Pontificalia, Lituus, Urceus, Adspergillum & Patera.

Pontificatum Maximum, mortuo Lepido, gratulatur Augusto (quod & plurimæ fecerunt Coloniæ) Julia Traducta. Vidimus ejus Coloniæ nummos supra p. 390. Est autem hic nummulus ex ære valde minuto in *Museo nostro*, sed *Andr. Morellius* illum depinxit ex *Museo* S. P. C.

Num. 38.

Epigraphe similis, caput idem.

JULia TRADucta. Apex & Simpulum.

Eodem tempore & eadem occasione, quibus præcedens, hic quoque signatus est nummulus. Edidit illum *Eminentiss. Norisius* in *Cenotaphiis Pisanis* p. 92. *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 69. Servamus hunc quoque valde minutum & exiguum in *Museo nostro*.

Num. 39. & 40.

PERMissu AUGusti. Caput Augusti nudum, versus dextram.

MUNicipium TURIASO, detritis secundæ vocis literis.

Globus cum Cornucopiæ.

Municipium Turiaso, de quo egimus supra p. 390. hoc nummulo celebrat Ubertatem rerum omnium, quam Romano Orbi procuravit Augustus. Exstat nummulus in *Thesauro Regio Versaliensi*.

TABULA XLV.
EXHIBENS
NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI
EX AERE MINIMO,
VEL
IN COLONIIS CUSA,
VEL
IN URBIBUS GRAECE LOQUENTIBUS.

NUM. 1. & 2.

IMPerator CAESAR BENigno PRAEfecto. Caput Cæsaris Augusti nudum, lævam versus.

HIBERO PRAEfecto. Tropæum.

Contemplati hunc nummulum sumus in *Thesauro Morelliano* priore p. 452. atque Tropæum illud explicavimus de Cantabris & Asturibus in Hispania devictis. Propterea una ex Coloniis Hispaniæ, in hoc quidem nummulo Cæsarem Augustum, honoris caussa Quinquennalem creatum memorat, Præfectis Quinquennalitis Cæsaris Benigno & Hibero; in sequenti vero nummulo M. Vipsanium Agrippam, cujus Quinquennalitatis Præfecti ibidem quoque exprimuntur. Quare valde notabiles hi sunt nummuli propter insignem illam antiqui ritus cognitionem. Pluribus illum exemplis, iisque clarissimis, illustravimus in dicto *Thesauro*, p. 11. 235. 354. 400. 452. & 639. Depinxit hunc nummum *Andr. Morellius* ex *Museo Dom. Dronii.*

NUM. 3. & 4.

Marcus AGRIPPA QUinquennalis HIBERO PRAEFecto. Caput Augusti nudum, versus lævam.

. . . . . . PRAEFecto. Tropæum, itidem, ut supra, de Cantabris, & Asturibus erectum.

Vix dubito quin Cæsarem Augustum simul & M. Agrippam Quinquennales Duumviros Colonia hæc Romana in Hispania, quæcumque illa fuerit (neque enim nomen adscribitur) honoris caussa creaverit, Præfectis Quinquennalitatis, sive Quinquennalibus eorumdem, Hibero & Benigno. Postremum enim nomen, quamvis detritum, exstitisse in aversa hujus nummuli parte videtur. Fuse de parvo quidem hoc, sed illustris typi & inscriptionis nummulo, egimus in *Thesauro Morelliano* priore, p. 452. Servatur in *Museo Regio Versaliensi.*

NUM. 5.

Anticæ partis notio sive descriptio non additur.

Aulus PLAUTIUS PROCOnSule. Meta in templo duarum columnarum erecta, cum lithostrato ante idem templum.

Insignis hic quoque est nummulus, qui nobis notitiam dat Auli Plautii, qui Cyprum (in ea enim Insula cusum numisma Veneris Cypriæ Templum docet.) Proconsule sub Augusto rexit. In hunc igitur A. Plautium operæ pretium est ut inquiramus. Cognoscitur sub Imperatore Claudio vir Illustrissimus A. Plautius M. F. A. N. Silvanus apud Historicos & *Steph. Vinandum Pighium*, *Annal.* Tom. III. p. 578. qui A. V. C. 799. Ovationem ex Britannia meruit, atque summis honoribus ab Imperatore Claudio Romæ exceptus fuit. Hujus igitur avus videtur fuisse is A. Plautius, cujus ut Proconsule Cypri memoriam hic nummulus celebrat. Videtur nobis hic A. Plautius idem esse, cujus ut Prætoris in Pontum & Bithyniam missi, meminit *Cicero* ad *Plancum* scribens Lib. XIII. *Ep. Fam.* Ep 29. *Is* (T. Antistius, qui forte Quæstor Macedoniam obtinuerat) *post prælium* (in campis Pharsalicis) *se ad hominem necessarium, A. Plautium in Bithyniam contulit.*

NUM. 6. & 7.

VICToria AUGusti. Victoria basi insistens, dextra sertum, læva palmæ ramum gerit.

PHIlippensis COHORtis PRAETtoriæ. Tria signa militaria.

Veterani in cohorte Prætoria, qui quondam fidelem Octaviano in prælio Philippensi contra Cassium & Brutum navaverant operam, videntur hunc nummulum in honorem Victoriæ pristinæ Philippensis, atque in gratiam Augusti signasse, postquam ab illo in aliquam Coloniam deducti fuerunt. Inscriptio enim VICtoriæ AUGustæ, docet, longe post pugnatum illud prælium Philippense cusum fuisse nummum. Vulgavit illum *Hub. Goltzius* in *August.* Tab. XXVI. Num. 1. & 6. & *Carolus Patinus* in *Numism. Imp. Roman.* p. 29. Possideo plures diversæ magnitudinis, sed omnes in ære parvo. Exstat hic in *Thesauro Regio Versaliensi*, & in *Museo nostro.*

NUM. 8. & 9.

Erosa ab hac parte Epigraphe est. Caput Cai Cæsaris, Augusti filii.

COLonia SEBASTe vel SEBASTia. Caput Augusti nudum, versus lævam.

Plures exstiterunt urbes, quæ ab Augusto nomen *Sebastes* nactæ fuerunt. Fuit etiam una Ponti urbs *Sebastia* dicta. In hanc forsitan Coloniam Romanam misit Augustus; quæ illi atque nepoti ejus sive filio Cajo hunc honorem habuit. Depinxit nummulum *Andr. Morellius* ex *Museo Wildiano.*

NUM. 10.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, versus lævam.

Cajo VARio RUFo SEXto JULio POLLione II. VIRis Quinquennalibus. Instrumenta Pontificalia, Apex, Securis, Adspergillum, Simpulum.

Habuimus eundem nummum supra ex Ære Medio Tab. XXXIII. Num. 20. pag 372. Vulgavit illum *Hub. Goltzius* in *August.* Tab. LXXII. Num. 19. Sed ibi in nota capitis numerus non convenit sed perperam locatus est. Servatur nummulus hic in *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 11. & 12.

Epigraphe erosa. Caput Augusti senile, laureatum, versus lævam.

Lucio CLEMente FLAvio TIberio. . . . . CAEsaris. Apex Sacerdotalis.

Hic quoque nummulus pertinet ad Præfectos Quinquennalitatis Cæsaris Augusti, quod quovis pignore ausim contendere. Pontificatus Maximus Augusti typo aversæ partis celebratur.

NUM. 13. & 14.

Sine Inscriptione. Caput Augusti nudum, lævam versus.

TER. . . . O. . : Equus effuse currens.

Detritæ in Inscriptione videntur literæ aliquot, quarum defectus ignorare nos facit, à quibus cusus sit nummus. Delineavit illum *Andr. Morellius* ex *Museo Wildiano.*

NUM. 15. & 20.

AUGustus. Caput Augusti nudum, versus lævam.

Sine Inscriptione. Coloni duo, velato capite boves agunt.

Quum nulla adsit Inscriptio, difficile est divinare ad quam Coloniam pertineat. Exstat hic nummulus, satis pulcher, neque in Hispania, sed alibi, ut metallum & ars docet, cusus, in *Museo nostro.*

NUM. 16.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Corolla sive Diadema cum lemnisco, scribitur intus, REX JUBA. & in circuitu, Cajus LAETILIUS APALUS II. VIR Quinquennalis.

Vide, quæ de hujus generis nummis diximus in *Thesauro Morelliano Fam. Roman.* p. 236.

NUM.

NUM. 17.

Epigraphe eadem, caput idem.

Similis corolla, seu diadema simile, intus scribitur REX PTOLemæus; in circuitu Cajus LAETILIUS II. VIR Quinquennalis.

Hunc & sequentem nummum protulit atque, addita parte capitis, depinxit *Andr. Morellius* in *Fam. Lætilia*, ubi vide quæ abunde ad illorum interpretationem protulimus p. 235. & 236. Vulgavit eundem *Carolus Patinus* in *Numism. Imp. Rom.* p. 42. & *Laur. Begerus* in *Thesauro Brandenburgico* p. 604. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico*.

NUM. 18. & 19.

. . . . . LIUS PONTIus II. VIR Quinquennalis. Instrumenta Pontificalia, Apex, Securis, Adspergillum, Simpulum.

JUBA REX JUBAE Filius II. VIR Quinquennalis. Lotus Ægyptia.

Nobilis inprimis hic est nummus, qui Jubam, Ptolemæi Patrem, Jubæ, qui Pompejanarum partium fuit, filius, Mauritaniæ Regem, nos docet Duumvirum honorarium, sicuti præcedens nummus filium ejus Ptolemæum, exstitisse.

NUMISMATA GRAECA.

NUM. 21. & 22.

ΑΥΤΟκράτωρ ΚΑΙσαρ CEBACΤός. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

ΑΥΤΟκράτωρ ΚΑΙσαρ CEBACΤός. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Idem Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Hic nummus ex eorum genere est, qui per errorem monetariorum, pro diversa, eandem impressionem ab utraque parte receperunt, unde concavi sunt ab altera sui parte.

NUM. 23.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

ΛΙΟΥΙΑ. ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ. (*LIVIA ALABANDENSIUM.*)

Alabandenses in Caria plures nummos in honorem Liviæ, Augusti conjugis, signarunt. Depinxit nummulum *Andr. Morellius* ex *Thesauro Christinæ Reginæ*, sed *J. F. Vaillantius* p. 6. utramque ejus faciem ex *Museo Equitis Gottifredi* protulit, verum ibi chalcographus perperam ΙΟΥΛΙΑ posuit pro ΛΙΟΥΙΑ.

NUM. 24. & 25.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. (*CAESAR AUGUSTUS. ANTIOCHENSIUM.*) *Caput Augusti laureatum, versus lævam.*

ΣΥΝΑΡΧΙΑ. ΑΤΤΑΛΟΥ. (*SYNARCHIA ATTALI.*) *Caput Liviæ, versus lævam.*

Nummulus hic perinsignis est; tum, quod Augusti & Liviæ repræsentet capita, tum quod Synarchiæ Antiochensium mentionem faciat. Integra enim & conjuncta simul utriusque partis Inscriptio, quoad populum, qui cudit nummum, hæc est, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΣΥΝΑΡΧΙΑ ΑΤΤΑΛΟΥ. ANTIOCHENSIUM SYNARCHIA SUB ATTALO. Qua Inscriptione indicari videtur, ex communi urbis magistratuum consensu sub Attalo cusum hunc nummum fuisse. Servatur in *Thesauro Regis Christianissimi.*

NUM. 26.

Nota vel epigraphe capitis non additur.

ΑΠΑΜΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. . . . ΚΤ. (*APAMENSIUM SACRAE URBIS ET INVIOLABILIS ANNO CCXX. . . Victoria gradiens dextrorsum cum corolla & palma.*)

Apamea, Syriæ urbs nobilissima, usa fuit æra Seleucidarum, sive Syro-Macedonum, & quidem diutissime, ut patere poterit ex *Thesauro nostro NumismaticoGeographico*, in quo occurrit Apamensium nummus, qui Jovis caput habet à parte priore, à posteriore elephantem cum eadem hac Inscriptione

ne atque æra ⊏ΛΣ. i. e. ANNO CCXXXVII. verum hic nummus, qui sub Augusto cusus fuit, exhibet A. V. C. 762. addito unius anni numero, qui ærugine consumtus fuit. Victoriæ typus ad Dalmatas & Germanos iis annis victos respicere videtur.

NUM. 27.

Neque anterioris partis hujus nummuli notitia aut pictura additur.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΩΚΟΥ. (*APOLLONIATARUM. APOLLINIS COCI.*) *Apollo stans, habitu muliebri, læva tenens Lyram, dextra platani vel lauri folium.*

Nummi hujus, quem in *Museo Regio* (ex quo depinxit quoque *Andr Morellius*) exstare notat *J. F. Vaillantius* p. 3. hanc quidem habet lectionem atque descriptionem ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΩΚ. . . . ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. APOLLINIS COC . . . . APOLLONIATARUM. *Apollo muliebri habitu, dextra laurum, læva lyram.* Atque ita partem nummi posteriorem quoque depictam cernas apud *Ezech. Spanhemium* ad *Juliani Cæsares* p. 40. sed ibi expandens manum Apollo, quasi nihil eadem tenens, male depingitur. Ex pictura *Morellii* folium lauri manu tenere videtur, verum in tam exiguæ figuræ ductu atque linea plectrum forsitan, ut in aliis Apollinis imaginibus esse potest, de quo tamen adseverare aliquid nolim; Nam forte is habitus fuit Apollinis cognomine Coci, si illo cognomine Apolloniæ fuerit cultus, neque magistratus (ut ego quidem existimo) nomen sit Cocus. Variæ autem fuerunt eo nomine urbes. *Vaillantius Apolloniæ* in *Ionia* adscribit.

NUM. 28.

Non additur capitis Inscriptio.

ΑΤΤΑΛΕΩΝ. (*ATTALENSIUM.*) *Caput Minervæ galeatum.*

Attalia vel Attalea Pamphyliæ fuit urbs, in qua Minervæ cultus viguisse videtur, receptus à Pergameno Rege Attalo Philadelpho, qui urbis conditor fuit, eique nomen suum dedit. *Strabo* Lib. XIV. p. 983. Ἔστι πόλις Ἀτταλία, ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος φιλαδέλφου. *Sequitur Attalea urbs, nomen habens ab Attalo Philadelpho conditore.* Ex *Museo Wildiano* desumtus videtur fuisse ab *Andr. Morellio.* Invenit eundem *Vaillantius* in *Museo A. Luparini.*

NUM. 29.

CEBACTOC. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum.*

ΑΦΡΟΔΙCΙΕΩΝ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟC ΥΙΟC. (*APHRODISIENSIUM. APOLLONIUS FILIUS.*) *Diana Polymammia cum verubus, inter solis & lunæ sidera.*

Ex *Thesauro Regio Versaliensi* nummum hunc depinxit *Andreas Morellius*, sed integriorem *Nic. Francisc. Haymius* in *Thes. Britanic.* Tom. II. p. 174. ex *Museo Ducis de Devonshire.* Is *Haymius* illa ΑΠΟΛΛΩΝΙΟC ΥΙΟC de Apollonio Juniore rectius mihi videtur capere quam de Apollonio Aphrodisiensium filio, cujus mentionem facit *Suidas.* Nimis enim insolita hæc foret Epigraphe, altera simplicior longe est. Notat idem *Haymius* literam Σ. quæ in posteriore nummi parte figura literæ C. exprimitur, in priore nummi parte quadratam forma ⊏ exhiberi, quod & in pluribus nummis observavi. Dianæ Polymammiæ cultus in ista Asiæ regione frequens fuit, in aliis tamen nummis Aphrodisienses, quorum urbs in Lydia sita fuit, Veneris & Cupidinis cultum exprimere, ad nominis originem adludentes, maluerunt.

NUM. 30.

Prioris partis notitia non adest.

ΓΑΔΑΡΑ Σεβαστοῦ Η . . . (*GADARA ANNO . . . VIII.*) *Caput muliebre turritum.*

Gadara, Cœle-Syriæ urbs, plurimum Demetrio, civi suo, Gadarensi dicto, debuit. Is libertus Pompeji Magni fuit, & quum plurimum apud eundem polleret, αὐτονομίαν & plurima beneficia patriæ suæ à Pompejo impetravit. Unde Gadarenses deinceps Pompejanos sese inscripserunt, atque novam Æram introduxerunt in Pompeji benefactoris sui gratiam. Illam inchoarunt ab auctumno anni urbis Romæ 690. L. Julio Cæsare & Q. Marcio Figulo Coss. ut pluribus demonstravit *Eminentiss. Norisius* in Lib. de *Epocha Syromaced.* Differt. III. Cap. IX. p. 306. Quo autem Augusti anno, vel ejusdem novæ Gadarensium æræ signatus hic nummus fuerit, liquido adfirmare non possumus, quum litera numeralis Η. quæ VIII. significat, modo supersit, detrito majore numero. Sed adparet similem (cum capite pariter muliebri turrito,) visum fuisse à *J. F. Vaillantio*, qui ex *Museo D. Capponi* producit p. 3. Gadarensium nummum, percussum anno ΔΜ. id est XLIV. post restitutam à Pompejo Autonomiam, atque anno conditæ Urbis Romæ 734. quo III. Tribuniciam Potestatem gerebat Cæsar Augustus.

NUM. 31.

Descriptio partis anterioris nummi hujus abest.

ΔΑΜΑCΚΗ . . . . (*DAMASCENORUM. . . . . .*) *Caput muliebre turritum.*

Quamvis *Andr. Morellius*, qui nummum hunc ex *Thesauro Regio Versaliensi* depinxit, notam capitis non addiderit, eam tamen cognoscimus ex descriptione *Eminentiss. Norisii*, qui p. 90. testatur in antica haberi caput Augusti cum hac Inscriptione, ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (AUGUSTUS.) atque lectionem partis posticæ integriorem quoque dedit ibidem ex *J. F. Vaillantii* indicatione, qui nummi ejusdem scripturam excerpsit ex *Museo Fr. Lotti*; estque hæc integra ejusdem Inscriptio, ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ Σεβαστος ΕΚΤ. (DAMASCENORUM. ANNO CCCXXV.) ex qua epocha colligitur tempus signa-

ti nummi. Is enim annus cœpit anno Urbis Romæ 766. qui postremus fuit Imperii Augusti. Inchoata enim fuit Æra Seleucidarum anno conditæ Urbis Romæ 442.

NUM. 32.

Capitis Inscriptio abest

ΔΙΟCΙΕΡΙΤΩΝ. (*DIOSHIERITARUM.*) *Figura virilis barbata, superiori parte nuda, stat, dextra tenens pateram.*

Oppidum hoc in Lydia quidam, alii in Ionia collocant. Meminerunt ejus *Ptolemæus*, *Plinius* & *Stephanus*. Ptolemæus Διὸς ἱερὸν, *Jovis Fanum* vocat; pariter *Stephanus Byzantinus*, Διὸς ἱερὸν, πολίχνιον Ἰωνίας, μεταξὺ Λεβέδου καὶ Κολοφῶνος. *Dios Hieron*, *oppidum Ioniæ*, *medio inter Colophona & Lebedum itinere*. Addit idem τὸ ἐθνικὸν Διοσιερίτης. *Populi nomen Dioshierites*. Et inde *Plinio* Lib. V. *Dioshieritæ* vocantur. Mentionem hujus, atque alterius similis nummi, facit *Jo. Harduinus* in Nummis Pop. & Urb. p. 51. atque testatur in altero scribi ΔΙΟCΙΕΡΙΤΩΝ. in altero ΔΙΟΕΡΙΤΩΝ. & utrumque exstare in *Museo Regio*. Facile patet per posteriorem intelligi illum, qui hic ab *Andr. Morellio* depingitur. Sed, si ad picturam adcuratissimi *Morellii* bene adtendamus, observare licet tres literas invicem connexas, videlicet C. I. E uno exprimi ductu. Figura stans, quoniam superiore parte corporis nuda est, ad Deorum aliquem referenda est, videlicet ad Æsculapium, cujus cultum, simul cum cultu Jovis, ibi viguisse constat ex aliorum Imperatorum Nummis, in quibus vel solus cum adtributis suis, vel una cum filia Hygeia exprimitur.

NUM. 33. & 34.

Sine Inscriptione. Capita Triumvirorum, Antonii, Augusti & Lepidi, medio M. Antonii Triumviri capite.

Ἐφεσίων ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΓΡΑΜματεὺς ΓΛΑΥΚΩΝ ΕΥΘΥΚΡΑΤΗΣ. (*EPHESIORUM SUMMUS PONTIFEX SCRIBA GLAUCON EUTHYCRATES.*) *Diana Ephesia Polymammia cum verubus.*

Primus hunc præclarum nummum edidit, sed mutilum valde, *Carolus Patinus*, ad *Ursini Fam. Rom.* in *Fam. Antonia* p. 32. Ex *Thesauris* deinde *Regis Christianissimi* & *Principis Odeschalchi* meliorem longe *Andr. Morellius* in *Specim. Rei Numm.* Tab. XXIV. Num. 2. p. 234. & in *Fam. Rom.* in *Fam. Anton.* Tab. X. Num. 7. ubi vide quæ adnotavimus p. 29. Ibi nobis Summus Sacerdos Ephesiorum hic dici videtur Glaucon, Scriba vero Euthycrates. At *Harduinus* in Lib. de *Numm. Pop. & Urb.* p. 57. Summi Sacerdotis titulum ad Euthycratem, Scribæ ad Glauconem pertinere credidit, de quo digladiari nolim. Glauconis ejusdem, ut Summi Sacerdotis vel Scribæ, meminit alter eorundem Triumvirorum nummus, cum simili Ephesiæ Dianæ typo, productus à *Jo. Francisco Haymio* in *Thesauro Britann.* de quo ibidem ad *Morellii Familias Romanas* egimus.

NUM. 35.

Caput (ut videtur Augusti) sed notitia hujus anticæ partis non adest.

Ἐφεσίων. ΑΡΧΙΕΡΕΟC Α. *vel* Α. ΑΝΤωνίῳ CΑΙΟ *vel* ΙΑΙΟ. . . . . Ξ. . . . (*EPHESIORUM, SUB SUMMO PONTIFICA. . . .*) *reliquæ literæ, donec integrior subveniat nummus, in obscuro sunt. Dianæ Ephesiæ simile signum.*

De titulo Summi Sacerdotis atque Scribæ in Ephesiorum, aliarumque Asiæ Urbium nummis consuli debet *J. F. Vaillantius* in Lib. de *Nummis Imp. Græcis*, ibique de Urbium Magistratibus p. 310. & 313.

NUM. 36. & 37.

ΘΕΣΣΑΛΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*THESSALORUM. AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

ΣΤΡΑΤΗΓου ΚΟΥΙΝΤΟΥ. (*STRATEGO QUINTO.*) *Minerva gradiens, læva clypeum tenet, dextra hastam vibrat.*

Solitus hic in omnibus fere Thessalorum nummis Minervæ telum vibrantis est typus. Plures vero Græciæ urbes magistratus habuerunt *Strategos* sive *Prætores* dictos, de quibus vide *Jo. F. Vaillantium* laudato libro p. 318.

NUM. 38.

. . . ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (. . . *AUGUSTUS.*) *Caput Augusti versus lævam, ut docet nummus ex Museo Wildiano numero ibidem 81.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *Equus gradiens.*

Frequens est hic typus in urbis Thessalonicæ nummis, quo præstantiam equorum, qui ibidem alebantur, commendare solita fuit. Exstat nummus in *Thesauro Regio Versaliensi*.

Num. 39.

Non additur pars anterior.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *Prora navis.*

Quemadmodum in præcedente nummo agrorum & equorum ibi paſcentium nobilitate ſuperbit Theſſalonica; ſic hoc nummo ſitum urbis & navalem commendat potentiam. Etiam hic nummus in *Theſauro Regis Galliarum* invenitur.

Num. 40.

ΣΕΒΑΣ. . . . (*AUGUSTUS.*) *Caput Auguſti nudum, verſus lævam.*

ΘΕΣΣΑΛΩΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *In Corona Laurea.*

Invenitur hic nummulus in *Muſeo noſtro.* Similem ſervat *Muſeum Wildianum*, editum in eodem Num. 82. Sed ibi duabus lineis abſolvitur (ita ΘΕΣΣΑΛΟ ΝΙΚΕΩΝ.) non tribus, ut in *noſtro* & *Morelliano*, nummuli Inſcriptio.

TABULA XLVI.

EXHIBENS

NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI GRAECA

EX AERE MINIMO.

Num. 1. & 2.

ΚΑΙΣΑΡ. (*CAESAR.*) *Victoria, globo inſiſtens, dextra corollam tenet, læva palmam.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *in Corona Quernea.*

Blandiuntur hoc nummulo Theſſalonicenſes Cæſari, ut Servatori civium poſt victoriam Actiacam, qua de cauſſa forte ejusmodi auream coronam Romam miſerunt. Exſtitit in *Theſauro Chriſtinæ Reginæ.*

Num. 3.

Inſcriptio capitis abeſt.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *deſuper eſt Stella, in Laurea.*

Stella ſeu Aſtrum, paſſim cerni ſolet in nummis *Caſſandri Regis Macedonum*, ubi ipſe eques depingitur, & ante equi pectus aſtrum ſimile huic adparet, qui nummi omnes videntur cuſi in urbe Theſſalonica, quam idem Caſſander condidit. Servatur nummus in *Theſauro Regio Verſalienſi.*

Num. 4. & 5.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ. (*AUGUSTUS CONDITOR.*) *Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.*

ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. (*CLAZOMENIORUM.*) *Figura armata gradiens, læva clypeum tenet.*

Primi hunc nummum ediderunt *Octavianus Strada à Rosbach* atque *Hubertus Goltzius.* Ex hiſce *Goltzius* in *Auguſto* Tab. LIII. Num. 9. priorem partem Inſcriptionis ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. (CLAZOMENIORUM.) duabus literis initialibus truncatam ponit; perigraphen vero capitis diverſam ab hoc nummo exhibet. Nam in deſignato ibidem capitum numero 56. Auguſti caput nudum exhibetur, atque per transverſam nummi aream hæc invenitur Inſcriptio, ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙΣΑΡ. (IMPERATOR CAESAR.) *Stradæ* vero nummus cum *Morelliano* convenit, ſed adſequi lectionem circa caput Auguſti non potuit *Strada*, inepte legens ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΩΣ ΙΗΟΣ. Neque initialem literam in ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ adſequi idem potuit. *Morellius* autem nummum ſuum depromſit ex *Theſauro Regis Boruſſiæ*, ex quo ſimiliter edidit *Laur. Begerus* in *Theſauro Brandenburgico* Tom. II. p. 604. Sed apud *Begerum*, *Goltzium*, & *Stradam*, figura militaris, quæ in poſtica parte nummi cernitur, virilis & paludamento imperatorio

rio ornata adparet. Illud tamen ex pictoris sculptorisve licentia provenisse, non modo adcuratior *Morellii* docere videtur manus, quæ nudata dextra mamilla muliebrem ostendit figuram, verum insuper *Jo. Vaillantii* testimonium, qui similem nummum offendit in *Museo W. Falchneri*, & forte integriorem reliquis, unde p. 4. ita eum describit „ ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. *Clazomeniorum, in Ionia.* Ro„ ma galeata stans, dextra hastam, sinistra cly„ peum." Videlicet hasta illa in reliquis nummis obscura vel detrita fuisse videtur. Cur vero Conditorem suum Clazomenii vocarint Augustum, valde obscurum est. Statuere licet, incolis & ædificiis auctam fuisse urbem ab Augusto, dum ille in Asia versatus fuit. Nam, quæ de porrecta Augusti in nummo cervice, quasi ad Alexandri Magni æmulationem, profert *Begerus*, verba sunt, quæ ipsa capitis in nummo figurâ, reliquis per omnia simili, facile refelli videntur.

Num. 6.

ΚΑΙΣΑΡ. (*CAESAR.*) *Caput Augusti nudum, dextram versus.*

ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ. (*CYDONIATARUM.*) *Lupa puerulo ubera præbens.*

Symbolum Cydoniæ, urbis Cretæ, in moneta sua passim esse solet Lupa puerulum uberibus lactans, in memoriam scilicet Mileti pueri, quem expositum à matre in sylva, nutritum à fera perhibebant incolæ. Erat hic Miletus Apollinis & Areæ, Cleochi natæ, filius, ut tradit Apollodorus Lib. III. Cap. 1. §. 2. p. 149. vel potius Apollinis & Acacallidis, quæ Minois, Cretæ regis, perhibetur filia fuisse, prouti nos docet Antoninus Liberalis *Metamorph.* Cap. XXX. p. 459. ubi historia pueri, hunc, & similes Cydoniatarum nummos inlustrans, hæc habetur. Ἀπόλλωνος καὶ Ἀκακαλλίδος τῆς Μίνω θυγατρὸς, ἐγένετο παῖς ἐν Κρήτῃ Μίλητος· τοῦτον ἡ Ἀκακαλλὶς, δείσασα Μίνω, ἐξέβαλλεν εἰς τὴν ὕλην, καὶ αὐτὸν ἐπιφοιτῶντες λύκοι, βουλῇ Ἀπόλλωνος, ἐφύλαττον, καὶ ἄρεγον παρὰ μέρος γάλα· ἔπειτα δὲ βουκόλοι περιτυχόντες, ἀνείλοντο, καὶ ἔτρεφον ἐν τοῖς οἰκείοις. *In Creta Miletus ex Apollinis & Acacallidis, quæ Minois erat filia, congressu est natus: eum mater Minois metu in sylva exponit: ubi eum lupi accedentes, jussu Apollinis custodierunt, ac per vices lactaverunt. Deinde bubulci supervenientes sustulerunt, ac domi suæ enutriverunt.* Narratur deinde ibidem, quomodo, ubi adoleverat, in Cariam confugerit, atque de nomine suo Miletum urbem exstruxerit. Servatur hic nummus in *Museo nostro*; *Andr. Morellius* vero posteriorem ejus partem ex *Museo Dom. Dronii* depinxit.

Num. 7.

ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ. (*CYDONIATARUM.*) *Lupa puerulum lactans.*

Exstat hic nummus in *Thesauro Regio*, atque in *Museo nostro*. Publicavit eundem jam olim *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LIII. Num. 3. & *Carolus Patinus* p. 50. Commentariolo eundem illustravit *Tristanus*, quem ex Tom. I. p. 96. hic subjecimus. „ Cette medaille fut sans doute frap„ pée par les Cydoniens en l'honneur de leur bien„ faicteur Auguste, en consideration de la liberté „ qu'il leur avoit renduë, & aux Lampéëns, des„ quels il avoit aussi esté assisté en ses guerres, „ comme *Dion* le remarque liv. LI. Or Cydonia „ estoit une ville de Crete, & des principales, „ comme nous le voyons dans *Strabon*, & mesme „ estimée metropolitaine par *Florus* liv. III. *Me*„ *tellus* (ce dit-il) *deinde totam insulam igni ferroque* „ *populatus intra castella & urbes redegit, & Gnos*„ *sum, & Erythræam, & ut Græci dicere solent, ur*„ *bium matrem Cydoneam.* En quelques imprimez „ il y à *Cydonam*, mais il faut lire par tout *Cydo*„ *niam*. Philostrate liv. IV. de la vie d'Apollonius „ chap. XI. l'appellant comme cette medaille Κυ„ δωνίαν. Et *Ælian* liv. XII. de ses hist. diver. „ chap. 50. fait mention d'un *Nymphæus* Cydonia„ te, que les Lacedemoniens envoyerent querir „ avec plusieurs autres sçavans personnages pour „ estre instruits par eux en diverses sciences. Cet„ te ville donc estoit renommée d'estre remplie de „ gens doctes, & le Scholiaste de Theocrite remar„ que sur le septiesme Idille vers 11. qu'Homere „ appelle les Cydoniens & Cretes μεγαλήτορες, *ma*„ *gnanimes*, en ce vers,

„ Ἐν δὲ Κρῆτες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες.

„ Et Callimaque dit en son hymne *in Jovem*, que „ la campagne couronnante cette ville s'appelloit „ Ὀμφάλιον, c'est à dire *nombril*, à cause (ce dit-il) „ que le nombril du petit Jupiter nouveau né tom„ ba en ce champ. Ce que *Diodore Sicilien* a aussi „ remarqué liv. 5. de ses histoires.

„ Or *Stephanus* fait mention d'une ville du mes„ me nom en Sicile, mais le revers de cette me„ daille nous confirme que ce sont les habitans de „ celle de Crete qui la firent frapper. Car cet „ enfant allaicté par cette Louve, est la representa„ tion de la fortune de *Miletus* fils d'Apollon & d'A„ callis fille de Minos, qu'*Antoninus Liberalis* hi„ stoire XXX. de ses Metamorphoses, escrit avoir „ esté exposé par se mere en une forest, de peur „ que Minos n'eust cognoissance de son faict, & „ que là furent envoyées des Louves par Apollon „ pour l'allaicter tour à tour, le gardans contre „ la violence des autres bestes farouches. Ce qui „ succeda si bien qu'il devint grand & s'en fuit „ (ce dit-il) en Carie par mer, où il bastit la ville „ de Milet; estimant que c'est aussi aux Cydoniens „ qu'appartenoit cette medaille, y frappé en l'hon„ neur de Domitian sous le gouvernement d'un cer„ tain Helvius, comme vous voyez, est pareillement „ representé une Louve aillaictent un Enfant. Au re„ ste *Athenée* liv. VI. remarque que les Cydoniates a„ voient accordé à leurs esclaves & vallets qu'ils ap„ pelloient *Clarotas*, κλαρώτας, qu'en certaines festes „ ils eussent pareille authorité qu'eux dans la ville; „ voire mesme leur estant permis d'empescher aux „ hommes de libre condition d'y entrer ces jours là, „ & de plus ils eurent la permission de fouëter les „ enfans de leurs maistres pendant ce temps-là, „ si bon leur sembloit."

Num. 8.

Nota capitis huic nummo non adscribitur.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. (*CYZICENORUM.*) *Tæda ardens.*

Cyzicus, quæ præclara fuit urbs, cultu Cereris plane fuit insignis, quod docent variis typis, ad

ad illum cultum ſpectantibus, Cyzicenorum nummi, tam cum capitibus Imperatorum Romanorum, quam ſine iisdem, cuſis. Spectat igitur tæda ardens ad fabulam Proſerpinæ, fruſtra ubique terrarum à matre Cerere quæſitæ. Vidiſſe ſeſe hunc ipſum vel ſimilem, teſtatur *Jo. Vaillantius* p. 4. apud *P. Aſſeline.*

NUM. 9.

Partis anterioris notitia abeſt.

ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ. (*COMMUNE CYPRIORUM.*) *Templum Cypriæ Veneris cum ingenti lapide in coni formam.*

Cernitur in nummo Templum Veneris Cypriæ, & in medio ejus lapis in monticuli vel coni formam adſurgens. Videlicet antiquiſſimis temporibus pro ſimulacris Deorum Dearumque ejusmodi fuere lapides, ut diſerte pluribus locis docet *Pauſanias.* De Apolline, cognomine Carino, in Atticis, ſive Lib. I. p. 106. Ἔστι δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ τῷ ἀρχαίῳ πλησίον πυλῶν καλουμένων Νυμφάδων, λίθος παρεχόμενος πυραμίδος σχῆμα οὐ μεγάλης· τοῦτον Ἀπόλλωνα ὀνομάζουσι Καρινόν. *Ad portam quam Nymphadem adpellant, in veteri Gymnaſio lapis eſt, qui non magnæ pyramidis formam præ ſe fert. Lapidem eum Apollinem Carinum nominant.* Simili forma colebatur Jupiter Milychius apud Corinthios. Idem *Pauſanias* Lib. II. p. 132. Μετὰ δὲ Ἀράτου ἡρῷον, ἔστι μὲν Ποσειδῶνι Ἰσθμίῳ βωμὸς, ἔστι δὲ Ζεὺς Μειλίχιος καὶ Ἄρτεμις ὀνομαζομένη Πατρῴα, σὺν τέχνῃ πεποιημένα οὐδεμιᾷ· πυραμίδι δὲ ὁ Μειλίχιος, ἡ δὲ κίονί ἐστιν εἰκασμένη *Poſt Arati monumentum ara eſt, Iſthmio Neptuno dicata: Sunt item Milichii Jovis, & Dianæ, cui Patroæ cognomentum, radii & ſine ulla arte facta ſigna. Milychius pyramidis, Patroa columnæ figuram habet* Eamque conſuetudinem Græcis omnibus fuiſſe, poſt plura paſſim in Opere ſuo adlata exempla, demonſtrat idem *Pauſanias* Lib. VII. p. 579. Τὰ δὲ ἔτι παλαιότερα καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι, τιμὰς Θεῶν ἀντὶ ἀγαλμάτων εἶχον ἀργοὶ λίθοι. *Et ſane Græcis olim omnibus patrium fuit rudes lapides pro Diis, proinde ac ſimulacra ipſa, colere.* Quamvis igitur Cyprii haud deſtituti fuerint ſimulacris Veneris marmoreis atque artificioſe fabrefactis, vetuſtiorem colendi Deam morem, una cum Deæ Templo in hoc nummulo expreſſerunt.

NUM. 10.

Inſcriptio in nummulo meo animadverti nequit. Sed apud Patinum eſt ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *quæ & ſequentium à parte capitis Inſcriptio eſt. Caput Auguſti, lævam verſus, laureatum.*

ΣΟΦΟΚΛΗΣ. ΚΩΙΩΝ. (*SOPHOCLES. COIORUM.*) *Clava Herculis & Anguis Æſculapii baculo involutus.*

Cultum Æſculapii & Herculis in Inſula Co hic nummulus exprimit. Inde Herculis caput in proxime ſequenti nummulo, ac mox, in duobus aliis, Æſculapii. Invenitur apud *Patinum* p. 43. Servatur in *Theſauro Regio* atque in *Muſeo noſtro.*

NUM. 11.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.*

ΚΩΙΩΝ. ΠΥΘΩΝΙΚΟΥ. (*COIORUM. PYTHONICI.*) *Caput Herculis in leonis exſuviis.*

Inter Coorum Numina quoque fuit Hercules, cujus clavam, in nummulo præcedente cum baculo Æſculapii ſerpente involuto, conjunxerunt. Servatur nummus in *Theſauro Regio*, atque Venetiis in *Muſeo Dom. Theupoli*, p. 832.

NUM. 12.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.*

ΚΩΙΩΝ ΧΑΡΜΙΔΟΣ. (*COIORUM. CHARMYDUS.*) *Caput Æſculapii laureatum.*

Quamvis pictura *Morelliana*, delineata ad nummulum ex *Theſauro Regio*, tantum Archontis Coiorum (erant enim Archontes in illa Inſula) nomen, duas priores literas, reliquis deletis, habeat ſuperſtites, integrior tamen lectio *Jo. Vaillantii* p. 4. ex nummo *Muſei* ipſius, verum nomen nobis ſuppeditat.

NUM. 13.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.*

ΚΩΙΩΝ. ΝΙΚΑΓΟΡΑΣ. (*COIORUM. NICAGORAS.*) *Caput Æſculapii laureatum.*

Vulgavit hunc nummulum *Carolus Patinus* p. 43. ſed tamen mutilum. Archontis enim nomen, corruptis & imminutis literis, ita ſcribitur, ΝΙΚ. ΟΡΔ . . , pro ΝΙΚΑΓΟΡΑΣ prout integre exſtat in Nummo *Theſauri Regii*, quem delineavit *Andr. Morellius.*

NUM. 14.

Prioris partis epigraphe non additur.

ΖΕΥΣ ΦΙΛΑΛΗΘΗΣ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. (*JUPITER, VERITATIS AMICUS. LAODICENSIUM.*) *Simulacrum Jovis, ſtans, dextra aquilam, læva haſtam tenet.*

Cultum Jovis *Philalethis*, ſive *Veritatis Amici*, ſingulari epitheto, in nummis ſuis celebrant

Laodicenses, quem passim, aquilam dextra, læva hastam tenentem effingunt. Veri amorem haud inmerito Deorum summo adscripserunt Laodiceni, quem fallere videlicet nemo possit, quique ipse fallat neminem; qua ratione ut Ὅρκιος, sive *jurisjurandi præses*, quoque passim à Græcis cultus fuit, neque minus vere, quam poëtice *Veritatem*, *Jovis filiam*, adpellavit Lyricorum Princeps.

Exstat nummulus in *Thesauro Regio*, ejusque aversam partem quoque exhibuit *Ezech. Spanhemius* ad *Juliani Cæsares* p. 150.

Num. 15.

Partis prioris nota abest.

ΠΟΛΕΜΩΝ ΦΙΛΟΠΑΤΩΡΟΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. (*POLEMON PHILOPATORIS Filius. LAODICENSIUM.*) *Jovis Philalethis simulacrum.*

Jo. *Vaillantius* p. 4. in alio nummo, in quo Bacchi est imago cum cantharo & thyrso, ita legit ΠΟΛΕΜΩΝ ΦΙΛΟΠΑΤΗΡ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. & explicat, POLEMON PHILOPATER. LAODICENSIUM. Sed videtur literam H. existimasse, quæ Ω. est in ipso nummo. Servatur hic nummus in *Museo Regio.*

Num. 16.

Et in hoc capitis Inscriptio desideratur.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΣΟΣΘΕΝΗΣ ΡΩ. (*LAODICENSIUM. SOSTHENES RHO. Filius.*) *Simulacrum idem Jovis Philalethis, sub aquila & manu dextra est corolla, intra quam litera* Z. *cernitur.*

Laodicenses hi Cariæ adscribuntur à *Vaillantio*, & nomina Scribarum in nummis signasse dicuntur. Litera Z. quæ corollæ includitur, initialis quum sit vocis Ζεύς, quæ integra scribitur supra Num. 14. sine dubio Jovis illud nomen indicat, cujus cognominis, Philalethis videlicet, ipsum Simulacrum vicem supplet. Exstat nummulus in *Museo Regio.*

Num. 17.

Anterioris partis descriptio desideratur.

. . . . ΟΓΙΣ . . . ΠΥΘΟΥ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. (. . . . *OGIS* . . . *PYTHI Filius. LAODICENSIUM.*) *Jovis Philalethis Simulacrum.*

Satis clare (ut opinor) ex hoc nummo patet, solitos fuisse Scribas Laodicensium patris nomen una cum suo adponere. Nam hic quidem, quocunque is fuerit nomine, Pythi se inscripsit filium, Sosthenes, qui præcedenti occurrit nomine Rhodini vel alterius, cujus nominis literæ *Rho* primam faciunt syllabam. Itaque Polemon, qui Num. 15. occurrit, omnino Philopatoris fuit filius, neque *Philopater* in nummo à *Jo. Vaillantio* descripto tolerari potest. Imo ex nummo integriore apud *J. Fr. Haymium* in *Thesauro Britannico* vulgatum, sed ab hoc diversum, clarissime id adparet. Scribitur enim ibi ΠΥΘΗΣ ΠΥΘΟΥ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. (PYTHES *Filius* PYTHI SECUNDUM *Scriba.* LAODICENSIUM.) Jupiter vero idem exprimitur Philalethes, & in area Dioscurorum sunt pilei. Exstat vero nummus, de quo nunc agimus, in *Thesauro Reginæ Christinæ.*

Num. 18. & 19.

ΠΥΘ . . . . . *Lege ex alio Jo. Vaillantii nummo*, ΠΥΘΩΝΙΚΟΣ. (*PYTHONICUS*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. (*LAODICENSIUM.*) *Caput Jovis Philalethis.*

In nummo simili, quem ex *Museo Dom. Foucault* citat *J. Vaillantius*, caput Jovis Ammonis esse dicitur, quod, nisi inspecto nummo, vix credam. Nam, quum in illa urbe præcipue viguerit cultus Jovis Philalethis, omnino caput ejusdem Jovis in nummo, non Jovis Ammonis exprimi verosimile est. Depinxit *Morellius* nummum hunc ex *Museo Dom. Dronii*, viditque similem *J. Vaillantius* apud *Dom. Foucault.*

Num. 20.

Non adest capitis epigraphe.

ΛΑΠΠΑΙΩΝ. (*LAPPAEORUM.*) *Apollo stans, longa & muliebri indutus stola, dextra plectrum, læva citharam tenet.*

Lappa Cretæ fuit urbs, Apollinis cultu nobilis, unde passim in nummis ejus urbis, qui Imperatoris imaginem non habent, à parte anteriore Apollinis cernitur caput, à posteriore, ejus dei Lyra, sive Cithara. Non igitur mirum in nummulo hoc inveniri Apollinem Citharœdum. Desumtus est ex *Thesauro Regio.*

Num. 21.

Abest caput ejusque Inscriptio.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ. (*MILESIORUM.*) *Templum sex columnarum, fastigiatum.*

Branchidarum apud Milesios fuit Oraculum, & conditoris Mileti sacer honor. Auguror tamen Templum hic depingi, quod in honorem Augusti erexerint Milesii. Delineavit typum nummuli ex *Thesauro Reginæ Christinæ Andr. Morellius.*

NUM.

Num. 22.

Caput Augusti nudum, sine Inscriptione.

ΜΥΛΑΣΕΩΝ. (*MYLASENSIUM.*) *Bipennis & tridens in unam conflati figuram, quibus circumvolvuntur, atque adponuntur delphines.*

Vulgarunt nummum hunc *Petitus* de Amazonibus p. 270. & *P. Seguinus* inter *Selecta Numism. ex Museo Genovevæ* p. 316. & hic quidem Insulæ Mylasæ, quæ vicina Samo est, adscribit. Verum rectius à *J. Vaillantio* refertur ad nobilissimam ornatissimamque Cariæ urbem, plurali numero, Mylassi, & à quibusdam Mylassa adpellatam. Erat hæc urbs sita in campo opulento, à mari atque navali suo octoginta stadiis dissita, ut docet *Pausanias* Lib. VIII. p. 619. ubi scribit in quodam veteri Arcadiæ Templo marinæ undæ esse scatebras, sicuti & in Arce Athenarum, atque in Templo apud Mylasenses, Cariæ civitatis, Dei, quem patria lingua Ogoa adpellant, deinde hæc subjungit. Ἀθηναίοις μὲν δὴ σταδίους μάλιστα εἴκοσιν ἀφέστηκε τῆς πόλεως ἡ πρὸς Φαληρῷ θάλασσα· ὡσαύτως δὲ καὶ Μυλασεῦσιν ἐπίνειον σταδίους ὀγδοήκοντα ἀπέχον ἐστὶν ἀπὸ τῆς πόλεως. *Athenæ quidem à Phalero* (ab ea enim parte mare proximum est) *absunt stadia haud amplius viginti: Mylasensium vero navale abest ab oppido stadia octoginta.* Navale illud Mylassensium Passala *Stephano Byzantino* adpellatur, Πάσσαλα, Μυλασσέων ἐπίνειον. *Passala, Mylassensium navale.* Itaque haud mirum videri debet, si Tridens cum delphinis in hoc Mylasensium tamquam navalis potentiæ adpareat Symbolum. Sed, quoniam combinata junctaque eidem bipennis est, hujus quoque ratio inquirenda nobis est. Testatur *Herodotus* Lib. I. Cap. CLXXI. Jovis Carii antiquum apud Mylasenses fuisse templum. Ἐν Μυλάσοισι Διὸς Καρίου ἱερὸν ἀρχαῖον. *In urbe Mylassis antiquum Jovis Carii fanum est.* Amplius vero, & inprimis ad nummi hujus intellectum *Strabo* Lib. XIV. p. 973. Ἔχουσι δ' οἱ Μυλασεῖς ἱερὰ δύο, τοῦ Διός, τό τε Ὀσογὼ καλούμενον, καὶ Λαβρανδηνοῦ· τὸ μὲν ἐν τῇ πόλει, τὰ δὲ Λάβρανδα κώμη ἐστὶν ἐν τῷ ὄρει κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τὴν ἐξ Ἀλαβάνδων εἰς τὰ Μύλασα ἄπωθεν τῆς πόλεως· ἐνταῦθα Διός ἐστι νεὼς ἀρχαῖος, καὶ ξόανον Διὸς Στρατίου· τιμᾶται δ' ὑπὸ τῶν κύκλῳ, καὶ ὑπὸ τῶν Μυλασέων· ὁδός τε ἔστρωται σχεδόν τι ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα σταδίων μέχρι τῆς πόλεως, ἱερὰ καλουμένη, δι' ἧς πομποστολεῖται τὰ ἱερά· ἱερῶνται δ' οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν πολιτῶν ἀεὶ διὰ βίου. *Mylasenses duo habent templa Jovis, unum ejus, quem Osogo dicunt, alterum Labrandini: illud in urbe. Labranda pagus est in monte, qui Alabandis Mylasa euntibus superatur, longius ab urbe; ibi templum est Jovis antiquum, & simulacrum Jovis Stratii* (seu Militaris:) *colitur is à circumjacentibus, & à Mylasensibus, via eo usque strata est ab urbe ad sexaginta fere stadia, quæ sacra dicitur, & per eam sacræ pompæ ducuntur, sacerdotium nobilissimi civium gerunt per omnem vitam.* Jam vero qui in Carum moneta & nummis, tam dynastarum, quorum antiqua regia Mylasa urbs fuit, ut Mausoli, Hydriæi, Pixodari &c. quam urbium, Jovem Stratium seu Labradensem contemplatur, videbit manum ejus Dei bipenni semper ornatum. Servatur nummus in *Thesauro Regio.*

Num. 23. & 24.

ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΤΙΣΤΟΥ. (*AUGUSTI CONDITORIS.*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

ΝΕΙΚΟΠΟΛΙΣ. *NICOPOLIS.*) *Bos.*

De Nicopoli, quam urbem in Epiro, post victoriam Actiacam, condidit Augustus, supra ad Tab. XL. Num. 19. plura diximus. Bos in hoc nummo agri fertilitatem indicare videtur. Exstat nummus in *Thesauro Regio.*

Num. 25.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ. (*AUGUSTUS CONDITOR.*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩΣ. (*NICOPOLIS.*) *Apri caput duabus transfixum hastis.*

Confer ea, quæ de simili nummo æreo secundæ magnitudinis, atque spolio Apri Calydonii, diximus supra ad Tab. XL. Num. 17. Invenitur nummus in *Thesauro Regio.*

Num. 26.

Epigraphe & caput forte à præcedente nummo non discrepant.

ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩΣ. (*NICOPOLIS.*) *Victoriæ turritæ & alatæ caput, humeris & pectore tenus.*

Elegante schemate urbis suæ Genium exprimunt in hoc nummulo Nicopolitæ. Nam imago illa simul rationem adpellationis ante oculos ponit. Nicopolin enim illam Conditor Augustus, victo ad Actium Antonio, quasi *Victoriæ Urbem* adpellari voluit. Et quoniam urbium imagines, vel civitatum Genii, passim turritam in nummis coronam gerunt, hinc ipsi Victoriæ, tanquam Genio urbis suæ, eandem inposuerunt. Custoditur elegans nummulus in *Thesauro Regio.*

Num. 27.

Inscriptio & caput à præcedentibus discrepare non videntur.

ΝΕΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. (*NICOPOLIS SACRA.*) *Victoria dextra protendens lauream, læva coronam tenens.*

Victoriæ imago rationem denominationis ejus Urbis arguit, *Sacra* autem vocatur Nicopolis propter ludos sacros, de quibus supra ad Tab. XL. Num. 19. egimus.

Num.

Num. 28.

ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*CAESAREM AUGUSTUM.* scilicet *colit*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. (*NICOPOLIS SACRA.*) *Victoria, dextra corollam, læva palmam tenens, proræ navis insistit.*

Victoriam navalem ad Actium, quam de M. Antonio & Cleopatra, Ægypti regina, Augustus retulit, hic typus respicit. Vulgavit nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXXI. Num. 5.

Num. 29.

Non adest perigraphe capitis.

ΙΕΡΑ ΝΕΙΚΟΠΟΛΙC. (*SACRA NICOPOLIS.*) *Fortuna tutulata stans, dextra temonem, læva cornucopiæ tenet.*

Fortunam & abundantiam nobilissimæ urbis exprimit hic typus, quam celebrant Scriptores, tamquam quæ mirifice à conditore suo Augusto exornata, brevi temporis spatio ad maxima pervenerit incrementa.

Num. 30.

Neque hujus nummuli, neque trium, qui sequuntur, capitis adest epigraphe.

ΝΥΣΑΕΩΝ. (*NYSAEORUM.*) *Tripus in Corona Laurea.*

Nysæ nomine variæ in Asia fuere urbes, videlicet in Arabia, Cappadocia, Caria, Lydia atque India. *J. Vaillantius* hunc & similes nummos Nysæ in Caria adsignat. Exstitit ibi Nysa urbs, juxta *Strabonis* testimonium prope *Tralles.* Tripus Apollinis cultum arguit. Delineavit nummulum *Andr. Morellius* ex *Thesauro Schwartzburgico.*

Num. 31.

ΟΡΘΩCΙΕΩΝ. (*ORTHOSIENSIUM.*) *Pluto Proserpinam rapit in citis quadrigis.*

Orthosia maritima Phœniciæ urbs fuit, infra Aradum, prope Eleutherum amnem, juxta *Strabonem* Lib. XVI. p. 1093. Cur raptum Proserpinæ in nummo signaverit, obscurum est, sed innuere videtur singulari cultu ibidem Proserpinam fuisse habitam. Servatur nummus in *Thesauro Regio.*

Num. 32. & 33.

ΠΕΠΑΡΗΘΙΩΝ. (*PEPARETHIORUM.*) *Caput barbatum, sine corona.*

Peparethus insula fuit ex Cycladibus vini bonitate atque olei præstantia nobilis, unde illa Euœnum dicta quondam fuit. *Plinius* Lib. IV. Cap. 12. *Athos* (mons) *ante se quatuor* (insulas habet) *Peparethum cum oppido, quondam Euœnum dictum, novem mille passuum.* Caput in nummo obsignatum, Jovis esse credidit *Vaillantius*, verum ego Priapi esse existimo, quare etiam insulæ Peparetho adsigno nummum in sequenti Tabula Num. 46. sola litera Π. inscriptum, qui Priapi Dei exhibet hermam. In Græcia *Goltzii* Peparethiorum exstat nummus cum obscœno atque obscuro schemate viri atque mulieris, quæ inferne in vaccam desinit, quem typum *Ludovicus Nonnius* de Ino in vaccam mutata exponit p. 235.

Num. 34. & 35.

ΚΑΙΣΑΡΑ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΑ. (*CAESAREM IMPERATOREM.*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

CEBACTON. (*AUGUSTUM* scil. *colunt.*) *Sequitur deinde* ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. (*PERGAMENORUM.*) *Augusti Statua, dextra hastam tenentis, in templo fastigiato tetrastylo, paludata.*

Pergameni in Asia testatum hoc nummo fecerunt honorem, quem exhibuerunt Augusto, cui Templa & statuas, more servilis Asiæ, erexerunt. Servatur in *Thesauro Regio.*

Num. 36. & 37.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. CEBACTON. (*PERGAMENORUM. AUGUSTUM.*) *Caput Augusti laureatum, ante quod est Capricorni nota.*

ΚΑΙCΑΡΑ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΑ. (*CAESAREM IMPERATOREM.* scil. *colunt.*) *Templum fastigiatum, tetrastylum, in quo Statua est Liviæ, quæ stat, dextra tenens hastam. Subtus in hoc & sequenti nummulo figura est, quæ globum cum temone superposito designare videtur.*

Statuam, quam in Templo à Pergamenis collocatam observamus, nullam aliam, quam Liviæ esse, nos docent alii nummi, ab iisdem Pergamenis signati, qui juncta in anteriore parte Augusti atque Liviæ capita, atque simile Templum cum Statua Augusti in postica parte exhibent, quales duo citantur atque describuntur à *Vaillantio* p. 5. quodque inprimis docet infra *Domus Augustæ* Tab. III. Num.

18. &

18. & 19. Nummulus qui in priori parte Augusti atque Liviæ adversa exhibet capita, & in posteriori Templum cum Statua Augusti & Inscriptione ΘΕΩΝ ϹΕΒΑϹΤΩΝ (DEORUM AUGUSTORUM) sive *venerandorum*. Depinxit hunc nummum *Andr. Morellius* ex *Museo Dom. de Seignalay.*

NUM. 38. & 39.

Nihil hic nummus, qui in *Thesauro Regis Christianissimi* adservatur, à priore, nisi positu literarum discrepat. Signum Capricorni non modo Latini Augusti nummi sed & Græci complures, respectu felicis genituræ Augusti, exprimunt.

NUM. 40.

Vacat.

TABULA XLVII.
ADHUC EXHIBENS
NUMISMATA CAESARIS AUGUSTI GRAECA
EX AERE MINIMO.

NUM. 1. & 2.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΚΑΙ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. (*PERGAMENORUM ET SARDIANORUM.*) *Figura togata stans, quam alia figura, itidem togata, coronat.*

ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*AUGUSTUM* scilicet *colunt.*) *Statua cum basi a in Templo distylo fastigiato. Ad latera ejus Templi scribitur*, ΚΕΦΑΛΙΩΝ. ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΩΝ. *KEPHALION SCRIBA.*

Carolus Patinus, qui hunc atque sequentem nummum, sed minus nitide protulit in libro quem inscripsit Imperatorum *Roman. Numism.* p. 53. Edit. *Argent.* ibidem scribit: „ *Cur figura stans alteri* „ *coronam imponat scire maxime cuperem,*" Cujus rei notitiam ut aperiamus, sciendum est, crebro solitos fuisse veteres Græcos, beneficii accepti memores, ejusmodi statuas, in quibus altera alteram coronat, dedicare. Illustre exemplum dabimus populi Atheniensis eo modo à populo Perinthiorum & Byzantiorum coronati, erectis tribus in Bosporo statuis. Docet nos id inlustris apud *Demosthenem* locus in Oratione de *Corona* p. 325. ubi insigne in illam rem occurrit Psephisma populi Byzantini, quod antiquitatis caussa, & quoniam mirifice hos nummos illustrat, non verebor integrum adscribere:

ΨΗΦΙΣΜΑ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ.

Ἐπὶ ἱερομνάμονος Βοσπορίχω, Δαμάγητος ἐν Τεαλίᾳ ἔλεξεν, ἐκ τᾶς βωλᾶς λαβὼν ῥήτραν· ἐπειδὴ ὁ δᾶμος ὁ Ἀθηναίων, ἔντε τοῖς προηγνωμένοις καιροῖς εὐνοέων διατελεῖ Βυζαντίοις, καὶ τοῖς συμμάχοις, καὶ συγγενέσι Περινθίοις, καὶ πολλὰς, καὶ μεγάλας χρείας παρέσχηται ἔντε τῷ παρεστακότι καιρῷ, Φιλίππω τῶ Μακεδόνος ἐπιστρατεύσαντος ἐπὶ τὰν χώραν, καὶ τὰν πόλιν, ἐπ᾽ ἀναστάσει Βυζαντίων, καὶ Περινθίων καὶ τὰν χώραν δαΐοντος, καὶ δενδροκοπέοντος, βοηθήσας πλοίοισιν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι, καὶ σίτῳ, καὶ βέλεσι καὶ ὁπλίταις, ἐξείλετο ἁμὲ ἐκ τῶν μεγάλων κινδύνων, καὶ ἀποκατέστασε τὰν πάτριαν πολιτείαν, καὶ τὼς νόμως· καὶ τὼς τάφως, δεδόχθω τῷ δάμῳ τῷ Βυζαντίων, καὶ Περινθίων, Ἀθηναίοις δόμεν ἐπιγαμίαν πολιτείαν, κτᾶσιν γᾶς, καὶ οἰκείαν προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι ποτὶ τὰν Θόλον, ποτὶ τὰν βωλὰν, καὶ τὸν δᾶμον, πράτοις τοῖς περὶ τὰ ἱερὰ καὶ τοῖς κατοικεῖν ἐθέλουσι τὰν πόλιν, ἀλειτουργήτοις ἦμεν πασᾶν πρὸς τὰν λειτουργίαν· στᾶσαι δὲ καὶ εἰκόνας τρεῖς ἑκκαιδεκαπήχεις ἐν τῷ Βοσπόρῳ, στεφανούμενον τὸν δᾶμον τῶν Ἀθηναίων, ὑπὸ τῶ δάμω τῶν Βυζαντίων καὶ Περινθίων· ἀποστεῖλαι δὲ καὶ δωρεὰς ἐς τὰς ἔντε Ἑλλάδι πανηγύριας, Ἴσθμια, καὶ Νέμεα, καὶ Ὀλύμπια, καὶ Πύθια, καὶ ἀνακαρύξαι τὸν στέφανον ᾧ ἐστεφάνωται ὁ δᾶμος ὁ Ἀθηναίων ὑφ᾽ ἡμῶν. ὅπως ἐπιστέωνται οἱ Ἕλληνες πάντες, Ἀθηναίων ἀρετὰν καὶ τὰν Βυζαντίων εὐχαριστίαν.

DECRETUM BYZANTIORUM.

Pontifice Bosporicho, Damagetus in Tealia de concilii sententia dixit: Quoniam populus Atheniensis cum superioribus temporibus bene cupere Byzantiis: & sociis cognatisque Perinthiis, non destitit, & multa magnaque officia præstitit: tum hoc tempore Philippo nostrum agrum & urbem hostiliter aggresso, ad excidium Byzantiorum & Perinthiorum, agrumque incendiis, & succisis arboribus devastante: opem tulit navibus centum

centum & viginti, frumento, telis & legionibus, nosque è magnis periculis eripuit, & patriam rempublicam restituit, & leges & monumenta majorum: placere populo Byzantiorum & Perinthiorum, dare Atheniensibus affinitatem, civitatem, agri possessionem, & proprium ac principem locum in spectaculis, apud Tholum, apud senatum & populum, juxta sacerdotes: & in urbe habitare volentibus, immunitatem omnium onerum civilium: erigendas item esse statuas in Bosporo tres: sedenûm cubitûm singulas, populi Atheniensis coronati à populo Byzantiorum & Perinthiorum: mittenda etiam esse munera in celebres Græciæ conventus, Isthmia, Nemea, Olympia, & Pythia, & proclamandam coronam, qua donatus est populus Atheniensis à nobis: ut norint Græci omnes & Atheniensium virtutem, & Byzantiorum pietatem.

Sicuti igitur ibi à populo Byzantiorum & Perinthiorum coronatur populus Atheniensium, ita in his nummulis à populo Sardianorum & Pergamenorum coronatur Senatus, sive Populus Romanus. Neque obstat, quod una modo sit effigies, quæ coronam inponat, quum in utraque urbe, & Sardianorum & Pergamenorum, qui simul hos nummos signarunt, ejusmodi Statuæ, non vero uno in loco, ut fecerunt ad Bosporum Perinthii atque Byzantini, fuerint erectæ. Servatur hic nummus in *Thesauro Regio*.

Num. 3. & 4.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΚΑΙ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. (*PERGAMENORUM ET SARDIANORUM. Similes duæ Statuæ, sed illa, quæ coronatur, pateram manu tenere videtur.*

ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*AUGUSTUM* scilicet *venerantur. Templum tetrastylum, cum Statua Augusti, ut supra, infra scribitur* ΔΗΜΟΦΩΝ. (*DEMOPHON.*)

Agnoscitur ex hoc nummo Demophon Scriba, forte Sardianorum, quemadmodum in præcedente Kephalion Scriba Pergamenorum. Senatus vero vel Populus Romanus, qui ab Asiæ civitate vel populo in hoc nummo coronatur, pateram manu tenet, veluti libans pro salute Cæsaris Augusti. Custoditur hic nummulus quoque in *Thesauro Regio*, atque est similis in *Museo nostro*.

Num. 5. & 6.

Deleta, injuria temporis, est Inscriptio, tam in Regio nummo quam in meo. Exhibentur vero capita jugata Augusti & Liviæ.

. . . ΓΡΑΜΜΑΤΕ. . ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. (. . . . . *SCRIBA SARDIANORUM* . . . .) *Figura virilis togata stat, pateram dextra manu tenens.*

Figura hæc virilis sine dubio Sacerdotis est Augusti atque Liviæ apud Sardianos, qui libans patera, pro incolumitate Imperii atque Orbis Romani vota facit. Ex nummo meo, aliquanto integriore quam Regio, Scribæ nomen agnoscitur fuisse Marcus Antonius, ita enim in illo scribi videtur, ΜΑΡ. colligatis litteris. deinde ΑΤΟ. . . vel ΑΝΤΟ. . . duabus prioribus literis similiter forte colligatis. Infra quoque adparent aliquot literæ sub voce ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ, quæ videntur fuisse ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Quare reor & hunc nummum communi consensu, sicuti præcedentes, à Sardianis atque Pergamenis cusum fuisse.

Num. 7.

Caput Augusti laureatum, versus lævam, sine Inscriptione.

vel

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum versus lævam.*

Conferri debent quæ diximus supra ad similem nummum Græcum ex Ære Medio Tab. XL. Num. 24. Tab. LIV. Num. 20. Reperitur in *Thesauro Regio*.

Num. 8. & 9.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. (*AUGUSTUS. SMYRNAEORUM.*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΚΟΛΥΒΑΣΙΟΥ. (*DIONYSIUS COLYBASII Filius.*) *Victoria gradiens cum corolla & palma.*

Victorias Augusto Cæsari hoc nummulo gratulantur Smyrnæi, sub Prætore Dionysio Colybasii filio. Servatur in *Thesauro Regio*.

Num. 10.

Caput idem, & similis epigraphe præcedenti.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΚΟΛΥΒΑΣΙΟΥ. (*DIONYSIUS COLYBASII Filius.*) *Victoria similis.*

Scriptura in hoc nummulo discrepat à præcedente eo modo, quod ibi sit in ambitu nummi, hic vero ponatur per transversum ab utroque Victoriæ latere, in area. Depictus fuit nummulus ex *Museo Marchionis de Seignalay*. Exstat similis in *Museo nostro*.

Num.

NUM. 11.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΕΡΜΟΚΛΗΣ. (*SMYRNAEORUM. HERMOCLES.*) *Figura muliebris tutulata & stolata, stans, dextra tenet hastam, læva Victoriæ, quæ ipsam coronat, signum supra columnam.*

Magnus inprimis est numerus nummulorum Smyrnæ Urbis, qui figuram hanc muliebrem in aversa ostendunt parte; ii vero in antica parte caput Smyrnæ Amazonis turritum exhibent. Juxta stantem imaginem scribitur passim Prytanis, qui magistratus erat Smyrnæorum, nomen & titulus. Ejusmodi nummulum edidit *Petr. Seguinus* in *Select. Numism.* p. 32. & nos complures cum variis servamus nominibus, de quibus uberior in *Thesauro Numismatico-Geographico* aliquando dicendi erit locus. Sed & hunc Augusti nummum, sive posteriorem ejus partem, protulit idem *P. Seguinus* in eodem libro p. 371. minus tamen adfabre ad nummi ipsius iconem, quam *Morellii* pictura est, delineatum. Vestam hæc figura repræsentare creditur, atque ita passim à *J. Vaillantio* describitur. Prytanes vero in Græcis urbibus dicebantur, quorum munus erat Senatum quotidie, nisi festus foret dies, congregare, atque habito Senatus præjudicio, tabulam proponere, qua significabant, de qua re agendum in concione, quo die & qua diei hora. Vide *Julium Pollucem* Lib. VIII. Cap. IX. p. 913. & *Petitum* ad Leges Atticas p. 190. Smyrnæ Prytanes in singulari fuisse honore patet, quod eorum nomina una cum Magistratu nummis fuerint inscripta. Delineavit nummulum *Andr. Morellius* ex *Museo Marchionis de Seignalay.* Servatur similis in *Museo nostro.*

NUM. 12.

Non additur epigraphe capitis.

ΚΩΚΩΝΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. (*COCONIS. SMYRNAEORUM.*) *Capricornus.*

Gentile Sidus Augusti, ut plures Asiæ civitates, ita Smyrna quoque in nummis celebravit Augusti tempore.

NUM. 13. & 14.

CEBACTOC. CYNNAΔΕΩΝ. (*AUGUSTUS. SYNNADENSIUM.*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

. . . . ΛΟΝΙΟϹ ΑΝΘΥπατος. (*APOLLONIUS PROCONSULE.*) *Jupiter sedens cum palliolo, dextra victoriolam, læva hastam tenet.*

Synnas, sive Synnada, Phrygiæ fuit urbs, cujus plures *Imp. Rom.* Romanorum exstant nummi. Superest nummus *Domitiani*, inscriptus ΖΕΥΣ. ΠΑΝΔΗΜΟΣ CΥΝΝΑΔΕΩΝ. JUPITER. CONVENTUS UNIVERSUS SYNNADENSIUM. Sedet in nummo Jupiter, dextra victoriolam tenens, læva hastam. Alius Nervæ hanc habet Inscriptionem, ΔΙΑ ΠΑΝΔΗΜΟΝ CΥΝΝΑΔΕΙC. JOVEM, TOTIUS CONVENTUS PRAEFECTUM (colunt scilicet) SYNNADENSES. Typus Jovis in eo præcedenti est similis. Ex quibus nummis patet Jovem, in hoc nummo expressum, esse illum, quem veluti Præsidem suum colebat Conventus Synnadensium. Conventus videlicet Juridicos plures habuit Asia. Novem enumerat *Plinius* Lib. V. Cap. 29. eosque Cap. XXX. nominatim recenset. Inter eos Pliniano ordine secundus fuit Conventus Synnadensis, quæ à Phrygiæ urbe Synnada vel Synnadis, nomen accepit. Eo conveniebant Lycaones, Appiani, Eucarpeni, Dorylæi, Midæi, Julienses, & alii ex propinquo. Quare Proconsulis Romani dignitate & nomine superbit posterior pars hujus nummi, qui servatur in *Thesauro Regio.* Testatur *J. Vaillantius* p. 6. alium penes se fuisse, cum simili typo, inscriptum ΟΥΑΛΕΡΙΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ. VALERIUS PROCONSULE.

NUM. 15. & 16.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ. (*AUGUSTUS CONDITOR.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

ΤΗΙΩΝ. (*TEIORUM.*) *Bacchus, parte corporis superiore nudus, stat, læva tenens hastam, dextra cantharum.*

Teos, Ioniæ urbs, videtur insigne aliquod beneficium ab Augusto nacta fuisse, quod illum Κτίστην, *Conditorem*, in nummis inscripserit. Vini optimi feracem fuisse agrum, expressa passim in eorum nummis Bacchi imago docet; quem annuis celebrasse certaminibus non inepte ex Libro *Strabonis* XIII. colligit *Andr. Morellius* in *Specimine Rei Numm.* p. 202. Servatur hic nummus in *Thesauro Regio* & in *Museo nostro.*

NUM. 17.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ. (*AUGUSTUS CONDITOR.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus, in Templo tetrastylo.*

ΤΗΙΩΝ. (*TEIORUM.*) *Bacchus stans, ut supra.*

Prouti Conditores suos divinis inter Heroas honoribus colebant Græci, sic in medio Templi positum Augusti caput ostendit, Teios peculiari modo, supra reliquas multas Asiæ civitates, Augustum, ut Conditorem suum, Templis, imaginibus, atque aris honorasse. Elegans hic nummulus quoque in *Museo nostro* invenitur; *Andr. Morellius* ex *Thesauro Regio* delineavit, atque jam ante publicavit in *Specimine Rei Numism.* Tab. XX. Num. 2.

NUM. 18.

Vacat.

NUM. 19. & 20.

ΚΑΙΣΑΡ CEBACTOC. ΠΛΟΥCIAC ΥΠΑΤ8. (*CAESAR AUGUSTUS. PLUSIA HYPATI* fcil. *Filius.*) *Caput Augufti nudum, lævam verfus.*

ΑΠΟΛΛΑ Φ ΥΝΙΟΥ ΤΑΜΑ ΤΑΝ. *Quæ literæ, fi ita legantur, vix aptum aliquem fenfum fundunt. Minerva ftans, ægide armata pectus, dextra victoriolam gerit, læva, quæ clypeo nititur, haftam.*

Similem fere per omnia nummum publicavit *Carolus Patinus* in *Numm. Imp. Rom.* p. 45. Pars quidem prior in eo nihil ab antica hujus nummi difcrepat, quamvis ΠΛΟΥΤΙΑC exftare ibidem crediderit *Patinus*. Sed pofterior exhibet has literas, ΑΠΟΛΛΑC ΦΑ ΝΙΟΥ ΑΜΕΡ. . . atque pone ultimam vocem fedet vir, quafi captivus ingeniculatus. In eo quoque figura Palladis difcrepat quod læva manus non innitatur clypeo, fed elevatior haftam teneat. Ad hunc nummum ita fcribit *Carolus Patinus*. „Verecundiam „ Augufti & civilitatem ignorat nemo, nifi qui Au„ guftum ignorat: præclarum monumentum quod „ in oppido confulatum fibi deferri æquo animo tu„ lerit, ita ut ejus etiam rei quafi accepti beneficii te„ ftimonium exftare non fit dedignatus. Plutia au„ tem nunc *Piazza*, tefte *Aretio*, oppidum fuit „ in Sicilia geminum, novum & vetus, optime „ habitatum, cujus mentio exftat apud *Ciceronem*. „ Apollax Phaniæ filius urbis Præfectus fuum no„ men adjecit, vel Apollonius. Cœtera vetuftate „ detrita funt, ut legi non poffint. Minervam „ victricem infculpfit, vel urbis illius ftemma, „ vel commendando pacatori & victori orbis „ Augufto."

Primo quidem, quantum ad partem anticam, non (ut interpretatur *Patinus*) ΠΛΟΥΤΙΑC fed ΠΛΟΥCIAC ibidem legitur; itaque ad Plutiam, Siciliæ urbem non videtur poffe referri, fed viri effe nomen proprium. Deinde ΥΠΑΤ. item fimpliciter proprium viri effe nomen poteft, neque opus eft ut confulem denotet, & confugere nos cogat ad Auguftum, qui honoris cauffa Conful in urbe Plutia fuerit. Nam Romæ fuere Confules, Græcis Ὕπατοι dicti, non in alia Imperii Romani urbe. Ad pofticam nummi partem pergo. Difcrepantia illa lævæ manus, ex nummo minus ibidem integro oriri potuit. Vir quoque ille ingeniculatus ex elevatiore metalli bulla pro literis ΤΑΝ. obverfari Patini oculis potuit, quum ipfe fateatur detritiorem fuiffe nummum, & fic in cæteris literis facile glaucoma aliquod oculis potuit objici. Quid fi igitur exigua mutatione reformemus Infcriptionem & ita legamus, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ ΦΑΝΝΙΟΥ vel ΦΑΥΝΙΟΥ ΤΑΜΑρίνε. (APOLLONIATARUM PHANNIO, five potius, PHAYNIO TAMARINI fcil. *Filio.*) Quæ fane levis eft mutatio, nam in ΑΠΟΛΛΑ. duæ ultimæ literæ mutantur in Ω. atque in legendo (ut fæpe fit) conjungitur fumma atque infima linea: in reliquis nihil mutatur. Ita emendata lectione Apolloniatæ hunc nummum fignarunt, fub Magiftratu Plufiæ Hypati filii atque Phaynii vel Phannii filii Tamarini, five alterius, cujus nominis duæ fyllabæ priores modo in nummo exprimuntur. Percuffus autem videtur ab Apolloniatis in Epiro. Delineavit nummum *Andr. Morellius* ex *Mufeo Regio.* Sed & ipfe, poftquam hæc fcripferam, ex *Mufeo Horftiano* fimilem accepi nummum, in quo poft ftantem deam in ora nummi tantum hæ leguntur literæ, ΑΠΟΛΛ. . reliquis in circumferentia ibidem nummi abrafis feu detritis. Sub dictis literis hæ agnofcuntur, Ν ΙΟΥ. relicto vacuo fpatio inter literas Ν & Ι. quafi novum nomen litera Ι. inchoaret. Ante deam ftantem præter literas Α in prima & ΤΑ ex fecunda nihil reftat.

NUM. 21. & 22.

ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ. (*CAESAREM AUGUSTUM fubaudi, colunt.*) *Caput Augufti nudum, verfus lævam.*

ΦΙΛΑ. . . (*PHILA. . .*) *Capita jugata viri atque mulieris; caput virile diademate cinctum, atque ad pectus paludamento ornatum eft.*

Vidimus fupra Tab. XLI. Num. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. p. 407. in nummis pluribus Rhœmetalcis, Thraciæ Regis, à parte priori caput Augufti exprimi laureatum vel nudum, cum nomine ejusdem atque titulo; in pofteriore vero eorundem nummorum parte fignari juncta Augufti & Liviæ capita, & quidem ita ut diademate, veluti Regis Regnum, cingatur caput Augufti, quantumvis illud ambiat Regis Græci nomen & titulus. Idem in hoc nummulo obtinere videtur, quamvis non ab aliquo Rege (nifi ftatuamus exftitiffe fub Augufto, qui Philadelphi habuerit cognomen) fed ab urbe cufus videatur. Integram enim Infcriptionem hanc effe exiftimo ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. id eft, PHILADELPHENSIUM, notæ in Lydia urbis. Capita vero effe Augufti atque Liviæ videntur. Servatur præclarus hic nummulus in *Thefauro Regio.*

NUM. 23. & 24.

Abfunt.

NUM. 25.

Nota vel Infcriptio Capitis non adeft.

Caput Jovis nudum, circa quod literæ Punicæ vel Phœniciæ fuiffe videntur.

Delineavit hunc nummulum *Andr. Morelius* ex *Mufeo Dom. Dronii.*

NUM. 26. 27. 28. & 29.

Vacant.

NUM. 30.

Capitis Infcriptio abeft.

Litera A. grandiufcula in medio Corollæ denfioris, quæ feptem emittit radios.

Videtur hic nummus Antiochiæ fuiffe cufus.

NUM.

NUM. 31. & 32.

ΚΑΙϹΑΡΟϹ. (*CAESARIS.*) *Spica.*

Λυκάβαντος Α. (*ANNO XXX.*) *intermedia arbore Palma fructifera.*

Cusus fuit hic nummulus in Judæa, trigesimo anno ejus Æræ, quam omnis fere ejus partis Oriens adsumserat, postquam Syria potitus fuerat Cæsar Augustus. Incepit Æra illa A. V. C. 724. Vulgavit hunc nummulum *Carolus Patinus* in *Num. Imp.* p. 15.

NUM. 33.

Similis cum epocha anni ΛΕ. id est *XXXV.*

NUM. 34.

Similis cum epocha anni ΛΘ. id est *XXXIX.*

Invenitur hic nummulus (omnes autem exigui, & in Judæa cusi sunt) in *Museo nostro.*

NUM. 35. & 36.

ΚΑΙΣΑΡ. (*CAESAR.*) *in Corona Quernea.*

ΣΕΒΑΣΤος. (*AUGUSTUS.*) *Prora navis supra quam litera* Κ.

Litera illa Κ. supra proram navis, significat cusum fuisse nummum à Corcyrensibus, ut integra sit lectio ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. (CORCYRENSIUM.) Nam, qui Corcyræ nummos (sunt autem numerosi admodum) sive sub Imperatoribus cum eorundem capite cusos, sive alios inspexerit, facile ad Corcyram spectare hunc nummulum animadvertet. Desumsit eundem *Andr. Morellius* ex *Museo Wildiano.*

NUM. 37. & 38.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ. (*CAESARIS.*) *in Corona Laurea.*

ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*AUGUSTI.*) *Ara media inter duos ingentes lauri ramos.*

Quamvis nulla addatur litera vel Inscriptio, quæ doceat, à quibus cusus hic nummus fuerit, nulla tamen superest dubitatio quin signatus fuerit Antiochiæ. In ejus enim urbis nummulis, quæ caput Urbis Antiochiæ cum nomine civium à priore præferunt parte, ejusmodi æra passim observari solet, inque aliis, qui Apollinis caput ab anteriore parte exhibent, rami ejusmodi laurei adparere solent.

NUM. 39.

Nota capitis non adest.

ϹΕΒΑϹΤΟϹ. (*AUGUSTUS.*) *Capricornus respiciens. Subtus est litera* Ν.

Commagenis posset adscribi nummulus, in quorum nummis ejusmodi symbolum invenitur, sed ad genesin Augusti, ut passim in ejusmodi typo, respici existimo. Litera Ν. initialis alicujus urbis esse potest.

NUM. 40.

Sine Inscriptione. Caput Augusti nudum, versus lævam.

ϹΕΒΑϹΤΟϹ. (*AUGUSTUS.*) *Capricornus ut supra.*

Servatur hic nummulus in *Museo nostro*, & videtur in aliqua Phœniciæ sive Judææ parte cusus fuisse. Idem quoque Augusti caput in præcedenti nummulo inveniri suspicor.

NUM. 41.

Partis prioris nota non adest.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Ibis.*

Patet ex hujus avis figura, ubi signatus fuerit nummulus, videlicet in Ægypto.

NUM. 42.

ΚΑΙϹΑΡ. (*CAESAR.*) *Caput Augusti laureatum, versus lævam.*

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Stella in luna crescente.*

Typus vulgaris esse solet Byzantii, ubi nummulum hunc, valde exiguum, signatum fuisse credo. Servatur in *Thesauro Regio* & in *Museo nostro.*

NUM. 43. 44. & 45.

Vacant.

NUM. 46.

Nota partis prioris non adest.

Π. *Herma Dei Priapi cum inpresso circa medium signo.*

Quamvis ad Mysiæ oppidum, Priapos dictum, referri nummulus possit, malo tamen ad Peparethum referre. Confer quæ diximus supra ad alium Peparethi nummum. p. 432.

NUM. 47. & 48.

Vacant.

TABULA XLVIII.

EXHIBENS

NUMISMATA AUGUSTI

VARII METALLI, DESUMTA

EX

HUBERTO GOLTZIO.

Num. 1. & 2.

ΑΥΤΟκράτωρ ΚΑΙCαρ CEBACTOC. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

ΚΑΙCAPEIA CEBACTA ΝΕΩΚΟΡ. (*CAESAREA AUGUSTA NEOCORA. Statua Julii Cæsaris sedentis, superiore corporis parte nuda, dextra tenet aquilam, læva hastam. Neque enim Jovis sed Cæsaris Julii esse Statuam patet ex adscriptis literis* ΙΟΥΛΙΟC ΘΕΟC (*JULIUS DEUS*) *Pone Sellam, cui insidet, Pontificale ornamentum capitis cernitur.*

Vulgavit æreum hunc nummum *Hub. Goltzius* in Tab. XI. *August.* Num. 128. & XXII. Num. 5. & ex eo *Andr. Morellius* in *Fam. Julia* inter *Nummos Goltzianos* Tab. XII. Num. 7. Repetiit partem posteriorem *Ezech. Spanhemius* ad *Juliani Cæsares* p. 34. ubi ea scribit, quæ Latine versa ita sonant „ Certe Julius hic non modo inter Deos relatus fuit post mortem, verum insuper instar „ novi Jovis ejusque habitu depictus fuit, cum „ hasta ejus Dei atque aquila, prouti clare cerne- „ re licet in nummo sequente, cuso Cæsareæ, tem- „ poribus Augusti, in quo, titulo Græcis conscri- „ pto literis, *Deus Julius* vocatur." Hæc ibi *Spanhemius*; qui, vellem, nos docuisset, cui Cæsareæ urbi, quæ insuper Augustæ nomen tulerit, atque Neocora exstiterit Augusti tempore, adscribendus sit nummus. *Nonnius* p. 49. ingenue se nescire fatetur. Fuerunt autem in Asia plures Cæsareæ, quarum inter principes una fuit in Palæstina, ab Herode, Judææ Rege, in Augusti honorem exstructa. De qua sic *Ammianus Marcellinus* Lib. XIV. Cap. 26. *Ultima Syriarum est Palæstina — — — civitates habens quasdam egregias, nullam nulli cedentem, sed sibi vicissim, velut ad perpendiculum æmulas: Cæsaream, quam ad honorem Octaviani principis exædificavit Herodes; & Eleutheropolin & Neapolin.* Magis tamen credam ad Cæsaream Philippi, quæ & Cæsarea Panites adpellatur, & in nummis Cæsarea Augusta, pertinere. Dicebatur autem Panium priscis temporibus. Quem locum pulcherrimis ædificiis ornasse dicitur Rex Judææ Herodes, inter quæ Templum fuit ab Herode benefactori suo exstructum, teste *Josepho* Lib. I. de *Bello* Cap. XXI. §. 3. p. 106. ὁ Δωρησάμενος δὲ Καῖσαρ αὐτὸν ἑτέραν προσθήκης χώραν, ὁ δὲ κἀν ταύτῃ ναὸν αὐτῷ λευκῆς μαρμάρου καθιδρύσατο πρὸς ταῖς Ἰορδάνου πηγαῖς· Καλεῖται δὲ Πάνιον ὁ τόπος. *Auctus à Cæsare* (Herodes) *alia regione* (Trachonitide scilicet) *etiam in illa ipsa Templum illi juxta Jordanis fontes posuit. Panium ille locus vocatur.* Ampliavit hunc locum postea Philippus Tetrarcha, ut notat idem Josephus, ibidem Lib. II. Cap. IX. §. 1. p. 166. Ὁ μὲν πρὸς τὰς Ἰορδάνου πηγαῖς ἐν Πανεάδι πόλιν κτίζει Καισάρειαν. *Hic vero* (Philippus) *juxta Jordanis fontes in Paneade regione urbem condidit Cæsaream.* Unde patet nomen loci sub Herode Philippo inmutatum fuisse. Quam urbem, ut distingueretur à Cæsarea Herodis Regis, dictam à Scriptoribus fuisse Cæsaream Philippi, ab eo ipso Philippo, constat, sicuti in publicis monumentis (ut sunt nummi) Cæsaream Augustam, ut patet ex quodam Gazæ Mediceæ nummo, quem adducit *Lucas Holstenius* ad *Steph. Byzantinum* pag. 154. Καισαρείας ΣΕΒάστης ΙΕΡᾶς ΚΑΙ ΑΣΥΛου ΤΠὸ ΠΑΝΕΙΩ. *Cæsareæ Augustæ, Sacræ & Inviolabilis sub Panio.* Quare, jure optimo Cæsareæ Augustæ sub Panio hunc adscribimus nummum, in qua urbe, quum aliud antea haberet nomen, Augusto Templum, ut Deo, exstruxerat Rex Herodes Magnus, Julio autem, Cæsaris Augusti patri, hanc, habitu Dei Jovis, Apollinis (Augusti) patris, Statuam posuisse videtur Tetrarcha Herodes Philippus.

Num. 3.

AUGUStus DIVI Filius. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Marcus SANQUINIUS Publii Filius III. VIR. Caput Julii Cæsaris laureatum cum Stella crinita in vertice.

Argenteum hunc nummum profert *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. VIII. Num. 94. & XXII. Num 9. Spectat ad *Familiam Sanquiniam*, ex qua alio prænomine exstitit Triumvir Monetalis sub eodem Augusto.

Num.

NUM. 4.

IMPerator CAESAR DIVI JULI Filius. Caput Cæsaris Augusti nudum, cum barba, dextram versus.

III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Stella crinita.

Aureum hunc nummum vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. III. Num. 27. & XXII. Num. 12. Invenitur quoque inter *Morellii Goltzianos* in *Fam. Julia* Tab. XX. Num. 18. ut & inter *Num. Arschotana* Tab. IX. Num. 3. Insolitum, & quod antea jam dictum sit, nihil exhibet, cusus eo tempore, quo barbam alebant Triumviri ad vindicandam Cæsaris necem, in signum luctus propter cædis indignitatem.

NUM. 5. & 6.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΥΙΟΣ ΘΕΟΥ ΙΟΥΛΙΟΥ. (*AUGUSTUS JULII DEI FILIUS.*) *Capita Julii Cæsaris & Augusti jugata & laureata.*

ΜΕΝΑΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. (*MENANDRI PARRHASII* scil. *Filii.*) *Templum insigne quatuor columnarum cum Statua Divi Julii, posita inde capide, hinc lituo, in frontispicio est sidus Julium, sub templo scribitur* ΙΟΥΛΙΟΝ ΘΕΟΝ. (*DEUM JULIUM,*) scil. *colunt.*

Nobilem hunc nummum ex ære medio publicavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXIII. Num. 17. & ex illo *Andr. Morellius* in *Numm. Fam. Goltzianis* Tab. XXI. Num. 6. Nobilem vero haud inmerito adpellare licet, cusum à Cæsareensibus, licet civitatis nomen non adscribatur; quod quidem clare patet ex adscripto Menandri Parrhasii filii nomine, cujus itidem adscribitur nomen in nobilissimis duobus nummis Cæsareæ cusis, quos inlustravimus supra Tab. XLI. Num. 21. 22. 23. 24. Ibi Templum cernitur Cæsareæ in honorem Divi Julii, prout Statua ejus in medio Templi, cum Pontificatus Maximi insignibus, atque Subscriptio testatur, quæ integra ita concipi debet JULIUM DEUM COLUNT CAESAREENSES. licet in Græco tantum dimidia sensus pars, duabus vocibus ΙΟΥΛΙΟΝ ΘΕΟΝ (JULIUM DEUM) exprimatur.

NUM. 7. & 8.

ΚΑΙΣΑΡ ΥΙΟΣ ΘΕΙΟΥ ΙΟΥΛΙΟΥ. (*CAESAR FILIUS DIVI JULII.*) *Caput Cæsaris Augusti nudum, versus dextram.*

ΙΟΥΛΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΤΟΝ ΘΕΟΝ. (*JULIUM CAESAREM DEUM.* scilicet *colunt.*) *Caput Julii Cæsaris laureatum versus lævam.*

Quæ nam urbs nummum hunc æreum secundæ magnitudinis signaverit, non liquet. Thessalonicæ forte signatus fuit. Invenitur apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XXIII. Num. 19.

NUM. 9. & 10.

ΘΕΟ ΙΟΥΛΙΟΣ. (*DEUS JULIUS*) *Caput Julii Cæsaris nudum, versus lævam.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤωρ ΚΑΙΣΑΡ ΥΙΟΣ ΘΕΙΟΥ ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. (*IMPERATOR CAESAR FILIUS DIVI PATER PATRIAE.*) *Caput Cæsaris Octaviani nudum, dextram versus.*

Æreum hunc nummum æris medii invenias apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XXIII. Num. 21. & *Andr. Morellium* in *Fam. Juliæ Numm. Goltzianis.* Tab. XX. Num. 20.

NUM. 11. & 12.

CONCORDIA. Deæ Concordiæ caput. Adscribitur insuper Lucius MUSSIDIus LONGUS.

CAESAR LEPIdus ANTONius III. VIRI ReiPublicæ Constituendæ. Manus junctæ tenent caduceum alatum, qui infra ferrum acutum habet.

Concordiæ mutuæ inter Triumviros argenteus hic denarius est Symbolum. Editus est ab *Hub. Goltzio* in *Augusto* Tab. XXIV. Num. 1. & 2.

NUM. 13.

CAESAR DIVI Filius IMPerator PONTifex III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, barbatum, versus lævam, pone illud cernitur lituus.

SALUS GENERIS HUMANI. Tres viri togati dextras simul, veluti jurantes, tripodi inponunt, cui globus insistit, unus ex illis læva tenet lituum, in imo jacet figura muliebris dextra cornucopiæ tenens, læva caduceum.

Pulcherrimus hujus nummi typus est, in quo concordiam inter sese mutuo ineunt, atque in rei veritatem fideique pignus, veluti super Apollinis tripode jurant Triumviri, quietem sese Orbi Terrarum reddituros. Harum enim rerum Symbola adsunt, illa quies exoptabatur ab omnibus, veluti salus generis humani. In hisce M. Antonius ex Tripode, ut Auguratus Symbolo, M. Lepidus, qui stat medius inter duos reliquos, ex Pontificatus maximi signo, lituo, agnoscitur, qui lituus male negligitur apud *Ezechiel. Spanhemium* in Notis ad *Juliani Cæsares* p. 230. Post *Hubert. Goltzium* enim aureum

reum hunc nummum complures ediderunt, videlicet *Jacob. Oiselius* Tab. LXXVIII. Num. 6. aliique. Invenitur quoque inter *Numism. Arschotan.* Tab. IX. Num. 14. & in *Thesauro Antiq. Rom. Grævii* p. 130. Aureus est, atque primum vulgatus ab *Huberto Goltzio* in *Augusto* Tab. II. Num. 14. & Tab. XXIV. Num. 5.

NUM. 14.

Cajus CAESAR DIVI Filius IMPerator COnSul III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani, nudum, lævam versus.

SALUS GENERIS HUMANI. Tres dextræ junctæ supra fasces atque caduceum alatum decussatim positæ, adsunt globus & securis.

Aureum hunc nummum primus protulit *Hubert. Goltzius* in *Augusto* Tab. I. Num. 12. eundem depictum quoque videas inter *Num. Arschot.* Tab. IX. Num. 15. apud *Jac. Oiselium* Tab. LXXVII. Num. 7. *Ezech. Spanhemium* ad *Juliani Cæsares* p. 230. atque inprimis apud *Jo. Tristanum Sanctamantium* in *Comm. Histor.* Tom. I. p. 73. qui, ut nobis aliisque otium faceret, eundem hoc inlustravit commentario. „ CAESAR DIVI F. „ IMP. COS. III. VIR R.P.C. L'effigie d'Auguste. SALUS GENERIS HUMANI. Trois „ dextres joinctes avec un caducée, une hache, „ des faisceaux de verges, & un globe. Cette „ medaille fut frappée au commencement de l'as„ sociation d'Auguste, Lepide & Antoine, & „ marque l'union, concorde & parfaite intelli„ gence qu'ils se jurerent reciproquement, sans „ varier jusqu'à la mort, ces faisceaux, hache & „ globe, marquant la souveraine puissance qu'ils „ s'attribuerent *vitæ & necis* par tout l'Estat Ro„ main. Et pour persuader à tous que cette asso„ ciation devoit estre de durée pour l'establissement „ d'une longue paix, & pour faire florir la justi„ ce, & les faire baiser ensemble, comme ces „ mains s'entrebaisoient par leur conjonction, ils „ enrichirent le revers de leur monnoye de cet„ te superbe & magnifique Inscription; Mais qui „ parût bien tost toute contraire au sens qu'ils luy „ donnoient. Cette union ayant esté tres-perni„ cieuse pour l'Empire Romain, & qui fit dire à „ *Lucain* liv. I. 84.

„ —— —— *tu causa malorum*
„ *Facta tribus dominis communis Roma, nec unquam*
„ *In turbam missi feralia fœdera regni;*
„ *O malè concordes* —— ——

„ Il se voit une assez semblable medaille de Le„ pide dans du Choul p. 235. Galba obtint pareil„ lement cette Inscription, en une medaille frap„ pée en son nom, qui promettoit aux Romains „ que le gouvernement de Galba seroit le salut & „ le bonheur de l'Empire Romain, comme celuy „ de Neron en avoit esté la peste & la ruine. Les „ medailles de Commode & de Caracalla sont pa„ reillement remarquables en ces Inscriptions, bien „ qu'ils ayent esté des plus pernicieuses pestes de „ l'Estat Romain. Ce peuple donc ne meritoit-il „ pas d'estre asservy sous les loix de tels monstres? „ puisqu'il couronnoit leurs tyranniques violences „ & desbordements detestables de tiltres si glorieux „ & si magnifiques? Car que peut on adjouster de „ plus specieux & de plus superbe que ces autres „ eloges que Lib. II. Ep. 91. v. 1. Martial donne „ au cruel & impie Domitian?

„ *Rerum certa Salus, terrarum gloria Cæsar;*
„ *Sospite quo, magnos credimus esse Deos.*
„ —— —— *ô rerum felix tutela, Salusque,*
„ *Sospite quo gratum credimus esse Jovem.*

„ Toutesfois Philon Juif fait voir que si Lepide „ & M. Antoine estoient indignes d'estre compris „ dans le sens de cette Inscription, au moins qu'Au„ guste le pouvoit meriter en quelque façon. Voicy „ ce qu'il en dict en sa legation, le faisant parler „ François, le passage estant trop long pour le „ mettre en sa langue & puis en la nostre. C'est „ ce genereux Cæsar (ce dit-il) qui rendit à l'uni„ vers la tranquillité & pristine serenité, ayant dis„ sipé les orages, & accoisé les tempestes passées „ qui le menaçoient de toutes parts d'une ruine „ prochaine; qui remedia aux calamitez publiques „ des Grecs & des barbares mesme, aussi bien qu'à „ celles des Romains, lesquelles ayants pris leur „ naissance du costé de l'Orient & du Midy, avoi„ ent atteint & parcouru tout l'Occident & le „ Septentrion, remplissant mesme tout ce qu'il „ a d'habité entre deux, de ruines & de miseres. „ Ce fut luy qui demeuré seul Monarque, osta les „ fers dont les provinces estoient chargées soubs „ le joug insupportable de la servitude. Ce fut „ luy qui affranchit de toutes guerres intestines, „ & de toutes sortes de brigandages l'Empire Ro„ main. Ce fut luy, dis-je, qui remplit la mer de „ vaisseaux marchands, auparavant desolée & pri„ vée de tout commerce par la violence des Pi„ rates qui l'escumoient par tout. Ce fut luy qui „ rendit la liberté à toutes les villes, restablissant „ l'ordre où logeoit la confusion; qui apprivoisa „ les nations les plus farouches, les ayant accou„ stumées à suivre une vie plus civile & plus hu„ maine, par le moyen du commerce auquel il „ les attira &c."

NUM. 15. & 16.

CAESAR IMPerator PONTifex LEPIDUS IMPerator Pontifex Maximus. Instrumenta Pontificalia, Capis, Adspergillum, Securis & Apex.

ANTONius IMPerator AUGUR. Signa Auguratus Antonii, Lituus, Urceus & Pullus gallinaceus.

Peculiare nihil aureus & argenteus hic nummus habet, quod non jam ante dictum & explicatum sit. Invenitur apud *Hubert. Goltzium* in *Aug.* Tab XXV. Num. 1. 10. *Jac. Oiselium* Tab. CX. Num. 7. & 8. atque in *Thesauro Antiq. Rom. Grævii* Tab. V. p. 58.

NUM.

NUM. 17.

Cajus CAESAR IMPerator PONTifex III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani versus lævam, nudum.

Marcus ANTonius IMPerator, AUGur III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Aulus NERVA PROQuæstor Provincialis. Caput M. Antonii nudum versus lævam, pone est lituus.

Aureus hic nummus nihil peculiare habet, nisi quod inveniatur apud solum *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. II. Num. 13. & Tab. XXV. Num. 9.

NUM. 18.

Cajus CAESAR III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, versus lævam.

ANTonius IMPerator AUGur III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Marcus BARBAtus P. CI. Caput M. Antonii nudum, versus lævam.

Quod de præcedente aureo nummo, itidem de hoc aureo dictum sit. Vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. I. Num. 9. & Tab. XXV. Num. 11.

NUM. 19. & 20.

COHORTis PRAETοriæ PHILIPpensis. Tria signa militaria, infra totidem adjacent scuta.

COLoniæ JULiæ PHILippensis. Victoria insistens basi cui inscribitur VICtoria AUGusti, dextra corollam protendens, læva palmam tenens, ante illam est Aquila Legionaria.

Habuimus fere similes æreos supra XLV. Num. 6. & 7. quo L. B. relegamus. Hunc æreum secundæ magnitudinis vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXVI. Num. 3. & 11. Qua tamen ratione Philippi vocari possint Colonia Julia dubitant Antiquarii; sed tamen potuit, translatis aliquot illuc veteranis à Julio Cæsare post victoriam Pharsalicam.

NUM. 21. & 22.

CAESAR IMPerator III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani barbatum & galeatum, lævam versus.

Senatus Consulto. Aquila Legionaria cum tropæo, insistens proræ navis inter duo signa militaria.

Aureum hunc nummum edidit *Hub. Goltzius* in *Fastis* p. 186. atque in *Aug.* Tab. I. Num. 8. & Tab. XXVI. Num. 9. In memoriam cusus est victoriæ navalis de Sexto Pompejo. Barbata vero est facies Cæsaris Octaviani, quia nondum omnes percussores patris Julii sublati erant. Vide supra similes cum barba inter Aurea atque Argentea Cæsaris Augusti Numismata.

NUM. 23.

Caput Cæsaris Octaviani nudum, versus lævam, sine Inscriptione.

IMPerator CAESAR DIVI Filius PONTifex III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Tripus, insistente urceo inter duas stellas, ad latera Tripodis sunt Capis & Lituus.

Pontificatus & Auguratus insignia in hoc typo occurrunt, ex quibus hæc ad M. Antonium, illa ad Cæsarem Octavianum atque ad Lepidum, Triumviros spectabant. Argenteum hunc nummum vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. II. Num. 37. & Tab. XXVII. Num. 1.

NUM. 24.

IMPerator CAESAR DIVI JULIi Filius. Caput Cæsaris Octaviani nudum & barbatum, dextram versus.

PONTifex COnSul ITERum ET TERtium DESIGNatus III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Tripus, cui insistit capeduncula, inter pateram & lituum.

Symbola hæc spectant ad Triumvirorum Sacerdotia, nummus ex auro est apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. I. Num. 27. & Tab. XXVII. Num. 3. Invenitur quoque inter *Numism. Arschot.* Tab. XIV. Num. 8.

TABULA XLIX.

EXHIBENS

NUMISMATA AUGUSTI

VARII METALLI, DESUMTA

EX

HUBERTO GOLTZIO.

Num. 1.

IMPerator CAESAR PONTifex IMPerator ITERum III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, versus lævam.

AUGUR PONTifex COnSul ITERum ET TERTium DESignatus. Instrumenta Pontificalia quinque, Secespita, Adspergillum, Urceus, Lituus, Capis.

Vulgavit anticæ aurei hujus nummi typum *Hub. Goltzius* Tab. I. Num. 19. posticæ vero typum Tab. XXVII. Num. 6. Exstat quoque inter *Numism. Arschotan.* Tab. XIIII. Num. 7. Confer Tom. V. *Thes. Antiq. Rom. Grævii* p. 33.

Num. 2.

IMPerator CAESAR DIVI Filius III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Vacat figura capitis vel typus partis anterioris, sed vide Tab. I. Num. 17.

Sine epigraphe. Pontificatus insignia, Capis, Adspergillum, Urceus, Lituus.

Quamvis in *Augusto* Tab. XVVII. Num. 8. & 11. capitis figura in argenteo hoc nummo non addatur apud *Hub. Goltzium*, cerni tamen potest apud eundem in *Fastis* p. 190. ubi dicitur esse ex auro.

Num. 4.

IMPerator CAESAR DIVI Filius PONTifex III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, lævam versus, pone Lituus est, ut Tab. I. Num. 26.

IMPerator ITERum COnSul ITERum ET TERtium DESIGnatus. Tripus, cui insistit globus, inter securim & caduceum alatum.

Spectat typus ad quietem Orbis Terrarum, quæ videlicet innitebatur Triumviris hisce quorum Symbola in nummo exprimuntur. Argenteus est nummus, cujus partem priorem exhibet *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. II. Num. 22. posteriorem Tab. XXVII. Num. 10.

Num. 5.

IMPerator CAESAR AUGUR PONTifex III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum versus dextram, pone est Lituus, ut Tab. I. Num. 30.

Marcus COCCEIUS NERVA III. VIR. Tripus, cum inposita Stella inter duos Lauri ramos.

Visitur argenteus hic nummus inter *Arschot. Num.* Tab XIIII. Num. 6. sed primus vulgavit *Hub. Goltzius* in *Fastis* p. 194. & in *Augusto* Tab. II. Num. 24. & XXVII. Num. 12. Rectius vero in *Arschotanis Nummis* III. VIR, quam IIIL VIR ut apud *Hub. Goltzium* iste M. Coccius Nerva dici videtur.

Num. 6. & 7.

ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ Λυκάβαντος Δ. (*CAESAR IMPERATOR TRIUMVIR, ANNO QUARTO.*) *Caput Cæsaris Octaviani nudum, versus lævam.*

Sine Inscriptione. Trinacriæ Symbolum, Tria crura cum totidem spicis & capite Medusæ intermedio.

Solitum id est Siciliæ Symbolum, atque de Sexto Pompejo relatam victoriam respicit nummus æreus hic, quem protulerunt *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. I. Num. 11. & Tab. XXIX. Num. 14. *Numism. Arschot.* Tab. XII. Num. 6. *Jac. Oiselius* in *Thes.* Tab. XXVIII. Num. 1. & *Ezech. Spanhemius* ad *Julian. Cæsar.* p. 222.

Num. 9. & 10.

CAESAR DIVI Filius. Caput Cæsaris nudum & barbatum versus lævam, cum hasta seu sceptro ad cervicem atque quinque aristis ad verticem.

Marcus ANTONIUS IMPerator. Caput M. Antonii nudum, dextram versus.

Æreum hunc nummum vulgavit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXIX. Num. 15. & 18. Siculi atque Sardi hunc nummum videntur cudisse in M. Antonii & Cæsaris Octaviani honorem; in quo Patri Sardo compararunt Cæsarem Octavianum. De Patre Sardo vide *Thes. Morellian. Fam. Rom.* in *Fam. Atia* p. 37.

Num. 11. & 12.

IMPerator DIVI Filius. Capita M. Antonii & Cæsaris Octaviani cervicibus oppositis.

Sine Inscriptione. Prora navis, supra quam cernitur patera.

Æreum hunc nummum vulgavit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. IV. Num. 43. & Tab. XXIX. Num. 22. Ad Valentiam pertinere videtur, cujus vide similem nummum supra Tab. XXVI. Num. 13. & 14. pag. 354.

Num. 13. & 14.

Μάρκος ΑΓΡΙΠΠΑ ΟΥΠΑΤΟC ΤΡΙΤΟΝ. (*MARCUS AGRIPPA CONSUL TERTIUM.*) *Marci Agrippæ caput corona rostrata insigne, versus lævam.*

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS PATER PATRIAE.*) *Caput Cæsaris Octaviani versus lævam.*

Æreus est nummus, editus ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. VII. Num. 76. & Tab. XXXI. Num. 4.

Num. 15. & 16.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Cæsaris nudum, versus lævam.

Marcus AGRIPPA Lucii Filius COnSul III. IMPerator IIII. Caput M. Agrippæ corona rostrata insigne, versus lævam.

Aureum hunc nummum invenias apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. XXXI. Num. 6.

Num. 17. & 18.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ. (*CAESARIS.*) *Sex Spicæ colligatæ invicem.*

ΑΛΕΞάνδρεια ΑΙΓΥΠτου. (*ALEXANDRIA AEGYPTI.*) *Palma intermedia.*

Æreus est nummus, quem debemus *Hub. Goltzio*, qui illum produxit in *Augusto* Tab. XXXII. Num. 2. & 4. cui simillimum habuimus supra Tab. XLII. Num. 6. nisi quod ibi pro ΚΑΙΣΑΡΟΣ scribatur ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Confer, quæ diximus ibidem p. 410. Verum ad hunc nummum ex professo quædam adnotavit *Jo. Tristanus Sanctamantius*, quæ invenias in *Comment. Histor.* Tom. I. p. 91. atque huc translata hæc sunt. „ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. Des „ espics de bled. Au revers ΑΛΕΞ. ΑΙΓΥΠΤ. Αλεξανδρία Αἰγύπτου. *Alexandria Ægypti.* Une palmier. „ *Goltzius* en represente une pareille. Cette medaille frappée en l'Alexandrie de l'Egypte en l'honneur d'Auguste, nous fait voir qu'ils attribuoient „ par flatterie la fertilité de l'Egypte à la domination de ce Prince, ou à son Genie, comme „ *Virgile* attribuë en sa IX. Eclogue celle de l'Italie „ en son temps, à l'astre Venerien de Cesar, favorisant Auguste de son doux aspect, en ces „ vers.

„ *Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum:*
„ *Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo*
„ *Duceret apricis in collibus uva colorem.*

„ Comme ne faisant qu'un de l'astre de Cesar „ & de celuy de Venus: ainsi Properce apres luy „ liv. IV. *Elegie* VI. disant cecy,

„ *At pater Idalio miratus Cæsar ab astro,*
„ *Sum Deus, & nostri sanguinis ista fides.*

„ Voire encore le mesme *Virgile* liv. I. de ses „ *Georgiques* attribue a Auguste la gloire de couvrir la Terre de fruict & de grains, & de disposer des Saisons en ces vers

„ —— —— *Et te maximus Orbis*
„ *Auctorem frugum, tempestatumque potentem*
„ *Accipit.*

„ Mais sans s'amuser à ces flatteries, *Suetone* „ chap. XVIII. & *Paulus Diaconus*, liv. VII. remarquent qu'Auguste apporta beaucoup d'industrie pour rendre le sol Ægyptien plus fertile qu'il

„ n'estoit, faisant nettoyer de fanges & limons „ infinis, les fosses qui avoient accoustumé de recevoir les eaux du Nil. *Ægyptum* (ce dit *Suetone*) *in provinciæ formam redactam ut feraciorem habilioremque annonæ urbicæ redderet, fossas omnes in quas Nilus exæstuat oblimatas longa vetustate, militari opere detersit.* Que si vous voulez voir quelque chose touchant la fertilité de ceste province, *Aristide* en parle amplement en son eloge de la ville de Rome, & *Oppian.* l. II. de son Cynegetique.. Quant à ceste palme, outre ce qu'elle marque la victoire d'Auguste contre Cleopatre, qui le rendit maistre de l'Ægypte & d'Alexandrie; elle represente encore la fertilité de ce pays. Car *Libanius* dit qu'elles y viennent sans culture, & d'elles mesme, voyez son eloge *de palmis & pomis.*"

Adde quoque *Ezech. Spanhemium* ad *Juliani Cæsares* p. 219.

NUM. 19. & 20.

ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΙΟΥ ΥΙΟΣ. (*IMPERATOR CAESAR DIVI FILIUS.*) *Caput Cæsaris Octaviani nudum, versus lævam., pone est Fulmen.*

ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΩΝ. (*ALEXANDRINORUM.*) *Victoria proræ navis insistens, & versus lævam progrediens dextra corollam protendit, læva fert palmam super humeros.*

Monumentum est Victoriæ Actiacæ, atque Ægypti subactæ, in quo Alexandrini Cæsarem Octavianum comparant Jovi Victori, Fulmine, ejus Dei Symbolo, pone cervicem addito. Vulgavit æreum hunc nummum secundæ magnitudinis *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. IV. Num. 44. & XXXII. Num. 8.

NUM. 21.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Cæsaris Augusti laureatum, lævam versus.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ Λυκάβαντος Β. (*IMPERATOR, ANNO SECUNDO.*) *Sex Spicæ colligatæ.*

Alexandriæ, ut præcedentes duo nummi, cusus videtur; est ex ære secundæ magnitudinis, ab *Hub. Goltzio* vulgatus in *Aug.* Tab. IX. Num. 102. & Tab. XXXII. Num. 9.

NUM. 22. & 23.

ΚΑΙΣΑΡ ΥΠΑΤΟΣ Ε. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ς. (*CAESAR CONSUL V. IMPERATOR VI.*) *Caput Cæsaris Augusti nudum, versus lævam.*

Λυκάβαντος Β. (*ANNO SECUNDO.*) *Sphinx alata sedens, ante quam cernitur sistrum, sub eadem extenditur Spica frumenti.*

Æreus est nummus primi fere moduli, editus ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. VI. Num. 65. & Tab. XXXII. Num. 12. & ab *Jac. Oiselio* Tab. XXXIV. Num. 1. Sphinx Ægypti solet esse Symbolum, ut & Sistrum, Spica fertilitatem denotat.

NUM. 24.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Cæsaris Octaviani nudum, versus lævam, ut Tab. V. Num. 16.

HISPANIA RECEPTA. Titus CARISIUS LEGatus. Clypeorum trium congeries, cum Balteo & Lancea Hispanica.

Habuimus similes fere nummos argenteos supra Tab. XX. Num 11 respectu typi. Verum hæc Inscriptio invenitur tantum apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XI. Num. 130. & Tab. XXXIII. Num. 1. atque inter *Num. Arschot.* Tab. XII. Num. 19. unde repetiit *Jacobus Oiselius* in *Thesauro* Tab. XXXI. Num. 1. Historia belli Cantabrici nota est & supra descripta.

TABU-

TABULA L.

EXHIBENS

NUMISMATA AUGUSTI

VARII METALLI, DESUMTA
EX
HUBERTO GOLTZIO.

Num. 1.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. IV. Num. 128.

SEGOVIA. Eques cum hasta decurrens.

Segobia sive Segovia & olim illustrissima Urbs Hispaniæ fuit & hodieque famam & splendorum, nomenque suum retinet. Nummos tamen ejus Antiquarii nondum produxerunt præter hunc *Goltzii*, qui forte in lectione deceptus fuit pro SEGOBRICA. cujus Coloniæ nummus, per omnia huic similis occurrit supra Tab. XXXVII. Num. 20. *Goltzius* suum vulgavit in *Augusto* Tab. VIII. Num. 93. & Tab. XXXIII. Num. 4.

Num. 2.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput idem, sed sine laurea, ut Tab. IV. Num. 122.

VALENTIA. Duplex Cornucopiæ.

Colonia Julia Valentia occurrit supra in nummis Julii Cæsaris & Augusti Tab. XXVII. Num. 5. p. 357. ubi consuli possunt quæ à nobis de eadem dicta sunt. Typus autem differt. Cernitur enim hic duplex Cornucopiæ, quod rerum omnium abundantiam atque copiam designare solet. In *Goltzianis* tamen nummis adparet, ut in *Julio* Tab. IX. Num. 4. atque itidem Consularibus *Nummis Goltzianis* in *Fam. Julia* apud *Morellium* Tab. XIX. Num. 23. & 24. Sed typi illi *Goltziani* conveniunt magis cum Vibone Valentia, quæ Hippo dicta fuit antea, quam cum Hispaniæ Colonia Valentia dicta. Patet illud ex urbis ejus nummis, quorum plurimi supersunt; sicuti & ante Imperatorum (ut videtur) tempora cusus nummus æreus ab *Andrea Morellio* adfertur in *Fam.* incertis & *Miscellan.* Tab. V. Num. 9. p. 468. *Goltzianus* noster ex ære medio invenitur apud eundem in *Aug.* Tab. VIII. Num. 95. & Tab. XXXIII. Num. 8. atque inter *Arschotana Numismata* Tab. XVI. Num. 12. ut & in *Thesauro Jacobi Oiselii* Tab. XXXI. Num. 5. uterque Vibonem Valentiam designari putat, & quoniam aversæ partem tantum exprimunt, valde dubios nos relinquunt, utrum cum capite eo, quod depinxit *Goltzius*, viderint, quod ego quidem haud existimo, an vero cum alio.

Num. 3. & 4.

CAESAR AUGUSTUS TRIBunicia POTESTate III. Pater Patriæ. Caput Augusti nudum, versus lævam.

Cajus MARIUS Caì Filius PRoQuæstore III. VIR. Pegasus alatus, subtus AFRIca.

Nummum hunc à falsario confictum fuisse pluribus probare conati fuimus ad *Thesaur. Fam. Andr. Morellii*, neque adhuc dum ejus sententiæ nos pœnitet. Vide, quæ ibi scripsimus p. 595. & 596. Vulgarunt aureum hunc nummum *Hubert. Goltzius* in *Aug.* Tab. XXXIV. Num. 5. *Vaillantius* in *Fam. Maria* Tab. XCV. Num. 16. p. 120. *Jac. Oiselius* in *Thesauro* Tab. XXXII. Num. 5. Invenitur quoque inter *Numismata Arschotana* Tab. XIII. Num. 2. in quo præclaro alias libro, malæ mercis multos inveni atque à falsariis confictos nummos. Ad hunc tamen nummum ita scripsit *Jo. Tristanus Sanctamantius* in *Comm. Histor.* Tom. I. p. 88. „ Il ne s'est rien dit sur cette devise, „ c'est pourquoy il faut que j'en exprime icy ma „ pensée. Le Pegase est donné en ce revers pour „ symbole de l'Afrique, par ce que les chevaux „ Afriquains estoient estimez les plus vistes du „ monde, & comme si ils avoient des ailes. *Ælian* les represente de cette qualité liv. III. chap. „ 2. & que ces peuples avoient esté inventeurs du „ Manege, ayans les premiers apris à dresser les „ chevaux pour l'usage de la guerre. Ce que j'apprends du Scholiaste de Pindare sur les premiers „ vers de la 5. ode de ses Pythioniques, disant „ que Neptune leur aprit cet art, & que Minerve Equestre ou Cavaliere avoit pris naissance en „ Afrique. Aussi voyons nous la Mauritanie és „ medailles d'Hadrian estre representée par un „ cheval tenu par le filet. D'ailleurs comme le „ pegase n'avoit point receu le frein, aussi Virgile appelle les chevaux Afriquains *Infrænes.* „ Car ces peuples ne s'en servoient point pour „ leurs

„ leurs chevaux, feulement (ce dit *Strabon* liv. „ XVII.) ils retenoient leurs chevaux avec des „ cordons de joncs fort deliez. Et ce qui a enco- „ re quelque rapport à ce fymbole de l'Afrique eft, „ que je voy que les medailles de Carthage repre- „ fentoient un cheval en leur revers, voire des „ Pegafes, ce dit *Antonius Auguft.* en fon VI. *Dia-* „ *logue*, où il a doctement remarqué par les paf- „ fages de *Stephanus* & du Scol. de *Dionyfius de* „ *fitu orbis*, que Carthage avoit efté auffi nommée „ *Cacabe*, qui vaut autant en la langue du pays „ qu'une tefte de cheval."

Num. 5.

AUGUSTUS. Caput Augufti nudum, verfus lævam, ut Tab. III. Num. 86.

DIVI Filius. Caput muliebre, elephantinis exfuviis contectum.

Inluftre Africæ Symbolum caput eft elephantina probofcide & exfuviis ejus animalis infigne, ut patet ex *Nummis Confularibus Fam. Ceftiæ, Norbanæ, Eppiæ,* & *Cæciliæ* p. 52. 86. 296. *Thef. Morelliani.* Et hic quidem victam defignat Africam, capta Alexandria. Ratio typi eft, quod Africa abundet Elephantis. Inter numifmata Alexandri Magni plures quoque invenias Indicæ expeditionis teftes, in quibus, propter victoriam de Poro Rege Indorum, qui plures habebat Elephantos, velatum ipfius Alexandri caput exfuviis Elephantinis ornatur, prouti ex *Hiftoria noftra Univerfali* five *Thefauro Regio* adparet. Vulgarunt æreum hunc fecundæ magnitudinis nummum *Hub. Goltzius* in *Augufto* Tab. IX. Num. 108. & Tab. XXXIV. Num. 2. & *Jacob. Oifelius* in *Thefauro* Tab. XXX. Num. 11.

Num. 6.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS TRIBunicia POTeftate IIII. Caput Cæfaris Augufti nudum, verfus dextram, ut Tab. VI. Num. 137.

Lucius BALBUS PRoCOnSule. Tropæum inter duos captivos.

Spectat argenteus hic denarius, fide *Goltziana* fubnixus, ad *L. Cornelium Balbum*, P. F. qui Proconfule Garamantas in Africa fubegit; de quo vide plura ad *Thefaurum Morellii* in *Fam. Cornelia* inter *Numm. Goltzian.* p. 547. Vulgavit illum *Hub. Goltzius* in *Auguft.* Tab. XIV. Num. 159. & Tab. XXXIV. Num. 11.

Num. 7. & 8.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*CAESARIS AUGUSTI.*) *Caput Apollinis radiatum, longis capillis.*

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. (*TRIPOLITARUM.*) *Victoria cum corolla & palma proræ navis, lævam verfus, infiftens.*

Tripolis, Phœniciæ urbs, ad mare fita, Augufto, ut Apollinis filio, typo hoc blandiri voluit, atque fimul victorias ejus navales, quibus Africa atque Afia potitus fuerat, celebrat. Edidit æreum hunc fecundæ magnitudinis nummum *Hub. Goltzius* in *Augufto* Tab. XXXIV. Num. 9. & 12.

Num. 9.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augufti laureatum, verfus lævam, ut Tab. III. Num. 93.

IMPerator IX. Senatus PopulusQue Romanus. Cæfar Auguftus in quadrigis Elephantorum quatuor, quibus totidem rectores Indi infident.

Vulgarunt aureum hunc denarium *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. X. Num. 112. & Tab. XXXVI. Num. 27. ut & *Jacob. Oifelius* in *Thefauro* Tab. XCII. Num. 6. Cernitur quoque inter *Num. Arfchot.* Tab. XIII. Num. 10. Verba *Jo. Triftani Sanctamantii* ad hujus nummi inluftrationem hæc funt Tom. I. p. 86. „ Je croy que ce revers „ reprefente le triomphe d'Augufte après la victoire „ Actiaque, lequel (ce femble) l'Epigrammataire „ *Philippus* contemploit quand il luy prift fantaifie „ de faire l'epigramme que nous lifons dans l'An- „ thologie liv. I. ch. 69. qui dit que les Elephants „ font tellement accouftumez à mener les chars „ triumphaux d'Augufte par le benefice de la paix „ qu'il avoit acquife à fon Empire, qu'ils ne fe- „ ront plus propres pour la guerre,

„ Οὐκ ἔτι πυργωθεὶς ὁ φαλαγγομάχας ἐπὶ δῆριν,
„ Ἄρχετος ὁρμαίνων μυελόδους ἐλέφας,
„ Ἀλλὰ φόβῳ στείλας βαθὺν αὐχένα πρὸς ζυγοδέσμους,
„ Ἄντυγα διφρυλκεῖ Καίσαρος οὐρανίου.
„ Ἔγνω δ' εἰρήνης καὶ θὴρ χάριν, ὄργανα ῥίψας
„ Ἄρεος; εὐνομίης ἀντανάγει πατέρα.

„ C'eft à dire; l'Elephant ne fe jette plus impe- „ tueufement avec fa tour fur le dos à travers les „ efcadrons armez, y faifant un cruel carnage avec „ fa trompe & fes dents effroyables. Mais plein „ de crainte & de refpect, fe baiffant, & fouf- „ mettant humblement fes efchignes aux traits „ d'un timon, tire le chariot du divin Cæfar. Cet- „ te befte commence à connoiftre le benefice „ gracieux de la paix, & quitte volontairement „ tout fon equipage Martial, porte & charie haut „ élevé, le Pere de Juftice & d'Equité. Au re- „ fte Augufte ne fut pas le premier Romain qui „ fit

„ fit voir cette rareté au peuple. Mais Pompée „ en son triomphe d'Afrique, comme ayant esté „ pratiqué par Bacchus triomphant des Indes, & „ apres luy Jules Cesar eut aussi l'ambition de se „ faire voir tiré par ces admirables animaux, aux „ Romains, en un chariot triomphal. Voyez „ *Pline* liv. VIII. ch. 2. & les medailles de Jules „ Cesar. Aussi auparavant dans l'antiquité pre- „ miere, entre les Indiens il n'estoit permis qu'aux „ seuls Roys de se faire porter par des Elephants, „ ainsi qu'Arrian le tesmoigne en son livre de *Re-* „ *bus Indicis* p. 180. Et le *Plutarque* qui a escrit „ des fleuves, remarque que l'Elephant de Porus „ Roy des Indes parla, & conseilla son maistre „ de faire la paix avec le grand Alexandre: Les „ Romains commencerent de voir des Elephants „ quand Pyrrhus vint secourir les Tarentins, ce „ fut en la Lucanie, où ces peuples les admirants, „ & ne sçachants encore leurs noms, les appelle- „ rent *Leucas*; bœufs Lucaniens, comme le re- „ marque *Pline* liv. VIII. ch. 6 & apres luy entre „ autres le Poëte *Metellus*, en la vie de S. Quirin „ Martyr, qui descrit gentiment leur maniere de „ combatre; & l'execution qu'ils font avec leurs „ trompes en ces vers,

„ *Turmas belligeras vehit*
„ *Turri dispositas Indica bellua,*
„ *Castris mobilibus fuit*
„ *Innox pugna diu, percita bestiis,*
„ *Quas cursus vice præpetes*
„ *Certarunt pedites vincere velites:*
„ *Illæ sed celeres ruunt,*
„ *Acres horridulo gutture barriunt,*
„ *Hostes ore truci petunt,*
„ *Et probostidibus proxima verberant,*
„ *Quis nomen vetus hoc erat,*
„ *Lucas nosse boves plebs avet urbica.*
„ *Hos Lucanica primitus*
„ *Urbs victa dedit sub duce nobili,*
„ *Tandem Græcia subdita*
„ *Nomen dans animal fert Elephanteum.*"

„ Aussi Seneque en sa Tragedie d'Hippolyte „ Acte premier, se sert de se nom pour les designer, „ disant ainsi,

„ —— —— *Amat insani*
„ *Bellua Ponti Lucæque boves.*

Num. 10. & 11.

CAESAR AUGUSTUS. ARMENIA CAPTA. Armenus, genuflexus, supplex.

TURPILIANUS III. VIR. Sabinorum scutis obruta Virgo Tarpeja.

Hic denarius argenteus, qui invenitur apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. XL. ex eorum genere est, qui per monetariorum errorem duas diversæ matricis posticas accepit, neglecto capite Augusti, quod in antica poni debebat. Confer supra Tab. Num. 36. (qui tamen in Inscriptione aliquantum discrepat) & Tab. XXI. Num. 7.

Num. 12.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. III. Num. 71.

ARMENIA CAPTA. Victoria componens Tropæum, sub quo sedent duo captivi, vir & femina.

Denarius est elegans, sed apud solum *Hub. Goltzium* invenitur, in *Augusto* Tab. IX. Num. 101. & Tab. XL. Num. 11. ex quo posticam partem repetiit *Jac. Oiselius* Tab. XIX. Num. 1. Per binas captivorum figuras, mulierem lugentem & caput manu sustentantem, atque virum, pileo Armeniaco tectum & manus post terga revinctum, fortassis duplex Armenia, Major atque Minor, designatur.

Num. 13.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Tab. V. Num. 72.

CONSUL ITERum IMPerator ITERum Tiberius CLAUDIus Tiberii Filius NERO. Quadrigæ Triumphales insistente Nuce Pinea sive Strobilo.

Aureus est nummus cusus in memoriam belli Rhœtici & Vindelici, quod per Tiberium confectum fuit A. V. C. 747. Tiberius enim in hoc nummo inscribitur Consul iterum & Imperator iterum, parto Imperatoris iterum titulo ex hoc bello. Strobilus autem Augustæ Vindelicorum emblema (sicuti hodieque Augustæ Vindelicorum insigne est) videtur fuisse, unde infra quoque Num. 20. conspicitur. De bello hoc ita *Suetonius* in *Tiberio* Cap. IX. *Exhinc Rhæticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Rhætico atque Vindelico gentes Alpinas, Pannonico Breucos & Dalmatas subegit. Germanico XL. millia deditiorum trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit, quas ob res, & ovans. & curru Urbeem ingressus est, primus, ut quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus, novo nec antea cuiquam tributo genere honoris.* Vulgavit hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XII. Num. 142. & Tab. XXIV. Num. 13. ut & in *Fastis* p. 218. & *Jacob. Oiselius* in *Thesauro* Tab. XCII. Num. 3. Recensetur quoque inter *Numism. Arschot.* Tab. X. Num. 9.

Num. 14. & 15.

IMPerator CAESAR DIVI JULIi Filius. Caput Cæsaris Octaviani nudum, lævam versus.

Cajus CARRINAS Caji Filius PROCOnSule. Victoria proræ navis insistens, lævam versus, dextra tenet corollam, læva palmam super humeros.

Pluribus denarium hunc argenteum C. Albii Carrinatis explicavimus ad *Morelliani Thesauri Famil.* in *Num. Goltzianis* p. 495. & 496.

Num.

NUM. 16.

Cajus CAESAR IMPerator III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani barbatum, lævam versus, ut Tab. I. Num. 14.

Publius VATINIUS Publii Filius PROCOnSule. Victoria in citis bigis, dextra palmam tenet, læva equorum habenas.

Triumphavit P. Vatinius ex Illyrico, A. V. C. 711. ad quem ejus triumphum hic denarius videtur adludere. Confer quæ diximus in *Thesauro Morellii Fam. Rom.* p. 633. Vulgatus est ab *Hub. Goltzio* in *Fastis* p. 187. & in *Aug.* Tab. I. Num. 9. atque Tab. XLII. Num. 15.

NUM. 17. & 18.

AUGustus TRIBunicia POtestate XV. Augusti caput nudum, lævam versus.

Sine Inscriptione. Figura muliebris, turrita, sedens, dextra tenet Strobilum, sive Nucem Pineam, læva cornucopiæ.

Sine dubio hic nummus respicit ad motus in Rhætia & Pannonia, atque præsertim apud Vindelicos, compositos. Strobilus enim Augustæ Vindelicorum insigne antiquitus fuit, unde ejus urbis genium hic repræsentari suspicor; neque hic modo, sed & insuper in nummis quibusdam Hispanis, rudi fabrica cusis cum eodem typo, atque Inscriptione ORIPPO. Vide supra Tab. XXXVIII. Num. 15. 16. & quæ ibi notavimus p. 393. Celebrat igitur victoriam Tib. Claudii Neronis, sicuti supra Num. 13. & mox qui sequitur Num. 19. & 20. omnes enim, licet eodem anno cusi haud sint, ad eandem tamen spectant victoriam. Et hic quidem, ex ære medii moduli, signatus fuit A. V. C. 742. atque vulgatus ab *Hub. Goltzio* in *Fastis* p. 216. & in *Augusto* Tab. XLII. Num. 17. Exstat & apud *Jacobum Oiselum* in *Thesauro* Tab. XXVI. Num. 1.

NUM. 19. & 20.

AUGUSTus TRibunicia POTestate XIIII. COnSul XI. IMPerator XIII. Pater Patriæ. Caput Augusti laureatum, versus lævam.

TIberius SEMPRONIus TIberii Filius GRACCUS LEGatus PRoCOnSule. Nux Pinea ingens, sive Strobilus in media nummi area.

Vide quæ notavimus in *Thesauro Morelliano Fam. Rom.* p. 618. ad hunc pulcherrimum nummum aureum, quem edidit *Hubert. Goltzius* in *Fastis* pag. 216. ad A. V. C. 742. atque in *Augusto* Tab. XLII. Num. 20. Aversæ partis sculptura quoque cernitur in *Thesauro Jac. Oiselii* Tab. XXVI. Num. 3. & inter *Numism. Arschot.* Tab. X. Num. 10. De Strobilo quoque, insigni Coloniæ Augustæ Vindelicorum, operæ pretium est, inspicere Opera *M. Velseri*, atque *Ezech. Spanhemium De Usu & Præst. Numism.* Edit. posterioris Tom. I. p. 308.

NUM. 21.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Tab. III. Num. 96.

TIberius NERO TIberii Filius PROCOnSule. Tropæum inter duos captivos sedentes, mulierem lugentem & virum manus post terga revinctum. Præter scuta litui militares ad Tropæum adfixi cernuntur.

Cusus est nummus hic argenteus in memoriam triumphi sive ovationis Tiberii ex Illyrico de Dalmatis & Pannoniis. *Hub. Goltzius* in *Fastis* p. 217. eundem retulit ad A. V. C. 745. vulgavit quoque in *Aug.* Tab. X. Num. 115. & Tab. XLII. Num. 23.

NUM. 22. & 23.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΙΟΥ ΥΙΟΣ. (*AUGUSTUS DIVI FILIUS.*) *Caput Augusti laureatum, versus lævam.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΤΟΝ. (*IMPERATOR TERTIUM.*) *Victoria cum palma & corolla proræ insistens.*

Imperatoris tertium titulus docet celebrari hoc typo victoriam de Sexto Pompejo relatam, & cusum fuisse A. V. C. 718. nummum hunc ex medio ære. Exhibet illum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. VIII. Num. 92. & Tab. XLIII. Num. 11.

NUM. 24.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS COnSul XII. Pater Patriæ. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

COLonia JULia AUGUSta CORinthus. Pegasus.

Urbis Corinthi, propter civem Bellerophontem Symbolum esse solet Pegasus. A Julio Cæsare Colonia facta atque (ut notum est) instaurata, inde *Colonia Julia* atque *Laus Julia* vocata fuit. Verum in hoc nummo æreo secundæ magnitudinis, sed *Goltziano*, insuper *Augusta* dicitur. Vulgavit illum *Hubertus Goltzius* in *Augusto* Tab. XVI. Num. 188.

TABU-

TABULA LI.

EXHIBENS

NUMISMATA AUGUSTI

VARII METALLI, DESUMTA

EX

HUBERTO GOLTZIO.

NUM. 1.

IMPeratori CAESARi AUGUSTO COnSuli XI. TRibunicia POTestate X. IMPeratori X. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. VI. Num. 206.

Augusti Cæsaris Statua equestris ante mœnia & portas urbis, basi ejus inscribitur Senatus PopulusQue Romanus IMPeratori CAESari.

Aureum hoc numisma (cujus mentionem quoque facit *Adolphus Occo*) vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIV. Num. 165. & Tab. XLV. Num. 1. atque in *Fastis* p 212. ad A. V. C. 739. Spectatur quoque postica nummi pars inter *Numismata Arschotana* Tab. X. Num. 17. Respicit ad honorem Augusto habitum propter munitas inpensis ipsius vias, ut patet ex denariis præcipue triumviri monetalis L. Vinicii, supra Tab. XXI. ubi vide quæ notavimus pag. 331.

NUM. 2.

Sine Inscriptione. Caput Augusti Cæsaris corona quernea ornatum, versus dextram, ut Tab. III. Num. 82.

Statua eadem equestris, sed basi inscribitur Senatus PopulusQue Romanus IMPeratori CAESari AUGUSTO.

Profertur hic denarius argenteus ab *Huberto Goltzio* in *Augusto* Tab. IV. Num. 48. & Tab. XLV. Num. 3.

NUM. 3.

IMPerator CAESAR AUGUR PONTifex III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum versus lævam, pone est lituus.

IMPerator ITERum. Statua equestris, versus lævam, quæ dextra tenet lituum, subtus cernitur prora navis, desuper navem patera, & ad latus nota S. C.

Statua Cæsaris Octaviani est, habitu Pontificali, unde lituum dextra tenet, & subtus cernitur patera. Nisi malimus M. Lepidi esse statuam equestrem, utpote Pontificis summi, nam sic permutare monetæ partes solebant Triumviri, sed, quoniam tum nomina adscribuntur Triumviri alterius, vel utriusque simul, puto Cæsaris Octaviani esse statuam. Cusum est numisma hoc aureum, quum Cæsar esset Imperator iterum, bello Civili Siculo cum Sexto Pompejo flagrante, unde prora navis infra statuam equestrem denotat partum Imperatoris titulum ex victoria navali. Vulgavit *Hub. Goltzius* ad A. V. C. 716. in *Fastis* p. 193. & in *Aug.* Tab. II. Num. 24. & Tab. XLV. Num 10. Meminit ejus *Adolphus Occo* p. 24. & adparet quoque inter *Numismata Arschotana* Tab. IX. Num. 11. atque in *Thesauro Antiq. Rom. Grævii* Tom. V. p. 63. sed Equestris Statuæ figura ibi male inversa sistitur.

NUM. 4.

CAESAR III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, versus sinistram, ut Tab. I. Num. 7.

Senatus Consulto. Statua eadem Equestris versus dextram, subtus prora navis est.

Argenteus est hic nummus, publicatus ab *Hub. Goltzio* in *Augusto* Tab. I. Num. 4. & Tab. XLV. Num. 12.

NUM. 5.

Caput Augusti nudum, sine Inscriptione, versus lævam, ut Tab. III. Num. 77. *in auro.*

vel

Capite versus dextram partem, ut ibid. Num. 78. *in argento.*

AUGUSTUS TRibunicia POTestate. Statua Augusti Equestris, versus lævam.

Ex pluribus Statuis Equestribus, quæ Cæsari Augusto Romæ, diversis in locis, positæ sunt, adparet hanc esse unam. Inveniuntur hi nummi apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. IV. Num. 37. & 39. atque Tab. XLV. Num. 2.

NUM. 6.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti corona quernea ornatum, lævam versus, ut Tab. III. Num. 81.

CNeus CINNA MAGnus III. VIR. Cippus, cui inscribitur, Senatus PopulusQue Romanus IMPeratori CAEsari QUOD Viæ Munitæ Sunt EX EA Pecunia Quam IS AD Aerarium Detulit.

Si verus & genuinus hic est denarius, Triumvir Monetalis exstitit Cn. Cornelius Cinna una cum L. Vinicio. Confer autem, quæ de hoc denario, deque hoc Cinna diximus ad *Thesaurum Morellii Fam. Rom.* p. 549. Ipsum nummum in *Fastis* p. 225. protulit *Hub. Goltzius*, ut & in *Augusto* Tab. X. Num. 112. & Tab. XXXVI. Num. 16. Posterior nummi pars quoque inter *Arschot. Numismata* exhibetur Tab. X. Num. 24.

NUM. 7.

IMPeratori CAESARI AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum, dextram versus.

Et hæc quidem partis anticæ in auro Inscriptio est, in argento vero eadem, sed ibi versus lævam vertitur facies, ut Tab. II. Num. 59.

QUOD VIAE MUNitæ SUNT. Arcus Triumphalis supra Pontem, pluribus columnis suffultum, erectus. Desuper Tropæum est inter duas Statuas Equestres.

Spectat hic Typus illustris ad Pontem præcipue Arimini, & viam ab Urbe eo usque, Cæsaris Augusti inpensis, munitam, de quo vel simili fere typo supra actum jam est ad Tab. XVII. Num. 28. p. 302. *Goltzianum* hunc expressit *Jacobus Oiselius* Tab. CVIII. Num. 10.

NUM. 8.

CAESARI AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus. Caput Cæsaris Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. III. Num. 91.

QUOD VIAE MUNITAE SUNT. Pons idem Ariminensis, desuper oppositi duo sibi invicem sunt Arcus Triumphales cum totidem Statuis Equestribus & tropæis totidem.

De simili typo vide quæ diximus ad argenteum denarium Tab. XVII. Num 29. Aureum hunc protulit *Hub. Goltzius* in *Fastis* p. 224. & in *Augusto* Tab. X. Num. 109. & Tab. XLVI. Num. 14.

NUM. 9.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus dextram, ut Tab. III. Num. 86.

COLonia JULia BON. Colonus agens boves.

Hub. Goltzii nummus est æreus ex medio ære in *Augusto* Tab. IX. Num. 108. & Tab. XLVIII. Num. 1. qui sine dubio Bononiensem intellexit Coloniam, cujus mentio est apud *Plinium Nat. Histor.* Lib. III. Cap. XV. p. 172. *Intus Coloniæ ; Bononia, Felsina vocitata, cum princeps Etruriæ esset.* Sed Coloniæ Italicæ sub Imperatoribus nummos non signarunt. Unde puto lectum à *Goltzio* fuisse BON. pro BER. Beryti Coloniæ nummi similes enim occurrunt supra Tab. XXXIV. Num. 3. & 4.

NUM. 10.

IMPerator AUGUSTus TRibunicia POT. XIIII. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. VII. Num. 217.

COLonia JULia OCTAVianorum.

Colonia Gallica provinciæ Narbonensis est cujus hic fit mentio. *Plinius Nat. Histor.* Lib. III. Cap. IV. p. 146. *Forum Julii, Octavianorum Colonia, quæ Pacensis adpellatur & Classica.* Vide ibi *Harduinum*, qui *Goltzii* hunc nummum adducit, vulgatum in *Aug.* Tab. XVI. Num. 181. & Tab. XLVIII. Num. 3. ex ære medio.

NUM.

NUM. 11. & 12.

IMPerator CAESAR AUGUSTus PONTifex MAXimus TRibunicia POTestate XVI. COnSul XI. IMPerator XIIII. Caput Augusti laureatum, versus lævam.

Tiberius SEMPronius Tiberii Filius GRACCUS II. VIR ITERum COlonia JULia AUGUSta EX Senatus Consulto. Colonus agens boves.

Coloniæ Juliæ Augustæ mentionem fieri notat *Jacobus Oiselius* p. 154. apud *Hyginum* de Limitibus Constituendis, ubi Colonia Julia Augusta depicta & descripta invenitur, in cujus tractu recensentur oppida Opulentia, Fisaleta, Hasta, item flumen Axinum &c. Ti. Sempronium Graccum autem eundem existimat illum cujus ut nobilis adulteri Juliæ, Augusti filiæ, meminit *Tacitus* Lib. I. *Annal.* Cap. LIII. *Par causa sævitiæ in Sempronium Gracchum, qui familia nobili, sollers ingenio & pravè facundus, eandem Julia in matrimonio M. Agrippæ temeraverat; nec is libidini finis, traditam Tiberio pervicax adulter contumelia & odiis in maritum accendebat; literæque, quas Julia patri Augusto cum insectatione Tiberii scripsit, à Graccho compositæ credebantur.* Invenitur depictus aureus nummus apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XVI. Num. 183. & Tab. XLVIII. Num. 5. & in *Fastis* pag. 217. inter *Numismata Arschotana* Tab. XVI. Num. 14. apud *Jacob. Oiselium* in *Thesauro* Tab. XXXIV. Num. 11. Exstat quoque apud *Andr. Morellium* inter *Num. Goltzii Fam. Semproniæ* Tab. XXX. Num. 17. ubi eundem (si genuinus sit) retulimus ad Coloniam Juliam Augustam Vindelicorum p. 618.

NUM. 13. & 14.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS COnSul XII. Pater Patriæ. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

COLonia JULia AUGUSta. Dextræ junctæ tenent caduceum inter duo cornua copiæ.

Ad eandem Coloniam, ad quam præcedens nummus & hic spectat æreus secundi moduli, quem produxit *Hub. Goltzius* in *Fastis* p. 219. & in *Augusto* Tab. XVI. Num. 7.

NUM. 15.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. III. Num. 71.

COLonia JULia VALentia. Colonus agens boves.

Spectat ad Valentiam Hispaniæ. Edidit illum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. IX. Num. 101. & Tab. 48. Num. 8.

NUM. 16.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus dextram, ut Tab. III. Num. 86.

SIGOBRIGA. in Corona Quernea.

Sigobriga, sive Segobrica, Hispaniæ Tarraconensis urbs, de qua vide *Jo. Vaillantium* de Coloniis Tom. I. p. 62. Fidem huic nummo facit, quod exstat apud *Antonium Augustinum Dialogo* VII. Tab. LXVIII. Num. 6. Edit. *Italicæ* in 4°. nisi ex *Goltzianis* Operibus eo translatus ab Editoribus Italis sit. Vulgavit eum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. IX. Num. 108. & Tab. XLIX. Num. 17. Ex ære medio est.

NUM. 17.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, dextram versus.

COLonia TOLETana. Publius CARISIUS LEGatus PRo PRætore. Caput muliebre turritum.

Fidem huic nummo argenteo facere videtur, quod in Editione Italica in quarto *Anton. Augustini* ad *Dialogum* VII. Tab. LXIX. Num. 14. quoque repræsentetur, quamvis ipse Augustinus ibidem p. 147. ex Italica versione (ipse enim Hispanice scripsit) dicat „ Ancorche sia la verità che „ io non ho veduto memoria di quella Città che „ ella fusse mai Colonia in tempo alcuno. i. e. „ *Etsi non memini alibi Coloniam hanc urbem unquam vocitatam.*" *Dubitanter* (inquit *Jac. Oiselius*,) *hoc addit. Quod non scripsisset, si hujus nummi copiam habuisset.* Sed quæri potest, utrum Editores Itali ex *Goltzio* (nam in Hispanica Editione originali non invenitur) addiderint, an vero eumdem viderint. Confer *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. X. Num. 120. & Tab. XLIX. Num. 19. ut & *Jac. Oiselii Thesaurum* Tab. XXXI. Num. 8. atque *Andr. Morellii Thesaur. Fam. Rom.* p. 532. ad Tab. XI. Num. 22. *Num. Goltzianorum.*

NUM. 18.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus dextram, ut Tab. III. Num. 86.

COLonia JULia PHILippi. Bos.

Respicit hic nummus æreus, secundæ magnitudinis, ab *Huberto Goltzio* vulgatus Tab. IX. Num. 108. & Tab. L. Num. 26. Coloniam Philippos in Macedonia, quæ Juliæ nomen nacta fuit, quoniam eo Veteranos, victo Cneo Pompejo Magno in campis Pharsalicis, transtulisse videtur. Vide supra Tab. XLIV. Num. 67. p. 423. Coloniam fuisse, præter nummos, testatur *Plinius* Lib. *Nat. Histor.* IV. Cap. XI. p. 204. *Intus Philippi Colonia.* ubi vide Notas *Jo. Harduini.*

NUM. 19.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. V. Num. 161.

COLonia CAESAREA PHILippi II. VIRis Tito RUFO Lucio GALLO. Colonus agens boves.

Nescio utrum intelligantur Philippi in Macedonia, quæ *Colonia Julia* dicta fuit, & juxta hunc nummum, (si genuinus est) *Cæsarea quoque*, *an Cæsarea Philippi in Judæa, quæ & Cæsarea Paneas* dicta fuit. *Plinius Nat. Histor.* Lib. V. Cap XV. p. 26. *Jordanis amnis oritur è fonte Paneade, qui cognomen dedit Cæsareæ.* Quare Cæsarea Philippi dicta fuerit, supra p. 423. adtigimus. Sed ibi nulla Colonia Romanorum fuit. Exstat nummus æreus medii moduli apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. XI. Num. 130. & Tab. L. Num. 27.

NUM. 20.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICia POTestate IX. COnSul XI. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. VI. Num. 205.

Lucio CORNelio BALBO Marco TITIO Publio QUINtilio VARO II. VIRis. Bos.

In *Familiis Romanis* hunc & sequentes quoque nummos ex fide *Hub. Goltzii* inter *Goltzianos* collocavit *Andr. Morellius*, quos, ut nimium suspectos, sicco fere pede transivimus. Æreus hic esse dicitur secundæ magnitudinis *Hub. Goltzio* in *Augusto* Tab. XIV. Num. 164. & Tab. L. Num. 28.

NUM. 21.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, dextram versus, ut Tab. V. Num. 173.

Cajo CENSORINO Lucio CORNIFICIO Numenio CELSo II. VIRis. Bos.

Medii æris à *Goltzio* vulgatus in *Aug.* Tab. XII. Num. 144, & Tab. L. Num. 30.

NUM. 22.

CAESAR AUGUSTUS TRibunicia POTestate. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. VI. Num. 182.

APpio PULCHRO Tito TAURo Lucio PISOne CNei Filio II. VIRis. Bos.

Æreus est, secundi moduli, ex fide *Hub. Goltzii* in *Augusto* Tab. XIII. Num. 152. & Tab. L. Num. 31. qui multos videtur ejusmodi finxisse ad implendos *Fastos* quos edidit.

NUM. 23.

AUGUSTUS. Colonia VICtrix CELSA. Augusti caput nudum in laurea.

CNeo AUFIDIO SPurio TARPEIO CAPITOLINO II. VIRis. Bos.

De hac Colonia dictum est supra p. 383. Hunc medii æris nummum protulit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XII. Num. 141. & Tab. L. Num. 33.

NUM. 24.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum versus lævam, ut Tab. IV. Num. 132.

COLonia SEBASte Lucio FABATO Tito TAURO Lucio PISONE II. VIRis. Colonus agens boves.

Sit quoque hujus nummi fides apud *Hub. Goltzium*, qui illum protulit in *Augusto* Tab. IX. Num. 106. & Tab. L. Num. 34. pariterque in *Fastis*, sicuti hos omnes.

TABU-

TABULA LII.
EXHIBENS
NUMISMATA AUGUSTI
VARII METALLI, DESUMTA
EX
HUBERTO GOLTZIO.

NUM. 1.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS COnSul XII. Pater Patriæ. Augusti caput laureatum, lævam versus.

Cajo CAESINO Lucio POMPONIO Quinto HATERIo II. VIRis. Bos.

Medii æris est apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XVI. Num. 188. & LI. Num. 38.

NUM. 2.

CAESAR AUGUSTUS TRIbunicia POTestate. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

ATTEIo CAPITone Cajo PONTIO Publio ORESTe II. VIRis. Bos.

Medii æris est apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XIII. Num. 154. & Tab. LI. Num 40.

NUM. 3.

AUGUSTUS DIVI Filius COS. XI. IMPerator VIII. Caput Augusti laureatum, versus lævam.

Cajo SULPICIO Cajo PONTIO Publio ORESTe II. VIRis. Bos.

Et reliqui hujusmodi nummi passim in *Goltzianis Fastis* inveniuntur & hic ibidem exstat p. 205. atque in *Augusto* Tab. XIII. Num. 148. & Tab. LI. Num. 42. Est ex ære medio.

NUM. 4.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. IV. Num. 121.

Decimo LAELIO BALBO Cajo SULPICIO Lucio CELSO II. VIRis. Bos.

Huberti Goltzii est nummus æris medii in *Augusto* Tab. VIII. Num. 85. & Tab. LI. Num. 46. ex cujus *Fastis*, ut plures ejus farinæ, transsumsit *J. Vaillantius* in *Fam. Lælia.*

NUM. 5. & 6.

AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XII. Caput Augusti laureatum, lævam versus, supra quod legitur, PR. II. VIRis.

Cajo BALBO Lucio PORCIO. Bos.

Dubito quid significare velint literæ PR. II. VIRis supra Caput Augusti positæ, an PRImis II. VIRis, an *populi Romani* vel *plebis Romanæ* II. VIRis an denique PRimo II. VIRo. ut Augusto honoris caussa deferatur Duumviratus, quem pro eo in aliis nummis hujusmodi, ubi tria occurrunt nomina, alius extra ordinem, gesserit, cujus videlicet nomen sub Bove ponitur, ut in præcedentibus tribus C. Cæsinus, Atteius Capito, C. Sulpicius. Sed hæc fide *Goltziana* nituntur. Medii æris hic nummus est, vulgatus ab *Hub. Goltzio* in *Fastis* p. 214. & in *Augusto* Tab. XV. Num. 178. & Tab. LI. Num. 14.

NUM. 7.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS PONTifex MAXimus TRibunicia POTestate X. Caput Augusti nudum, dextram versus, ut Tab. VI. Num. 208.

Decimo SILVANO Publio CILONE Aulo GELLIO II. VIRis. Bos.

Decimus Silvanus in hoc nummo Cæsaris Augusti præfectus Duumviralis, reliqui duo Duumviri erunt, si genuini inveniantur hic & similes nummi. Vulgavit hunc *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIV. Num. 168. & Tab. LI. Num. 47.

NUM. 8.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti nudum, versus dextram, ut Tab. IV. Num. 117.

Tito CRISPino VALERIANO Lucio CAESONio Marco SERVILio II. VIRis. Bos.

Inter hos Duumviratus Augusti Præfectos esse creditur *T. Crispinus Valerianus*. Edidit medio ex ære nummum in *Augusto Hub. Goltzius* Tab. VIII. Num. 87. & Tab. LI. Num. 48.

NUM. 9.

CAESAR AUGUSTUS TRIBunicia POTESTate. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. VI. Num. 190.

Publio CORnelio CELSO (scilicet *Præfecto Duumviratus Augusti*) *Tito FLAMININO SPurio ALBINO II. VIRis. Bos.*

Ex medio ære est, edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIII. Num. 155. & Tab. LII. Num. 1.

NUM. 10.

Epigraphe & caput idem.

Tito AURELIO CELERE (scilicet *Præfecto Duumviratus Cæsaris*) *Tiberio Druso SERvio DECIANO II. VIRis. Bos.*

Ex medio ære apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XIII. Num. 156. & Tab. LII. Num. 52.

NUM. 11.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. III. Num. 86.

SEXto POMPEIO (*Duumviratus* scilicet *Cæsaris Præfecto*) *Tito CELere Lucio CORnelio MESsalla II. VIRis. Bos.*

Nummus est ex medio ære apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. IX. Num. 108. & Tab. LII. Num. 54.

NUM. 12.

ΚΑΙΣΑΡ. (*CAESAR.*) *Caput Augusti radiatum, versus dextram, ut Tab. VIII. Num.* 260.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. (*CAESARENSIUM METROPOLITANORUM.*) *Lupa cum gemellis.*

Originem veluti Romanam jactat urbs à Cæsare nomen nacta. Sed urbs Cæsarea Cappadociæ tantum Metropolis legitur, & quidem facta tempore Hadriani eoque titulo ornata, ut videtur *Jo. Vaillantio* in *Nummis Græcis* p. 208. Vulgavit hunc nummum ex ære medio *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XVIII. Num. 206. & Tab. LIII. Num. 1.

NUM. 13. & 14.

ΤΟΥ ΘΕΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*DIVI CAESARIS AUGUSTI.*) *Caput Augusti corona laureata & radiata insigne, versus lævam, ante faciem Stella (veluti Apollinis) cernitur.*

ΒΙΡΡΑΝΑΤΗΝΩΝ. (*BIRRANATENORUM.*) *Caput velatum & turritum.*

Vulgavit æreum hunc nummum *Hubert. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXI. Num. 242. & Tab. LIII. Num. 5. usque ejus inveniret interpretationem, hisce sese torsit *Jo. Tristanus Sanctamantius Comm. Histor.* Tom. I. p. 94. „ Je ne sçay si en „ la medaille ce mot se lisoit ainsi, mais il y a „ apparence qu'il se doit lire autrement, car ΒΙΡ- „ ΘΑΜΑ estoit une ville de l'Assyrie selon Ptolemée „ liv. VI. chap. I. & je ne trouve point qu'il y „ ait aucune ville de ce nom *Birraniate*, & croy „ qu'il peut se faire qu'il y eust en la medaille ΒΙΡ- „ ΘΑΝΑΤΗΝΩΝ ou ΒΙΡΘΑΜΑΤΗΝΩΝ. Car com- „ me *Ptolemée* loge Birthama en l'Assyrie, aussi „ loge-t'il ΒΙΡΘΑ en le Mesopotamie liv. V. chap. „ 18. & 19. & la constituë proche l'Euphrate. „ Or Cybele estoit comme on sçait venerée prin- „ cipalement en toutes ces regions là. Reste à „ remarquer qu'Auguste est icy qualifié *Divus*

„ ΘΕΙΟΣ,

„ ΘΕΙΟΣ, pour la mesme raison que *Tacite* liv. „ XV. à la fin dit qu'Anicius Cerialis l'entendoit „ en faveur de Neron, qui fut d'avis qu'on bastit „ un Temple DIVO NERONI *tanquam*, ce dit-„ il, *mortale fastigium egresso, & venerationem ho-„ minum merito.*"

„ *Ovide* luy en donne aussi le titre en son III. „ livre *Trist. Eleg.* VIII. vers. 13. ainsi,

„ *Si semel optandum est, Augusti numen adora:*
„ *Et quem sensisti, rite precare, Deum.*

„ & en la III. *Eleg.* de son IV. livre,

„ *Nescit enim Cæsar, quamvis Deus omnia norit.*"

Hæc *Tristanus*, cui fraudi fuisse literas ΒΙΡ. statim animadverti, neque enim initiales sunt populi, sed æram urbis significant. Supersunt literæ ΠΑΝΑΞΗΝΩΝ. quæ sine dubio corruptæ, atque male ex detrito ibi nummo ab *Hubert. Goltzio* exceptæ sunt. Ut verbo dicam, legi Inscriptio ita debet, ΡΑΜΑΘΗΝΩΝ ΒΙΡ. id est, RAMATHAENORUM ANNO CXII. & nummus bonæ est fidei, quem ex tertio modulo sive parvo ære exstare in *Thesauro Cardinalis de Maximis* testatur *J. Vaillantius* in *Nummis Græcis* p. 5. Ramatha urbs est Palæstinæ, quæ Rama antiquioribus dicta, sæpe in Sacra Scriptura occurrit, posteriori ævo Ramulam fuisse dictam ex *Guilhelmo Tyrio* docet *Christoph. Cellarius Antiq. Geogr.* Tom. II. p. 529. Urbem hanc inter illas fuisse judicat *Vaillantius*, quæ, dum Antiochi fratres mutuis cladibus Syriam adterunt, inter alias Palæstinæ urbes libertatem sibi vindicarunt, atque inde novam Epocham instituerunt anno A. V. C. 650. ubi deinde ita scribit p. 282. „ Ramatheni Augusto, cum Archelai, Judæorum „ Ethnarchæ, auxilio, libertatem iterum recu-„ peravere, anno 764. nummos gratulabundi per-„ cusserunt: nam si annos eorum Epochæ 112. „ cum ejus initio ad A. V. C. 650. à nobis su-„ pra (ibi typorum vitio scribitur 640.) adsignato „ copulaveris ad autumnum anni 761. usque al-„ terum subsequentis decurrentem pervenies, quo „ Archelaus Viennam relegatus est." Est igitur hic nummus nobile Historiæ monumentum.

NUM. 15.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. III. Num.* 73.

ΤΙΦΟΥΛΕΩΝ. (*TIPHTLENSIUM.*) *Figura muliebris, cum insigni capitis ornamento, stans, utramque manum supra totidem capita equina, ad pedes posita, extendit.*

Felicior longe, certe eruditior, conjectura, quam ad præcedentem nummum, in hunc exstat *Jo. Tristani Sanctamantii Comment. Histor.* Tom. I. p. 95. ubi hæc inveniuntur. „ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. L'Effigie „ d'Auguste couronnée de laurier; au revers *Goltzius* lit ΤΙΦΟΤΛΕΩΝ. Une femme debout entre „ deux chevaux qui ne sont representez que jusques au poictrail, portant sur sa teste une pe-„ tite montagne, comme la figure de la Cappa-„ doce en porte une sur sa main en une medaille „ d'Hadrian.

„ Je tiens pour asseuré que *Goltzius* n'a pas bien „ leu l'Inscription de cette Medaille, ou qu'il y „ avoit faute d'un Ρ. Car il ne se trouvera pas „ qu'il y ait eu aucune ville de ce nom (comme „ je l'estime) ce qui m'y fait lire ΤΡΙΦΟΤΛΕΩΝ. „ Car Τρίφυλον est dans *Ptolemée* une des plus insi-„ gnes villes de la Dace, laquelle *Lagius* & *Bertius* disent estre celle que l'on appelle à present „ *Felisia*, mais *Ortellius* avec plus d'apparence esti-„ me que ce soit *Triplum* dont fait mention *Paulus Diaconus* liv. XIX. Et ce qui me fait penser à cet-„ te correction, est qu'elle est icy representée sous „ l'effigie d'une femme placée entre deux chevaux. „ Car *Strabon* liv. VII. remarque que ces peuples „ là, & les Sarmates leurs voisins, habitent des „ provinces grandement abondantes en excellens „ chevaux, & fort propres pour la guerre, les-„ quels ordinairement ils chastrent pour les ren-„ dre plus souples & plus maniables; (ce que nous „ voyons encore estre pratiqué en ce temps;) Au „ reste qu'ils sont vifs, prompts & genereux, & „ mal-aisez à dompter autrement. Et l'histoire en „ plusieurs endroits nous fait voir que ces peuples „ guerriers composoient principalement leur mi-„ lice de cavallerie, & que les escadrons composez „ de cavaliers armez de toutes pieces estoient esti-„ mez impenetrables. Or d'autant que cette ville „ de Τρίφυλον, ou *Triphilum*, estoit située à la pen-„ te ou au pied d'une montagne, vray-semblable-„ ment abondante en pasture, & ayant de beaux „ valons propres pour la nourriture des chevaux, „ elle est representée sous la figure de cette fem-„ me portant sur son chef une montagne, estant „ accostée de deux chevaux. Or il est assez no-„ toire que la Dace est montagneuse, jusques à ce „ poinct que *Jornandes* en ses Getiques chap. X. „ & XI. dit qu'elle est ceinte & environnée par „ tout comme d'une couronne, & les Medailles „ de Trajan la representent assise sur une montagne, „ & *Florus* liv. IV. la descrit située de la sor-„ te, voire mesme *Strabon* liv. sus-allegué, remar-„ que que ces monts estoient venerez par les Da-„ ces comme sacrez, au moins un principalement, „ si ce n'est qu'ils n'estimassent qu'un seul mont „ toute cette enceinte montueuse de leur pays. „ *Papinius* parlant de *Domitian*, poëme premier,

„ *Hæc est, quæ victis parcentia fœdera Chattis,*
„ *Quæque suum Dacis donat Clementia montem.*

„ Et au premier livre de sa Thebaide,

„ *Et conjurato dejectos vertice Dacos.*

„ Et là sur ce mont sacré estoient leur principal „ Temple, le Palais fortifié admirablement & „ un grand Prestre qu'ils veneroient comme un „ Dieu. Voyez *Strabon* & les *Commentateurs de Stace*, qui me soulagent de la peine d'en dire „ davantage."

Vulgavit hunc nummum ex parvo ære *Hubert. Goltzius* in *Augusto* Tab. IX. Num. 103. & Tab. LIII. Num. 7.

NUM.

NUM. 16.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS*) *Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab.V. Num.* 142.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. (*CAESARENSIUM.*) *Aquila, ante cujus pectus cernuntur literæ* ΣΥ. *sub pedibus vero* ΑΝΒΥΠ. ..

Suspicor nummum hunc ab *Hubert. Goltzio*, qui illum edidit in *Augusto* Tab. X. Num. 116. & Tab. LIII. Num. 4. male ab utraque parte fuisse lectum. Non animadvertisse videlicet detritum Imperatoris (non quidem Augusti, sed alterius,) fuisse nomen, deinde in aversa parte nummi exstare pro corruptis illis ΣΥ. &c. literas ΕΥ. id est, ΕΥσεβείων & ΑΝΘΥΠ. . . i. e. PROCONSULE pro ΑΝΒΥΠ. quod misere corruptum est. Pertinet videlicet hic nummus ad Cæsaream illam nobilem Cappadociæ urbem juxta Argæum montem. Hæc, prius Mazaca adpellata, deinde Eusebia, ut testatur *Strabo* apud *Christoph. Cellarium* Tom. II. pag. 347. dicta fuit, & tandem Cæsarea, quæ ut à reliquis Cæsareis cognomine distingueretur, Cæsarea Eusebia adpellata fuit: sed illa à Tiberio (ut citatus ibidem testatur *Eusebius* in *Chronico*) dicta fuit Cæsarea, unde Tiberii suspicor fuisse nummum, non Augusti, atque itidem, ut præcedentes duos, nobile *Historiæ Antiquæ* monumentum.

NUM. 17. & 18.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, versus lævam, pone illud cernitur Labyrinthus.*

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΜΥΦΩΝΤΩΠΑΣΟΡΑΣ. *TRIPOLITARUM MYPHONTOPASORAS.*) *Aquila expansis alis respiciens.*

Vereor ut anterior nummi facies male hic adplicata sit, quid enim Tripolitis cum Labyrintho, Cretæ Symbolo, nisi forte aliquando ex illa Insula Colonos acceperint. Exstat nummus apud *Hub. Goltzium* ex ære parvo in *Augusto* Tab. IX. Num. 107. & Tab. LIII. Num. 6.

NUM. 19. & 20.

ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΙΟΥΛΙΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ. (*CAESAREM AUGUSTUM JULIAM AUGUSTAM* scilicet *colit*) *Capita Augusti nuda & Juliæ jugata, versus lævam.*

ΣΕΒΑΣΤΑ. (*SEBASTE.*) *Capricornus cum globo & cornucopiæ.*

Vulgavit hunc nummnm ex parvo ære *Hubert. Goltzius* in *Augusto* Tab. XX. Num. 231. & Tab. LIII. Num. 10. Cusus est Samariæ, quum ampliatam eamdem atque auctam Sebastem adpellasset Herodes Magnus. Nota res est ex *Josepho* & aliis. *Hieronymus* in *Epitaphio Paullæ*, Cap. VI. *Vidit Sebastem*, id est, *Samariam quæ in honorem Augusti ab Herode Græco sermone Augusta est nominata.* Vide quoque *Prosperi Aquitani Chronicon* in *Thesauro Antiquit. Rom. Grævii* Tom. XI. p. 253.

NUM. 21. & 22.

ΑΥτοκράτωρ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡεῦς ΜΕΓας ΟΥΠΑΤΟΣ ΔΗμαρχικῆς ΕΞουσίας. Λυκάβαντος ΙΖ. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS PONTIFEX MAXIMUS CONSUL, TRIBUNICIA POTESTATE, ANNO XVII.*) *Caput Augusti nudum, versus lævam.*

ΣΕΒΑΣΤΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. (*SEBASTE METROPOLIS.*) *Capricornus cum globo & cornucopiæ.*

Spectat ad eamdem Sebastem. Notatur in nummo annus Imperii Cæsaris Augusti, atque felix ejusdem, ut Regis Regum, horoscopus. Exstat apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XVI. Num. 185. & Tab. LIII. Num. 12.

NUM. 23. & 24.

ΘΕΙΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ. (*DIVUS AUGUSTUS.*) *Caput Augusti radiatum, dextram versus.*

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. (*SELEUCENSIUM SACRAE URBIS ET SUIS LEGIBUS UTENTIS.*) *Genius urbis rupibus insidens, capite turrito, dextra palmam tenet, læva rupi innititur, pedibus fluvium premit.*

In nobilissima Syriæ Pieriæ urbe Seleucia cusus est hic nummus: propter rupes inaccessa hosti illa erat à parte maris, sita ad effluvium Orontis. *Jo. Vaillantius* hujusmodi nummos Seleuciæ in Cappadociæ confinio ad Calycadnum amnem adscribit, in *Num. Græc* p. 214. sed minus recte, quæ enim de titulis ejus Sacræ & inviolabilis à Seleuco Rege & Pompejo Magno adeptis scribit, magis Seleuciæ majori & nobiliori, in Pieria ad Orontem fluvium sitæ, conveniunt. Confer *Christoph. Cellarium Geogr. Antiq.* Tom. II. p 410. & 411. Invenitur nummus apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XX. Num. 234. & Tab. LIV. Num. 15.

TABULA LIII.
ADHUC EXHIBENS
NUMISMATA AUGUSTI
VARII METALLI, DESUMTA
EX
HUBERTO GOLTZIO.

NUM. 1.

ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*AUGUSTI.*) *Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Tab. III. Num.* 74.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. (*TRIPOLITARUM METROPOLITANORUM.*) *Imperator eques, armatus & paludamento ornatus, vertit sese, respiciens, atque dextram extendit.*

Nota est Tripolis, urbs Phœniciæ, verum in Nummis hactenus, tanquam Metropolis, nondum observata fuit. Monumentum exhibet venerationis erga Augustum hujus nummi typus, quo Tripolitæ videntur celebrasse Augusti adventum in Syriam vel eo habitu illi Statuam dedicasse. Vulgavit hunc ex medio ære nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. IX. Num. 100. & Tab. LIII. Num. 11.

NUM. 2.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. (*IMPERATORIS CAESARIS.*) *Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. II. Num.* 52.

Γάζα, Λυκάβαντος Ξ. (*GAZA, ANNO LX.*) *Mulier turrita stans, dextra tangens longum, terræ insistentem, Palmæ ramum, læva tenens duas spicas.*

Gazæ, Phœniciæ urbi nobili, nummum hunc ex ære medio adsigno. Indicare id videtur litera initialis ejus urbis Γ. quæ tamen etiam pro numero ternario sumi potest, ut epocha non sit Ξ sed ΞΓ. id est, Anno LXIII. Sed vel tum Gazæ tamen eundem adsigno, quod Phœniciæ (cujus urbs Gaza erat) Symbolum sit Palmæ ramus, & spicæ geminæ ejus terræ fertilitatem indicent; quodque Monogramma illud, in extrema sive infima parte palmæ adparens, passim in ejus urbis conspicitur nummis, sed ita, ut per mediam lineam ex summo ad imum transeat. Annus, qui notatur LX. vel LXIII. videtur Æræ Gazensis temporibus Augusti initium deducere à vulgari Syriæ fere universæ nova Æra, instituta Pompejo Magno ibidem versante A. V. C. 690. unde patet cusum fuisse hunc nummum A. V. C. 750. vel 753. quo Augustus Consul tertium tribuniciam potestatem XX. vel XXIII. obtinebat. Exstat apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. V. Num. 53. & Tab. LIV. Num. 18.

NUM. 3.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, dextram versus. ut Tab. III. Num.* 75.

ΜΟΥΣΑΙΟΣ ΡΩΜΙΚΡΑΤΩΡ ΥΡΑΜΗΝΩΝ. (*MUSAEUS ROMICRATOR HYRAMENORUM.*) *Mulier stolata stans, utraque manu expansa lauri ramum tenet.*

Manifeste corrupta est lectio hujus ex medio ære nummi, forsitan pro ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ, vel ΓΕΡΜΗΝΩΝ, vel denique ΥΡΚΑΝΩΝ, qui omnes nomina magistratuum in nummis signarunt. Invenitur apud *Hub. Goltzium* Tab. IX. Num. 98. & Tab. LIV. Num, 19.

NUM. 4.

Vacat.

Num. 5.

ΘΕΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΘΕΙΑΣ ΙΟΥΛΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ. (*DIVI CAESARIS AUGUSTI, DIVAE JULIAE AUGUSTAE.*) *Capita jugata Augusti & Liviæ, ex quibus caput Augusti corona radiata exornatur.*

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. (*JULIENSIUM, QUI ET LAODICENI.*) *Genius Urbis stans capite turrito, Fortunæ habitu, cornucopiæ læva tenens, dextra temonem in tridentis figuram formatum.*

Ad hujus nummi sensum ita scriptum reliquit *Joannes Tristanus Sanctamantius Comm. Histor.* Tom. I. p. 126. „ J'estime que cette medaille „ fut frapée du vivant d'Auguste & de Julia bien „ qu'ils y ayent les titres de Divinité. Ca la flat- „ terie en enstoit venuë à cè poinct, qu'ils ve- „ neroient avec respect plus d'impieté leurs Em- „ pereurs, que Jupiter ny Junon ne l'estoient avec „ respect & veneration. Suivant laquelle resve- „ rie, vous voyez qu'en mesme temps qu'il me „ semble que cette medaille avoit pû estre frap- „ pée, *Ovide* veut en sa premiere Elegie du troi- „ siéme livre *de Ponto*, que l'on adore Auguste & „ Livia, & leurs enfans, avant tous les autres „ Dieux, ainsi vers 162.

„ *Sed prius, inposito sanctis altaribus igne,*
„ *Tura fer ad Magnos vinaque pura Deos.*
„ *E quibus ante omnes Augusti Numen adora,*
„ *Progeniemque piam, participemque thori.*

„ Pour le regard de l'Auguste, il estoit assez „ communement veneré comme Dieu, & quali- „ fié tel, comme je l'ay fair voir desia cy devant. „ Temoin aussi cette genereuse Remonstrance „ que luy fit sur ce sujet *Cæcilius Balbus*, que *Jo.* „ *Saresberiensis* rapporte liv. III. *de Nugis Curia-* „ *lium*, chap. XIV. en ces termes : *Imperator* „ *Auguste tum in multis tum in eo maximè elucet pru-* „ *dentia tua, quod isti nondum te omnino insanum* „ *reddiderunt, qui ut tibi applaudant, non modo Diis,* „ *sed tibi ipsi & populo injuriam faciunt : Deorum si-* „ *quidem minuunt reverentiam quos parificant tibi, te* „ *arguunt insipientiæ, dum conditionis tuæ repugnante* „ *natura te parem numinibus esse persuadere præsu-* „ *munt, notâ superstitionis inurunt populum cui mor-* „ *tales Deos pro immortalibus persuadent esse colendos.* „ *Sanè in eo aliquid divinum tibi inesse monstrabis, si* „ *omnes istos, qui divinitati tuæ fraudulenter applau-* „ *dunt, rapi feceris ad tormenta. Quis enim Deo-* „ *rum ei parcat, à quo se deceptum iri intelligit?* „ Et puis il conclud un peu apres. *Si sapis* „ *ergò, Auguste, in Deorum hostes insurges, & te* „ *si non Deum, quod nequaquam es, vel Deorum* „ *te docebis esse cultorem, si deceptores istos exter-* „ *minaveris, excæcatores tuos, Deorum contempto-* „ *res, & utrorumque injuriam punias.* Quant à Li- „ via, cette Inscription de medaille, & une au- „ tre, d'un marbre rapportée par *Gualtherus* en ses „ monuments de Sicile,

„ LIVIAE AUGUSTI
„ DEAE
„ MUNICIPIUM.

„ justifient assez qu'elle fut venerée comme Dé- „ esse de son vivant. Or *Prudentius* se mocque de „ bonne grace de cette idolatrie Romaine, qui „ faisoit d'Auguste un Jupiter, & de Livia une „ Junon, en ces vers de son premier livre con- „ tre *Symmachus.*

„ *Testantur tituli, produnt consulta Senatus*
„ *Cæsareum Jovis ad speciem statuentia templum,*
„ *Adjecere sacrum, fieret quo Livia Juno,*
„ *Non minus infamis thalami sortita cubile,*
„ *Quam quùm fraterno caluit Saturnia lecto.*

„ Comme aussi Tibere est effrontément qualifié „ Dieu par *Scribonius Largus*, en son Epistre *ad* „ *Julium Callistum. Tradendo scripta mea Medicina-* „ *lia Deo meo Cæsari*

„ Enfin la flatterie en ce temps-là estoit excessi- „ ve, & plusieurs mesme sans en esperer recom- „ pense, ny sans avoir receu aucun bien-fait no- „ table, rendoient mesme des honneurs extraor- „ dinaires, & de grande despense à cette Princes- „ se. Temoin le Tetrarque Philippe, qui fit ba- „ stir une ville en son honneur, qu'il appella Li- „ viade; & Salomé, qui mourant, luy donna „ plusieurs villes & chasteaux qu'elle possedoit; „ ainsi que le temoigne *Hegesippe* liv. II. chap. 3. „ & cela purement par vanité.

„ Au revers de cette Medaille il y a, comme „ j'ay dit, ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, „ JULIENSIUM, QUI ET LAODICENSES, „ ou plutoit ils ont entendu que les Laodiceens „ avoient esté aussi surnommez *Julienses.* Ce que „ cette Medaille seule nous apprend, comme ayans „ les Habitans de Laodicée, de la Cœlesyrie, de „ Syrie, ou de la haute Phrygie; (car il est in- „ certain à laquelle cette Medaille appartient,) „ esté gratifiez de quelque peuplade nouvelle ou „ autres faveurs; attribuans au reste le tout à „ Auguste, comme à un Dieu leur bien-faicteur, „ & à Julia representée sous l'Effigie de la Mere „ des Dieux, comme à leur Deésse tutelaire. Or „ Cybele, ou la Mere des Dieux, estoit egalement „ venerée, tant en Phrygie, qu'en Syrie; de „ sorte qu'il n'est pas aisé de juger à laquelle des „ Laodicées cette Medaille doive estre attribuée, „ comme je l'ay dit; si ce n'est que ce Trident „ nous vueille servir de marque, que ce fust la „ Syrienne; car elle estoit située sur la Mer, ainsi „ que *Strabon* le fait voir en son seiziéme livre, „ page 753."

Invenitur hic ex ære medio nummus apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. XX. Num. 238. & Tab. LIV. Num. 21.

(1) In prima sua Editione *Tristanus* Commentarioli hujus initium his verbis conceperat : „ J'estime que cette figure „ representée en ce revers y est mise pour honorer Julia en „ qualité de mere des Dieux, venerée en Phrygie & Carie, „ où ces deux citez estoient situées. Car ce n'est pas une „ seule ville que cette Inscription designe, comme *Nonius* se „ limagine, confondant ces deux peuples en un, & estimant „ que ce soit le peuple de Laodicée en Syrie, nommée aussi „ selon son advis Julia ou Juliensis, qui ait fait frapper cette „ monnoye en l'honneur d'Auguste & Livia, ne considerant „ pas que ce sont deux villes differentes, mais voisines, & „ confederées, situées l'une en la haute Phrygie, & l'autre en „ la Carie, dont je parleray plus particulierement (comme „ j'espere) ailleurs. Or ces peuples donnent des titres de „ divinité à cette couple, mesme de leur vivant (comme je „ croy,) car Auguste estoit assez communément veneré com- „ me un *Dieu*, & qualifié tel, comme je l'ay fait voir desia „ cy devant."

Num. 7. & 8.

ΓαΐΘ- ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. (*CAJUS JULIUS CAESAR TRIUMVIR.*) *Caput Cæſaris Octaviani, ſine corona, lævam verſus.*

ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (*MAMERTINORUM NEOCORORUM.*) *Figura nuda, galea modo tecta, ſtat, quieſcentis more, dextra haſtæ innixa, ad pedes clypeus eſt; in area cernitur litera* Π.

Typus ille Martis quieſcentis notus eſt in nummis Mamertinorum, ſive Meſſanæ, Siciliæ urbis, quæ poſt victoriam Siculam de Sexto Pompejo hunc ex ære medio nummum in Cæſaris Octaviani honorem ſignaſſe videtur, ſed Mamertinos fuiſſe Neocoros, præterquam in hoc nummo, à *Goltzio* in *Auguſto* Tab. LIV. Num. 23. vulgato, nusquam legimus.

Num. 9. & 10.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡεὺς ΜΕΓας ΔΗΜΑΡΧικῆς ΕΞΟΥΣίας ΙΑ. (*AUGUSTUS PONTIFEX SUMMUS TRIBUNICIA POTESTATE XI.*) *Caput Auguſti nudum, verſus lævam.*

ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ. (*AMBRACIOTARUM.*) *in Laurea.*

Ambraciotæ in Epiro hunc nummum ſignarunt, ut Auguſto gratularentur Pontificatum ſummum, morte Lepidi A. V. C. 741. quò tribuniciam poteſtatem XI. geſſit Auguſtus, adeptum. Producit hunc ex ære medio nummum *Hub. Goltzius* in *Auguſto* Tab. XVI. Num. 185. & Tab. LV. Num. 27.

Num. 11. & 12.

ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. (*CAESAREM AUGUSTUM PATREM PATRIAE* ſcilicet *colunt.*) *Caput Auguſti nudum, verſus lævam.*

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. (*PERINTHIORUM.*) *in Laurea, poſita aquila, quæ alas pandit, ſub eadem Inſcriptione.*

Nomen Patris Patriæ, ab Auguſto, deferente Senatu, adſumtum, gratulari Principi videntur Perinthii hoc nummo æris medii, qui invenitur apud *Hub. Goltzium* in *Auguſto* Tab. VII. Num. 74. & Tab. LV. Num. 29.

Num. 13.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*CAESARIS AUGUSTI.*) *Caput Auguſti laureatum, verſus lævam, ut Tab. III. Num. 90.*

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. (*REGIS DEMETRII.*) *Caput Demetrii, Macedoniæ quondam Regis, diademate ornatum.*

Quis hic Demetrius Rex, Auguſti tempore? interrogat ad hunc nummum interpres *Goltzii Lud. Nonnius* pag. 75. Dixi modo in Inſcriptione nummi, & dicam porro. Demetrius, Antigoni filius, tempore Seleuci I. Nicatoris, Rex Macedoniæ. Non quidem ille, neque alius quisquam exſtitit Auguſti temporibus eo nomine Rex. Sed quum Demetrias, nobilis Theſſaliæ urbs, à Demetrio Poliorceta condita quondam, & ab ejus nomine adpellata fuerit, eadem urbs (ut & ex *Theſauro noſtro Regio* atque *Numiſmatico-Geographico* colligi poteſt,) cum effigie Regis Demetrii, conditoris ſui, nummos ſignavit. Quare abſurdum haud judico hoc numiſma, ex ære medio, ſignatum fuiſſe temporibus Auguſti, qui Demetriadi aliquod beneficium tribuiſſe videtur. Quare Demetrienſes antiquum conditorem, & novum benefactorem, in hoc ſingulari nummo conjunxiſſe videntur. Exhibet hunc ſolus *Hub. Goltzius* in *Auguſto* Tab. X. Num. 110. Num. 13. & Tab. LV. Num. 26. neque rationes video ſatis validas, cur hunc nummum ſuſpectum habeam.

Num. 14.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΙΟΥ ΥΙΟΣ. (*IMPERATOR CAESAR DIVI FILIUS.*) *Caput Cæſaris Auguſti nudum, verſus lævam, ut Tab. I. Num. 34.*

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (*SMYRNAEORUM NEOCORORUM.*) *in Laurea.*

Epheſii vetuſtis jam temporibus Dianæ Epheſiæ Neocori fuerunt. Sed Auguſtorum, ſive Imperatorum Romanorum, Neocori primi omnium facti fuerunt ſub Tiberio, ut patet ex *Taciti* Lib. IV. Decreverant enim Aſiæ urbes Tiberio, matri ejus Liviæ atque Senatui Templum ſtatuere. De Neocoria certabant Smyrna, Epheſus & Pergamus. Prælata fuit Smyrna, quæ deinde ſub Hadriano ſecundum, atque tertium ſub Antonino Caracalla iſto honore aucta fuit. Itaque vel ad Tiberium caput illud, quod pro Auguſti capite accepit *Goltzius*, pertinet, vel merito ſuſpectus eſt nummus. Si Tiberii in eo caput ſpectetur, hanc exiſtimo fuiſſe nummi Inſcriptionem: ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΙβεριΘ- ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΙΟΥ ΣΕβαστȣ ΥΙΟΣ, id eſt, IMPERATOR TIBERIUS CAESAR DIVI AUGUSTI FILIUS. Ejusmodi enim Inſcriptiones in nummis occurrunt Tiberii, cujus nummos (ſi rudioris ſint fabricæ, aut minus bene ſervati) facile cum nummis Auguſti confundi poſſunt. Exſtat apud *Hub. Goltzium*

Goltzium in *Augusto* Tab, III. Num 28. & Tab. LV. Num. 31.

Num. 15. & 16.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ Lυκάβαντος ΙΔ. (*IMPERATORIS AUGUSTI ANNO XIIII.*)

ΚΟΙΝΟΝ ΒΥΖΑΝΤΙΝΩΝ. (*COMMUNE BYZANTINORUM.*) *in Laurea.*

Vulgavit hunc ex ære medio nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* à parte capitis Tab. II. Num. 131. & aversam ejus partem Tab. LV. Num. 33. Apud illum à parte capitis legitur L. ΓΔ. qui numerus numeralis non est, & manifesto patet errorem esse chalcographi. Repetivi igitur illum qui maxime convenit & in nummo videtur exstitisse L. ΙΔ. Corona innuere videtur aurum coronarium, quartodecimo Imperii Augusti anno per legatos Romæ oblatum.

Num. 17.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Tab. IV. Num. 125.

Sepia piscis, cum litera subtus quasi F.

Nummus est Syracusanus ex ære minimo. Sepia enim piscis sæpissime in ejus urbis nummis inveniri solet. Vulgavit hunc *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. VIII. Num. 95. & Tab. LV. Num. 32.

Num. 18.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*IMPERATOREM CAESAREM AUGUSTUM* scilicet *colunt.*) *Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Tab. V. Num.* 154.

ΚΝΩΣΙΕΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (*CNOSIORUM BIS NEOCORORUM.*) *Labyrinthus Creticus.*

Ad hujus typi atque nummi intellectum ita scriptum reliquit *Jo. Tristanus Sanctamantius* Tom. I. *Comm. Histor.* p. 93. „La prison ou labyrinthe des „ Gnossiens en Crete est represénté en cette medail„ le. *Gnosus aut Gnossus.* (Car *Marcianus Heracleotes* „ vers 542. *Strabon.* liv. I. & *Pausanias* liv. I. luy „ donnent deux ΣΣ, & *Pline* deux SS.) estoit la „ capitale, & demeure principale de *Minos.* Plu„ sieurs autheurs ont fait mention de cette prison „ de Crete faite à l'imitation de celle d'Egypte par „ *Dedale*, que *Jul. Pollux*, liv. I. chap, 10. & „ *Tzetzes* en ses chiliades appellent κρησφύγετον *latebram, & etiam Asylum.* Or est-il que ce peu„ ple n'ayant rien de plus notable en toute leur „ Isle pour l'artifice, que ce lieu, ils en estime„ rent devoir illustrer la medaille d'Auguste. Mais „ c'estoit en effect une prison dont il estoit im„ possibile d'eschapper & se demesler, comme „ *Dion Chrys.* en sa troisiesme oraison la nomme „ avec plusieurs autres en ce passage, τί γὰρ ἦν ἡ „ Κνωσίων εἱρκτὴ καὶ τὸ τοῦ λαβυρίνθου σκολιὸν, &c. *Quid* „ *enim erat Gnosiorum carcer, atque illud labyrinthi* „ *perplexum ad insipientiæ perplexitatem atque vesti*„ *gandi difficultatem? Quid Sicula Atticorum capti*„ *vorum custodia, quos in saxum quoddam conjece*„ *runt? Quid Laconum Cæadas? atque illa apud* „ *Persas Turris plena cineris?* Et *Plutarque* remar„ que en la vie de Theseus, que Deucalion fust „ tué devant la porte de ce labyrinthe de Gnossus, „ voyez sa description dans cet Autheur. Or *Pilo*„ *strate* liv. IV. de la vie d'*Apollonius* chap. XI. dit, „ que ce labyrinthe estoit encore en estre au temps „ d'Apollonius, & qu'il negligea de le voir. Ce „ que je m'estonne de lire dans cet Autheur, „ veu que *Diodore Sicilien* remarque en son pre„ mier livre, que ces labyrinthe ne se voyoit plus „ en son temps, c'est à dire sous l'Empire de Jule „ Cesar & d'Auguste, bien que le Mendesien sur „ le que celuy de Crete avoit esté faict, fust en„ core tout entier; il se peut faire toute fois „ qu'Auguste (apres que *Diodore* eust remarqué „ cecy) le repara & que ce revers en soit le mo„ nument. Au reste *Dion Cassius* liv. XLIX. „ fait mention d'un champ qu'il appelle κνωσίαν χώραν, *Cnosiam regionem*, qu'il dit qu'Au„ guste distribua à ses soldats. Si c'estoit le „ champ ou cette ville estoit située, & qu'il „ en eust peuplé la ville, il ne se faudroit pas „ estonner si cette devise eust esté mise au re„ vers de sa medaille; mais de la façon que *Dion* „ parle de cette petite contrée ou terroir, il sem„ ble qu'il la constituë voisine du territoire Ca„ poüan, ce qui est bien esloigne de le pouvoir „ appliquer au subject de cette medaille, non plus „ qu'à son Inscription."

Hæc *Tristanus*; sed mallem nos docuisset, quo jure Cnosii iterum Neocori in hoc nummo vocentur, quod utique suspectum eundem facit. Addita nota parvi æris illum produxit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XI. Num. 124. & Tab. LV. Num. 35.

Num. 19.

CAESARI AUGUSTO. Caput Augusti laureatum, versus dextram, ut Tab. III. Num. 94.

PAX ORBIS TERRARUM Senatus PopulusQue Romanus. Globus, sive Orbis terrarum inter duos lauri ramos.

Primus aureum hunc denarium produxit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. X. Num. 114. & Tab. LVI. Num. 2. deinde videas eundem inter *Numism. Arschot.* Tab. XV. Num. 4. unde mutuati sunt *Jacobus Oiselius* in *Thesauro* Tab. XV. Num. 3. *Jacobus Gronovius* in *Notis* ad *Pomponium Melam* p. 2. *Ezech. Spanhemius* ad *Juliani Cæsares* p. 228. atque *Laur. Begerus* ad *Florum* p. 8. Sed ab *Antiquariis nobilibus*, neque hic neque ille qui sequitur, adhucdum inter genuinos observantur. Suspicor (ut sunt multi inter *Arschotanos* aureos) artificiosa manu, proximis sæculis, factos fuisse.

NUM. 20.

AUGUSTO DIVI Filio COnSul XI. TRibunicia POTestate II. IMPeratori VIII. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. VI. Num. 195.

Marcus COCCEIUS Marci Filius NERNA III. VIR. Senatus PopulusQue Romanus. Tres globi, inscripti ASIa, EURopa, AFRica.

Imperii Romani limites satis superbo typo fabrica hujus denarii aurei prodit, nempe, ut suum de Bello Civili Carmen orditur *Petronius Arbiter,*

Orbem jam totum victor Romanus habebat.

Vulgarunt nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XIV. Num. 157. *Numism. Arschotan.* Tab. XV. Num. 18. *Jacobus Oiselius* in *Thesauro* Tab. XV. Num. 10. *Joach. Oudanus* Tab. XVIII. Num. 10. & denique *Jacobus Gronovius* ad *Pomponium Melam* p. 4. ad *Florum Laur. Begerus* p. 2. & 216.

NUM. 21.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti, laureatum versus lævam, ut Tab. V. Num. 172.

C. CIB. D. D. PUBL. in Corona Quernea.

Ad hunc nummum ita scribit *Lud. Nonnius* p. 84. *Goltzium* interpretatus, „ *Corona Civica data* „ *decreto publico.* est enim Querna Corona ob ser- „ vatos cives." Hæc prorsus inepta sunt. Interpungi in nummo literæ ita debent, C. C. I. B. &c. atque integre sic legi, *Colonia Campestris Iulia Babba Decreto Decurionum* PUBL*ico*. Atque ita omnino legendum esse patet ex eadem Inscriptione eodemque typo in nummo Claudii, in eadem Colonia cuso, apud *Joan. Vaillantium* de Coloniis Tom. I. p. 153. qui ex *Plinio* docet Babbam Campestrem in Africa Coloniam fuisse à Julio Cæsare (unde nomen tulit) constitutam. Et quoniam idem *Vaillantius* nullos hujus Coloniæ ante Imperatorem Claudium nummos exhibet, raritas hujus nummi patet; adde, & fides: neque enim potuit ejusmodi, nescius genuinæ interpretationis, fingere *Hub. Goltzius*, apud quem ex ære medio exstat in *Augusto* Tab. XII. Num. 142. & Tab. LVIII. Num. 18.

NUM. 22.

OB CIVIS SERVATOS. in Quernea Corona inter duos Lauri ramos, medium illud CIVIS legitur.

Publius QUINCTILIus SEXti Filius VARUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo in area nummi Senatus Consulto.

Vulgavit hunc ex magno ære nummum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LX. Num. 13. & *Andr. Morellius* in *Numm. Fam. Goltzianis* Tab. XXIX. Num. 213.

NUM. 23.

Epigraphe eadem, typus idem.

Cajus SENTIUS Cai Filius SATURNINUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. Senatus Consulto. in area nummi.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LX. Num. 15. tamquam ex ære magno, atque ex illo inter *Num. Goltzian. Familiar. Rom.* Tab. XXX. Num. 3. ubi vide quæ diximus.

NUM. 24.

Typus similis, epigraphe eadem.

Marcus FURIUS Publii Filius CAMILLUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. in area nummi Senatus Consulto.

Exstat ex ære magno apud *Hub. Goltzium* in *Aug.* Tab. LX. Num. 18. & *Andr. Morellium* inter *Numm. Goltziana* Tab. XVII. Num. 22.

TABULA LIV.
ADHUC EXHIBENS
NUMISMATA AUGUSTI
VARII METALLI, DESUMTA
E X
HUBERTO GOLTZIO.

NUM. 1.

OB CIVIS SERVATOS. Corona Quernea inter duos lauri ramos, ut supra.

Titus STATILIUS Titi Filius TAURUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. in area Senatus Consulto.

Vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LX. Num. 19. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Famil. Roman. Goltzianos* Tab. XXXII. Num. 7. Omnes autem hi, usque ad Num. 8. ex magno ære sunt. Qui sequuntur deinde omnes sunt ex ære medio. Et de omnibus consuli possunt *Commentarii nostri* ad *Andr. Morellii Nummos Goltzianos Familiarum Romanarum.*

NUM. 2.

Epigraphe eadem, typus idem.

Cajus CALVISIUS Cai Filius SABINUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area nummi Senatus Consulto.

Exstat apud *Hubert. Goltzium* in *Aug.* Tab. LX. Num. 23. & *Andr. Morellium* inter *Nummos Goltzianos Familiarum Romanarum* Tab. XI. Num. 3.

NUM. 3.

Epigraphe eadem, typus idem.

Lucius DOMITIUS AHENOBARBus III VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LX. Num. 24. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XV. Num. 23.

NUM. 4.

Epigraphe eadem, typus idem.

Publius CORNELIUS Publii Filius SCIPIO III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXI. Num. 25. ut & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XIV. Num. 19.

NUM. 5.

Epigraphe eadem, typus idem.

CNeus CORNELIUS LENTULUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXI. Num. 26. &*Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XIV. Num. 18.

NUM. 6.

Epigraphe eadem, typus idem.

Publius LENTULUS CNei Filius SCIPIO III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXI. Num. 27. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XIV. Num. 24.

NUM.

NUM. 7.

Epigraphe eadem, typus idem.

Publius VINICIUS Marci Filius III. VIR. Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXI. Num. 33. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XXX. Num. 6.

NUM. 8.

Epigraphe eadem, typus idem.

Lucius MUNATIUS Lucii Filius PLANCUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXI. Num. 36. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XXV. Num. 19.

NUM. 9.

AUGUSTUS. TRIBUNICia POTEState In Corona Quernea.

SEXTUS AELIUS CATUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXII. Num. 38. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. I. Num. 9.

NUM. 10.

Epigraphe eadem, typus idem.

Marcus LICINIUS CRASSUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXII. Num. 42. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XXI. Num. 18.

NUM. 11.

Epigraphe eadem, typus idem.

Marcus APPULEIUS SEXTI Filius III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXII. Num. 43. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. VIII. Num. 12.

NUM. 12.

Epigraphe eadem, typus idem.

Lucius CORNELIUS SULLA III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIII. Num. 49. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XV. Num. 6.

NUM. 13.

Epigraphe eadem, typus idem.

Cajus CANINIUS REBILUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIII. Num. 52. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XI. Num. 19.

NUM. 14.

Epigraphe eadem, typus idem.

Publius CORNELIUS DOLABELLA III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIII. Num. 54. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XV. Num. 1.

NUM. 15.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICia POTESTate. Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Tab. VI. Num. 190.

Lucius CORNELIUS SULLA III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIII. Num. 55. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XV. Num. 5.

NUM.

NUM. 16.

Epigraphe eadem, caput idem.

Cajus SENTIUS SATURNINus III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIII. Num. 9. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XXXI. Num. 2.

NUM. 17.

OB CIVIS SERVATOS, ut supra, Corona Quernea inter duos lauri ramos.

Cajus SILIUS Publii Filius III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIV. Num. 62. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XXXII. Num. 5.

NUM. 18.

CAESAR AUGUSTUS PONTifex MAXimus TRIBUNICia POTEState. Caput Augusti, versus lævam, nudum, ut Tab. VI. Num. 191.

Publius ANNIUS RUFUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIV. Num. 42. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. IV. Num. 12.

NUM. 19.

Epigraphe & caput, ut supra Num. 15. & 16.

Titus STATILIUS TAURUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIV. Num. 71. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XXXII. Num. 7.

NUM. 20.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICIA POTESTATE. Caput Augusti nudum, lævam versus, ut Tab. VI. Num. 181.

Lucius APRONIUS CAESIANUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIV. Num. 66. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. VIII. Num. 15.

NUM. 21.

CAESAR AUGUSTus PONTifex MAXimus TRIBUNICia POTESTate. Caput Augusti, versus lævam, nudum, ut Tab. VI. Num. 191.

SERVIUS SULPICIUS GALLUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIV. Num. 47. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XXXII. Num. 18.

NUM. 22.

Eigraphe & caput, ut supra Num. 15. & 16.

APpius CLAUDIUS PULCHER III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIV. Num. 70. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XIII. Num. 10.

NUM. 23.

CAESAR AUGUSTUS TRibunicia POTestate. Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. VI. Num. 209.

Titus STATILIUS SISENNA III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIV. Num. 64. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XXXII. Num. 9.

NUM.

NUM. 24.

AUGUSTUS TRIBUNICia POTESTate. in Corona Quernea.

Aulus ATILIUS REGULUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXIV. Num. 72. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. IX. Num. 12.

TABULA LV.

ADHUC EXHIBENS

NUMISMATA AUGUSTI

VARII METALLI, DESUMTA

EX

HUBERTO GOLTZIO.

NUM. 1.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICia POTESTate. Caput Augusti laureatum, versus dextram, ut Tab. VI. Num. 190.

Decimus JUNIUS SILANUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXV. Num. 73. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XXI. Num. 20.

NUM. 2.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICia POTESTate. Caput Augusti laureatum, versus dextram, ut Tab. VI. Num. 190.

SPurius LUCRETIUS FLAVUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXV. Num. 75. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XXIII. Num. 9.

NUM. 3.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICia POTESTate. Caput Augusti laureatum, versus dextram, ut Tab. VI. Num. 190.

MANius ACILIUS GLABRIO III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXV. Num. 76. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. I. Num. 5.

NUM. 4.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICia POTESTate. Caput Augusti laureatum, versus dextram, ut Tab. VI. Num. 190.

Lucius VALERIUS CATULUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXV. Num. 79. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. LXXIV. Num. 8. Sunt autem omnes hujus Tabulæ nummi ex ære medio, usque ad Num. 19. qui aliquanto minor est.

Num. 5.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNIcia POTESTate. Caput Augusti laureatum, dextram versus, ut Tab. VI Num. 190.

Cajus CESTIUS CAMERINUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXV. Num. 81. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XII. Num. 4.

Num. 6.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICIA POTESTATE. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. VI. Num. 181.

SEXtus APPULEIUS SEXti Filius III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hubertus Goltzius* in *Augusto* Tab. LXV. Num. 83. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. VIII. Num. 13.

Num. 7.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICIA POTESTATE. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. VI. Num. 181.

Marcus SERVILIUS GERMANUS III. VIR Auro Argento Aeri Flando Feriundo. In area Senatus Consulto.

Edidit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXV. Num. 84. & *Andr. Morellius* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XXXI. Num. 24.

Num. 8.

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. III. Num. 86.

Sine Inscriptione. Delphinus cum gubernaculo intra lauream.

Typus imperium maris & gloriam navalem significat. Vulgavit hunc ex ære parvo *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXVII. Num. 8. & *Æneas Vicus* inter *Æreos Augusti* Num. 34. ubi *Jo. Petrus Bellorius* putat adludi ad vulgatum illud Augusti FESTINA LENTE, quod mihi non videtur.

Num. 9. & 10.

CAESAR AUGUSTUS TRIBUNIcia POTEstate VIII. IMPerator IX. Caput Augusti nudum, versus lævam.

COnSuli XI. PATRI PATRIAE Senatus PopulusQue Romanus. in area nummi nota est Senatus Consulti.

Exstat apud *Hub. Goltzium* in *Fastis* ad A. V. C. 747. & in *Augusto* Tab. LXIX. Num. 1.

Num. 11. & 12.

AUGUSTUS PONTifex MAXimus TRIBunicia POTestate XVIII. COnSul XI. Caput Augusti nudum, versus lævam.

IMPERATOR XIII. PATER PATRIAE. In area nummi est nota Senatus Consulti.

Invenitur apud *Hub. Goltzium* in *Fastis* p. 218. & in *Augusto* Tab. XVI. Num. 186. & Tab. LXIX. Num. 2.

Num. 13. & 14.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS PONTifex MAXimus TRibunicia POTestate XIX. Caput Augusti nudum, versus lævam.

IMPERATOR XIIII. COnSul XII. PATER PATRIAE. in area nummi est Senatus Consulto.

Invenitur in *Fastis Hub. Goltzii* p. 220. & in ejusdem *Augusti* Tab. XVI. Num. 189. atque Tab. ibidem LXIX. Num. 3.

Num. 15. & 16.

IMPerator CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS PONTifex MAXimus TRibunicia POTestate XXII. Caput Augusti nudum, versus lævam.

IMPERATOR XIIII. COnSul XIII. PATER PATRIAE. in area est nota Senatus Consulti.

Vulgavit *Hub. Goltzius* in *Fastis* p. 223. & in *Aug.* Tab. XVI. Num. 192. atque ibidem Tab. LXIX. Num. 4.

NUM. 17. & 18.

IMPeratori CAESARI DIVI Filio AUGUSTO PONTifici MAXimo TRibunicia POTestate XXXV. Caput Augusti nudum, versus dextram.

COnSuli XIII. PATRI PATRIAE IMPeratori XX. Senatus PopulusQue Romanus. In area nummi est nota Senatus Consulti.

Invenias hunc nummum in *Fastis Hubert. Goltzii* p. 232. & in ejusdem *Aug.* Tab. XVII, Num. 203. atque ibidem Tab. LXIX. Num. 10.

NUM. 19.

ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑCΤΟC. (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Tab. III. Num.* 104.

ΑΥΤΟΚΡΑτωρ Lυκάβαντος A. (*IMPERATOR ANNO I.*) *Bos cornupeta.*

Invenitur in *Aug. Huberti Goltzii* Tab. LXX. Num. 8. Servamus ipsi similem in *Museo nostro.*

NUM. 20. & 21.

Lucius CAESAR AUGUSTI Filius AUGUR COnSul DESignatus PRINCeps JUVENTutis. Tripus cum Stella desuper, inter Lituum & Pateram.

Cajus CAESAR AUGUSTI Filius PONTifex COnSul DESignatus PRINCeps JUVENTutis. Clypeus duabus hastis, decussatim positis, incumbens, inter Capidem & Secespitam, nisi dicamus esse pateram seu discum cum Commentaculis.

Sunt hæc Auguratus atque Pontificatus nepotum, sive filiorum Augusti Cæsaris, insignia, inter quæ clypeus cum hastis eosdem ut Principes juventutis designat. Nummum hunc ex auro vulgavit *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. LXXI. Num. 1. & 7. Invenias quoque alterum ejusdem latus inter *Numismata Arschotana* Tab. XIIII. Num. 11.

NUM. 22. & 23.

IMPeratori CAESARI AUGUSTO COnSuli XI. TRibunicia POTestate XI. (male IX. apud Occonem legitur p. 36.) *Senatus PopulusQue Romanus. Caput Augusti nudum, versus lævam.*

AUGURI PONTifici MAXimo IMPeratori XI. Patri Patriæ. Clypeus cum hastis transversis inter lituum & Capidem, sive potius discus vel patera cum Commentaculis, ut virgas vocabant Flaminum.

Aureus quoque hic est denarius, quem vulgavit *Hub. Goltzius* in *Fastis* p. 213. atque retulit ad A. V. C. 740. quo Pontifex Maximus creatus fuit Augustus. Invenitur idem in *Augusto Hub. Goltzii* Tab. XV. Num. 175. & Tab. LXXI. Num. 9. atque inter *Numism. Arschot.* Tab. XV. Num. 23. ut & *Jacob. Oiselio* in *Thesauro* Tab. CX. Num. 10.

NUM. 24.
Vacat.

TABULA LVI.

ADHUC EXHIBENS

NUMISMATA AUGUSTI

VARII METALLI, DESUMTA

EX

HUBERTO GOLTZIO.

Num. 1. & 2.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡεὺς ΜΕγας ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS PONTIFEX MAXIMUS PATER PATRIAE.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

ΙΕΡΑ ΣΥΓΚΛΗΤΟΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΟΣ. (*SACER SENATUS PTOLEMAIDIS.*) *Tripus, imposito Fulmine alato juxta Lauri est ramus.*

Ptolemaidis, nobilis Phœniciæ urbis, hic nummus, qui ex ære medio est, nomen præfert. Sacri Senatus, quod in ei occurrit, nomen, ad Senatum Romanum, ejusque apud Asiaticos populos cultum, referri debet. Tripus cum Lauro, & Fulmine, quum symbola sint Apollinis, Jovis filii, per adulationem, transferuntur ad Cæsarem Augustum, Pontificem Maximum, Divi Julii filium.

Vulgavit *Hub Goltzius* in *Aug.* Tab. XV. num. 176. & Tab. LXXI. num. 10.

Num. 3. & 4.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡεὺς ΜΕΓας ΔΗΜαρχικῆς ΕΞΟΥΣίας. (*CAESAR AUGUSTUS PONTIFEX MAXIMUS, TRIBUNICIA POTESTATE.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus.*

ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (*MESSANENSIUM BIS NEOCORORUM.*) *Tripus cum imposita Corona Laurea.*

Supra Tab. LIII. num. 4, similiter Messanenses Neocori inscribuntur, sed prima vice, atque ibi vocantur Mamertini. Typus hujus nummi Pontificatum Maximum Augusti respicit. Invenitur nummus ex medio ære apud *Hub. Goltz.* in *Aug.* Tab. XV. num. 172. & Tab. LXXI. num. 12.

Num. 5.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti, dextram versus, ut Tab. III. num. 97. sed corona quernea ornatum.

Cajus POPPAEUS SABINUS AEDilis CURulis. Sella Curulis, imposita Corona Laurea, ad latus Fulmen est alatum.

Diximus ad *Morell.* in *Consular. Nummos Goltz.* Tab XXVIII. num. 16. cur aureum hunc denarium suspectum habeamus. Vulgavit illum *Hub. Goltzius* in *Fastis* p. 229. & in *Aug.* Tab. XI. num. 117. & Tab. LXXII. num. 12. Invenitur quoque apud *Jacob. Oiselium* in *Thes.* Tab. XCVI. num. 10. & inter *Numism. Arschot.* Tab. XIIII. num. 10.

Num. 6.

CAESAR DIVI Filius AUGUSTUS COnSul VIII. Pater Patriæ IMPerator VII. Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Tab. V. num. 174.

Lucius MESCINIus RUFUS III. VIR. Sella Curulis cum imposita Corona Laurea inter duos Lauri ramos.

Argenteus est denarius, æque suspectus nobis ac ille, qui præcessit ex auro; causam diximus ad Morellii laudatum Opus Tab XXV. num. 1. Edidit illum *Hub. Goltzius* in Fastis p. 205. & in Aug. Tab. XIII. num. 145. & Tab. LXXII. num. 15.

Num. 7. 8.

ΘΕΙΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*DIVI AUGUSTI.*) *Caput Augusti radiatum, lævam versus.*

ΚΟΙΝΟΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ. (*COMMUNE ATHENIENSIUM.*) *Templum octo columnarum, ante quod Ara cum foco cernitur.*

Pulcherrimi Templi in hoc nummo ex ære medio figura cernitur. Consecratum videtur fuisse in honorem Divi Augusti, cujus honores & sacrificia apud Athenienses accensa Ara demonstrat. Spectatur hic nummus apud *Hub. Goltzium* in Aug. Tab. XX. num. 232. & Tab. LXXIV. num. 13.

Num. 9.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. III. num.* 102.

Sine epigraphe. Caput Herculis in rictu leonis.

Difficile dictu est, a quibus æreus hic secundi moduli nummus cusus fuerit; quum tot urbes Herculis cultu fuerint insignes. Vulgavit illum *Hub. Goltzius* in Aug. Tab. X. num. 116. & Tab. LXXIV. num. 14.

Num. 10.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*IMPERATORIS CAESARIS AUGUSTI.*) *Caput Augusti laureatum lævam versus, ut Tab. V. num.* 156.

ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ. (*COMMUNE CORINTHIORUM.*) *Templum sex columnarum.*

Corinthus, nobilis Achajæ seu Peloponnesi urbs, Colonia a Julio Cæsare facta, in hoc nummo invenitur Templum hexastylum in honorem Augusti, vel patris ejus, conditoris sui, Julii, erexisse. Sed Corinthus, utpote Colonia Romana, a Julio Cæsare & deinceps, Latine, non Græce nummos suos inscripsit. Fides igitur sit penes *Hub. Goltzium*, qui hunc, ex ære parvo edidit in *Aug.* Tab. XI. num. 126. & Tab. LXXIV. num. 15.

Num. 11. 12.

ΘΕΙΟϹ ΠΑΤΗΡ ϹΕΒΑϹΤΟϹ. (*DIVUS PATER AUGUSTUS.*) *Caput Augusti corona radiata insigne, versus lævam.*

ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ (*HERACLEENSIUM*) *Templum octo columnarum.*

Heracleæ homine plures exstiterunt urbes, hunc tamen, qui ex ære medio dicitur esse, nummum, puto Heracleensibus in Sicilia esse adscribendum, Templum in eo Divi Augusti cernitur. Publicavit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XX. num. 239. & Tab. LXXIV. num. 20.

Num. 13. 14. 15.

AUGUSTUS TRibunicia POTestate VII. Caput Augusti nudum versus lævam.

Marcus MESSALLINUS Marci Filius. III. VIR. In altero Hercules, nudus stans, clavæ cum leoninis exuviis saxo impositæ insistens invenitur. In altero nummo, qui eamdem exhibet figuram, scribitur Marcus MESSALINUS PRo Quæstore.

Utrumque hunc denarium argenteum fidei relinquimus *Goltzianæ*, vulgatum in *Aug.* Tab. LXXIV. num. 16. & 17.

Num. 16.

ΚΑΙϹΑΡ (*CAESAR.*) *Caput Augusti senile, radiatum versus dextram, ut Tab. VIII. num.* 259.

ΚΥΔΩΝΟϹ. (*CYDONIS*) *Templum sex columnarum, in frontispicio atque summo statuis egregie exornatum, cum statuæ habitu sedentis in medio.*

Cydon, sive Cydonia, urbs Cretæ insulæ nobilis, insigne hoc monumentum in parvo ære percussit. Templum est Dei Augusti egregie exornatum, in cujus medio ipse Augustus habitu Jovis effigiari videtur. Est ex ære parvo apud *Hub. Goltz.* in *Aug.* Tab. XVIII. num. 215. & Tab. LXXIV. num. 17.

Num. 17.

IMPerator CAESAR AUGUSTUS. Caput Caesaris laureatum, lævam versus, ut Tab. V. num. 172.

ΜΑκεδόνων. (*MACEDONUM.*) *Clava erecta inter duas Lyras.*

Argenteus est denarius a Macedonibus cusus, qui symbola deorum suorum, Herculis atque Apollinis, in eo posuerunt, prouti innumeri Ma-

cedonum nummi eorum præcipue numinum cultum apud eosdem evincunt. Si quis temperatum consilio robur Augusti eodem typo adumbrari insuper velit non repugno. Nummulum genuinum esse puto. Edidit illum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XII. num. 171. & Tab. LXXIV. num. 21.

NUM. 18. 19.

ΘΕΙΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΠΑΤΕΡΟΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. *DIVI AUGUSTI PATRIS PATRIAE. Caput Augusti corona radiata insigne, versus dextram.*

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *CAESARENSIUM PHILIPPOPOLITARUM NEOCORORUM.*

Cæsareæ Philippi in Judæa, ut ex inscriptione liquet, hic nummus ex ære medio adscribendus est. Produxit illum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XX. num. 237. & Tab. LXXIV. num. 22. Templum Divi Augusti exhibet, & in medio Statuam ejusdem. Vocabatur eadem urbs Cæsarea Paneas, & erat ibi Julii Templum, ut & Augusti.

NUM. 20. 21.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS TRIBUNICIA POTESTATE*) *Caput Augusti nudum versus lævam.*

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. *NICOMEDIENSIUM (urbis) SACRAE ET INVIOLABILIS Templum hexastylum, in medio Statua togata Augusti.*

Celebratur in hoc ex ære medio numismate Nicomedia ut sacra & inviolabilis, sive Asylo gaudens; qualis ejus urbis dignitas & prærogativa, in reliquis ejusdem, qui nobis supersunt, urbis nummis non occurrit. Quare inter dubiæ fidei nummos merito locatur. Vulgavit illum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XIII. num. 155. & Tab. LXXV. num. 25.

NUM. 22.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Tab. V. num.* 149.

ΙΕΡΑ ΣΥΓΚΛΗΤΟΣ ΚΑΙ ΕΛΕΥΘΕΡΑ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. *SACER SENATUS ET LIBER SMYRNAEORUM. Templum octo columnarum.*

Vix capio quid sibi hæc velit inscriptio, & an ad Senatum Romanum an vero Smyrneum spectet. Posterius vix credendum videtur, prius dici vix potuit sine contumelia Caesaris. An Templum innuitur quod (non Augusti tempore sed Tiberii) Imperatori Romano, Liviae atque Senatui fuit positum. Sed quid hoc ad Augustum. Non nego vivo Augusto & Smyrnæ & alibi in Asia, & quidem pluribus in urbibus Templa fuisse posita; inscriptio tamen nos docere videtur Senatui (Romano scilicet) Sacro & Libero illud Templum fuisse erectum. Pulcherrimum antiquitatis monumentum, si in aliquo Museo ostendi possit. Donec id fiat fidem suspendimus. Vulgavit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. X. num. 110. & Tab. LXXV. num. 27.

NUM. 23.

ΘΕΙΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*DIVI AUGUSTI*) *Caput Augusti radiatum, lævam versus.*

ΑΓΞΥΡΟΣ. (*ANXURIS*) *Caput Jovis Anxuris laureatum.*

Cui non suspectus nummus? Nam & Jovis Anxuris (quod & origo vocis ostendit) sine barba caput pingebatur, & radiatum. Confer Familiæ Vibiæ nummos apud *Andr. Morellium* Tab. secunda num. 11. & litera A. & vide quæ ibi notavimus p. 444. Deinde *Campanum* erat Numen. At omnis Campania Augusti tempore Latine loquebatur. Facessat igitur improba merces, & transeat cum reliquis *Goltzianis*. Obtrusit hunc ex ære medio nobis in *Aug.* Tab. XX. num. 232. & Tab. LXXV. num. 28.

NUM. 24.

ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙϹΑΡ ΑΥΓΟΥϹΤΟϹ. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum versus dextram, ut Tab. V. num.* 168.

ΚΥΡΑΝΕΙΩΝ ΤΗϹ ΙΕΡΑϹ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. (*CYRENENSIUM, SACRAE ET LEGIBUS SUIS UTENTIUM.*) *Caput Jovis Ammonis cornutum.*

Cyrene, Africæ regio, prope Ægyptum libera in hoc numero vocatur atque suis legibus utens, quod beneficium Divo Augusto acceptum retulit, ex fide videlicet hujus nummi, quem produxit tamquam ex ære medio in *Augusto Hub. Goltzius* Tab. XII. num. 135. & Tab. LXXV. num. 30.

TABU-

TABULA LVII.
ADHUC EXHIBENS
NUMISMATA AUGUSTI
VARII METALLI, DESUMTA
EX
HUBERTO GOLTZIO.

Num. 1.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. III. Num. 99.

PACE PERPETUA. literis inversis. Ara.

Solet hic typus in aliis nummis omnibus inscribi *PROVIDENTia.* ut patet ex Tabula XXX. passim. Sed quum diu in prima *Studii Antiquarii* pueritia typus iste non ad Aram Providentiæ, sed ad Templum Jani, providentia scilicet Augusti clausum, spectare crederetur, nasutus aliquis falsarius, in hoc nummo, erasa vel a tempore vel ab ipso antiqua inscriptione, novam hanc in nummo vetere & genuino subposuit, quod fraudi *Hub. Goltzio* fuisse videtur in *Aug.* Tab. LVI. num. 12. Est ex ære medio, ut ejus generis sunt omnes.

Num. 2.

AUGUSTUS DIVI Filius. Caput Augusti laureatum quernea redimitum, cum humeri parte versus lævam, ut Tab. IV. Num. 118.

IMPerator XIIII. Duo viri barbati & barbare vestiti, infantem fasciis involutum Augusto, sedenti in tribunali, offerunt.

Vide quæ dicta sunt supra ad similem fere nummum, sed in quo tantum una figura barbara, infantem tradens, occurrit. Tab. XI. num. 28. inter aureos, p. 234. & Tab. XVII. num. 6. inter argenteos p. 296. Sed & hunc, tamquam ex auro & argento produxit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. VIII. num. 88. & Tab. 56. num. 3.

Num. 3.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. III. Num. 99.

Marcus DURMIUS III. VIR. Leo discerpens cervum.

Occurrunt similes denarii supra inter *Argent.* Tab. XX. num. 24. 25. ubi vide p. 323. Exhibuit hunc quoque inter *Goltzianos Andr. Morell.* in *Thes. Fam. Rom.* Tab. XV. num. 24. ubi vide quæ diximus p. 552. Vulgavit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. X. num. 118. & Tab. XXV. num. 13.

Num. 4.

Caput Cæsaris Octaviani nudum versus dextram, sine inscriptione, ut Tab. I. Num. 2.

Lucius MESCINIUS RUFUS III. VIR. Statua Martis Ultoris, cippo insistens, cui inscribitur Senatus PopulusQue Romanus Votis Susceptis (vel forte *Votum Solvit*) *PRO Reditu CAESaris.*

Vide quæ de illis Votis pro Salute & Reditu Caesaris susceptis dicta sunt supra ad *Nummos Aureos* Tab. X. num. 36. 37. p. 218. & *Argent.* Tab. XVII. num. 31. 32. 33. p. 303. De *Goltziano* autem nummo hoc egimus ad *Morell. Thes. Fam. Rom.* Tab. XXV. num. 16. p. 597. Exstat non modo ex auro sed & ex argento apud *Hub. Goltz.* in *Aug.* Tab. IV. num. 39. & Tab. XLVII. num. 10. & inter *Numism. Arschotanæ* Tab. IX. num. 22. atque citatur apud *Occonem* p. 31.

Num. 5.

AUGUSTus TRibunicia POTestate XIIII. COnSul XI. IMPerator XIII. Pater Patriæ. Caput Augusti laureatum, dextram versus.

TIberius SEMPRONius GRACCUS QUAESTor ITERum. EX Senatus Consulto. Vexillum, Aquila Legionaria, Aratrum & Decempeda.

Aurei hujus denarii, ut & sequentium duorum, interpretationem dedimus ad *Goltzianos Nummos Consulares* in *Thesauro Fam. Roman. Andr. Morellii*, p. 618. ibi enim ex *Fastis Goltzianis* depingitur quoque hic nummus Tab. XXX. Num. 24. Vulgavit quoque eundem *Goltzius* in *Aug.* Tab. XV. Num. 180. & Tab. XLVIII. Num. 6.

Num. 6.

CAESAR IMPerator PONTifex III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, versus lævam, ut Tab. IV. Num. 25.

vel

DIVI JULIi Filius. Caput idem, lævam versus, ut Tab. II. Num. 38.

TIberius SEMPRONius GRACCUS Quæstor DESIGnatus. Typus præcedenti similis.

Argenteus est denarius, qui iisdem Tiberii Sempronii Gracchi inscribitur nominibus. Quem si ad eundem spectat hominem, oportet sub Triumviris Reipublicæ constituendæ Quæstorem primum fuisse, atque longe post juxta præcedentem nummum sub Imperio Augusti. Protulit nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. II. Num. 18. & III. Num. 34. atque Tab. XLVIII. Num. 4.

Num. 7.

CAESAR DIVI Filius IMPerator PONTifex III. VIR ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani cum barba, nudum, dextram versus, ut Tab. I. Num. 30.

vel

IMPerator CAESAR DIVI Filius III. VIR ITERum ReiPublicæ Constituendæ. Caput Cæsaris Octaviani nudum, in aliis versus lævam, in aliis versus dextram, pone lituus, ut Tab. I. Num. 26. 27.

TIberius SEMPROnius GRACCUS III. VIR. Typus præcedentibus est similis.

Occurrunt quoque in *Thesauro Morellii* inter *Nummos Consulares Goltzianos* Tab. XXX. Num. 21. & 22. ubi vide quæ diximus p. 618. Vix autem puto ex proba prodiisse officina. Tamquam ex auro & argento vulgavit *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. II. Num. 20. 22. & 24. & Tab. XLVIII. Num. 11. Comparent quoque inter *Numism. Arschot.* Tab. XVI. Num. 15.

Num. 8.

AUGUSTO DEO. Statua Dei Augusti, sedentis ritu, capite radiato, dextra pateram tenet, læva hastam.

AETERNITATIS AUGUSTAE CUSTodes. Pulcherrime exornatum Templum octo columnarum, in medio est Statua Augusti, pone quam stat alia coronam priori inponens. Fastigium statuis exornatur, basibus quoque ad latera templi duæ ingentes insistunt Statuæ, inque gradibus Templi visuntur duo capita humana, pectore tenus.

Aureus dicitur esse denarius sane pulcherrimus, &, nisi ab artifice aliquo Patavino scite admodum fabrefactus fuerit (quod vehementer vereor) summopere veneratione dignus. In eo cernitur Templum Augusti longe pulcherrimum, illi (tamquam Divo) à Senatu decretum, sed à Tiberio atque Livia, teste *Dione* Libro LVI. exstructum. Multis illud Statuis ornatur in primis vero ad latera duobus Colosseis, Herculis, ut opinor, & Bacchi, sed insuper duo Capita Colossea, in gradibus Templi visuntur, quæ quidem esse reor Solis & Lunæ, quæ duo Numina Custodes Æternitatis Augustæ adpellantur haud ineleganter; quasi futurum esset, ut, quamdiu lumina cœli hæc duo forent sidera, tamquam Deus in æternum coleretur Augustus. *Goltzius* primus hunc aureum denarium publicavit in *Aug.* Tab. LXXX. Num. 3. & 7. Exstat quoque inter *Numism. Arschotana* Tab. XVI. Num. 21. & 22. ut & apud *Jacobum Oiselium* in *Thesauro* Tab. CIV. Num. 11. Verum hic, male picturam *Arschotanam* secutus, non Augusti statuam coronatam ab alia statua, sicuti *Goltzius*, repræsentavit, sed veluti Augustum & Liviam, adscribens p. 510. *Templum &c. in cujus meditullio Statuæ Augusti & Liviæ collocatæ*, quum tamen (quæ illi stuporem excutere debuerant) mox addat, à Livia atque Tiberio, juxta testimonium *Dionis*, cujus adducit verba, exstructum fuisse id templum. Atque Livia se ipsam consecrare non potuit, neque viva unquam, ut Dea, Romæ Templis & Statuis culta fuit. Ego arbitror Statuam Augusti vel à Victoria vel à Roma, quam altera illa Statua referat, coronari.

Num.

Num. 9.

DIVUS AUGUSTUS PATER PATRIAE. Caput Augusti senis radiatum, versus lævam, ut Tab. VIII. Num. 276.

CONSECRATIO. Ara, lemniscis & aquila, quæ alas pandit, exornata: desuper est Fulmen alatum.

Aureus est denarius, editus ab *Hub. Goltzio* in *Augusto* Tab. XXI. Num. 245. & Tab. LXXVII. Num. 13. atque inter *Numism. Arschotana* Tab. XVI. Num. 19. & ex illis apud *Jacobum Oiselium* in *Thesauro* Tab. CIII. Num. 7.

Num. 10.

Sine epigraphe. Caput Augusti senis radiatum, versus lævam, in aliis versus dextram, ut Tab. VIII. Num. 277. & 278.

CONSECRATIO. Aquila, alas expandens, insistit fulmini.

Exstat ex auro & argento apud eosdem, videlicet *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XXI. Num. 244. & 246. & Tab. LXXVII. Num. 14. *Arschot.* Tab. XVI. Num. 20. & *Jacob. Oiselium* Tab. CII. Num. 8.

Num. 11. & 12.

ΘΕΙΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ ΘΕΙΑ ϹΕΒΑϹΤΑ. (*DIVUS AUGUSTUS, DIVA AUGUSTA.*) *Capita Augusti & Liviæ jugata, versus lævam. Supra Augusti radiatum caput Solis, supra Liviæ Lunæ astrum cernitur.*

ΕΦΕϹΙΩΝ. (*EPHESIORUM.*) *Cervus stans cum corolla.*

Conspicuus hic nummus invenitur apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XX. Num. 240. & Tab. LV. Num. 30. estque ex ære minimo. Cervus Dianæ passim adponi solet, ut Deæ venatrici, unde sæpius in Ephesiorum nummis, & integer & dimidiatus stans vel recubans, inveniri solet.

Num. 13.

ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS PONTIFEX MAXIMUS.*) *Caput Augusti nudum, lævam versus, ante quod cernitur Lituus, ut Tab. IV. Num.* 140.

ΕΦΕΣΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ. *Typus Dianæ Ephesiæ cum cervis & adminiculis seu verubus.*

Ex ære parvo apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XV. Num. 173. & Tab. LXXV. Num. 29.

Num. 14.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, versus lævam, ut Tab. V. Num.* 155.

ΕΦΕΣΙΩΝ. (*EPHESIORUM.*) *Templum Dianæ Epesiæ cum ejusdem statua.*

Itidem ex ære parvo vulgavit idem *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XI. Num. 125. & Tab. LXXV. Num. 31.

Num. 15.

ΤΟΝ ΘΕΙΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. (*DIVUM AUGUSTUM PATREM PATRIAE.*) *Caput Augusti radiatum, versus lævam, ut Tab. VIII. Num.* 280.

ΕΠΙ ΣΤΡ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΚΑΙ ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. (*SUB PRAETORE PERGAMENORUM ET EPHESIORUM CONCORDIA.*) *Æsculapii & Dianæ Ephesiæ signa in Templo distylo.*

Nummus est ex ære medio apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XX. Num. 235. & Tab. LXXV. Num. 33. In eo excidit Prætoris nomen quod ad latera templi in ipso nummo olim fuisse videtur. Diana & Æsculapius propria Ephesiorum & Pergamenorum sunt Numina.

Num. 16.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑCΤΟC. (*IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus, ut Tab. V. Num.* 158.

ΑΦΡΟΔΥCΙΑC ΜΗ. . . . . ΘΟΤΗΤΙ. (*APHRODISIAE ME*. . . *reliqua corrupta sunt.*) *Dianæ Ephesiæ signum cum astro.*

Aphrodisias, alia Cariæ, alia Ciliciæ fuit urbs. Sui nominis memor passim Veneris signavit imaginem. In hoc nummo Diana cernitur Polymammia, quæ, Ephesi exemplo, in pluribus Asiæ civitatibus culta fuit. Exstat hic ex parvo ære nummus apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XI. Num. 129. & Tab. LXXV. Num. 32.

Num. 17. & 18.

ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΙΟΥΛΙΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ. (*CAESAREM AUGUSTUM, JULIAM AUGUSTAM.*) *Capita jugata Cæsaris Augusti atque uxoris Liviæ.*

Sine epigraphe. Figura togata stans Liviam coronat.

Quum nulla addatur Inscriptio, quæ videtur detrita fuisse, difficile est definire ubi hic ex parvo ære nummus cusus fuerit, Smyrnæ tamen signatum fuisse reor, & quidem post mortem Augusti, quum Juliæ nomen (nisi male ab editore *Goltzio* lectum fuerit) in eo agnoscatur. Juliam Senatus Romanus, ut puto, in aversa parte, coronat. Exstat apud *Hub. Goltzium* in *Augusto* Tab. XX. Num. 231. & Tab. LXXX. Num. 6.

Num. 19. & 20.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. (*CAESAR AUGUSTUS ET JULIA AUGUSTA.*) *Capita jugata, laureatum Augusti, atque Liviæ, versus lævam.*

Τιβέριος ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ Τιβερίου ΥΙΟΣ. *Capita adversa Tiberii & Germanici, utrumque nudum.*

Primis Tiberii temporibus, pariter à Smyrnæis cusum hunc ex ære parvo fuisse nummum reor. Vulgavit illum *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XX. Num. 229. & Tab. LXXXI. Num. 6.

Num. 21. & 22.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΑ ΘΕΙΑ. (*DIVUS AUGUSTUS DIVA AUGUSTA.*) *Capita jugata, laureatum Augusti, & Liviæ. Ante faciem utriusque Solis & Lunæ sunt sidera, æternitatis Symbola, ut vidimus supra ad Num.* 8.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. (*TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS JULIA AUGUSTA.*) *Capita adversa Tiberii & Liviæ, utrumque nudum est.*

Nulli plures in honorem domus Augustæ signarunt nummos, quam Smyrnæi, unde & iisdem hunc adscribo nummum, quem edidit pariter *Hub. Goltzius* in *Augusto* Tab. XX. Num. 233. & LXXXI. Num. 5. ex ære parvo.

TABU-

SIGEBERTI HAVERCAMPI

COMMENTARIUS

IN

NUMISMATA DOMUS AUGUSTAE,

VIDELICET

LIVIAE SEU JULIAE, AUGUSTI UXORIS, MARCI AGRIPPAE, JULIAE AUGUSTI FILIAE, CAI ET LUCII CAESARUM, MARCI AGRIPPAE POSTUMI, NERONIS CLAUDII DRUSI, ANTONIAE, GERMANICI CAESARIS, AGRPIPINAE GERMANICI, ATQUE NERONIS ET DRUSI CAESARUM, FILIORUM GERMANICI, DENIQUE DRUSI TIBERII FILII.

TABULA I.

EXHIBENS

NUMMOS LIVIAE SEU JULIAE AUGUSTAE,

OMNIS MODULI EX AERE ROMAE ET IN COLONIIS CUSOS.

NUM. I.

INDULGENTIAE AUGustæ MONETA IMPETRATA. *Caput Liviæ velatum.*

CAESARI AUGusto COLonia Augusta Aroë Patrensis. *Imperator Augustus in quadrigis triumphalibus, dextra sceptrum tenens, læva habenas.*

Prodeunt Numismata Liviæ, callidissimæ fœminæ, quæ adcommodando sese ad mores Augusti, quoad vixit, bonum sibi maritum habuit, adeoque sibi præstigiis suis devinxit, ut in senectute, sanguinis sui oblitum, rexerit, & ad imperium cum privigno Tiberio communicandum inpulerit. De hac Livia subnectere lubet, quæ scripta reliquit *Tristanus Commentar. Histor.* Tom I. p. 121. „Livia (1) quatriesme & derniere femme d'Auguste, „ autrement nommée Julia, fut fille de *Livius Drusus Calidianus.* Auguste l'espousa toute grosse „ qu'elle se rencontra lors de Ti. Cl. Neron son „ mary, dont nasquit *Nero Cl. Drusus Germanicus.* „ Auguste l'aima fort, parce qu'elle luy estoit „ obeissante & complaisante, modeste & civile, „ ayant la dexterité de sçavoir se desguiser, dissi- „ mulant

(1) De Augusti uxoribus *Suetonius* in *Aug.* LXII. *Sponsam habuit adolescens P. Servilii Isaurici filiam : sed reconciliatus post*

„ mulant finement son inclination: car elle estoit „ naturellement superbe & ambitieuse. *Valere* „ *Maxime* en fait un exemple de pudicité extraordinaire, liv. VI. chap. 1. & la flatte de ces „ loüanges affectées, *Tu pulvinaribus Capitolinæ* „ *Junonis incubas* (ce dit-il à la Deesse Pudicité) *Tu* „ *palatii columen, Augustos penates sanctissimumque* „ *Juliæ genialem thorum assidua statione celebras.* „ *Horace* pareillement la louë pour le mesme sujeçt avec Octavia sœur d'Auguste, Ode 14. „ liv. III. en ces vers, esquels il entend parler „ d'elles.

„ *Unica gaudens mulier marito*
„ *Prodeat justis operata Divis,*
„ *Et soror clari ducis* ——

„ Voire *Ovide* apres le deceds d'Auguste en fait „ aussi une Vesta en son IV. livre *de Ponto* Elegie XIII.

„ *Esse pudicarum te Vestam, Livia, matrem,*
„ *Ambiguum nato dignior anne viro.*

„ Mais *Albinovanus* lui donne un Eloge plus exact, „ & plus auguste, que ne font ny *Valere Maxime*, ny *Horace*, en son Elegie, par ces vers

„ *Quid tibi nunc mores prosunt actumque pudicè*
„ *Omne ævum, & tanto tam placuisse viro?*
„ *Quidque pudicitia tantum inviolata bonorum,*
„ *Ultima sit laudes inter ut illa tuas?*
„ *Quid tenuisse animum contra sua secula rectum,*
„ *Altius & vitiis exseruisse caput?*
„ *Non nocuisse ulli & fortunam habuisse nocendi,*
„ *Nec quemquam nervos extimuisse tuos?*

„ *Macrobe*, suivant ces eloges liv. II. chap. 5. la „ louë aussi grandement, & dit qu'elle estoit fort „ habile femme, & qu'elle faisoit beaucoup d'honneur aux hommes sages, & de vertu signalée, „ dont elle estoit tousiours fort accompagnée, „ quand (ce dit-il) elle sortoit du Palais. Mais „ *Philon Juif* l'a representée d'une telle capacité, „ & de si grand esprit (en son Ambass. pag. 801.) „ qu'il n'y a rien à adjouster à ce qu'il dit en ces „ termes, ἡ δέ γε καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ὅλου τοῦ γένους κἀν „ τούτῳ διήνεγκεν, ἀπὸ παιδείας, ἀκράτου φύσει καὶ μελέτῃ „ περιγεγενημένη, &c. qui veut dire, *Quant à elle* „ (parlant de Livia) *comme elle surpassoit en toutes* „ *choses celles de son sexe, en cecy particulierement* „ *elle les devançoit, qu'elle avoit acquis par l'estude* „ *& l'instruction, ce que la nature luy avoit refusé.* „ *En sorte que s'estant renduë pleine d'une force d'esprit toute virile, par la ratiocination elle devint si* „ *clair-voyante, & d'un sens si aigu, qu'elle appercevoit plustost, & plus facilement, les choses par* „ *l'entendement que par le sentiment, n'estimant les* „ *choses sensibles que l'ombre des intelligibles.* Ce „ qu'il dit après l'avoir loüée d'avoir honoré de „ presens magnifiques le Temple de Hierusalem. „ Car elle estoit liberale envers les Dieux; Plutarque remarquant mesme en son traité du mot „ EI, qui estoit escrit sur le portique du Temple „ de Delphes, qu'elle en donna un tiltre d'or massif pour y appliquer. Aussi fut-elle fort honnorée & respectée des Romains, & appellée „ Mere de la Patrie, & luy furent dressez des „ arcs triomphaux, mesme après la mort d'Auguste, comme nous le voyons dans Tacite „ liv. 1. Et Auguste mesme l'avoit adoptée dans „ sa famille Julienne par son testament, de façon „ que par le moyen de cette adoption, elle se „ trouva femme, & tout ensemble fille de son „ mary. Or non obstant toutes ces grandes vertus qui furent estimées estre en elle, & l'amour „ singulier qu'elle devoit porter à Auguste qui luy „ fut fort bon mary; (2) beaucoup de gens creurent qu'elle avoit hasté ses jours par poison, „ pour raison de ce qu'elle avoit appris qu'Auguste vouloit faire revenir Agrippa d'exil, lequel „ elle haïssoit d'une haine de marastre, & auquel „ elle avoit procuré cette disgrace; ce qu'estant, „ si elle ne l'eust empesché en faisant mourir Auguste, elle estoit asseurée d'en estre rudement „ punie, Agrippa devenu Empereur, comme le „ remarque Aurelius Victor. En effet cette femme estoit fort artificieuse, comme ses actions „ la manifestent par toute l'histoire. C'est pourquoy Suetone (3) dit que Caligule l'appelloit „ *Ulyssem Stolatum.* Elle (4) n'eut aucuns enfans „ d'Auguste, car Tibere & Drusus estoient nez „ d'elle & de Tib. Claude Neron. Elle vesquit „ quatre vingts & six ans, (5) ayant survescu Auguste de quinze ans. Elle attribuoit sa longue vie „ à la bonté du vin Pucinien, dont elle usoit plus „ que d'autre (ce dit Pline livre XIV. chap. 6.) „ Tibere fut ingrat envers elle jusques à ce point, „ qu'il abolit le decret de sa consecration, qui fut „ neantmoins restably par Claude son petit fils, „ (ce

post primam discordiam Antonio, expostulantibus utriusque militibus, ut & necessitudine aliqua jungerentur, privignam ejus Claudiam, Fulviæ ex P. Clodio filiam, duxit uxorem, vix dum nubilem. Ac simultate cum Fulvia Socru exorta, dimisit intactam adhuc & virginem. Mox Scriboniam in matrimonium accepit, nuptam ante duobus consularibus, & ex altero etiam matrem. Cum hac etiam divertium fecit, pertæsus, ut scribit, morum perversitatem ejus; ac statim Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis, & quidem prægnantem, abduxit, dilexitque ac probavit unice ac perseveranter.

(2) Confer quæ variis locis habet Tacitus, videlicet Annal. Lib. I. Cap. 3. & 5. & 6. atque Dio Cassius Lib. LIII. p. 594. Fuit enim Livia *gravis in Remp. mater, gravior domui Cæsarum noverca*, verbis Taciti Lib. I. Annal. cap. 10.

(3) In Vita Caligulæ Cap. XXIII.

(4) Liviam uxorem duxit Cæsar Octavianus A. U. C. 716. ante N. C. 38. eo tempore gravida ex priore marito tertio post mense Drusum peperit, ut disertis verbis in Claudio Cap. I. testatur Suetonius. Quem Suetonii locum ut conciliet cum altero ejusdem Scriptoris in *Aug.* Cap. LXIII. P. Burmannus, ita scribit: *Ego vero puto apud Suetonium per immaturum partum hunc trimestrem, ratione matrimonii cum Augusto initi, dici; ita ut Augustus per leges non posset, ut suum & legitimum filium agnoscere, quare & patri Neroni remisit, sed deinde ex Livia nullos tulit liberos. Si Livia in Augusti matrimonio peperisset Drusum eo tempore, quo species aliqua potuisset ex Jure ordinario, puta septem mensium fingi, ut ex Augusto novo marito conceptum, agnovisset & sustulisset pro suo; nunc ex adulterino coitu, ut suspicio fuit, conceptum, non ausus fuit Augustus tollere, sed remisit patri.* IMMATURUS *ergo partus, id est nimis cito fuerat editus, quam ut posset Augusti & Liviæ haberi, sed maturus erat, si conceptionis tempora cum partus momento computes.* Alio modo nodum solverat idem Vir Cl. ad illa Suetonii in *Aug.* Cap. LXIII, *Ex Livia nihil liberorum tulit, quum maxime cuperet. Infans, qui conceptus erat, immaturus est editus.* Ibi hæc adnotat: *Manus viri docti in ora Casaubon. editionis: quam habeo, notavit, hoc videri pugnare iis, quæ tradit in Claud. Cap. I. ubi dicitur ille infans natus post tertium mensem, quam Liviam duxit, & fuisse Drusum Germanici & Claudii patrem, unde hæc adversa esse credebat. Sed potuit post editum Drusum, ex Augusto concepisse infantem, qui per abortum immaturus est editus: non enim Suetonius dat indicium, se de infante concepto, dum nupta esset Tiberio Druso, loqui. Immo contra ex eo, quod Augustus quam maxime cuperet ex Livia liberos, patet hic agi de fœtu ex Augusto, non Tib. Druso concepto.* Quæ conjectura, si vera est, nimis inproprie videtur loqui *Plinius*, quum scribit *Nat. Hist.* Lib. VII. Cap. 13. *Est quædam privatim dissociatio corporum, & inter se steriles, ubi cum aliis junxere, gignunt, sicut Augustus & Livia.* Si enim post Drusi partum conceperit ex Augusto infantem Livia, qui per abortum immaturus est editus, nullo modo sterilis Livia, Augusto nupta, vocari a *Plinio*, præcipue respectu cujusdam privatim dissociationis corporum potuit. Jus trium liberorum, quamvis bis modo peperisset, Liviæ datum fuisse, ad levandum dolorem ex morte Drusi, scimus ex *Dione Cassio* Lib. LV. p. 549. Ἡ δὲ δὴ Λιουία εἰκόνας τε ἐπὶ παραμυθίᾳ ἔτυχε, καὶ ἐς τὰς μητέρας τὰς τε τρεῖς τεκούσας ἐσεγράφη. *Livia autem solatii causa statuis donata, & in matrum, quæ ter peperissent, numerum relata est.*

(5) Augustus enim obiit natus annos septuaginta sex, Livia ætatis anno octogesimo secundo.

„ (ce dit Dion liv. LX.) qui luy fit dresser une statuë dans le Temple d'Auguste, & ordonna que les Vestales lui sacrifiassent, & rendissent des honneurs divins. (6) Il est fait mention és inscriptions antiques de plusieurs de ses Officiers de l'un & de l'autre sexe, dont la lecture me semblant curieuse, j'en feray part icy au Lecteur,

OSSA
VIBIAE SVCCESSAE LIVIAE AVG. SER.
AB ARGENTO POTORIO. ITEM A
VESTE

L. VIBIUS AVG. SER. PAMPHILVS
SCRIBA LIB. ET A BIBLIOTHECA
LATINA APOLLINIS CONIVGI
FIDELISSIMAE ET PIISSIMAE
B. D. S. M.

OSSA
IVLIAE LIVIAE AVG.
AVRICIAE
ORNATRIX

OSSA
AVRELIAE LIVIAE AVG.
SER. A. CVRA CATELLAE
AVRELIVS EROS OSTIARIVS. "

Elegans autem hoc est Numisma, quod primus edidit Petrus Seguinus in Select. Numism. pr. edit. p. 102. secundæ autem p. 114. Post illum consideravit *Jo. Vaillantius* in *Nummis Colon.* Tom. I. p. 76. ubi interpretationem typi atque inscriptionem, & plura de *Colonia Patrensi* vide Depingitur quoque inter *Numismata Regia Majoris Moduli* Tab. II. Num. 5. atque novissime inter *Numismata Pisana* Sed de titulo novo INDULGENTIAE AU*Gustæ* nihil nos docuerunt Editores. Crebro autem in Coloniarum nummis permissu Augusti moneta impetrata dicitur, verum hic non dicitur permissu vel indulgentia Augusti eadem impetrata, sed per se sensum absolvunt INDULGENTIAE AU*Gustæ*, ita ut ad sequentia referri nequeant. Pertinet itaque ad Liviæ honorem, quæ sicuti PIETAS, JUSTITIA, SALUS AUGUSTA in Nummis vocari solet, ita hic INDULGENTIA AU*Gusta* dicitur, sic ut integra inscriptio partis utriusque conjunctim sic legi possit, CAESARI AU*Gusto* INDULGENTIAE AU*Gustæ* MONETA IMPETRATA COL*onia Augusta Aroë Patrensis. Morellii* nota docet exstare in *Thes. Regio*, in quem cum reliqua *Petri Seguini Gaza* transiit.

Num. 2.

Senatus PopulusQue Romanus JULIAE AUGUSTae. Bigæ mularum cum thensa.

TIberius CAESAR DIVI AUGUsti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXIIII. In area nummi S. C.

Monumentum est honorum Liviæ, quæ scilicet adoptata in domum Augusti Julia dicta fuit, & Augustæ accepit titulum. *Tacitus Annal.* Lib. I. Cap. 8. *Livia in familiam Juliam nomenque Augustæ adsumebatur.* Ex tribunicia potestate Tiberii XXIIII. (male apud *Mediobarbum* p. 53. editur XXXIIII.) adparet quo tempore signatus fuerit nummus, videlicet A. U. C. DCCLXXV. Christi XXII. superstite etiamnum Livia, quindecim post obitum Augusti annis & quatuor ante excessum ipsius Liviæ. Non igitur ad apotheosin Liviæ spectat, sed ad honores vivæ habitos, ut recte contra *Ludov. Nonnium* docet *Laur. Begerus Thes. Brandenb.* Tom. III. p. 91. Editur numisma ibidem apud *Laur. Begerum*, & apud *Lud. Nonnium* in *Goltzii Tiberio* Tab. X. Num. 7. & 8. ut & ab *Ænea Vico* in *Tiberio* Tab. III. Num. 31. 32. præterea inter *Num. Musei Farnes.* in *Tib.* Æreis, Tab. III. Num. 6. Servatur in *Thes. Schvartzburg.* & in *Museo* nostro.

Num. 3.

DIVA LIVIA DIVI AUGusti. Caput Liviæ velatum.

CONSECRATIO. Pavo stans ex adverso, caudam explicat.

Ex *Octavii* de *Strada* a *Rosberg* libro p. 12. hunc nummum desumsit *Morellius*, eaque de caussa haud levis mihi est suspicio num genuinus sit. Accedit major dubitatio ex Liviæ nomine; nam sicuti illa, post obitum Augusti, in Juliam familiam adoptata, deinceps non Livia sed Julia adpellata fuit, præsertim in publicis monumentis, ut ex præcedente nummo, & duobus sequentibus, adparet, ita in nummo, qui consecrationem ejus argueret, Juliæ nomen, non utique Liviæ oporteret nomen legi.

Num. 4.

JULIA AUGUSTA. PERMissu AUGUSTi Pontificis Maximi. Caput Juliæ sive Liviæ, non velatum, uti credidit Vaillantius, Tom. I. p. 74. sed ornato capillo.

AUGUSTA EMERITA. Quæ inscriptio in porta urbis legitur.

Lusitaniæ ad Anam fluvium fuit urbs, Emerita dicta, postquam Augustus, finito bello Cantabrico, emeritos ibidem milites collocavit, qui conditam urbem Emeritam Augustam adpellarunt, atque plurimos Nummos in Conditoris sui honorem ex permissu ejusdem percusserunt. Post mortem Augusti honorem eundem Liviæ seu Juliæ habuerunt, ut patet ex hoc nummo, qui portam urbis, velut recens conditæ, exhibet. Exstat in *Museo Regio.*

Num.

(6) Ante annos haud multos detecta fuit Romæ Camera Sepulcralis Libertorum Libertarumque Liviæ. Insigne hoc Monumentum ejusque inscriptiones separatim ediderunt, Florentiæ alter, alter Romæ, *Salvinius* & *Bianchinus*, titulis his, *Bianchini Camera &c. Romæ* 1722. Salvinii *Monumentum seu Columbarium Liviæ. Florent.* 1727.

NUM. 5.

COLonia ROMulea PERMiſſu DIVI AUGuſti. Caput divi Auguſti corona radiata inſigne, ſupra verticem ſtella eſt, ante faciem fulmen cernitur.

JULIA AUGUSTA GENETRIX ORBIS. Caput Juliæ ſive Liviæ, ſupra verticem eſt luna creſcens, ſub collo Orbis Terrarum.

Magnificus valde hic eſt Nummus, in quo Jovi ſub fulminis ſymbolo æquatur Divus Auguſtus, Julia vero aperte Genetrix Orbis vocatur. Et ſicuti calore Solis & Lunæ beneficio fruges creſcunt, ſic aſtrum Solis ad Auguſti, Lunæ creſcentis ad Juliæ adpingitur caput. Sub collo Juliæ Globus Terrarum viſitur, cujus videlicet felix proventus horum ſiderum beneficio & calore promovetur. Egregium hujus Nummi typum docte contemplatus eſt *Triſtanus* in *Comm. Hiſtor.* qui luculentam hanc ejus Tom. I. p. 123. dedit interpretationem. „ DIVUS AUGUSTUS. L'effigie d'Auguſte couronné de lauriers. Au revers JULIA AUGUSTA GENETRIX ORBIS. D'autres medailles ont pour type l'effigie de JULIA, ou Livia ſous la repreſentation de Junon, avec un croiſſant ſur la teſte, & un globe deſſous ſon col, & du coſté de l'effigie d'Auguſte il y a COL. ROM. PERM. DIVI AUGUST. Mais en celle cy, il n'y a que DIVUS AUGUSTUS, & Julia n'a point de croiſſant. Or ſçavoir ſi cette teſte de Julia ſoit formée ſur l'effigie d'une Junon, ou d'une Venus Genetrix, je ne le voudrois pas decider; ſeulement je diray que cet epithete ſe rapporte mieux à Venus qu'à Junon, encore qu'en qualité de femme d'Auguſte Julia puiſſe plus apparemment eſtre appellée Genetrice de l'Univers ou de l'Empire: mais d'autre-part la conſideration de ce que Venus Genetrice eſtoit eſtimée avoir engendré l'Autheur de l'Eſtat Romain Ænée, & comme en avoir fait tomber le ſouverain commandement en la perſonne de Jule Cæſar, & depuis d'Auguſte deſcendus d'elle; & que nous la voyons de la ſorte en une medaille de Jules Cæſar, il ſemble qu'il faille conclure en ſa faveur, cet epithete faiſant une alluſion à la fortune de Julia, qui ſembla par ſon mariage avec Auguſte avoir comme engendré l'Empire pour Tibere. Or ſi c'eſt icy l'effigie de Junon entenduë pour Julia, elle ſe rapportera à la qualité de Jupiter, donnée à Auguſte par *Albinovanus*, qui eſtoit domeſtique & Secretaire de Druſus ſon pere (ce dit *Horace* Epiſtre VIII. liv. I.) en ſon Elegie de la mort de Druſus frere de Tibere en ce deux vers

„ *Nata quod es altè, quod fœtibus aucta duobus,*
„ *Quodque etiam magno conſociata Jovi.*

„ Car ſi Auguſte eſtoit Jupiter, Julia eſtoit ſa Junon, ce qui s'entend pour l'un & pour l'autre ſemblables à ces Dieux, ſuivant ce que dit *Paterculus* d'Auguſte, qu'il appelle, *Diis quam hominibus ſimiliorem.* Joint qu' *Ovide* l'appelle Junon en ces vers de la premiere Elegie de ſon troiſieme livre *de Ponto.*

„ *Cum tibi contigerit vultum Junonis adire,*
„ *Fac ſis perſonæ, quam tueare, memor.*

„ Que ſi c'eſt que Julia ſoit priſe pour Venus, le ſens n'en ſera pas trouvé abſurde, ſi on le prend comme je l'ay dit, car il ne faut prendre cet epithete à la lettre, car le ſens en ſeroit encore plus ridicule, que le dire d'*Heſiode* en ſa *Theogonie*, où il feint que la terre avoit engendré le ciel, en ces vers,

„ Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ,
„ Οὐρανὸν ἀστερόεντα, —— ——

„ C'eſt à dire, *Or la terre en premier lieu engendra le ciel égal à elle, enrichi d'eſtoiles & d'aſtres,* dont ſe moque *Manilius* liv. II. Mais comme ayant engendré l'Empire du monde, & la ſouveraine puiſſance à Tibere ſur ſa patrie; en le mettant au monde devenuë Imperatrice, ainſi que *Dion* nous fait voir en ſon cinquante-ſeptieſme livre, qui dit qu'elle eſtoit ſi ambitieuſe, que non ſeulement elle ſuffroit d'eſtre appellée Mere & Genitrice de la Patrie; voire meſme qu'elle vouloit primer dans le gouvernement en cette qualité, ne ſe contentant pas de prendre part égale avec ſon fils: Ὅθεν ἄλλα τε ἔξω τοῦ νενομισμένου ἐσεφέρετο, καὶ πολλοὶ μὲν μητέρα αὐτὴν τῆς πατρίδος, πολλοὶ δὲ καὶ γονέα προσαγορεύεσθαι γνώμην ἔδωκαν, &c. *On introduiſit* (ce dit-il) *pluſieurs choſes contre la couſtume des Romains, & beaucoup furent inventées en ſa faveur, pluſieurs l'appellans Mere & Genitrice de la Patrie.* D'autres meſmes furent d'avis que Tibere prit le nom de ſa mere, & non pas celuy de ſon pere, à la mode des Grecs qui empruntent le nom de leurs peres. Mais Tibere (ce dit *Dion*) l'humilia bien, & luy apprit courageuſement qu'elle n'euſt plus à ſe meſler de ſes affaires, & de ne s'attribuer plus de pouvoir qu'il n'eſtoit convenable à ſon ſexe, & à la dignité de l'Empire Romain. Mais pour revenir à cette teſte de Julia rapportante à celles de ces Déeſſes, ſuivant ce que' en dit *Ovide* en la premiere Elegie de ſon troiſieſme livre *de Ponto* cy devant citée,

„ *Quæ Veneris formam, mores Junonis habendo,*
„ *Sola eſt cœleſti digna reperta toro.*

„ Je diray en paſſant, que ces Payens abuſerent tellement de l'honneur qu'il devoient à leurs deïtez, que les perſonnes meſme de mediocre condition ſe donnoient la licence de ſe faire repreſenter en figures de Dieux & de Déeſſes. Teſmoin ce paſſage de *Papinius Statius*, entr'autres, liv. V. poëme premier de ſes *Silves*,

„ —— *mox in varios mutata novaris,*
„ *Effigies, hoc ære Ceres, hoc lucida Gnoſis,*
„ *Illo Maia tholo, Venus hoc non improba ſaxo,*
„ *Accipiunt vultus, non indignata decoros*
„ *Numina* ——

„ Quant à ce Croiſſant qui luy eſt donné en quelques medailles, il ſe peut rapporter aux attributs de Diane, qui luy eſtoient communs avec elle, qui ſont la chaſteté, l'action, l'exercice & le courage maſle, viril, & nullement femi„ nin,

„ nin, qui la rendoient venerable. Or il ſe void „ d'autres medailles eſquelles il y a COL. ROM. „ PERM. DIVI AUGUST. que l'on interprete, „ *Colonia Romulea*, ou, *Romulenſis permiſſu Divi* „ *Auguſti.* Mais je trouve tant pour l'une que „ pour l'autre à deviner, pourquoy cette colonie „ ſpecifie cette conceſſion d'Auguſte, comme ſi „ avant icelle ils n'euſſent eu en ce lieu droict de „ faire battre monnoye en tout, ou comme ne „ l'ayant pas pour en faire battre ſous l'effigie de „ *Julia*, eſtimant, quant à moy, que cela peut „ regarder ce qui eſt remarqué par *Pline* liv. „ XXXIV. chap. 2. ſçavoir, qu'elle avoit une „ ville en Gaule de ſon propre, en laquelle ſe ti- „ roit un cuire nommé de ſon nom, *Aes Livia-* „ *num*; & que cet Empereur avoit permis à cette „ ville, & à *Livia* ſa femme, de faire battre de „ la monnoye de ce metail qui eſtoit de ſon crû. „ Or cet Autheur nous euſt fort obligé de nom- „ mer cette ville, qui pouvoit eſtre la colonie „ ſpecifiée en ces medailles, qui eſt deſignée par „ ce demy mot ROM. car je ne trouve pas „ qu'autre Autheur ou Geographe en ait fait „ mention non pas meſme qu'il y euſt une „ ville en Gaule, quit ait porté un nom en „ ce temps-là qui rapportaſt à ce demy mot, „ comme qui diroit *Romulea*, *Romula*, ou *Ro-* „ *manicia.* Gregoire de Tours fait bien men- „ tion d'un champ en Gaule nommé *Romanicus* „ *campus*, mais il ne ſpecifie pas qu'il y euſt une „ ville en ce champ. Que ſi j'en dois neantmoins „ conjecturer quelque choſe, je puis eſperer de- „ voir eſtre auſſi toſt creu (veu ce que deſſus) „ qu'Auguſtinus. Si je dis que cette Colonie eſtoit „ *Romans*, ville aſſiſe ſur l'Iſere en Dauphiné; car „ il lit *Romulenſis* en cette Inſcription de noſtre „ medaille, & l'entend *d'Hiſpalis*, à cauſe de ce „ ſurnom, ou epithete, que *Pline* luy attribue, „ liv. III. chap. 1."

Ita *Triſtanus* in cujus nummi pictura male neglecta fuit luna creſcens ſuper Juliæ caput; inſuper recte in eo corrigitur à *Vaillantio Num. Colon.* Tom. I. p. 77. quod putaverit pertinere nummum ad Romanum, Delphinatus ad Hiſaram oppidum, quum cuſus ſit in urbe Hiſpaniæ Bœtica, quæ Hiſpalis dicta, inſuper Colonia Romulenſis vocata fuit. Recte quoque idem *Vaillantius Dionem* in partes advocat, qui egregie hunc nummum inluſtrat, atque viciſſim lucem ex illo capit. *Locus Dionis* ex Lib. LVII. p. 609. hic eſt. Ὅθεν ἄλλα τε ἔξω τῶν νενομισμένων ἐσεφέρετο, καὶ πολλοὶ μὲν μητέρα αὐτὴν τῆς πατρίδος, πολλοὶ δὲ καὶ γονέα προσαγορεύεσθαι γνώμην ἔδωκαν. *Hinc multa extra conſuetudinem Populi Romani introducta, inventique haud pauci, qui Matrem eam Patriæ ac Genetricem adpellandam cenſerent.* Factum id in Coloniis extra Romam fuiſſe ex hoc numiſmate patet, quod exſtare notavit *Andr. Morellius* in *Theſ. Swartzburg.* Servatur idem & editum fuit in *Suetonio Caroli Patini* p. 113. a *Petro Seguino* in *Selectis* p. 116. atque invenitur in *Muſeo Farneſ.* Tom. I. Tab. III. Num. 1, inter *Aug.* & *Liviæ* nummos æreos. Servamus & ipſi pulcherrimum integritate ac longe præſtantiſſimum.

Num. 6.

PIETAS. *Caput Liviæ velatum. Adeſt poſt cervicem nota aliqua recentioribus (ut mihi ex ſimiliter incuſis nummis conſtat) temporibus impreſſa.*

VESTA. *Sedet Veſta vel Veſtalis, dextra gerens Palladium. Adeſt nota Senatuſconſulti.*

Sub Deæ Pietatis habitu in hoc & ſequentibus duobus nummis occurrit Livia ſive Julia. Ii qui ſequuntur cuſi ſunt in Coloniis, verum hic in Urbe ſignatus eſt. Tempus cuſi nummi referendum eſſe videtur ad A. U. C. DCCLXXV. quo Tiberius in nummis inſcribitur Tribuniciæ Poteſtatis XXIIII. atque filio Druſo altera vice Tribuniciam poteſtatem conceſſit. Eo enim anno Conſules fuere C. Sulpicius Galba & D. Haterius Agrippa, quibus Decretum Senatus aliquod inſigne ad honorem Juliæ Auguſtæ, tamquam Pietatis Auguſtæ fuiſſe factum, patet ex ſingulari hac Inſcriptione, quæ exſtat apud Janum Gruterum p. 161. Num. I.

PIETATI. AVGVSTAE
EX. S. C. QVOD. FACTVM. EST. D. HATERIO
AGRIPPA. C. SVLPICIO. GALBA. COS.

Inveniuntur enim quoque ſimiles nummi, qui a priore parte idem Liviæ velatum caput ſine nomine ejus exhibent, adſcripto pariter ſubtus *Pietatis* nomine; & quidem cum XXIIII. Tiberii Tribunicia Poteſtate, quales ipſe ſervo, & nobiles Antiquarii pridem ediderunt; cum altera vero Tribunicia Poteſtate Druſi, Tiberii filii (qualem itidem ſervo) infra in *Druſi Junioris* Numm. Tab. I. Num. 19. 20. Cuſi eodem anno fuerunt ſimiles nummi cum effigie Juliæ habitu & titulo *Pietatis & Salutis Auguſtæ*. Imo Numiſma cum Carpento Juliæ, quod a mulabus trahitur, & ſupra Num. 2. occurrit, eodem anno ſignatum fuit. Ut adpareat inſignis honos eo anno ex decreto Senatus atque voluntate Tiberii Juliæ Auguſti habitus, cujus faciem tam in hoc nummo quam in illis qui ſub Tiberio & Druſo cuſi ſunt, egregie delineatam contemplari licet. Servatur hic *Nummus* in *Theſ. Schwartzburgico.*

Num. 7.

PIETAS AUGUSTA. *Caput Liviæ ſive Juliæ non velatum.*

Lucius ***RUSTius CELIUS CORDUS II. VIRi QUINQuennales Decreto Decurionum in area Nummi.***

Non adſcribitur in hoc Nummo nomen Coloniæ in qua cuſus fuerit. Suſpicor tamen Corinthi ſignatum fuiſſe, pariter ut haud abſimilem *Tiberii Cæſaris Nummum*, quem edidit *Chr. Sigiſmund. Liebe* in *Gotha Nummaria* p. 225. is a parte antica Tiberii nudum habet caput cum hac epi-

epigraphe, TIberius CAESAR AUGusti Filius AUGUSTUS. Ab altera parte, in area pariter nummi, legitur, BAEBIVS Publii Filius RUSTICELIUS CASsius TERNA II. VIRi QUINQUennales Decreto Decemvirum. Ex qua epigraphe emendari debere videtur *Morelliana* hæc in *Nummo Liviæ* lectio, ita ut id quod veluti punctum post literas RUST. adparuit *Morellio*, pars fuerit literæ I. atque L. Rusticelius hic collegam habuerit Cordum, quemadmodum sive idem Rusticelius Bæbii filius, sive alius cognominis ipsi, in *Tiberii* nummo collegam *Cassium Ternam*. Servatur in *Thesauro Versaliensi*.

Num. 8.

PIETATIS AUGUSTAE. Caput Liviæ sive Juliæ velatum. Subtus legitur, Colonia Cæsarea Augusta.

JUNIANO LUPO PRaefecto Cohortis CAEsareanae Cajo POMPONio PARRA II. VIRis. Templum Tetrastylum.

Consule de hoc Nummo *Jo. Vaill.* in *Coloniar. Nummis* Tom. I. p. 73. ubi is depingitur & explicatur.

Num. 9.

JULIA AUGUSTA. Caput idem Juliæ Augustæ, subtus sunt literæ, Colonia Augusta Emerita, non expressa aversa parte.

Cusus in Hispania quoque hic nummus est, & quamvis aversa ejusdem pars non exprimatur apud *Morellium*, docemur tamen ex *Jo. Vaill.* Tom. I. p. 74. exstare in eadem nudum Tiberii caput cum hac inscriptione, TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator. Sed quum apud ipsum *Vaillantium* altera tantum Nummi pars, quæ Liviæ velatum caput exhibet, reperiatur depicta, inde eadem tantum a *Morellio* repræsentata videtur, utpote qui ex *Vaillantii* libro eumdem hauserit.

Num. 10.

MUNICIPium ITALICum PERMissu AUGUSTI. Caput Liviæ seu Juliæ non velatum.

. . . . AUGUSTA. ita ut Juliæ nomen detritum videatur. Sedet ipsa Julia, dextra tenens pateram, læva hastam.

Passim in argenteis Tiberii nummis ejusmodi typus Liviæ sedentis observatur, & quidem vivente eadem cusis. Exprimitur itaque Statuæ honor publice & ex Decreto Senatus Liviæ habitus, sicuti recte docet *Jo. Vaillantius* in Libro *de Colon. Numm.* Tom. I. p. 75. *Dionis Cassii* testimonio usus, cujus verba sunt Lib. LV. p. 549. Ἡ δὲ δὴ Λιουία εἰκόνων τε ἐπὶ παραμυθίᾳ ἔτυχε. *Livia autem solatii caussa statuis donata est.*

Num. 11.

SALUS AUGUSTA PERMISSU AUGUSTI. Caput idem Liviæ sine velo.

LIVIA AUGUSTA. Statua Liviæ ut in nummo qui præcessit.

Quamvis non adsit Coloniæ, in qua signatus fuerit Nummus, nomen, adparet tamen ex proxime præcedente, utrumque Nummum ab iisdem Colonis signatum fuisse, ab Italicensibus videlicet. Italicam vero, quæ urbs Hispaniæ Bæticæ fuit ad Bætim fluvium a Scipione quondam condita, jure Municipii gavisam fuisse nos docet Oratio *Hadriani* ad Senatum apud *Aulum Gellium* Lib. XVI. Cap. 13. *Mirarique se ostendit, quod & ipsi Italicenses, & quædam Municipicia antiqua, in quibus Uticenses nominat, cum suis moribus legibusque uti possent, in jus Coloniarum mutari gestiverint.* Permissu Augusti jus Monetæ cudendæ acceperant Italicenses, itaque ut honorem Liviæ, Augusti carissimæ quondam conjugi, quæque primis Tiberii annis plurimum in Republica poterat, haberent, Statuam ejus sedentis, habitu Deæ Salutis, erexerunt, atque Liviam, quam suo modo nomine in præcedente Nummo vocarant, nunc Salutem Augustam adpellant. Vulgavit ante *Morellium* Nummum hunc ex *Thesauro Mediceo Vaillantius* Tom I. de *Colon.* p. 79.

TABU-

TABULA II.
ADHUC CONTINENS
LIVIAE SEU JULIAE
EX AERE ET OMNI MODULO NUMMOS IN COLONIIS CUSOS UT ET GRAECE INSCRIPTOS.

Num. 1. & 2.

PANORMITANORUM. *Caput Tiberii nudum, versus lævam.*

. . . *AUGUSta.* *Caput Liviæ velatum.*

Panormus, Siciliæ urbs, quum colonos sub Augusto accepisset, gratum animum multis Nummis in honorem ejus cusis, significavit, prouti ex Introductione nostra in Nummos Panormitanos Siciliæ *Philippi Parutæ* patet p. 51. Sunt & eorumdem Nummi cum effigie Liviæ, ibidem inter Panormitanos inveniendi Num. 54. 55. 181. & 187. quam & sub Cereris effigie expresserunt ibidem Num. 41. prout Apollinis specie sæpissime Augusto adulati fuerunt, ut Num. 76. 78. & alibi. Vidimus cusum à Panormitanis in Augusti & Liviæ honorem Nummum supra inter Augustæos Tab. XXXVII. Num. 10. & 11. verum hic Nummus Tiberii exhibet faciem, quæ ex naso magis adunco & lato capitis vertice facile agnoscitur. Desumtus à *Morellio* Nummus est, ut nota anguillæ indicat, ex *Museo* seu *Thesauro Illustriss. Colberti, Marchionis de Seignelay.* Mutilum vulgavit *Carolus Patinus* in *Num. Imp.* p. 54.

Num. 3. & 4.

TIberius AUGUSTUS. *Caput Tiberii nudum, subtus legitur, SERvius RU. . . . II. VIR.*

Caput Liviæ seu Juliæ, cum erosa Inscriptione, ex qua supersunt literæ . . . CIPUS F. . . .

Propter læsam temporis injuria Inscriptionem Coloniæ nomen in obscuro est, ut & alterius Triumviri; Servius enim Rufus alter videtur fuisse adpellatus. Posuit eumdem nummum *Morellius* in *Thesauro Fam. Rom.* in *Fam. Claudia* Tab. II. Lit. F. ubi vide p. 96.

Num. 5. & 6.

ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. (*JULIA AUGUSTA.*) *Caput Juliæ sive Liviæ nudum.*

ΠΑΤΡΟΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. (*PATRIS PATRIAE.*) *Duplex cornucopiæ.*

Inscriptionem capitis ex meo Nummo restitui; in eo enim, quem vidit *Morellius*, detrita fuisse videtur. Cusum in Ægypto fuisse arbitror, & quidem sub Tiberio, cui in aversa parte frugifera blanditur Provincia sub Patriæ Patris nomine, prouti matri Juliæ, depicta ejusdem facie, parte anteriore, atque addito nomine adscitæ in Gentem Juliam. De duplici cornucopiæ, quod in posteriore parte nummi cernitur, qui primus edidit *Carolus Patinus* in *Num. Imperat.* p. 55. ita scribit: „ Et quoniam aversus nummus duplicem cornucopiæ figuram exhibet, quæ eadem in pluribus „ hujus Operis numismatibus occurrit, non inutile „ arbitror testimonium *Diodori* Biblioth *Hist.* I. ad „ ejus explicationem proferre, cujus hæc sunt verba: Φασὶν δ' ἐν Ἄμμωνα βασιλεύοντα κ.τ.λ. hoc „ est: *Narrant Ammonem Libyæ Regem virginem, cui „ Amalthea nomen, forma longe pulcherrimam offendisse, cumque ea amoris impulsu congressum, filium „ genuisse tam robore quam specie insignem. Post „ hæc, Amaltheam, cum Imperio, vicinæ regioni præfecit, quæ, cum figura sua bovis cornu referat, Hesperium propterea cornu indigitatur. Et quæ soli „ hic est ubertas, vitibus aliisque arboribus, quæ esculentos fructus gestant, redundat. Mulier, rerum illic „ potita, de se Amaltheæ cornu locum nuncupavit: & „ hac de causa, posteri solum aliquod geniale & fructibus omnigenis refertum Amaltheæ cornu pari „ modo appellant.* Hinc perpetuo abundantiam, „ opes, fertilitatem, sub hoc vel illo Principe, Amaltheæ cornu in numismatibus indicat."

Depinxit *Andr. Morellius* ex *Museo Domini Francisci Dronii Canonici*, servatur quoque in *Museo nostro.*

Num. 7. & 8.

ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*JULIA AUGUSTI.*) *Caput Juliæ nudum.*

Epigraphe deleta. Aquila.

Similis Augusti nummus cum Aquila invenitur supra inter Cæsaris ejus Nummos Tab. XLI. Num. 20. cum Inscriptione ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ. CAESARIS IMPERATORIS. qualis Tiberii nomine in hoc quondam integriore exstare potuit. Invenit illum *Morellius* in *Thesauro Marchionis Colberti de Seignelay.*

Num. 9. & 10.

ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ. (*ALABANDENSIUM.*) *Caput Liviæ non velatum.*

Sine Epigraphe. Capricornus, desuper est velatum caput Jovis Ammonis.

Cariæ populi Alabandenses in honorem domus Augustæ plures signarunt nummos. Habuimus supra in *Augusto* Tab. XLV. Num. 23. Liviæ, adscripto itidem ejus nomine, in aversa, caput. Occurrit nunc Liviæ sine Augusto facies, sed in aversa nummi parte celebratur natale sidus Augusti Capricornus. Jungitur illi Corniger Ammon, superponitur etiam caput Serapidis, quod videtur supponere aliquem ejus Dei cultum apud Alabandenses fuisse. Nummum ex *Museo Dom. Francisci Dronii Canonici* exhibet *Morellius.*

Num. 11. & 12.

ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ. (*ALABANDENSIUM.*) *Capita jugata Augusti & Liviæ, stellis supra verticem positis, Augusti laureatum est. Ex adverso senile Julii Cæsaris radiata corona insigne cerni caput videtur.*

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Capita adversa, Tiberii laureatum, & Juliæ, Augusti filiæ, nudum, inter media capita supra verticem Luna crescens.*

Servabatur olim præclarus hic atque insignis plane nummus in *Gaza Christinæ Reginæ*, quod adpositæ tres, totidem regnorum ejus Symbolum, coronæ testantur. Inde igitur depinxit *Andr. Morellius.* At alia longe pictura est eorum, qui ante *Morellium* ex eadem *Gaza* hunc nummum vulgarunt. Sunt illi *J. Vaillantius* & *Eminentissimus Norisius.* Apud *Vaillantium* in *Nummis Imp. Græcis* p. 7. invenitur, rudiuscule delineatus, neglectis quoque Luna corniculante & astris duobus. Interpretatur idem tria illa capita de Agrippæ, rostrata corona insigni, & de duobus ejus filiis, Augusti nepotibus, Cajo & Lucio. Duo, quæ ab altera parte sunt capita, ad Augustum & Liviam refert. *Eminentissimus Cardinalis Norisius* Nummum exhibet in *Cenotaphiis Pisanis* novæ Edit. Operum ejus Tom. III. p. 149. & hæc adscribit: *In antica parte Augustus ejusque conjux Livia exprimuntur ; in postica vero Cajus ac Lucius Cæsares cum eorumdem patre M. Agrippa.* At sane, quum picturas *Morellianam* & *Norisianam* accuratius contemplor, vix mihi persuadere possum ex uno atque eodem archetypo tam diversas profluxisse. Nam, ut taceam vocem ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ penes *Morellium* (prouti in *Vaillantii* quoque pictura) totam una eademque exprimi linea, verum apud *Norisium* literas ultimas ΩΝ reliquis in secunda linea subponi, vultus diversissimi adparent. M. Agrippa ibi & ex facie & ex corona rostrata facillime cognoscitur, Lucii & Cai quoque capita haud difficulter internoscuntur. De Augusto & Livia idem dicendum, sed Liviæ vestis ad collum nodatur in medio, quod non fit in *Nummo Morelliano.* Contra apud *Morellium* Tiberii facies facillime agnoscitur, caput senile non rostratam, sed radiatam habet coronam, ex oppositis duobus capitibus alterum laureatum, alterum muliebri ornamento & ad collum & ad frontem insigne est. Ne igitur alterutrum ex iis perverse oculatum fuisse dicam, suspicor diversæ matricis non modo esse Nummos, sed, quoniam uterque desumtum Nummum suum ex *Gaza Christinæ Augustæ* memorat, diversos revera ipsos fuisse nummos, ex quibus uterque ab Alabandensibus signatus, familiam Augusti Cæsaris illustret; sed ita, ut Julium Cæsarem cum Augusto & Livia conjungat is, quem depinxit *Morellius*, & vicissim Tiberium cum Julia: is vero, quo usus fuit *Norisius*, Augusti & Liviæ ex adverso ponat capita; Cai autem & Lucii capita opposita habeat capiti M. Agrippæ, patris eorundem, corona rostrata insigni.

Num. 13. & 14.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Tiberii laureatum.*

ΣΕΒΑΣΤΗ. ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ. (*AUGUSTA. EDESSENORUM.*) *Liviæ sive Juliæ caput.*

Quæ Nummum in Tiberii ejusque matris Liviæ honorem signari fecit Edessa, dubitari potest, utrum Macedoniæ an Syriæ urbs fuerit. Macedoniæ addicere malim. Vulgarunt *Patinus* in *Numm.* ex medio & minimo ære p. 59. & *de Wilde in Selectis* Num. 98.

Num.

NUM. 15. & 16.

. . . . *Epigraphe erosa. Augusti & Liviæ capita jugata.*

ΓΡΑΜΜΑΤ ΟΥΣ ΑΡΙΣΤΩΝος ΜΗΝΟΦΑΝΤΟΥ Σ ΕΦΕΣίων. (*SUB SCRIBA MENOPHANTI FILIO, vel SUB SCRIBA ARISTIONE, MENOPHANTO STRATEGO EPHESIORUM.*) *Cervus stans, in summa nummi parte cernuntur corytus & luna crescens.*

Vidit similem nummum *J. Vaillantius* & quidem (ut videtur) eundem in *Museo Regio*, sed p. 3. in *Aug.* legit, ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ ΜΗΝΟΦΑΝΤΟΥ. ΕΦΕ. adeoque videtur literam Ε. ante frontem cervi, ubi spatium aliquod vacat, observasse; contra neglexit literam Σ. sub pedibus cervi, atque ad cornua animalis corytum & lunam crescentem. Duo illa minora signa ad Deam venatus atque noctis præsidem referri debent. Vide de interpretatione quæ dicturi sumus ad nummum sequentem. Exstat in *Museo Regio*.

NUM. 17. & 18.

. . . . *Erosa pariter Inscriptio. Capita eadem Augusti atque Liviæ jugata.*

ΕΦΕσίων ΣΜΥΡναίων ΑΡΧΙΕΡέως ΑΣ. . . . ΠΑΡΑΛΕ. . Σ. (*EPHESIORUM SMYRNAEORUMQUE SUB SUMMO SACERDOTE AS. . . . . PARALES.*) *Cervus erectus stans.*

Ubi hunc nummum viderit, adposita, ut solet, nota, non significavit *Morellius*. Nomen vero summi sacerdotis, cujus duæ primores literæ ΑΣ. in hoc nummo tantum adparent, magis integre scribitur ΑΣΚΛΑΣ. Num. 4. Tab. sequentis. Sed dubium videtur, utrum ille Asclas in hoc nummo Paralesi vel Paralei dicatur filius, an vero Paralesi seu Paralei nomen pertineat ad Smyrnæorum Magistratum. Posterius mihi magis placet, & ut solitaria inter pedes Cervi litera Σ. sumatur pro Στρατηγῦ, atque ita dicantur Ephesii atque Smyrnæi conjunctim signasse hunc nummum sub illorum quidem Summo Sacerdote Ascla, vel Asclepiade (si magis *Vaillantii* placet lectio ad Num. 3. Tabulæ sequentis) sub horum vero Stratego Paraleo vel Paraleso. Atque eadem mihi stat sententia de nummo, qui proxime præcessit, quem itidem (licet Smyrnæorum nomen haud adsit) ab utriusque civitatis incolis cusum existimo, Scriba quidem apud Ephesios Aristione, Stratego apud Smyrnæos Menophanto. Neque aliter sentio de tertio sequentis Tabulæ nummo. Desumtus à *Morellio* est ex *Caroli Patini Nummis Imp.* p. 57.

NUM. 19. & 20.

ΤΙΒέριος ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Tiberii laureatum.*

ΣΕΒάστη. ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*AUGUSTA. THESSALONICENSIUM.*) *Caput Juliæ seu Liviæ.*

Thessalonicenses in Macedonia (qui plurimis nummis *Familiam Juliam* honorarunt) signarunt hunc quoque in honorem Tiberii atque matris ejusdem. Servatur in *Museo Wildiano*, & exstat inter *Selecta* ejusdem *Numismata* Num. 85.

NUM. 21. & 22.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΙΕΡΟΝΥΜΟΣ ΣΕΒΑΣΤΗ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. (*SMYRNAEORUM. HIERONYMUS. AUGUSTA. SENATUS.*) *Adversa Juliæ Augustæ atque Senatus Romani capita.*

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΤΙΒΕΡΙΟΣ. ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ. *AUGUSTUS TIBERIUS SUB PETRONIO.*) *Templum tetrastylum, in cujus medio Statua cernitur Tiberii Cæsaris, habitu Pontificis.*

Præclarum hoc est Numisma, quo testatam pietatem suam erga Tiberium Cæsarem, & matrem ejus Juliam Augustam, atque Senatum Romanum voluerunt Smyrnæi. Cusum vero opinor, postquam civitates Asiæ, & inter illas Smyrnam, terræ motu misere quassatas, restituerat Tiberius. Accidit ea calamitas A. V. C. 769. Inveniuntur vero nummi ærei primæ magnitudinis plurimi, inscripti CIVITATIBUS ASIAE RESTITUTIS, cusi sub Tiberio, quum is Tribunicia Potestate uteretur XXI. & XXIV. quibus annis superfuit in vivis Livia sive Julia, cujus facies in hoc nummo signatur, & cui sicuti & Senatui Romano, erecto etiam (ut videtur) Templo in honorem Tiberii, gratias pro præstito beneficio agunt Smyrnæi. De *Petronio*, cujus in nummo legitur nomen, vide quæ scripta sunt à *Vaillantio* ad gentem *Petroniam* (ubi hunc nummum primus edidit) p. 229. atque à nobis ad *Thesaurum Morellian. Familiar. Rom.* p. 320. *Caroli Patini* quoque, qui primus edidit in *Numm. Imp.* p. 55. legi merentur verba, quæ hæc sunt. „ *Quum rumor increbuisset, Tiberium Cæsarem Agrippinæ exitium parare, Ille* inquit Cornelius Tacitus, *quo famam averteret, adesse frequens Senatui, Legatosque Asiæ ambigentes quanam in civitate templum Tiberio statueretur, plures per dies audivit. Undecim urbes certabant pari ambitione viribus diversæ, Hypæpeni, Tralliani, Laodiceni, Magnetes, Ilienses, Halicarnassii, Pergameni, Ephesii, Milesii, Sardiani, Smyrnæi.*" Omnibus rejectis præter Sardianos Smyrnæosque, inter eos deliberatum. Sardiani sua jura narravere, *at Smyrnæi*, inquit C. Tacitus, *repetita vetustate, seu*

„ *Tantalus Jove ortus illos, sive Theseus divina &*
„ *ipse stirpe, sive una Amazonum condidisset, tran-*
„ *scendere ad ea queis maximè fidebant in populum Ro-*
„ *manum officiis, missa navali copia, non modo ex-*
„ *terna ad bella, sed quæ in Italia tolerabantur, se-*
„ *que primos templum Urbis Romæ statuisse, M. Por-*
„ *cio Cos. magnis quidem tum Populi Romani rebus,*
„ *nondum tamen ad summum elatis, stante adhuc Pu-*
„ *nica urbe & validis per Asiam Regibus: simul L.*
„ *Sullam testem adferebant, gravissimo in discrimine*
„ *exercitus ob asperitatem hyemis & penuriam vestis:*
„ *cum id Smyrnam in concionem nuntiatum foret,*
„ *omnes qui adstabant detraxisse corpori tegmina, no-*
„ *strisque misisse legionibus. Ita rogati sententiam*
„ *Patres Smyrnæos prætulerunt.* Senatus consulto tam
„ celebri ea de re lato, Smyrnæi non tantum con-
„ didere templum, sed ejus etiam effigiem hoc
„ numismate expressam in omnes gentes atque per-
„ petuam futuri ævi memoriam transmisere. Huic o-
„ peri præfuisse videtur PETRONIUS, quem Tibe-
„ rii Legatum fuisse non vero Smyrnæum, ex nomi-
„ ne Romano suspicio est. Num vero illud templum
„ notaverit *Dio* Lib. LVI. sub annum DCCLXVII.
„ dubito. Καὶ αὐτῷ ἔντε τῇ Ρώμῃ ἡρῷον &c. hoc est,
„ *Decretum quoque Romæ Augusto sacrarium à Sena-*
„ *tu, à Livia autem & Tiberio factum:* alibi quo-
„ que multis locis ei fana exstructa sunt à populis
„ partim volentibus partim invitis. Eodem num-
„ mo cum sui erga Tiberium cultus, tum hujus
„ adversus utrumque parentem pietatis argumen-
„ tum exstare Smyrnæi voluerunt: itaque Augusti
„ & Liviæ capita inter se spectantia in altera num-
„ mi facie repræsentarunt." Servatur hic in *Mu-*
seo Regio.

NUM. 23. & 24.

Sine Epigraphe. Caput Liviæ.

ΕΥΘΗΝΙΑ Λυκάβαντος ΜΑ. (*ABUNDANTIA. ANNO XLI.*) *Deæ Ubertatis vel Cereris caput, sub forma Liviæ, capite & sinu spicis onusto.*

Alexandrini (apud quos cusus nummus videtur) hoc typo Liviæ Augusti blandiuntur, tamquam sub ejus, veluti cœlestis numinis favore feliciter surgerent fruges atque lætæ adparerent segetes. Anno post victum apud *Actium Antonio* XLI. signatus fuit nummus, adeoque V. C. 765. Exstat in *Thesauro Regio.*

NUM. 25. & 26.

Sine Epigraphe. Caput idem.

Λυκάβαντος ΛΘ. (*ANNO XXXIX.*) *Canistrum frugibus plenum inter duas faces accensas.*

Significatio hujus typi similis est præcedenti, nam veluti Deam Cererem (cujus Symbola sunt spicæ & faces accensæ) Liviam à se coli & suspici testantur Alexandrini, ex eorum enim urbe, ut commeatus Romæ atque Italiæ sufficerent, frumentum quotannis abunde advehi sedulo curavit Augustus.

NUM. 27. & 28.

ΣΕΒΑ. . . . . ΤΙΝ. (*AUGUSTUS. . . .*) *Capita Augusti & Liviæ jugata.*

ΑΥΤοκράτωρ ΕΤους ΡΑ. . . . . (*IMPERATOR ANNO CI.*) *Templum tetrastylum, in cujus medio discus vel clypeus est.*

Quoniam Inscriptio ab utraque parte injuriam temporis passa est, ignoratur nomen urbis quæ nummum hunc signavit, superest tantum æra ΡΑ. quæ annum CI. significat. Ipse nummus forte apud Emisenos cultus fuit, siquidem rotundum illud in medio templi, oblongum in nummo & conicam veluti lapidis erecti habeat aliquo modo figuram, prouti in Caracallæ nummo Emesenorum pariter in templi medio collocatus lapis adparet apud *Eminentiss. Norisium* de *Epochis Syro-Macedonum* Dissertat. II. p. 95.

TABU-

TABULA III.

ADHUC EXHIBENS

LIVIAE SEU JULIAE

NUMMOS, UT SUPRA, AEREOS.

NUM. 1. & 2.

JULIA . . . . Caput Liviæ sive Juliæ nudum.

. . . . . . ONE II. VIRo CORinthus. Templum IV. columnarum.

Corinthi signatum fuisse nummum ex adscripto urbis nomine patet. Ex nomine Duumviri tres postremæ tantum supersunt literæ. Facile tamen id damnum resarciri potest. Integra enim inscriptio hæc est, *Lucio* FURIO LABEO*ne* II. VIR*o*. Collegæ nomen ad Juliæ caput adscriptum fuit. Integra enim anticæ partis lectio hæc fuit, JULIA. *Lucio* ARRIO PEREGRINO II. VIR*o*. Colligo id & evinco ex simillimis in honorem & cum capite Divi Augusti ab iis Triumviris Corinthi signatis nummis tribus, quos invenias in *Thes. Morell. Famil. Roman.* in *Fam. Arria* Num. 2. & 3. p. 35. atque *Furia*, Literis D. E. F. p. 190. Adde in hoc *Thes.* Tab. XLIV. inter *Nummos Augusti* Num. 19. & 20.

NUM. 3. & 4.

. . . . detrita est Inscriptio. Capita jugata Augusti & Liviæ.

ΕΦΕΣΙ*ων* ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΑΣΚΛΑΣ ΤΡΥΦΩΝ*ος*. *(EPHESIORUM SUB SUMMO SACERDOTE ASCLA TRYPHONE.) Cervus stans.*

Significavimus supra ad Num. 17. & 18. præcedentis Tabulæ, quod non modo illum nummum, verum præcedentem ibidem, atque hunc ipsum, statuamus cusos fuisse ab Ephesiis simul & Smyrnensibus, atque Ephesios quidem Summi Sacerdotis vel Scribæ nomen, Smyrnæos vero Strategi adscripsisse. In hoc igitur nummo Ephesiorum Summi Sacerdotis nomen Asclas est, quod & reponi debet, magna sui parte erosum, in adlegato nummo 18. Tabulæ præcedentis, Smyrnæorum vero Magistratus seu Strategus Tryphon dictus fuit. Literam Σ. quæ Smyrnam significare debuit, ærugo nummi absumsisse videtur. Citat hunc ipsum *Jo. Vaillantius* p. 3. observatum sibi apud *Fr. Lotti*, sed pro ΑΣΚΛΑΣ legit ΑΣΚΛΗΠ. atque explicat de Asclepiade Tryphonis filio. Sententiam de Tryphone diximus, lectionem autem *Vaillantii* male ex nummo exceptam fuisse docere poterit præter *Morellium* testis alter, atque diversus ab hoc nummus cum Augusti capite sub eodem Summo Sacerdote Ascla cusus. Invenitur is apud *Nicol. Franciscum Haymium Thes. Britannici* Tom. II. p. 168. Num. 13. A parte antica Augusti sine ulla inscriptione caput est, in postica parte Dianæ Ephesiæ cernitur simulacrum cum hac inscriptione, ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΑΣΚΛΑΣ ΕΦΕ*σίων* ΤΑ . . (SUMMUS SACERDOS ASCLAS EPHESIORUM. TA . .). In quibus literas TA. ad Strategum pariter Smyrnæorum referendas esse puto, prouti literas . . ΙΣΑ . . quæ *Tisamenum* innuere videntur, in nummo, qui ibidem Num. 12. apud *Haymium* præcedit, in quo Ephesiorum Scriba designatur quidam *Arissas*.

NUM. 5. & 6.

Sine Epigraphe. Juliæ velatum caput, veluti Junonis, ut adpositum post caput Sceptrum testatur.

M. M. JUL. UTI. D. D. P. P. Ex quibus literis duæ posteriores in area nummuli, valde exigui, visuntur.

Jo. *Vaillantius* Inscriptionem ejusmodi, ubi in Tiberii nummis Uticæ percussis occurrit, sic interpretatur, *Municipes Municipii* IVL*ii* VTICEN*cis Decuriones Posuere.* Sed dubito, utrum hic literæ D. D. duplicatæ, *Decuriones*, atque itidem P. P. *posuere* significent. Certe sic quoque Inscriptio hæc legi poterit, *Municipum* MVN*icipii* IVL*ii* VTICEN*sis*, *Decurionum Decreto Pecunia Percussa.* vel *Municipes* MVN*icipii* IVL*ii* VTICEN*sis*, *Decreto Decurionum Publice Posuerunt.* Quam lectionem eligo, atque existimo positam publice a Decurionibus Municipii Julii Uticensis statuam Junonis suæ habitu Juliæ Augustæ, sub Imperatore Tiberio, quod ipsum hac moneta significatum voluerunt. Utica Africæ notissima civitas Municipii dignita-

te inclaruit. Vulgavit nummum *Morellius* ex *Museo Francisci Dronii Canonici.*

NUM. 7. & 8.

G. G. P. I. *Caput Liviæ sive Juliæ non velatum.*

M. . . . . PIC. III. D. D. Guttus.

Difficile est singulares hasce literas interpretari; periculum tamen ut faciam, primo quidem nummum, pariter exiguum ut is qui præcessit, Africæ & Coloniæ ibidem constitutæ adjudico. Pertinere autem poterit ad *Carthaginem*, quam *Julius Cæsar* Coloniam Romanam constituit, & quæ literis singularibus nomen suum in nummis exprimere solet: passim enim scribitur C. I. C. id est *Colonia Julia Carthago.* ut adparet ex Nummis ejusdem apud *Jo. Vaillantium* in *Julio Cæsare* p. 2. & in *Agrippina Majore* p. 140. Itaque in hoc nummulo non literam G. sed C. secundo loco exstare existimo, atque lectionem hanc esse: *Colonia Carthago Pia Iulia.* Ab altera parte tertiam literam I. suspicor alterum crus fuisse literæ V. atque integram lectionem esse *Marco* SVLPICio. II. *Viro Decreto Decurionum.* Guttus ad Sacrificia in honorem Conditoris sui *Julii Cæsaris* spectat, a quo *Juliæ* cognomen adsumsit *Carthago*, atque, si vera nostra est conjectura, *Piam* se quoque vocavit adfectus & venerationis gratia. Si tamen omnino litera G. in nummulo reperiatur, videtur litera H. detrita fuisse. Spectabit enim tum ad Hipponem Africæ urbem, Coloniam quoque a *Julio Cæsare* factam; quæ itidem singulares literas passim nummulis suis inscripsit, ut cerni potest apud *Jo. Vaillantium* Tom. I. p. 272. eritque integra lectio, *Colonia Gemella Pia Iulia Hippo.* Dicta enim fuit *Gemella*, quoniam duplex in *Africa Hippo*, utraque Regia, teste *Strabone* fuit, quem citantem vide *Jo. Vaill.* dicto loco. Exstitit & hic nummulus in *Museo Dronii.*

NUM. 9. & 10.

ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ. (*ALABANDENSIUM.*) *Caput Liviæ velatum.*

ΕΠΙ Σ. ΑΝ . . . . . (*SUB STRATEGO AN . . . . .*) *Mulier stolata stans manus explicat.*

Alabandenses Cariæ in nummulo hoc Pietatis habitu depinxerunt statuam, quam Liviæ Augustæ posuisse videntur. Servatur in *Museo Regio.*

NUM. 11. & 12.

ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΝ. (*APHRODISIENSIUM.*) *Caput Liviæ.*

. . . . . ΣΕΒΑΣ . . . (*CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Augusti nudum.*

Aphrodisienses, qui in finibus Lydiæ & Cariæ habitarunt, Veneri suæ Liviam comparasse videntur. Depinxit *Morellius* ex *Thesauro Reginæ Christinæ.*

NUM. 13. & 14.

. . . . . . *Epigraphe erosa. Capita jugata Augusti & Liviæ.*

ΕΦΕΣΙΩΝ. (*EPHESIORUM.*) *Cerva stans.*

Quamvis puncta literarum indicant erosam fuisse inscriptionem, nullam tamen inscriptionem ad jugata Augusti & Liviæ capita adfuisse existimo. Possideo enim duos ejusmodi ab utraque parte integerrimos, in quibus nulla ab antica parte invenitur inscriptio, sed circulus ad oram nummi, ut passim in æreis nummis fieri solet punctulis crebris efformatur.

NUM. 15.

Capita eadem.

ΕΦΕΣΙΩΝ. (*EPHESIORUM.*) *Dianæ Ephesiæ simulacrum.*

Nihil novi habet nummulus; cultu & templo Deæ suæ passim Ephesii gloriari solent. Servamus hunc in *Museo nostro*, sed detrita per rubiginem inscriptione ab utraque parte. In eo tamen id memorabile est, quod, saltu facto inter cudendum, bis Liviæ facies expressa fuerit, sic ut quasi tria, jugata capita in antica parte nummuli adpareant.

NUM. 16. 17.

ΣΕΒΑΣΤ . . ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΣΙΠΥΛΟΥ. (*AUGUSTUS ET AUGUSTA MAGNETUM AD SIPYLUM.*) *Capita jugata Augusti & Liviæ.*

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ . . . . . ΥΣΙΟΥ Κ . . Α . . Σ ΣΕΒΑΣΤ . . . . . *Inscriptio mutila, de qua mox. Capita duo sibi invicem opposita Tiberii videlicet & Germanici.*

Ultimis Augusti temporibus signatus insignis hic est nummulus, utpote qui (defunctis jam Cajo & Lucio Cæsaribus, substitutos illis exhibeat Ti-

Tiberium atque Germanicum. Nisi statuamus errasse *Andr. Morellii* oculos, dum Cai & Lucii vultus in Tiberii & Germanici transformavit. Vehementer læsa a parte posteriore nummi est inscriptio, cui vulneri medelam ex meo adferre nequeo, qui anticam partem utcunque integram exhibet, sed posteriorem plane detritam. Ex ingenio tamen supplere posse videor, & lego literas in ora nummi sive circuitu, hoc modo, ΚΑΙ ΣΜΥΡΝ*αίων* ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΚΟΛΥΒΑΣΙΟΥ. id est, ET SMYRNÆORUM, DIONYSIUS COLYBASII FILIUS. Literas supra capita detritas, quæque infra eadem exstant, sic instauro, ΥΙΟΙ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. FILII AUGUSTI. De postrema lectione nemo, ut puto, dubitabit, priorem, quam in ora nummi reposui, fulcio ex Smyrneorum variis nummis in honorem Augusti sub *Dionysio Colybasii* filio signatis. Confer *Aug.* Tab. XLVII. Num. 8. 9. 10. & in hac ipsa Tab. Num. 22. 23. Smyrnæi igitur & Magnetes ad Sipylum communi consilio, hunc Nummum signarunt, sicuti supra Num. 3. 4. de *Ephesiis* & *Smyrnæis* vidimus. Id addere liceat, superesse in antica parte nummi mei has literas, ... ΙΟΣΙΠΥΛΟ . . . . quasi scriptum fuisset ΜΑΓΝΗΤΟ ΣΙΠΥΛΟΥ omissa litera Ν. & Ο. pro Ω. posita; Sed opportune in manus meas modo incidit similis nummulus ex *Museo Horstiano*, qui à parte capitis in ora detritus has literas tamen clare exhibet . . . . ΗΣ ΑΠΟ ΣΙΠΥΛΟΥ (MAGNETES A SIPYLO) quem patet non cum meo ex eadem vel simili matrice provenisse. Aversa pars *Horstiani* pariter haud integra est, sed *Colybasii* quatuor ultimas literas ΣΙΟΥ servavit, præterea sub capitibus exhibet Σ . . . ΤΟΥ. id est ΣΕΒΑΣΤΟΥ. At in margine loco ubi Κ . . Α . . Σ. est apud *Morellium*, præfert ΚΙΛΑΣ, vel ΚΙΔΑ Σ. Unde suspicor Cidam vel Cilam magistratum fuisse Magnetum, Smyrnæorum vero *Dionysium Colybasii* filium, sub quibus conjunctim cusus sit nummus.

N u m. 18. & 19.

. . . . . . ΣΕΒΑΣΤΟΥ (. . . . *AUGUSTUS ET AUGUSTA*) *Capita adversa Augusti & Liviæ.*

ΘΕΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. (*DEORUM AUGUSTORUM. PERGAMENORUM.*) *Templum tetrastylum, in cujus medio Statua Imperatoris, habitu militari, dextra hastam tenet.*

Pergameni, qui nullo modo Smyrnæis, Ephesiis, aliisve vicinis civitatibus in colenda Augusti domo cedere voluerunt, templum Augusti & Liviæ, Deorum Augusti & Augustæ nomine, erexerunt, quod & in moneta sua expresserunt, collocata in aditu Templi Dei Augusti Statua, habitu militari. Depromtus nummulus est ex *Museo Reginæ Christinæ.*

N u m. 20. & 21.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*TIBERIUS AUGUSTUS.*) *Caput Tiberii nudum.*

ΣΕΒΑΣΤΗ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. (*AUGUSTA SARDIANORUM.*) *Caput Liviæ sive Juliæ.*

Certatim Asiæ Minoris civitates cultum suum & venerationem suam Tiberio & Juliæ Augustæ obtulerunt, præsertim postquam desolatas terræ motu restituit easdem Tiberius, inter quas *Sardiani* hunc nummulum cuderunt.

N u m. 22. & 23.

ΣΕΒΑΣΤΟΙΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΙ. (*AUGUSTO ET AUGUSTAE SMYRNAEI.*) *Capita jugata Augusti & Liviæ.*

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΚΟΛΥΒΑΣΙΟΥ. (*DIONYSIUS COLYBASII FILIUS*) *Vesta tutulata stans, dextra scipionem tenet, lævo brachio cippo inposito: manu victoriolam, quæ corollam illi porrigit, sustinet, cum adposita ad cippi latus columba.*

Commune hic typus urbis Smyrnæ solet esse symbolum, atque in plurimis ejus urbis nummulis inveniri, de quo alibi plura. ΚΟΛΥΒΑΣΙΟΥ gignendi casu legi debet, non in nominandi ΚΟΛΥΒΑΣΙΟΣ. quod alii nummi, ut & *Vaillantius* ostendunt. Edidit illum *Car. Patinus* p. 56. Servatur in *Thesauro Regio.*

N u m. 24. & 25.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙ ΣΕΒΑΣΤΟΙΣ (*SMYRNAEI AUGUSTO ET AUGUSTAE.*

ΛΕΟΝΤΙΣΚΟΣ ΙΠΠΟΜΕΔΟΝΤΟΣ. (*LEONTISCUS HIPPOMEDONTIS FILIUS.* *Typus idem.*

Depinxit nummulum hunc *Morellius* ex *Museo ill. Colberti, Marchionis de Seignelay.* Invenitur quoque in *Museo nostro.*

N u m.

NUM. 26 & 27.

. . . . . ΣΕΒΑΣΤΟΙΣ (. . . . . . AUGUSTO ET AUGUSTAE.) Capita Augusti & Liviæ ex adverso opposita. ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛεως. *(TARSI METROPOLIS.) Templum octo columnarum, in cujus frontispicio legitur*, ΚΟΙΝου ΚΙΛΙΚιας *(COMMUNE CILICIAE) in summo fastigiatum.*

Inter reliquas Asiæ civitates & terras, quæ in honorem Liviæ atque Augusti templa exstruxerunt, Tarsenses id quoque communi sumtu Cilicum fuisse factum hoc nummulo declarant. Tarsum vero Provinciæ Ciliciæ Metropolin exstitisse sub Augusto & Tiberio testatur *Strabo* Lib. IV. p. 674. seu novæ editionis 991. Depinxit *Morellius* elegantem nummulum ex *Gaza Reginæ Christinæ.*

NUM. 28. & 29.

ΘΕΑ ΛΙΒΙΑ. *(DEA LIVIA.) Caput Liviæ.*

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΜΑΘΥ. *Lege* ΜΑΓΥδεων. *(AUGUSTUS MAGYDENSIUM.) Caput Augusti nudum.*

Magydus Pamphiliæ urbs est, quam inter *Catarractem* & *Cestrum*, Pamphyliæ fluvios, ponit Ptolemæus. Lectio ΜΑΓΥ. pro ΜΑΘΥ. est a *Vaillantio*, qui testatur nummum suum illam scripturam exhibere in *Aug* p. 6. & 7. Quamvis autem ΘΕΑ, *(DEA)*, in hoc nummulo vocatur Livia, non tamen post mortem ejus cusa fuit; tum enim ΙΟΥΛΙΑ (JULIA) scriptum inveniretur. Sed Pamphylii Magydenses adulationis Asiatico more specimen dantes, Augusti conjugem Deam vocarunt. Servatur *in Museo Regio.*

NUM. 30. & 31.

ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ *(JULIA AUGUSTA) Caput Juliæ.*

ΜΑΡΚΟΣ ΜΑΝΝΟ . . . . *(MARCUS MANNUS . . . .) deletis reliquis. Clava.*

Temporibus Trajani Imperatoris in Arabiæ parte ultra Euphratem fluvium, e regione Commagenes, inter Osroœnen sive Edessam atque Armeniam Majorem regnasse legitur quidam Mannus, de quo testatur *Dio Cassius* Lib. LXVIII. p. 780. & 781. venisse ad Trajanum in iis regionibus versantem, ut victorias ipsi gratularetur. Temporibus Imperatorum M. Antonini & L. Veri alter Rex Mannus agnoscitur exstitisse, cujus elegantem nummulum Græcum argenteum cum Lucillæ imagine vulgavit *Petrus Seguinus Select. Numism.* p. 152. & cujus mentionem facit *Ezech. Spanh.* de *Usu & Præst. Numism.* Tom. 1. p. 476, 477. Tertium Mannum, reliquis antiquiorem æreus hic nummulus suppeditat, in quo regius quidem titulus injuria longi temporis est abolitus, nomen tamen, quod (sicuti Pylæmenis Regibus Paphlagoniæ) Arabiæ istius partis Dynastis proprium fuisse videtur, Manni, retinet. Dictus fuit hic Mannus prænomine Marcus. Unde vix dubito, quin hic quoque exstiterit inter illos Reges, quos beneficiarios suos, adtributis Regnis, fecerat Triumvir Marcus Antonius, cujus prænomen propterea adsumserit hic Mannus. Eodem videlicet modo, quo Tarcondimotus, Cilicum Rex itidem M. Antonii beneficiarius, Antonii pariter adsumsit nomen, prout existimat ad rarissimum illius Regis nummum Illustris Marchio Scipio Maffejus in Verona Illustrata Tom. III. p. 259. Quamvis in ejus quidem Tarcondimoti nummo inscriptio Μ. ΑΝΤΩΝΙΟΥ. (sic enim nomen & prænomen Triumviri conjunctim leguntur.) nobis non ad Tarcondimotum sed ad M. Antonium Triumvirum spectare videatur, & ad Statuam in ejus honorem a Tarcondimoto expressam in nummo & in inlustriori Regni loco dedicatam. Quod fusius docuimus in *Historia Universali, patrio sermone edita*, Tom. III. p. 142. Clava ad *Herculis* cultum & peregrinationes spectat, atque pariter in quodam Nummo Archelai, Cappadociæ, & Mithridatis, Magnæ Armeniæ Regum, invenitur. Servatur nummulus *in Museo Regio.*

NUM. 32. & 33.

ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. *(JULIA AUGUSTA.) Caput Juliæ seu Liviæ Augustæ.*

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΗΡΩΔου ΞΕ . . . *(REGIS HERODIS . . .) Tres spicæ.*

Monumentum est cultus singularis, quo Liviam sive Juliam Augusti prosecutus fuit Judæorum rex Herodes Magnus. Expertus enim illam sibi semper fuerat benevolam. Unde & condita recens Cæsarea Augusta, ad dedicationem ejus & magnificentiam ludorum misisse ex Italia ad Herodem legitur Livia τὰ πολλὰ τῶν ἐκεῖ πολυτελεστάτων, ὡς μηδὲν ὑστερεῖν, *multa ex pretiosissimis, quæ ibidem inveniebantur, ita ut nihil deforet*, teste *Josepho* in *Antiq. Jud.* Lib. XVI. Cap. 5. p. 797. Quare & inter hæredes Herodis scripti Cæsar Augustus & Livia, is quidem mille, hæc quingentis talentis honorata fuit. *Josephus* ibid. Lib. XVII. Cap. VI. p. 842. Spicæ tres, *Judaicæ* religionis & festivitatis symbolum, in regis Agrippæ nummulis quoque inveniuntur. Literæ ΞΕ . . . propter defectum reliquarum obscuræ nimis sunt, quam ut eas interpretari possim. Depinxit *Morellius* ex *Thesauro Christinæ Reginæ.*

NUM.

NUM. 34. & 35.

ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. (*JULIA AUGUSTI.*) *Caput Juliæ sive Liviæ.*

. . . . . *Epigraphe deleta. Aquila.*

Habuimus similem sed medii (quum hic sit minimi) æris supra Tab. præcedente Num. 7. 8. Utrumque ex eodem *Ill. Colberti Marchionis de Seignalay Museo* depinxit *Morellius.*

NUM. 36. & 37.

ΙΟΥΛΙΑ. (*JULIA.*) *in corolla.*

Λυκάβαντος ς. (*ANNO VI.*) *Tres Balsami flosculi.*

Cusus fuit hic nummulus post mortem Augusti, ut Juliæ in nummo nomen declarat, anno videlicet sexto; quo solus principatum tenebat Tiberius.

NUM. 38. & 39.

ΙΟΥΛΙΑ. Λυκάβαντος θ. (*JULIA. ANNO IX.*) *Palmæ ramus.*

ΤΙΒέριος ΚΑΙΣΑΡ. (*TIBERIUS CAESAR.*) *in Laurea.*

Anno nono imperii Tiberii Cæsaris in Judæa palmifera signatus fuit nummulus, quum adhuc supprestet mater ejus Julia.

NUM. 40. 41.

ΑΡΤεμις ΣΕΒΑστή. (*DIANA AUGUSTA.*) *Caput Liviæ Augustæ.*

Sine Epigraphe. Cervus stans.

Exiguum hunc sed elegantem nummulum, in quo veluti Dianam suam celebrant Ephesini Liviam, edidit & explicavit Petrus Seguinus in Selectis Numism. Ed. pr. p. 53. & secundæ p. 67. quem vide. Fuit olim Seguini, ut dixi, nunc cum reliquis ejus Viri *in Thesauro Regio* servatur.

TABULA IV.

EXHIBENS

M. VIPSANII AGRIPPAE

NUMMOS EX OMNI MODULO ET METALLO

NUM. 1. 2. 3.

DIVUS JULIUS DIVI Filius. Capita adversa Julii Cæsaris laureatum & Cæsaris Octaviani nudum.

IMPerator CAESAR DIVI JULIi Filius. Caput Cæsaris Octaviani nudum.

Marcus AGRIPPA COnSul DESIGnatus in area nummi.

Anno U. C. DCCXVI. Coss. Claudio Pulchro & Norbano Flacco, in proximum annum Consul designatus fuit M. Vipsanius Agrippa, cujus memoriam præclari hi nummi servant. De utroque actum fuit ad *Thes. Morell. Famil. Rom.* in *Fam. Vipsania* p. 450. & copiose de primo, qui in auro etiam exstat apud *Chr. Schlegel.* ad *Julii Cæsaris Nummos* Tab. III. Num. 16. & 17. p. 44. Servatur uterque in *Thes. Schwartzburgico.*

Encomium vero M. Agrippæ hoc exstat apud *Tristanum Comm. Histor.* p. 130. & 131. „ MARCUS VIPSANIUS AGRIPPA merita, par les „ grands & signalez services qu'il avoit rendus à „ Auguste, & par sa vertu & son industrie, une „ gloire immortelle; & de le seconder en autho„ rité; voire d'estre choisi par luy pour son gen„ dre, bien qu'il fust de basse condition, mais il „ s'estoit rendu digne de cet honneur. Car l'on „ peut dire avec verité de ce personnage, qu'Au„ guste luy devoit sa grandeur, & son establisse„ ment en la Monarchie du monde; par les re„ nommées victoires & finales qu'il remporta sur „ Sextus Pompejus, & sur Marc Antoine; Ayant estê

„ eſté pour tous ſes deſſeins ſon Oracle, & pour „ les executer ſon bras droict, y ayant en luy autant de prudence & de prövoyance, que de valeur & d'experience. Auſſi Auguſte ſe voyant „ malade un jour, & ne croyant par en guerir, „ teſmoiſgna qu'il deſiroit qu'Agrippa luy ſuccedaſt à l'Empire, ce dit *Dion*. Toutesfois l'honneur qu'Auguſte luy fit de le faire ſon gendre, „ fut en effet une mavaiſe recompenſe de ſes ſervices. Car l'impudicité de *Julia* pleine d'une „ inſolente effronterie, luy cauſa tant de chagrin „ & de melancholie, que l'on eſtime qu'il en mourut. *Pline* dit liv. VII. chap. 8. qu'il fut ſurnommé *Agrippa*, pour ce qu'il fut tiré du ventre de ſa mere par les pieds, *tanquam ægrè partus*. Au reſte il fut ſans contredit le plus „ grand Capitaine de ſon ſiecle après Jules Cæſar, „ & le plus ſage, plus moderé, & le plus fidele „ Conſeiller qu'aucun Empereur ait jamais eu en „ cet Empire. Eſtant d'ailleurs ſi humain & debonnaire, qu'il ſouffrit meſme ſans ſe vanger la „ brutale inſolence du fils de *Ciceron*: lequel plein „ de crapule, luy jetta à la teſte ſa taſſe banquetant avec luy, (ce dit le meſme *Pline* liv. XIV. „ chap. 22.) Il donna auſſi des marques d'un bon „ politique, comme lors qu'il conſeilla Auguſte „ de faire mettre en vente l'effrenée multitude „ des ſtatuës & tableaux, le luxe en eſtant ſi „ grand & ſi exceſſif dans *Rome*, que la dépenſe „ en avoit ruiné pluſieurs, & cauſé un dommage tout evident pour le general, ainſi que ce „ meſme Autheur le remarque livre XXXV. chap. „ 4. Ce qu'il ne fit pas toutesfois par quelque humeur bigearre ou meſquiere qui fuſt en luy; „ ayant eſté celuy de tous les *Romains* qui a le „ plus embelly en ſon temps, & plus illuſtré la „ ville de Rome de ſuperbes & magnifiques ouvrages à ſes dépens. Témoins en ſont le Pantheon, les Thermes ou Bains publics, & les „ voûtes des Cloaques, ouvrage eſtimé d'une dépence infinie, mais de plus grande utilité encore, dont cét Autheur & autres ſont mention. „ Voyez ſon ſixiéme livre chapitres 15. & 25. „ Ce qui fait que *Seneque* en ſon troiſiéme livre „ *de Beneficiis* chapitre 32. dit, parlant de la gloire acquiſe par luy. *Utrum majus beneficium dedit* „ *Marco Agrippæ pater, ne poſt Agrippam quidem* „ *notus, an Patri dedit Agrippa navali corona inſignis,* „ *unicum adeptum inter dona militaria decus? qui tot* „ *in Urbe maxima opera excitavit, quæ & priorem* „ *magnificentiam vincerent, & nullâ poſtea vincerentur.* Ayant auſſi témoigné par tout ailleurs qu'il „ eſtoit autant liberal que magnanime, comme „ envers le Temple de *Hieruſalem*, ainſi que *Philon Juif* le fait voir en ſa Legation page 799. „ & à *Athenes*, où il fit faire au Ceramique un ſuperbe Theatre appellé *Agrippeum* de ſon nom, „ duquel parle *Philoſtrate* en la Vie de *Sophiſte Alexandre*: De plus *Strabon* ſur la fin de ſon quatriéme livre nous apprend, qu'Agrippa porté „ de ce genereux Genie pour l'ornement & commodité de l'Empire Romain, fit faire des grands „ chemins publics; ſçavoir un depuis les Cevenes, qui paſſoit dans l'Aquitaine juſques à „ Saintes; le deuxiéme devers le Rhin, le troiſiéme juſques à la Mer Occeane à travers le „ pays des Beauvoiſiens, & des Amianois, & le „ quatriéme dans la Gaule Narbonnoiſe, paſſant „ au long de le coſte Marſelloiſe. Or entre les „ ſenſibles atteintes de douleurs que les débauches „ de Julia luy donnerent juſques à le mort, il „ eut encores a ſe défendre de celles des gouttes. „ Pour leſquelles domter, il ſe reſolut de prendre „ l'uſage des pieds, en ſe plongeant dans du vinaigre preſque boüillant, comme *Pline* le particulariſe, faiſant mourir la Goutte, quoyqu'invincible, avec ſes pieds. Il mourut n'ayant „ encore atteint cinquante & un an, infiniement „ regretté de ſon Prince, du Sénat, & de tous „ les Sujets de l'Empire Romain."

Num. 4. 5.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Cæſaris Auguſti nudum, lævam verſus, ut Tab. III. Num. 99.

Marcus AGRIPPA. PLATORINUS III. VIR. Caput M. Agrippæ nudum, lævam verſus.

De hujus nummi interpretatione egimus ad *Morell.* in *Fam Vipſania* p 450. & *Sulpicia* Tab. II. Num. 5. p. 408. Cuſus enim eſt a *C. Sulpicio* Platorino Triumviro Monetali. Servatur in *Theſauro Schwartzburgico* & in *Muſeo noſtro.*

Num. 6.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Auguſti laureatum lævam verſus.

Marcus AGRIPPA TRIBunicia POTeſtate COnSul TERtium. M. Agrippæ caput nudum lævam verſus.

M. Vipſanium Agrippam, optime de ſeſe atque de Republica meritum, quamvis humili loco natum, pluribus honoribus extulerat Auguſtus, & quidem tantis, ut ex Mecænatis atque conſilii ſecretioris ſententia (vide quæ diximus ad *Numm. Famil: Morellii* p. 451.) vel conſors Imperii effici vel tolli deberet. Poſterius, magna ſua laude ſuoque bono elegit Auguſtus. Itaque generum ſibi adſcitum tribuniciæ poteſtatis (quæ certa ſucceſſionis in imperium ſpes erat) conſortem fecit. De honoribus jam ante cumulate in eumdem conlatis, ita ſcriptum reliquit *Dio Caſſius* in initio Lib. LIII. b. 496. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει ἕκτον ὁ Καῖσαρ ἦρξε, καὶ τά τε ἄλλα κατὰ τὸ νομιζόμενον ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου ἐποίησε καὶ τοὺς φακέλους τῶν ῥάβδων τῷ Ἀγρίππᾳ συνάρχοντί οἱ κατὰ τὸ ἐπιβάλλον παρέδωκεν. αὐτός τε ταῖς ἑτέραις ἐχρήσατο· καὶ διάρξας τὸν ὅρκον κατὰ τὰ πάτρια ἐπήγαγε· καὶ εἰ μὲν καὶ αὖθις ταῦτα ἐποίησεν, οὐκ οἶδα· τὸν γὰρ Ἀγρίππαν ἐς ὑπερβολὴν ἐτίμα· ἀμέλει τήν τε ἀδελφιδῆν αὐτῷ συνῴκισε, καὶ σκηνὴν, ὁπότε συστρατεύοιντο, ὁμοίαν τῇ ἑαυτοῦ παρεῖχε· τό, τε σύνθημα παρ' ἀμφοτέρων σφῶν ἐδίδοτο. *Anno inſequenti Cæſar Conſul VI. cùm alia omnia ſecundum inſtituta majorum egit, tum faſces cum Agrippa collega ſuo partitus eſt, ita ut dimidia ipſe parte uteretur: ac perfunctus magiſtratu eo, juramentum patrio more præſtitit. Quæ poſtmodo etiam an fecerit, incertus ſum. Profecto enim Agrippam plurimi fecit: cui etiam ſororis ſuæ filiam in matrimonium locavit: & ſi quando ſimul in bellum proficiſcerentur, taberna-*

cu-

culum sui simile dedit, ac signum militare ut ab utroque acciperetur jussit. Tribunicii honoris, (moneta in argento quidem signata) testis est hic nummus à *Goltzio* vulgatus in *Fast. Coss.* p. 209. & in *Aug.* Tab. LXXXI. Num. 3.

NUM. 7.

AUGUSTUS COnSul XI. Caput Augusti laureatum.

Marcus AGRIPPA COnSul TERtium. COSSUS LENTULUS. Caput M. Agrippæ, lævam versus, corona murali & rostrata insigne.

De præclaro hoc nummo ex professo egimus ad *Morellii Thes. Num. Famil. Rom.* in *Fam. Cornelia & Vipsania* p. 135. & 451. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 8.

AUGUSTUS COnSul XI. Caput idem Augusti.

Marcus AGRIPPA COnSul TERtium COSSUS LENTULUS. In ambitu seu circulo exteriori legitur, IMPerator CAESar TRAIANus AUGustus GERmanicus DACicus Pater Patriæ RESTituit. Caput idem M. Vipsanii Agrippæ.

Rarissimum hunc nummum facit restitutio Trajani. Egimus de illo in eodem *Thesauro Morellii* p. 135. & 451. Servatur in *Thesauro Regio.*

NUM. 11. & 12.

Publius QUINCTILius VARus. vel Publio QUINCTILio VARo . . . . . VI. M. Vipsanii Agrippæ caput nudum.

AUGustus PONTifex MAXimus. Caput senis Augusti nudum dextram versus inter adversa Cai & Lucii, nepotum, seu filiorum, capita.

Non dubito, quin insignis hic æreus nummus primæ magnitudinis in aliqua Colonia Romana cusus fuerit. In qua scilicet alter ex Duumviris exstitit P. Quinctilius Varus, cujus nomen in nummo servatum fuit, Collegæ ejus ita eroso nomine, ut vix literarum litura superfit. In qua vero colonia fuerit cusus non liquet. Non errabimus forsan si Hispaniæ urbi alicui tribuamus. Spem Imperii designat, quam scilicet habebat maximam Augustus in nepotibus Cajo & Lucio, communicata etiam (si quid sibi in eorumdem pueritia humanitus accidisset) tribunicia potestate, adeoque vi Imperii, cum patre eorumdem, genero suo Agrippa. Primus in Specimine Rei Nummariæ vulgavit *Andr. Morellius* Tab. XVII. deinde *Jo. Vaillantius* in Lib. de *Colon.* Tom. I. p. 82. ubi à parte antica II. VIR pro IIV. . . . legit & in postica, sub puerorum capitibus C. L id est, *Cajus Lucius.* Vulgavimus eundem inter *Nummos Fam. Quinctiliæ* in *Thes. Morellio* p. 363. Servatur in *Thesauro Regio.*

NUM. 13. & 14.

Marcus AGRIPPA Lucii Filius COnSul III. Caput M. Agrippæ corona rostrata insigne dextram versus.

Senatus Consulto. Neptunus stans, dextra delphinum tenet, læva tridentem.

Notum est navale decus atque corona rostrata M. Agrippæ, qui veluti maris Deus, Neptunus, effigie ejusdem ab altera parte adumbratur. Eo habitu ut nummi in honorem maximi viri cuderentur decrevit Senatus, unde Senatus consulti cernitur addita nota. De M. Vipsanio Agrippa, atque hoc nummo ita scriptum reliquit *Tristanus à Sancto Amante* Tom. I. p. 131. „ M. AGRIPPA L. F. COS. III. *Marcus Agrippa Lucii Filius Consul tertium.* L'effigie d'Agrippa couronnée „ d'un cercle de proües de galeres. Au revers, „ Neptune sous son effigie tient un Dauphin & „ un Trident avec la marque de S. C. Or cette „ medaille nous fait voir combien Auguste prisoit la „ valeur d'Agrippa, & la recognoissance que le Senat voulut en rendre sous l'adveu de ce grand „ Prince, puis que non seulement il luy fit frapper cette sorte de medaille en son honneur; „ mais aussi l'honora des attributs de Neptune. „ Aussi à la verité M. Agrippa se fit voir avoir „ esté le plus grand Capitaine de son temps, tant „ sur mer que sur terre. De ce dernier ce „ tesmoignage de *Manilius* suffira de son premier livre, où il designe le merite de ce personnage aprés celuy de plusieurs Heros Rom: „ ainsi,

„ —— —— *matrisque sub armis*
„ *Miles Agrippa suæ* —— ——

„ Où je tombe d'accord avec *Scaliger* qu'il y faille „ lire *Martisque sui*, pour *Matrisque suæ*, pourveu „ que nous entendions ce Mars n'estre autre que „ Auguste mesme, soubs les auspices duquel Agrippa se fit tant renommer. Car à la verité on „ le devoit à juste titre qualifier le Soldat du Mars-„ Auguste, ou plustost Auguste-Mars. Mais ses „ plus grands exploits toutes fois furent maritimes, „ c'est pourquoy avec raison, il est honoré des „ attributs de Neptune en cette medaille, le nom „ duquel en effet il s'estoit donné (comme *Dion* le „ remarque livre LV.) Aussi accompagnat-il Auguste en son triomphe Actiaque, l'estendard de „ bleu pers de Neptune devant luy, & le chef „ ceint & orné d'une couronne composée de proües de galeres, comme *Virgile* le presente en „ son huictiesme livre de l'*Æneide* en ces vers,

„ *Parte alia ventis, & Diis Agrippa secundis,*
„ *Arduus agmen agens, cui belli insigne superbum,*
„ *Tempora navali fulgent rostrata corona.*

„ Et *Vellejus Paterculus* livre II. dit qu'il fut le premier des Romains honoré de cette couronne à proues, ainsi : *Hoc bello Agrippa singulari virtute meruit insigne coronæ classicæ, quo nemo unquam Romanorum donatus erat*: en quoy il se mesprend. Car *Pline* liv. XVI. ch. 4. remarque qu'avant luy le grand Pompée en honora d'une *Marcus Varrò*, pour s'estre porté valeureusement & prudemment en la guerre contre les Pirates."

Commemorat deinde tres Agrippæ conjuges, *Cæciliam Atticam, Marcellam, & Juliam*, *Tristanus*, de iis ita ibidem scribens: „ CÆCILIA ATTICA fille du renommé Chevalier Romain Pomponius Atticus fut sa premiere, de laquelle il eut Agrippine femme de Tibere.

„ MARCELLA seconde femme d'Agrippa estoit fille de Claudius Marcellus & d'Octavia, de laquelle il eut Marcus & Lucius Agrippa, mais Auguste la luy fit repudier pour luy faire (à sa male-heure) espouser Julia.

„ JULIA fille d'Auguste & de Scribonia, de laquelle a esté parlé cy-devant, & de ses enfans. Elle espousa depuis Tibere."

Et quidem, uti commemorat Vir Doctissimus, Cæciliam seu Pomponiam, Attici filiam, uxorem primam habuit Agrippa, ex qua sustulit Vipsaniam Agrippinam, Tiberio Cæsari, privigno Augusti, nuptam, & Drusi ex eo matrem, atque ab invito, ut Juliam, Augusti ex Scribonia filiam, duceret, dimissam. Ex Marcella, altera conjuge, Augusti ex sorore Octavia nepti, liberos sustulisse quidem dicitur, verum nomina eorumdem apud Veteres Scriptores non inveni, neque, unde hauserit *Tristanus*, scio. De Julia, Augusti ex Scribonia filia, Cai, Lucii, atque Agrippæ Postumi matre, omnia nota sunt. Passim apud omnes *Antiquarios* editus M. Agrippæ hic exstat nummus, & in omnibus *Museis*, propter singularem copiam invenitur. Nos quoque optime cusum & singularis pulchritudinis possidemus.

NUM. 15. & 16.

Epigraphe capitis ejusque delineatio præcedenti similis est.

IMPerator Titus VESPasianus AUGustus RESTituit.

vel,

IMPerator Domitianus AUGustus RESTituit. Typus à præcedente nihil discrepat additurque Senatus Consulti nota.

Sola restitutio hos nummos, ut omnes ejus generis, commendat. Exstant in *Thesauro Regio.*

NUM. 17. & 18.

Marcus AGRIPPA. Caput M. Agrippæ nudum, lævam versus.

IMPerator CAESAR DIVI Filius. Caput Augusti nudum lævam versus, adscribitur ad occiput locus, in quo cusus fuit nummus, Colonia Campestris Julia Babbà.

Hactenus ignoti hujus Coloniæ Nummi Antiquariis ante tempora Imperatoris Claudii fuerunt. In eo enim primum duos hujus Coloniæ nummos publicavit *Jo. Vaillantius* atque feliciter de Babbà interpretatus est, urbe Mauritaniæ Tingitanæ, à Julio Cæsare Colonia facta, sicuti nomen *Juliæ* docet, atque aucta ab Augusto, unde Augusti Coloniam vocat *Plinius* Lib. I. Cap. 1. *In mediterraneo altera Augusti Colonia est Babba, Julia Campestris adpellata.* Vide eundem *Vaillantium* Tom. I. p. 154. Passim enim Coloniæ Babbæ nummi singulares ejusmodi quatuor literas, punctulis discretas, exhibent. Quo in *Museo* nummum invenerit, adnotare neglexit *Morellius.*

NUM. 19.

Marcus AGRIPPA Lucii Filius COnSul III. Caput Marci Agrippæ corona rostrata insigne, dextram versus.

Colonia Cæsarea Augusta SCIPIONE ET MONTANO II. VIRis. Colonus agens boves.

Temporibus Cai Cæsaris nummum hunc recte adjudicat *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 8. Grata enim res Caligulæ fuit nobilitatis suæ memoriam publicis monumentis celebrare, unde tot ejus nummi ex omni metallo inveniuntur cum facie & nomine patris Germanici, matris Agrippinæ, & Augusti proavi. Secuti id sunt in ærea sua moneta Coloniæ Romanæ in Hispania, sed, quum inprudenter, M. Vipsanium Agrippam nummis suis inprimendo, ignobilitatem Vipsaniæ gentis Cæsari veluti objicerent, indignationem ejus passi videntur, sic ut, judice *Vaillantio*, privati à Caligula jure monetæ, post Caligulam nullos Imperatorum nummos, apud se cusos, nobis reliquerint. Vesanus enim ille, teste *Suetonio* Cap. XXXIII. *Agrippæ se nepotem, neque dici ob ignobilitatem ejus volebat, succensebatque si qui vel oratione vel carmine imaginibus eum insererent.* Fuit quondam *in Museo Jo. Vaillantii.*

NUM.

NUM. 20.

Epigraphe eadem, caput idem.

Colonia Cæsarea Augusta TITULLO ET MONTANO II. VIRis. *Colonus agens boves.*

Par ratio hujus nummi ut proxime præcedentis est. Colonia Cæsarea Augusta, inter nobilissimas Hispaniæ, utrumque percussit. Servatur hic *in Thesauro Regio.*

NUM. 21. & 22.

Marcus AGRIPPA *Lucii Filius* COnSul III. *Caput M. Agrippæ nudum, versus lævam.*

AUGUSTus. *Caput Cæsaris Augusti nudum, versus lævam.*

Forsitan olim adfuit detritum in ora nummi Coloniæ nomen. Omnino enim in aliqua Colonia signatus videtur. In quo inveniatur *Museo*, non additur.

NUM. 23. & 24.

Marcus AGRIPPA *Lucii Filius* COnSul ITERum DESignatus III. *Caput M. Agrippa corona rostrata insigne. Subtus Siciliæ Symbolum, tria crura, cernuntur.*

DIVOS JULIUS DIVI *Filius. Capita Julii Cæsaris & Cæsaris Octaviani adversa, illud laureatum, hoc nudum.*

Siciliæ triquetræ Symbolum memoriam rei navalis, feliciter à M. Agrippa contra Sextum Pompejum gestæ, renovat. Publicavit nummum hunc aureum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. IV. Num. 40. & XXVIII. Num. 7.

NUM. 25. & 26.

Marcus AGRIPPA *Lucii Filius* PRAEFectus ORAE MARITimæ ET CLASSis. *Caput Agrippæ corona rostrata insigne.*

EX *Senatus Consulto. Neptunus stat, nudus, dextra tridentem tenens, læva delphinum, pede lævo rati imposito.*

Ad eamdem atque universam M. Agrippæ gloriam maritimam aureus hic nummus spectat, quem vulgavit *Hubert. Goltzius* in *Augusto* Tab. XXVIII. Num. 1. & 4. Verum adfirmat *Jo. Vaillantius* tantum in omni supellectili antiquaria unum M. Agrippæ ex auro visum à sese nummum, in Cimeliis *Christinæ Reginæ*, illum videlicet cujus typus exhibetur supra Num. 7. ex auro pariter & argento. Verba *Vaillantii* in *Numism. Imp. Præstantior.* Tom. II. p. 43. hæc sunt: „ Agrippæ nummi ex argento inter rariores computantur. Ex auro unicum observavimus in „ *Museo Christinæ Reginæ*" Idem ibidem aliquanto post: „ Hic nummus ex argento inter „ rariores collocatur; aureus vero, eximiæ raritatis & elegantiæ; at argenteus cum his literis IMP. CAES. TRAIAN. &c. duplicato „ circulo, ejusdem est raritatis ac aureus."

NUM. 27. & 28.

ΜΑΡΚΟΣ ΑΓΡΙΠΠΑ ΥΠΑΤΟΣ. (*MARCUS AGRIPPA CONSUL.*) *Caput M. Agrippæ corona rostrata insigne.*

. . . . ΣΑΡ ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. (*CAESAR IMPERATOR ET TRIUMVIR.*) *Prora navis, supra quam stant tres milites armati, clypeos protendentes, ante illos erigitur signum militare.*

Græcus hic nummus, veluti Agrippæ, solius *Hub. Goltzii* fide nititur, qui illum publicavit in *Augusto* Tab. XXVIII. Num. 6. & 11. Vix fidem aliquam mereri videtur, & multo minorem is quem Auctor Chronici Cæsarum Romanorum Belgica Lingua conscripti p 4. cum facie Agrippæ, & Templo, Pantheo vulgo dicto, altera parte exhibuit, falsum omnino & confictum. Inscriptio partis anticæ est *Marcus* AGRIPPA *Lucii Filius* COnSul III. Capite Agrippæ laureato lævam versus. In postica à latere Panthei cernitur nota Senatus Consulti.

TABULA V.

EXHIBENS

NUMMOS, ÆREOS OMNES,

CAI ET LUCII FILIORUM CAESARIS AUGUSTI.

NUMMI

CAI CAESARIS AUGUSTI FILII.

NUM. 1. & 2.

Cajus CAESAR PONTifex COnSul. Caput Cai Cæsaris nudum versus lævam.

CAESAR AUGustus PONTifex MAXimus. Caput Cæsaris Augusti laureatum.

Ad Cajum & Lucium, M. Vipsanii Agrippæ ex Julia Augusti filios, quos avus Augustus adoptaverat, progredimur. Hos in flore juventutis, continuatis funeribus, invida domui Cæsareæ mors, non sine fraude novercæ Liviæ, ut creditum fuit, acerbo cum luctu Augusti, rapuit. Et de Cajo quidem Cæsare in secunda atque locupletata insigniter editione, apud *Jo. Tristanum Sanctamantium Comm. Histor.* Tom. I. p. 136. hæc scripta invenio: „ *Cajus Cæsar* & *Lucius Cæsar*, „ dont je parleray aussi particulierement cy-a„ prés, étoient freres & enfans d'Agrippa & de „ Julia, & adoptifs d'Auguste, estants aussi par „ consequent ses neveux. *Cajus* estoit l'ainé, & „ lequel je trouve estre aussi appellé *Claudius Cæsar* „ par *Sextus Rufus* en son Epitome, & cela par „ quatre fois. C'estoit au reste un jeune Prince „ de grand esperance: mais le malheur de la mai„ son d'Auguste fut tel, qu'il mourut encore ado„ lescent en l'aage de dixhuict ans. Auguste „ l'ayant fait declarer Prince de la jeunesse, & „ designé Consul à quatuorze ans, le fit general „ des Legions Romaines en Armenie, où il l'en„ voya, luy souhaittant la valeur de Scipion, „ qu'il fût aimé des Soldats & des Peuples, com„ me Pompée & sa bonne fortune; ce dit *Plutarque* en son Traité de la Fortune des Romains. „ Aussi fit-il voir en cette guerre, qu'il estoit pour „ parvenir un jour à la gloire de ces deux grands „ Capitaines, s'il eust plus longuement vescu; car „ il y donna des marques insignes de sa valeur & de „ sa capacité. Mais aprés avoir acquis plusieurs vi„ ctoires contre les Barbares, assiegeant *Attagera*, „ ville d'Armenie, il fut attiré à un parlement simulé „ par le Gouverneur de cette place, nommé *Addon*, ou *Adduus*, comme *Vellejus Paterculus* le „ nomme; & tellement blessé à la tempe d'un „ coup de flesche, qu'il luy tira par une grande „ perfidie, qu'il en demeura depuis si fort debili„ té d'esprit, de sens & de force, qu'il en mou„ rût bien tost aprés, avant que de pouvoir at„ teindre l'Italie pour le retour, ayant esté rap„ pellé par Auguste à sa requeste. Au reste *Sextus Rufus* appelle ce traitre, qui le blessa *Domnes*, & dit, qu'il luy donna non un coup de fle„ che, mais un coup de couteau, en lui pre„ sentant le memoire des Thresors, qu'il feignoit „ luy vouloir livrer: De sorte que ce jeune Prin„ en mourut quelque temps aprés, comme je le „ viens de dire. Et *Tacite* dit que plusieurs cru„ rent que Livia luy avoit fait dresser ce piege. „ Or comme il estoit prest de partir pour aller „ chasser les Parthes de l'Armenie, *Ovide* (1) com„ posa:

(1) Itaque in Libro de *Remedio Amoris*, vs.141. quem composuit durante bello Parthico, ubi otio foveri Amorem, tolli labore, dixit, adjicit hos versus,

Sunt fora, sunt leges, sunt, quas tuearis, amici,
Vade per urbanæ splendida castra togæ:
Vel Tu Sanguinei juvenilia munera Martis
Suscipe, deliciæ jam tibi terga dabunt.
Ecce fugax Parthus, magni nova caussa triumphi,
Jam videt in campis Cæsaris arma suis,
Vince Cupidineas pariter, Parthasque sagittas;
Et refer ad patrios bina tropæa Deos.

,, posant son livre *de Arte Amandi*, a ce temps là; le loüe ainsi en son premier livre,

,, *Ecce parat Cæsar domito quod defuit orbi*
,, *Addere, nunc Oriens ultime noster eris.*
,, *Parthe dabis pœnas, Craſſi gaudete ſepulti,*
,, *Signaque barbaricas non bene paſſa manus.*
,, *Ultor adeſt, primiſque Ducem profitetur in annis*
,, *Bellaque non puero tractat agenda puer.*
,, *Parcite natales timidi numerare Deorum,*
,, *Cæſaribus virtus contigit ante diem.*
,, *Ingenium cœleſte fuit, velocius annis*
,, *Surgit, & ignavæ fert malè damna moræ.*

,, Et puis il l'anime ainsi à prendre vengeance des outrages receus des Barbares,

,, *Cum tibi ſint fratres, fratres ulciſcere læſos,*
,, *Cumque pater tibi ſit, jura tuere patris.*
,, *Induit arma ſibi genitor patriæque tuuſque.*
,, *Hoſtis ab invito regna parente rapit.*

,, Adjoustant un peu après cette priere,

,, *Marſque pater, Cæſarque pater, date munera*
,, *eunti;*
,, *Nam Deus e vobis alter es, alter eris.*

,, Et lors qu'il estoit en cette expedition combatant les Parthes, *Virgile* témoigna qu'il acheva ses Georgiques: (2) Car c'est de nostre *Cajus Cæsar* dont il parle en ces vers du dernier livre de cet Oeuvre sur la fin.

,, *Hæc ſuper arvorum cultu pecorumque canebam,*
,, *Et ſuper arboribus, Cæſar dum magnus ad altum*
,, *Fulminat Euphratem bello, victorque volentes*
,, *Per populos dat jura, viamque adfectat Olympo.*

,, Et non pas d'Auguste, comme on l'a estimé jusques à présent: car il faut considerer, qu'Auguste ne fut pas en cette guerre, mais Cajus son neveu, & tout ensemble son fils par adoption, lequel força *Phraates* Roy de *Parthes* d'abandonner l'*Armenie*, & la quiter aux Romains, comme *Dion Caſſius* le remarque en son trente-cinquiéme livre. Car quand *Virgile* dit:

,, — — — — *Victorque volentes*
,, *Per populos dat jura, viamque adfectat Olympo.*

,, il entend qu'estant victorieux des Parthes, il remit sous les loix d'Auguste, les Peuples de l'Armenie & de la Syrie, qui l'avoient desiré, & d'estre retirez de la domination & servitude des Barbares: & qu'il faisoit bien voir par ses belles actions, qu'il le dressoit le chemin de l'immortalité, & qu'il taschoit de se rendre digne d'estre quelque jour mis au nombre des Dieux. Estant apparant que *Virgile* parle en cet endroit d'un jeune Conquerant, & qui commençoit d'acquerir de la gloire, par quelque victoires nouvellement acquises par luy, & non pas d'Auguste, qui des-jà & de longue main estoit veneré comme un Dieu, voire qui estoit appellé par ce Poëte mesme, & qualifié Dieu. Mais *Vellejus Paterculus* livre deuxiéme, pour obliger par ces flatteries plus affectées Tibere, tasche ainsi à deprimer la gloire de Cajus Cæsar en sa faveur, à cause qu'il sçavoit qu'il en avoit tousiours esté fort jaloux de son vivant: *Breve ad hoc intercesserat ſpatium, cum Cajus Cæſar, aliis provinciis ad ſedandum obitis, in Syriam miſſus, convento prius Tiberio Nerone, cui omnem honorem ut ſuperior habuit, tam varie ſe ibi geſſit, ut nec laudaturum magna, nec vituperaturum mediocris materia deficiat.* Cet Historien se donnant bien de garde de remarquer comment Tibere s'humilia devant Cajus, le venerant & respectant comme son Superieur; tant s'en faut que Cajus le reconnut estre le sien, ainsi que *Dion* le remarque en son cinquante-cinquieme livre, & cela fondé sur ce qu'il sçavoit que Tibere l'avoit tousiours haïs secrettement. Ce qui luy fait encore parler ainsi desavantageusement un peu aprés, de l'humeur & de la conduite de ce jeune Prince, ainsi: *Armeniam ingreſſus prima parte introitus proſpere geſſit, mox in colloquium, cui ſe temere crediderat, circa Attageram graviter a quodam, nomine Adduo, vulneratus, ex eo, ut corpus minus habile, ita animum minus utilem Reipublicæ habere cœpit. Nec defuit converſatio hominum, vitia ejus adſentatione alentium. Etenim remotiſſimo terrarum orbis angulo conſeneſcere, quam Romam regredi mallet. Diu reluctatus invituſque revertens in Italiam, in urbe Lyciæ, Lymiram vocant, morbo obiit* &c. On voyez que cet Historien, qui ailleurs blasme avec tant d'affectation la flatterie, se manifeste icy neanmoins comme en toute son Histoire pour le plus grand flatteur des Historiens: duquel l'on peut dire, qu'à la verité, comme il y a subject de regreter la perte d'une partie de son Histoire, comme estant net & elegant Escrivain, que d'autre part sa flatterie continuelle faisant douter de la verité de son Histoire; Il y a dequoy se consoler. Car mesme nous voyons qu'il est seul qui ait escrit que ce jeune Prince retourna de son expedition pour prendre le chemin de l'Italie, avec tant de regrets. Ayant remarqué avec beaucoup plus d'apparence de verité: Que lors que Cajus Cæsar eut pris la robbe virile, & que Lucius Cæsar estoit aussi prest de la prendre, il demanda permission à Auguste de s'aller reposer aprés avoir eu beaucoup de fatigues en ses expeditions, dissimulant le veritable subjet de la requeste qui estoit, ce dit *Vellejus*, qu'il craignoit que son lustre, & la gloire de ses belles actions, n'éblouist l'éclat de l'Orient de ces jeunes Cesars. *Ne fulgor ſuus orientium juvenum obſtaret initiis, diſſimulata cauſſa conſilii ſui, commeatum ab ſocero, atque eodem vitrico, adquieſcendi à continuatione laborum petiit.* Au reste Auguste l'aimoit tendrement. Ce qu'il luy tesmoignoit particulierement és lettres qu'il luy escrivoit, dont *Gellius* rapporte celle-cy, qu'il insere en son quinzieme livre chap. septieme. Voicy ce qu'il remarque: *Nocte quoque iſta proxime ſuperiore, cum librum Epiſtolarum Divi Auguſti, quas ad Cajum, nepotem ſuum, ſcripſit,* ,, *lege-*

(2) Vehementer hic falli doctissimum Tristanum liquido docet Eminentiss. *Norisius* ad *Cenotaphia Piſana* Diss. II. Cap. XIII. Operum Tom. III. p. 294. Nam, quum *Virgilius* Poëta supremum diem clausit Coss. *C. Sentio Saturnino* & *Q. Lucretio* A. U. C. DCCXXXV. primum modo ætatis annum exegerat Cajus; ut insigni anachronismo conjectura ista, quam operose conatur defendere ejusdem auctor, laboret.

,, *legeremus, duceremurque elegantia orationis, neque*
,, *morosa neque anxia, sed facili hercle & simplici. Id*
,, *ipsum in quadam Epistola super eodem anno scriptum*
,, *offendimus, ejusque epistolæ exemplum hoc est. VIII.*
,, *Kal. Octobr. Have mi Cai, meus ocellus jucundissi-*
,, *mus, quem semper, medius fidius, desidero cum*
,, *à me abes, sed præcipue diebus talibus, qualis est*
,, *hodiernus. Oculi mei requirunt meum Cajum, quem*
,, *ubicunque hoc die fuisti spero lætum & benevolen-*
,, *tem celebrasse quartum & sexagesimum natalem*
,, *meum. Nam, ut vides,* κλιμακτῆρα *communem*
,, *seniorum omnium, tertium & sexagesimum annum,*
,, *evasimus. Deos autem oro, ut quantum mihi su-*
,, *perest temporis, id salvis vobis traducere liceat in*
,, *statu Reipublicæ felicissimo* ἀνδραγαθούντων ὑμῶν καὶ
,, διαδεχομένων *stationem meam.* Je trouve aussi
,, dans *Quintilian* livre premier chap. VI. pag. 13.
,, qu'Auguste recommande en l'une de ses epitres
,, qu'il luy écrit, de ne plus dire ny escrire *cali-*
,, *dus* pour *caldus*, non comme n'estant pas un
,, mot Latin, mais comme estant un mot odieux
,, à cause de son affectation trop exacte & cu-
,, rieuse, *Augustus in Epistolis ad Cajum Cæsarem*
,, *scriptis*, ce dict *Q.in.ctilien*, *emendat, quod is*
,, *calidum dicere quam caldum malit, non quia illud*
,, *non sit Latinum, sed quia sit odiosum, & ut*
,, *ipse Græco verbo significavit*, περίεργον "

Eo vero ordine Numismata Cai & Lucii prosequitur *Morellius*, ut primo quidem loco Cai ponat qui cum solius Cai effigie signati sunt, deinde, qui Lucii solius, & tandem illos, qui junctas utriusque effigies produnt. In hoc nummo occurrit Cajus Cæsar, non modo Pontificis, sed & Consulis ornatus titulo; quem honorem in ipsum, jam antea Consulem una cum fratre Lucio designatum, contulit Augustus. Consulatum iniit Cajus A. U. C. DCCLIV. in Syria, in quam provinciam ab Augusto missus fuerat. Eumdem Consulatum non modo iniisse, collega *L. Æmilio Paulo*, sed & integro anno gessisse, evidenter ostendit Eminentissimus *Purpuratus Norisius Dissert. Secunda* ad *Cenotaphia Pisana*. Tom. Op. III. p. 388. atque clare ex verbis *Cenotaphii* hisce demonstrat, POST CONSULATUM, QUEM ULTRA FINIS EXTREMAS POPULI ROMANI BELLUM GERENS FELICITER PEREGERAT. Quin & ibidem illam hujus nummi partem, qua caput Cai exprimitur, adferens in Consulatus testimonium, prædicat benignitatem *Francisci Biragi Mediobarbi*, cujus opera aucta semel atque iterum prodierunt *Occonis Numismata*, ut qui ectypum ejusdem nummi ad ipsum transmiserit. Utramque vero nummi partem vulgavit *Jo. Vaillant.* in *Numism. Imp. Rom. Præstant.* Tom. I. p. 6. Servatur hic nummus in *Thesauro Regio.*

NUM. 3. 4.

Cajus CAESAR AUGUSTI *Filius. Caput Cai nudum lævam versus.*

JULia TRAducta. Racemus uvarum.

Traductani Hispaniæ Bæticæ hunc nummum in Colonia sua cusum, nepoti Augusti, ut qui spem imperii habuit, dedicarunt. Vini bonitatem & copiam uvarum racemus seu botrus ostendit. Vulgavit primus *Carolus Patinus* ad *Sueton.* Cap. LXV. p. 115. *Cardinalis Norisius* in *Cenotaph. Pisanis* p. 92. seu Operum Tom. III. p. 137. Deinde ex eodem *Jo. Vaill.* in *Numm. Colon.* Tom. I. p. 84. Exstitit in *Museo Christinæ Reginæ.*

NUM. 5. & 6.

ΓΑΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ (*CAJUS AUGUSTI FILIUS.*) *Caput Cai nudum lævam versus.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *Caput Cæsaris Augusti laureatum lævam versus.*

Complures nummos in honorem domus Augustæ signarunt Thessalonicenses, quos studiose congestos contemplari licet inter *Selecta Numism. Wildiana* (in cujus Museo hunc ipsum & reliques, præsertim his diebus, quibus Catalogum supellectilis Antiquariæ pridem defuncti viri optimi, rogantibus heredibus, confeci) & hunc quidem ibidem Tab. XIV. Num. 83. Depinxit eumdem, sed minus integra inscriptione, Eminentissimus *Cardinalis Norisius* in *Cenotaphiis Pisanis*, Oper. Tom. III. p. 325. ex Museo D. *Petri Mauroceni*, Veneti Senatoris, atque Comitis *Joannis Lazaræ* Patavini.

NUM. 7. & 8.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. (*CAJUS CAESAR.*) *Caput Cai Cæsaris lævam versus.*

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum lævam versus.*

Non additur huic nummo notitia Urbis in qua cusus fuerit. Opinari licet Thessalonicæ quoque signatum fuisse. Delineavit eumdem *Morellius* ex Museo *Francisci Dronii* Canonici.

NUM. 9. & 10.

Cajus CAESAR AUGUSTI *Filius. Caput Cai Cæsaris ad lævam conversum, & corona radiata insigne, ante illud fulmen cernitur.*

AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, versus lævam.

Non indicat *Andr. Morellius* unde nummulum hunc hauserit. Corona radiata forsitan innuit Apollinem, cujus filius haberi haud indignabatur Augustus, & sicuti ipsius Augusti faciei ad-po-

pofitum vidimus fulmen fupra in *Aug.* Tab. VIII. Num. 271. 272. & in *Liv.* Tab. I. Num. 5. ita nimirum hic faciei nepotis Cai, tanquam ab Apolline & Jove heroicum genus deducentis.

NUM. 11. & 12.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ. (*CAJUM CAESAREM fubaudi colunt.*) *Caput Cai Cæfaris radiatum lævam verfus, poft illud aftrum eft.*

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ (*SMYRNAEORUM.*) *Cancer five Carabus.*

In nummulis Smyrnæ, utpote urbis maritimae, Cancer aliquando invenitur, fignificandi fitus gratia & propter nobilitatem portus. Smyrnæi autem hoc nummulo Cajum, veluti Apollinis Augufti nepotem, corona radiata ornarunt, adpofito aftro; five Solis, five Veneris, feu denique Sidere Julio. Delineavit nummulum hunc *Morellius* ex *Thefauro Collegii Ludovici Magni*, ut adpofita nota indicat, fed dubitaffe haud inmerito videtur, utrum fpectet ad Cajum Cæfarem, Augufti nepotem, an vero ad Imperatorem Cajum Caligulam, fub quo averfam partem nummuli hujus & quidem ex eodem *Thefauro* (quod & ibi addita fimilis nota docet) depinxit Tab. VI. Num. 18. Nummulum tamen eundem, a *P. Jacobo Sirmondo* nactus *Triftanus* edidit *Comm. Hiftor.* Tom. I. p. 139. & 140 & Cajo, nepoti Augufti adjudicavit. In cujus pictura id occurrit notatu dignum, quod præter coronam radiatam laurea quoque caput Cæfaris cingat. Sed audiamus ipfum *Triftanum*, cujus hæc funt verba: „ ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ. CAJUM CAESAREM Le „ jeune Cajus Cefar, neveu d'Augufte ayant le „ chef radieux, & ceint d'une couronne de lau„ rier avec l'aftre de Cefar derriere luy. Au re„ vers il y a ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ, SMYRNAEORUM, „ des Smyrneans, le Cancer ou l'Ecrevice Signe „ Celefte. Cette petite Medaille de cuivre, bel„ le en perfection, & encore plus rare, qui m'a „ efté courtoifement communiqué avec la fuivan„ te par le docte & Reverend Pere *Jaques Sirmond* de la Societé de Jefus, eft tres-remarqua„ ble en tout ce qu'elle contient: au moins fi el„ le a efté frappée pour les raifons qui m'en font „ venuës en la penfée. Il a donc à confide„ rer que ce fut la couftume des Romains, qui „ fembla commencer dés la naiffance de leur Em„ pire, & dont j'eftime Marc Antoine avoir efté „ l'autheur avec Cleopatre, en faveur de leur fils „ Alexandre; de reprefenter les Jeunes Princes „ deftinés pour l'Empire fous les Effigies de l'O„ rient, tant pour marque de leur gloire naiffante, „ que pour prognoftic de leur fortune & grandeur „ future, qui devient égaler le Soleil en leurs cour„ fes & progrés, par une fuitte continuelle de vi„ ctoires qu'ils devoient acquerir avec une rapidi„ té tellement Solaire: qu'en moins de temps que „ le Soleil ne parcourt l'Univers, ils l'auroient „ entierement affujetty à fes loix, commençans „ mefme par l'Orient, dont la conquefte leur „ eftoit le plus à cœur. Ainfi vous voyez ce jeu„ ne Cefar eftre ainfi reprefenté, & encore avec „ la Couronne de Laurier pour marque d'une vi„ ctoire toute certaine, eftant en fon expedition „ pour lors contre les Parthes, fur lefquels il al„ loit conquerir l'Armenie: favorifé en fes pre„ mieres armes de l'affiftance de l'Aftre de Jules „ Cefar fon ayeul. Or que les Smyrneans ayent „ fait battre cette forte de monnoye en ce temps„ là, le Cancer reprefenté en ce revers me le „ perfuade. Non feulement pour l'opinion que „ les anciens avoient que cét Aftre avoit cette „ influence de conferer la grace de dompter & „ mettre à la raifon leurs ennemis, ou pour le „ moins de les chaffer, & leur faire tourner le „ dos; & que pour cette confideration ils le por„ toient gravé en leurs anneaux: Mais auffi pour „ autant que ce figne a fon afcendant fur l'Arme„ nie, s'elevant fur l'horizon Oriental, ce dit „ *Apollonius Laodicenfis* dans *Paulus Alexandrinus* „ en fes Apotelefmats, Κεῖται δὲ κλίματι, ce dit-il, „ τῷ διὰ Ἀρμενίας, ἀναβαίνει γὰρ ζώδιον ἐκ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸ „ ἐμφανὲς τοῦ κόσμου ἐν ὥραις β'. ς'. μ'. χρόνοις λα'. μ', „ κατὰ τὸ μνημονευθὲν, κλίμα ἐστὶ ἐν τούτῳ τῷ ζωδίῳ ὁ „ τοῦ κόσμου ὡροσκόπος. c'eft-à-dire, *Incumbit autem* „ *climati per Armeniam: adtollitur enim fupra hori*„ *zontem Orientalem horis* 2. 2. 4. 0. *temporibus* 31. „ 40. *In climate autem quod nominatum eft (id eft* „ *per Armeniam) adfcendit hoc fignum in ortu,* „ *quando primum cœpit.* Ce qu'il remarque contre „ les Egyptiens, qu'il fait voir avoir beaucoup failly „ és elevations des fignes du Zodiaque. Voilà donc, „ fans doute, la raifon de cette devife, que les „ Smyrneans, citoyens de Smyrne en l'Afie Mi„ neure, ingenieufement mirent à revers de leur „ monnoye frappée en l'honneur de ce jeune „ Prince, eftant lors dans cette Province, fuivans „ une plus veritable Aftrologie, que celle des „ Egyptiens qui donnoient l'afcendent de l'Ecre„ viffe à l'Ethiopie, & aux Indes Orientales, vou„ lans donner à entendre, que Cajus Cefar, comme „ le Soleil entrant en l'Ecreviffe, avoit fon afcen„ dent fur l'Armenie, rangerent bien toft cette Pro„ vince fous les loix d'Augufte, malgré les efforts „ des Parthes ennemis de fa gloire. Eftant au refte „ ce jeune Prince deftiné pour eftre Monarque du „ Monde, plus excufable, d'avoir fouffert qu'on „ l'euft reprefenté fous l'Effigie du Soleil, que ne „ fut cét effronté Grammairien *Alexarchus*, qui „ fut fi infolent, que d'en emprunter l'Effigie „ pour fe reprefenter en une ftatuë qu'il le fit à „ luy-mefme, comme *Ariftus* Salaminien le re„ marque dans *Clement* Alexandrin en fon Adver„ tiffement aux Gentils pag. 27.

NUM. 13. & 14.

ΓΑΙΟΝ . . . . (*CAJUM fcilicet venerantur*) *Caput Cai lævam verfus.*

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augufti laureatum, lævam verfus.*

De hoc quoque nummulo haud levis mihi fufpicio eft, tamquam ad Caligulam pertinente. Ejus enim Majores, & præfertim Auguftus, fæpius cum eodem in nummis ejus inveniuntur. Poffediffe tamen fimilem videtur *Jo. Vaillantius*, quem itidem ad nepotem Augufti refert & in Aegypto cufum p. 7. adferit, qui tamen in antica parte pro ΓΑΙΟΝ. legit ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Servatur in *Mufeo Regio*.

Num. 15. & 16.

ΓΑΙΟΝ. (*CAJUM scilicet colunt.*) *Caput Cai Cæsaris nudum lævam versus.*

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*AUGUSTUS.*) *Caput Augusti laureatum lævam versus.*

Urbs quæ nummum signavit, propter erosum primæ partis ambitum, incerta est. Servatur in *Thesauro Regio.*

Num. 17. & 18.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. (*CAJUS CAESAR.*) *Caput Cai Cæsaris nudum versus lævam.*

. . . . . *Epigraphe erosa. Duo capita jugata, virile alterum, alterum muliebre. Illud diademate cinctum est.*

Si ad Cajum Cæsarem nepotem Augusti nummulum referamus, jugata illa capita Augustum atque Liviam designare videntur, ita ut Augustus (quamvis Regio nomine & diademate Romæ constanter & prudenter abstinuerit) velut Rex vere magnus diademate per blandientem illi Græciæ seu Asiæ aliquem Regem exornetur. Quamvis erosa plane à postica parte sit inscriptio, facile tamen liquere puto cusum fuisse nummum a Rhœmetalcibus Thraciæ regulis, sub quibus signatos plurimos ejusmodi nummos collegimus in *Thesauro nostro Regio* seu *Historia Universali Nummis Antiquis illustrata.* Sed merito magna mihi suboritur dubitatio de quatuor postremis hisce nummis, quos omnes Cajo Caligulæ potius, quam Cajo, Agrippæ & Juliæ filio, Augusti nepoti, adjudicandos puto; &, sicuti in eodem *Thesauro*, singularem & ineditum produxi nummum sub Caligula a Rhœmetalce, Thraciæ Rege, cusum, ita in hoc Caligulæ caput a parte priore signari, atque a posteriore Rhœmetalcis atque ejusdem conjugis caput exprimi existimo.

NUMMI LUCII CAESARIS AUGUSTI FILII.

Ad illustrandam historiam Cai & Lucii, nepotum Augusti, hæc scripserat *Jo. Tristanus Sanctamantius* in Editione prima *Comm. Hist.* nam in secunda divulsit eadem, mutavit atque ampliavit. Quoniam vero & priora & posteriora Virorum Doctorum cogitata cognoscere non ingratum est, verba *Tristani* ex prima ejusdem Editione (quæ uno tantum volumine comprehensa fuit) pag. 105. adponam, quæ hæc sunt:
„ Ces deux jeunes Princes estoient enfans d'Agrippa & de Julia, & fils adoptifs d'Auguste, comme ils estoient ses arriere-fils par nature. L'aisné desquels, sçavoir Cajus, fut un jeune Prince de grande esperance: Mais le malheur de la maison d'Auguste fut tel, qu'il mourut en son adolescence, âgé seulement de dix-huict ans, Auguste l'ayant fait declarer Prince de la jeunesse, & designé Consul à quatorze ans, L'ordonna chef des legions Romaines en Armenie, où il donna des preuves signalées de sa valeur, & de sa capacité. Mais apres avoir acquis beaucoup de gloire par des exploits dignes de memoire, comme il assiegeoit Artagera ville d'Armenie, il fut attiré à un parlement simulé par le gouverneur de cette place nommé Addon; & tellement blessé à la tempe d'un coup de flesche qu'il luy tira perfidement, qu'il en demeura depuis si fort debilité de force & de sens, qu'il en mourut bien tost après, avant qu'il fust parvenu en Italie. Car il avoit supplié Auguste par lettres de le rappeller. Tacite dit que plusieurs soupçonnerent Livia de luy avoir fait dresser cette partie. Or comme il estoit prest de partir pour aller chasser les Parthes de l'Armenie, Ovide composant lors son œuvre *de Arte Amandi*, le loue ainsi au premier livre:

„ *Ecce parat Cæsar domito quod defuit orbi*
„ *Addere, nunc Oriens ultime noster eris.*
„ *Parthe, dabis pœnas, Crassi gaudete sepulti,*
„ *Signaque barbaricas non benè passa manus.*
„ *Ultor adest, primisque Ducem profitetur in annis,*
„ *Bellaque non puero tractat agenda puer.*
„ *Parcite natales timidi numerare Deorum,*
„ *Cæsaribus virtus contigit ante diem.*

„ Quant à *Lucius Cæsar*, pareillement designé Consul, & crée Prince de la jeunesse avec son frere par Auguste, ayant esté envoyé en Espagne pour y commander en qualité de Proconsul, il fut detenu d'une si dangereuse maladie à Marseille, soit qu'elle luy fust causée par poison, ou par l'intemperie de sa complexion & foiblesse naturelle, que la mort s'en ensuivit, seulement âgé de quinze à seize ans, cinquante jours avant celle de son frere *Cajus*, ainsi que *Vellejus Paterculus* le remarque. Cette mort ayant esté pareillement attribuée aux artifices de Livia."

Num. 19. 20.

Lucius AUGusti Filius PRINCeps IUVENTutis. Caput Lucii nudum lævam versus.

AUGUSTus TRIBUNICia POTestate. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Lucius Cæsar, alter ex nepotibus Augusti, & secundus M. Agrippæ atque Juliæ Augusti filius, natus fuit A. U. C. DCCXXXV. Huic ut virilem togam sumsit, tertium decimum consulatum ultro petiit Augustus, ut amplissimo præditus magistratu, illum, sicuti & fratrem Cajum, suo quemque tyrocinio deduceret in forum. Et primo quidem Cajum, deinde Lucium Principem Juventutis declaravit, adeoque in iisdem spem Romani post se Imperii populo ostendit. De quo titulo omnino consuli debet Eminentiss. Cardinalis *Norisius Dissert. II. ad Cenotaphia Pisana* Cap. VII. Tom. III. Op. p. 260. ad illa ejusdem Monumenti *Pisani*, quibus commemorantur honores L. CAESARIS AUGUSTI FILII AUGURIS CONSULIS DESIGNATI PRINCIPIS JUVENTUTIS &c. ubi ex

ex *Grutero* p. 234. hanc quoque adducit inſcriptionem,

L. CAESARI AVGVSTI F.
AVGVRI COS.
DESIGNATO
PRINCIPI IVVENTVTIS.

Servatur nummus in *Theſauro Regio.*

NUM. 21. & 22.

Lucius CAESAR. Caput Lucii nudum lævam verſus.

LAELIA. Spica frumenti transverſim poſita.

Nummulum hunc rariſſimum, qui in Lælia, Hiſpaniæ Bœticæ urbe, a Lælio Scipionis amico ita dicta, ſignatus fuit, pluribus illuſtravit doctiſſimus *Jo Vaillantius* in *Numm. Colon.* Tom. I. p. 85. ubi notat vidiſſe ſeſe eumdem *Regii Lepidi* in *Muſeo P. Cattanei*, Minoris Obſervantiæ Definitoris Generalis.

NUM. 23.

Lucius CAESAR. Caput Lucii nudum, ut in præcedente nummo.

JULia TRADucta. Uvarum racemus.

Bonitatem vini laudat Julia Traducta, Hiſpaniæ Bœticæ urbs, a qua nummum hunc *Jo. Vaill.* Tom. I. p. 86. judicat cuſum fuiſſe in honorem Lucii, eo tempore, quo intellexerant eumdem ab Auguſto miſſum fuiſſe ad Hiſpanienſes exercitus & Veteranorum Colonias. Servatur in *Theſ. Mediceo.*

NUM. 24.

Lucius CAESAR. Caput idem.

JULia TRADucta. Spica frumenti transverſim poſita.

Abundantiam & bonitatem frugum hoc typo Traductenſes commendant, & Cereris dona, ſicuti Bacchi in nummo præcedente. Vulgavit eumdem Eminentiſſimus *Noriſius* in laudato ſæpius opere p. 148.

NUM. 25. & 26.

AUGUSTus TRIBunicia POTeſtate PONTifex MAXimus. Caput Auguſti laureatum lævam verſus.

Lucius CAESAR AUGuſti Filius PRINCeps JUVENTutis. Caput Lucii nudum lævam verſus.

Ex *Jo. Vaillantio* deſumtus rarus hic nummus eſt, apud quem editus invenitur in *Numiſm. Imp. Rom. Præſtant.* Tom. I. p. 7.

NUM. 27. & 28.

ΛΕΥΚΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. (*LUCIUS CAESAR.*) *Caput Lucii Cæſaris nudum lævam verſus, ante illud cernitur Lituus auguralis.*

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. (*CAESARIENSIUM.*) *Capricornus reſpiciens, ſupra tergum eſt cornu copiæ.*

Primus nummulum hunc vulgavit ex *Muſeo* ſuo *Jo. Vaillantius* in *Num. Gr.* p. 8. Sed integrior & melior longe eſt pictura ejuſdem, quam debemus Eminentiſſ. Cardinali *Noriſio* Oper. Tom. III. ad *Cenotaphia Piſana* Diſſ. II. Cap. I. p. 139. & 140. ubi pluribus averſam nummi partem illuſtrat. Minus integram, vel certe ex alia matrice nactus fuit *Carolus Patinus* in *Notis ad Suetonium* p. 115. *Noriſii* atque *Morellii* nummus ſervatur in *Theſ. Regio.*

TABULA VI.

EXHIBENS

NUMMOS

OMNIS MODULI ET METALLI

CAI ET LUCII,

UT ET

AGRIPPAE POSTUMI,

FILIORUM ET NEPOTUM CAESARIS AUGUSTI.

NUMMI

CAI ET LUCII,

CONJUNCTI SIMUL ET JUNCTIS VEL OPPOSITIS INVICEM CAPITIBUS.

NUM. 1. & 2.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Cæsaris Augusti laureatum lævam versus.

Cajus Lucius CAESARES AUGUSTI Filii COnSules DESignati. Cajus & Lucius Cæsares, stantes ex adverso, habitu pontificali, cum clypeis & hastis intermediis; adsunt instrumenta pontificalia & auguralia, lituus & capeduncula.

Vidimus in *Augusto* eumdem hunc nummum ex auro Tab. XII. Num. 2. & ex argento Tab. XVIII. Num. 31. Sed recte repetitur hoc in loco, ut honores, quibus nepotes, atque per adoptionem filios, Cajum & Lucium, ut futuros sibi successores, omnibus designavit Augustus. Ejus typum, præsertim respectu sacrificiorum egregie prorsus inlustravit Eminentissimus doctrina & Purpura *Henricus Norisius* in laudato sæpius Opere Tom. III. p. 188. seu *Dissertat.* II. Cap. 5. quem vide. De Lucio autem Cæsare, ejusque Nummis, hujus nummi occasione ita commentatus est *Jo. Tristanus* Tom. I. *Comment. Histor.* p. 142. „ Lucius Cæsar, quoy que plus jeune que son „ frere, fut neantmoins designé Consul, & creé „ Prince de la Jeunesse avec son frere Cajus par „ Auguste, si toute fois nous en tirons consequen- „ ce sur le revers d'une medaille d'Auguste, au „ revers de laquelle ils sont representez toutes deux „ debout, avec des boucliers & des javelines & „ cette Inscription d'un costé, CAESAR AU- „ GUSTUS DIVI F. PATER PATRIAE. & „ au revers: C. ET L. CAESARES AUGUSTI „ F. COS. PRINC. JUVENT. qui nous semble „ persuader qu'ils estoient des-ja tous deux Princes „ de la Jeunesse, lors qu'ils furent outre celà de- „ signez pour estre Consuls ensemble. Mais O- „ *vide* toutefois ici fait juger en ces vers de son „ premier livre *de Arte Amandi* vers 191.

„ *Auspiciis annisque patris puer arma movebis,*
„ *Et vinces annis auspiciisque patris,*
„ *Tale rudimentum tanto sub nomine debes,*
„ *Nunc juvenum Princeps, deinde future senum.*

„ Qu'il estoit lors seul honoré de ce tiltre, & „ que son frere ne l'estoit pas encore pour lors, „ comme estant trop jeune, & qu'Auguste attendit à les designer tous deux Consuls, au temps „ que Lucius fut aussi à son tour declaré Prince, „ l'estans pour lors tous deux ensemble: Car s'ils „ l'eussent esté des-ja tous deux, lors qu' *Ovide* „ composoit cét Oeuvre, il n'eust pas parlé à Cajus sous ce tiltre, en terme de singularité. Au „ reste, il fut envoyé en Espagne pour y com- „ mander,

„ mander, par Auguste, en qualité de Proconsul; où il fut detenu d'une si dangereuse maladie à Marseille, soit qu'elle fust causée par poison, ou par l'intemperance de sa complexion & foiblesse naturelle, que la mort s'en ensuivit, semblement âgé de quinze à seize ans, cinquante jours avant celle de son frere Caius, ainsi que *Vellejus Paterculus* le remarque. Sa mort ayant esté pareillement attribuée aux artifices de Livia. Au reste, il est effigié, comme je l'ay dit parlant des medailles de Caius, (1) de l'autre part de la Grecque du feu Sieur Hautain, avec son nom en accusatif. Et (2) en une autre du mesme Cabinet il y a ΛΕΥΚΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, LUCIUS CAESAR, d'une part autour de son Effigie, & au rebours il y a ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ, CAESARIENSIUM, autour d'un Capricorne, Signe tant chery de son oncle Auguste. *Joannes Faber* avoit veu cette medaille ou une pareille, dont il fait mention en son Commentaire sur les Hommes Illustres de *Fulvius Ursinus*, mais il ne l'a pas expliquée. Ces deux medailles de ces deux jeunes Cesars, sont tres-nettes & conservées, quoy que fort petites. Le sieur Hautain fils ainé & heretier du defunct, pareillement Conseiller du Roy en son Chastelet, en peut obliger le Public quand il luy plaira, & d'un grand nombre, dont les revers meritent bien qu'il employe son erudition, pour en illustrer l'Histoire, la Geographie, & l'Antiquité."

Num. 3.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Augusti nudum, versus lævam, ut Tab. IV. Num. 107.

Cajus ET Lucius CAESARES AUGUSTI Filii COnSules DESignati PRINcipes JUVENTutis. Opposita sibi invicem Cai & Lucii capita.

Nummus hic est aureus, quem, ut visum sibi, depinxit *Hubert. Goltzius* in *Augusto* Tab. VII. Num. 73. & Tab. LXXXI. Num. 4. Ad hunc vero nummum hæc scripta reliquit *Jo. Tristanus Sanctamantius*. Edit. *Comm. Hist.* primæ p. 106. „ CAESAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIAE. L'effigie d'Auguste. Au revers, il y a C. ET L. CAESARES AUGUSTI F. COS. DES. PRINC. JUVENT. Les effigies de ces deux jeunes Princes. *Goltzius* a aussi represente cette medaille, planche 33. Que l'on peut vray-semblablement juger avoir esté frappée au temps qu'Auguste les designoit Consuls, estans desja lors declarez Princes de la jeunesse. Car ils furent declarez Princes de la jeunesse premierement, & ce encore alternativement, c'est à dire, Cajus quelque année avant son frere. Il le faut conjecturer ainsi sur ce qu'*Ovide* ne fait mention que de Cajus en cette qualité, en ces vers du premier livre *de Arte Amandi* 191.

„ *Auspiciis, annisque patris puer arma movebis,*
„ *Et vinces annis auspiciisque patris.*
„ *Tale rudimentum tanto sub nomine debes,*
„ *Nunc juvenum Princeps, deinde future senum.*

„ Estant sans difficulté qu'il eust parlé de son frere après luy en cette qualité; s'il en eust esté honnoré en ce temps-là. Au reste il se void dans le riche thresor d'antiquitez; & principament de medailles, du sieur Hautain Conseiller du Roy en son Chastelet, deux medailles Grecques de ces deux freres: en l'une desquelles il y a pour Inscription ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. *Cajus Cæsar*, qui represente l'effigie de Cajus sans couronne. Et au revers ΛΕΥΚΙΩΝ *Lucium*, qui fait voir aussi l'effigie non couronnée de *Lucius*. En l'autre medaille, qui particulierement appartient à *Lucius*, il y a d'un costé ΛΕΥΚΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, *Lucius Cæsar*, & au revers ce mot ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ *Cæsariensium*, avec un Capricorne. *Joannes Faber* en son Commentaire sur les hommes illustres de *F. Ursinus* en a fait mention d'une pareille à cette derniere; mais il ne l'a pas expliquée. Or ces deux medailles Grecques sont petites, mais bien nettes, & bien conservées. Nous esperons que le dit sieur les fera voir bien tost au public, avec une infinité d'autres des plus rares de son riche cabinet, & qu'il les illustrera de quelques explications, comme estant docte, judiceux, & bien versé en l'intelligence de ce qui concerne l'histoire & l'antiquité. C'est pourquoy je ne toucheray pas au surplus de ce qui concerne ces medailles, qui contiennent deux ou trois difficultez. Seulement j'adjousteray icy que j'estime que l'effigie d'un jeune adolescent que nous remarquons estre d'environ dix-huict ans au revers d'Auguste, en une medaille de la famille *Sanquinia*, avec un astre de Cæsar sur la teste; soit de nostre jeune *Cajus Cæsar*."

Hactenus *Tristanus* in prima Editione; quam procuravit uno tantum volumine comprehensam Parisiis A. 1635. Sed idem *Tristanus* viginti duobus annis post sive A. 1657. ibidem doctissimos illos *Commentarios*, qui rari in *Bibliothecis* passim occurrunt, insigniter locupletatos, atque tribus voluminibus comprehensos, iterum publicavit. In altera illa editione Tom. I. p. 139. hæc tantum monet ad hunc nummum „ Voyez ce que j'ay remarqué sur ces deux jeunes Cæsars icy effigiez & representez l'un devant l'autre, & ce que j'ay rapporté pour illustrer cette Inscription en leurs Commentaires." Quæ vero ampliora ex altera sua editione novaque plane exhibuit *Tristanus*, supra suis locis à nobis inserta sunt.

Num. 4. & 5.

Cajus CAESAR AUGUSTUS Filius AUGUR COnSul DESignatus PRINCeps JUVENTutis. Tripus, superposita stella, stat inter lituum & pateram.

Inscriptio ab altera parte plane eadem cernitur, sed in area nummi exprimitur discus sive patera inposita tomaculis decussatim positis, ad latera cernuntur secespita & capis.

Numisma hoc, pariter aureum, quod egregie sacerdotia nepotum Augusti exprimit, ejusdem *Huberti Goltzii* fide nititur, ab aliis enim nondum observatum fuit. Invenitur apud *Goltzium* in *Augusto* Tab. LXXI. Num. 1. & 7.

Num.

(1) Innuit Num. qui occurrit in hac Tab. Num. 20. 21.

(2) Vide Num. 25. 26. Tab. præcedentis.

NUM. 6. & 7.

PER Missu CAESaris AUGusti. Caput Augusti nudum, dextram versus.

Cajus Lucius CAESAres. JULia TRADucta. Capita Cai & Lucii Cæsarum, cervicibus oppositis.

Julia Traducta, Hispaniæ Bœticæ urbs, à Julio Cæsare (ut censet *Jo Vaillantius* Tom. I. p. 67.) jure Latii donata, plures nummos permissu Cæsaris Augusti, ut hujus numismatis, quod primæ est magnitudinis, fert Inscriptio, signavit. Et in hoc quidem insigni nummo caput Augusti à parte priore posuit, à posteriore capita Cai & Lucii Cæsarum. Numisma primus vulgavit *Eminentiss. Norisius* ad *Cenotaphia Pisana* Diss. II. Cap. I. Tom. III. Oper. p. 148. ex *Museo P. Cattanei Regii Lepidi* exstante. Deinde posticam solummodo expressit *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 89. ex *Museo suo. Andr. Morellius* autem nitide admodum depinxit ex *Thesauro Regio.*

NUM. 8. & 9.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Cajus ET Lucius CAESARES AUGusti Filii PRINcipes JUVENtutis. Capita adversa Cai & Lucii Cæsarum.

Colonia Romana, sive ex Hispaniensibus, sive Corinthus, nomen urbis eleganti huic nummo non adposuit. In eo sicuti infra Num. 15. Principes Juventutis Cæsares adpellantur, quem honorem hisce nummis, quæcumque ea fuerit Colonia, Cæsaris Augusti nepotibus gratulatur. Ex quo *Museo* desumtus sit non addidit *Andr. Morellius.*

NUM. 10. & 11.

CAESAR. CORINThus. Caput Cæsaris Augusti dextram versus, nudum.

Cajus. Lucius. Cajo SERVILIO PRIMO Marco ANTONIO HIPPARCHO II. VIRis. Capita adversa Cai & Lucii Cæsarum.

Corinthus, nobilissima quondam Græciæ urbs, livore Romanorum à Mummio Achaico vastata, benignitate Julii Cæsaris instaurata fuit, quare in honorem ejus, ut Conditoris sui, atque domus Augustæ, varios & elegantes signavit nummos, & in hoc quidem Duumvirorum ejus Coloniæ nomina M. Antonius Hipparchus & C. Servilius Primus adscribuntur. Quare collocavit eundem *Andr. Morellius* in *Fam. Servilia* Tab. II. Lit. B. inque Opere *Fam. Rom.* occurrit p. 393. Contemplatus eundem fuit *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 87. atque edidit similem *Carolus Patinus* ad *Sueton.* p. 115. Sed in ejus nummo caput Augusti, nudum pariter, versus lævam collocatur. Inscriptio quoque differt, quæ est AUGUSTUS DIVI *Filius.* Sed & ipsi tertium diversitate possidemus; in nostro enim Inscriptio quidem similis est *Morelliano*, sed non in ambitu nummi, sed per transversum ponitur ante & post caput Augusti, quod ad lævam itidem, non ad dextram, conversum exhibet.

NUM. 12. & 13.

IMPerator CAESar AUGustus TRibunicia POTestate PONtifex MAXimus Pater Patriæ. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Cajus Lucius CAESares AUGusti Filii. Colonia Victrix Tarraco. Capita Cai & Lucii Cæsarum adversa.

Colonia Victrix Tarraco, quæ & Togata cognominata, sita fuit in Hispania Citeriore, ad ostia Tulcis, atque inter celeberrimas exstitit. De illa vide *Jo. Vaillantium* Tom. I. p. 64. & 88. ubi posticam hujus nummi partem profert. Vulgaverat primus *Carolus Patinus* in *Nummis Imp.* p. 61. Invenitur & in *G. Grævii Floro Num.* inlustrato p. 434. Num. 3. Servatur in *Thesauro Regio.*

NUM. 14. & 15.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

CAIO ET LUCIO CAESaribus PRINCIPIbus JUVENTutis. Adversa Cæsarum Cai & Lucii capita.

Honor, quem delatum Cajo & Lucio gratulatur Colonia, quæ, iniquo silentio, nomen suum adscribere noluit, in tertio casu nomina Cæsarum concipit, quem, ut passim faciunt Coloniarum nummi, in primo conceperat supra Num. 9. Hi duo nummi minimi in una eademque civitate & Colonia cusi videntur. Non addit *Morellius* signum (ut solet) *Musei* ex quo depromtum numisma habeat. Sed inveni hunc primitus editum a *Chandlero* in *Chron. Imp. Belgice* edito p. 5.

NUM. 16. & 17.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Augusti nudum, lævam versus.

Cajus Lucius CAESARES AUGUSTI Filii COnSules Designati Principes JUVENtutis. Capita adversa Cæsarum Cai & Lucii.

Quamvis nullum adsit Coloniæ nomen, nequaquam tamen dubito, quin & hunc & duos, de quibus modo mentionem feci, nummos signaverit

verit eadem Colonia, à qua cuſus fuit Num. 10. & 11. videlicet Corinthus. Exſtare hunc in *Theſauro Schwartzburgico* teſtatur *Morellius.* Edidit quoque *J. G. Grævius* in *Floro Nummis* illuſtrato p. 434. Num. 4. & *Carolus Patinus* in *Num. Imp.* p. 61. ſed mutilum. Alio denique modo exhibet *P. Bellorius* p. 26. & 29.

NUM. 18. & 19.

AUGUSTUS. Decreto Decurionum Coloniæ Concordiæ Norbenſis Cæſareanæ. Caput Auguſti nudum, dextram verſus.

Cajus. Lucius. Marco PETRONIO Cajo JULIO ANTONIO II. VIRis. Capita adverſa Cai & Lucii Cæſarum.

Ita nummuli hujus epigraphen conſtituit *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 88. ubi eumdem depinxit atque inluſtravit. Norba Luſitaniæ urbs eſt ad Tagum fluvium. Collocavit *Andr. Morellius* in *Fam. Petronia.* Vide Tab. II. Lit. F. p. 320. Servatur nummulus in *Theſauro Regio.*

NUM. 20. & 21.

ΓΑΙΟΝ. . . . . (*CAIUM.*) *Caput Cai Cæſaris, ut paſſim, nudum lævam verſus.*

ΛΕΥΚΙΟΝ. (*LUCIUM.*) *in utroque ſubintelligitur volunt. Caput Lucii nudum, lævam verſus.*

Elegans hic nummulus Græcus ſervatur in *Theſauro Regio.*

NUMMI
M. AGRIPPAE POSTUMI CAESARIS.

NUM. 22. & 23.

AGRIPPA CAESAR. CORINTHI. Caput Agrippæ Poſtumi nudum, lævam verſus.

Cajo HEIO. POLLIONE ITERum Cajo MUSSIDIO PRISCO II. VIRis. in Corona ex apio.

Rariſſimus hic nummulus infeliciſſimi nepotum Auguſti exhibet vultum, benignitate Corinthiorum nobis relictum. Miſero huic patrem Agrippam, inluſtriſſimum virum, videre nunquam contigit, poſt obitum ejus nato, & inde vulgo Poſtumo dicto. Matri Juliæ junctum mox vitricum habuit Tiberium, neque privigni neque filii adoptivi bonum patrem, nec indulgentem erga Juliam, matrem, maritum. Tandem Liviæ artibus exoſus avo, quem tutorem habere debuerat miſer Agrippa, depoſito veluti naturali adfectu, durum invenit, qui velut aſperis moribus & intractabilem in inſulam relegaverit. Neque rediit Auguſto ſeni ſanguinis ſui recordatio, niſi quum prodeſſe amplius innocenti non poſſet, loquacitate Fabii proditus & Liviæ cautela obſeptus, quod & maturaſſe ipſi Auguſto mortem creditur, imperium Tiberio, cujus prima fuit victima cædes Agrippæ. Depinxit elegantem nummulum *Andr. Morellius* ex *Muſeo Franc. Dronii* Canonici.

NUM. 24. & 25.

ΣΕΒΑΣΤΩ ΘΕΩ. (*DEO AUGUSTO.*) *Caput Auguſti ſenis nudum, lævam verſus.*

ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΑΓΡΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΟΥΛΙΑΣ ΥΙΟΣ. (*AGRIPPA AGRIPPAE ET JULIAE AUGUSTI FILIUS.*) *Agrippa juvenis, ſtans togatus.*

Eximium hunc à Græca quapiam civitate, Theſſalonica forte, cuſum nummum in honorem junioris Agrippæ exiſtimo temporibus Claudii Imperatoris. Neque enim Deum nominari ſe vel in ſervili Aſia paſſus fuit Auguſtus, neque mortuo eodem atque inter Deos relato ſtatim poſt Apotheoſin ſignari potuit, quum ſtatim, nondum divulgato exceſſu ejus, Agrippam necari fecerit Tiberius. Neque ſub Cajo notus nummus fuit, quum is ignobilitati nominis Agrippæ fuerit infeſtiſſimus. At ſub Claudio, ut ſervaretur Domus Auguſtæ memoria, infelix Agrippa, mortuo Divo Auguſto, duro nimis in nepotem dum viveret, in hoc nummo comes datus fuiſſe videtur. Ipſe vero Agrippa juvenis natus fuit ex Julia Auguſti filia, patre M. Vipſanio Agrippa vita functo, unde & Poſtumus vulgo dictus fuit. Mortem patris Agrippæ & notam temporis, quo accidit, adcurate adnotavit *Dio Caſſius* Lib. LIV. p. 541. his verbis: *Κἀν τούτῳ τὸν Ἀγρίππαν ἐκ τῆς Συρίας ἐλθόντα, τῇ τε δημαρχικῇ ἐξουσίᾳ αὖθις ἐς ἄλλα ἔτη πέντε ἐμεγάλυνε, καὶ ἐς τὴν Παννονίαν πολεμησείουσαν ἐξέπεμψε, μεῖζον αὐτῷ τῶν ἑκασταχόθι*

πανταχόθι ἔξω τῆς Ἰταλίας ἀρχόντων ἰσχύσαι ἐπιτρέψας· καὶ ὃς τὴν μὲν στρατείαν, καίτοι τοῦ χειμῶνος, ἐν ᾧ Μάρκος τε Οὐαλέριος καὶ Πούπλιος Σουλπίκιος ὑπάτευον, ἐνεστηκότος, ἐποιήσατο· ἐκπλαγέντων δὲ τῶν Παννονίων πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, καὶ μηδὲν ἔτι νεωτερισάντων, ἐπανῆλθε, καὶ ἐν Καμπανίᾳ γενόμενος, ἐνόσησε· πυθόμενος δὲ τοῦτο ὁ Αὔγουστος (ἔτυχε δὲ ἐν τοῖς Παναθηναίοις ὁπλομαχίας ἀγῶνας τῷ τῶν παίδων ὀνόματι τιθεὶς) ἐξωρμήθη· καὶ καταλαβὼν αὐτὸν τεθνηκότα, ἔς τε τὸ ἄστυ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐσεκόμισε, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ προέθηκε· τόν τε λόγον τὸν ἐπ' αὐτῷ εἶπε, παραπέτασμά τι πρὸ τοῦ νεκροῦ παραπετάσας· ὅπερ ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα διὰ τί ἐποίησεν, εἴρηται δὲ ὅμως τοῖς μέν, ὅτι ἀρχιερεὺς ἦν, τοῖς δέ, ὅτι τὰ τῶν τιμητῶν ἔπραττεν· οὐκ ὀρθῶς φρονοῦσιν, οὔτε γὰρ τῷ ἀρχιερεῖ ἀπείρηται νεκρὸν ὁρᾶν, οὔτε τῷ τιμητῇ, πλὴν ἂν τὸ τέλος τῆς ἀπογραφῆς μέλλῃ ἐπάξειν· ἂν γάρ τινα πρὸ τοῦ καθαρσίου ἴδῃ, ἀνάδαστα τὰ πραχθέντα αὐτῷ πάντα γίγνεται· τοῦτό τε οὖν οὕτως ἔδρασε, καὶ τὴν ἐκφορὰν αὐτοῦ ἐν τῷ τρόπῳ ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς μετὰ ταῦτα ἐξηνέχθη, ἐποιήσατο· καὶ αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ μνημείῳ ἔθαψε, καίτοι ἴδιον ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ λαβόντα. *Poſt Agrippam, ex Syria reverſum, tribunicia poteſtate in aliud quinquennium prorogata cohoneſtavit, ac in Pannoniam, ubi jam bellum gliſcebat, cum majori imperio quàm ullus alius extra Italiam haberet, miſit. Agrippa eam expeditionem jam hyeme inſtante, qua M. Valerius Meſſala Barbatus & P. Sulpicius Quirinus conſules fuêre, fecit: quo ejus adventu exterriti Pannonii quum è rebellione deſtitiſſent, reverſus, quum in Campaniam veniſſet, morbo decubuit. Auguſtus tum fortè quinquatribus munus gladiatorium filiorum nomine exhibebat: is ſimulac de caſu Agrippæ cognovit, properatò ex urbe profectus, mortuum eum invenit, corpus ejus in urbem advexit: ac in foro propoſitum, funebri laudatione decoravit, cortina inter ſe & mortuum expanſa. (Id velum quid ſibi voluerit, equidem certus non ſum. Qui enim dicunt, propterea quòd ſummus pontifex, aut quòd cenſor eſſet Auguſtus, ideo hoc factum, utrique errant: nam neque pontifici maximo cadaveribus aſpiciendis interdictum eſt: neque cenſori, niſi quum luſtrum condit: hîc enim ſi quod ante luſtralia ſacra mortui corpus intueatur, omnia ab eo antè acta reſcinduntur:) deinde funus ejus extulit in eum locum in quem deinde ipſe elatus eſt, ſuoque eum in ſepulcro condidit, quum eſſet Agrippæ proprium in campo Martio monumentum conceſſum.*

Fuſius locum *Dionis* adduximus, ut pateat accuratius, quo anno obierit M. Vipſanius Agrippa, quoque natus fuerit Agrippa Poſtumus, quotque annos habuerit infelix juvenis, eo quo periit tempore. A. V. C. 742. conſulibus M. Valerio Meſſalla Barbato atque Publio Sulpicio Quirino, brumali tempore, τοῦ χειμῶνος ἐνεστηκότος (quod *præſentem hyemem* potius, quam *inſtantem* hoc *Dionis* loco ſignificat, qualis ſcilicet erat Kal. Januariis, quibus inire honorem ſolebant novi Conſules) expeditionem, de qua ibi agitur, ſuſcepit, &, quoniam ſolo nomine ejus atque adventu territi Pannonii ad quietem redierant, ſtatim Romam redire conſtituit Agrippa, ſed ſub initium veris in Campania in atrocem morbum incidit. Viri chariſſimi periculo exterritus Auguſtus properato itinere Urbem reliquit, ut ægrum viſeret. Factum id fuit quum in urbe quinquatribus gladiatorium munus filiorum nomine ederet. Celebrabantur vero Quinquatria in honorem Minervæ XIV. Kàl. Aprilis. Itaque menſe Martio nondum exſpirante mortuus fuit M. Vipſanius Agrippa, & aliquanto poſt mortem ejus, eodem anno 742. natus ex Julia fuit puer, quem in honorem patris defuncti Agrippam vocari voluit Auguſtus avus. *Dio* ibidem p. 542. Καὶ πάνυ ἐπὶ πολὺ αὐτὸν ἐπόθησε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἔντιμον παρὰ τῷ δήμῳ ἐποίησε· τόν τε υἱὸν τὸν τελευτήσαντι αὐτῷ γεννηθέντα, Ἀγρίππαν προσηγόρευσεν. *Deſiderium autem Agrippæ diu admodum tenuit: ideoque & apud populum eum honoratum effecit, & filium qui ei mortuo natus fuit, Agrippam nominavit.*

Agrippa juvenis, quamvis fratres Cajus & Lucius maximis honoribus ætate inmatura fuiſſent ornati, nihil eorum conſecutus fuit, idque Liviæ artibus, quæ, mortuis Cajo & Lucio, filio ſuo Tiberio imperium quærebat. Togam itaque virilem ſumſit ſexdecim annos natus, ſimpliciter, non ea ad populum commendatione, qua in Cajo & Lucio uſus fuerat Auguſtus. Factum id fuit A. V. C. 758. *Dio* Lib LV. p. 563. Τότε δὲ οὖν ἐπί τε τοῦ Κορνηλίου καὶ ἐπὶ Οὐαλερίου Μεσσάλου ὑπάτων σεισμοί τε ἐξαίσιοι συνέβησαν, καὶ ὁ Τίβερις τήν τε γέφυραν κατέσυρε, καὶ πλωτὴν τὴν πόλιν ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας ἐποίησε· τοῦ τε ἡλίου τι ἐκλειπὲς ἐγένετο, καὶ λιμὸς συνηνέχθη· κἀν τῷ αὐτῷ τούτῳ ἔτει ὅ τε Ἀγρίππας ἐς ἐφήβους, μηδενὸς τῶν αὐτῶν τοῖς ἀδελφοῖς τυχών, ἐσεγράφη. *Cæterum ea tempeſtate, Cn. Cornelio Cinna Magno, ac Valerio Meſſala conſulibus, horrendi terræ tremores acciderunt: Tiberiſque dejecto ponte, urbem ſeptem dies navigabilem effecit: ſol aliqua parte lumen ſuum amiſit, fames coorta. Eodem anno Agrippæ, nihilo eorum quæ fratribus obtigiſſent potito, virilis toga eſt data.*

Ex eodem *Zonaras Annal.* Lib. X. Cap. XXXVI. p. 541. *Pariſ.* Ed. at 408. *Venetæ.* Καὶ ὁ λοιπὸς δὲ τοῦ Αὐγούστου θυγατριδοῦς, ὁ ἐκ τῆς Ἰουλίας τῷ Ἀγρίππᾳ τεχθείς, ὃν καὶ Ἀγρίππαν ἐκάλεσεν, εἰς ἐφήβους ἐγράφη. *Cum ſuperſtiti ex Julia filia & Agrippa nepoti, quem Agrippam nominavit, togam virilem dediſſet.* In ea toga, tamquam Romanus civis, conſpicuum ſeſe in nummo præbet Agrippa. Sed amovendus à Populi Romani conſpectu verus hic & unicus imperii hæres, ut Tiberio ad id via muniretur, debebat. Itaque biennio poſt, octodecim natus annos, Roma, quo non erat rediturus, removetur, & primo quidem Surrentum. de Auguſto *Sueton.* in *Vita Aug.* Cap. LXV. *Ex quibus Agrippam, brevi, ob ingenium ſordidum ac ferox abdicavit ſepoſuitque Surrentum.* Mox in Inſulam Planaſiam tranſlatus eſt, ut longius ab Urbe abforet. *Sueton.* ibidem: *Agrippam, nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem, in inſulam transportavit, ſepſitque inſuper cuſtodia militum. Cavit etiam Senatusconſulto ut eodem loci, in perpetuum contineretur.* Liviæ præſtigiis id recte tribuit *Tacitus*, Lib. *Annal.* I. Cap. 6. *Nam ſenem Auguſtum devinxerat adeo, uti nepotem unicum, Agrippam Poſtumum, in inſulam Planaſiam projiceret; rudem ſane bonarum artium, & robore corporis ſtolide ferocem, nullius tamen flagitii compertum.* Et recte ibidem *Tacitus* dicit nullum crimen fuiſſe Agrippæ propter quod relegaretur, quæſitum autem fuiſſe colorem ex ejuſdem moribus & ingenio, *rudem* videlicet fuiſſe *bonarum artium, & robore corporis ſtolide ferocem*, quorum prius mala educatione, Livia auctore, adeptus fuiſſe videtur, ut & poſterius, quod crevit ex ejus ſordibus, quas illi inpingit *Suetonius*, quæ ſordes, quales fuerint, quæque ferocia ingenii, optime docet *Dio Caſſius* Lib. LV. p. 569. Τὸν δὲ δὴ Γερμανικόν, ἀλλ' οὐ τὸν Ἀγρίππαν, ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξέπεμψεν, ὅτι δουλοπρεπής τε ἐκεῖνος ἦν, καὶ τὰ πλεῖστα ἡλιεύετο· ὅθενπερ καὶ Ποσειδῶνα ἑαυτὸν ἐπωνόμαζε· τῇ τε ὀργῇ προπετεῖ ἐχρῆτο, καὶ τὴν Λιουίαν ὡς μητρυιὰν διέβαλλεν, αὐτῷ τε τῷ Αὐγούστῳ πολλάκις ὑπὲρ τῶν πατρῴων ἐνεκάλει· καὶ (οὐ γὰρ ἐσωφρονίζετο) ἀπεκηρύχθη, καὶ ἥ τε οὐσία αὐτοῦ τῷ στρατιωτικῷ ταμιείῳ ἐδόθη, καὶ αὐτὸς ἐς Πλανασίαν τὴν πρὸς Κύρνῳ νῆσον ἐνεβλήθη. *Quod autem Germanicum, non Agrippam, ad bellum miſit, Agrippæ ſerviles mores in cauſa fuerunt, ſoliti fere mare exercere, unde ſibi ipſe Neptuni nomen ſumſerat, iraque uti præcipiti: Juliamque, quaſi novercam,*

convi-

convitiis proſcindere, ipſumque ſæpius Auguſtum propter patris bona inſimulare, itaque quum finem nequitiæ non faceret, abdicatus ab Auguſto, ejus facultates in ærarium militare relatæ, ipſe in Planaſiam, Corſicæ propinquam inſulam, eſt relegatus.

Agrippæ *ingenium ſordidum* itaque fuit, quod adſidue cum nautis aliisque ſordidis hominibus, non vero indole & educatione præclaris viris verſaretur. *Ferocia* ejus & *amentia*, quod ſimulare vel diſſimulare neſciens, novercam Liviam, ut erat, vocaverit, atque Auguſtum (id quod quærebat gravis illa in Domum Cæſaris mater) conviciis in eandem, à qua nimis in ſenectute regebatur, Liviam ingeſtis in ſe inritaverit. Addit & tertium Agrippæ peccatum, *Dio*, quod rapinas patrimonii ſui avo objecerit. Spectant hæc ad hæreditatem patris Agrippæ, ex qua plura etiam, quam ex lègato invaſiſſe Auguſtum haud obſcure docere videtur *Dio* Lib. LIV. p. 542. his verbis: Καὶ τότε γοῦν κήπους τε σφίσι καὶ τὸ βαλανεῖον τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ κατέλιπεν, ὥστε προῖκα αὐτοὺς λοῦσθαι· χωρία τινὰ ἐς τοῦτο τῷ Αὐγούστῳ δούς· καὶ ὃς οὐ μόνον ταῦτ' ἐδημοσίωσεν, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑαυτὸν δραχμὰς τῷ δήμῳ, ὡς καὶ ἐκείνου κελεύσαντος, διένειμε· τά τε γὰρ πλεῖστα αὐτοῦ ἐκληρονόμησεν· ἐν οἷς ἄλλα τε καὶ ἡ Χερρόνησος ἡ πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐς τὸν Ἀγρίππαν ἐλθοῦσα. *Moriens etiam populo hortos & balneum à ſe denominatum legavit, ut gratis lavarentur, prædia quædam ad hoc Auguſto tribuens. Auguſtus non hæc modo populo dedit, ſed viritim quoque pecuniam à ſe, quaſi Agrippa ita mandaſſet, diviſit. Nam plurima bona defuncti Agrippæ ad Auguſtum redierunt, interque ea Cherroneſus etiam apud Helleſpontum: quæ neſcio quo jure ad Agrippam pervenerit.*

Ægre tamen tuliſſe Populum Romanum hunc Auguſti in nepotem ſuum injuriam colligas ex cujusdam Junii Novati, è plebe hominis, facto, de quo *Sueton.* in *Vita Aug.* Cap. LI. *Quum ille, Agrippæ Juvenis nomine, aſperrimam de ſe Epiſtolam in vulgus edidiſſet*; atque audaciore conſilio duorum quos memorat ibidem *Sueton.* Cap. XIX. *Audaſius atque Epicadus Juliam filiam, Agrippam Nepotem, ex inſulis, quibus continebantur, rapere ad exercitus deſtinaverant.* Rediit quoque tandem Auguſto naturalis & paternus adſectus, quod *Tacitus* & *Plinius* notarunt. Miſerias enim tanti Principis enumerans *Plinius* ita ſcripſit *Nat. Hiſt.* Lib. VII. Cap. XLV. p 401. *Abdicatio Poſtumi Agrippæ poſt adoptionem, deſiderium poſt relegationem: inde ſuſpicio in Fabium, arcanorumque proditionem.* Quæ uberius habentur apud *Tacitum Annal.* Lib I. Cap. 5. *Quippe rumor inceſſerat, paucos ante menſes, Auguſtum, electis conſciis, & comite uno Fabio Maximo, Planaſiam vectum, ad viſendum Agrippam: multas illic utrimque lacrymas & ſigna caritatis: ſpemque ex eo fore, ut juvenis penatibus avi redderetur: Quod Maximum uxori Martiæ aperuiſſe, illam Liviæ: gnarum id Cæſari. Neque multo poſt exſtincto Maximo (dubium an quæſita morte) auditus in funere ejus Martiæ gemitus, ſemet incuſantis, quod cauſſa exitii marito fuiſſet.* Fulvium male vocat *Plutarchus*, ut & male ſcribit Martiam ante maritum fuiſſe mortuam, recte illud notante magno Lipſio. Hiſtoria, quæ maxime ad infortunium Agrippæ ſpectat, & apud *Plutarchum* in libello περὶ Ἀδολεσχίας narratur, hæc eſt p. 508. Φούλβιος δὲ ὁ Καίσαρος ἑταῖρος τοῦ Σεβαστοῦ, γέροντος ἤδη γεγονότος, ἀκούσας ὀδυρομένου τὴν περὶ τὸν οἶκον ἐρημίαν, καὶ ὅτι τῶν μὲν δυεῖν θυγατριδῶν αὐτοῦ ἀπολωλότων, Ποστουμίου δὲ, ὃς ἔτι λοιπὸς ἐστιν, ἐκ διαβολῆς τινὸς ἐν φυγῇ ὄντος, ἀναγκάζεται τὸν τῆς γυναικὸς υἱὸν ἐπεισάγειν τῇ διαδοχῇ τῆς ἡγεμονίας, καίπερ οἰκτείρων καὶ βουλόμενος ἐκ τῆς ὑπερορίας ἀνακαλεῖσθαι τὸν θυγατριδοῦν· ταῦτα ὁ Φούλβιος ἀκούσας ἐξήνεγκε πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, πρὸς δὲ Λιβίαν ἐκείνη, Λιβία δὲ καθήψατο πικρῶς Καίσαρος, εἰ πάλαι ταῦτα ἐγνωκὼς, οὐ μεταπέμπεται τὸν θυγατριδοῦν, ἀλλ' εἰς ἔχθραν καὶ πόλεμον αὐτὴν τῷ διαδόχῳ τῆς ἀρχῆς καθίστησιν· ἐλθόντος οὖν ἕωθεν (ὡς εἰώθει) τοῦ Φουλβίου πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰπόντος, Χαῖρε Καῖσαρ, Ὑγίαινε (εἶπε) Φούλβιε· κἀκεῖνος νοήσας, ᾤχετο εὐθὺς ἀπιὼν οἴκαδε, καὶ τὴν γυναῖκα μεταπεμψάμενος, Ἔγνωκεν (ἔφη Καῖσαρ) ὅτι τὸ ἀπόρρητον οὐκ ἐσιώπησα· καὶ διὰ τοῦτο μέλλω ἀναιρεῖν ἐμαυτόν· ἡ δὲ γυνὴ, Δικαίως, (εἶπεν) ὅτι μοι τοσοῦτον συνοικῶν χρόνον, οὐκ ἔγνως οὐδ' ἐφυλάξω τὴν ἀκρασίαν· ἀλλ' ἔασον ἐμὲ προτέραν· καὶ λαβοῦσα τὸ ξίφος, ἑαυτὴν προανεῖλε τοῦ ἀνδρός. *Fulvius amicus Auguſti Cæſaris, cum hunc deplorare audiviſſet domus ſuæ ſolitudinem, cum & duo è filia nepotes morte ſublati eſſent, & qui reſtabat unicus Poſtumius propter calumniam in exſilio viveret, cogereturque privignum imperii ſucceſſorem relinquere, quamquam miſeraretur, cuperetque ex exſilio nepotem revocare: hæc cum audiviſſet Fulvius, narravit uxori: uxor porro Liviæ indicavit: Livia acerbe cum Auguſto expoſtulavit quod jam pridem hoc decreto, nepotem non revocaret, ſed ipſam inviſam imperii ſucceſſori redderet. Mane cum pro more ad Auguſtum veniſſet Fulvius, eumque ſalutaſſet, Auguſtus contra: Sanam mentem Fulvi. Senſit rem Fulvius, rectaque domum reverſus uxorem accivit, &: Animadvertit, inquit, Auguſtus arcanum me non reticuiſſe, ideoque ſtatui mortem mihi conſciſcere. Merito, reſpondit uxor, qui cum tandiu mecum vixeris, non ſenſeris, neque vitaveris meam futilitatem. ſed me ſine tibi præcedere. ſimulque arrepto gladio ſe ante maritum occidit.*

Statim igitur Auguſto vivis erepto, antequam mors ejus divulgaretur, occidi Agrippam curaverunt Livia & Tiberius. *Suetonius* in *Tiber.* Cap. XXII. *Exceſſum Auguſti non prius palam fecit, quam Agrippa juvene interemto. Hunc tribunus militum, cuſtos adpoſitus, occidit, lectis codicillis, quibus ut id faceret jubebatur. Quos codicillos dubium fuit, Auguſtusne moriens reliquiſſet, quo materiam tumultus poſt ſe ſubduceret; an nomine Auguſti Livia, & an conſcio Tiberio, an ignaro, dictaſſet. Tiberius renuncianti tribuno factum eſſe quod imperaſſet, Neque imperaſſe ſe, & redditurum eum Senatui rationem reſpondit: invidiam ſcilicet in præſentia vitans. Nam mox ſilentio rem obliteravit.* Copioſius & cædem juvenis, & imperatam eamdem à Livia & Tiberio prodit *Tacitus Annal.* Lib. I. Gap. 6. *Primum facinus novi principatus fuit, Poſtumi Agrippæ cædes: quem ignarum inermumque, quamvis firmatus animo centurio, ægre confecit. Nihil de ea re Tiberius apud Senatum diſſeruit, patris juſſa ſimulabat, quibus præſcripſiſſet tribuno cuſtodiæ adpoſito, Ne cunctaretur Agrippam morte adficere, quandoque ipſe ſupremum diem expleviſſet. Multa ſine dubio ſævaque Auguſtus de moribus adoleſcentis queſtus, ut exſilium ejus Senatusconſulto ſanciretur, perfecerat: ceterum in nullius unquam ſuorum necem duravit; neque mortem nepoti pro ſecuritate privigni inlatam, credibile erat. Propius vero, Tiberium ac Liviam, illum metu, hanc novercalibus odiis, ſuſpecti, & inviſi juvenis cædem feſtinaviſſe. Nuncianti centurioni, ut mos militiæ, Factum eſſe quod imperaſſet; neque imperaſſe ſeſe, & rationem facti reddendam apud Senatum reſpondit. Quod poſtquam Salluſtius Criſpus, particeps ſecretorum (is ad tribunum miſerat codicillos) comperit: metuens ne reus ſubderetur, juxta periculoſa ficta ſeu vera promeret, monuit Liviam, Ne arcana domus, ne conſilia amicorum, nec myſteria militum vulgarentur: neve Tiberius vim principatus reſolveret, cuncta ad Senatum vocando. Eam conditionem eſſe imperandi, ut non aliter ratio conſtet, quam ſi uni reddatur.* Is vitæ exitus Agrippæ Poſtumo (cujus in inſigni hoc nummo ſervatur

vatur memoria) fuit, à prima quam hauſit luce ad ſupremam uſque infelici. Apud ſervum Agrippæ tamen major pietas quam apud avum & adfines exſtitit, *Nam ſervus Agrippæ, Clemens nomine, non contemnendam manum in ultionem domini compararat.* inquit *Suetonius* in *Tiberio* Cap. XXVI. ubi paulo poſt addit de Tiberio, *Compoſitis ſeditionibus, Clementem quoque, fraude deceptum, redegit in poteſtatem.* Quomodo vero aſtu *Salluſtii Criſpi*, Clementem in poteſtatem ſuam redegerit operoſe narrat *Tacitus Annal.* Lib. II. Cap. 39. & 40. ubi amplius quid de conſilio Clementis narrat, ſalutari Agrippæ Poſtumo, niſi per omnia novercam habuiſſet Fortunam. *Poſtumi Agrippæ ſervus* (inquit) *nomine Clemens, comperto fine Auguſti, pergere in inſulam Planaſiam, fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos, non ſervili animo concepit. Auſa ejus impedivit tarditas onerariæ navis: atque interim patrata cæde, ad majora & magis præcipitia converſus, furatur cineres, vectuſque Coſam Etruriæ promontorium, ignotis locis ſeſe abdit, donec crinem barbamque demitteret.* &c.

TABULA VII.

CONTINENS NUMISMATA

NERONIS CLAUDII DRUSI GERMANICI

EX OMNI MODULO ET METALLO.

Pervenimus ad Claudii Cæſaris patrem Druſum, Auguſti privignum, Tiberii fratrem, Liviæ ex marito priore filium, quem, non ſine ſuſpicione, quod per adulterium ex Auguſto fuiſſet conceptus, intra penates novi mariti tertio menſe peperit mater. *Patrem Claudii Cæſaris* (inquit in Vita ejus *Suetonius* Cap. I.) *Druſum, olim Decimum mox Neronem prænomine, Livia, quum Auguſto gravida nupſiſſet, intra menſem tertium peperit: fuitque ſuſpicio, ex vitrico per adulterii conſuetudinem procreatum. Statim certe vulgatus eſt verſus:*

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία

Decimum, quum infans eſſet, adpellatum fuiſſe refert *Suetonius*, ſed poſtea Neronem, quod prænomen, abolito priore, in omnibus Druſi nummis adparet. Sententias de morte Druſi collegit *Jo. Triſtanus Sanctamantius*, ipſe eo inclinans, ut cæſum a Germanis in pugna exiſtimet. Verba ejus Tom. I. p 143. hæc ſunt: „ Neron Claudius Druſus „ frere puiſné de Tibere naſquit trois mois après „ qu'Auguſte eut eſpouſé Livia ſa mere; des ex- „ cellentes vertus duquel je ne mettray rien icy de „ plus particulier que ce que tous les plus anciens „ & modernes en ont remarqué; ſeulement je „ parleray de ſa mort, dont on eſcrit diverſe- „ ment. Car la pluſpart ſe contentent de dire, „ ou, qu'il mourut de venin, ou poiſon qui luy „ fut donnée, ou (comme *Suetone* & *Dion* le ra- „ content) de maladie naturelle. D'autres (com- „ me *Tite Live*) eſtant tombé de cheval, & s'e- „ ſtant rompu une cuiſſe, déguiſans ſon infortu- „ ne. (1) Et *Strabon* liv. VII. qui ſimplement dit „ qu'il deceda entre le Rhin & le Sala. Mais „ *Pedo Albinovanus* le repreſente comme ayant „ eſté tué par un Allemand, en ces deux vers „ de l'Elegie qu'il compoſa ſur le ſujeſt de ſa „ mort.

„ *Spiritus ille minax, & Druſi morte ſuperbus,*
„ *Carnifici in mœſto carcere dandus erit.*

„ Et encore en ce vers.

„ *Cauſaque dicemur nos tibi, Druſe, necis.*

„ Voire meſme il dit que cette infortune avoit „ eſté comme prognoſtiquée par l'embraſement „ ſurvenu de trois Temples, ainſi,

„ *Jupiter ante dedit fati mala ſigna cruenti,*
„ *Flammifera petiit cum tria templa manu.*

„ Mon opinion donc eſt, qu'en ce combat ſon „ cheval l'ayant jetté par terre, il ſe rompit la „ cuiſſe, & qu'il fut achevé de tuer par ce Ger- „ main; ou bien que ſon cheval luy ayant eſté „ tué ſoubs luy, il fut pareillement porté par terre „ & maſſacré par les ennemis. Eſtimant que c'eſt „ de cette ſorte de mort, que *Vellejus Paterculus* „ entend parler en ſon ſecond livre; quand il dit, „ que *illum fatorum iniquitas agentem annum tricesimum rapuit.* Voire meſme je tiens que *Suetone* a expreſſément déguiſé le genre de mort dont „ il mourut en Germanie; mais toutefois avec „ cette imprudence, que d'avoir adjouſté à ce „ qu'il en dit, que le lieu où ſa mort arriva, en „ fut appellé depuis *ſcelerata caſtra.* Car il n'eſt „ pas vrayſemblable que cét Epithete luy euſt „ eſté donné, ſi Druſus ne fuſt decedé que d'une „ mort naturelle, y ayant plus d'apparence que „ ce fut à cauſe de cette fin tres-funeſte, dont fait „ mention *Albinovanus:* De meſme que cette porte de Rome, par laquelle les trois cens Fabiens, „ depuis taillez en pieces par les Vejentins „ eſtoient ſortis, fut appellée depuis *ſcelerata Porta,*

(1) In Editione Prima locum hunc ita conceperat *Triſtanus.* „ Mais je trouve que *Strabon* liv. VII. & qui vivoit „ en ce temps là, a tout ſeul dit la verité avec liberté, aſſeurant qu'il fut tué par les Allemans en un combat. Ce „ que je trouve eſtre confirmé par *Peda Albinovanus*, (ce „ qui n'a pas eſté obſervé par les Nummographes) qui &c."

„ *ta*, felon *Verrius Flaccus* & *Sextus Pompejus.*
„ Voyez *Occo* p. 99.

Hæc *Triſtanus*. Verum ſicuti verba *Albinovani* adducit, ſic quoque inprimis, quibus ſententia ejus nititur, *Strabonis* verba proponere debuerat, apud quem Lib. VII. nihil de cæde Druſi, ſed de loco ubi animam efflavit mentionem invenio. Verba *Strabonis* hæc ſunt Lib. VII. p. 291. prioris, ſive 447. poſterioris Edit. Ἔστι δὲ Σάλας ποταμὸς, οὗ μεταξὺ καὶ τοῦ Ῥήνου πολεμῶν, καὶ κατορθῶν Δροῦσος ἐτελεύτησεν ὁ Γερμανικός. *Eſt & Sala fluvius, inter quem & Rhenum bellum felici ſucceſſu gerens obiit Druſus Germanicus.* Neque enim illa πολεμῶν ἐτελεύτησεν, *pugnans cecidit*, recte a quoquam hoc in loco (contra omnium Scriptorum reliquorum ſententiam) verti poſſunt aut debent, ſed *bellum gerens*. *Suetonius*, qui inter omnes Hiſtoricos liberrime ſcripſit, caſum hunc haud reticuiſſet. *Albinovanus* pro *morte ſuperbus*, potuerat ſcribere *cæde ſuperbus*, neque opus erat diſſimulare nobile lethum. *Superbus* tamen *morte* Druſi, etiam ſimplici, erat Germanus, quod Druſus, bellum in illis gerens regionibus, id haud ad finem perduxiſſet, ſed, Deorum quaſi ira, in medio victoriarum curſu fuerat abreptus, & ſive ferro hoſtili, ſive caſu equi fortuito vel morbo perierat: Romani tamen, pro quorum gloria bellum gerebat, poterant eidem *cauſa necis* a poëta dici. Præterea in naturali virorum principum morte ſigna & oſtenta veluti præſagia futuri mali ſollicite ſemper quæſita & adnotata fuerunt. Denique *ſcelerata* caſtra nihil aliud ſunt quam *infelicia*, quod ex *Albinovano* quoque ſuſpicari potuerat *Triſtanus*, apud quem queritur Livia verſu 135.

Tene ego ſuſtinui poſitum ſcelerata videre.

id eſt miſera & penitus afflicta; prouti in ſimili orbitate *Quinctilianus* increpat *inpiam vivacitatem* ſuam in Proëmio Lib. VI. non quidem ſceleratam proprie, ſed deplorandam, miſeram, infelicem, amiſſis morte (quamvis naturali) liberis. Recte igitur *Suetonius* & *Dio* ſimpliciter Druſum & morbo obiiſſe ſcribunt, cui morbo equi lapſus originem dediſſe videtur, quod dierum quoque a lapſu numero adnotato confirmat Epitome *Liviana* CLX. *Ex fractura, equo ſuper crus ejus collapſo, trigeſimo die quo acciderat mortuus eſt.* Spirantem igitur invenire potuit Tiberius, ut adſerit *Dio* Lib. LV. p. 549. καὶ ὃς ἔμπνουν τε αὐτὸν κατέλαβε, καὶ ἀποθανόντα ἐς Ῥώμην ἐκόμισε. *iſque animam adhuc trahentem reperit, Romamque corpus detulit.*

NUM. 1. & 2.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMPerator. Caput Neronis Druſi nudum dextram verſus.

DE GERMANIS. Clypei oblongi duo cum ſpiculis, tubis & vexillo militari.

Argenteus hic nummus monumentum exhibet victoriarum, quas Nero Druſus ex Germania retulit. Expeditiones & victorias illas (additis oſtentis, quorum *Pedo Albinovanus* meminit in adlatis ſupra verſibus) commemorat *Dio Caſſius* in initio Lib. LV. p. 548. his verbis. Τῷ δ' ἐχομένῳ ἔτει ὁ Δροῦσος μετὰ τοῦ Κρισπίνου ὑπάτευσε· καὶ αὐτῷ σημεῖα οὐκ ἀγαθὰ συνηνέχθη. πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα καὶ χειμῶνι καὶ κεραυνοῖς, πολλοὶ δὲ καὶ ναοὶ ἐφθάρησαν, ὥστε καὶ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίνου, τόν τε συνναόν αὐτοῦ κακωθῆναι· οὐ μέντοι καὶ ἐφρόντισέ τι αὐτῶν, ἀλλ' ἔς τε τὴν τῶν Χάττων ἐσέβαλε, καὶ προῆλθε μέχρι τῆς Σουηβίας, τήν τε ἐν ποσὶν οὐκ ἀταλαιπώρως χειρούμενος, καὶ τοὺς προσμιγνύντας οἱ οὐκ ἀναιμωτὶ κρατῶν. κἀντεῦθεν πρός τε τὴν Χερουσκίδα μετέστη, καὶ τὸν Οὐίσουργον διαβὰς, ἤλασε μέχρι τοῦ Ἀλβίου πάντα πορθῶν. ἐκεῖνον γὰρ (ῥεῖ δὲ ἐκ τῶν Οὐανδαλικῶν ὀρῶν, καὶ ἐς τὸν Ὠκεανὸν τὸν προσάρκτιον πολλῷ μεγέθει ἐκδίδωσιν) ἐπεχείρησε μὲν περαιωθῆναι, οὐκ ἠδυνήθη δὲ, ἀλλὰ τρόπαια στήσας, ἀνεχώρησε. *Anno inſequenti, Druſo & T. Quintio Criſpino conſulibus, ſigna Druſo haud læta acciderunt. Inter multa alia quæ tempeſtate & fulminibus perdita fuere, templa quoque nonnulla, adeoque Jovis etiam Capitolini, & huic adjunctum fanum, læſa ſunt. Quibus neglectis, Druſus in Chattorum fines ingreſſus, obvia quæque non ſine magno labore ſubigendo, congreſſoſque præliis haud incruenta victoria ſuperando, uſque in Suevos pervenit: inde in Cheruſcos converſo itinere, Viſurgim tranſgreſſus, omnia populando ad Albim uſque perrexit; qui ex Vandalicis montibus profluens, in Oceanum Septentrionalem magnus admodum factus effluit. Hunc quum fruſtra conatus eſſet tranſire, tropæis conſtitutis receſſit.* Editus exſtat nummus ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XLI. lit. F. & Num. 7. Diſtat autem ab aliis ſcriptura, quæ in hoc nummo per obliquam nummi partem, in reliquis, ut Num. 6. in ambitu ejuſdem adparet.

NUM. 3.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMPerator. Caput Neronis Druſi laureatum, dextram verſus.

DE GERManis. Quæ inſcribuntur partim, partim ſuperponuntur fornici ſive arcui triumphali, ornato duobus tropæis & totidem captivis genuflexis, atque manibus poſt terga ligatis. Erigitur media inter duo tropæa Statua Druſi Equeſtris, haſtata, equo feroci & duos anteriores pedes attollenti inſidens.

Egregium hic quoque nummus eſt argumentum victoriarum Druſi, atque honoris ipſi poſt mortem habiti. Omnes enim hi nummi poſt obitum Druſi, ſub imperio filii ejuſdem Claudii ſignati ſunt. Poſt mortem vero Druſum, & Germanici cum ſtirpe ſua accepiſſe cognomen, & Arcubus Triumphalibus fuiſſe honoratum, patet ex *Dione Caſſio*, cujus hanc in rem verba inveniuntur Lib. LV. p. 549. Καὶ ὁ μὲν ἔς τε τὸ Ἄρειον πεδίον ὑπὸ τῶν ἱππέων, τῶν τε ἐς τὴν ἱππάδα ἀκριβῶς τελούντων, καὶ τῶν ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ γένους ὄντων, ἠνέχθη· κἀνταῦθα πυρὶ δοθεὶς, ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνημεῖον κατετέθη· Γερμανικός τε μετὰ τῶν παίδων ἐπονομασθεὶς, καὶ τιμὰς καὶ εἰκόνων καὶ ἁψῖδος κενοταφίου τε πρὸς αὐτῷ τῷ Ῥήνῳ λαβών. *Druſi funus ab iis, qui equeſtrem ordinem cum dignitate ſervabant, & à patriciis in campum Martium eſt allatum: ibi cremati reliquiæ in Auguſti ſunt ſepulchrum conditæ, Ger-*

manicique cognomen ei & filiis datum, honoresque statuarum, fornicum, & honorarii ad ipsum Rhenum tumuli dati.

Vulgarunt hunc ex auro atque argento nummum *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLI. Lit. B. & Num. 4. (ubi tamen male pro laurea querneam dat coronam) *Num. Arschot.* in *Aur.* Tab. IV. Num. 8. 9. in *Arg.* &c. Tab. XVII. Num. 17. 18. *Leonard. Augustin.* Tab. III. Num. II. *Begerus* in *Thesaur. Brand.* Tom. II. p. 613. *Pedrusius* in *Museo Farnes.* inter *Aureos*, ubi male alæ pro paludamento statuæ equestri a sculptore adjunguntur. Ipse quoque similem nuperrime vidi. Exstat in *Thes. Schwartzburgico.*

Num. 4.

Epigraphe eadem, caput idem.

DE GERMANIS. Arcus similis cum Drusi Statua Equestri inter duo tropæa.

Nummus hic & sequens a præcedente discrepant, quod ipsa inscriptio tota ponatur in peristylio Arcus, ad tropæa nulli adsideant captivi, sed tantum duo scuta utrimque adponantur; equus præterea non inpetu fertur, sed tolutim graditur. Miror autem cur fulmen manu teneat Drusus, quod non observatur apud *Hub. Goltzium*, ex cujus *Aug.* Tab. XLI. num. 5. desumtum est numisma, quod in auro atque argento exstare ibidem dicitur; certe inter *Num. Arschotana* Tab. XVII. Num. 19. nudam dextram pacificatoris habitu adtollit.

Num. 5.

Epigraphe eadem, caput idem.

DE GERMANIS. Similis arcus ut in nummo qui præcessit, sed Statua dextram pacificatoris habitu adtollit, atque versus lævam non dextram manum collocatur.

Servatur elegans hic nummus in *Museo nostro*, ex auro pariter pulcherrimus atque argento.

Num. 6.

Epigraphe eadem, caput idem.

DE GERMANIS. Clypei decussatim positi, cum spiculis, tubis, & intermedio vexillo militari.

Ponitur in aureo hoc atque argenteo nummo ipsa inscriptio in circulo, ut passim, non per transversum, ut supra; præterea caput Drusi non nudum est sed laureatum. Depingitur ab *Hub. Goltzio* in *Aug.* Tab. XLI. Num. 9. a *Carolo Patino* in *Thes. Numism.* p. 51. *Numism. Arschot.* ex auro Tab. IV. Num. 10. ex Arg. &c. Tab. XVII. Num. 20. *P. Pedrusio* inter Arg. *Aug.* Tab. XXIV. Num. 1. *Vaill. Num. Impp.* Tom. II. p. 50. aliisque. Servatur in *Gaza* olim *Schwartz.* nunc *Saxo-Gothana.*

Num. 7.

Epigraphe eadem, caput idem.

RHENUS. Rhenus fluvius, scopulis insidens; dextra arundinem tenet, læva urnæ innititur.

Nititur argenteus hic Drusi nummus fide *Huberti Goltzii*, qui illum depinxit in *Aug.* Tab. XLI. Num. 2. unde in *Comment.* suis illustravit *Jo. Sanctamantius*, atque hæc ad ejus typum ab aversa parte adnotavit Tom. I. p. 145. „NERO „CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMP. „Drusus. Au revers. RHENUS. Le Rhin representé couché, appuyé sur une urne, & tenant „un rozeau.

„Je ne m'estendray gueres sur le sujeẞ des qualitez & dignitez de ce fleuve renommé, ayant „esté prevenu par plusieurs escrivains de ce Siecle. Seulement je remarqueray que *Nonnus* liv. „XLIII. dit qu'il a cela de commun avec le Pactole, qu'il porte des paillettes d'or en son sable.

„ Χρυσὸν Ἴβηρ πόρε Ῥῆνος ἐχεκτεάνων δὲ μετάλλων
„ Ἤλυθεν ἴκελα δῶρα γέρων Πακτωλὸς ἀείρων, &c.

„ *Et le Rhin Iberien donna de l'or, & le vieil Pactole emmena pareillement les presens de mètaux de tres-riches & tres-precieux.* Aussi Martial l'appelle *Auriferum* liv. X. Epigr. 7. ou *aureum*, en ces vers,

„ *Sic & cornibus aureis receptis;*
„ *Et Romanus eas utraque ripa.*

„ Sur lequel passage *Raderus* commentant, fait „voir qu'il n'avoit pas leu *Nonnus*, & se fait tort „en ce qu'il dit sur ce sujeẞ. Or le Rhin estant „si riche, il doit plus raisonnablement qu'aucun „autre estre representé tenant une corne d'abondance. Il est aussi communément comme plusieurs autres fleuves representé ayant deux cornes au front; & ce pour autant qu'il embrasse „comme de deux bras l'Isle des Bataves, son „cours ne laissant pas d'estre esgalement violent „pour cela. Voyez *Tacite* liv. II de ses Annales. Aussi il est appellé *Bicornis* par *Virgile* à „la fin de son huictiesme livre de l'*Æneide.* Mais „cet epithete est commun à plusieurs autres, „estant assez cogneu que les fleuves estoient representez cornus; dont *Eustathius* rapporte sur „*Dionysius* trois raisons, ausquelles je renvoye le „Lecteur, qui y trouvera dequoy se contenter „On les appelloit donc pour cette raison Ταυρόκερως *porte-cornes comme taureaux.* Mais „pour contenter les curieux, je diray icy par occasion, que les fleuves estoient representez en forme de Taureaux, tantost en forme d'hommes cornus, & puis en celle d'un

„ en-

„ enfant. Ce que j'apprends d'*Ælian.* liv. II. de „ ses Hist. diverses chap. 3. dont je rapporteray „ le passage entier, par ce qu'il est agreable & no- „ ble. *Fluviorum* (ce dit-il) *naturam & alveôs ob* „ *oculos cernimus, nihilominus tamen quidam colentes* „ *eos, & imagines eorum fabricantes; partim homi-* „ *num, partim boum figuras eis affingunt. Nam bobus* „ *similes faciunt Stymphalii Erasinum & Metopam,* „ *Lacedæmonii Eurotam, Sicyonii & Phliasii Aso-* „ *pum, Argivi Cephissum. In hominum vero figura* „ *Psophidii Erymanthum, Alphæum Heræenses, Cher-* „ *ronesii qui à Gnido sunt similiter ipsi quoque eundem* „ *fluvium. Athenienses autem Cephissum colunt, ut* „ *virum cornutum. Porrò in Sicilia Syracusii Ana-* „ *pum viro assimilant, & Cyanam fontem ut fœmi-* „ *nam honorant. Ægestæi Porpacem, Crimissum &* „ *Themissum virorum specie colunt. Agrigentini co-* „ *gnominem urbi Fluvium speciosi pueri forma ef-* „ *fingentes, illi sacrificant. Qui enim Delphis consecra-* „ *runt eburneam statuam, & fluvii nomen inscripse-* „ *runt, statuam autem fecerunt puerum.* Voire mes- „ me l'Ocean est appellé cornu par *Euripide*, en „ sa Tragedie d'*Orestes* vers 1378. ainsi,

Ἢ πόντον Ὠκεανὸς, ὃν ταυρόκρανος ἀγκάλαις
Ἑλίσσων κυκλεῖ χθόνα.

„ C'est à dire, *Aut per pontum quem Oceanus* „ *habens taurinum caput, cubitis circumdans am-* „ *plectitur terram*? Aussi *Hesiode* vers 104. du „ bouclier d'Hercule appelle Neptune Ταύ- „ ρειον, par ce que (ce dit Tzetzes) Ταυρο- „ κράνος ἐστὶν, c'est à dire, que Neptune estoit „ representé souvent la teste cornuë comme un „ Taureau, & ce, *propter sonitum fluctuum mu-* „ *gientium, vel quod in civitatibus Bœotiæ soleant Ne-* „ *ptuno Tauros sacrificare*, & que c'est pour cette „ raison, ce disent les Scholiastes d'*Hesiode*, que „ les fleuves sont dits Ταυροκέρανοι. Voyez aussi „ *Lycophron* & son Scholiaste." Ultra Rhenum fluvium bella gessit Drusus, &, priusquam, iter retro flectens, Rheni ripas adtigerat, morte consumtus fuit, ut testatur *Dio Cassius*, miras ejus rei addens circumstantias, nam Lib. LV. p. 548. ubi narrans cur Albin fluvium non transierit, hæc refert. Γυνὴ γάρ τις μείζων ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν ἀπαντήσασα αὐτῷ, ἔφη, Ποῖ δῆτα ἐπείγῃ Δροῦσε ἀκόρεστε; οὐ πάντα σοι ταῦτα ἰδεῖν πέπρωται. ἀλλ' ἄπιθι. καὶ γάρ σοι καὶ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου τελευτὴ πάρεστιν ἤδη. Θαυμαστὸν μὲν οὖν τὸ τινὰ φωνὴν παρὰ τοῦ δαιμονίου τοιαύτην τῳ γενέσθαι, οὐ μέντοι καὶ ἀπιστεῖν ἔχω. παραχρῆμα γὰρ ἀπέβη, σπουδῇ τε ὑποστρέψαντος αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ νόσῳ τινὶ, πρὶν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐλθεῖν, τελευτήσαντος. καί μοι τεκμηριοῖ τὸ λεχθὲν ὅτι καὶ λύκοι περὶ τὸ στρατόπεδον ὑπὸ τὸν θάνατον αὐτοῦ περινοστοῦντες ὠρύοντο, καὶ νεανίσκοι δύο διὰ μέσου τοῦ ταφρεύματος διιππεύοντες ὤφθησαν· θρῆνός τέ τις γυναικεῖος ἠκούσθη, καὶ ἀστέρων διαδρομαὶ ἐγένοντο. ταῦτα μὲν οὕτως ἐγένετο. *Etenim mulier quædam, humana amplior forma, ei obviam facta: Druse, inquit, quo tandem nullum cupiditati tuæ modum statuens, contendis? non tibi fatis concessum hæc omnia videre; quin tu abi: jam enim & operum tuorum & vitæ instat tibi terminus. Oblatam à deo aliquo hanc vocem mirum profecto est, neque tamen mihi fides abroganda videtur huic rei, quam statim eventus comprobavit, nam & continuo retro ire Drusus cœpit, & in itinere, priusquam Rhenum attingeret, morbo decessit. Astipulantur huic quod commemoravi prodigio, etiam alia: namque & sub mortem ejus lupi circum castra ipsius vagati ulularant, & juvenes duo per medias munitiones equis transvecti apparuerant, ejulatusque muliebris auditus fuerat, & stellæ in cœlo discurrerant.*

NUM. 8. & 9.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMPerator. Caput Neronis Drusi nudum dextram versus.

TIberius CLAUDIUS CAESAR AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate IMPerator Pater Patriæ. Drusus togatus spoliis insidet, dextra lauri ramum læva super gremium chartam convolutam tenens. Infra Senatusconsulti legitur nota.

Magnificus hujus ærei (quales sunt, qui sequuntur in hac tabula omnes) licet haud rari, nummi est typus, in quo veluti Triumphator gentium Barbararum a filio Claudio, interveniente Senatusconsulto, celebratur Nero Drusus. Aversam nummi partem hac interpretationis luce perfundit *Jo Tristanus Sanctamantius Comm. Histor.* Tom. I. p. 144. „ NERO CLAUDIUS DRU- „ SUS GERM. IMP. L'effigie de Drusus. Au „ revers il y a, TI CLAUDIUS CÆSAR AUG. „ P. M. TR. POT. IMP. P. P. SC. Drusus assis „ sur un siege curule, environné de despoüilles „ de toutes parts, tenant un rameau de laurier.

„ Cette medaille semble representer la marque „ de la puissance Proconsulaire qu'Auguste luy „ confera, après estre revenu victorieux pour la „ seconde fois de plusieurs nations barbares de la „ Germanie, où l'Empereur voulut qu'il retour- „ nast pour achever cette guerre. Qui fut le „ temps auquel le Poëte *Diodorus* luy addressa ce „ gentil epigramme du premier livre de l'Antho- „ logie chap. 31. apprehendant que le malheur „ qui luy arriva ne le ravist à l'Univers.

„ Ἀδρήστειά τε δία καὶ ἰχναίη σε φυλάσσοι
„ Παρθένε, ἡ πολλοὺς ψευσαμένη Νέμεσις,
„ Δείδια σύν τε φυῆς ἐρατὸν τύπον, &c.

„ Que je mets ainsi en nostre langue. Que la di- „ vine Adrastée, & la vengeresse des torts & ou- „ trages Nemesis, accompagnent tes pas, & te „ gardent d'infortune Car je crains la perte d'u- „ ne jeunesse si florissante en beauté, & d'un na- „ turel si excellent, admirant tes desseins magna- „ nimes, & la vigueur d'une force de courage tou- „ te divine, & avec cela ta grande sagesse, & „ tes conseils si prudens. Car nous avons appris, „ ô Drusus, que ceux qui te ressemblent sont de „ la race des immortels. Certainement ce fut une „ grande perte pour les Romains que la mort de „ ce valeureux & vertueux personnage, & qui „ fut fort sensible au general & particulier. Mes- „ me Ovide liv. 1. de ses Fastes le regrette ainsi „ pour son interest,

„ *Et mortem & nomen Druso Germania fecit;*
„ *Me miserum, virtus quam brevis illa fuit!*

„ Quant aux exploits memorables qui le signale- „ rent en ces deux premiers voyages, *Albinovanus* les exprime en deux vers.

„ *Ille genus Suevos, acre, indomitosque Sicambros*
„ *Contudit, inque fugam barbara terga dedit.*

„ Ces belles & genereuses actions sont aussi „ loüées avec sa prudente conduite par le susdit „ *Diodorus* en une epigramme qui se lit dans le „ premier de l'*Anthol.* chap. 26. où Rome est ap- „ pellée ville de *Remus*. Mais *Opsopœus* l'attri „ buë à Neron, enquoy il se mesprend visible- „ ment." Hunc nummum fere omnes protulerant Antiquarii, præcipue *Hub. Goltzius* in *Aug.* Tab. XLI. Num. 5. *Octavius Strada* p. 28. *Chandlerus* p. 7. sed mutilata inscriptione, *Laur. Begerus* in *Thes. Brand.* Tom. II. p. 613. ubi P. M. omittitur, *Car. Patinus* in *Sueton. Nummis inlustrato* p. 180. *Museum Farnesian.* Tab. III. Num. 2. & 3. *Francisci Angeloni* in *Hist. Augusta* p. 33. Num 20. & 21. Servatur in *Thes. Schwartzburg.* & passim apud omnes, ut & in *Museo nostro.* Sed & insuper duos possidemus cum incisa eadem Nota, quæ occurrit infra Num. 13.

NUM. 10.

Epigraphe eadem, caput idem.

Senatus Consulto. Spei typus, solito more gradientis, nam dextra florem, læva vestis tenet laciniam.

Vulgaris in Claudii Imperatoris nummis Spei solet esse typus, itaque eamdem Deam ab aversa parte Neronis Drusi jussit signari Senatus, tamquam Spem, quam Populus Romanus ex præclara Drusi illius indole conceperat, confirmasset in se filius Drusi Claudius. Exhibuit nummum solus *Carolus Patinus* in *Sueton. Nummis ill.* p. 180. Errore forte Nummarii a nummo Claudii mutuatum fuisse suspicatur *Jo. Vaillant.* in *Num. Imp. Præstant.* Tom. I. p. 12.

NUM. 11.

Epigraphe eadem, caput idem.

IMPerator CAESar TItus DIVI VESPasiani Filius AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate Pater Patriæ COnSul VIII. RESTituit. In Area Nummi Senatus Consulto.

Egregius hic est nummus, qui curam testatur & adfectum, quo erga domum Claudianam devinctus fuit Titus Imperator, Vespasiani filius. Familiaritatem ejus cum infelici Britannico, Claudii filio, testatur *Suetonius* in *Tito* Cap. II. *Educatus in aula cum Britannico simul, ac paribus disciplinis ut apud eosdem magistros institutus.* & mox ibidem: *Erant autem adeo familiares, ut de potione, qua Britannicus hausta periit, Titus quoque juxta cubans gustasse credatur, gravique morbo adflictatus diu.* Narrat deinde, quomodo statuas & alia in honorem ejusdem posuerit. Neque Titus modo, sed & pater Vespasianus & frater Domitianus plures nummos Imperatorum, qui ante se fuerant, restituerunt. Profertur & hic nummus a *Carolo Patino* ad *Sueton.* p. 180. Judicium *Jo. Vaillantii* in *Numm. Imp. Præst.* Tom. I. p. 12. hoc est: *Hic nummus primæ formæ in Thesauro Patini, si legitimus est, inter rarissimos est collocandus.* Bis autem vulgavit *Patinus*, primo in *Thes.* p. 141. ubi legit COS. VII. deinde ad *Suetonium.* Eo more, quo legit in *Thesauro Patinus*, eumdem edidit ex *Museo Farnes. P. Pedrusius* Tab. VI. Num. 3. p. 39. sed alium in *Gaza Fridericiana* invenit *Christ. Sigism. Liebeus*, quem edidit ex illa *Gaza* sive in *Gotha Nummaria* p. 275. adposita etiam priore, qua Drusi caput continetur, parte. Inscriptio aversæ partis notabilis est propter scripturam Titi per literam (ut scribi solet) T. solam, non duas TI. atque expressum clare Consulatum octavum. Inscriptio hæc est, IMPerator Titus CAESar DIVI VESPasiani Filius AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate Pater Patriæ COnSul VIII. RESTituit. Senatus Consulto. Reliqua ab ipso *Liebeo* pete.

NUM. 12. & 13.

TIberius CLAUDIUS CAESAR AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate IMPerator Pater Patriæ. Caput Imperatoris Claudii, Drusi filii, cum nota incusa, quæ continet literas N. C. A. PR.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMAnicus IMPerator. Arcus Triumphalis cum fornice, imposita desuper. Drusi statua equestri inter duo tropæa.

Egregius hic & rariores duo, qui sequuntur, nummi, confirmant adductum supra ex *Dione Cassio* testimonium, de honoribus Druso mortuo habitis. In hoc insuper nota quædam incusa observatur quinque continens literas, hasce videlicet, N. C. A. P. R. quæ quidem punctulis in ipsis nummis non distinguuntur. Plures enim ejus generis possideo, & quidem præter hunc ipsum alium, in quo nota eadem in summo margine post Claudii nomen adparet, deinde illum, qui supra Num. 9. occurrit; insuper tres ipsius Claudii nummos, videlicet cum typo Spei, vel inscriptos EX S. C. OB CIVES SERVATOS. in quernea; quales infra inter Claudii nummos, sed sine Nota inpressa, observare licet. Denique nummum in quo Templum Divi Augusti adparet sub Tiberio Cæsare cusum, qualis (sed sine ejusmodi Nota) depingitur infra in Tiberio Tab. V. Num. 17. & 18. In omnibus hisce quinque illæ literæ inveniuntur. Incusos autem Nota ejusmodi omnes ejusmodi nummos existimo sub Claudio, & quidem eo tempore, quo gravissima fame adflictum fuit Imperium Romanum. Caussam dedisse eamdem existimo ut pecuniæ pretium augeretur, & quæ ejusmodi nota fo-

foret percussa pluris quam quæ eadem careret (prout in quibusdam hodiernæ hujus Reipublicæ monetæ generibus fieri solet) valeret in usu & rerum cum eadem permutatione. Itaque curam ejus rei suscepisse Cæsarem, ejusque inde haud parum auctum fuisse fiscum. Quare literas has ita explico, *Nota Cæsaris Augusti* PR*obus* vel PR*obatus*, scilicet Nummus. Huic interpretationi suffragari videntur tres diversæ notæ in nummo octavodecimo, quas explico PRO*bus*. BON*us*. IMP*erator*. Ubi vide quæ notavimus. Drusi nummus cum Arcu Triumphali & dicta Nota N. C. A. PR. servatur in *Gaza Schwartzb.* & *Museo nostro.* Sed insuper alium sine nota possidemus pulcherrimum atque integerrimum, in quo animadvertere clarissime licet, quod in peristylio Arcus Triumphalis patera & guttus sive urceus, Pontificatus insignia, non vero duæ depingantur pateræ. Simplex autem Nummi typus editus invenitur apud *Lævinum Torrentium* ad *Sueton.* Cap. 1. Claudii, in *J. G. Grævii Suetonio* p. 459. & Tom. IV. *Thesauri* ejusdem p. 1702. describitur.

NUM. 14.

Epigraphe eadem, caput idem.

Titus DIVI VESPasiani Filius AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate Pater Patriæ COnSul VIII. RESTituit. Idem Arcus Triumphalis, sed statuæ Equestri subjicitur captivus prostratus, & in peristylio Arcus scribitur DE GERmanis. Ad latera est Senatusconsulti nota.

Rarissimum facit nummum restitutio Titi, Vespasiani filii. Depictus exstat apud *Car. Patinum* in *Sueton. Nummis inlustrato* p. 180. & apud *Jo. Vaillantium* in *Num. Imp. Præstant.* Tom. I. p. 11. Sed uterque Victoriarum imaginibus partem fornicis infra peristylium exornatam exhibuit.

NUM. 15.

Epigraphe eadem, caput idem.

CAESARIS AUGusti Filius DOMITIANus COnSul V. RESTituit. Arcus Triumphalis plane idem.

Depinxerunt ediderùntque rarissimum hunc nummum *Hubertus Goltzius* in *Aug.* Tab. XLI. Num. 11. & *Carolus Patinus* in *Suetonio Nummis inlustrato* p. 180.

NUM. 16. & 17.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GER... Caput Neronis Drusi nudum dextram versus, cum nota quinque literarum, de qua ad Num. 13. actum fuit post cervicem impressa.

. . . . . . CLAUD. . . . . . . Duo capita virilia, nuda, sibi invicem opposita.

Merito dolendum est, erosas per antiquitatem fuisse literas aversæ partis. Capita vero nimis juvenilia a *Morellio* ex detrito nummo exhibita fuisse. Suspicor enim Germanicum & Claudium exprimi, atque ita patrem fratremque Claudii una cum ipso in hoc nummo exstare. Quod si revera tam juvenilia in nummo rarissimo sint capita, quid vetat referre ad filios Germanici, fratres Cai, Neronem & Drusum, ac Claudia utrumque gente, Sejani quidem artibus, Tiberii tempore, misere oppressos, sed Claudii patrui benignitate in hoc ære redivivos. Neque negare velim depingi potuisse Neronem Claudium & Britannicum, Claudii Imperatoris liberos atque Neronis Claudii Germanici nepotes. Depinxit *Morellius* ex *Museo ill. Colberti, Marchionis de Seignelay.*

NUM. 18. & 19.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMPerator. Caput Neronis Drusi nudum dextram versus.

TIberius CLAUDIUS CAESAR AUGustus Pontifex Maximus Tribunicia Potestate IMPerator Pater Patriæ. Drusus togatus spoliis insidet, dextra lauri ramum læva super gremium chartam convolutam tenens. Infra Senatusconsulti legitur nota.

Notari debet hic nummus propter tres incusas sub Imperatore Claudio notas, de quibus supra ad Num. 13. aliquid diximus. Notæ illæ continent literas PRO. BON. IMP. id est *Probus* vel *Probatus.* BON*us.* IMP*erator.* Et in hoc quidem nummo tres illæ notæ conjunctæ inveniuntur, quum in aliis nummis una tantum vel duæ inveniantur. Possideo nummum Claudii cum corona civica &c. atque una hac a parte capitis nota PROB. addita litera B. Ita videlicet, PR. scribitur in postremis duobus ex quinque N. C. A. PR. literis Num. 13. & 16. PRO. in Drusiano nummo *Morellii* quem nunc explicuimus; in Claudiano, quem ego possideo quatuor exprimitur literis PROB. ita ut nihil aliud nisi PROB*us* vel PROB*atus* significare illa Nota possit. Alter Claudii nummus, quem pariter servo, cum Spei typo, a parte capitis duas habet Notas incusas PRO*bus* BON*us.* Sed tertium ejusdem Claudii possideo, qui numero incusarum Notarum reliquos omnes supergreditur. Aversa pars, adsiduo usu penitus de-

detrita eſt. Sed pars capitis quinque notas incuſas habet, videlicet PR*Obus* BO*Nus* T*Iberius* C*Laudius*, dein IMP*erator*, & tandem CAE*ſar*. Omnes hi primæ formæ nummi ſunt. Jam ſi contemplemur Tabulam XXXII. inter Numiſmata Auguſti, totam conſtare videbimus ejusmodi nummis, qui tales Notas incuſas, unam videlicet vel duas, exhibent. Quas ſi cum Druſianis & Claudianis, ejusque temporis cuſis nummis conferamus, maxima profecto inde ſurgit veriſimilitudo, occaſione famis vehementiſſimæ, adeoque trepido Reipublicæ tempore auctum hiſce Notis pecuniæ fuiſſe valorem.

Num. 20. & 21.

NERO CLAUDius DRUSUS GERMANICUS. Caput Neronis Druſi nudum, lævam verſus.

TIberius CLAUDius CAESAR AUGuſtus Pontifex Maximus TRibunicia Poteſtate IMPerator Pater Patriæ. Caput Claudii Imperatoris nudum, lævam verſus.

Nummus æreus eſt, mediæ formæ, rariſſimus, in quo memoriam patris Druſi coluit Claudius, ejusque faciem ſimul cum ſua ab altera parte expreſſit. Non addidit *Morellius* notam, quo *Muſeum*, ex quo ſit depromtus, indicari poſſit.

Num. 22. & 23.

ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡος ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ ΥΙΟΣ. (*DRUSUS CAESARIS AUGUSTI FILIUS.*) *Caput Neronis Druſi laureatum, lævam verſus, inter lituum & capedunculam.*

ΤΙΒέριος ΓΕΡμάνικος ΚΑΙΣΑΡΕΣ. (*TIBERIUS GERMANICUS CAESARES.*) *Capita Tiberii & Germanici, ex quibus alter frater Druſi natu major, alter filius, nuda & ſibi invicem oppoſita.*

Græca aliqua urbs, forte Corinthus, ſignaſſe hunc nummum videtur ſub extremis Auguſti temporibus, &, ut ego quidem reor, poſtquam Tiberium Auguſtus, Germanicum, juſſu & voluntate Auguſti, adoptaſſet Tiberius. Sic enim hanc rem explicat *Suetonius* in Vita Tiberii Cap. XV. *Cajo & Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Auguſto ſimul cum fratre eorum, M. Agrippa: coactus prius ipſe Germanicum, fratris ſui filium, adoptare.* Et hinc, ut opinor Auguſti filius poſt mortem dicitur Druſus adulandi mira apud Græculos arte, quod Germanicus, cujus adoptivus tantum pater erat Tiberius, ipſe naturalem habuiſſet Druſum, factusque non judicio Tiberii, ſed juſſu Auguſti, Principis eſſet nepos & Imperii Romani deſtinatus ſucceſſor. Neque enim usquam legiſſe memini adoptatum ab Auguſto fuiſſe Druſum, quem ſi forte per adulterium ex gravida, quum eam uxorem duceret, Livia, ſuſtulit Auguſtus, tamen ut proprium agnoſcere auſus haud fuit; qua ratione, quum intra menſem tertium, teſte *Suetonio* in *Tiberio* Cap. I. editus fuiſſet Druſus, *partum immaturum* vocare potuit *Suetonius* in *Auguſto* Cap. LXIII. uti noviſſimus ejus Interpres animadvertit, qui ſententiam hanc ſtabilire potuerat *Dionis Caſſii* loco, quo expreſſe innuitur indulgentia publica jus trium liberorum Liviæ conceſſum fuiſſe, quamvis duos modo, Tiberium & Druſum, peperiſſet, idque factum fuiſſe in ſolatium caſus Druſiani. Verba *Dionis* Lib. LV. p. 549. hæc ſunt: Ἡ δὲ δὴ Λιουΐα εἰκόνων τε ἐπὶ παραμυθίᾳ ἔτυχε, καὶ ἐς τὰς μητέρας τὰς τε τρὶς τεκούσας ἐσεγράφη· οἷς γὰρ ἂν τὸ δαιμόνιον εἴτ' οὖν ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν μὴ δῷ τοσαυτάκις τεκνῶσαι, τούτων τισὶν ὁ νόμος, πρότερον μὲν διὰ τῆς βουλῆς, νῦν δὲ διὰ τοῦ αὐτοκράτορος τὰ τῶν γεγεννηκότων δικαιώματα χαρίζεται· ὥστε σφᾶς μήτε τοῖς τῆς ἀπαιδίας ἐπιτιμίοις ἐνέχεσθαι, καὶ τὰ τῆς πολυπαιδίας ἆθλα, πλὴν ὀλίγων τινῶν, καρποῦσθαι. *Livia autem ſolatii cauſa ſtatuis donata, & in matrum quæ ter peperiſſent numerum relata eſt. Quibus enim vel viris vel mulieribus fortuna tertiam prolem non conceſſit, eorum nonnullis tamen lex quædam à Senatu primum, nunc autem ab Imperatore etiam lata, jus trium liberorum largitur: ut neque mulcta ea quæ ſterilibus eſt propoſita teneantur, & paucis duntaxat exceptis copioſæ proli conſtituta præmia omnia adipiſcantur.*

Ediderat inſignem hunc ex ære medio nummum *Andr. Morellius* in *Specimine Univerſæ Rei Nummariæ Antiquæ* Tab. XV. Num. 3. pag. 155. ex *Theſauro Regio* ſive *Verſalienſi*, notam vero huic adpoſuit *Gazæ Schwartzburgicæ*, quæ nunc *Saxo-Gothana* eſt; unde inter ejus *Gazæ* decora editus & inluſtratus conſpicitur à *Chr. Sigiſm. Liebe*. Sed & adtulit eundem *Plinii* inluſtrator *Jo. Harduinus* Tom. I. p. 729. ubi caput in nummi parte priore refert ad Druſum Tiberii filium, duo capita adverſa in nummi poſtica parte ad Druſi ejus liberos gemellos, ex quibus ſcilicet alter Germanicus dictus fuerit. Haud facile (ut opinor) alicui cordato hanc perſuaſurus eſt ſententiam. Reticere tamen non debeo in *Muſeo noſtro* duos ejusmodi ſervari nummos, quorum uterque caret ſacerdotii inſignibus, lituo & ſimpulo ſive capeduncula, Druſi tamen caput pariter laureatum conſpicitur.

TABULA VIII.

CONTINENS

NUMISMATA ANTONIAE,

UXORIS NERONIS DRUSI GERMANICI,

EX OMNI MODULO ET METALLO.

Drusi uxor Antonia, M. Antonii Triumviri & Octaviæ, sororis Augusti, filia, à matre muliebrium virtutum decora, pudicitiam, amorem in virum, liberos & nepotes tulit, à patre generositatem magnumque animum. Vere igitur meruit encomia, quæ apud veteres Scriptores illi dantur, quæque breviter & eleganter contraxit inter veteres *Plutarchus* in *Antonio* p. 955. Ἀπολειπομένων δὲ τῶν Ἀντωνίου καὶ Ὀκταβίας δυοῖν θυγατέρων, τὴν μὲν Δομίτιος Ἀινόβαρβος ἔλαβε, τὴν δὲ σωφροσύνῃ καὶ κάλλει περιβόητον Ἀντωνίαν, Δροῦσος ὁ Λιβίας υἱός, πρόγονος δὲ Καίσαρος. *Duarum, quæ supererant, Antonii & Octaviæ filiarum, alteram in matrimonio habuit Domitius Ahenobarbus, alteram castitate & forma celebrem Antoniam Drusus Liviæ filius privignus Cæsaris. Valerius Maximus* Lib. IV. Cap. III. Ex. 3. *Antonia quoque, fœmina laudibus virilem familiæ suæ claritatem supergressa, amorem mariti egregia fide pensavit: quæ post ejus excessum, forma & ætate florens, cubiculum socrus pro conjugio habuit: in eodemque toro alterius adolescentiæ vigor exstinctus est, alterius viduitatis experientia consenuit.* Inter recentiores *Jo. Tristanus* Tom. I. p. 147. his verbis: „ MarcAntoine eut d'Octavia sœur d'Auguste, deux filles, portans toutes deux le nom d'Antonia, l'aisnée desquelles fut mariée avec Domitius Ænobarbus, duquel mariage sortit Gneus Domitius pere de l'infame Neron. Quant à la jeune, qui est celle-cy, elle espousa Drusus; duquel elle eut Germanicus & Claude, qui vesquit longuement avec elle (ce dit *Dion.* l. LX.) Estant devenuë veufue, elle ne se voulut plus marier, vivant en reputation de la plus vertueuse & modeste Princesse de son siecle. Ce qui la faisoit plus estimer, fut qu'elle estoit fort belle & jeune quand Drusus deceda. *Antonia quoque, fœmina laudibus virilem familiæ suæ claritatem supergressa, amorem mariti egregia fide pensavit, quæ post ejus excessum forma & ætate florens, cubiculum socrus pro conjuge habuit, in eodemque thoro alterius adolescentiæ vigor extinctus est, alterius viduitatis experientia consenuit*, (ce dit *Valere Maxime* liv. IV. chap. 3.) *Pline* liv. IX. chap. 55. dit qu'elle aima si particulierement & tendrement une lamproye, qu'elle la decora de pendants d'oreilles de tres-grand prix, & que cette singularité attira à Baule son lieu de plaisance plusieurs curieux pour en voir la nouveauté. Elle fut choisie à cause de sa continence pour estre Prestresse d'Auguste, ce que cette medaille cy dessouz mentionnée marque. Elle deceda souz l'Empire de l'impie Caligule, qui la mesprisoit, & n'en tenoit conte à cause de leurs differentes formes de vivre, mesme disoit-on qu'il l'avoit fait empoisonner."

NUM. I. & 2.

ANTONIA AUGUSTA. Caput Antoniæ spicis coronatum.

SACERDOS DIVI AUGUSTI. Duæ tædæ cum corollis.

De Antonia, quam inter initia imperii, ut aviam, in honore habuit Caligula, testatur *Dio*, factam ab eodem fuisse Sacerdotem Divi Augusti, atque Augustæ titulo decoratam. Verba *Dionis* exstant Lib. LIV. p. 641. Ἔς τε τὴν μητέρα καὶ ἐς τοὺς ἀδελφοὺς τήν τε τήθην τὴν Ἀντωνίαν πλεῖστα ὅσα εὐσεβῶς ποιήσας (ταύτην τε γὰρ Αὔγουσταν τε εὐθὺς καὶ ἱέρειαν τοῦ Αὐγούστου ἀποδείξας, πάντα αὐτῇ καθάπαξ ὅσα ταῖς ἀειπαρθένοις ὑπάρχει. *In matrem, fratres, aviamque Antoniam permulta pietate usus est: nam hanc Augustam statim, & sacerdotem Augusti fecit, omnesque Vestalium honores tribuit.* Confirmat id *Suetonius* in *Caligula* Cap. XV. *Post hæc Antoniæ aviæ, quidquid unquam Livia Augusta honorum cepisset, uno Senatusconsulto congessit.* Juvenis enim apud illam educatus fuerat. *Sueton.* ibidem Cap. X. *Comitatus est patrem & Syriaca expeditione. Unde reversus primum in matris, deinde ea relegata, in Liviæ Augustæ, proaviæ suæ, contubernio mansit: quam defunctam prætextatus etiam tum pro rostris laudavit; transiitque ad Antoniam aviam, & inde vicesimo ætatis anno accitus Capreas à Tiberio, uno atque eodem die togam sumsit barbamque posuit.* & Cap. XXIV. de sororibus ejus ipsoque Cajo, *Ex his Drusillam vitiasse virginem, prætextatus adhuc, creditur. Atque etiam in concubitu ejus quondam deprehensus ab avia Antonia, apud quam simul educabantur.* Hinc igitur *Augusta* & *Sacerdos Divi Augusti* in nummo adpellatur Antonia, atque insuper habitu Cereris, corona spicea exornata, depingitur. Jam enim eo tempore solemne erat Augustas, ut Liviam, Antoniam, aliasque Dearum habitu, atque *Justitiæ*, *Pietatis* &c. nomine in nummis effingere. Et forte habitu Cereris, dedicata

cata ejus imago fuit in Templo, quod Romæ habuit, à Claudio filio dedicatum, cujus Templi exstat mentio apud *Plinium Nat. Hist.* Lib. XXXV. Cap. 10. sive Tom. II. Edit. *Hard.* p. 697. *Ejusdem arbitrantur manu esse & in Antoniæ Templo Herculem aversum : ut, quod est difficillimum, faciem ejus ostendat verius pictura, quam promittat.* Sub Claudio autem Templum id Antoniæ erectum suspicor, quoniam is, magna in progenitores & propinquos pietate, matrem minime neglexit, cujus memoriæ Carpentum in Circensi pompa constituit, teste *Suetonio* in *Vita Claudii* Cap. XI. *Parentibus inferias publicas : & hoc amplius, patri Circenses annuos natali die : matri Carpentum, quo per Circum duceretur, & cognomen Augustæ, ab avia recusatum.* ubi Lipsio accedo legenti *a viva recusatum.* Abstinuisse enim isto Caji nepotis munere viva videtur. Ad inlustrationem hujus nummi inveniuntur apud *Jo. Tristanum Sanctamantium* in *Comm. Histor.* Tom. I. p. 147. „ ANTONIA AUGUSTA. L'effigie „ d'Antonia. Au revers, SACERDOS DIVI „ AUGUSTI. Deux torches decorées de festons. „ Cette representation de torches marque le mi„ nistere du Sacerdoce conferé à Antonia, par Ca„ ligule mesme (ce dit *Dion* liv. LIX.) au com„ mencement de son regne, mais il changea bien „ depuis sa bonne volonté en persecution. Voyez „ ce qu'*Occo* rapporte icy à propos pour l'intelli„ gence de ce type, n'estimant estre necessaire „ d'y adjouster autre chose que cette Inscription „ pour le confirmer, rapportée dans le Tresor de „ *Grut.* pag. CCXXXVI.

„ ANTONIÆ
„ AUGUSTÆ
„ DRUSI
„ SACERDOTI DIVI
„ AUGUSTI.
„ MATRI TI CLAUDI
„ CÆSARIS AUG. PP.

„ Quand Claude se vid Empereur, il n'oublia „ d'honorer sa memoire, & celle de son pere „ Drusus : car il institua en leur honneur des jeux „ equestres, qui se celebroient és jours de leurs „ naissances, ce dit *Dion.* liv. LX.) & aussi leur „ fit bastir un temple, où *Pline* remarque liv. „ XXXV. chap. 9. qu'il y avoit un tableau d'Her„ cules de l'ouvrage d'Apelles."

Antoniæ vero nummos omnes sub Claudio signatos fuisse arbitror. Inter singularia exempla, de hac fœmina refert *Plinius Hist. Natur.* Lib. VII. Cap. 19. seu Tom. I. p. 385. *nunquam exspuisse.*

Antoniæ hunc nummum, ex auro & argento, depinxerunt vulgaruntque *Octavius Strada* p. 20. *J. Vaillantius* in *Nummis Imp. Præstant.* Tom. II. p. 51. *Carolus Patinus* in *Suetonio Nummis inlustr.* p. 248. *Jo. Tristanus* in *Comm. Histor.* Tom. I. p. 147. *Num. Arschot.* Tab. inter Aureos IV. Num. 11. & 12. Arg &c. Tab. XVII. Num. 22. Servatur in *Thes. Schwartzburgico* nunc *Saxo-Gothano.*

NUM. 3.

Epigraphe eadem, caput idem.

CONSTANTIAE AUGUSTI. Antoniæ Statua, habitu Cereris, dextra tenens longam & spicatam facem, læva cornucopiæ.

Inscriptio aversæ partis sine dubio spectat ad Claudium, cujus nummi cum hac epigraphe triti sunt, & spectari possunt inter æreos Claudii secundi moduli. Antonia vero Cereris habitu depingitur, stans, dextra facem oblongam, læva cornucopiæ, ut frugum mater, tenens. Eamdem Antoniam, sed sedentem, sub Cereris habitu, dextra ramum, læva facem transversam tenentem, depingi existimo in Claudii ex ære medio nummo, cum Inscriptione CERES AUGUSTA, quem nummum Titus & Domitianus postea restituerunt, sicuti & alios ejusdem Claudii. Fuit alias constantiæ singularis mulier Antonia, prouti non modo ex testimonio *Valerii Maximi*, & constantia tori vidualis adparet, sed & ex pœna filiæ Livillæ (quæ adultero Sejano favens, maritum Drusum, Tiberii filium, veneno necaverat) ex antiqua Romanorum severitate inflicta. Testatur id *Dio*, de Apicata agens, Sejani repudiata uxore, Lib. LVIII. p. 628. Καὶ ἡ γυνὴ Ἀπικάτα οὐ κατεψηφίσθη μὲν, μαθοῦσα δὲ ὅτι τὰ τέκνα αὐτῆς τέθνηκε, καὶ σφῶν τὰ σώματα ἐν τοῖς ἀναβασμοῖς ἰδοῦσα, ἀνεχώρησε, καὶ ἐς βιβλίον γράψασα περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Δρούσου, κατά τε τῆς Λιβίλλης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, δι' ἥνπερ τι καὶ αὐτὴ τῷ ἀνδρὶ προσεκεκρούκει, ὥστε μηκέτι συνοικεῖν, τὸ μὲν τῷ Τιβερίῳ ἔπεμψεν, αὐτὴ δ' ἑαυτὴν διεχρήσατο· καὶ οὕτως ὁ Τιβέριος ἐντυχὼν τῷ βιβλίῳ, καὶ διελέγξας τὰ γεγραμμένα, τούς τε ἄλλους πάντας καὶ τὴν Λιβίλλαν ἀπέκτεινεν· ἤδη δὲ ἤκουσα ὅτι ἐκεῖνος μὲν αὐτῆς διὰ τὴν μητέρα τὴν Ἀντωνίαν ἐφείσατο, αὐτὴ δὲ ἡ Ἀντωνία ἑκοῦσα λιμῷ τὴν θυγατέρα ἐξώλεσεν. *Verum Apicata, uxor Sejani, damnata non fuit. Hæc, liberorum suorum nece audita, eorumque corpora in scalis intuita, digressa inde, libellum composuit, in quo continebatur, quomodo Drusus esset interfectus, accusatioque Livillæ, uxoris ejus, propter quam vir ipsi infensus nuncium remiserat : eo ad Tiberium libello misso, vita se ipsam privavit; Quo Tiberius lecto, reque ut acta esset perspecta, reliquos omnes Drusianæ cædis reos, & ipsam Livillam interfecit : accepi tamen hoc etiam, ipsum Livillæ propter ejus matrem Antoniam pepercisse : Antoniam vero ipsam sua sponte illam inedia necasse.*

Vulgarunt hunc Antoniæ ex auro & argento nummum *Carolus Patinus* ad *Suetonium* p. 248. *P. Rubenius* in *Num. Arschot.* Tab. XVII. Num. 24. *Hemelarius* in *Num. Arschot. Aureis* Tab. V. Num. 2. & 3. *P. Pedrusius* in *Museo Farnes.* inter *Arg.* Tab. XIV. Num. 1. inter *Aureos* Tab. III. Num. 2. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 4. & 5.

ANTONIA AUGUSTA. Caput Antoniæ nudum, lævam versus.

TIberius CLAUdius CAesar AUGustus Pontifex Maximus. Senatus Consulto. in Laurea.

Edidit Antoniæ hunc argenteum nummum *Jo. Vaillantius* in *Num. Imp. Præstant.* in Editione priore; ubi testatur servari in *Thesauro Mediceo.* Perperam idem inter æreos inpressus cernitur in secunda ejus libri auctaque Editione Tom. I. p. 13.

NUM. 6. & 7.

ANTONIA AUGUSTA. Caput Antoniæ nudum, lævam versus.

TIberius CLAUDIUS CAESAR AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate IMPerator. (in quibusdam, ut apud Laur. Begerum, & uno ex meis additur insuper Pater Patriæ) Senatus Consulto. Imperator Claudius stans Pontificis Maximi habitu, capedunculam dextra tenet.

Antoniæ, sacerdoti Divi Augusti, apte conjungitur filius Claudius Imperator & Pontifex Maximus, qui forte pontificali habitu in æreo hoc nummo (quales sunt, qui sequuntur omnes) exprimitur; respectu dedicationis Templi Antoniæ, cujus ex *Plinio* mentionem supra fecimus. Tritus est nummus, & ubique obvius, in serie tamen necessarius. Exstat depictus apud *Car. Patinum* in *Num. Imp. Rom.* p. 63. *Æneam Vicum* in *Augusto* Tab. XLII. Num. 2. *Begerum Thes. Brand.* Tom. II. p. 614. *P. Pedrusium Museo Farnes.* Tab XXIV. Num. 4. & alibi. Delineavit *Morellius* ex *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 8.

Similis plane præcedenti excepta nota incusa.

De nota illa incusa quæ quinque literas N. C. A. PR. continet, actum est supra ad Tab. VII. Num. 13. Vulgavit *Morellius* ex *Thesauro Schwartzburgico.* In *Museo nostro* & cum incusa nota hac eadem invenitur.

NUM. 9. & 10.

ANTΩNIA ΣΕΒΑΣΤΗ. ΘΕΣσαλονικέων. *(ANTONIA AUGUSTA. THESSALONICENSIUM.) Caput Antoniæ velatum, dextram versus.*

ΤΙβέριΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *(TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS.) Caput Tiberii laureatum dextram versus.*

Capita Antoniæ & Tiberii in hoc nummo conspiciuntur, neque tamen Tiberii tempore signata fuerunt. Illud enim liquet ex ΣΕΒΑΣΤΗΣ seu AUGUSTAE titulo, quem sub Tiberio nondum adquisiverat Antonia, sed nacta fuit sub Caligulæ nepotis Imperio. Thessalonicenses, devoti admodum domui Augusti, signasse nummum videntur sub Claudio. Neque enim ingrata Claudio fuit memoria Tiberii, nam, teste *Suetonio* in *Claudio* Cap. XI. *Tiberio marmoreum arcum juxta Pompeji theatrum peregit.* Servatur hactenus insignis hic nummus in *Museo* studiosissimi quondam, dum viveret, harum deliciarum *Jacobi Wildii*, apud cujus liberos & hæredes eumdem nuperrime inspexi, atque animadverti coronam spiceam sub velo capitis eminere, non vero frontis exsistere aliquod ornamentum muliebre.

NUM. 11. & 12.

ANTΩNIA. *(ANTONIA.) Caput Antoniæ nudum, lævam versus.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. *(THESSALONICENSIUM.) Victoria gradiens cum palma & corolla.*

Discrepat ornatus capillorum in hoc nummulo à reliquis Antoniæ nummis, atque etiam ab illo, qui mox sequitur, itidem Thessalonicæ cuso. Sed & juvenilior est facies, neque *Augustæ* adscribitur titulus. Quare suspicor non ad Antoniam, Drusi uxorem, Claudii Cæsaris matrem, pertinere, sed ad ejusdem Claudii filiam ex Ælia Petina, Antoniam quoque dictam, cujus imaginem una cum Britannico & Octavia, liberis Claudii ex Messalina, signavit Colonia Augusta Aroe Patrensis, & conspiciendam dabimus infra in Claudii Cæsaris nummis Tab. VII. Num. 26. ubi Num. 20. inter Antoniam & Octaviam sorores, adscriptis nominibus stans exhibetur Britannicus. In Antonia Claudii ipsius aviæ Antoniæ eluxit generosus animus, mori enim maluit, quam Neroni post Octaviam & Poppæam nubere. *Suetonius* in *Nerone* Cap. XXXV. *Antoniam, Claudii filiam, recusantem post Poppææ mortem nuptias suas, quasi molitricem novarum rerum interemit.* Servatur elegans nummulus in *Thesauro Versaliensi.*

Num. 13. & 14.

ΑΝΤΩΝΙΑ . . . . Α . . . (*ANTONIA AUGUSTA.*) *Caput Antoniæ Augustæ lævam versus.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *Victoria globo insistens, dextra corollam, læva palmam tenet.*

Hoc & præcedenti nummulo Victoriam Britannicam Claudio Cæsari gratulantur Thessalonicenses, & quidem in posteriore hoc, quasi novo quodam Orbe domito, ad obsequium reductis divisis toto pene Orbe Britannis. Vultus autem matris & filiæ, quæ carissimæ Claudio erant, à parte priore expresserunt.

Refert quoque ad Antoniam aliud quoddam *Numisma Græcum Jo. Tristanus Sanctamantius* in *Comm. Historicis* Tom. I. p. 148. ad quod hæc notat, „ ΣΩΤΗΡΑ. *Servatrix.* L'effigie d'Antonia en forme de Déesse, avec le *præfericulum* ou vase destiné pour les sacrifices, avec ces lettres renversées B. A. Au revers il y a ΚΑΛΛΗ ΤΥΧΗ ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΗ. *Pulchra, vel bona Fortuna, Agrippina*, une Fortune representée debout, un timon ou gouvernail à sa droitte: dans l'autre, une corne d'abondance entre deux rameaux d'olives.

„ J'estime qu'il faut attribuer cette medaille au temps que Claude tenoit l'Empire, & qu'il espousa Agrippine fille de Germanicus, & petite fille d'Antonia, & qu'elle fut frappée en Grece en l'honneur de ces deux Princesses, pour obliger Claude & Neron leurs fils, & Agrippine mesme qui vivoit lors en possession d'une fortune tres-florissante. Or cette figure d'Antonia deïfiée, ayant un vase de sacrifice derriere elle, semble marquer que de Prestresse d'Auguste qu'elle estoit lors qu'elle vivoit sur terre, elle estoit devenuë une Vesta servatrice de l'Empire Romain, comme cette Déesse l'avoit esté des Troyens. Car Auguste luy avoit consacré un Temple en son propre Palais, qui la faisoit appeller *Cæsaream Vestam*, comme elle est nommée par *Ovide* en ses Fastes. Ou bien on veut attribuer à cette nouvelle Vesta la conservation de Claude son fils, & d'Agrippine son arriere-fille, & que par son moyen le bon-heur d'estre parvenus à l'Empire leur estoit venu du Ciel. En sorte qu'Agrippine semble estre mesme dite le Genie d'une florissante fortune, Imperatrice de l'Univers. Car cette Inscription de ΚΑΛΛΗ ΤΥΧΗ, designe qu'Agrippine est la bonne fortune de Claude, & tout ensemble belle & florissante de l'Empire, faisant par ce mot ΚΑΛΛΗ allusion à la beauté de cette Princesse. Car il signifie & belle & bonne. Laquelle beauté fut estimée principale cause de luy faire obtenir les bonnes graces de Claude, & par ce moyen le gouvernement de l'Empire. Car en effet elle gouvernoit & Claude & l'Empire tout ensemble, c'est ce que ce gouvernail signifie. Car *Philostrate* en la vie du Sophiste Herode fait mention du Temple & du Simulacre qui se voyoient à Athenes, de la fortune ὡς κυβερνώσης πάντα, *veluti omnia gubernantis*, comme gouvernant tout. Et cette corne d'abondance accostée de deux rameaux d'olive, designe que son mariage, & sa prudente conduite, causoient la paix & l'abondance à l'Empire Romain, duquel neantmoins Antonia en estoit la Déesse conservatrice. Or (comme j'ay desia dit) l'epithete de καλὴ τύχη en cet endroit est pris pour belle Fortune, mais c'est toutesfois en sorte qu'elle soit aussi entenduë estre ἀγαθὴ, bonne, car il signifie l'un & l'autre. Et comme cet epithete de ΚΑΛΗ rarement est donne à la Fortune, aussi l'est-il fort ordinaire és Inscriptions d'y voir en teste ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ, pour dire, *quod felix faustumque sit.* Neantmoins quelques pierres antiques font voir le premier avoir esté quelquefois employé és Inscriptions, comme en une Agate qui represente une main qui tient une aureille, avec ces mots ΚΑΛΗ ΤΥΧΗ ΜΝΗΜΟΝΕΥΕ ΜΟΥ, c'est à dire, belle ou bonne fortune; ou bien, ma fortune aye souvenance de moy, le prenant dans le sens, que ce soit un serviteur qui prie sa maistresse, qu'il appelle sa bonne fortune, ou sa belle, sa fortune, de se souvenir de luy. Si ce n'est que ce ne soit qu'un seul mot que ΚΑΛΗΤΥΧΗ, qui soit le nom de sa maistresse, qui s'appelloit Calityché, ou veritablement, ou par nom d'amourette. En voicy encore une autre aussi notable, qui est de Hieron Roy de Syracuse, qui marque la felicité tres-grande de son regne dans l'abondance de toutes choses, (& dont les continuels presens de grains qu'il fit aux Romains durant les guerres Puniques sont tesmoins.) Cette pierre est une onyce qui m'a esté communiquée avec la premiere par le sieur Chaduc Doyen des Conseillers du Presidial de Rion en Auvergne, qui a le plus grand tresor de pierres gravées qui soit en France, en la conoissence desquelles il est fort consommé. Il y a d'un costé ΙΕΡΩΝΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΥΡΑΚΟΣ. Au milieu de la pierre. De l'autre costé deux serpens, la teste élevée, enferment entr'eux un pavot entre deux espics; au haut est un foudre avec ces deux signes ♉ ♎ accompagnée de ces deux mots ΚΑΛΗ ΤΥΧΗ. En cette onyce donc ce mot ΚΑΛΗ est pris pour ΑΓΑΘΗ. Or le culte de Fortune souz cet epithete estoit fort ancien. Car *Pausanias* liv. IV. remarque qu'Homere a esté le premier qui en ait fait mention dans ses escrits. Et luy mesme en son IX. livre fait mention qu'il y avoit un Temple en Lebadie dedie à cette Déesse souz cet epithete, & de *Bono Genio* τὸ δὲ οἴκημα Δαίμονός τε Ἀγαθοῦ καὶ Τύχης ἱερὸν ἐστιν Ἀγαθῆς. Et au livre V. d'un Autel chez les Eléens Τύχης ἐστὶν (ce dit-il) Ἀγαθῆς βωμός. Et *Pline* mesme remarque qu'il y avoit dans le Capitole une statue de Praxiteles, excellent Sculpteur, de cette Déesse, soubs ce tiltre, c'est en son XXXVI. liv. chap. 5. Y ayant apparence qu'entre les trois Temples de Fortune que Victruve liv. XXXVI. chap. 1. dit y avoir eu à Rome pres la porte Colline, que l'un estoit souz ce titre. Entre les Inscriptions antiques, outre celle cy.

„ FORTUNÆ
„ BONÆ
„ SALUTARI.

„ *Gruterus* en rapporte deux ou trois Grecques pag 63 souz cet epithete. Or le Philosophe *Hermes* liv. II. des Revolut. des nativitez, m'apprend qu'entre les sorts d'influences sujettes aux planettes, Ἀγαθὴ Τύχη estoit estimée estre sujette à la Lune, selon l'Astrologie des Ægyptiens, comme le bon Genie, ou ἀγαθοδαίμων au Soleil, Nemesis à Saturne, la Victoire à Jupiter, l'Amour à Venus, l'Audace τόλμα à Mars, à Mercure ἀνάγκη la Necessité, qui est la condition de faire promptement plusieurs choses, & de s'exercer en plusieurs sortes de mestiers, & de beaucoup endurer. Voyez *Aristote* liv. II. de sa Phys. chap.

„ 5. Car

„ 5. Car il donne à congnoiſtre ce que c'eſt proprement que Ἀγαθὴ Τύχη. Je parleray encore „ de cecy en mon ſecond volume ſur le ſujeċt d'une medaille d'Alexandre Severe & Meſa enſemble, qui a pour Inſcription ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΤΩΝ ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΩΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ." Hæc *Triſtanus*, quæ ſane propter ſingularem eruditionem leċtu digna ſunt, ſed, quod ad ipſum Numiſma adtinet, omnino monitum Leċtorem velim eſſe falſum & fiċtitium, nam ipſe in *Muſeo meo* illud, nuperrime adquiſitum, hujus explicationis gratia ſervo. Eſt autem ex argento, non ſatis puro, majoris moduli.

TABULA IX.
COMPREHENDENS
NUMISMATA DRUSI JUNIORIS TIBERII FILII,
EX OMNI MODULO ET METALLO,
ARGENTEA.

Ad Druſum, Tiberii Cæſaris Filium, accedere demum oportuerat poſt explicata patris Tiberii Numiſmata; ſed quoniam non ſolum is ante patrem obiit, ſed & ejus caput in nummis cum capite fratris adoptivi, Germanici, Druſi majoris filii, ſæpiſſime jungi ſolet, inter Domus Auguſtæ nummos, Druſi junioris quoque nummos collocavimus. Elogium Druſi, qui paternorum vitiorum hæres, nihil ex virtutibus ejus habuit, ſubtexuimus ex *Jo. Triſtano Sanċtamantio*, cujus in *Comment. Hiſtor.* Tom. I. pag. 170. hæc ſunt verba: „ DRUSUS fils unique de Tibere, digne fils d'un „ tel pere, & duquel il n'avoit que les imperfeċtions, eſtoit brutal, felon, yvrogne, & ſanguinaire comme luy: mais il eſtoit fort groſſier, „ d'eſprit lourd, & ſans prudence, & de plus „ ignorant; ce qui ne ſe rapportoit pas à la prudence ſinguliere, ſuffiſance, ſçavoir, & ſubtilité „ d'eſprit de Tibere. Sejanus ayant gaigné par „ amourettes Livia ou Livilla ſa femme, trouva „ le moyen qu'il cherchoit de ſe vanger d'un ſoufflet qu'il avoit receu de luy, le faiſant empoiſonner, le neufiéme an de l'Empire de ſon „ pere. *Pline* liv. XIV. chap. 22. remarque que „ ſon yvrongnerie le faiſoit apparemment reconnoiſtre eſtre fils de Tibere qu'autre reſſemblance qu'il en euſt: car parlant des grands beuveurs, il dit de luy cecy. *Nec alio magis Druſus Cæſar regeneraſſe patrem Tiberium ferebatur;* „ Ce qui deſplaiſoit neantmoins tellement à ſon „ pere, (ce dit *Zonare*) qu'il luy dit une fois le „ voyant ſe comporter du tout en yvrogne avec „ inſolence & violence, qu'il ſe donnaſt de garde „ de ne rien faire à l'eſtourdie, & brutalement, „ avec audace & bravade de ſon vivant; car s'il „ ne ſe tenoit en ſon devoir, il ne feroit pas d'autres folies après ſa mort. *Seneque* en ſon traiċté conſolatoire à Martia, dit, que Tibere fit „ ſon oraiſon funebre après ſa mort le rideau tiré „ devant luy, à cauſe que le corps du defunċt „ eſtoit là, & qu'il eſtoit ſouverain Pontife.

„ Et je croy auſſi que ce fut pour ne faire paroiſtre devant tout le Monde, en quelle mine & „ contenance il ſe trouveroit eſtre pendant une „ ceremonie ſi funeſte, n'y ayant que *Sejanus* qui „ le puſt bien voir; ſe tenant immobile comme „ ſans ſentiment, encore que toute l'Aſſemblée „ pleuraſt; ce que Seneque attribuë à conſtance, „ bien qu'en effet ce fuſt une marque certaine „ d'une dureté de cœur naturelle en luy, ou bien „ du peu de regret qu'il eſtimoit devoir avoir de „ la mort d'un fils ſi vicieux, & qui luy pouvoit „ ravir l'Empire par ſes pratiques, en luy haſtant „ ſes jours."

Uxorem habuit Livillam, de qua apud eumdem *Triſtanum* hæc leguntur ibidem p. 172. „ *Livia* „ ou *Livilla*, car elle eſtoit auſſi ainſi nommée par „ affeterie, (comme *Lucia Lucilla*, *Maxima Maximilla*, *Fadia Fadilla*, & ainſi des autres, „ ces diminutifs eſtant fort communs entre les „ Romains) elle eſtoit fille de Druſus Germanicus „ frere de Tibere, & d'Antonia, & femme de „ Druſus, indigne certes d'eſtre qualifiée fille de „ parents ſi vertueux; car non ſeulement elle fut „ tres-impudique, & des plus desbauchées courtiſanes de ſon temps, mais auſſi elle fut méchante, „ déloyale, & cruelle au poſſible; ce qui fut „ cauſe que quelques années après, que par le „ moyen de ſes adulteres commis avec Sejanus, „ elle luy euſt fait ce plaiſir que d'empoiſonner „ ſon mary, pour le vanger de luy. Tibere ayant „ apris qu'elle eſtoit non ſeulement coupable de „ cette mechanceté, & cauſe encore de toutes „ les Tragedies qui s'eſtoient joüées en la maiſon „ Imperiale, la fit mourir. Voyez *Dion* liv. LIII. „ *Tacite* liv. IV. *Zonare*, & *Pline* liv. XXIX. „ chap. 1. qui remarque qu'elle ſe ſervit de ſon „ medicin Eudemus & ſon adultere tout enſemble, „ pour ſe deffaire du miſerable Druſus & des autres. Elle eſt nommée Livilla en un lapis que j'ay „ veu, & Livia en cette Inſcription dans *Grut.* „ p. DC.

„ OLYMPUS LIVIÆ DRUSI
„ CÆSARIS LECTICARIUS.

„ Elle eut encore outre ces deux jumeaux, une „ fille nommée Julia, laquelle fut mariée avec „ Neron fils de Germanicus, & frere de Caligule, „ après la mort violente duquel rapportée par „ *Tacite* liv. IV. elle eſpouſa Rubellius Blandus."

„ Sa fortune eſt ainſi décrite dans la Tragedie „ intitulée *Oċtavia*

„ *Cruciata diu, felix thalamis*
„ *Livia Drusi, natisque, ferum*
„ *Ruit in facinus, pœnamque suam.*

„ Et ensuitte parlant de sa fille *Julia*, dont je viens „ de faire mention, elle adjouste,

„ *Julia matris fata secuta est:*
„ *Post longa tamen tempora ferro*
„ *Cæsa est, quamvis crimine nullo.*

„ Ce que le Poëte Tragique dit, parce que ce fut „ long-temps aprés sa mere, qu'elle fut mise à „ mort, par le commandement de *Neron*."

NUM. 1. & 2.

DRUSUS CAESar TIberii AUGusti Filius COnSul II. TRibunicia Potestate. Caput Drusi junioris nudum, dextram versus.

TIberius CAESAR AUGustus Pontifex Maximus Tribunicia Potestate XXV. Caput Tiberii laureatum.

Drusi junioris nummi ex auro non inveniuntur, ex argento rarissimi sunt; & quidem in primo hoc Drusi nummo inscribitur Tiberius Tribunicia potestate XXV. Drusus vero Consul iterum & Tribunicia Potestate. Fuerat videlicet Consul primum A. U. C. DCCLXVIII. cum *Norbano Flacco.* At secundum Consulatum adeptus fuit A. U. C. DCCLXXIV. cum patre Tiberio Cæsare quartum Consule, & quidem malo, ut videbatur plerisque, omine. Rationem recenset *Dio* Lib. LVII. p. 616. Ἐπεὶ δὲ ὁ Τιβέριος τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἦρξε μετὰ τοῦ Δρούσου, εὐθὺς οἱ ἄνθρωποι τὸν ὄλεθρον τῷ Δρούσῳ ἐξ αὐτοῦ τούτου προεμαντεύσαντο. οὐ γάρ ἐστιν ὅστις τῶν ὑπατευσάντων ποτὲ μετ᾽ αὐτοῦ οὐ βιαίως ἀπέθανεν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν, Οὔαρος ὁ Κυντίλιος, τοῦτο δὲ Πείσων ὁ Γναῖος, ὅ, τε Γερμανικὸς αὐτὸς, βιαίως καὶ κακῶς ἀπώλοντο, τοιούτῳ τινὶ, ὡς ἔοικε, διὰ βίου δαίμονι συγκεκλήρωτο. ἀμέλει καὶ ὁ Δροῦσος τότε καὶ ὁ Σηϊανὸς μετὰ ταῦτα συνάρξαντες οἱ διεφθάρησαν. *Quum Tiberius in quarto suo consulatu Drusum II. consulem collegam haberet, statim ex hoc ipso homines Druso perniciem vaticinati sunt: neque enim ullus ejus in consulatu collega nisi violenta morte obierat, exemplo Quintilii Vari, Cn. Pisonis, ipsiusque Germanici: hoc nimirum fatum Tiberii vitæ obtigerat: ita Drusus quoque, & Sejanus postea, collegæ ejus, ad eumdem modum perierunt.* Tribuniciam eidem potestatem, anno post *D. Haterio Agrippa & C. Sulpicio Galbæ* Consulibus, concesserat Tiberius, certa spe imperii, nisi Sejani artibus & uxoris Livillæ fraude fuisset eversus.

Vulgatus est hic nummus a *Jo. Vaillantio* in *Numm. Impp. Præstant.* Tom. II. p. 49. Editionis II. nam in Editione I. ponitur Tiberii Tribunicia Potestas XXXV. ut in nummo sequente, non XXV. ut in hoc denario. Sed inscriptio a parte capitis Drusi discrepat. Sic enim apud *Jo. Vaillantium* legitur, DRUSUS CAESAR TI*berii Filius* TR*ibunicia Potestate.* Vellem adposuisset *Andr. Morellius* ex qua *Gaza* quove *Museo* hunc & sequentes duos depromserit.

NUM. 3. & 4.

DRUSUS COnSul II. TRibunicia Potestate. Caput Drusi dextram versus.

TIberius CAESar AUGustus Pontifex Maximus Tribunicia Potestate XXXV. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

Anno U. C. DCCLXXXVI. quum Tribunicia Potestate XXXV. exsisteret Tiberius, non amplius in vivis erat filius Drusus, utpote qui obierat A. U. C. DCCLXXVI. & tamen exstare ejusdem Drusi nummos cum XXXV. Tribunicia Potestate Tiberii certissimum est. Talem protulit *Jo. Vaillantius* in *Num. Impp. Præst.* p. 26. Editionis primæ; item *Carolus Patinus* in *Suetonio Nummis inlustrato* p. 117. sed a parte Drusi inscriptos, DRUSUS CAESAR TI*berii Filius* TR*ibunicia Potestate.* Ipse denique in *Museo meo* similem servo, nunc quidem æreum, sed olim pellicula argentea obductum, rarissimum & optimum, in quo, quamvis abscedente pellicula argentea extremitates literarum in margine exteriore inferiorem sui amiserint partem, satis clare tamen legitur TI. CAES. AUG. P. M. TR. P. XXXV. Majorem vero cladem literæ ad Drusi caput passæ sunt, legi tamen etiamnum possunt, atque sic a me constituuntur, DRUSUS CAESAR TI. AUG. F. TR. P. Observari autem volo, ex parte Tiberii sic exstare literas, ut passim in tribus hisce nummis argenteis; a parte vero Drusi inversas esse, sic ut lectio sub Drusi mento a gutture ejus incipiat, literarum ductu, non ad nummi oram exteriorem, sed ad faciem Drusi converso, ut infra Num. 12. & passim in nummis antiquis.

NUM. 5. & 6.

DRUSUS AUG. COC. II. Q. T. vitio (ut videtur) monetarii, sic enim lectio constitui debet, DRUSUS TIberii AUGusti Filius COnSul II. TRibunicia Potestate. Caput Drusi nudum dextram versus.

TIberius CAESar AUGustus Pater Patriæ TRibunicia Potestate XXXV. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

Quæri potest cur hic & præcedens nummulus Tribuniciam Potestatem Tiberii XXXV. præferant, non XXV. sicuti primus. Respondeo, Quia post mortem Drusi fuerunt signati, & quidem eo tempore, quo detecto & punito Sejani scelere, filium Drusum, quem morbo & intemperantia sublatum credebat Tiberius, cognovit veneno periisse. Quare desiderium amissæ sobolis animum subiit ejusque imaginem, in Sejani odium, renovari in moneta sua jussit. *Sueton.* in *Tiber.* Cap. LXII. *Auxit intenditque sævitiam, exacerbatus*

tus indicio de morte filii sui Drusi: quem, quum morbo & intemperantia periisse existimaret, ut tandem veneno interemtum fraude Livillæ uxoris atque Sejani cognovit, neque tormentis neque supplicio cujusquam pepercit.

A E R E A.

Num. 7. 8. & 9.

DRUSUS CAESAR TIberii AUGusti Filius DIVI AUGusti Nepos PONTifex TRibunicia POTestate (in altera TR. Potestate II.) II. Nota Senatusconsulti in area nummi. Cornucopiæ duplex, ex quo inferius connexa duo puerilia emergunt capita, intermedio caduceo alato.

Jo. *Tristano*, Sanctamantii Domino, inposuit falsarius, qui factum arte nummum pro veteri obtrudit, caput videlicet Drusi, Gemellorum, qui ab altera parte in hoc nummo exprimuntur, patris exhibentem. Adnotavit *Jo. Petr. Bellorius* ad *Aeneæ Vici Numismata* p. 27. visum a se Romæ ejusmodi fuisse nummum, his verbis: *Animadvertendum, a Jo. Tristano editum hunc nummum cum Drusi ipsius capite, & nos Romæ vidimus ab inpostoribus effictum.* Explicatio tamen aversæ partis peti a nullo elegantius, quam ex doctissimi ejus & nobilissimi viri *Comm. Hist.* Tom. I. p. 171. potest. Verba ejus hæc sunt: „DRUSUS CAESAR TI. „AUG. F. AUG. N. PONT. TR. P. II. S. C. „au milieu. Au revers sont les effigies des deux „enfans gemaux de Drusus, mises en represen- „tation dans deux cornes d'abondance.
„Il nasquit à Drusus, de Livia sœur de Ger- „manicus (ce dit *Tacite* liv. second de ses *Anna* „*les*) deux enfans masles d'un seul part. Ce qui „estant rare & de bon augure, mesme entre les „familles de mediocre condition, réjoüit telle- „ment l'humeur sombre & Saturnienne de Tibe- „re, qu'il ne se peut empescher de dire en plein „Senat par jactance, qu'il n'estoit arrivé aupa- „ravant à personne de sa condition, d'avoir eu „deux enfans en une seule fois. *Cæterum* (ce dit „*Tacite*) *recenti adhuc mœstitia, soror Germanici* „*Livia, nupta Druso, duos virilis sexus simul enixa est.* „*Quod, rarum lætumque etiam modicis penatibus,* „*tanto gaudio principem affecit, ut non temperave-* „*rit, quin jactaret apud Patres, nulli Romanorum* „*ejusdem fastigii viro geminam stirpem editam. Nam* „*cuncta etiam fortuita ad gloriam vertebat.* Ces „derniers mots expliquent le sujet, pour lequel „ces deux enfans sont posez en figure en ces „cornes d'abondance: car Tibere se promettoit une „perpetuité de posterité par le moyen de ces „deux enfans, un establissement de la Monarchie „plus ferme, & plus asseuré en sa maison, & „les prenoit pour presage de tout bon-heur, & „abondante felicité qui les devoit accompagner. „Or cette devise est bien inventée & bien prise „en tout sens: car outre ce que les cornucopies „signifient de soy, le chef de l'homme a tousiours „esté pris pour augure, & symbole de quelque „chose de valeur, & de consideration, parce, „dit Artemidore liv. I. chap. 18. τὰ χρήματα κεφάλαια καλεῖ, que les Grecs appellent testes, l'ar- „gent ou monnoye, & que songer d'avoir une „grande teste, est presage de principauté pour le „songeur, & qu'il jouyra de grandes richesses. „Sur quoy Monsieur Rigault (1) docte personna- „ge, & de jugement exquis, remarque qu'aussi „les Latins appellent *Summas*, & nous, sommes „d'argent, ce que les Grecs appellent κεφάλαια, „& *caput*, le tribut ou *vectigal*, par les authori- „tez de Pollux, Juvenal, & Suidas. Or de ces „enfans de Drusus, l'un, sçavoir Drusus, mou- „rut bien tost, & l'autre (ce dit *Zonare*) eut ce „malheur qu'il prit fantaisie à Tibere de ne le „reconnoistre pas pour estre son petit fils, com- „me ayant eu depuis (ainsi que je me le persua- „de) quelque avis que l'impudique *Livia*, ou *Livilla*, les avoit euz du fait de quelqu'autre que „de Drusus; de sorte qu'il le prit en haine: & „Caligule, ayant esté preferé en la succession de „l'Empire, le fit depuis mourir inhumainement. „Il s'appelloit Tibere, surnommé *Gemellus*."

Vulgarunt nummum hunc primæ magnitudinis plurimi Antiquarii, ut *Octavius Strada* in *Vita Tiberii* p. 36. *Carolus Patinus* in *Suetonio Nummis illustrato* in *Vita Caligulæ* p. 208. *Lævin. Torrentius* ad *Suetonii Caligulam* Cap. XIV. *J. G. Grævius* in ejusdem *Suetonii* recensione p. 398. *Laur. Begerus* Tom. III. *Thes. Brandenb.* p. 94. *P. Pedrusius* in *Museo Farnes.* Tab. IV. Num. 8. Sed & primum ex hisce nummis ex auro edidit, ponderis octo coronatorum ex *Gaza Schwartzburgica* sive Arnstadiensi *Polycarpus Tentzelius* in *Select. Numism.* Tab. Num. 2. p. 6. Verum nemini in Re Nummaria versatiori persuadebit umquam, genuinum ullo modo id numisma esse. Pulcrum id esse, & boni artificii, quod splendente auri nitore inlicere possessorem queat, ut omnino velit esse genuinum, imo non fusum, sed signatum concedo. Nam *Convinus* & alii artifices *Patavini*, qui & hunc & alios nummos magna artis suæ experientia in ære signarunt, quædam quoque exempla in auro & argento dederunt. Et quidem tantam ejus generis copiam longo usu & tempore videre mihi contigit, ut jure merito quis diligentiam hominum ejusmodi sinistre artificiosorum mirari liceat. Quæ de Nota Senatusconsulti in aureis & argenteis nummis profert *Tentzelius*, nihil ad confirmationem spurii ejusmodi numismatis tamquam veri faciunt; quoniam solebant Imperatorum Triumviri Monetales illam aureæ atque argenteæ monetæ adponere notam, si aliquid in honorem Cæsarum, ex Senatusconsulto profectum, in illa moneta exprimeretur.

Prior æreus a *Morellio* depictus servatur in *Thes. Schwartzburg.* nunc *Saxo-Gothano* & in *Museo nostro.*

Num. 10.

Vacat.

Num. 11. & 12.

DRUSUS CAESAR TIberii AUGusti Filius DIVI AUGusti Nepos. Caput Drusi nudum dextram versus.

PONTIFex TRIBUNicia POTESTate ITERum. In area Nummi Senatus Consulto.

Effigiem Drusi, Tiberii filii, exhibent hic nummus æreus mediæ formæ & aliquot sequentes, Tri-

(1) In Prima Edit. additur „à present Conseiller „au Parlement de Mets.

Tribunicia ejusdem poteſtate iterum geſta inſcripti. Unde adparet cuſos fuiſſe eo anno, quo fraudibus & ſcelere Livillæ uxoris atque Sejani mortem obiit Druſus. Pontifex vocatur, quia juvenis adhuc ſacerdotio ab Auguſto fuerat auctus. *Tacitus Annal.* Lib. I. Cap. 54. *Idem annus novas cærimonias accepit addito Sodalium Auguſtalium Sacerdotio: ut quondam T. Tatius retinendis Sabinorum ſacris ſodales Titios inſtituerat. Sorte ducti è primoribus civitatis unus & viginti. Tiberius, Druſuſque & Claudius, & Germanicus adjiciuntur.* Editus exſtat apud *Carolum Patinum* in *Nummis Imper.* p. 78. *Laur. Begerum* Tom. II. *Theſ. Brand.* p. 615. *P. Pedruſium* in *Muſeo Farneſ.* Tab. XXV. Num. 3. Servatur in omnibus *Theſauris* & *Muſeis*, ut & *Schwartzb.* & *Noſtro.*

NUM. 13. & 14.

Epigraphe eadem, caput idem.

IMPerator Titus CAESar DIVI VESPaſiani Filius AUGuſtus (RESTituit in aliis) RESTITUIT. In area nummi Senatus Conſulto.

Prioris nummi, qui & in *Muſeo noſtro* exſtat, picturam dedit *Carolus Patinus* in *Nummis Impp.* p. 78. & 81. poſterioris meminit ibidem in Indice p. 5.

NUM. 15.

Epigraphe eadem, caput idem.

In area nummi cernitur Senatuſconſulti nota, in exteriori atque extremo circulo legitur IMPerator Titus CAESar DIVI VESPaſiani Filius AUGuſtus Pontifex Maximus, in ſecundo deinde atque interiori circulo, Tribunicia Poteſtate Pater Patriæ Conſul VIII. RESTITUit.

Nummus hic, qui duplicatum habet circulum, præcedentibus rarior eſt. Vulgarunt eumdem *Carolus Patinus* in *Nummis Impp.* p. 78. & 81. *Laur. Begerus* in *Theſ. Brand.* Tom. II. p. 615. *P. Pedruſius* in *Muſeo Farneſ.* Tab. XXV. Num. 5. Depinxit *Morellius* ex *Theſauro Schwartzburg.*

NUM. 16.

Epigraphe eadem, caput idem.

IMPerator Domitianus CAESar DIVI VESPaſiani Filius AUGuſtus RESTituit. In area nummi Senatus Conſulto.

Hunc quoque vulgavit *Carolus Patinus* in *Num. Impp.* p. 78. & 81.

(1) Feſtus. (2) Val. Maxim. lib. V. cap. 4.
(3) Livius lib. XL. Plinius lib. VII. cap. 36.

NUM. 17. & 18.

DRUSUS CAESAR TIberii AUGuſti FIlius. Caput Druſi nudum verſus dextram.

TIberius CAESAR AUGuſti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum verſus lævam.

Inſignem hunc & rariſſimum nummum edidit *Jo. Vaillantius* in *Num. Imp. Præſt.* Tom. I. p. 10. ſed vocatur ibi perperam primæ (quum ſecundæ ſit, & ut talis exprimatur) magnitudinis. Caput Tiberii laureatum ibidem depingitur, & tamen perperam in deſcriptione ſubjecta ſine laurea deſcribitur.

NUM. 19. 20.

PIETAS. Caput Liviæ, Tiberii matris, Druſi aviæ, velatum, Deæ Pietatis habitu.

DRUSUS CAESAR TIberii AUGUSTI Filius TRibunicia POTeſtate ITERUM. In area nummi Senatuſconſulti nota cernitur.

Livia, Tiberii Cæſaris mater, in nummis æreis Tiberii mediæ formæ crebro exprimi ſolet Deæ alicujus habitu & titulo, prouti cernere licet in *Nummis Tiberii* Tab. VII. Num. 10. 14. Videlicet tamquam SALUS AUGUSTA vel JUSTITIA. In hoc Druſi nummo PIETAS vocatur, &, tamquam illa Dea, caput velo obtectum habet. Quod ſi animadvertiſſet *Carolus Patinus* in *Num. Impp.* p. 79. nequaquam hæc literis conſignaſſet: „Difficile prorſus conjicere cur Deam velatam retro Druſi „nummum Antiqui ſignaverint. quid enim cani „cum balneo? aut Druſo viro impuriſſimo cum „Pietate? difficilius cur illorum memoriam poſteris conſignare voluerit optimus Imperator „Titus, qui ſublato Druſi nomine, ſuoque inpoſito, hanc ipſam in hoc monumento reſtituit. Pietas Dea quidem, & ipſa culta qua & „cæteros Deos colebant Antiqui,(1) cujus ſacellum „ab Attilio dicatum in quo mulier habitaſſe dicitur,(2) ea quæ uberibus patrem in carcere aluit, „ibique (3) imago factum hoc indicans oſtendebatur. Vocantur & Sanctitas & Pietas, quæ ſumma „animi integritate peraguntur; quæ omnia nullo „modo Druſo conveniunt. Rarum aliud numiſma PIETATE AUGUSTA inſignitum vulgavit liber noſter (4) de FAMILIIS ROMANIS. ſed „de Druſo ne γρῦ quidem." Præter *Patinum* vulgarunt *P. Pedruſius* in *Muſeo Farneſ.* Tab. XXV. Num. 4. *Leonard. Auguſtin.* Tab. XI. Num. 10. *Laurent. Begerus* in *Theſ. Brand.* Tom. II. p. 615. ubi AUG. ſcribitur in nummo pro AUGUSTI. Exſtat in *Theſauro Schwartzb.* & *Muſeo noſtro.*

NUM.

(4) In Fam. Celia.

NUM. 21.

Epigraphe eadem, caput idem.

IMPerator Titus CAESar DIVI VESPasiani Filius AUGustus RESTituit. In area nummi Senatus Consulto.

Vulgatus ibidem est a *Carolo Patino*.

NUM. 22.

Epigraphe eadem, caput idem.

IMPerator Domitianus CAESar DIVI VESPasiani Filius AUGustus RESTituit. In area nummi Senatus Consulto.

Ex indice Cavotortæ citavit Comes *Mediobarbus*, in *Museo Regio* exstare adnotavit *Andreas Morellius*.

NUM. 23. & 24.

DRUSUS CAESAR TIberii AUGusti Filius. Caput Drusi nudum dextram versus.

MUNICipium ITALICa PERmissu AUGusti. Aquila legionaria cum vexillo inter duo signa militaria.

Exstat hic Drusi nummus inter vulgatos a *Jo. Vaillantio* in Libro de *Nummis in Coloniis* cusis, Tom. I. p. 133. ubi docet Italicam, in Hispania Bœtica, a Scipione militibus ægris & vulnere tardis fuisse conditam, ab Augusto beneficiis auctam & cudendæ monetæ jus accepisse. Fuit in *Museo Jo. Vaillantii*, servatur & in *Thesauro Mediceo*.

NUM. 25. & 26.

DRUSO CAESARI. Drusi caput nudum dextram versus.

PERMISSU Lucii APRONII PROConsulis III. Caput Mercurii cum petaso alato, pone caput ejusdem Dei caduceus alatus cernitur.

Cusum in Africa fuisse nummum recte statuit *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 134. ubi hunc ipsum profert. Dubitat tamen in qua ibidem urbe atque Colonia cusus fuerit, ad Leptin tamen inclinat, & recte; nam hanc ejus sententiam confirmat nummus Tiberii Tab. VI. Num. 21. in quo Mercurii pariter caput exprimitur, atque hæc additur epigraphe ΛΕΠΤΙC Β. De Apronio Proconsule, cujus anno tertio signatus esse videtur nummus, confer ibidem *Vaillantium*, & *Thesaurum Antiq. Rom.* ex edit. *J. Georgii Grævii* Tom. XI. p. 412. ut & Commentarium nostrum ad *Morellii* Thesaurum, priorem in *Gente Apronia* p. 31. ubi eumdem nummum exhibet. Servabatur olim in *Gaza Christinæ Reginæ*.

NUM. 27. & 28.

DRUSUS CAESAR HI . . . . . . ERA. Caput Drusi nudum dextram versus.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii nudum lævam versus.

Nisi ex integriori aliquando nummo restituantur erosæ antiquitate sub collo Drusi literæ, difficile erit Coloniæ nomen, quæ insignem hunc nummum signaverit, indagare. Non adnotavit *Andr. Morellius* ex quo *Museo* depromtus sit.

NUM. 29. 30. & 31.

CAESAR DRUSUS. Drusi caput nudum lævam versus.

. . . . Templum Veneris Cypriæ cum area lapidibus strata in ejusdem introitu. In medio Templi Meta erigitur. Ad latera duæ sunt columnæ, quibus columbæ totidem, Veneri sacræ aves, insistunt. In altero nummo Jovis Salaminii insuper cernitur imago.

Nummuli hi elegantes a Communi Cypriorum cusi sunt, ut docte & eleganter demonstrat *Jo. Vaillantius* in laudato sæpius Opere Tom. I. p. 134. & 135. quem vide. Servatur uterque in *Thesauro Regio Versaliensi*.

TABULA X.

EXHIBENS NUMISMATA

DRUSI ET GERMANICI

AEREA OMNIS MODULI.

NUM. 1. & 2.

GERMANicus ET DRUSUS. Capita opposita Germanici & Drusi nuda.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, subtus sunt literæ C. I. G. A. id est, Colonia Julia Gemella Accis.

Accis, urbs Hispaniæ Tarraconensis, Colonia Romana facta, sub Tiberio insignem hunc nummum signavit, in quo ab altera parte Tiberii Imperatoris expressit caput, ab altera hæredum Imperii, uti sperabat Romanus Orbis, Germanici atque Drusi. Sed spes hæc falsa fuit, utroque per insidias sublato. *Jo. Vaill.* in *Colon. Num.* Tom. I. p. 93. post nomina Germanici & Drusi addit CAES*ares*, neque tamen in pictura nummi vel apud ipsum vel penes *Morellium* is titulus exprimitur, quod videlicet non fuerit insculptus, sed nuda tantum signata exstiterint nomina; pariter ut in alio nummo *Accitano*, in quo perinde Germanici & Drusi opposita sibi invicem cernuntur capita, infra in *Tiberio* Tab. VI. Num. 6.

NUM. 3. & 4.

DRUSUS CAESAR GERMANICUS CAESAR. Capita nuda Germanici & Drusi sibi invicem opposita.

PERMissu DIVI AUGusti COLonia ROMulea. Caput Tiberii laureatum dextram versus.

Urbs Hispaniæ Bœticæ Hispalis, quæ in Nummis, ibidem cusis, passim Colonia Romulea vocari solet, permissu Cæsaris Augusti jus monetæ adquisivit. Inde in præclaro Liviæ, & Divi Augusti nummo, quem supra vidimus in Livia p. 478. gloriatur isto munere a Divo Augusto ipsi concesso, sicuti in hoc itidem nummo, in quo Divi Augusti filium & nepotes adoptivos, spemque Imperii Romani expressit. Editus primum est a *Carolo Patino* in *Num. Impp.* p. 75. sed ibidem male Augusti caput esse dicitur, quod manifeste, in ipso nummo, Tiberii est, unde castigantur *Patinus* & *Mediobarbus* a *Jo. Vaillantio* inter *Num. Colon.* Tom. I. p. 139. & 144. Exstat autem in *Museo nostro* pulchritudine eximia & singulari integritate conspicuus mediæ formæ, sed ad primam magis quam tertiam accedens magnitudinem.

NUM. 5. 6. 7. & 8.

DRUSUS GERMANICUS CAESARES. Opposita sibi invicem Drusi & Germanici capita nuda. In priori, Coloniæ, in qua signatus est nummus, nomen in media nummi parte, juxta capita, in posteriore in ima sub capitibus exprimitur, est videlicet Colonia Victrix Tarraco.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii lævam versus, nudum in priori nummo, in posteriori laureatem.

Hispaniæ citerioris Tarraco, quæ dudum ante Augusti tempora Colonia Romana facta, & a Julio Cæsare Victrix cognominata fuit, lubenter Domum Cæsaris Augusti in nummis signavit. Sic Cai & Lucii faciem in iisdem vidimus supra p. 502. nunc Germanici & Drusi, quos tamen non minus quam illos adversa sors & iniquitas inimicorum Reipublicæ Romanæ abstulit. Posteriorem ex Drusi & Germanici nummis vulgavit *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 118. & vidi quondam in *Museo Domini de Bary.*

NUM.

Num. 9. & 10.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

DRUSO ET GERMANICO IIVIRis. Caput Germanici nudum lævam versus.

In priore *Thesauro Morelliano* plurimis in locis ostendimus, quomodo nonnunquam honoris caussa Duumviri in Coloniis creati fuerint ipsi Imperatores, & filii eorum atque nepotes Cæsares, ut & Reges Socii, atque Proconsules. Vide ibidem p. 235. 237. 414. 452. 639. Sic in hoc nummo, qui infra Num. 19. & 20. occurrit, Germanicus & Drusus Duumviri scribuntur, neque tamen Coloniæ additur nomen.

Num. 11. & 12.

ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΔΕΛΦΟΙ. (*DRUSUS CAESAR GERMANICUS CAESAR FRATRES.*) *Sedent Cæsares Drusus & Germanicus in sellis curulibus, ex quibus alter lituum, alter capeduncul am, Pontificatus, quo honore sub Augusto inaugurati fuerant, insignia, tenet.*

ΕΠΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΛΕΩΝΟΣ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. (*SUB ALEXANDRO CLEONIS FILIO SARDIANORUM.*) *Corona Civica in cujus medio legitur* ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ. (*COMMUNITATIS ASIAE.*)

Honorem ex Communis seu Communitatis Asiæ decreto Cæsaribus (qui fratres in nummo vocantur) habitum, Sardiani in nummo penes ipsos cuso expresserunt. Vulgarunt eumdem *Andreas Morellius* iu *Specimine Universæ Rei Nummariæ Antiquæ* Edit. primæ Tab. III. Num. 2. p. 29. ex *Gaza Regia* atque R. P. de Molineti. Ex cujus Molineti editione quoque invenitur in *Museo Sanctæ Genovevæ* Tab. XX. Num. 2. p 76. Whelerus in *Itinerar.* Num. 65. 66. *Possessor Anglus* in *Sylloge Numismatum* Tab. III. Num. 4. *Petr. Seguinus* in *Numism. Select. Edit. Secundæ* p. 306. Vidi similem in *Museo Horstiano*.

Num. 13. & 14.

ΔΡΟΥΣΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΣ ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ. (*DRUSUS GERMANICUS CAESARES NOVI DEI PHILADELPHI.*) *Drusus & Germanicus sedentes in Sellis Curulibus, uti in nummo præcedente.*

ΓΑΙΟΥ ΑΣΙΝΙΟΥ ΠΩΛΛΙΩΝΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. (*CAI ASINII POLLIONIS PROCONSULIS.*) *Ita nunc exhibuit Morellius, sed in Specimine* ΕΠΙ, *ut sit, SUB CAJO &c. præcedere voluit, prouti legitur quoque apud Jo. Vaillantium in Nummis Imp. in Græcia cusis p.* 10. *Corona Civica eadem cum inscriptione* ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ. (*COMMUNITATIS ASIAE.*) *Pro qua male Lauream Coronam quidam substituunt.*

In hoc & sequenti nummo Dei Philadelphi, sive *Fratres, se invicem Amantes*, vocantur Drusus & Germanicus, respectu videlicet Castoris & Pollucis, qui fuere fraterno amore inter *Semideos* nobiles. Et dum viverent (post mortem enim eorumdem cusi hi nummi sunt) satis bene inter illos conveniebat. *Tacitus Annal.* Lib. II. Cap. 43. ubi discordias & studia partium in aula Tiberii descripsit, addit: *Sed fratres egregie concordes, & proximorum certaminibus inconcussi.* Vulgavit nummum hunc *Andr. Morellius* in *Specimine* Edit. secundæ Tab. XV. Num. 4. ex *Museo* Canonici *Fr. Dronii*, & reposuit eumdem in *Fam. Asinia* Num. 6. p. 37. ubi consuli possunt quæ diximus de Proconsule Asinio Pollione.

Num. 15. & 16.

ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣαρ ΓΕΡΜανικος ΚΑΙΣαρ ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ. (*DRUSUS CAESAR GERMANICUS CAESAR NOVI DEI PHILADELPHI.*) *Typus ut supra.*

ΓΑΙΩ ΑΣΙΝΙΩ ΠΟΛΛΙΩΝΙ ΑΝΘΥΠΑΤΩ. *SUB CAJO ASINIO POLLIONE PROCONSULE.*) *Corona Civica cum eadem, quæ in præcedentibus nummis cernitur, inscriptione.*

Discrepat nummus hic a præcedente, ratione scripturæ Pollionis nomine, quod per ω in præcedente effertur, præterea addito prænomine Cajo, atque variatione casus. Scriptura quoque variat in parte anteriore. Vulgarunt nummum *Andr. Morellius* in *Fam. Asinia* Num. 5. p. 37. Is eumdem depinxit ex *Museo Colbertino* sive *Marchionis de Seignelay.*

NUM. 17. & 18.

GERManicus CAESAR PULCHRO II. VIRo. Caput Germanici nudum lævam versus.

DRUSus CAESAR CIP. . . . II. VIRo. Caput Drusi nudum lævam versus.

Puto hunc nummulum Corinthi cusum fuisse Duumviris Pulchro & Cipo vel Cipario.

NUM. 19. & 20.

GERMANICO ET DRUSO. Caput muliebre turritum.

CAESARIBUS II. VIRIS. . . . . Gubernaculum navis.

Corrupta pariter parte inscriptionis, ad summum gubernaculi, edidit nummulum hunc *Andr. Morellius* in *Familiis Romanis* inter *Nummos Miscell.* Num. 4. ubi vide p. 470. ubi de Germanico & Druso Duumviris honorariis alicujus Coloniæ explicavimus. Sed ab eo tempore tribus nummulis augeri contigit *Museo nostro*, ex quibus primus quidem nihil ad corruptam lectionem juvandam confert, utpote ab illa marginis parte detritis omnibus literis, quæ sequuntur post CAESARIBUS, secundus hanc circa Gubernaculum habet lectionem CAESARIBUS . . . . . . ART. quare non dubito quin ibi CART. id est CARTeia exstiterit. In illa enim urbe Hispaniæ signatos plures possideo nummulos huic ære & magnitudine convenientes cum Gubernaculi &c. typo. At tertius clare exhibet hoc modo CAESARIBUS IIIIV.... ut integra nummulorum ab utraque parte lectio hæc videatur esse, GERMANICO ET DRUSO II. VIR*is* (vel IIIIVIR*is*) CARTeia. In meo tertio enim expresse legitur IIIIV. sive quartus numerus cum prima litera ex VIR*is* observatur. Habuit enim Carteia (Colonia Romana a Julio Cæsare constituta) Decuriones suos & IIIIViros, qui ex Decreto Decurionum pecuniam signarunt. Testantur id plures ejus Coloniæ nummuli quos servo, & inter illos unus quem editum cernas in *Thesauro Britann.* Tom. I. p. 237. ubi irato prorsus Antiquitatis Genio scribit *Haymius*, Quatuorviros a Julio Cæsare institutos, abolitos vero fuisse ab Augusto, qui Triumviros in illorum vicem instituerit, unde colligit nummulum suum sub Julio Cæsare cusum fuisse; confundens sic Quatuorviros & Triumviros Monetales Romæ cum Quatuorviris, quorum nomina in cusis ab aliqua Colonia nummis inveniuntur. Carteia igitur adscivit sibi Germanicum & Drusum Quatuorviros honorarios.

NUM. 21. & 22.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ (*GERMANICUS CAESAR.*) *Caput Germanici nudum lævam versus.*

ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. (*DRUSUS CAESAR.*) *Caput Drusi nudum lævam versus.*

Nomen urbis Græcæ, in qua hic nummulus fuerit signatus, non additur. Servatur in *Thesauro Regio.*

TABULA XI.

QUAE COMPLECTITUR

GERMANICI CAESARIS

NUMISMATA OMNIS MATERIAE ET MODULI.

De Germanico ejusque virtutibus multa proferri possunt, vix enim quisquam inter Romanos Principes plura possedit, moderatione certe & pietate omnes post se reliquit. Nos de iisdem nihil dicturi sumus, quoniam nervose easdem & eleganter descripsit *Jo. Tristanus Sanctamantius* in *Comment. Histor.* Tom. I. p. 150. Verba ejus hæc sunt:

„ L'Histoire Romaine nous ayant donné cognoissance suffisante de la valeur incomparable, „ prudence singuliere, vertu signalée, & grande „ debonnaireté de Germanicus, accompagnée „ d'une rare felicité en tous ses exploicts; & plu- „ sieurs Autheurs modernes en ayans encore exa- „ geré le merite, ou dans leurs Histoires genera- „ les, ou és series des Empereurs Romains, ou „ bien dans leurs recueils & remarques, discours, „ & observations des choses plus remarquables & „ plus considerables concernantes les medailles „ Romaines, & leurs devises: Je ne dois pas „ remesurer leurs pas, en abusant du loisir du Le- „ cteur; mais faire seulement quelque reflexion „ sur les actions de ce Prince, aprés lesquelles je „ ne

„ ne voy pas que l'on se soit cy-devant beaucoup „ arresté, & qui toutesfois me paroissent meriter „ d'estre le plus considerées, veu que les gene- „ reux exploicts guerriers des grands Capitaines „ ne sont pas toufiours les marques infaillibles de „ leur vertu; la fortune, le courage, & l'obéïs- „ sance des soldats de longue main aguerris, le „ bon conseil & la suffisance des Lieutenans, „ Maistres de camp, & autres ayans charges és „ armées, en partageans la gloire avec eux. Ce „ qu'on effet l'on peut principalement dire de la „ milice Romaine. Donc ce qui est en Germa- „ nicus, & que l'on peut dire veritablement estre „ de son propre, & où personne ne se trouve „ avoir part avec luy, sont une grande magnani- „ mité, une moderation & discretion singuliere „ que je remarque en luy, & qui doivent estre „ plus estimées que toutes ces grandes & escla- „ tantes victoires, plus illustres trophées qu'il ob- „ tint & merita par tant de rencontres qu'il eut „ avec les plus farouches nations de la Germanie „ & avec les Armeniens & leurs voisins. Car „ qui est celuy qui ne fera plus de cas du refus „ qu'il fit de l'Empire, lors que les importunes „ prieres de ses soldats, les veux des plus gens de „ bien du Senat, & du peuple Romain, & en- „ core des alliez de ce grand Estat, sembloient „ le devoir obliger, voire forcer de l'accepter. „ Mais ce sage & vertueux Prince considerant „ qu'il n'estoit pas juste de renverser l'ordre esta- „ bly par Auguste son bien-faicteur, qui avoit or- „ donné Tibere pour son successeur, (bien que „ hay de plusieurs) & qui l'avoit rendu son fils „ par adoption, prefera la justice & le respect „ qu'il luy sembloit devoir à la memoire de ce „ grand Prince, & à la dignité presente de Tibe- „ re, à son interest & propre grandeur, bien „ qu'il se veit accompagné de toutes les perfe- „ ctions & qualitez, & de corps & d'esprit, en „ une florissante jeunesse, necessaires pour gou- „ verner utilement & glorieusement un si grand „ Empire. Certainement je tiens que cette vi- „ ctoire qu'il gaigna sur son courage, l'emporte „ au poids sur toutes celles qui le signalerent de- „ puis en tant de lieux. Après, qui n'admirera „ sa patience & sa discretion, quand le malin & „ envieux Tibere, le rappella au fort de ses con- „ questes, sous pretexte de le faire eslire Consul, „ & qu'il obeït, bien qu'il cogneust fort bien l'in- „ tention de ce vieux renard, & que la jalousie „ & l'envie en estoient les motifs. Il le dissimu- „ la neantmoins sagement, & sans faire naistre „ dans l'esprit cauteleux de ce Prince aucune dé- „ fiance de luy en consequence de ce rappel, par „ aucunes plaintes qu'il en fit. Il faut joindre à „ cette obéïssance admirable le trait de profonde „ prudence, & de moderation si rare, en un jeu- „ ne Prince triomphant & victorieux, de tout ce „ qu'il y avoit de plus feroce & plus redoutable „ en tout le Septentrion, qu'il égala tout ce qu'il „ avoit de plus delié en la matoiserie & subtilité „ de Tibere; qui fut de n'avoir voulu mettre son „ propre nom, ny fait mention aucune de soy „ dans le titre & inscription qu'il apposa au pied „ du trophée qu'il erigea sur le pays conquis, en „ attribuant toute la gloire à l'armée de Tibere, „ *Debellatis inter Rhenum Albimque nationibus exer-* „ *citum Tiberii Cæsaris ea monumenta Marti, Jovi,* „ *& Augusto sacravisse.* Certainement ce jeune „ Seigneur avoit un sens commun excellent, & „ suivoit les maximes d'une excellente Philoso- „ phie, & bien reglée. Aussi estoit-il fort sça- „ vant, les doctes monumens de son grand sça- „ voir, ayans de beaucoup rehaussé la gloire de „ ses trophées. Témoins en sont quelques epi- „ grammes, & ses doctes Phœnomenes Aratæans, „ Aussi le gentil *Ovide* l'invoque en son premier „ livre des Fastes, comme un autre Apollon Cla- „ rien, ou comme le plus grand Genie de la Poë- „ sie, donnant mesme à entendre qu'il redoutoit „ la grande capacité de son jugement plus exquis „ par ces vers 1. Fastor. 19.

„ *Pagina judicium docti subitura movetur,*
„ *Principis, ut Clario missa legenda Deo.*

„ Puis le qualifie Poëte en cet autre vers en suite, „ & le prie de le vouloir guider vers 25.

„ *Scilicet, ut fas est, vates rege vatis habenas.*

„ Or *Lactance* livre I. *Divin. Instit.* & Sainct „ *Hierosme* livre I. de ses *Commentaires* sur l'Epi- „ stre de Sainct *Paul* à *Titus*, chap. 1. sont té- „ moins qu'il fut Autheur de cette version d'A- „ ratus après celle de *Ciceron.* Aussi se trouve- „ t'il quelques Epigrammes Grecs de sa façon, „ qui marquent la gentillesse de son esprit, & la „ dexterité qu'il avoit à composer en vers Grecs, „ aussi bien que ces Autheurs semblent donner à „ entendre, qu'il faisoit en vers Latins. En voi- „ cy deux, que je trouve inserez dans le premier „ livre de l'Anthologie des Epigrammes Grecs, „ chapitre trente trois.

„ Οὔρεος ἐξ ὑπατοιο λαγωὸς πέσεν ἐς ποτὲ βένθος
„ Ἐκ προφυγεῖν μεμαὼς τρηχὺν ὀδόντα κυνός
„ Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὣς ἤλυξε κακὸν μόρον. αὐτίκα γάρ μιν
„ Εἰνάλιος μάρψας πολύμαιος ἠφάνισεν.
„ Ἐκ πυρὸς ὡς αἰνῶς πέσες ἐς φλόγας ἦ ῥά σε δαίμων
„ Κὴν ἁλὶ, κὴν χέρσῳ θρέψε κυνέσσι βορήν.

„ Que j'ay tasché de mettre ainsi en vers François;

„ *Un levraut poursuivy, sauta d'une montagne*
„ *Dedans la mer, fuyant la dent d'un levrier,*
„ *Mais helas! il ne pût son destin éviter*
„ *Dans les flots moins humains, que ne fut la*
„ *campagne;*
„ *Il perit, mal-heureux, sans pouvoir échapper.*
„ *Helas que du brazier, tu rechûs dans la flamme!*
„ *Mais ton destin vouloit, qu'en mer, terre, ou*
„ *rocher,*
„ *Quelque chien te ravit la chair, le sang, & l'ame.*

„ En voicy un autre sur le mesme sujet, qui me „ semble fort ingenieux,

„ Ἐκ κυνὸς εἷλε κύων με. τί τὸ ξένον: εἰς ἐμὲ θῆρες
„ Ὑγροὶ καὶ πεζοὶ θυμὸν ἔχουσιν ἕνα.
„ Αἰθέρα λοιπὸν ἔχοιτε λαγοὶ βατὸν, ἀλλὰ φοβοῦμαι
„ Οὐρανέ· καὶ σὺ φέρεις ἀστερόεντα κύνα.

„ Que je mets ainsi en François.

„ *M'estant sauvé d'un chien, un autre chien m'a pris,*
„ *Quel prodige est cecy? sur la terre & sur l'onde,*
„ *Les Monstres me cherchans, ont ma mort entrepris!*
„ *Lievres passez là haut, abandonnans le Monde.*
„ *O Ciel recevez-les en vostre Astre pourpris;*
„ *Toutesfois je crains fort, (car ton chien des-ja*
„ *gronde)*
„ *Qu'il n'y soient tous par luy soudainement surpris.*

„ De plus, il estoit fort eloquent, de sorte que Tibere mesme après son decez fit faire son effigie écussonnée, ou faite en forme de bouclier, qu'il plaça entre les simulacres des plus excellens Orateurs, (ce dit *Tacite* liv. II.) *Dion Cassius* remarquant qu'il plaida devant Auguste plusieurs fois fort eloquemment. Tout consideré donc, j'estime que si le bon-heur des Romains eust permis que ce Prince si bien conditionné en toutes les parties requises en un grand Monarque, eust pris les resnes de l'Empire, il eust non seulement égallé par ses conquestes la gloire de Cesar, mais mesme peu surpasser Auguste en longueur d'Empire, en felicité, & l'un & l'autre en probité, continence, justice, equité & moderation. Mais sa mort precipitée survenuë en l'âge de 34. ans seulement, ravit en un moment, & en luy seul tout le bonheur des Romains; quelques uns ayans estimé que Tibere le plus meschant des hommes la luy procura. Quoy que s'en soit, le peuple Romain en ouyt la nouvelle avec un tel regret & depit, que (pour tout dire) ils en lapiderent leurs Dieux, & en renverserent de rage leurs Autels, comme *Tacite* le raconte liv. II. Son cœur n'ayant peu estre consommé par le feu, donna sujeċt de croire qu'il avoit esté empoisonné (ce dit *Pline* liv. XI. chap. 37.) Qui aussi au liv. II. chap. 26. remarque que son deceds fut prognostiqué par l'objeċt d'un feu celeste, qui parut soudain en forme de flamme qui cheut du ciel à la veuë de tout le peuple Romain, assistant à des combats de gladiateurs, que Germanicus mesme luy exhiboit, *Qualis Germanico Cæsare* (ce dit-il) *gladiatorum spectaculum edente præter ora populi meridiano transcurrit.* Voicy son Epitaphe.

„ *Parce hospes tumulo, Cæsar Germanicus hic sum,*
„ *Sæpe etiam ignotis ipse dedi requiem.*
„ *Quod si quem tumuli nihil hujus gratia tangit,*
„ *At moveat, patria fraude quod hic jaceo.*
„ *Sed jaceo, quamvis non vitæ at plenus honoris,*
„ *Hoc uno ingratus, quod genui patriæ.*
„ *Testata est mores lacrymis plebesque patresque,*
„ *Hæc sunt sinceri indicia ingenii.*

„ Au reste comme il se void souvent des hommes ayants diverses antipathies naturelles, (¹) Plutarque en son Traitté de la Haine & de l'Envie, remarque que Germanicus ne pouvoit voir de Coqs, ny les entendre chanter, sans une repugnance du tout incroyable."

(1) Exstat locus Tomo I. p. 537. Γερμανικὸς δὲ ἀλεκτρυόνος οὔτε ὄψιν ὑπέμενεν. *Et Germanicus galli gallinacei neque vocem neque adspectum ferebat.*

NUMISMATA
AUREA ET ARGENTEA.

Num. 1. & 2.

Cajus CAESAR AUGustus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ nudum lævam versus.

GERMANICUS CAESar Pater Cai CAESaris AUGUSTI GERManici. Caput Germanici nudum lævam versus.

Memoriam patris Germanici filius Cajus Caligula in nummis aureis, argenteis & æreis propagavit. Adpositum a *Morellio* signum inveniri hunc ex auro atque argento ostendit in *Thesauro Schwartzburgico* nunc *Saxo-Gothano*. Ipsi quoque in *Museo nostro* ex argento possidemus pulcherrimum.

Num. 3.

GERMANICUS CAESar Pater CAESaris AUGusti GERManici. Caput Germanici nudum versus lævam.

Cajus CAESAR AUGustus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum lævam versus.

In eo tantum discrepat a præcedenti nummo, quod caput Caligulæ corona laurea sit coronatum. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico.*

Num. 4. & 5.

GERMANICUS CAES. . . . . Caput Germanici nudum, lævam versus.

CAESAR DIVUS AUGUSTUS. Caput Divi Augusti, dextram versus, corona radiata insigne.

Rarissimum hunc nummum argenteum facit Divi Augusti ab altera parte caput. Invenitur in variis Caligulæ nummis ab altera parte Divi Augusti, ab altera Caligulæ caput, sed in Germanici nummis id hactenus observatum non fuit. Cusus est sub Caligula, qui patrem Germanicum & Divum Augustum generis sui auctorem celebravit. Nota possessoris CT. seu TC. vel CTF. a *Morellio* adponitur.

AEREA.

AEREA.

NUM. 6. & 7.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti Filius DIVI AUGusti Nepos. Caput Germanici nudum, dextram versus.

TIberius CLAUDIUS CAESAR AUGustus IMPerator Pater Patriæ. In area nummi Senatus consulti nota exstat.

De hoc nummo ita scribit *Jo. Vaillantius* in *Num. Imper. Præst.* Tom. I. p. 14. *Hic nummus primæ magnitudinis, summæ raritatis & elegantiæ esset, nisi suspectus Antiquariis haberetur.* Servatur in *Thesauro Regio*, edidit eumdem *Carolus Patinus* in *Thesauro Numismatico* p. 141. & *Jo. Vaillantius* in *Num. Imp. Præst.*

NUM. 8. & 9.

Nota Capitis non additur.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. *(GERMANICUS IMPERATOR PATER PATRIAE.) Imperator armatus in altero nummo stans, dextra Dianæ Ephesiæ signum tenet, lævâ Victoriolam; quæ ipsum coronat, adcurrente cervo. In altero nummo Diana Ephesia, succincta veste properat, similiter manibus illa duo signa tenens, cum pharetra ad humeros, sed sine cervo ad pedes.*

Non adnotavit *Morellius*, unde hi duo desumti sint nummi, quos omnino spurios judico, & ipse (ut credo) *Morellius* judicavit. Pars aversa, quum ad Claudium vel Cajum pertineat, innuit Germanici caput in parte anteriore exstitisse. Invenit forsitan in MSS. *Hub. Goltzii.*

NUM. 16. & 15.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti Filius DIVI AUGusti Nepos. Caput Germanici lævam versus.

Cajus CAESAR DIVI Augusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate III. Pater Patriæ. In area nummi Senatus Consulto.

Quum Cæsar Augustus Tiberium sibi adoptaret, Germanicum ante à Tiberio adoptari voluit. Itaque eodem modo Augusti nepos exstitit, quo jure naturalis Germanici filius, Cajus Caligula Augusti pronepos factus est.

NUM. 10.

cum aversa parte

NUMERI. 19.

Epigraphe capitis eadem.

TIberius CLAUDIUS CAESAR AUGustus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate IMPerator Pater Patriæ. In area Nummi Senatus consulti est nota.

A fratre Germanici Claudio Imperatore cusus est, atque in omnibus fere servatur *Museis*, ut in *Farnesiano*, ex quo editus est à *P. Pedrusio* Tab. XXV. Num. 9. atque in *nostro.*

NUM. 10.

cum aversa parte

NUM. 20. & 21.

Epigraphe capitis eadem est ut præcedentis nummi.

IMPerator Titus (in altero Domitianus) CAEsar DIVI VESPasiani Filius AUGustus RESTituit. In area nummi est Senatusconsulti nota.

Nummi restituti semper fere aliis ejus generis non restitutis rariores sunt. Vulgavit utrumque restitutum *Carolus Patinus* in *Num. Imp.* p. 87. Servatur unus ex his in *Museo nostro*, sed, Imperatoris nomine detrito, utrum ad Titum an Domitianum pertineat, nescio.

NUM. 11. 16. & 17.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti Filius DIVI AUGusti Nepos. Caput Germanici nudum; dextram versus.

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PROnepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate III. Pater Patriæ. In area nummi est nota Senatusconsulti. Discrepat posterior Tribuniciæ Potestatis anno, qui III. ibidem inscribitur.

Posterior nummus in omnibus fere *Museis* (sicuti & in *nostro* invenitur. Ex *Farnesiano* edidit illum *P. Pedrusius* Tab. XXV. Num. 8.

NUM.

NUM. 12. (13. abest) 14. 18. & 21.

GERMANICUS CAESAR Pater Cai CAESaris AUGusti GERManici. Caput Germanici nudum, dextram versus.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia POTestate, pro quibus Num. 18. exstat Cajus CAESAR AUGUSTUS PONtifex MAXimus TRibunicia Potestate IIII. COnSul IIII. atque Num. 21. legitur IMPerator Domitianus CAESar DIVI VESPasiani Filius AUGustus RESTituit. In area nummi Senatusconsulti nota est.

Posteriorem ex his, sive Num. 21. rariorem prioribus, exhibet *Carolus Patinus* in *Num. Imp.* p. 87.

NUM. 22. & 23.

GERMANICUS CAESAR. Germanicus, manu Scipionem eburneum cum aquila gerens stat in quadrigis triumphalibus.

SIGNIS RECEPTis DEVICTIS GERManis. Germanicus paludatus & armatus, stat, dextram elevans, læva aquilam legionariam tenens. Adest Senatus consulti nota.

Quamvis tritus sit nummus, & in omnibus *Museis* exstet, tamen ob Historiæ nobilitatem servari dignus est. Ad intellectum ejus sufficiunt *Jo. Tristani* verba ex *Comm. Histor.* Tom. I. p. 153. „ GERMANICUS CAESAR. Germanicus re„ presenté triomphant dans un char tiré par qua„ tre chevaux.

„ Comme *Ovide* Livre II. *de Ponto* l. 57. promet„ toit qu'on le verroit un jour, en ces vers

„ *Te quoque victorem Tarpejas scandere in arces*
„ *Læta coronatis Roma videbit equis,*
„ *Maturosque pater nati spectabit honores,*
„ *Gaudia percipiens, quæ dedit ante suis.*

„ Au revers il y a SIGNIS RECEPTIS DE„ VICTIS GERMANIS. Germanicus represen„ té debout tenant vn Aigle legionaire. Ce revers „ est commun és medailles de Germanicus; ne„ antmoins comme il s'en void peu où il y ait „ quelque chose à dire, qu'en celuy cy, qui ayent „ esté faits de son vivant, pour n'observer moy „ seul le silence entre tant d'Escrivains qui con„ tribuent quelque chose à son explication, je di„ ray que l'Epigramme de *Bassus*, qui se lit dans „ l'Anthol. chap. V. m'a semblé avoir loüé Ger„ manicus de meilleure grace, & avec la plus „ gentille invention. Il commence ainsi,

„ Οὔρεα πυρηναῖα καὶ αἱ βαθυάγκεες Ἄλπεις
„ Αἳ Ῥήνου προχοὰς ἐγγὺς ἀποβλέπετε, &c.

„ Que je tourne ainsi. Vous Monts Pyrenées, „ & vous Alpes aux profondes valées, qui voyez „ de plus près les eaux que les bouches du Rhin „ envoyent dans la mer, vous estes tesmoins des „ esclairs & des flammes plus estincelantes du feu, „ que Germanicus a allumé, foudroyant les Cel„ tes de mille mortelles & Martiales atteintes: „ & qu'eux irritez, s'assemblerent en gros, rem„ plissans l'air de bruit confus, & de menaces „ pleines de rage & de honte. Ce fut lors que „ Bellone dist à Mars, ce sont, ce sont de tels „ bras que ceux de ce brave Cæsar, qui nous „ doivent mettre en besongne. Ce qu'il dit fai„ sant reflexion sur la mavaise conduite de Quin„ tilius Varus, qui avoit laissé tailler en pieces „ trois legions entieres sous Auguste, & dont „ Germanicus prenoit icy la vengeance courageu„ sement; Bellone estant la Déesse qui presidoit „ aux vengeances prises par les armes. Et cet„ te Inscription *De signis receptis*, avec cet aigle „ legionnaire, sont les marques, qu'après avoir „ dompté & chastié l'orgueil des ennemis par tou„ te cette grande Province, il les contraignit de „ restituer les enseignes & signes des legions Ro„ maines gaignées par eux en cette memorable „ deffaite; Germanicus mesme nous faisant voir „ combien il avoit à cœur la restitution de cet „ Aigle, en estimant les oyseaux estre les deïtez „ & genies particuliers des legions, quand allant „ chercher ses ennemis pour les combattre, „ il en vid huict volans gayement devers les „ forests des Germains, il s'escria allegrement „ devers ses legions, *ut sequerentur Romanas aves* „ *propria legionum numina*: prenant bon augure „ devoir ses Aigles allans chercher avec luy les „ ennemis pour luy aider à retirer de leur puis„ sance leurs representation mises es signes mili„ taires.

„ Voyez *Tacite* au II. livre de ses *Annales*. Cet„ te vengeance de la défaite de Quintilius *Varus* „ ayant esté telle, qu'il fit voir en son Triomphe le „ renommé *Semiguntus* & le fils de *Segéstus*, chef „ des Barbares avec sa sœur captif, & encore la „ femme d'*Arminius*; qui fut celuy qui avoit tail„ lé en pieces *Varus* & son Armée, comme *Stra„ bon* le remarque en son septiéme livre, où un „ peu après il adjouste, *Ductus est in pompa* „ *etiam Libys Cattorum Sacerdos, aliique multi* „ *mortales ex devastatis populis, Cathilis, Ampsa„ nis, Bructeris, Nusipis, Cheruscis, Chattis,* „ *Chatticariis, Landis & Sabattiis.*"

Vulgarunt nummum omnes fere Antiquarii, ut *Carolus Patinus* in *Num. Imp.* p. 88. *Laur. Begerus Thesaur. Brandenburgic.* Tom. II. p. 615. (ubi in nummo litera T. in RECEPT. videtur detrita fuisse, ut sæpe vidi) *P. Rubenius* in *Num. Arschotan.* Tab. XVIII Num. 14. & 15. *Francisc. Angelon.* p. 33. Num. 23. 24. & denique *P. Pedrusius* in *Museo Farnesiano* Tab. XXV. Num. 6. Exstat in *Museo nostro*.

NUM. 24.

Similis præcedenti, sed cum nota incusa.

Nota nummo incusa est TI. AU. id est, TIberius AUgustus Nam sub Tiberio Claudio Cæsare omnes ejusmodi notæ nummis inpressæ fuerunt, ut æris augeretur pretium famis gravissimæ temporibus. De quo egimus supra ad Tab. VII.

NUM. 25.

Vacat.

NUM.

TABULA XII.
COMPLECTENS ADHUC
NUMISMATA GERMANICI CAESARIS
EX AERE IN COLONIIS ET GRAECIA CUSA.

NUM. 1. & 2.

GERManicus CAESAR PULCHRO III. (tertium) VARIO II VIRis. Caput Germanici laureatum lævam versus.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum lævam versus.

Non adscribitur hujus Coloniæ nomen, in quo tertium Duumvir fuerit Pulcher, quum collegam haberet *Varium*. Corinthi tamen Duumviratum gessisse existimo. Hunc ipsum nummum inlustravimus ad priorem *Andr. Morellii Thesaurum Familiar. Rom.* p. 95. ubi diximus videri Pulchrum hunc prima vice exstitisse Duumvirum una cum Cipo vel Cipario in Drusi & Germanici nummo qui exstat supra Tab. X. Num. 17. & 18. adeoque vivente Druso; Deinde, mortuo Druso, & Tiberio exstincto, iterum sub Caligula cum Dosseno in nummo, qui infra Num. 3. sequitur, & mox tertium, in hoc ipso nummo, cum *Vario*. Vidi similem nummum in *Museo D. de Bary*. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 3.

GERManicus CAESAR DOSSENO PULCHRO II. VIRis. Caput Germanici laureatum, lævam versus.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS. Caput Cai Caligulæ laureatum, lævam versus.

Dossenus cognomen fuit *Familiæ Rubriæ*; *Pulcher* Claudiæ. Itaque Claudius Pulcher secundum & Rubrius Dossenus, quum Duumviratum in urbe Corintho, ut existimo, gererent, hunc nummum signarunt. Adfertur & hic in *Thesauro Morelliano* priore p. 95. Servatur in *Thesauro Regio.*

NUM. 4.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti Filius Colonia Cæsarea Augusta. Caput Germanici nudum, dextram versus.

Quod ab altera parte signatum fuerit caput non addidit Morellius, sed existimo Tiberii fuisse, plane ut infra Num. 8.

Urbs Hispaniæ Tarraconensis Salduba ante vocata, adpellationem Cæsareæ Augustæ (corrupto nunc nomine Saragossa dicta) accepit, postquam sub Augusto Colonia Romana facta fuit. Hæc in initio principatus Tiberii plurimos nummos in honorem ejus & simul Germanici cudit. Verum in hoc nummo ante & post caput Germanici nota quædam literalis observatur, connexas quasi literas AP. sed inversa litera posteriore, æque Lo vel LOL. exhibens. Unde forte exsculpere liceat Appio & Lollio Duumviris signatum Cæsareæ hunc nummum fuisse.

NUM. 5. & 6.

GERMANICUS CAESAR Cai CAESARIS PATER. Caput Germanici nudum, dextram versus.

Colonia Cæsarea Augusta (in area nummi, & in circuitu deinde) TITULLO ET MONTANO II. VIRis.

Mortuo Germanico hic & similes nummi signati fuerunt sub filio ejus Caligula. *Titulli* vel *Tituli* cognomen quidam in Gente Vibia habuerunt. Vide *Thesaurum Morellii* priorem pag. 449. Collegæ in Duumviratu Titullus & Montanus in honorem M. Vipsanii Agrippæ avi Caligulæ (quod male cessit universis Hispaniæ Coloniis propter Caligulæ arrogantiam) signarunt. Vide quæ ibidem p. 449. scripsimus.

NUM. 7. & 8.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti Filius Colonia Cæsarea Augusta. Caput Germanici lævam versus.

TIberius CAESAR AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

Alteram hujus nummi partem, priorem scilicet, publicavit *Jo. Vaillantius* in *Num. Colon.* Tom. I. p. 136. Duumvirorum nomen non adscribitur. Videntur tamen fuisse Dossenus & Pulcher ex nummo hujus Tabulæ tertio.

NUM. 9.

GERMANICUS CAESAR Cai CAESARIS PATER. Caput Germanici dextram versus, ut Num. 5.

Colonia Caesarea Augusta SCIPIONE ET MONTANO II. VIRis. In area nummi ponuntur literae tres priores C. C. A.

Servatur hic nummus, teste *Morellio*, in *Thesauro Regio*. Publicavit eumdem *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 136.

NUM. 10.

Epigraphe eadem, caput idem.

Colonia Cæsarea Augusta SCIPIONE ET MONTANO II. VIRis. Colonus agens boves.

Nummum hunc in *Thesauro* priore collocavit *Andr. Morellius* in *Fam. Cornelia* Tab. VI. lit. K. ubi vide p. 138. Agrippinæ, Germanici conjugis, memoriam iidem Duumviri in nummis propagarunt.

NUM. 11.

GERMANICUS CAESAR. Caput Germanici nudum lævam versus.

Cajo HEJO POLLIONE ITERum Cajo MUSSIDIO PRISCO II. VIRis. In Corona ex apio contexta.

In *Thesauro Morelliano* priore, seu *Famil. Roman.* produximus in *Fam. Mussidia* Tab. II. Num. 3. & 4. atque lit. H. I. K. quatuor nummos ab his Duumviris signatos, videlicet Augusti, Tiberii, Agrippæ junioris & hunc Germanici; in cunctis illis iterum Duumvir adpellatur Cajus Hejus (seu potius Helius) Pollio. *Helius* enim scribendum videtur non *Hejus*. Nam litera secunda E. crusculum inferius longiusculum exhibet, sic ut ibi literæ L inferiorem partem formet, sic ut E & L monogrammate copulentur in Literis ibidem seu numeris H. & I. sive Tiberii & Agrippæ junioris nummis; atque T. & E. in voce ITERUM in nummis Tiberii & Germanici Literis H. & K. signatis. Imo in Augusti nummo, ibidem Num. 4. delineato, clare legitur HELIO non HEIO, ita ut literæ H. & E. invicem connectantur, E. & L. vero singulæ signentur atque agnoscantur. Corinthi signatos fuisse nummos adscriptum Urbis seu Coloniæ nomen in tribus nummis, Augusti scilicet, Tiberii, & Agrippæ junioris, ostendit. Patet & inde liquido, quo tempore quatuor hi nummi fuerint signati, eo videlicet anno quo simul Duumviri erant C. Helius Pollio iterum, & prima vice C. Mussidius Priscus, quo vivebant florebantque simul Augustus, Tiberius, Agrippa junior & Germanicus, sub extremis scilicet Cæsaris Augusti temporibus, quum tamen nondum in insulam remotus esset Agrippa, qui post Cai & Lucii fratrum fata, adoptione avi in eorum successerat locum. Quare fallitur *Jo. Vaillantius*, qui videtur innuere secunda vice sub Tiberio Duumvirum fuisse C. Hejum Pollionem, dum in Tiberii nummo Tom. I. p. 106. scribit, *Corinthii Tiberio gratulantes, nummos dedicarunt . . . . C. Hejus Pollio Duumvir hoc in nummo iterum vocatus prima vice sub Augusto magistratum gessisse videtur, ex ejus nummo ab una parte caput Augusti, & ex altera Julii fundatoris effigiem exhibente.* Nam & prima vice & secunda sub Augusto Corinthi Duumvir exstitit, ut evidenter ex hisce quatuor nummis (quos suis locis in hoc *Thesauro* inferuit *Morellius*) liquet. Germanici hunc nummum primus vulgavit *Carolus Patinus* in *Num. Imperat.* p. 85. nescius tamen ad quam pertineat Coloniam. *Jo. Vaill.* illum edidit in *Numm. Colon.* Tom. I. p. 137. Servatur in *Thesauro Regio* & in *Museo nostro*. In Patiniano vero atque nostro connectuntur literæ HE in HEIO vel HELIO.

NUM. 12. & 13.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti Filius. Caput Germanici nudum dextram versus.

MUNICipium ITALICa PERmissu AUGusti. Aquila legionaria cum vexillo militari inter duo signa militaria.

Illustravit hunc nummum *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 137. 138. qui illum post *Carol. Patin.* de *Num. Imp.* p. 84. vulgavit.

NUM. 14. & 15.

GERMANICUS CAESAR Pater Cai CAESARis AUGusti GERManici. Caput Germanici nudum lævam versus.

Urbs Victrix OSCA Cajo TARRACINA Publio PRISCO II. VIRis. Eques galea & hasta armatus decurrit.

Osca urbs fuit Hispaniæ Tarraconensis, de qua Colonia vide quæ scripsit *Jo. Vaillant.* in *Num. Colon.* Tom. I. p. 138. Meminit hujus quoque *Goltzius* in *Thes.* p. 242. & *Harduinus* in *Plinium* Tom. I. 302. Hodie *Huesca* dicitur. Protulit aversam partem *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 138.

NUM. 16. & 17.

Cajus CAESAR GERMANICUS AUGustus. Caput Caligulæ nudum, lævam versus.

GERMANICUS CAESAR. Caput Germanici nudum lævam versus.

Nummum hunc rarum facit Germanici caput ab aversa parte, quum in antica sit caput Caligulæ, sed nulla Coloniæ nota additur.

NUM. 18. & 19.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. (*GERMANICUS CAESAR*) *Caput Germanici nudum dextram versus.*

Γαιος ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS*) *Caput Caligulæ nudum dextram versus.*

Non adscribitur nomen Græcæ urbis in qua signatus fuerit nummus, Thessalonicæ tamen cusus (una cum sequente cui nomen urbis inscribitur) fuisse videtur. Ex *Museo Wildiano* illum edidit *Morellius*, ipsum numisma nuper in eodem *Museo* inspexi.

NUM. 20. & 21.

Γαιος ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ (*CAJUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Caligulæ laureatum dextram versus.*

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*GERMANICUS. THESSALONICENSIUM.*) *Caput Germanici laureatum dextram versus.*

Fuit olim hic nummus in *Museo Jo. Vaillantii*, ut patet ex Libro ejus de *Num. Imp. Rom. in Græcia cusis* p. 10.

NUM. 22. & 23.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. (*GERMANICUS CAESAR.*) *Caput Germanici nudum lævam versus.*

ΕΠΙ ΠΟΥΠΛΙΟΥ ΟΥΙΤΕΛΛΙΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. (*SUB PUBLIO VITELLIO PROCONSULE.*) *In area nummi* Μητροπόλεως ΝΕΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. (*METROPOLIS NICOMEDIENSIUM.*)

Egregium hunc nummum atque historiam Publii Vitellii, qui Germanici comes & Legatus fuit, ex professo inlustravimus ad priorem *Morellii Thesaurum* in *Fam. Vitellia* p. 452. Cusus fuit nummus vivente Germanico, nam ante Caligulæ imperium periit hic Vitellius. Servatur in *Thesauro Regio.*

NUM. 24. & 25.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ. ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. (*GERMANICUM CAESAREM. GORTYNIORUM*) *Caput Germanici laureatum, lævam versus.*

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*CAJUM CAESAREM GERMANICUM AUGUSTUM.*) *Caput Caligulæ laureatum dextram versus.*

A Gortyniis Cretæ incolis cusus est nummus in honorem Caligulæ & Germanici patris ejus. Vulgatus exstat a *Carolo Patino* in *Num. Imp.* p. 85. *Laur. Begero* in *Thes. Brand.* Tom. III. p. 95. & *P. Pedrusio* in *Museo Farnes.* Tab. XXV. Num. 10. Servatur in *Thesauro Regio.*

NUM. 26.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*CAJUM CAESAREM AUGUSTUM.*) *Caput Caligulæ laureatum, dextram versus.*

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΕΠΙ ΑΥΓΟΥΡΕΙΝΩ ΓΟΡΤυνίων. (*GERMANICUM CAESAREM subaudi colunt. SUB AUGURINO GORTYNIORUM.*) *Caput Germanici laureatum, lævam versus.*

Minuciæ Gentis cognomen fuit Augurinus. De ipso nummo jam egimus in illa Gente seu Familia Lit. C. p. 287. Rexisse enim Proconsulari imperio Cretam insulam videtur is Minucius Augurinus, cujus nomen sub Caligula quoque invenitur in nummo Hierapytnæ, urbis pariter insulæ Cretæ. Augurini nummum editum quoque invenimus in *Numismatum Antiquorum Sylloge* (qui libellus Londini in 4°. prodiit) Tab. III. Num. 5. Servatur in *Thes. Regio* & in *Museo nostro.*

NUM. 27.

Vacat.

TABULA XIII.

COMPLECTENS RELIQUA NUMISMATA AEREA

GERMANICI CAESARIS

EX AERE MINIMO.

NUM. 1. & 2.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti Filius. *Caput Germanici nudum lævam versus.*

COLonia ROMulea PERmissu AUGusti. *Clypeus votivus in corolla.*

Hispalis, Hispaniæ urbs, Colonia Romulea dicta, quum hunc nummulum in honorem Germanici signaret, clypeum votivum posuit in laurea, ut indicaret victorias Germanici in Germania adquisitas, atque receptam aquilam, quæ clade Variana amissa fuerat, sicuti observat *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 138. & 139. Servatur in *Museo nostro*, sed facie Germanici ad dextram partem conversa.

NUM. 3. & 4.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. (*GERMANICUS.*) *Caput Germanici nudum, lævam versus.*

TANAγραίων. (*TANAGRAEORUM.*) *Vir nudus stans ex adverso expansis brachiis.*

Figuram illam virilem de Apolline explicat *Jo. Vaillantius* in *Num. Imp. Gr.* p. 10. Sed forte non errabimus, si de Apollinis filio, qui Tanagram urbem in Bœotorum finibus condidit, exponamus. De eo ita leges apud *Pausaniam* Lib. IX. p. 748. Ταναγραῖοι δὲ οἰκιστήν σφισι Ποίμανδρον γενέσθαι λέγουσι Χαιρησίλεω παῖδα τοῦ Ἰασίου τοῦ Ἐλευθῆρος· τοῦτον δὲ Ἀπόλλωνός τε καὶ Αἰθούσης εἶναι τῆς Ποσειδῶνος· Ποίμανδρον δὲ γυναῖκά φασιν ἀγαγέσθαι Τάναγραν θυγατέρα Αἰόλου· Κόριννα δέ ἐστιν ἐς αὐτὴν πεποιημένα Ἀσωποῦ παῖδα εἶναι. *Urbis suæ primordia Tanagræi Pœmandro Chæresilai filio, Iasii nepoti, Eleutheris pronepoti, accepta referunt: & Eleutherem quidem ex Apolline & Æthusa, Neptuni filia, genitum dicunt: Pœmandrum ipsum in matrimonio habuisse Tanagram Æoli filiam; quum tamen Corinna versibus mandarit, Asopi illam fuisse.*

NUM. 5. & 6.

Nota capitis, seu partis anterioris non additur.

. . . . *Epigraphe erosa. Victoria cum corolla & palma gradiens lævam versus.*

Forsitan a Smyrnæis cusus fuit hic nummulus; inveniuntur enim plurimi ejusmodi in honorem Caligulæ, Germanici filii, apud eosdem signati.

EX

EX HUBERTI GOLTZII MSS.

N U M. 7. & 8.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti Filius. Germanicus Cæsar stans in quadrigis triumphalibus, dextra manu lauri ramum, læva scipionem eburneum cum aquila aurea tenet.

DEVICTIS GERMANIS SIGnis REceptis. Aquila legionaria inter signum & vexillum militare.

Aureum hunc nummum fuisse testatur adposita *Morellii* nota, sed fide *Goltzii*, ut & sequentes aliquot, nititur.

N U M. 9. & 10.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti Filius COnSul II. IMPERator. Caput Germanici nudum lævam versus, adscriptis literis, LUGDunum.

DIVUS AUGUSTus. Caput Divi Augusti corona radiata insigne.

Inveniuntur quinarii LUGDUNI inscripti inter nummos *Fam. Antoniæ* Tab. V. Num. 5. sed utrum hujusmodi æreus Germanici exstet nummus, qualis a *Goltzio* depingitur, fides sit penes auctorem.

N U M. 11. & 12.

GERMANICUS CAESAR IMPerator PONTifex. Caput Germanici nudum, dextram versus.

Colonia Victrix Togata Tarraco OSCA. Eques cum galea & hasta decurrens.

Osca, *Urbs Victrix* in nummis dicta, sita fuit in Hispania Tarraconensi: Tarraco Hispaniæ citerioris urbs, pariter *Victrix* dicta fuit; quod si genuinus hic *Goltzii* nummus est, ita inscriptio debere legi videtur, OSCA *Colonia Victrix Togata Tarraconensis.*

N U M. 13. & 14.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΤΙβεριυ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ. (*GERMANICUS CAESAR TIBERII AUGUSTI FILIUS.*) *Caput Germanici nudum, dextram versus.*

ΤΙβέριος ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΥ ΣΕΒαστȣ ΥΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧιερευς ΜΕΓας ΔΗμαρχικῆς ΕΞȣσίας (*TIBERIUS CAESAR DIVI AUGUSTI FILIUS AUGUSTUS PONTIFEX MAXIMUS TRIBUNICIA POTESTATE.*) *Caput Tiberii laureatum, dextram versus.*

Inscriptio á parte capitis Tiberii nos docet pertinere hunc nummum ad illa tempora, quibus rerum potiebatur Tiberius, videlicet post excessum Divi Augusti, Pontificatus Maximi honore tum quoque ad Tiberium devoluto.

NUMMUS EX OCTAVIO STRADA.

N U M. 15. & 16.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti Filius DIVI AUGusti Nepos. Caput Germanici nudum lævam versus.

PIETAS AUGG. id est AUGUSTORUM. Figura muliebris sedens, dextra hastam tenet, lævam extendit ad tres puerulos ante eamdem stantes, adsistente ad latus dextrum quarto puerulo.

Habitu Pietatis in numismate hoc effingitur Agrippina, Germanici conjux, numerosa sobole felix. Designari enim tribus, quæ ante illam stant puerulis, videntur Nero, Drusus, & (qui post Tiberium imperavit) Cajus, Caligula deinde dictus: Figura quarta aliquam ex sororibus designare potest. Sed ipsum numisma, quod aureum esse dicitur, nititur fide *Octavii de Strada á Rosberg*, in cujus libro de *Imp. Rom.* &c. plurima exstant Numismata a falsariis conficta, ad quod genus hoc quoque relegari debere existimo. Invenitur in Editione prima, sive Germanice conscripta p. 29.

N U M. 17. & 18.

Vacant.

NUMISMATA GERMANICI ET AGRIPPINAE EX AERE.

Num. 19. & 20.

ΘΕΟΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΜΥΤΙΛηναίων. (*DIVUM GERMANICUM scil. colunt. MYTILENAEORUM.*) *Caput Germanici nudum, lævam versus.*

ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ ΘΕΑΝ ΓΑΙΟΥ Μ. . . . ΜΥΤΙΛηναίων. (*DIVAM AGRIPPINAM CAI MATREM, sc. colunt. MYTILENAEORUM.*) *Caput Agrippinæ Germanici dextram versus.*

Mitylenæi ex insula Lesbo studium suum erga parentes Caligulæ nummo hoc atque hac inscriptione testati sunt. In ea Germanicum Divum, atque Agrippinam Divam vocant, quod videlicet videri vellent eorumdem memoriam, tamquam si Deorum suorum haberent numero, colere. Supra caput Agrippinæ vestigia literæ M. exarata sunt, qua Μητέρα sive *Matrem* Imperatoris Caji Caligulæ eam nominare videntur. Vulgarunt elegantem hunc nummum *Claudius Molinetus* in *Museo Sanctæ Genovevæ* p. 77. Num. III. *P. Seguinus* in *Select. Numism.* Ed. secundæ p. 307. & *Jo. Vaillant.* in *Num. Gr. Imp.* p. 10. ex *Museo* suo. Servatur in *Thesauro Regio.*

Num. 21. & 22.

Γαίον ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*CAJUM CAESAREM GERMANICUM AUGUSTUM scil. colunt.*) *Caput Caji Cæsaris Caligulæ, lævam versus.*

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ. Μητροπόλεως ΝΙΚΟΜΗΔίας. (*GERMANICUM ET AGRIPPINAM scil. colunt. METROPOLIS NICOMEDIAE.*) *Capita Germanici & Agrippinæ sibi invicem opposita.*

Patet ex hoc nummo falli Clariss. *Jo. Vaillantium*, in *Num. Imp. Gr.* p. 208. scribentem, „ Nicomedia Bithyniæ, Populi Romani Provinciæ Metropolis Senatusconsulto facta videtur „ sub Claudio Imperatore, ut illius nummi indicant, in quibus hæc dignitas inscribitur, quæ „ in Tiberio non occurrit." *Vide* (addit) *Claudii & Britannici nummos.* Fuit enim tempore Caligulæ Metropolis Bithyniæ; imo Tiberii Cæsaris. Clarissime id docet Germanici nummus supra Tab. XII. Num. 23. & 24. qui vivente Tiberio cusus fuit a Nicomediensibus Metropolitanis. Nam Publius Vitellius, qui amicus & Legatus Germanici exstitit, atque, post obitum Imperatoris sui, inter conscios Sejani arreptus, spontanea inedia vitam in carcere finiit, Proconsulis titulum in illo nummo gerit. Itaque Nicomedia jam primis Tiberii temporibus Metropolis Bithyniæ exstitit. Non addidit *Andr. Morellius* notam in quo *Museo* Germanici & Agrippinæ hic nummus servetur.

Num. 23. & 24.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΕΠΙ ΑΟΥΙΟΛΑ. (*CAJUM CAESAREM GERMANICUM scil. colunt. SUB AVIOLA.*) *Caput Caligulæ laureatum lævam versus.*

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ. (*GERMANICUM ET AGRIPPINAM scil. colunt. SMYRNAEORUM MENOPHANES.*) *Opposita sibi invicem Germanici & Agrippinæ capita.*

Vox ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ abest in *nummo Regio*, ex quo picturam desumsit *Morellius*, sed in *Nostro* clare exstat, ut & in alio, quem conspexi in *Museo Horstiano*, & in tertio denique, quem vulgavit *Andr. Morellius* in *Fam. Acilia* Tab. II. Num. 1. ubi vide quæ de hoc ipso nummo atque de Proconsule Aviola adnotavimus p. 5. Servatur in *Thes. Regio*, in *Museo nostro* ut & *Horstiano.*

Num. 25. & 26.

. . . . . ΣΕΒΑΣΤΩ. (. . . . *AUGUSTO.*) *Capita Agrippinæ & Germanici sibi invicem opposita.*

. . . . . ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ. (. . . . . *MENOPHANES.*) *Templum tetrastylum, tecto rotundo, in medio est Statua Imperatoris paludata stantis habitu.*

In honorem Caligulæ Templum & Statuam posuisse videntur Smyrnæi Proconsule eodem Aviola, atque Prætore Menophane. Honorem istum Imperatori habitum nummulo hoc expresserunt, & simul faciem Germanici & Agrippinæ, parentum Cæsaris, in parte anteriore nummi, ubi maxima pars inscriptionis injuria temporis periit. Ex quo *Museo* depromptus sit, non additur.

NUM. 27. & 28.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*CAJUM CAESAREM AUGUSTUM* scil. *colunt.*) *Caput Caligulæ corona radiata insigne.*

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ ΜΑΓΝΗτες ΣΙΠύλȣ. (*GERMANICUM AGRIPPINAM* scilic. *colunt MAGNETES SIPYLI.*) *Germanicus & Agrippina stantes ex adverso, ille habitu pontificis capite velato, hæc vero Deæ Cereris, dextra spicas, læva hastam tenens.*

Magnesia ad Sipylum, Lydiæ fuit urbs, quæ quidem montis Sipyli mentione nummos suos inscripsit, ut ab urbe cognomine ad Mæandrum fluvium distingueretur. Sita enim fuit ad montem Sipylum, unde vocatur Magnesia πρὸς Σιπύλῳ à Ptolemæo, atque in simili huic Caligulæ & parentum ejus nummo publicato per *Haymium* in *Thesauro Britannico* Tom. II. p. 181 In illo enim legitur clare ΠΡ. ΣΙΠΥ. id est πρὸς Σιπύλῳ. Sed tamen sicuti in *Morelliano* hoc nummo gignendi casu simpliciter ΣΙΠ. id est Σιπύλȣ legitur, ita quoque passim ea scriptura in nummis sequentium Imperatorum observari solet. De Magnesia sub Sipylo vel ad Sipylum montem vide *Christophorum Cellarium Geogr Antiquæ* Tom. I. p. 132. & 133. Notari interim oportet, primam syllabam in hujus urbis nomine per Monogramma exprimi, quod tres literas ΜΑΓ. artificiose & liquido comprehendit. Vulgarat jam ante *Andr. Morellius* in *Specim.* Tab. XX. Num. 11. & 12. p. 206. Servatur in *Thesauro Regio*; similem observavi quondam in *Museo Arckeliano*, cujus possessor exstitit apud Remonstrantes in urbe Roterodamo V. D. M.

TABULA XIV.

EXHIBENS

NUMISMATA AGRIPPINAE GERMANICI UXORIS,

EX OMNI MODULO ET METALLO.

AUREA ET ARGENTEA.

NUM. I. 2. & 3.

Cajus CAESAR AUGustus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate. Caput Caligulæ, in altero nummo nudum, in altero laureatum lævam versus.

AGRIPPINA MATer Cai CAESaris AUGusti GERManici. Caput Agrippinæ lævam versus.

Dotes Agrippinæ, excepta ingenii ferocia & muliebri æmulatione, insignes fuisse, Veteres testantur. Collegit breviter, cujus verbis quam meis proponere malui, *Jo Tristanus Sanctamantius* in *Comment. Histor.* Tom. I. p. 155. „ Julia Agrippina estoit fille d'Agrippa & de Julia fille d'Auguste: Germanicus l'espousa depuis le deceds d'Agrippa. Elle estoit altiere, ambitieuse & factieuse, mais chaste, magnanime, virile & Martiale. Lesquelles qualitez estans suspectes à Tibere, Prince qui ne pardonnoit rien, & qui se deffioit de tout le monde, & particulierement de ceux qui avoient les vices de cette femme, & qui haïssoit & craignoit ceux qui en avoient les vertus; il luy jura une mortelle inimitié, & la persecuta jusques à ce poinct, qu'il la relegua en la Pandatarie, isle deserte; & pour dernier effect de son inhumanité, & de sa hayne, il la contraignit par ses indignitez de se laisser mourir de faim quinze ans après le decez du genereux Germanicus, duquel elle avoit eu neuf enfans; sçavoir, deux qui moururent en leur premiere enfance, un autre qui mourut desia grandelet, Drusus, Nero, Caligule, Agrippine, Drusille, & Livilla dite Julia. Je trouve que

„ Drusil-

„ Drusille estoit aussi appellée Julia par cette In-
„ scription de *Grut.* M. XXII.

„ JULIÆ DRUSILLÆ
„ GERMANICI F.

„ Voicy comment il est parlé dans la Tragedie
„ intitulée Octavia vers 931.

„ *Quid sævius est*
„ *Fortuna tibi : tu mih. primum*
„ *Tot natorum memoranda parens*
„ *Nata Agrippæ, nurus Augusti,*
„ *Cæsaris uxor ; cujus nomen*
„ *Clarum toto fulsit in Orbe,*
„ *Utero toties enixa gravi*
„ *Pignora pacis : mox exilium,*
„ *Verbera, sævas passa catenas,*
„ *Funera, luctus, tandem lethum.*

„ Caligule devenu Empereur fut requerir ses
„ cendres, rendant beaucoup d'honneur à sa me-
„ moire"

Pius in parentes & generis nobilitate superbiens Caligula ex omni metallo numismata in memoriam Agrippinæ matris signavit. Publicarunt *Jo. Vaillantius* in *Num. Imp. Præstant.* Tom. II. p. 53. & *P. Pedrusius* in *Museo Farnesiano* Tab. III. Num. 7. & XIV. Num. 5. Servantur ex *Auro* & *Argento* in *Thesauro Regio* & *Schwartzburgico* atque prior ex iisdem ex *Argento* in *Museo nostro.*

NUM. 4. & 5.

Vacant.

AEREA MAXIMI MODULI.

NUM. 6. & 7.

AGRIPPINA Marci Filia MATer Cai CAESARIS AUGUSTI. Agrippinæ caput lævam versus.

Senatus PopulusQue Romanus MEMORIAE AGRIPPINAE AUGUSTI. Carpentum sive Thensa, quam duæ mulæ trahunt.

Caligula, ut amplam de se spem Populo Romano ostenderet, callida simulatione pravam naturam in initio obtexit. *Suetonius* in Vita ejus Cap. XV. *Incendebat & ipse studia hominum omni genere popularitatis, Tiberio cum plurimis lacrimis pro concione laudato funeratoque amplissime, confestim Pandatariam & Pontias, ad transferendos matris fratrisque cineres festinavit, tempestate turbida, quo magis pietas emineret: adiitque venerabundus, ac per semet in urnas condidit. Nec minore scena Ostiam, præfixo in biremis puppe vexillo, & inde Romam Tiberi subvectos, per splendidissimum quemque Equestris Ordinis, medio ac frequenti die duobus ferculis Mausoleo intulit. Inferiasque his annua religione publice instituit: & eo amplius Matri Circenses Carpentumque, quo in pompa traduceretur.* Editum est Numisma inter *Medalliones Regios* Tab. III. Num. 2. adeoque servatur in *Museo Regio.*

NUM. 8.

Epigraphe eadem, caput idem.

Senatus PopulusQue Romanus Patri Patriæ OB CIVES SERVATOS. in Quernea.

Quemadmodum sub Caligula plurima Agrippinæ Numismata cusa sunt, sic aversæ hujus partis typus in ejus quoque nummis primæ magnitudinis sæpe invenitur. Hoc autem numisma maximi moduli fuit olim in *Museo du Camps*, in quo hoc & præcedens vulgavit *Jo. Vaillantius* p. 7. Num. 1. 2. & 3.

NUM. 9.

Vacat.

NUMMI CONTORNIATI.

NUM. 10. 11. & 12.

AGRIPPINA MATER AUGUSTI. Agrippinæ caput lævam versus.

Senatus Consulto. Carpentum à duabus mulabus tractum.

vel

MATRI DEUM SALUTARI. Dea Syria, sive Cybele sedens cum tympano inter duos leones in aditu Templi, ante illam stat Atys Phryx cum arbore.

De Nummis Contorniatis peculiarem quondam libellum conscripsimus. Spectabant illi ad ludicra Circensia, atque magnus eorumdem numerus signatus fuit sub Principibus Christianis, præsertim Constantini Magni, & quæ deinceps secuta sunt, temporibus. Ad id genus hæc duo numismata spectant. Sumebant enim pro lubitu ex antiquioribus typis, aliosque novos pro lubitu fingebant. Nihil enim Agrippinæ Germanici commune videtur fuisse cum Matre Dea Salutari. Numisma primum servatur in *Thesauro Regio.*

NUM. 13.

Vacat.

EX ÆRE MAGNO.

NUM. 14. 15. & 16.

AGRIPPINA Marci Filia GERMANICI CAESARIS.

vel

AGRIPPINA Marci Filia MATer Cai CAESARIS AUGUSTI. vel *AUGusti. Caput Agrippinæ lævam versus.*

Senatus PopulusQue Romanus MEMORIAE AGRIPPINAE. Carpentum Mularum, ut supra.

Honorem exprimit, quem memoriæ matris Agrippinæ habuit Caligula, de quo vide supra *Suetonii* testimonium. Plurimi vero *Antiquarii* hos nummos vulgarunt, ut, *Carolus Patinus* in *Thesauro* p. 142. *Francisc. Angelonus* in *Imp.* p. 33. Num. 25. *Laur. Begerus* in *Thes. Brandenb.* Tom. II. p. 616. *P. Pedrusius* in *Museo Farnes.* Tab. V. Num. I. *Octavius Strada* p. 30. aliique. Servantur in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

NUM. 17.

Epigraphe eadem, caput idem.

TIberius CLAUDIUS CAESAR AUGustus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate IMPerator Pater Patriæ. In area nummi Senatus Consulto.

Signatus est hic nummus sub Claudio, ut Inscriptio testatur. Vulgarunt eundem *Laur. Begerus* in *Thesauro Brandenburgico* Tom. II. p. 616. & *P. Pedrusius* in *Museo Farnes.* Tab. V. Num. 2. & 3. Servatur in *Thesauro Schwartzburgico* & in *Museo nostro.*

NUM. 18.

Epigraphe eadem, caput idem.

IMPerator Titus CAESar DIVI VESPasiani Filius AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate COnSul VIII RESTituit. In area nummi nota est Senatusconsulti.

Restitutio, per Titum facta, nummum hunc præcedentibus longe rariorem facit. Editus est a *Carolo Patino* ad *Suetonium* & a *Jo. Vaillantio* in *Tom. I.* *Num. Imp. Præst.* Tom. I. p. 15. Exstat in *Thesauro Regio.*

NUM. 19. & 20.

Epigraphe eadem, caput idem.

TIberius CLAUDIUS CAESAR AUGustus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate IMPerator Pater Patriæ. In area nummi est nota Senatusconsulti atque supra illam literæ incusæ quadrato oblongo. N. C. A. P. R.

Confer quæ de nota illa incusa quinque literarum diximus ad Tab. VII. Num. 13. Temporibus enim Claudii omnes ejusmodi notis & literis incusi nummi, fame Orbem Romanum premente, nati sunt. Servatur in *Thesauro Regio.*

NUM. 21.

Vacat.

NUM. 22. 23. & 24.

AGRIPPINA Marci Filia MATer Cai CAESARIS AUGUSTI. Caput Agrippinæ lævam versus.

Colonia Cæsarea Augusta in area nummi, atque in ambitu ejusdem SCIPIONE ET MONTANO II. VIRis.

In altero

Inscriptio quidem eadem legitur, sed depingitur colonus agens boves.

Similem priori ex his in *Museo Farnesiano* quondam invenit *Jo. Tristanus*, ut adparet ex verbis ejusdem in *Comm. Histor.* Tom. I. p. 156. ubi post recensitam Inscriptionem addit „ Cette medaille est du cabinet des antiques de Monsieur „ Fouquet Conseiller du Roy en ses Conseils „ d'Estat, laquelle me semble avoir esté frappée en Espagne, les noms de ces Duumvirs „ me le donnants à cognoistre. De plus l'interprete ces lettres C. C. A. *Colonia Cæsar-Augusta*, ville selon *Pline* liv. III. chap. 3. de la Se„ detanie en Espagne, appellée en ce temps *Xativa*, assise sur le fleuve *Iberus*, c'est Caragoſſe „ ou Caragoça. Voyez Surita sur l'Itineraire „ d'*Antonin*."

Jo. Vaillantius in *Numm. Colon.* Tom. I. p. 140. laudat *Tristanum* ut editorem, nummumque vocat præstan-

præſtantiſſimum. Utrumque, auctore *Andr. Morellio* vulgatum cernas in *Fam. Cornelia* Tab. VI. Lit. M & N. p. 139. Duumvir enim Scipio & Montanus novo modo Germanicum ejusque uxorem Agrippinam, ſed & Agrippinæ patrem M. Agrippam in nummis ſuis ſignarunt, prouti ibidem cerni poteſt. Adpoſita Lilii nota nos docet ſervari nummum in *Theſauro Regio*.

NUM. 25. & 26.

AGRIPPINA MATer Cai CAESARIS AUGuſti. Agrippinæ caput dextram verſus.

. . . . *Duo viri ſtantes ex adverſo, eroſa penitus Inſcriptione.*

Per togatas iſtas figuras viriles exprimi credo Germanicum ejusque filium Cajum Cæſarem. Inſcriptio forte præcedentibus fuit ſimilis, ſed, nullo adparente literarum veſtigio, nihil definiri poteſt.

TABULA XV.

COMPREHENDENS ADHUC NUMISMATA AGRIPPINAE GERMANICI UXORIS, CUSA IN COLONIIS ROMANIS ET IN URBIBUS GRÆCIS.

NUM. 1. & 2.

AGRIPPINA AUGUSTA. Caput Agrippinæ dextram verſus.

GENio vel GENium (ſcil. *veneratur, ut infra Num.* 12.) *COLoniæ vel COLonia CORinthus M. . . . IRis. Agrippina ſtans habitu Genii Coloniæ Corinthi, dextra pateram, læva cornucopiæ tenet.*

Corinthii, adulandi artifices, miro modo Cæſari Caligulæ in hoc nummo blanditi ſunt, dum matrem ejus Agrippinam veluti Tutelare Numen urbis ſuæ venerantur & inſcribunt: Colonia Carthago idem adulationis ſpecimen præbet infra Num. 12. Duumvirorum nomina in hoc nummo detrita vetuſtate ſunt. Servatur in *Theſauro Regio*.

NUM. 3. & 4.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣαρ ΣΕΒΑΣΤος ΓΕΡμανικος. (*CAJUS CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS.*) *Caput Caligulæ nudum lævam verſus.*

ΘΕΑ ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΗ. (*DEA AGRIPPINA.*) *Agrippina Deæ habitu ſedens, dextra tenens haſtam, læva pateram.*

Vulgavit hunc nummum ex *Muſeo S. Genovevæ Claudius Molinetus* p. 77. Num. 4. In eo Græca aliqua civitas blanditur Caligulæ, matrem Cæſaris Numinis inſtar habens, neque mirum id apud Græculos factum fuiſſe, quum Coloniæ Romanorum, Corinthus & Carthago, eamdem veluti Genium tutelarem urbis ſuæ veneratæ fuerint. Servatur in *Muſeo Regio*.

NUM.

Num. 5. & 6.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ . . . . (*MILESIORUM . . .*) *Caput Agrippinæ lævam versus.*

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS AUGUSTUS.*) *Caput Caligulæ laureatum, ante quod Stella cernitur.*

Milesii honorem hunc Caligulæ & matri ejus Agrippinæ habuerunt. Fuit Miletus nobilissima & antiquissima Ioniæ urbs, in qua insignis erat cultus Apollinis Branchidarum; unde & Astrum Apollinis in Mileti urbis moneta observari solet; neque inlepide Milesii illud Astrum ad caput Romani Imperatoris collocando, ejus favorem, quem tamquam Apollinem suum colerent, captarunt. Ornat nummus *Thesaurum Regium.*

Num. 7. & 8.

Vacant.

Num. 9. & 10.

AGRIPPINA. Caput Agrippinæ lævam versus.

Cajus CAESAR GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum lævam versus.

Exiguus & elegans est nummulus, in aliqua (ut videtur) Colonia, sed cujus nomen non adscribitur, signatus. Adposita a *Morellio* nota docet exstitisse in *Museo Ill. Colberti Marchionis de Seignaley.*

Num. 11. & 12.

AGRIPPINA Cai CAESARIS AUGusti MATER. Caput Agrippinæ lævam versus.

GENIUM (scil. veneratur) Colonia Julia Carthago. Genius, sive habitu Genii tutelaris stans Agrippina dextra pateram, læva cornucopiæ tenet.

Præstantiæ atque raritatis eximiæ hunc nummulum vocat *Jo. Vaill.* in *Num. Colon.* Tom. I. p. 140. ubi recte docet, ad Coloniam Juliam Carthaginem pertinere, idque alio Julii Cæsaris nummo inlustrat, in quo similiter tres literæ initiales C. I. C. inveniuntur. Reticere tamen nequeo in aversa parte, quam solam (ut passim) delineatam exhibet *Jo. Vaillantius*, Fortunæ esse typum, quæ dextra temonem tenens, læva cornucopiæ sustinet. Aut igitur diversi in diversis nummis sunt typi Genius cum patera & Fortuna cum temone; aut ex Antiquariis hisce alter altero oculatior, seu nummum integriorem nactus fuisse videtur. Exstat *Morellianus* in *Thesauro Regio.*

Num. 13.

Vacat.

Num. 14. & 15.

ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΑ ΕΠΙ ΚΛΑΣΣΙΚΟΥ ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ. (*AGRIPPINA SUB CLASSICO AIZANITARUM.*) *Caput Agrippinæ lævam versus.*

Γαΐος ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS.*) *Caput Caligulæ laureatum lævam versus.*

Certatim Græciæ urbes, ut Caligulæ placerent, neque minus ex desiderio Germanici, & illum & conjugem ejus Agrippinam in nummis expresserunt. Aezanitæ seu Aizanitæ, Phrygiæ populus, inter reliquos, Agrippinæ hunc honorem habuit. Cujus & alius invenitur nummus eidem Agrippinæ dicatus atque ab Haymio publicatus in *Thesauro Britannico* Tom. II. p. 176. Num. 12. in quo juxta caput Agrippinæ legitur ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ . . . . . Ab altera parte caput muliebre cum spicis ad pectus (ut ΕΥΘΗΝΙΑ in nummis Græcis pingi solet) adparet, addita hac epigraphe, ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ, id est, AEZANITARUM.

NUM. 16. & 17.

ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ. (*AGRIPPINAM AUGUSTAM*, *ſcil. venerantur.*) *Caput Agrippinæ lævam verſus.*

ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ. (*AEZANITARUM.*) *Caput muliebre lævam verſus.*

Prodit iterum Phrygiæ hujus civitatis nummulus, honori Agrippinæ inſcriptus. Sed quid ſibi muliebre illud caput vult, quod ab altera parte cernitur? An Druſillam deſignat, Agrippinæ filiam, ex ſororibus maxime Caligulæ dilectam? An potius detritam in *Morelliano nummo* fuiſſe ſpicam dicemus, quæ clare in Haymiano (de quo modo egimus) adparet. Poſterius ſuadere videtur maxima utriuſque nummi ſimilitudo & literarum eadem in utroque poſitura. Sed & Druſillam in nummis & Agrippinam Cereris habitu, ſpicas manu tenentis, depingi obſervamus, quare vel Druſilla (quod puto) deſignari poteſt, vel ut Cererem ſuam in nummulo celebrant Aezanitæ Agrippinam.

NUM. 18.

Vacat.

NUMISMATA NERONIS ET DRUSI CAESARUM GERMANICI FILIORUM.

NUM. 1. 2. 3. 5. & 6.

NERO ET DRUSUS CAESARES. Nero & Druſus fratres, Germanici filii, tanquam Principes Juventutis, in equis decurrunt.

Cajus CAESAR AUG*uſtus* GERMANICUS PONT*ifex Maximus* TR*ibunicia* POT*eſtate. In area nummi nota eſt Senatuſconſulti.*

vel

Cajus CAESAR DIVI AUGuſti PRONepos AUGuſtus Pontifex Maximus TRibunicia Poteſtate II. (in aliis III. vel IIII.) Pater Patriæ. In area nummi Senatuſconſulti eſt nota.

Ab omnibus fere Antiquariis producti & explicati hi nummi ſunt, ut in iiſdem immorari neceſſe haud ſit. Infelices Caligulæ fratres, Germanici filios, Neronem & Druſum exhibent, qui crudelem & inhumanum in morem, Sejani artibus & ſævitia Tiberii, perierunt. Ex his major natu Nero fuit, qui, ducta in uxorem nepte Tiberii ex Druſo filio Julia, tanquam Tiberii nepos præ reliquis cunctis ad Imperium aliquando provehendus videbatur. *Tacitus Annal.* Lib. III. Cap. 29. *Auctum dehinc gaudium, nuptiis Neronis & Juliæ, Druſi filiæ.* Pacta eidem antea fuerat filia Silani Cretici, *Tacit.* Lib. II. Ann. Cap. 43. *Sed Tiberius dimoverat Syria Creticum Silanum per adfinitatem connexum Germanico, quia Silani filia Neroni, vetuſtiſſimo liberorum ejus, pacta erat.* Eoſdem, poſt mortem Druſi filii, Patribus oratione nimis adfectata commendaverat Tiberius, quam vide *Annal.* Lib. IV. Cap. 8. Invidit propterea, quum Pontifices & cæteri Sacerdotes eo tempore, quo *pro incolumitate Principis vota ſuſciperent, Neronem quoque & Druſum iiſdem Diis commendavere*, ibidem Lib. IV. Cap. 17. Everſus fuit Sejani artibus Nero, Germanici liberorum optimus, fraudem illam artificioſe deſcribente *Tacito Annal.* Lib. IV. Cap. 59. & 60. *Adſimulabatque judicis partes adverſus Germanici ſtirpem, ſubditis qui accuſatorum nomina ſuſtinerent, maximeque inſectarentur Neronem proximum ſucceſſioni, & quamquam modeſtâ juventâ,* ple-

plerumque tamen quod in præsentiarum conduceret oblitum: dum à libertis & clientibus apiscendæ potentiæ properis exstimulatur, ut erectum & fidentem animi ostenderet: velle id populum Romanum: cupere exercitus. neque ausurum contra Sejanum, qui nunc patientiam senis, & segnitiam juvenis juxta insultet. Hæc atque talia audienti, nihil quidem pravæ cogitationis, sed interdum voces procedebant contumaces, & inconsultæ: quas adpositi custodes exceptas auctasque cum deferrent, neque Neroni defendere daretur, diversæ insuper sollicitudinum formæ oriebantur. nam alius occursum ejus vitare, quidam salutatione reddità statim averti, plerique inceptum sermonem abrumpere insistentibus contra irridentibusque, qui Sejano fautores aderant. Enimvero Tiberius torvus aut falsum renidens vultu, seu loqueretur, seu taceret juvenis; crimen ex silentio, ex voce. Retulit deinde *Tacitus* Lib. V. cap. 3. & seq. quo pacto falsis ingestis criminibus perierit, sed ibi lacera Annalium ejus pars est. Damnationem & fatum Neronis persequitur *Sueton.* in *Tiberio* Cap. LIV. At Drusi ingenium ferox & invidum Sejani artibus adhuc magis patebat, in sceleris conscientiam veniente Neronis uxore Julia, quæ cuncta mariti ad Sejanum deferebat. *Tacitus Annal.* Lib. IV. Cap. 60. de Neronis infelicitate: *Ne nox quidem secura, cum uxor vigilias, somnos, suspiria matri Liviæ, atque illa Sejano patefaceret, qui fratrem quoque Neronis Drusum traxit in partes, spe objectà principis loci, si priorem ætate & jam labefactum dimovisset. Atrox Drusi ingenium, super cupidinem potentiæ, & solita fratribus odia, accendebatur invidià: quod mater Agrippina promtior Neroni erat. neque tamen Sejanus ita Drusum fovebat, ut non in eum quoque semina futuri exitii meditaretur: gnarus præferocem, & insidiis magis opportunum.* Ante Drusum tamen oppressus Sejanus dilationem mortis misero juveni, non vitæ securitatem adtulit. Qui crudelissimo mortis genere, in carcerem detrusus tandem periit. Miseriæ ejus & Sævitiæ Tiberii historiam tradit *Tacitus Annal.* Lib. VI. Cap. 23. & 24. ubi inedia cruciatus, *miserandis alimentis, mandendo e cubili tomento, nonum ad diem se detinuisse traditur.* Quæ confirmat *Suetonius* in *Vita Tiberii* Cap. LIV. Quare, punito Sejano, invidia mortis Drusi atque matris ejus Agrippinæ tota in Tiberium recidit. *Dio Cassius* Lib. LVIII. p. 635. Ἐπὶ μὲν οὖν τούτοις αἰσχύνην ὠφλίσκανεν, ἐπὶ δὲ τῷ τε τοῦ Δρούσου καὶ τῆς Ἀγριππίνης θανάτῳ, ὠμότητα. δοκοῦντες γὰρ οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τοῦ Σηϊανοῦ πάντα τὰ καθ᾽ αὐτοὺς πρότερον γινόμενα, καὶ ἐλπίσαντες σφᾶς σωθήσεσθαι τότε, ὡς καὶ ἐκείνους πεφονεῦσθαι ἔμαθον, ὑπερήλγησαν διά τε τοῦτο, καὶ ὅτι καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτῶν μόνον οὐκ ἐς τὸ βασιλικὸν μνημεῖον κατέθετο, ἀλλὰ καὶ κρυφθῆναί που κατὰ γῆς ἐκέλευσεν, ὥς τε μηδέποτε εὑρεθῆναι. *Ob hujusmodi flagitia turpitudinis incusabatur: at ob Drusum & Agrippinam necatos, crudelitatis. Etenim quum quæ prius id genus perpetrata erant, omnia homines Sejano accepta referrent, eoque sublato salvas res fore sperarent, postquam de eorum quoque cæde resciverunt: quodque non modo in Mausoleo condi eorum reliquias prohibuisset, sed occultari etiam in terram defossas jussisset, ne inveniri possent: summo dolore icti fuerunt.*

Vulgarunt hos nummos, inter alios, *Carolus Patinus* in *Numm. Imp.* p. 88. *Laur. Begerus* in *Thes. Brand.* Tom. II. p. 616. *A. Rubenius* in *Num. Arschot.* Tab. XVIII. Num. 12. *P. Pedrusius* in *Museo Farnes.* Tab. XVI. Num. 1. & 2. Primus ex iisdem exstat in *Museo nostro.*

NUM. 4. & 8. nam NUM. 7.

vacat.

NERO CAESAR DRUSUS CAESAR II. VIRI Coloniæ Cæsareæ Augustæ. Capita nuda Neronis & Drusi fratrum sibi invicem opposita.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS Pontifex Maximus. Caput Tiberii laureatum lævam versus.


Pulcherrimus est hic nummus, in quo non modo exhibentur rarissima in nummis, & quidem in solis duobus (hoc & sequente) Coloniarum nummis occurrentia, Neronis & Drusi capita, sed in quo inscribuntur iidem Duumviri (honorarii scilicet) Coloniæ Cæsareæ Augustæ. De quo more & honore plura diximus ad priorem *Morellii Thesaurum* p. 235. 237. 639. Possidemus in *Museo nostro* hunc nummum, & quidem eatenus ab edito discrepantem, ut Pontificis Maximi titulus in Tiberio absit: connectantur vero invicem sub collo & capite Drusi literæ IIVIR*is*, sic ut litera I. altera cum V. monogramma efficiat. Vulgavit alteram tantum partem cum capitibus Neronis & Drusi *Vaillant.* in *Numm. Coloniar.* Tom. I. p. 142. ubi nummum eximiæ raritatis & elegantiæ vocat. Sed & apud *Jo. Franc. Haymium* in *Thes. Britann.* Tom. II. p. 176. Num. 8. occurrit in eadem Colonia cusus nummus, qui a priore parte caput Tiberii laureatum, ab altera parte sedentes exhibet Neronem & Drusum, dextras, in concordiæ symbolum, jungentes, cum inscriptione NERO CAESAR DRUSUS CAESAR *Colonia Cæsarea Augusta.*

NUM. 9. & 10.

NERO ET DRUSUS CAESARES QUINQuennales Coloniæ Juliæ Novæ Carthaginis. Capita Neronis & Drusi fratrum ex adverso sibi invicem opposita.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS Pontifex Maximus. Caput Tiberii nudum dextram versus.

Præstantissimum hunc nummum egregie inlustrat *Jo. Vaillantius* in præclaro de *Col. Rom. Imp. Numm.* Tom. I. p. 143. quem vide, ubi quoque notat vitiose editam inscriptionem apud *Carolum Patinum* p. 77. & *Mediobarbum* p. 75. Ipse vero alteram modo nummi partem, in qua fratrum sunt capita, exhibuit. Primus inter omnes, sed vitiata etiam inscriptione, vulgavit *Octavius Strada a Rosbach* in *Imp. Rom. Gestis & Nummis* p. 30. Raritatis & præstantiæ singularis hic nummus optime servatus atque integerrimus inter *Musei nostri* ornamenta exsistit.





TABULA I.
EXHIBENS
CAPITA TIBERII.

NUM. I.

Caput Tiberii nudum, lævam versus.


TIBERII NERONIS CÆSARIS, *Principis singularis ingenii*, (1) fatique, quando *Nummos*, horumque *Tabulæ primæ Numero primum*, ordine sic cogente, adgredimur, inque eo nihil, præter *Caput illius nudum*, offendimus, illud, pro more nostro, paullò attentius intuendi simul occasionem statim nanciscimur, inque *mores* simul ac *ingenium* ejus, quod natura per signa non una & characteres certos in ipso quoque prodidit, curatius inquirendi. *Nativitatem* statim ipsius ovum gallinaceum, Gallinæ incubanti subductum, portendit, tradente id *Plinio* Libro X. H. N. Cap. 55: *Julia Augusta prima sua juventa Tiberio Cæsare ex Nerone gravida, cum parere virilem sexum admodum cuperet, hoc usa est puellari augurio, ovum in sinu fovendo, atque cum deponendum haberet, nutrici per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor. Nec falso augurata proditur.* Idem & prodit *Suetonius* in *Tiberio* Cap. XIV: *Prægnans Livia, cum an marem editura esset, variis captaret ominibus, ovum incubanti gallinæ subductum, nunc sua, nunc ministrarum manu per vices usque eo fovit, quoad pullus insigniter cristatus exclusus est. Ac de infante Scribonius Mathematicus præclara spopondit: etiam regnaturum.* *Sævam* autem ac *lentam naturam* in ipso adhuc puero jam animadvertisse *Theodorum Gadareum*, Rhetoricæ Præceptorem, & perspexisse primum sagaciter, *Suetonius* opportunè adnotavit, Cap. XLVII. ejusdem vitæ scribens, *subinde in objurgando adpellasse eum* πηλὸν αἵματι πεφυραμένον, *lutum sanguine maceratum*, aptissime satis huic ipsum assimilans, inque *dissolutum* ac *sanguinolentum ejusdem genium* digitum quasi suum intendens. Nec minus & *Augustum*, Patrem, signa nonnulla ingrata, & arrogantiæ plena maturè in ipso attendisse, idem *Suetonius* Cap. LXVIII. autor est, *excusare tamen magis eadem tentavit, apud Senatum ac Populum, professus: Naturæ vitia esse, non animi.* Quod

(1) φύσει ἰδιωτάτῃ fuisse, verba *Dionis* sunt initio Libri LVII.

TIBERE, fils de Tibere Claude Neron & de Livia, dite Julia, nasquit à Rome le 17. Novembre l'an 711. de la fondation de Rome, & 41. ans avant la naissance de nostre Sauveur. M. Æmilius Lepidus, & L. Munatius Plancus estants consuls; tint l'Empire 22. ans & 8. mois, ou 22. ans seulement, selon Sainct Theophile; mourut âge de 78. ans; ou un peu moins. Il estoit grand, d'un maintien grave, & regard serieux, à travers lequel se remarquoit y avoir du meslange d'un naturel fier & inhumain; il paroissoit donc en cette physionomie estre homme militaire, & bien advisé. C'est à peu prés ce que remarque de son rencontre l'Empereur Julian en ses Cæsars, adjoustant qu'il avoit des marques de lepre par le corps, & les apparences d'un cuir sillonné de coups de foüet qu'il avoit receuz volontairement, tant pour cause de sa ladrerie, que pour faire un effet en sa complexion lente & Saturnienne, que je veux dissimuler, parce qu'il est infame & brutal. Et ce que dessus parut encore plus sur sa derniere vieillesse, qu'auparavant; particulierement au visage qu'il avoit blanc & coupperosé. C'est pourquoy Theodore son precepteur rencontra fort bien, quand faisant un rapport de l'interieur avec l'exterieur, en ce Prince, il prononça que c'estoit de la boüe pestrie avec du sang; car en effet, il estoit tel que le susdict Empereur Julian le qualifie en son epistre à *Themistius*, sçavoir cruel Tyran, sans pitié, & inexorable; Du reste je le voy par l'histoire, avoir esté d'un esprit couvert, morose, perfide, & moqueur, artificieux, & jaloux de la gloire d'autruy. Ce qui se passa en défaveur du brave Germanicus, & d'Agrippine, voire mesme en la barbare cruauté commise à l'endroit de cet excellent artisan, qui avoit trouvé l'invention de rendre le verre malleable dont parle Petrone en son Satyricon. Enfin, pour tout dire ce qui est des imperfections de ce detestable Prince, il passa sa vie dans toutes les cruautez; paillardises, & plus enormes soüilleures (dont mesme quelques medailles frappées exprés font foy) que l'on se puisse imaginer. Ce qui fit dire tres-veritablement à *Themistius*, qu'il avoit vieilly voirement dans la possession de l'Empire jusques en l'âge decrepit, mais que sa viellesse n'avoit esté autre chose qu'une longue infamie; c'est en sa cinquiesme oraison. Quant à ce qui se peut dire de favorable pour sa gloire, ce peuvent estre les marques qu'il donna de sa valeur & bonne conduitte en plusieurs occasions, ayant vaincu les Parthes dont il retira des enseignes ou signes des legions vaincuës avec Crassus, restablissant Tigranes dans son Royaume d'Armenie; gaigné des batailles signalées en la Pannonie, és Germanies & pays des Grisons; mais tout cela arriva avant qu'il fut Empereur. Car depuis qu'il eust pris les resnes de la Monarchie, il ne tira jamais une seule fois l'espée du fourreau, pour quelque guerre qui survint, executant le tout par ses Lieutenans. Au reste

a

Quod idem nec *Tacitus* reticuit, Annalium I. 10. referens: *Etenim Augustus, paucis ante annis, cum Tiberio Tribuniciam potestatem à patribus rursum postularet, quamquam honora oratione, quædam de habitu, cultuque & institutis ejus jecerat, quæ velut excusando exprobraret.* Prævidisse & in ipso insuper vitia non pauca *Augustum*, exclamatio morti vicini satis docet: *Miserum Populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis erit*, referente *Suetonio* Cap. XXI. in *Tib.* Et fuerunt, qui existimarunt, *Dione* etiam referente id Libro LVI. *Tiberium ab Augusto, satis eum qualis esset, cognoscente, successorem ordinatum, quo magis ipsius gloria floreret.* Notamus ergo ex *Auctorum* nonnullorum potiorumque *Historicorum* consignatione, & *icone* ejus, quam *Tabula* prima nobis satis accurate ante oculos ponit, in ipso ante omnia *colorem candidum*, qui *intemperiei ac furoris index* subinde esse solet, teste *Senecæ* effato, infra in *Caligula* Tab. I. Num. 1. afferendo, quemque in illo attendit *Suetonius* l. c. Cap. LXVIII. scribens: *COLORE erat CANDIDO. FACIEM* equidem *HONESTAM*, hoc est, *pulchram*, ut ulterius progrediamur, ipsi tribuit *Suetonius* l. c. *eam* tamen, *in qua CREBRI & SUBITI TUMORES*, cum *PRÆGRANDIBUS OCULIS, & qui, quod mirum esset, noctu etiam, & in tenebris viderent, sed ad breve: & cum primum à somno patuissent, demum rursus hebescebant.* Sane *Facies honesta* inter alia recte quoque ex *prægrandibus oculis* æstimanda est, quos tanti fecit etiam *Homerus*, ut ab *his* solummodo dignissimam *Junonis* formam descripserit *Iliad.* I. 551. Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη. *Huic respondit postea bovinos oculos habens veneranda Juno.* Inde *Aspasia* quoque olim apud *Ælianum Var. Histor.* XII. 1. fuit singulariter commendata, utpote quæ Καλλίστη τῶν συμπαρθένων, [illegible] τῆς Καλλίστης τῶν θεῶν

Il estoit grand politique, grand mesnager, avare, & peu liberal, enfin qui ne soucioit pas d'estre hay pourveu qu'il fut craint. Il y avoit en luy une particularité assez remarquable; qui fut qu'il voyoit fort clair la nuict, bien qu'il eust les yeux fort grands (comme *Pline*, *Suetone* & autres le remarquent) mais particulierement Heliodore Larissean en ses Optiques chap. troisiesme. Je rapporteray ce qu'il en dit: car cet Autheur n'est pas commun. Ὅτι δὲ τοῦτ (ce dit-il) τὸ ἐκβαλλόμενον ἀφ' ἡμῶν φῶς ἐστιν, αἵ τ' ἀπολάμψεις τῶν ὀμμάτων δηλοῦσι μαρμαρυγαὶ, καὶ τὸ τινὰς καὶ νύκτωρ ὁρᾷν, οὐδὲν τοῦ ἔξωθεν προσδεομένους φωτὸς (ὥσπερ οὐδὲ τὰ νυκτινόμα τῶν ζώων) οἷον ἐκεῖνος ὁ Τιβέριος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς, c'est à dire, Or que ce qui sort soit lumiere, la clarté & vive splendeur des yeux servent de preuves, & de ce qu'il y en a qui voyent clair, mesme la nuict, n'ayans besoin de lumiere exterieure, (comme des animaux qui voyent naturellement de nuict) & comme Tibere Empereur des Romains. Or il y a grande apparence que l'intemperance Pederastique de cet abominable Prince, & les villenies peu cogneuës qui le detenoient esclave dans sa Caprée, luy firent venir une certaine maladie incogneuë en son temps, & dont il fit le premier l'essay; que *Pline* livre XXVI. chap. 1. appelle *Colum*, qui j'estime avoir esté un mal d'intestins fort violent, & espece de colique, à laquelle je laisse donner une denomination Françoise à Messieurs les Medicins telle qu'il leur plaira. Voicy ce qu'en dit *Pline*. *Id ipsum mirabile alios desinere in notos morbos, alios durare sicuti colum. Tiberii principatu irrepsit id malum, nec quisquam prior Imperatore ipso sensit, magna civitatis ambage, cum edicto ejus excusantis valetudinem, legêre nomen incognitum.* Il prit possession de l'Empire âgé de 56. ans, & receut à Rhodes où il s'estoit retiré, pour presage de sa future grandeur, la visite d'un Aigle qui vint faire son nid sur sa maison. Et ce qui l'en asseura d'avantage, estoit qu'il ne s'estoit jamais veu auparavant d'Aigle à Rhodes. *Apollonides*, gentil Poëte de son temps, fit un bel Epigramme sur le sujet de cette nouveauté, qui se lit dans le premier livre de l'Anthologie chap. LX. & qui finit ainsi, introduisant cet Aigle parlant.

Κείνου δ' αὐλίσθην ἐνὶ δώμασι, χειρὶ συνήθης
Κράντορος, οὐ φεύγων Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον

C'est à dire, j'ay fait mon nid en son domicile, rendu privé de la main de Crantor, ne fuyant l'entretien & la presence de Jupiter futur, il entend parler de Tibere qui fut depuis Empereur de l'Univers. Il eut deux fils, sçavoir Drusus avec Agrippine sa premiere femme; & un autre de Julia qui mourut en enfance.

Hæc quum in Prima Editione *Commentariorum suorum* scripsisset *Tristanus*, in altera sive Secunda Editione cuncta fere mutavit, reliqua vero ampliavit in hunc modum: Tibere estoit grand, d'un maintien grave, & d'un regard serieux & fier, ayant la physionomie d'un homme martial & prudent tout ensemble: qui est à peu prés ce que l'Empereur Julian remarque en ses Cesars. Adjoustant qu'il avoit des marques de lepre par le corps, & les apparences d'un cuir sillonné de coups de foüet, qu'il avoit volontairement receus, tant pour causse de sa ladrerie, que pour faire un effet en sa complexion lente & Saturnienne, que je veux dissimuler, comme estant brutal & infame: Estant ce detestable Prince, comparable en ces vestiges de coups de foüet, à ce Tyran *Megapenthes*, que Lucian feint en son Dialogue intitulé *Cataplus*, en avoir le corps tout bleu dans les Enfers, & tout livide, Rhadamanthe luy faisant à tout propos donner les estrivieres. Et ce que dessus parut encore plus sur les dernieres années de sa vie, qu'auparavant, particulierement pour ce qui concernoit sa ladrerie, ayant pour lors un visage fort blanc & pasle, mais extremement coupperosé. C'est pour quoi Theodore son precepteur rencontre fort bien, lors que faisant reflexion sur sa cruauté, & sur l'exterieure physionomie de son visage, il s'avisa de dire *que c'estoit de la bouë paistrie du sang*: estant à la verité, comme le dit Lucian le qualifie en une sienne Epitre, qu'il escrit à *Themistius*, un tres-cruel & inexorable Tyran. Pour le surplus, l'Histoire le fait voir avoir esté bigearre, perfide, defiant & dissimulé, moqueur, artificieux, & jaloux de la gloire d'autry: estant tres-dangereux de vivre dans Rome sous son Empire, & à cause, que les medisans & les accusateurs y avoient tant de credit & de licence, qu'une infinité de personnes estoient accablées par leurs calomnies: *Sub Tiberio* (ce dit *Seneque* en son troisiéme livre *de Beneficiis*, chapitre vingt six) *accusandi frequens & publica rabies, quæ omni civili bello gravior, togatam civitatem confecit: Excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas jocantium, nihil erat tutum, omnis sæviendi placebat occasio.* Voire il estoit si plain de malignité en ses envies & jalousies, que le peril en estoit inevitable. Ce qui se passa en défaveur de Germanicus & d'Agrippine, voire mesme en la barbarie & cruauté commise à l'endroit de cét excellent Artisan, qui avoit trouvé la belle invention de rendre le verre malleable, dont parle *Petrone* en son *Satyricon*, fait foy. En fin pour representer au naturel les imperfections de ce brutal, il ny'a qu'à dire qu'il passa sa vie dans toutes les cruautez, paillardises, & soüillures plus enormes, (dont mesme quelques medailles font foy) que l'on se puisse imaginer. Ce que fit dire tres-veritablement à *Themistius*, qu'il avoit vieilly voirement dans la possession de l'Empire, jusques en l'âge decrepit, mais que sa vieillesse n'avoit esté autre chose qu'une longue infamie. C'est en sa cincquiéme Oraison. Et neanmoins la flatterie des Romains de ce temps là vint à un tel exces, que les statuës de ce Prince detestable, etoient plus estimées par eux & plus respectées, voire tenuës plus sainctes que celles de Jupiter mesme; de sorte qu'elles furent les Asyles plus asseurez & plus inviolables qui fussent lors en tout l'Empire Romain. En sorte qu'un quidam fut puny pour avoir chastié son esclave portant une drachme sur luy ayant l'Effigie de Tibere; ainsi que *Philostrate* le remarque livre premier en la Vie d'Apollonius chapitre vinziéme, ce qui arriva à Aspendium ville de Pamphile. De plus, *Valere Maxime*, par une tres-effrontée flatterie, non seulement luy donne le titre de *divin*, mais l'égale mesme, quoy que vivant, en divinité à Jules Cesar & à Auguste; c'est en son Prologue en ces termes: *Nec parvitas eo justius ad favorem tuum decurrerit, quod cætera divinitas opinione colligitur. Tua præsenti fide, paterno avitoque sideri par videtur; quorum eximio fulgore multum ceremoniis nostris inclitæ claritatis accessit.* Quant à ce qui se peut dire de favorable pour sa reputation, ce peuvent estre les marques qu'il donna de sa valeur & bonne conduite, en diverses occasions: Ayant vaincu les Parthes, dont il retira les signes des Legions jadis taillées en pieces par eux avec Crassus: retablissant Tigranes dans son Royaume d'Armenie. Ce qui est entendu par Denys Alaxandrin en ces vers 1051.

Ἀλλ' ἔμπης κατὰ δῆριν ἀμαιμακέτους περ ἐόντας
Αὐσονίου βασιλῆος ὑπεπρήυνεν ἀκωκή.

C'est à dire en autant de vers Latins:

Attamen exsuvias referunt, vivuntque rapina,
Quos Rex Ausonius mansuetos reddidit armis.

Car il parle en cét endroit des Parthes vaincus par Auguste, sous la conduite de Tibere, duquel encore il entend parler avec Auguste & Germanicus, en ces autres vers 355.

Ῥώμην τιμήεσσαν ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων.
Romam, quæ nostris dominis clarissima sedes.

τῶν θεῶν τὴν ὥραν ἀπολαβοῦσα, ὀφθαλμοὺς εἶχε μεγίστους, *Sociarum virginum pulcerrima, à Dearum pulcerrima pulchritudine donata oculos habebat maximos.* Non minus etiam *Domitianus*, Imperator, ab ipſo *Suetonio* cap. 18. à *grandibus* laudatur *oculis*. Hinc *Vellejo Paterculo* (quamvis nimio, quod notum, aſſentandi ſtudio) Libro II. c. 94. noſter *juvenis genere, FORMA, CELSITUDINE CORPORIS, optimis ſtudiis, maximoque ingenio inſtructiſſimus* audit. Ut taceamus, *ſingularis* in *Venerem ſtimuli eoſdem* pariter eſſe indices; in *quam* pronum admodum fuiſſe quoque *Tiberium*, infra uberius docebimus. *Oculi* verò ejus cum *noctu etiam, & in tenebris*, ut *Suetonius* loquitur, viderent, *cæruleos, cæſios*, (quales vulgo & Minervæ attribuuntur) *glaucos* illos, hoc eſt, ut *Gloſſa* ad *Servium* habet, *cattineos* fuiſſe, exiſtimare licet. *Glauci* enim, ut *Servius* in III. *Georg.* teſtatur, ſunt *felineis oculis*, id eſt, *ſplendore perfuſis.* Notum vero eſt, quantum fidei *felibus* tribuant naturæ indagatores, hisque omnibus, qui *felineos* habent oculos, pluribus hoc nos docente *Joh. Baptiſta Porta.* Audiamus modo de *ejus animi lubricitate; impudentiſſima ſimulatione, ſolerti ac triſtiore vafritie, verſipelli ac vulpina aſtutia*, *Dionem* Libro LVII. p. m. 601. οὔτε γὰρ ὧν ἐπεθύμει προσεποιεῖτο τι, καὶ ὧν ἔλεγεν, οὐδὲν ὡς εἰπεῖν ἐβούλετο, ἀλλ᾽ ἐναντιωτάτους τῇ προαιρέσει τοὺς λόγους ποιούμενος, πᾶν τε ὃ ἐπόθει ἠρνεῖτο, καὶ πᾶν ὃ ἐμίσει προετείνετο· ὠργίζετό τε ἐν οἷς ἥκιστα ἐθυμοῦτο, καὶ ἐπιεικὴς ἐν οἷς μάλιστα ἠγανάκτει, ἐδόκει εἶναι. *Nam neque præ ſe ferebat, quæ cuperet, & ſermone ab animi ſui ſententia diverſiſſimo utebatur. Averſum ſe ab iis eſſe oſtendebat, quæ maxime cupiebat, & eorum cupidum, quæ averſabatur: iram vehementer ſimulabat iis in rebus, unde leviſſime commovebatur, & lenem ac facilem animum, quando vehementiſſimè indignabatur, occultus ac ſubdolus fingendis virtutibus, donec Germanicus & Druſus ſuperfuêre.* Cujus effati exempla non ſolum cum

Bien que *Scaliger* les prenne pour deſigner Severus & ſes fils; car ces premiers vers y repugnent. Il obteint auſſi quelques victoires en Pannonie, Dalmatie, dans l'Illyrie & à la Rhetie: toutes leſquelles ſont avec celles de l'Aſie dextrement exprimées par *Crinageras* en un ſien Epigramme qu'il compoſa en ſon honneur, avant le deceds d'Auguſte, l'appellant Neron: car c'eſt Tibere de qui il entend parler; & non de quelqu'autre. Ce qui a auſſi eſté conſideré par les doctes commentateurs de l'Anthologie des Epigrammes Grecs, cet Epigramme s'y rencontrant au quatriéme livre chapitre 4.

> Ἀντολίαι, δύσιες, κόσμου μέτρα, καὶ τὰ Νέρωνος
> Ἔργα, δι᾽ ἀμφοτέρων ἵκετο γῆς περάτων,
> Ἥλιος Ἀρμενίην ἀνιὼν ὑπὸ χερσὶ δαμεῖσαν
> Κείνου, Γερμανίην δ᾽ εἶχε κατερχόμενος.
> Διπλόον ἀειδέσθω πολέμου κράτος. οἶδεν Ἀράξης
> Καὶ Ῥῆνος, δούλοις ἔθνεσι πινόμενοι.

Que j'ay ainſi mis en François,

> *Le Levant, le Couchant, & limites de Monde,*
> *Sont venus és confins de la Terre & de l'Onde,*
> *Favoriſants le cours des exploicts de Neron;*
> *Car le Soleil Levant contemple l'Armenie,*
> *Ainſi que le Couchant, la brave Germanie,*
> *Domptées par ſon bras, & terreur de ſon nom:*
> *Chantons de ſa valeur l'invincible puiſſance.*
> *Dont l'Araxe & le Rhin ont trop de cognoiſſance,*
> *Que les peuples vaincus boivent à l'environ.*

Et *Ovide* en ſon livre de *Ponto*, Elegie ſeconde,

> *Adde triumphatos modo Pæonas, adde quieti*
> *Subdita montanæ brachia Dalmatiæ.*
> *Nec dedignata eſt abjectis Illyris armis*
> *Cæſareum famulo vertice ferre pedem.*

Mais tout cela arriva avant qu'il fuſt Empereur, car depuis il ne tira jamais une ſeule fois l'épée du fourreau, faiſant executer le tout pas ſes Lieutenans, s'il ſe voyoit obligé d'entreprendre quelque guerre. Il fut au reſte grand Politique, grand Oeconome, mais peu honorable & liberal: ne ſe ſouvenant qu'il fuſt hay, pourveu qu'il fuſt craint. Il y avoit en luy une particularité aſſez remarquable, qui fut qu'il voyoit fort clair la nuict, bien qu'il euſt les yeux fort grands, comme *Pline*, *Suetone*, & autres le remarquent; mais particulierement *Heliodore Lariſſean* en ſes Optiques, chapitre troiſiéme. Je rapporteray ce qu'il en dit, car cét Autheur n'eſt pas en toutes les Bibliotheques: Ὅτι δὲ τοῦτο (ce dit il) τὸ προβαλλόμενον ἀφ᾽ ἡμῶν φῶς ἐστιν, αἵ τ᾽ ἀπολάμπουσαι τῶν ὀμμάτων δηλοῦσι μαρμαρυγαί, καὶ τὸ τινὰς καὶ νύκτωρ ὁρᾶν ἐν τῷ ἔξωθεν ἀπροσδεομένους φωτὸς (ὥσπερ οὐδὲ τὰ νυκτινόμα τῶν ζώων) οἷον ἐκεῖνος ὁ Τιβέριος ὁ Ρωμαίων βασιλεύς. C'eſt à dire, *Or que ce qui ſort ſoit lumiere, la clarté & vive ſplendeur des yeux ſervant de preuves, & de ce qu'il y en a qui voyent clair, meſme la nuict, n'ayans beſoin de lumiere exterieure (comme des animaux qui voyent naturellement de nuict) & comme Tibere Empereur des Romains.* Or il y a grande apparence, que l'intemperance Pederaſtique de cét abominable Prince, & les vilainies peu connuës qui le detenoient dans ſon infame Caprée, luy firent venir une certaine maladie inconnuë en ce temps-là, & dont il fit le premier eſſay, que *Pline* livre vingt-ſix, chapitre premier appelle *colum*, que j'eſtime avoir eſté un mal d'inteſtins fort violent, & eſpece de colique, à laquelle je laiſſe à donner une denomination Françoiſe à Meſſieurs les Medecins, telle qu'il leur plaira. Voicy que *Pline* en remarque: *Idipſum mirabile, alios deſinere in notos morbos, alios durare, ſicuti colum. Tiberii principatu irrepſit id malum, nec quiſquam prior Imperatore ipſo ſenſit, magna civitatis ambage, cum edicto ejus excuſantis valetudinem, legere nomen incognitum.* Voyez pour les remedes propres à la gueriſon de ce mal, *Cornelius Celſus*, en ſon premier livre *de Medicina*, chapitre ſeptiéme, & encore en ſon quatriéme, chapitre treize & quatorze. Et quant à cét inteſtin qui donna ſon nom à ce mal, voyez *Hippocrate* en ſon Traitté *de corporum refectione, ſectione 6.* où il dit, que cét inteſtin a douze coudées de longueur, plié en pluſieurs tours en rond, par lequel l'aliment eſt charié, auquel eſt attaché le gros inteſtin qui reſpond au ſiege. Tibere prit poſſeſſion de l'Empire âgé de cinquante-ſix ans, & receut à Rhodes où il s'eſtoit retiré, pour preſage de la future grandeur, la viſite d'un Aigle qui vint faire ſon nid ſur ſa maiſon: & ce que l'on aſſeura davantage, eſtoit qu'il ne s'eſtoit jamais veu auparavant d'Aigle à Rhodes. *Apollonides*, gentil Poëte de ce temps-là, fit un bel Epigramme ſur le ſujet de cette nouveauté, que j'ay rencontré dans le premier livre de l'Anthologie chap. 60. & qui finit ainſi, introduiſant cét Aigle parlant,

> Κεῖνος δ᾽ αὐλίσθην ἐνὶ δώμασι, χειρὶ συνήθης
> Κραίντορος, οὐ φεύγων Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον.

C'eſt à dire, *j'ay fait mon nid en ſon domicile, rendu privé de la main de Crantor, ne fuyant l'entretien & la preſence de Jupiter futur.* Il entend parler de l'Univers; ainſi avant Tibere, un Aigle voltigeant ſouvent ſur le toict de la maiſon d'Ægon Argien, luy prognoſtiqua, qu'il ſeroit éleu Roy: la race des Heraclides eſtant lors finie. Ce qui arriva (ce dit *Plutarque* au Traité des Vertus d'Alexandre) en ſuitte de ce preſage. Au ſurplus, il y a apparence que les Poëtes de ſon temps luy preſentoient d'autant plus librement leurs poëſies, qu'ils le ſçavoient affectionner l'art Poetique. Ce qui en eſt la preuve eſt que luy-même ſe plaiſoit à verſifier. *Compoſuit carmen lyricum*, ce dit *Suetone* cap. 70. de ſa vie, *cujus eſt titulus, Conqueſtio de Julii Cæſaris morte. Fecit & Poëmata Græca, imitatus Euphorionem, Arrianum, & Parthenium.* Et *Victor* dit, *Epigrammatum Græcorum farraginem admirabili ſuavitate luſit.* De plus il eſtoit ſçavant & eloquent: *fuerat*, ce dit le meſme *Victor*, *ei ſcientia litterarum multo eloquio clarior, ſed ingenio peſſimo, truci, avaro, & inſidioſo.* Il eut deux fils, ſçavoir Druſus qu'il eut d'Agrippine, & un autre de Julia ſa ſeconde femme; lequel mourut en enfance.

OBSERVATION.

Dans les Oracles des Sibylles Livre cinquiéme on a inſeré ces deux vers en faveur de noſtre Tibere, qui ne peuvent appartenir qu'à Tibere ſecond.

> ——— ——— ὅς τ᾽ ἐπὶ Πέρσας
> Ἄρξει, καὶ Βαβυλῶνα βαλεῖ δορὶ δὴ πότε Μήδους.

Il attaquera les Perſes & Babylone, & à la fin renverſera de ſa lance valeureuſe les Medes tous effrayez. Ce qui apparement regarde tous les exploits de Tibere Second; car du temps de Tibere les Parthes jouiſſoient encore de l'Empire des Perſes, qui en jouyrent juſqu'au temps d'Elagabale. Voiez *Cedrenus*, *Paulus Diaconus*, & les autres. „ Huc uſque *Triſtanus* Tom. I. *Comm. Hiſtor.* p. 156. & ſeqq.

cum ad Imperium pervenisset, sed & per illius administrationis omne tempus habemus quam plurima, studio hic prætermittenda; ex quo *fonte* præterea *anxia* ejus ac *perpetua hæsitatio*, *insita cunctatio & mora*, *occultum pectus*, *obscuritas sermonis & brevitas*, *taciturnus incessus*, *suspicaxque animus* derivanda omnino veniunt. De *obscuritate sermonis* ejus refert *Tacitus*: *Verba eum expendere solitum, variis semper sensibus, consulto ambiguum.* Ad noctu vero videntes *Tiberii* oculos ut denuo nunc revertamur, singulariter *Plinius* etiam ipsos deprædicat, Libro XI. cap. 37. H. N. scribens: *Ferunt, Tiberio Cæsari, nec alii genitorum mortalium, fuisse naturam, ut expergefactus noctu paulisper, haud alio modo, quam luce clarâ contueretur omnia, paulatim tenebris sese obducentibus.* *Dio* vero Libro LVII. p. m. 603. de ipso refert: πλεῖστον δὲ σκότει βλέπων, ἐλάχιστα ἐν ἡμέρᾳ ἑώρα, h. e. *plurimum in tenebris videns, minimum interdiu videbat*; quod & *Sex. Empiricus* Lib. I. *Pyrrhon hypot.* c. 14. p. 17. testatur; ut mittamus, eos sic ad *naturæ calidioris atque igneæ fluentisque inde fervidioris temperamenti* indicium trahi posse; Ut tamen propterea non statim cum Alexandro Aphrodisieo faciamus, qui vix putat, reperiri aliquem posse, naturæ præsertim calidioris atque igneæ, cui non aliquando in adolescentia id evenerit, Lib. II. Problem. 69. Imo huc, & inprimis ex *immodico Veneris usu*, derivandi sunt *CREBRI* ejus & *SUBITI TUMORES*, quos pariter in *facie* ipsius supra notaverat *Suetonius*, quosque Poëta *ardentes* vocat *papulas*, easque non *faciei* solum, sed & *toti* quoque *corpori ejus*, & quidem ex *usu Veneris nimio*, tribuit quoque *Julianus*, qui ita: ἐπιστραφέντος δὲ πρὸς τὴν καθέδραν ὤφθησαν ὠτειλαὶ κατὰ τὸν νῶτον μυρίαι, καυτῆρές τινες, καὶ ξέσματα, καὶ πληγαὶ χαλεπαὶ, καὶ μώλωπες ὑπὸ τῆς ἀκολασίας καὶ ὠμότητος, ψῶραί τινες, καὶ λειχῆνες, οἷον ἐγκεκαυμέναι. Sic *Tacitus* pariter *Annal.* Libro IV. c. 9. *ulcerosam ipsi faciem fuisse, ac plerumque medicaminibus interstinctam* tradit, quæ ἐξανθήματα, sive ἱδρῶτα, non *semper* equidem *faciem ejus deturparunt*, ut recte conjicit *Casaubonus*, sed *per intervalla intumuerunt, & detumuerunt iterum*, subinde *celeriter orti sunt, & post evanuerunt rursus.* Conspicimus præterea, recte ejusdem iconem observantes, VULTUM ADDUCTUM cum *cervice rigida & obstipa*, de quo l. c. iterum *Suetonius*: *Incedebat cervice rigida & obstipa: ADDUCTO ferè VULTU, plerumque tacitus: nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone, eoque tardissimo, nec sine molli quadam digitorum gesticulatione.* Cui consentit PHILO JUDAEUS: *Severitatis* ipsius, ac *intempestivæ gravitatis* arrogantiæque plenæ notam *adductum vultum* si dicimus, forte non à vero declinabimus. Nam, recte monente *Lipsio* ad *Tacitum*, *qui alacres, comes, fronte etiam ferè sunt exporrecta & diffusa; qui tristes, severi, eâdem contractâ & adductâ.* Quale quid, ut exemplis aliis quoque rem declaremus, in *Nerone* omnino observamus, de quo *Tacitus Ann.* XIV. t. 5. *Nam pluribus sermonibus modo familiaritate juvenili Nero, & rursus adductus, quasi seria consociaret*; Idemque de *Vero Capitolinus* c. 10. refert: *fronte in supercilia adductiore venerabilem exstitisse.* Sique porrò recte *vultum* ejus *adductum* intuemur, *non lætum ac alacrem vigorem*, sed *severitatem* insignem observamus, (unde & *Plinio omnium hominum tristissimus* vocatur) & ad *severa studia* inclinantem prorsus *animum.* Planeque proinde non miramur, eum *mathematicæ* (hoc est *Astrologiæ judiciariæ*) fuisse *addictum*, quâ ipsum excelluisse *Suetonius* quoque tradit: *Quippe*, scribens c. 69. *addictus mathematicæ, persuasionisque plenus, cuncta fato agi*; & *Josephus Antiquitat. Judaic.* Lib. XVIII. c. 8. Ἦν δὲ καὶ γενεθλιαλογίᾳ Τιβέριος τὰ μάλιστα προσκείμενος, *erat vero mathematicorum disciplinis addictus*; itemque *Dio* Libro IV. p. 555. Αὐτός τε γὰρ ἐμπειρότατος τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ὤν. *Erat ille ejus divinationis, quæ ex astris ducitur, peritissimus* (1); qua excelluisse quoque *Hadrianum*, *Ælium Verum*, *Severum*, *Alexandrum Severum*, *ex Spartiano & Lampridio* novimus, à *vultus severitate* omnes pariter notos satis. *Cervix* denique *rigida & obstipa* quid aliud præterea, quam *superbiam*, *altum supercilium*, *arrogantiam*, & *vanam gloriam* ipsius indicat? *Incedebat*, inquit *Suetonius*, loc. cit. *cervice rigida & obstipa*, h. e. *immobili*, *fixa*, & *quæ non nisi cum toto corpore movetur*, & ut *Arrianus* in *Epicteto* summa elegantiâ istud exprimit, *ambulabat, quasi veru deglutisset*, (2) ita, ut non ad quævis oblata, affectus aliàs forte moventia, *flecteretur*, sed semper *sui similis maneret.* Quod sane non ultimum *superbiæ* signum esse, norunt isti, qui penitius hominum naturam hujusque signa scrutati sunt. Hinc legimus non solum apud *Tacitum*, *multos in Tiberio veterem & insitam Claudiæ familiæ superbiam notass* sed & *Livius* tradidit, passim *illam*, *ut superbissimam, crudelissimam & imperiosissimam apud populares male audiisse*; *imo pertinaciam ei jam inde antiquitus insitam* insuper adnotavit Libr. IX. 29. 34. & II. 56. Et quando, ut *caput* tandem ejus absolvamus, *Suetonius*, de illo literis mandavit, *capillo pone occipitium summissiore*, h. e. *prolixiore, fuisse, ut cervicem etiam obtegeret, quod etiam gentile in illo fuerit visum*, illud *Tacitus* effert, *illi nudum capillo verticem fuisse*, ac *Dio Coccejanus* Lib. LVIII. p. 633. apertè profitetur, *ipsum* φαλακρὸν, *CALVUM fuisse*, (3) quod rursus *libidinis*, per plurimam ætatem exercitæ, indicium est evidentissimum, uti supra in *Julio Cæsare* Tab. II. Num. 48. pluribus jam ostendimus. Nec mittimus *NASUM*, quem in ipso notamus *AQUILINUM*, qui singulare *fortitudinis* signum censeri alias solet. *Eam* vero in ipso perspexisse *Augustum*, elogium ipsius testis est, quod ipsi in epistolà quadam tribuit, ipsum *virum fortissimum, & Ducem maxime legitimum, seu genuinum*, vocantis. *Eâque virtute* omnino fuisse præditum, ejus *documenta Vellejo* passim, *Suetonio* c. 9. 16. 17. 18. *Dioni* Libr. LIII. & seq. *aliisque* laudata, abundè ostendunt. Cumque

(1) Hujus rei egregium specimen & ipse communicat *Dio* Lib. LVII. p. 616. οὕτω δ' οὖν τὸ πεπρωμένον ἑκάστῳ τῶν πρώτων καὶ ἐξήταζε καὶ ἠπίστατο, ὥστε καὶ τῷ Γάλβᾳ τῷ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσαντι ἀπαντήσας, γυναῖκα ἐγγεγυημένῳ, εἰπεῖν· ὅτι καὶ σύ ποτε τῆς ἡγεμονίας γεύσῃ. *Adeo sane fatum unicujusque præstantissimorum virorum indagabat, ac certo cognoscebat, ut Galbæ etiam, qui posterioribus temporibus Imperator factus, tum forte uxorem duxerat, obviam factus, dixerit: Et tu quoque aliquando imperium gustabis.* Refertque Lib. LV. p. 555. *Habuisse secum* (in Rhodo) *Astrologia omni præstantissimum virum, Thrasyllum nomine, unde & suum* (*Tiberii*) *& ipsorum* (*Caji & Lucii*) *fatum omne compertum habebat.*

(2) Sic enim inquit: Τί ἡμῖν ὀβελίσκον καταπιὼν περιπατεῖς, ἤθελον, ἵνα με καὶ οἱ ἀπαντῶντες θαυμάζωσιν.

(3) Hinc aliquando *L. Sejanus*, Prætor, Floralibus ad *ridendum Tiberium* (ὅτι καὶ αὐτὸς φαλακρὸς ἦν, *calvus* enim erat) omnia *calvorum* ministerio ad noctem usque peregerat; *lumen* quoque discedentibus a Theatro per *puerorum rasis capitibus quinque millia* præbuerat. Quod tamen *Tiberius* adeo nullà irà persecutus est, ut omnino se certiorem factum dissimulaverit, quanquam inde *tractum fuerit*, ut omnes *calvi Sejani* dicerentur, uti idem refert *Dio* loco supra citato Libro LVIII. p. 633.

que *extantius* paullo ejus videamus *occipitium*, *bonæ memoriæ* notam interpretamur, quam etiam multum ad *literarum ſcientiam & artes liberales* addiſcendas, præcipue vero *eloquentiam* contuliſſe, remur; Illam *Tacitus* de eo prædicat: *Revolvebat, diuque coquebat animo iras, ac etiamſi impetus offenſionis languerat, MEMORIA tamen valebat.*

NUM. 2.

Caput Tiberii nudum dextram verſus.

Nihil cum contineat hoc *caput*, quod non in Numero antecedenti fuerit viſum, eo B. L. ablegamus.

NUM. 3.

Caput Tiberii laureatum lævam verſus.

Caput Tiberii laurea cinctum prima vice nobis occurrit, quam *ſummi faſtigii inſigne* & ab ipſo *Julio Cæſare* in ſe derivatum heic remur, licet ſciamus, ipſum *adverſus fulmina* quoque *eandem* geſtaſſe. Ita enim de eo *Suetonius* Cap. LXIX. *Tonitrua tamen præter modum expaveſcebat; & turbatiore cælo nunquam non coronam LAUREAM capite geſtavit, quod fulmine afflari negatur id genus frondis.* Iſtud & *Plinius* de ipſo confirmat, Libro XV. N. 30. ſcribens: *Tiberium Principem, tonante cœlo, coronari ea (lauru) ſolitum ferunt, contra fulminum metus*: & de *lauro* quoque in univerſum Lib II. H. N. cap. 55. idem affirmat: *Ex iis, quæ terra gignuntur, LAURI fruticem* (fulmen) *non icit.* Hinc *Columella* Lib. VIII. gallinæ incubanti, tonante cœlo, & in fulminum metum, *lauri folia ſubjici*, imperat. Sed experientia aliud docuit, qua *laurum de cœlo tactam* multi recentiorum affirmant, v. g. *Sennertus*, *Vicomercatus*, aliique, quos in proſcenium adducit *Phil. Jac. Sachſius* in *Gammarologia* p. 22. Rurſus Libro XV, c. 30. *Et quia manu ſatarum receptarumque in domos, FULMINE SOLA NON ICITUR.* Quanquam & ſuſpicari liceat, illum, perinde ac *Cæſarem*, cum *nudus capillo vertex*, vel hoc ipſum *Tacito* de eo ſupra prodente, *ipſi fuerit, libenter & frequentius eandem uſurpaſſe.* Interim & hoc novimus, *civicam coronam* in *veſtibulo* *ædium Palatinarum* recuſaſſe, ne ſcilicet ſe *Auguſto* æquare videretur, augurante hoc *Paſchalio* de Coronis Libro VII. c. 10. de quo rurſus *Suetonius* Cap XXVI. *Civicam in veſtibulo coronam recuſavit Tiberius.*

NUM. 4.

Caput Tiberii laureatum dextram verſus.

Poſitu ſaltem à præcedente cum differat hoc Caput, pergimus ad ſequens.

NUM. 5.

Caput Tiberii nudum dextram verſus, incluſumque laurea corona.

Quorſum reſpexerint, qui nummum hunc dedêre, facile liquet, ſi attendamus ea, quæ ad N. 3. hujus Tabulæ à nobis fuere dicta.

NUM. 6.

TIberius AUGuſtus. Caput Tiberii laureatum lævam verſus.

Auguſti appellationem in Nummo *Tiberii*, veluti proprium inſigne *ſummi faſtigii*, obviam habemus heic prima vice, quæ & *ſola*, omiſſis reliquis omnibus Poteſtatum nominibus, legitur, perinde ac in aliis *Imperatorum* nummis: CAESAR AUGUSTUS, HADRIANUS AUGUSTUS, M. AURELIUS AUGUSTUS, GALLIENUS AUGUSTUS, ac ſic in aliis. *Hæc*; recte monente *Chryſoſtomo* Homilia III. p. 718. T. V. & ex hoc Illuſtriſſ. *Ezechiele Spanhemio* in Diſſertatione VIII. de P. & U. N. ab *Auguſto* in *hujus Succeſſorem*, & *reliquos* deinceps *Imperatores* derivata fuit, qui de hoc ipſo negotio ita: Καὶ τοσοῦτον ἐπεμήθη ὁ ἀνὴρ, ὡς καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ φυλάξαι προσηγορίαν τοῦ ἀξιώματος, *ac in tantum vir ille cultus eſt, ut nomen ejus fieret appellatio dignitatis.* Errat proinde haud leviter *Joh. Cæſar Bulengerus*, vir cæteroquin doctiſſimus, qui *hoc Auguſti cognomen* à *Tiberio*, *Cajo*, *Nerone*, *Galba*, *Trajano*, aliiſque, *rejectum* exiſtimat; ab *Antonino Pio* autem, *M. Aurelio*, *Pertinace* primum admiſſum. Iſte ſane, ſi *Caput* hoc noſtrum conſuluiſſet modo, & mox in *Tabula hac* ipſa *ſubſequentia*, alia omnia certe crenæ ejus effluxiſſent. Nam licet *Suetonius* cap. XXVI. ſcribat: *Ac ne AUGUSTI quidem nomen*, (ab *Octaviano* primum adſumtum; & non *Julio Cæſare*, uti pudendo errore exiſtimat *Reinkingius* Libro I. de *Regim. ſecular. & Eccleſ.* c. 11.) *quanquam* (quod probe obſervandum, tunc temporis) *HÆREDITARIUM, nullis niſi ad Reges & Dynaſtas epiſtolis addidit*; id tamen non de *titulo*, quem de *aliis accepit*, ſed quem *ipſe uſurpavit*, intelligendum eſt: Quod clarius exprimit omnino *Dio* Libro LVII p. 602. *His itaque artibus inſtructus Tiberius, ſtatim ad exercitus & provincias Nolâ, tanquam Imperator, literas dedit, Imperatorem quidem ſe non appellans. Nam id nomen, cum aliis ſibi decretum, non adſumſerat: ut NEQUE COGNOMENTUM AUGUSTI; cujus hæreditatem ceperat*, καὶ τὸν κλῆρον τοῦ Αὐγούστου λαβὼν, τὴν ἐπίκλησιν αὐτοῦ ταύτην οὐκ ἔθετο. Et ibid. p. 607. Τὸ δὲ τοῦ Αὐγούστου οὐκ ἐπέθετο μὲν, (οὐδὲ γὰρ ψηφισθῆναί ποτε εἴασε) λεγόμενον δ' ἀκούων, καὶ γραφόμενον ἀναγινώσκων, ἔφερε. καὶ ὁσάκις γε βασιλεῦσί τισιν ἐπέστελλε, καὶ ἐκεῖνο προσενέγραφε, *AUGUSTI nomen non quidem USURPABAT; (neque enim ID ſibi UNQUAM DECERNI CONCESSIT) AUDIENS tamen, aut SCRIPTUM* (quidni & ære obſignatum?) *LEGENS, FEREBAT. Idque etiam quoties ad Regem aliquem literas daret, ADSCRIBEBAT.* Et cur non tuliſſet? cum, teſte rurſus *Suetonio* in *Auguſto* cap. 101. *Auguſtus, quando Tiberium & Liviam hæredes* pri-

primos instituisset, eos quoque ferre NOMEN SUUM jusserit, h. e. *AUGUSTI*, *quod sibi proprium servaverat* Pater, utpote in quo *vis magnæ potentiæ ipsius* erat sita, & quod supra *Suetonius* rectissimè propterea *HÆREDITARIUM* adpellaverat.

NUM. 7.

TIberius CAESAR AUGUSTUS. Caput Tiberii nudum lævam versus.

Uti *Augusti* cognomen ab *Augusto*, Imperatore, in reliquos Imperatores fuit derivatum; ita quoque *Cæsaris* à primo Imperatore, *Julio Cæsare*, ût etiam *Vitellius*, qui *primum AUGUSTI cognomen distulerat, CÆSARIS in perpetuum recusaverat*, illud tandem etiam, *sed sero nimis*, superstitione nominis inclinatam fortunam erecturus, referente *Tacito Histor.* Lib. III. c. 58. *assumere constituerit*, quippe *quô* non *notius extra Romani Imperii fines, intra* vero *illos* non *nobilius* erat *vocabulum.* Quam ipsam *Nominis* hujus *usurpationem*, præter *Nummos*, & *Dio* totidem verbis nobis confirmat, Libro. LVII. p. m. 607. scribens: Τὸ δ' ὅλον ΚΑΙΣΑΡ, ἔστι δ' ὅτε καὶ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ, ἐκ τῶν ὑπὸ τοῦ Γερμανικοῦ πραχθέντων, ΠΡΟΚΡΙΤΟΣ ΤΕ ΤΗΣ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ, κατὰ τὸ ἀρχαῖον, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ ὠνομάζετο, *omnino autem CAESARIS, & quandoque, propter res à Germanico gestas, GERMANICI, PRINCIPISQUE SENATUS, MORE ANTIQUO, NOMEN IPSE SIBI TRIBUEBAT.* Quod vero *prænomine* heic careat, & præcipue *Lucii*, suus titulus, de eo nos edocet *Suetonius* cap. 1. *Cum prænominibus cognominibusque variis* (Claudiorum Familia) *distingueretur*, *Lucii prænomen consensu repudiavit*, *postquam è duobus gentilibus præditis eô*, *alter latrocinii*, *cædis alter convictus sit.* Aliàs novimus *cognomine NERONIS* eundem fuisse gavisum, id rursus prodente *Suetonio* cap. 4. *Nec multo post* (pater) *diem obiit*, *utroque liberorum superstite*, *Tiberio Drusoque*, *Neronibus.* Dixerat vero ante cap. 1. *id vocis fortem ac strenuum denotare: inter cognomina autem*, scribens, *& NERONIS assumpsit*, *quo significatur lingua Sabina fortis ac strenuus.* Quod & *Gellius* N. A. XIII. 22. confirmat: *Id autem sive Nerio, sive Nerienes est*, *Sabinum verbum est*, *eoque significatur virtus & fortitudo.* Itaque ex *Claudiis*, quos à *Sabinis* oriundos accepimus, qui erat *egregia & præstanti fortitudine*, *Nero* appellatus est. Sed id *Sabini* à *Græcis* accepisse videntur, qui *vincula* & *firmamenta* membrorum νεῦρα dicunt; unde & nos quoque Latine *Nervos* appellamus. Unde est, quod, observante *Casaubono* ad hunc locum, *Græci hominem bonis lacertis* νευρώδη vocent.

NUM. 8.

TIberius CAESAR AUGUSTUS. Caput Tiberii nudum dextram versus.

Nihil, quod singulariter hic notemus, occurrit.

NUM. 9.

TIberius CAESAR AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

De omnibus in præcedentibus jam à nobis actum est.

NUM. 10.

TIberius CAESAR AUGUSTUS. Caput Tiberii nudum dextram versus, ante illud est aquila, caput Tiberii respiciens, pone lauri ramulus.

Non dubium est, cum *aquila*, quæ *Imperii futuri* omen semper fuit credita, hic compareat, quin simul ad *illam* reflectatur, quæ *Rhodi* super *ædes ejus* fuit conspecta, de qua *Suetonius* Cap. XIV. *Ante paucos vero, quam revocaretur dies, AQUILA, nunquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus ejus assedit.* Quod omnino portentosum erat, cum *Plinius* Libro X. H. N. c. 19. distinctè referat, *Rhodum aquilam non habere.* Cujus portenti & meminisse videtur *Apollonides*, Poëta æqualis illorum temporum, *Anthol.* I. 60. 2.

Ὁ πρὶν ἐγὼ Ῥοδίοισιν ἀνέμβατος ἱερὸς ὄρνις
Ὁ πρὶν κερκαφίδαις αἰετὸς ἱστορίη,
Ὑψιπετὴ τότε ταρσὸν ἀνὰ πλατὺν ἠέρ' ἀερθεὶς
Ἤλυθον, ἠελίου νῆσον ὅτ' εἶχε Νέρων.
Κείνου δ' αὐλισθεὶς ἐνὶ δώμασι, χειρὶ συνήθης
Κρείντορος, οὐ φεύγων Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον.

Quæ prius ego Rhodios non accesseram, sacra avis,
Quæ prius Ceraphidis aquila fui historia.
Altivolantem tunc plantam per latum aëra extendens
Veni, Solis insulam ubi habet Nero.
Ejus vero nidum exstruxi in domibus, manu mansuetus
Crantoris, non fugiens Jovem futurum,

Sed, cum à *læva lauri ramulus simul* in hoc capite conspiciatur, vero admodum videtur simile, ad illum *ramulum* simul respexisse *autorem*, *quem aquila Matri in gremium demiserat*, de quo *Suetonius* in *Galba* hæcce memoriæ prodidit observatu oppidò dignissima cap. 1. *LIVIÆ* (matri Tiberii) *olim post Augusti statim nuptias Vejentanum suum revisenti prætervolans AQUILA gallinam albam, RAMULUM LAURI rostro tenentem, ita ut rapuerat, demisit in gremium, cumque nutriri alitem, pangique RAMULUM, placuisset, tanta pullorum soboles provenit, ut hodie quoque ea villa ad Gallinas vocetur; tale vero LAURETUM, ut triumphaturi Cæsares inde laureas decerperent; fuitque mos triumphantibus, alias confestim eodem loco pangere: & observatum est, sub cujusque obitum arborem ab ipso institutam elanguisse.* Aquila itaque cùm *lauri ramulo boni* olim *ominis*, nunc *futuri auspicatissimi*, ergo sine dubio in *nummo addita*, *spem conceptam P. R.* maximam partem, ceu notum, fefellit.

NUM.

NUM. 11.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

Nihil magis egerunt *primi Cæsares*, quam ut de *Augusto*, *Cæsare*, se *suum ducere Sanguinem vitamque*, Populo Romano ostenderent, *suumque Nomen* ejusdem *maximis* in *Rempublicam meritis*, & *parta* exinde *ingenti Gloria*, magni quoque facerent. Ita hic *Tiberius AUGUSTI FILIUS* prima vice (& alibi etiam ab adoptivis Parentibus) in *hac Tabula* adpellatur, perinde ac *Cajus* vulgo: CAJUS CAESAR, DIVI AUGUSTI PRONEPOS. *Augusti* verò *filius* recte nominatur *Tiberius*. Nam natus est ipse non solum ex *Patritiorum* Gente *Claudia* longe celeberrima Romæ XVI. Kal. Dec. *M. Æmilio Lepido iterum*, & *L. Munatio Planco* COSS. *Patre Tiberio Claudio Nerone*, *Appii Cæci* filio, matre vero *Livia Drusilla*, *quam*, postquam ipsi *binos pueros* diversis vicibus peperisset, in *MATRIMONIUM* sumserat *AUGUSTUS Cæsar*. De quo *Suetonius* Cap. 4. *Cum quo*, (M. Antonio) *brevi reconciliata inter omnes pace*, *Romam rediit*, *uxoremque*, *Liviam Drusillam*, *& tunc gravidam*, *& ante jam apud se filium* (Tiberium) *enixam*, *petenti Augusto concessit*. *Nec multo post diem obiit*, *utroque liberorum superstite*, *TIBERIO Drusoque*, *NERONIBUS*; itemque in *Augusto* Cap. 63. *Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis*, *& quidem prægnantem*, *abduxit*, *dilexitque & probavit unice & perseveranter* —— *Hoc quoque defuncto*, —— *TIBERIUM*, *PRIVIGNUM suum*, *elegit*. Et *Tacitus* Libro VI. 51. 2. Annalium: *Casus prima ab infantia ancipites: nam proscriptum patrem exul secutus*, *ubi DOMUM AUGUSTI PRIVIGNUS introiit*, *multis æmulis conflictatus est*. Et Libro I. *Annal. Ut Agrippa vita concessit*, *L. Cæsarem euntem ad Hispanienses exercitus*, *Cajum remeantem Armenia & vulnere invalidum mors fato propera*, *vel Novercæ Liviæ dolus abstulit*, *Drusoque pridem exstincto*, *Nero solus è privignis erat*; Sed & *ipsum* præterea in *Familiam suam* Augustus *adoptaverat*. Sexto *Ælio* Cato & C. *Sentio* Saturnino, Consulibus V. Kal. Julias post V. C. $\frac{757}{6}$. C. N. 4. & exinde TIBERIUS JULIUS CAESAR appellatus est, quod iterum nobis, præter illos, qui jam adducti à nobis sunt, disertè prodit *Suetonius* cap. 75. in *vita Augusti*: *Tertium Nepotem Agrippam*, *simulque privignum TIBERIUM* (suasu & hortatu Liviæ) *adoptavit in foro lege Curiata*, *multum quidem cum domi*, *tum in Senatu recusantem*, *adjectis his ipsis verbis: HOC REIP. CAUSA SE FACERE.* Et cap. 15. in *Tiberio*: *Cajo & Lucio intra triennium defunctis*, *ADOPTATUR* (Tiberius) *ab AUGUSTO simul cum FRATRE eorum M. Agrippa*, *coactus prius ipse Germanicum*, *fratris sui filium*, *adoptare*. Idem & refert *Dio* Libro LV. p. m. 556. Τὸν δέ γε Τιβέριον καὶ ἐποιήσατο, καὶ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς ἔπεμψε, τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν ἐς δέκα ἔτη δοὺς· καὶ μέντοι καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον ὑποπτεύσας πῃ ἐκφρονήσειν, καὶ φοβηθεὶς μὴ καὶ νεοχμώσῃ τι, τὸν Γερμανικὸν οἱ τὸν ἀδελφιδοῦν, καίτοι καὶ αὐτῷ υἱὸν ἔχοντι, ἐσεποίησε, *Tiberium adoptavit*, *ac Tribunicia potestate ad annos decem data*, *in Germaniam ablegavit*, *veritus tamen*, *ne is aliquando animo elatus novas ad res consurgeret*, *Germanicum*, *Drusi fratris filium*, *ei adoptandum dedit*, *quanquam ipsi Tiberio natus fuerit filius*. Paulo vero prolixius *Vellejus Paterculus* Libro II. p. 103. *Itaque quod post Lucii mortem*, *adhuc Cajo vivo*, *facere voluerat*, (Augustus) *eoque vehementer repugnante Nerone*, *erat inhibitus*, *post utriusque adolescentium obitum facere perseveravit*, *ut & Tribuniciæ potestatis consortionem Neroni constitueret*, *multum quidem eo*, *cum domi*, *tum in Senatu recusante*, *& eum Ælio Cato Sentio COS. V. Kalend. Jul. post V. C. annis DCCLIV. abhinc annis XXVII. adoptaret*; Quid? quod & publice profiteatur *Galba Pisonem Licinianum* adoptaturus, in *oratione* elegantissima, quam *Tacitus* Libro XVII. *Annalium* refert: *Nunc me Deorum hominumque consensu ad Imperium vocatum præclara indoles tua*, *& amor patriæ impulit*, *ut principatum*, *de quo majores nostri armis certabant*, *bello adeptus*, *quiescenti offeram*, *exemplo DIVI AUGUSTI*, *qui sororis filium Marcellum*, *dein generum Agrippam*, *mox nepotes suos*, *postremo TIBERIUM NERONEM privignum*, *in proximo sibi fastigio collocavit*. ac denique *Justinianus* Imperator Titul. de adoptionibus Instit. II. 12. *Sic Divus Augustus non ante Tiberium adoptavit*, *quam is Germanicum adoptasset*, *ut protinus*, *adoptione facta*, *inciperet Germanicus ei nepos esse*. Nempe quo domus sua *pluribus munimentis* insisteret, & *ne successor in incerto foret* (ut loquitur *Tacitus* Lib. I. *Annal.* 3. 4.) *& pravæ aliorum spes cohiberentur*. *Adoptionem* vero sequebatur *hæreditas nominis*, pecuniæ & sacrorum, inquit *Cicero* pro Domo cap. 13. & *A. Gellii Noctes* Lib. V. cap. 19. *Suetonius* in *Galba* cap. IV. Conferatur *Antonius Pagi* in *Dissertatione Hypatica* pag. 19.

NUM. 12.

TIberius CAESAR AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

Non solum *AUGUSTI Filius* in nummo audit, & recte omnino *vi adoptionis*, sed & *AUGUSTUS*, *nomine hæreditario*, magnam apud Populum habente jam *venerationem*, uti supra N. 6. pluribus jam ostendimus

NUM. 13.

TIberius CAESAR AUGusti Filius AUGUSTUS IMPerator. Caput Tiberii nudum lævam versus.

Omnes ejus *Titulos* in præcedentibus Numeris jam attigimus, solus *IMPeratoris* heic restat expendendus. Si *Suetonium* consulimus, ille *prænomen Imperatoris* eundem recusasse, affirmat cap. XXVI. *Prænomen quoque*, scribens, *IMPERATORIS*, *cognomenque PATRIS PATRIÆ*, *& civicam in vestibulo coronam recusavit*. Et *Dio* Libro LVII. p. 602. affirmat: τοιοῦτος οὖν δή τις ὤν, ἔς τε τὰ στρατόπεδα καὶ ἐς τὰ ἔθνη πάντα, ὡς αὐτοκράτωρ, εὐθὺς ἀπὸ τῆς Νώλης ἐπέστειλε, μὴ λέγων αὐτοκράτωρ εἶναι, ψηφισθὲν γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ὀνομάτων, οὐκ ἐδέξατο· καὶ τὸν κλῆρον τοῦ Αὐγούστου λαβὼν, τὴν ἐπίκλησιν αὐτοῦ ταύτην οὐκ ἔθετο, *His itaque artibus instructus Tiberius*, *statim ad exercitus & Provincias Nolâ*, *tanquam IM-*

PERATOR, *literas dedit*, *IMPERATOREM quidem se non appellans. Nam id nomen, cum aliis sibi decretum, non adsumserat; ut neque cognomentum Augusti, cujus hæreditatem ceperat.* Et ibidem p. 606. 607. *Nam neque Dominum se ab homine libero, nec IMPERATOREM, nisi à militibus, vocari patiebatur*, ὅτε αὐτοκράτορα, πλὴν τοῖς στρατιώταις, καλεῖν ἐφίει. Quod verissimum & heic deprehendimus in nummo. Nam licet *Imperator* in eodem cluat, non tamen *idem* ut *prænomen*, sed veluti *cognominis loco* additum deprehendimus, probe hoc ante nos jam observante quoque *Illustriss. Spanhemio* de U. & P. N. p. 688. Differt. VIII. *Neque prænomen illud* (Imperatoris) *à J. Cæsare in nummis receptum, nec ab Augusti successoribus TIBERIO, CAJO, CLAUDIO etiam, nisi rarius in iisdem admissum, ut de TIBERIO & Claudio constat adseruisse Suetonium, illos à prænomine IMPERATORIS abstinuisse - - - Secundo, idem non perpetuo Prænominis, sed etiam vice COGNOMENTI quandoque à PRIORIBUS CAESARIBUS usurpatum, ut ex plurimis Neronis, Galbæ & Vitellii Nummis liquet*; addimus jure merito: TIBERII itidem. *Liviæ* vero *obscuris artibus*, si *Tacito* credimus, Lib. I. 3. 2. *Annal. effectum est*, ut *Augustus, integra etiam tum domo sua*, (i. e. Gajo Lucioque superstitibus) *Tiberium Neronem & Claudium Drusum, privignos, IMPERATORIIS NOMINIBUS* (quæ milites illis obtulerant) *augeret.* Clare, quoad *Tiberium*, *Imperatoris* nomine decoratum ab *Augusto*, id quoque affirmat *Dio* Libro LV. scribens: *Augustus præterea militibus, non quidem victoriæ nomine, quanquam & ipse IMPERATORIS nomen acceperat, & TIBERIO dederat* (καί τοι τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα καὶ αὐτὸς λαβὼν, καὶ τῷ Τιβερίῳ δοὺς) *sed quod Cajum, tunc primum militaribus exercitiis deditum, secum habebant, pecuniam largitus est. Cæterum TIBERIUM, Drusi loco, ad Imperium provehens, IMPERATORIOQUE ob id NOMINE DECORATUM, Consulem iterum fecit, jussitque eum, more antiquitus recepto, antequam Magistratum iniret, literas publicè proponere.* Tantum tamen aberat, ut veluti otiosum illum gestaret titulum, ut potius *perfecti*, & ut *Vellejus* loquitur, *Ducum maximi, famâ fortunaque celeberrimi numeros expleret, disciplinam acerrime exigeret, animadversionum & ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis*, clare hoc nobis iterum prodente *Suetonio* c. 19. Ob *victorias* nempe *insignes* reportabant ipsi Duces non solum, quod notum est, à *militibus* hoc nomen ac titulum; sed & quandoque parabatur iis à *Ducibus* ac *Legatis*, ita, ut in *absentia* etiam *eundem* illis exercitus deferrent, nempe *ob res suis auspiciis gestas*, uti supra in *Cæsare* Tab. I. Num. 14. monuimus pluribus. Hoc tamen singulare est, *Blæso* quoque eandem *Imperatoris* appellationem *Tiberium* reliquisse, hoc diserte affirmante *Tacito* Libro III. *Annalium*: *Sed Tiberius pro confecto* (bello) *interpretatus, id quoque Blæso tribuit, ut IMPERATOR à Legionibus salutaretur, prisco erga Duces honore, qui, benè gesta Republica, gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur, erantque plures simul Imperatores, nec super cæterorum æqualitatem.* Concessit quibusdam & *Augustus* id vocabulum, perinde ac *Tiberius Blæso.* Non minus vero & alterum verum est, quod supra prodidit *Suetonius*, *Patris Patriæ quoque respuisse elogium*; quodque *Dio* refert Libro LVII. p. 607. τότε δὲ πατρὸς τῆς πατρίδος πρόσρημα παντελῶς διεώσατο, *Patris patriæ nomen planè recusavit*; *istud* in nullo ejusdem *nummorum anticis* observantes, ut ex *Tabulis* III. *ejusdem Capitum* dispalescet facile. Repetit & id, quasi singulare quidpiam, denuo *Suetonius* cap. 77. *Ideoque, ut imperium iniret, & PATRIS PATRIÆ appellationem, & ne in acta sua juraretur, OBSTINATISSIME recusasse: ne mox, majore dedecore, impar tantis honoribus inveniretur.* Quod sane & ex *Oratione* ejus, quam de utraque re habuit, colligi potest, cum ait: *Si quando autem, de moribus meis, devotoque vobis animo dubitaveritis: quod prius quam eveniat, opto, ut me supremus dies huic mutatæ vestræ de me opinioni eripiat: nihil honoris adjiciet mihi PATRIS appellatio: vobis autem exprobrabit, aut temeritatem delati mihi ejus cognominis, aut inconstantiam contrarii de me judicii.*

Num. 14.

TIberius CAESAR AUGusti Filius AUGUSTUS IMPerator. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

Laureatum tantummodo hic conspicitur caput, quod in præcedente *nudum* vidimus, *nulla* cæteroquin occurrente *differentia*, propterea pergimus.

Num. 15.

TIberius CAESAR AUGusti Filius IMPerator PONTifex MAXimus. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

Novam rursus *Tituli* ejusdem observamus accessionem, nimirum *Pontificis Maximi.* Nam uti *majorum*, docente *Servio*, hæc erat *consuetudo, ut Rex etiam esset Sacerdos*, vel *Pontifex*; ita tunc *Imperatores* dicebantur *Pontifices*, &, qui summus eorum erat, *Maximus*; qui nempe *maximarum rerum, quæ ad sacra tam privata, quam publica, pertinebant, judex erat.* Et vero non solum dignitatis hoc *titulo* sese ornarunt *Cæsares*, sed & *ipsa* hæc obierunt *munia*, veluti de *Hadriano* testatur *Spartianus*: *Sacra Romanorum diligentissime curasse, peregrina contempsisse, PONTIFICIS MAXIMI officium peregisse.* Imo & ipsum *Tiberium* nostrum, ut *Pontificem Maximum*, de jure Flaminis consultum legimus apud *Tacitum*, scribentem *Annal.* Lib. III. *Adversus quæ cum Augur Lentulus, aliique, varie dissererent, eo decursum est, ut PONTIFICIS MAXIMI sententiam opperirentur. TIBERIUS, dilata notione de jure Flaminis, decretas ob tribuni etiam Drusi potestatem cærimonias temperavit.* In *Sacerdotum* vero ac *Pontificum* numerum venerat eodem, quo erat in *filium* ac *Cæsarem* ab *Augusto* adscitus, *anno*, *Tribuniciæ* videlicet ejusdem anno *sexto*, A. U. C. 747. ante Christum 6. juxta nummum apud *Mediobarbum* p. 61. & alios, ubi AUGUR & PONTIFEX, interdum PONTIFEX solum appellatur, ad utrumque hoc sacerdotium, forte etiam *ante adoptionem*, utpote *privignus Augusti, ac Tribuniciæ potestatis particeps*, fuit evectus.

Num. 16.

TIberius DIVI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

Quæ heic ad qualemcunque meliorem capitis hujus *perigraphes* intellectum possunt facere, jam in præcedentibus attigimus, de *Divi* elogio ad sequentem Num. dicturi pauca.

Num. 17.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

Cum in præcedentium Capitum 12. 13. 14. 15. *perigraphis AUGusti Filius* audiat, in nostro DIVI *elogium* adhuc adpositum cernitur, majoris sibi *venerationis* conciliandæ, sine dubio, *gratia*, quippe qui, universi Populi consensu, inter *Divos* jam erat receptus. Qua ratione vero *Augusti Filium* se jactet in nummo, diximus ad Num. 11. præcedentem.

Num. 18.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

Non *literis ipsis*, sed *diverso* saltem *literarum positu* hoc *ipsum* à præcedenti differt capite. Hinc ad sequens progressum facimus.

Num. 19.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii nudum dextram versus.

Uti præcedens *diverso literarum*, ita hoc *alio capitis* positu saltem gaudet, quare ad sequens pergimus.

Num. 20.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius. Caput Tiberii laureatum dextram versus.

Titulos circa hoc Caput obsignatos in præcedentibus jam omnes vidimus, & attendimus.

Num. 21.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

Nihil diversi hoc *caput* ab *istis*, quæ Num. 17. & 18. exhibuimus, sistit, quam quod, ubi saltem in illis AUG. legatur, hic AUGUSTI plenius occurrat obsignatum.

Num. 22.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii nudum lævam versus.

Hoc ipsum *Caput* à præcedente tum discrepante *literarum positu*, tum *nuditate*, cum illud *laureatum* videamus, diversum est.

Num. 23.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

Saltem diverso modo *literæ*, si attendas Num. 17. & 18. sunt *circa Caput* dispositæ, cæteroquin cum illis ibidem per omnia conveniens.

Num. 24.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum lævam versus.

Positus literarum propemodum coincidit cum illo, quem Num. 18. vidimus, saltem quod pro AUG. ibidem, heic AUGUSTI legatur.

Num. 25.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum dextram versus.

Dextram hic respicit obsignatum in nummo *caput*, cum in præcedentibus *sinistram*, literis iisdem in præcedentibus circumscriptis.

Num.

Num. 26.

TIberius AUGUStus DIVI AUGUSTI Filius IMPerator CAESAR. Caput Tiberii laureatum, lævam verſus.

Uti ſupra Num. 13. & 14. ubi etiam de *titulo Imperatoris* egimus, ejus dignitates hoc ordine accepimus: *TIberius CAESAR AUGuſti Filius AUGUSTUS IMPerator*, & Num. 15. *TIberius CAESAR AUGuſti Filius IMPerator PONTifex MAXimus*; ita nunc obvenit: *TIberius AUGUStus DIVI AUGUSTI Filius IMPerator CAESAR*, omiſſa ſacra dignitate, & *duobus* ſupremi faſtigii *vocabulis*, *Anteceſſorum* ſcilicet adhibitis ſaltem *nominibus*, quibus quippe maxima ineſſe credebatur venerationis vis. De utroque tamen ſupra jam dictum fuit.

Num. 27.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTi Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, dextram verſus.

Coincidit hoc ipſum Caput per omnia cum *illo*, quod Num. 25. dedimus, niſi quod loco AUG. quod ibi eſt, hic AUGUST. offendamus.

Num. 28.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS IMPerator. Caput Tiberii laureatam dextram verſus.

Imperatoris dignitas titulo conſueto Tiberii adjecta eſt, de qua jam ſupra.

Num. 29.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS Pontifex Maximus. Caput Tiberii laureatum lævam verſus.

De *Pontificis Maximi* Titulo egimus jam ſupra Num. 15. hac ipſa Tabula, cæteri quoque adfuere.

Num. 30.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGuſtus Pontifex Maximus. Caput Tiberii nudum dextram verſus.

Eadem eſt *perigraphe* hujus capitis cum præcedenti, modo quod *literæ* in præcedenti *plures* ſint, & hic *caput nudum* conſpiciatur.

Num. 31.

TIberius CAESAR AUGUSTUS Pontifex MAXimus IMPerator. Caput Tiberii laureatum lævam verſus.

Uti ſupra Num. 15. Titulus legitur: *TIberius CAESAR AUGuſti Filius IMPerator PONTifex MAXimus*; ita *inverſo ordine*, quoad *duas ultimas dignitates*, titulus heic eſt: *TIberius CAESAR AUGUSTUS PONTifex MAXimus IMPerator*. Plura dicere non attinet, cum omnia jam adfuerint.

Num. 32.

TIberius CAESAR AUGUSTUS PONTifex MAXIMUS IMPerator. Caput Tiberii nudum, lævam verſus.

Nulla inter hoc & præcedens caput eſt diſcrepantia, niſi quod hoc *nudum*, illud *laureatum* intuentibus pateat.

Num. 33.

TIberius CAESAR AUGUSTi Filius IMPERATor V. (Quintum) Caput Tiberii laureatum lævam verſus.

De Titulo *Imperatoris V.* ſequenti Tabula II. Num. 4. dicturi ſumus, cætera adfuére.

Num. 34.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATor V. (Quintum) Caput Tiberii laureatum dextram verſus.

Idem cum præcedente caput eſt, niſi quod *dextram* heic reſpiciat, illic *lævam*.

Num. 35.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATOR V. (Quintum) Caput Tiberii nudum dextram verſus.

Heic IMPERATOR, in præcedentibus IMPERAT.; heic AUGUSTI, ibi AUGUST. legitur; caputque *nudum* viſitur, quod in duobus præcedentibus Num. *laureatum* eſt.

TA-

TABULA II.

COMPLECTENS ADHUC

TIBERII CAPITA.

NUM. 1.

TIberius CAESAR AUGUSTi Filius IMPERATOR. Caput Tiberii Cæsaris nudum, lævam versus.

De voce *Imperatoris*, quæ *plenius* tantummodo heic exarata legitur, Tabula præcedente I. Num. 13. egimus. Reliquæ adfuere supra omnes.

NUM. 2.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPERATor. Caput Tiberii Cæsaris nudum, dextram versus.

E*andem*, quæ heic, *epigraphen*, Tabula quoque præcedens I. exhibet, de quâ ibi jam pluribus.

NUM. 3.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATOR. Caput Tiberii Cæsaris nudum, dextram versus.

Circumscriptæ literæ non aliæ sunt, quam quas Num. 1. Tab. II. & præcedenti Tabula I. jam vidimus, solo *Capitis & literarum positu differentes.* Affert hoc caput *illustr. Spanhemius* in *Juliani Cæsaribus* p. 44. ut severum ex eodem demonstret vultum.

NUM. 4.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius IMPERATor V. (Quintum) Caput Tiberii Cæsaris nudum, dextram versus.

Ingentem saltum attendimus, dum hactenus saltem *Imperatoris* nomine *primum compellati* indicium habuimus, & quidem Tab. I. Num. 13. 14. 15. 26. 28. 31. 32. quod, sine dubio, ac ut notum, *in bellicis expeditionibus* obtinuit. Jam *Quintum Imperatorem* salutatum ex nummo discimus. De quo *Dio* nos edocet Libro XX. in *Claudio* p. m. 679: Αὐτοκράτωρ πολλάκις ἐπωνομάσθη παρὰ τὰ πάτρια, οὐ γὰρ ἐξὸν ἐν οὐδενὶ ἢ ἅπαξ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολέμου τὴν ἐπίκλησιν ταύτην λαβεῖν. *Ob hæc ALIQUOTIES IMPERATOR dictus est, CONTRA INSTITUTUM ROMANORUM, NEQUE ENIM SAEPIUS QUAM SEMEL licet UNO de BELLO ID NOMEN adsumere.* Hunc titulum vero *Imperatoris V.* accepisse Anno DCCLXI. *Dalmatis ferro & igne domitis*, ex *Dione* insuper constat Libro LV. p. 170: Ἡ μὲν οὖν Δαλματία τοῦτο μὲν πολέμῳ, τοῦτο δὲ καὶ ὁμολογίᾳ πάλιν προσεχώρησε τοῖς Ῥωμαίοις. *Ita Dalmatia partim bello, partim pacificatione ad Romanos rediit.* Hoc præterea ex nummis nostris haurimus, ipsum ab istis *Imperatorem VIII.* fuisse dictum, *hujus dignitatis* monumentum sæpissimè omnium nummis ipsius fuisse impressum; *Imperatoris* vero *iterum*, sive II. & IV. itemque VI. *compellationem* nondum è nummis nos potuisse exsculpere. *Imperatoris III.* tamen *mentionem* habemus Tab. IV. Num. 8. 9; *Imperatoris V.* Tab. II. Num. 4. 5. 6. Tab. V. Num. 1; *Imperatoris VII.* Tab. II. Num. 7. 8. 9. 11. 12. 13. Tab. IV. Num. 5. 6. 32. 33. Tab. VI. Num. 1. Tab. VIII. Num. I; *Imperatoris VIII.* denique Tab. II. Num. 10. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. Tab. VII. Num. 5. 6. Tab. VIII. Num. 2. 3. 4. 5. 7. Tab. XIV. Num. 11. Contigit verò ipsi sine dubio *Imperatoris Quintum* elogium *Dalmatis* ferro & igne *domitis* A. V. C. DCCLXI. Christi VIII. COSS. *M. Furio Camillo, & Sex. Nonio Quinctiliano.*

NUM. 5.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius IMPERATOR V. (Quintum) Caput Tiberii nudum, dextram versus.

I*dem* per omnia est cum *præcedente*, nisi quod pro IMPERAT. hic legatur expressius paullo IMPERATOR.

NUM. 6.

TIberius CAESAR AUGUSTi Filius IMPERATor V. (Quintum) Caput Tiberii nudum, lævam versus.

Rursus coincidit cum illo capite quod Num. 4. vidimus, nisi quod *DIVI vox* omissa sit; *caputque & literæ* alio positu gaudeant.

Num. 7.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS IMPerator VII. (Septimum) Caput Tiberii nudum, lævam versus.

Nihil heic advertendum nobis est, præter quod *Imperator VII.* in eo nuncupetur, quod ipsi contigit sine dubio A. V. C. DCCLXV. Christi XII; eodem tunc etiam de *Illyriis*, *Pannoniis*, *Dalmatis & Germanis triumphante*, COSS. Ti. *Claudio* T. *Aug. F. Aug. N. Germanico*, & *C. Fontejo Capitone.*

Num. 8.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VII. (Septimum) Caput Tiberii nudum, dextram versus.

Coincidit per omnia hoc Caput cum præcedente, nisi quod istius *alius* sit *positus.*

Num. 9.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VII. (Septimum) Caput Tiberii nudum, lævam versus.

Solo iterum *positu literarum* differt ab illo Num. 7.

Num. 10.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VIII. (Octavo) Caput Tiberii nudum dextram versus.

Imperator VIII. prima vice obsignatus est in hoc capite *Tiberius*, *victis* scilicet à *Germanico* cum *Arminio Cheruscis*, ab exercitu sic salutatus A. V. C. DCCLXIX. Christi XVI. COSS. T. *Statilio Tauro* & *L. Scribonio Libone.* De quo meretur legi *Tacitus* Libro II. Annalium : *Quinta ab hora diei ad noctem cæsi hostes, (Arminius, insignis manu, cum Inguiomero) decem millia passuum cadaveribus atque armis opplevere: repertis inter spolia eorum catenis, quas in Romanos, ut non dubio eventu, portaverant. MILES IN LOCO PRAELII TIBERIUM IMPERATOREM salutavit, struxitque aggerem, & in modum TROPHAEORUM arma, subscriptis victarum gentium nominibus, imposuit.*

Num. 11.

TIberius CAESAR AUGUSTi Filius IMPERATor VII. (Septimum) Caput Tiberii nudum, lævam versus.

Solummodo ab illo Num. 7. discrepat, quod heic vox *DIVI* omissa sit.

Num. 12.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATor VII. (Septimum) Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

Diversus à præcedente in eo est typus, quod heic *laureatum* compareat Caput, ibi *nudum*, *literæque alio ordine* sint dispositæ. Obiterque observamus, *Tiberium* in nummis *pluries capite nudo*, quam *laureato*, diverso plane ab aliis Imperatoribus exemplo, comparere, quod *modestiæ* quoque ipsius *argumentum* inter alia reputamus. Siquidem ultra *XXX. Capita nuda* in duabus saltem his prioribus Tabellis visuntur, circa XXVI. verò *laureata.*

Num. 13.

TIberius CAESAR AUGUSTi Filius IMPERATor VII. (Septimum) Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

Alia saltem *literarum dispositione* hoc ipsum gaudet caput; *idem* cæteroquin cum *præcedente.*

Num. 14.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGustus IMPerator VIII. (Octavo) Caput Tiberii nudum, dextram versus.

Diversitas ab illo, quod Num. 12. vidimus, in eo saltem consistit, quod *ibi AUGUST. heic AUG.* legatur, alias *idem* cum *illo* capite.

Num. 15.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS IMPerator VIII. (Octavo) Caput Tiberii nudum, dextram versus.

Si vocem *AUGUST.* quæ heic AUGUSTUS legitur, excipias, per omnia hoc denuo coincidit cum illo Num. 10. capite.

Num,

N U M. 16.

TIberius CAESAR AUGUSTi Filius IMPERATor VIII. (Octavo) Caput Tiberii nudum, lævam versus.

In eo differt à præcedente, quod in hoc neque DIVI neque AUGUSTUS legatur.

N U M. 17.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VIII. (Octavo) Caput Tiberii nudum, lævam versus.

Cum in illo Num. 15. AUGUSTUS legatur, heic saltem AUGUST. occurrit, & cum caput illic dextram respiciat, heic *lævam* versus tuetur, cætera eadem.

N U M. 18.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VIII. (Octavo) Caput Tiberii nudum, dextram versus.

Sola diversa *literarum dispositione* ab illo Num. 15. discrepat hoc Caput.

N U M. 19.

TIberius CAESAR AUGusti Filius AUGUSTUS IMPerator VIII. (Octavo) Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

Si nostrum hoc caput cum illo Num. 16. intuemur, videmus, quod illic AUGUST. heic AUG. legatur; ibi præterea vox AUGUSTUS, quæ heic exstat, *omissa* sit; ut taceamus, ibi *nudum*, heic *laureatum* præterea caput comparere.

N U M. 20.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VIII. (Octavo) Caput Tiberii laureatum, dextram versus.

Idem hoc ipsum caput per omnia est cum illo, quod Num. 18. vidimus, nisi quod ibi *nudum*, heic *laureatum* conspiciatur caput.

N U M. 21.

TIberius CAESar DIVI AUGusti Filius AUGustus TRibunicia POTestate. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

Tribunicia potestas obvenit heic prima vice, de qua dispiciendum omnino habemus, quando iste illam acceperit? *Dio* inquit Libro LV. p. m. 556: τὸν δέ γε Τιβέριον καὶ ἐποιήσατο, καὶ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν ἐς δέκα ἔτη δούς. *Tiberium adoptavit, ac TRIBUNICIA POTESTATE ad annos DECEM DATA, in Germaniam ablegavit.* Et *Vellejus Paterculus* Libro II. Cap. 103: *itaque quod post Lucii mortem, adhuc Cajo vivo, facere voluerat Augustus, atque vehementer repugnante Nerone, erat inhibitus, post utriusque adolescentium obitum facere perseveravit, ut & TRIBUNICIAE POTESTATIS consortionem Neroni constitueret, multum quidem eo cum domi, tùm in Senatu recusante, & eum Ælio Cato & Sentio COnSulibus V.to Kalend. Julii post V. C. annis DCCLIV. abhinc annis XXVII. adoptaret.* Ut certum firmumque adeo sit, illum *Quinto Kalendas Julias Sexto Ælio Cato, & C. Sentio Saturnino*, Consulibus Anno post V. C. DCCLVII. *Christi* IV. *Juliano* LVII. secundum *Fastos Idatianos* non solum ab *Augusto* adoptatum, sed & *Tribunicia Potestate* in *annos decem* fuisse exornatum. Conferatur *Antonius Pagi* in *Dissertatione Hypatica* p. 19. 85. 96. & 195. Summatim id tradit *Suetonius* Cap. IX. Tiberii: *Magistratus & maturius inchoavit, & pæne junctim percucurrit, quæsturam, præturam, CONSULATUM: interpositoque tempore COS. iterum, etiam TRIBUNICIAM POTESTATEM in quinquennium accepit.* Non tamen diffitendum, jam ante, Anno scilic. V. C. $\binom{747}{48}$ ad *hanc dignitatem capessendam*, licet frustra, ab *Augusto* fuisse *designatum*. Siquidem de hoc negotio ita *Dio* Libro LV. p. 554. ad annum DCCXLVIII: *Ut vero aliqua ratione modestiores eos (Cajum & Lucium) efficeret, Tiberio TRIBUNICIAM POTESTATEM IN QUINQUENNIUM CONCESSIT; Armeniamque, quæ defecerat, mandavit. Hoc frustra ab Augusto factum, & hos, & Tiberium offendit: hos, quod se spretos judicabant; Tiberium, quod iram eorum verebatur; Itaque se in Rhodum hic contulit, quasi disciplinæ capiendæ causa, ne comitatu quidem omni suo secum accepto, ut & à conspectu se eorum & actionibus subduceret.* Et *Vellejus* Libro II. Cap. 99. *Brevi interjecto spatio, Tiberius Nero, duobus CONSULATIBUS, totidemque TRIUMPHIS ACTIS, TRIBUNICIAE POTESTATIS CONSORTIONE æquatus Augusto, civium, post unum (& hoc, quia volebat) eminentissimus, ducum maximus, fama fortunaque celeberrimus, & verè alterum Reipublicæ lumen & caput, mira quadam & incredibili atque inenarrabili pietate (cujus caussæ mox detectæ sunt) cum Cajus Cæsar sumpsisset jam virilem togam, Lucius item maturus esset viris, ne fulgor suus orientium juvenum obstaret initiis, dissimulata causa consilii sui, commeatum à socero, atque eodem vitrico, acquiescendi à continuatione laborum petiit.* Hoc quinquennio elapso ad hanc dignitatem attamen fuisse evectum A. V. C. DCCLI. mihi cum aliis magis videtur verosimile.

NUM. 22.

TIberius CAESar AUGuſtus PONTifex MAXimus TRIBunicia POTeſtate. Caput Tiberii laureatum, lævam verſus.

Pontifex *Maximus* heic obſignatus eſt, qui in præcedente *DIVI AUGuſti Filius* ſimul audiebat, de qua *dignitate* ſupra Tab. I. Num. 15. jam diſpeximus.

NUM. 23.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius TRibunicia POTeſtate XV. Caput Tiberii nudum, lævam verſus.

Tribunicia *Poteſtas XV.* obvia heic in nummo eſt, quam A. V. C. DCCLXVI. *Chriſti* XIII. *Juliano* LVIII. geſſiſſe, novimus, COSS *C. Silio Nepote* & *L. Munacio Planco*, eodemque anno *Tribunicia Poteſtas* Tiberio prorogata fuit, quam anno Chriſti IV. ut ſupra audivimus, ab *Auguſto* in *decennium* acceperat.

NUM. 24.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius TRIBunicia POTeſtate XVI. Caput Tiberii nudum, lævam verſus.

TRIBUNICIAM POTESTATEM XVI. gerere adgreſſus eſt A. V. C. DCCLXVII. Chriſti XIV. COSS. *Sexto Pompejo* & *Sex. Apulejo*, quo anno *Auguſtus* die XIV. Kal. Sept. obiit, & ex quo tempore nunc *Tiberius Auguſtus* & *Pontifex Maximus* in nummis cluit.

NUM. 25.

TIberius CAESAR AUGuſti Filius TRIbunicia POTeſtate XV. Caput Tiberius nudum, lævam verſus.

Denuo obverſatur *Tribunicia Poteſtas* XV. quæ Num. 23. jam ſub oculis nobis fuit ac manibus.

NUM. 26.

TIberius CAEſar AUGuſtus Pontifex Maximus TRibunicia Poteſtate XXXIII. Caput Tiberii laureatum, lævam verſus.

Quæ heic in nummo obſignata eſt *Tribunicia Poteſtas XXXIII.* ipſi obtigit A. V. C. DCCLXXXIV. Chriſti XXXI. ipſo tunc *V. Conſule*, & *L. Ælio Sejano*, qui ipſe tamen hoc anno in vincula conjectus, & V.to Kal. Nov. occiſus fuit.

NUM. 27.

TIBERIUS AUGuſtus Pontifex Maximus TRibunicia Poteſtate XXXV. Caput Tiberii laureatum, lævam verſus.

Tribuniciam *Poteſtatem* XXXV. heic obviam gerere cœpit *Tiberius* A. V. C. DCCLXXXVI. *Chriſti* XXXIII. COSS. *Sergio Sulpicio Galba*, & *L. Cornelio Sulla.*

NUM. 28.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius COnSul II. (iterum) TRibunicia POTeſtate VI. (Sextum) Caput Tiberii nudum, lævam verſus.

Duo ſunt, quæ heic cum cumprimis attendenda habemus. *Primum* eſt *Conſulatus* ejus II. qui obtigit illi A. V. C. DCCXLVII. collegam nacto *Cn. Calpurnium*, *C. Filium*, *C. Filium*, *Piſonem.* De quo *Dio* Libro LV: *Cæterum Tiberium Druſi loco ad imperium provehens, imperatorioque ob id nomine decoratum*, *CONSULEM ITERUM fecit*, (καὶ ὕπατον αὖθις ἀπέδειξε) *juſſitque eum, more antiquitus recepto, antequam magiſtratum iniret, literas publice proponere.* Et *Suetonius* Cap. IX. Tiberii: *Magiſtratus & maturius inchoavit, & pæne junctim percucurrit, quæſturam, præturam, CONSULATUM: INTERPOSITOque TEMPORE COS. ITERUM, etiam TRibuniciam poteſtatem in quinquennium accepit.* Factum vero eſt id A. V. C. DCCLVII. Chriſti IV. Hunc Conſulatum *tribus menſibus* geſſiſſe, *Suetonius autor* eſt Cap. XXVI. Tiberii: *Nec amplius quam omnino tres Conſulatus, UNUM paucis diebus, ALTERUM tribus menſibus, TERTIUM abſens usque in Idus Majas geſſit.* Hujus ſuæ *Tribuniciæ Poteſtatis*, (quæ *altera* in noſtro hoc capite obveniens eſt *dignitas*) quoque ſpecimen & ipſe *Suetonius* communicat, Cap. XI. in *Tib.* ſcribendo: *Unum hoc tantummodo, neque præterea quidquam notatum eſt, in quo exercuiſſe JUS TRIBUNICIAE POTESTATIS viſus ſit: Cum circa Scholas & Auditoria Profeſſorum aſſiduus eſſet, moto inter Antiſophiſtas graviore jurgio, non defuit, qui eum intervenientem, & quaſi ſtudioſiorem partis alterius convitio inceſſeret. Senſim itaque regreſſus domum, repente cum apparitoribus prodiit, citatumque PRO TRIBUNALI voce præconis convitiatorem rapi juſſit in carcerem.* Et paulò poſt: *Transacto autem TRIBUNICIAE POTESTATIS tempore, confeſſus tandem, nihil aliud ſeceſſu devitaſſe ſe, quam æmulationis cum Cajo Lucioque ſuſpicionem, in Urbem, octennio in exilio quaſi exacto, reverſus.* Et Cap. XVI: *Data rurſus POTESTAS TRIBUNICIA in quinquennium; delegatus pacandæ Germaniæ ſtatus &c.* Immo jure *hujus Tribuniciæ Poteſtatis* poſt mortem *Auguſti* Senatum quoque coëgit; quod nobis iterum *Suetonius* Cap. XXIII. prodit: *JURE autem TRIBUNICIAE POTESTATIS coacto Senatu, inchoataque allocutione, derepente veluti impar dolori congemuit.*

NUM.

Num. 29.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATOR IIII. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

Consul IV. in nummo *obsignatus* processit cum *Druso Cæsare* Aug. F. II. A. V. C. DCCLXXIV. Christi vero XXI.

Num. 30.

TIberius CAEsar DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS COnSul IIII. Caput Tiberii nudum, dextram versus.

In admirationem plane nos abripit *Consulatus* IV. in hoc capite obsignatus, cum ex *Suetonio* modo Num. 28. audiverimus, ejusque Cap. XXVI. in *Tiberio*; *Nec amplius quam omnino tres Consulatus, unum paucis diebus, alterum tribus mensibus, tertium absens usque in Idus Majas gessit*? Sed fortè *Suetonius* de absolutis loquitur, vel de *mox subsequutis*, siquidem, teste *Casaubono* in duobus codicibus exstitit *quam mox tres Consulatus*, quam lectionem & *Salmasius* adprobat, & omnino COS. IV. processit cum *Druso Cæsare* Aug. F. II. A. V. C. DCCLXXIV. Christi vero XXI.

TABULA IV.

EXHIBENS

TIBERII NUMISMATA

AUREA ET ARGENTEA.

Num. 1.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 17.

PONTIFex MAXIMus. Livia sellæ insidens dextra hastam puram, sinistra ramulum tenet.

Dum *DIVI Augusti* elogium in aversa obsignatum est, palam fit, hunc ipsum nummum post *obitum Augusti*, adeoque circa annum *Christi* XV. post V. C. vero DCCLXVIII. fuisse cusum. Dehinc quando *figura muliebris* hic sedet *hastam dextra* tenens, quam *divinitatis* argumentum esse aliquoties jam ostendimus, & *laurum læva*, quasi sacrificiis intenta, PIETATEM nonnulli, in quibus *A. Rubenius*, interpretantur, nihil aliud hoc ipso monumento velle; quam *summam pietatem* ac *religionis cultum* sub PONTIFICIS MAXIMI titulo *Populo Romano* persuadere. De *hasta*, ut diximus, alibi jam satis dictum. De *lauro* saltem quasi in antecessum monemus, *illam sacrificiis* fuisse inter alios usus quoque *destinatam*. Sic enim *Aristophanes* in *Pluto*:

Οὐδεὶς οὐ λιβανωτὸν οὐ δάφνην
Οὐ ψαιστὸν οὐκ ἱερεῖον οὐκ ἄλλ' οὐδὲεν
Ἡμῖν ἐπιθύει τοῖς Θεοῖς.

Deos præterea celebrantes *eandem manu tenebant*, cujus rei *Suidas* præcipue testis: Αἴσακος ὁ κλάδος τῆς Δάφνης, ὃν κατέχοντες ὕμνουν τοὺς Θεούς. *Aisacus, ramus lauri, quem MANU TENENTES Deos celebrabant.* Sunt etiam, qui *Vestam* hic obsignatam rentur, sed quia non *velata* visitur; frustra id fit. Nos *Liviam*, veluti *Deam*, hastam puram & laurum tenentem, (in aliis nummis etiam DIVAM AUGUSTAM obsignatam) hic sedere cum *Ludovico Nonnio*, *J. Valente*, *J. Hemelario*, *Jac. Oiselio*, *A. Morellio*, existimamus, cum *nota* Senatus erga ipsam sit adulatio, quam quidem æque haud tulit, modis tamen omnibus dissimulare scivit, cumque *Augustarum vultum* in nummis exhibere Imperatoribus nondum solenne erat, ejus *statuam saltem in nummis cælari*, passus est, *cujus* quippe *artibus* ad imperium pervenerat. Exhibent hunc nummum *Croyaci Ducis Arschotani Numismata* per *A. Rubenium* aucta Tab. XVII. Num. 1. & 2. *C. Mediobarbus* p. 64. *Goltzius* in *Tiberii Nummis* Tab. II. Num. 51. (ubi in antecessum B. L. volumus monere, ne nimis *Goltzianis* nummis in *Tiberio* fidat, nempe iis, quæ *Ludovicus Nonnius* recudi fecit; quia figuræ nummorum pleræque cum literis sunt inversæ, ceu vel ex *hoc* satis patet nummo, ubi figura sedentis non solum alio sedet positu, sed & *dextra ramulum*, *sinistra hastam* tenet, taceo & literas esse inversas.) *Paulus Pedrusius* in nummis Imperatorum aureis. *Musei Farnesiani* sive *Ducis Parmæ* Tab. III. Num. 3. & 4. *Joh. Hemelarius* Tab. IV. Num. 2. & 3. p. 15. *Carolus Patinus* in Catalogo nummorum aureorum *Petri Mauroceni* p. 2. *J. Udanus* in *potentia Romana* Tab. V. 6. & 7. p. 46. & 47. *Jacobus Oiselius* in *Thesauro Numism.* Tab.

Tab. II. Num. 6. & 7. p. 8. & 9. (¹) Hodieque exstat in *Thesauro Schwartzburgico*, nec non in *Regio Versaliensi*, posseditque eundem quoque *Dn. Moni.*

Num. 2.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 23.

IMPerator CAESar TRAJANus AUGustus GERmanicus DACicus Pater Patriæ RESTituit. Livia subsellio insidens, læva ramulum, dextra hastam tenet.

Ad præcedentem Numerum diximus *Liviam* hic sedere, velut *Deam*, *hastam*, divinitatis signum, dextra tenentem, sinistra *ramulum*, an illum? quem *aquila* prætervolans, post Augusti statim nuptias, Vejentani *ipsi* in *gremium* demiserat, & cum pangi ipsum placuisset, *lauretum* inde provenit, unde *Cæsares* laureas decerperent triumphaturi, quod tamen novissimo *Neronis* anno exaruit, de quo nos supra ex *Suetonii* in *Galba* Cap. I. relatione Tabula I. Num. 10. egisse jam meminimus, quo B. L. ablegamus. *Raritatem* hujus nummi ex eo æstimare licet, quod scribat *Cl. Morellius* in *Specimine altero Lipsiensi* p. 54. & 55: *Merito autem principem hic nummus obtinet locum inter Speciminis hujus aureos, quia raritate singularis est, & præstantissimus, imo unicus quem observarim ex auro in honorem Tiberii conflatum.* (addimus, sine dubio *Morellium* intelligere *restitutum* hoc modo à *Trajano*, qui restituti in universum omnes rariores cæteris reputati solent.) *Misit illum ad exornandam instructissimam Gazam Illustrissimi Comitis de Schwartzburg Rev. Dn. Bizotus, Abbas Parisiensis, morum integritate ac nummariæ rei peritia celeberrimus &c.* Æri incisum, ut diximus, ipsum jam dedit *Andr. Morellius* ex *Thesauro Schwartzburgico* Tab. V. Num. 1. Specim. Lips.

Num. 3.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 17.

DIVOS AUGUSTus DIVI Filius. Caput Augusti laureatum, lævam versus, super quod stella, sive sidus Julium.

DIVUS non solum audit *Augustus*, in *adversa*, sed & in aversa ipse Tiberius DIVI AUGusti Filius, quod *consecratus* jam fuerit, tot *templis* tam *vivo* quam *mortuo* erectis, *Flaminibus* decretis, & quæ alia fuere ejusdem inter divos recepti *κειμήλια*. DIVI *Filius* erat, non jure *generationis*, sed *adoptionis*, quod beneficium erat omnem exposcens *gratitudinem, quam,* cuso hoc Numismate, *demonstrare* sine dubio satagebat *Tiberius*, si modo non *fingere* istum *pietatis sensum*, aliisque imponere voluisse credamus. *Stellam* super caput ejus micantem, vel *Julii Cæsaris* esse, arbitramur, cujus filii, DIVI, se *filium* hic pariter profitetur, & de qua satis supra Tabula II. ad Cæsarem diximus, vel, quod *anima Augusti* stellis addita eâdem luce fulgeat ac *sidus Julium*, vel *Juliorum maternum*, h. e. *Venus*, cum sciamus *Numerii Attici*, viri Senatorii & Prætorii, adulationem, jurantis, *se vidisse Augustum in cœlum adscendentem*, adeoque *stellis* & *Deorum numero* illatum. Neque illorum nos morantur sententiæ, qui illam *stellam* vel pro *Jovis*, vel pro *Solis* haberi posse, contendunt. Licet enim *Augusto* in cœlis *Jovis* honores tributi fuerint, & id propter etiam *fulmen capiti ejus* adhæreat in nummis, & veluti *Solem* ipsum, *Liviamque* veluti *Lunam*, uti ex alio nummo ejus dispalescit, coluerint subinde Romani; cum tamen in aliis nummis *capite radiato inter septem stellas*, vel *pauciores* compareat, magis ad *apotheosin* hoc ipso respexisse, verosimile est. Hoc saltem hic adnotantes, quod *sidus* hoc non solum supra *Cæsaris*, sed & Augusti caput inveniatur, hoc satis nostro comprobante nummo, probeque id observante *Petro Seguino* in Epistola ad *Francisc. Gonfredum.* Sed quando ibidem & *Augusti* caput cum *stella* in *Sanquiniæ Familiæ* nummis *duobus prioribus* conspici arbitratur, vereor, ne fallatur, cum potius *Castoris caput* sit, & Augusti plane *absimile.* Conjunctus vero in nummo comparet *Pater* & *Filius*, quo majori *Tiberius* radiet majestate, utpote *Augusti*, *quo majorem* Romani non credebant. Ut ergo in *Augusti honorem* statim post *ejus consecrationem* solenniter peractam, eundem Anno DCCLXVII. Christi XIV. cusum fuisse, vero sit simillimum. Ut mittamus, *effigiem Divo Augusto* apud *Bovillas* dicatam fuisse, teste *Tacito* Annal. Lib. II. p. m. 108. 6. *Divos* vero passim pro *Divus*, sicuti *Julios* pro *Julius*; *Ægyptos*, *Volteja*, *Volcano*, *Consoles*, *Hercoles* pro *Ægyptus*, *Vultejus*, *Vulcanus*, *Consules*, *Hercules* hinc inde deprehendimus. Rariorem hunc nummum jam publicæ luci ære expressum exposuit *Jo. Valens* in præstantioribus aureis p. 44. ubi tamen Augusti facies *dextram versus* respicit, sculptoris forte vitio, perigraphe tamen recte æri incisa. *Goltzius* in *nummis Tiberii* Tab. XI. Num. 52. ubi iterant vitio sculptoris caput *dextram* respicit, *sidere* præterea supra *capitis verticem* omisso. *L. Begerus* Tom. II. *Thes. Brandenburg.* p. 611. idemque in *Thesauro Palatino* p. 293. *C. Mediobarbus* p. 63. Hodieque visitur in *Thesauro Schwartzburgico*, nec non *Regio Versaliensi.*

Num. 4.

TIberius CAESAR AUGusti Filius PONTifex COnSul II. (iterum) TRibunicia POTestate VII. (Septimum) IMPerator III. (Tertium) Caput Tiberii.

GERMANICUS CAESAR TIberii Filius AUGusti Nepos COnSul DESignatus. Caput Germanici nudum, lævam versus.

Germanicus filius erat *Drusi*, *Tiberii* Fratris, sed supra ad Tab. I. Num. 11. pluribus, & inter alia ex *Dionis* Libro XV. ostendimus, *Tiberium hac lege ab Augusto fuisse adoptatum, ut hic rursus adoptaret Germanicum, ideoque hic recte Tiberii Filius & Augusti Nepos in nummo obsignatus est.* Et cum sciret Tiberius in quanta post Augustum Germanicus

(1) Tritus ex auro & argento hic nummus est, elegantioris fabricæ utrumque possidemus.

manicus apud Populum Romanum esset dignatione Filium suum adoptatum simul comparere volebat in publico hocce monumento anno circa V. C. DCCLVIII. Christi vero V. cuso, simul suæ ipsius Gloriæ maximè velificaturus.

Vulgavit jam hunc nummum *C. Mediobarbus* p. 62.

Num. 5.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 17.

IMPerator VII. TRibunicia POTestate XVI. (Decimum Sextum) Imperator Tiberius Quadrigis triumphalibus vectus, dextra lauri ramulum, sinistra sceptrum eburneum tenet.

Habitu consueto Triumphantem Imperatorem laurum scilicet & scipionem eburneum triumphantium consueta insignia, (1) & non aquilam legionariam, ut existimat *Paulus Pedrusius* in Nummis aureis *Musei Farnesiani* p. 49. præferentem manu utraque, quando hic in curru quadrijugo conspicimus, mentem subit, non alium expressum esse Triumphum, quam quem, rectè observante *Casaubono* ad *Suetonium* p. 328. A. V. C. DCCLXV. Christi XII. de *Illyriis*, *Pannoniis*, *Dalmatis* & *Germanis* egit, impetrata Tribunicia Potestate XIII. de quo *Suetonius* Cap. IX: *Exhinc Rhæticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Rhætico atque Vindelico, gentes Alpinas: Pannonico Breucos & Dalmatas subegit. GERMANICO quadraginta millia deditiorum trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit. Quas ob res & ovans & CURRU URBEM INGRESSUS EST, primus, ut quidam putant, TRIUMPHALIBUS ORNAMENTIS honoratus, novo nec antea cuiquam tributo genere honoris.* Bene hic advertit *Torrentius* de *Dalmatis* ipsum ovasse, de *Germanis* autem triumphasse, putatque pro *primus* legendum esse *prius*, sicuti & unus codex vetus habet, quoniam notum sit, si *Dioni*, scriptori diligentissimo, fides habenda, *Agrippæ primum triumphalia ornamenta sub Augusto fuisse decreta*, & Augustum plusquam XXX. Ducibus justos triumphos & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decrevisse. Ut taceamus ipsum *Suetonium* de *Augusto* Cap. XXII. referre: *Bis ovans ingressus est urbem CURULES TRIUMPHOS tres egit. Dio* vero de hoc triumpho Libro LV. ad annum DCCXLV. Ὁ δὲ δὴ Τιβέριος τῶν τε Δαλματῶν καὶ τῶν Παννονίων ὑποκινησάντων τι αὖθις ζῶντος ἔτ᾽ αὐτοῦ, κρατήσας, τά τε ἐπὶ τοῦ κέλητος ἐπινίκια ἔπεμψε. *Tiberius, quòd vivente adhuc Druso, Dalmatas & Pannonios nonnihil motuum ostendentes oppresserat, ovans in urbem equo invectus est, epulumque populo in Capitolio partim, partim aliis locis urbis exhibuit.* Et idem *Dio* Libro citato LV. ad annum DCCXLVI: *Augustus Tiberium triumpho etiam ornavit:* Καὶ προσέτι καὶ τοῖς ἐπινικίοις ἐσέμνυνεν. *Nam ipse quidem Augustus triumphum ducere nolebat, sed id potius accipiebat, ut natalitiis suis perennes ludi essent equestres.* *Suetonius* id ita effert Cap. XVII. in *Tiberio*: *Nam sub id tempus Quintilius Varus cum tribus legionibus in Germania periit, nemine dubitante, quin victores Germani juncturi se Pannoniis fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset. Quas ob res TRIUMPHUS ei decretus est, multique & magni honores.* Pergit mox: *TRIUMPHUM ipse distulit mæsta civitate clade Variana. Nihilominus urbem prætextatus & laurea coronatus intravit: positumque in septis tribunal, Senatu adstante, conscendit: ac medius inter duos COSS. cum Augusto simul sedit: unde populo consalutato, circum Templa deductus est.* Et Cap. XX. *A Germania in Urbem post biennium regressus, TRIUMPHUM, quem distulerat, egit: prosequentibus etiam legatis, quibus TRIUMPHALIA ORNAMENTA impetrarat.* Idem prope tradit *Vellejus*: *Cum Senatus Populusque Romanus, postulante Patre ejus (Tiberii) ut æquum ei jus in omnibus Provinciis exercitibusque esset, quam erat ipsi, decreto complexus esset, in urbem reversus, jam pridem debitum, sed continuatione bellorum dilatum ex Pannoniis Dalmatisque egit TRIUMPHUM.* Quæ ipsa causa est, ut supra ex non uno ære Augusti vultum cum Tiberii Triumpho nummi ab utraque parte exhibuerint. Mortuo vero Augusto, quod A. V. C. DCCLXVI. Christi XIV. contigit, ob rei tam memorabilis *æternaturam memoriam*, prætereaque in honorem Patris, quem DIVI elogio in aversa mactat, Consecratione solennissime peracta honorati, typique adeo præstantiam ipse sub ejus *Tribunicia Potestate* XVI. hoc est anno Imperii XVI. fuit repetitus, sicut & Tribunicia Potestate XVII. ut mox videbimus. Solenne etiam erat Imperatoribus Tribuniciam potestatem quotannis renovare cum Tribunis ejus anni, uti videre ex *Onufrii Fastis*, *Dione* Libro LIII. *Pagi Dissertatione hypatica, nempe ex illo tempore, quo istam J. Cæsar perpetuo usurpavit.* Imperator VII. vero audit, sine dubio ob septem victorias, quas reportaverat ab hostibus, de quibus *Vellejus* Libro II: *Quis non inter reliqua, quibus singularis moderatio Tiberii Cæsaris elucet atque eminet, hoc quoque miretur, quod, cum sine dubitatione ulla SEPTEM TRIUMPHOS meruerit, TRIBUS contentus fuerit.* Minimum titulos hic honoris ipsi jam septimo de fusis ac deletis hostibus ab exercitu delatus fuit. Nummum hunc *non obvium* vulgavit jam *Jo. Valens* in præstantioribus aureis pag. 45. *C. Mediobarbus* p. 63.

Hodie visitur in *Thesauro Regio Versaliensi*.

Num. 6.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS, Caput Tiberii laureatum, lævam versus respiciens, uti Tab. I. Num. 17.

IMPerator VII. (Septimum) TRibunicia POTestate XVII. (Decimum Septimum) Tiberius Imperator quadrigis Triumphalibus vectus dextra lauri ramulum, sinistra sceptrum eburneum tenet.

Sola *Tribunicia Potestas* hunc ipsum à præcedenti distinguit, quæ heic XVII. obsignata est, eaque

(1) Quod vel ex Juvenalis Satyra X. 43. constat: *Da nunc & volucrem, sceptro quæ surgit eburno.*

que designat, ipsum A. V. C. DCCLXVIII. Christi XV. fuisse circiter signatum. Reliqua, quæ huc forte pertinent, ad præcedentem Num. dicta jam sunt. Sistit hunc nummum *C. Mediobarbus* p. 64. *Jac. Zarabella* in *Aula Heroum* seu *Fastis Romanor.* ad An. DCCLXVII. p. m. 116. *A. Rubenius* in *Nummis Arschotanis* Tab. XVII. Num. 3. *Joh. Valens* in Nummis præstantioribus aureis p. 45. *Paulus Pedrusius* in nummis aureis *Musei Farnesiani* seu *Ducis Parmæ* Tab. III. Num. 5. p. 49. & 50. *J. Hemelarius* in *Numismatibus aureis Ducis Arschotani* Tab. IV. Num. 4. Exstat hodie in *Thesauro Regio Versaliensi.*

Num. 7.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPerator VII. (Septimum) Caput Tiberii.

AUGUR PONTIFex TRibunicia POTestate XVII. (Decimum Septimum) Securis, tripus, lituus.

Auguratus quamvis magna esset apud Romanos dignatio, non tamen videmus eundem, inter *titulos Capiti suo in nummis additos*, aliorum Imperatorum exemplo fuisse *adsumtum*, sed eundem saltem in *adversis* obsignasse, in quibus *hæc primum* eundem ostentat, non solum *totidem verbis* impressum, sed & *lituo Auguratus* communissimo signo, indicatum. De Pontificis axiomate jam Tab. I. Num. 15. diximus, quæ relegi ibidem possunt. Et licet simpliciter Pontifex hic nominetur, non nisi Pontificis Maximi dignitas hoc loco intelligenda tamen venit, de qua *Dio*: *Quod autem omnibus Sacerdotiis inaugurantur, semperque unus eorum (siquidem duo vel plures simul existunt) SUMMUM PONTIFICATUM gerit; eo fit, ut omnes religiones ac sacrificia in sua habeant potestate.* Id scilicet tripus & securis in nostro nummo quoque docent, quæ sacrificia generatim designare solent. Sed quid de ista dignitate Scriptores sacri? *Ita Gelasius de anathematis vinculo: Fuerunt hæc ante adventum Christi, ut quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actibus constituti, pariter REGES existerent & pariter SACERDOTES, quod Melchisedech fuisse sacra prodit Historia, quod in suis quoque Diabolus est imitatus (utpote qui semper quæ Divino cultu convenirent, sibimet tyrannico spiritu vindicare contendit) ut PAGANI IMPERATORES iidem & MAXIMI PONTIFICES dicerentur. Sed cum ad Verum ventum est Regem & Pontificem; ultra sibi nec Imperator Pontificis nomen imposuit, nec Pontifex Regale fastigium vendicavit.* Porro *Ennodius* in *Panegyrico Theoderici Regis*: *Quid frustra majores nostri DIVOS & PONTIFICES vocarunt, quibus sceptra collata sunt, singulare est. Actibus implere sanctissimum, & veneranda nomina non habere.* Sic vero *Gregorius Nyssenus* Homil. de *S. Theodoro*, martyre: *Me etiam Imperatorem horum, quorum legem continenter recitatis, miseret: quod cum per se satis magna inter homines dignitate ob Regium Imperium præditi sint, PONTIFICIS appellationem sibi sumpserunt; & lugubri obscuraque purpura, HUJUS DIGNITATIS nomine, induuntur, ad imitationem infelicium Pontificum in dignitate splendida atque illustri triste & inamœnum gestantes indumentum: nonnunquam autem impuro altari appropinquantes, pro Imperatoribus COQUI fiunt, aves occidentes, & pecorum viscera rimantes ac perscrutantes, & spurcitie sanguinis, tanquam LANII quidam, vestem fœdantes* Ex quibus hoc simul conficitur verbis, Pontifices viliore ac *obscuriore* purpura fuisse usos, quam Imperatores. Ex ejus Titulo *Imperatoris* VII. & *Tribunicia Potestate* XVI. & hoc denique colligitur, cusum illum fuisse A. V. C. DCCLXVII. Christi vero XIV. Vulgatus quoque jam est *A. Rubenio* in *Nummis Arschot.* Tab. XVII. Num. 11. *C. Mediobarbo* p. 63. & depictus quoque exstat in MStis *Morellianis.*

Num. 8.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius COnSul II. (iterum) TRibunicia POTestate VI. Caput Tiberii nudum, lævam versus, uti Tab. II. Num. 28.

AUGUR PONTifex IMPerator III. (Tertium) Lituus, guttus, simpulum sive capeduncula.

Denuo *Sacerdotiorum* occurrunt *symbola*, de quibus in præcedenti jam à nobis actum, *Auguratus* scilicet, & *Pontificiæ dignitatis*, quarum & ipsi tituli in *adversa* nummi obsignati leguntur. Ex *Consulatu* II. *Tribunicia Potestate* VI. *Imperatoris* titulo VI. licet conjicere, cusum eundem A. V. C. DCCLVII. Christi vero IV. *Sexto Ælio Cato* & *C. Sentio Saturnino*, Consulibus, postquam nempe ab *Augusto* adoptatus, *Tribuniciam Potestatem iterum in decennium accepisset*, ut supra jam audivimus. Vulgavit eundem jam *C. Mediobarbus* p. 61. *Hub. Goltzius* in *Tiberii vita* ex *nummis tradita* Tab. VII. Num. 1.

Num. 9.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius COnSul II. (iterum) TRibunicia POTestate V. (Quintum) Caput Tiberii nudum, lævam versus, uti Tab. II. Num. 24. & 28.

PONTIFEX IMPERator III. (Tertium) Lituus, guttus & simpulum.

De *Sacerdotiis* ejus, horumque *symbolis* in præcedentibus dictum, tantummodo monemus ex titulo *Imperatoris* III. recte conjici, eundem post missionem *Tiberii ad res orientis componendas* fuisse conflatum, anno videlicet V. C. DCCLVII. Christi IV. Coss. *Sexto Ælio Cato* & *C. Sentio Saturnino.*

Morellius illum debet MStis *Goltzii.*

NUM. 10.

TIberius CAESAR AUGusti Filius TRIbunicia POTestate XV. (Decima Quinta) Caput Tiberii nudum, lævam versus, uti Tab. II. Num. 25.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii nudum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 19.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Hic repetenda sunt, quæ jam ad Num. 3. hujus Tabulæ observavimus. Hoc saltem addimus, quando *Tribuniciam Potestatem* XV. in nummo obsignatam reperimus, videri illum A. V. C. DCCLXVI. Christi vero XIII. fuisse cusum, & ad Triumphum de *Illyriis*, *Pannonibus*, *Dalmatis* & *Germanis*, quem superiori anno duxerat, spectare. Exstat cæteroquin ille hodie in *Thesauro Schwartzburgico*, & vulgatus jam olim est ab *J. Valente* in præstantioribuss aureis p. 44.

NUM. 11. & 12.

Caput Tiberii nudum, lævam versus, absque perigraphe.

Caput Regis Archelai nudum, pone impresso monogrammate exhibente initiales B· AP. *h. e.* Βασιλέως Ἀρχελάου, *Regis Archelai, infraque literis* G. K. T. *conspicuis, annum sine dubio designantibus.*

Archelaum, Cappadociæ Regem, Actiaci belli tempore contra Augustum pro Antonio stantem, sine dubio primum ipsi amicissimum, (2) postea vero a *Tiberio* in jus vocatum prodit *Dio*, Libro LVII. p. 614. in *Tiberio* scribens: Τὸν γὰρ δὴ Ἀρχέλαον τὸν τῆς Καππαδοκίας βασιλέα δι᾽ ὀργῆς σχών, ὅτι πρότερόν οἱ ὑποτεθωπευκὼς, ὥς τε καὶ συνηγόρῳ, ὅτε ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων κατηγορήθη, χρήσαιτο, μετὰ τοῦτ᾽ αὐτοῦ μὲν ἐς τὴν Ῥόδον ἐλθόντος ἠμέλησε, τὸν δὲ δὴ Γάιον ἐς τὴν Ἀσίαν ἐλθόντα ἐθεράπευσε· μετεπέμψατο, ὡς καὶ νεωτερίζοντά τι, καὶ τῇ τῆς γερουσίας ψήφῳ παρέδωκεν. *Cappadociæ Regem Archelaum, infensus ei, quia quum olim sibi is supplicasset, suoque patricinio fuisset usus, quum ab incolis apud Augustum accusaretur, Rhodi se neglexisset, at Cajum in Asiam venientem officiose coluisset; insimulatum quasi novis rebus studeret, evocavit Romam, ac Senatus judicio tradidit* (Pergit *Dio*) *hominem non senectute modo extrema, sed podagra etiam confectum vehementi, ac delirare creditum. Et quidem aliquando verè mente alienatus fuerat, ita ut tutor regno ejus ab Augusto tum datus fuerit. Tunc vero satis sanus, impotem se animi simulabat, saltem in hoc præsidium salutis quærens. Neque evitasset mortem, nisi quis mendax de ipso testimonium tulisset, dixisse Archelaum, ubi domum rediisset, ostensurum se Tiberio, nervos sibi esse. Eo dicto cum ingens risus excitatus esset, propterea, quod Archelaus non modo pedibus insistere, sed sedere nequiret, non amplius eum Tiberius necavit: qui & ipse tunc adeo malè affecto corpore erat, ut in lectica contecto in curiam illatus fuerit (concessus enim erat viris etiam harum usus, ut qui per valetudinem aliter non possent, eo modo in Senatum adveherentur, idque tum à Tiberio factum) prospectansque ex ea nonnulla disseruerit. Archelaus vero tum evitato periculo, nihilominus paulo post obiit. Ac inde Cappadocia quoque Romanorum juris effecta equitique regenda data.* *Suetonius* capite XXXVII. ita; *Quosdam* (Reges) *per blanditias atque promissa extractos ad se, non remisit; ut Marabodunm Germanum, Thrascipolim Thracem, Archelaum Cappadocem, cujus etiam regnum in formam provinciæ redegit.* Hujus Archelai, regno privati, mentionem quoque injiciunt *Eutropius* & *Suidas*. *Prior* Libro VIII. Cap. 6 ex vers. Gr. p. 107. Πολλοὺς γοῦν τῶν τῇ ἔθνη βασιλευόντων ἐξ ἀπάτης εἰς ἑαυτὸν καλῶν κατεῖχεν ἄκοντας· ὡς ΑΡΧΕΔΑΟΝ, τὸν Καππαδοκῶν βασιλέα, ὃν καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκβαλὼν, ἐπαρχίαν τε ἐποίησε τὸ ἔθνος, καὶ τὴν μεγίστην πόλιν ὀνόματι προσηγόρευσεν οἰκείῳ Καισάρειαν, Μάζακαν πρότερον καλουμένην. Posterior vero in *Tiberio*. Ἀλλ᾽ ἐπαρχίαν τὴν Καππαδοκίαν ἀπέφηνε, καὶ τὴν μεγίστην τῶν τῇδε πόλεων, Μάζακα ἔμπροσθεν ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ὀνομαζομένην, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ φέρειν τὴν προσηγορίαν ἐξέταξεν, ἥπερ δὴ καθ᾽ ἡμᾶς Καίσαρος ἐστὶν ἐπώνυμος. Paulo aliter *Tacitus* Libro II. *Annalium* p. m. 108. b. *Rex Archelaus quinquagesimum annum Cappadocia potiebatur, invisus Tiberio, quod eum Rhodi agentem, nullo officio coluisset. Nec id Archelaus per superbiam omiserat, sed ab intimis Augusti admonitus, quia florente C. Cæsare, missoque ad res Orientis, intuta Tiberii amicitia credebatur. Ut eversa Cæsarum sobole, imperium adeptus est, elicit Archelaum materis literis, quæ non dissimulatis filii offensionibus clementiam offerebat, si ad precandum veniret. Ille ignarus doli, vel si intelligere crederetur, vim metuens, in Urbem properat: exceptusque immiti à principe, & mox accusatus in Senatu, non ob crimina quæ fingebantur, sed angore, simul fessus senio, & quia Regibus æqua nedum infima insolita sunt, finem vitæ sponte an fato implevit. Regnum in Provinciam redactum est, fructibusque ejus levari posse centesimæ vectigal professus Cæsar, ducentesimam in posterum statuit.* Exstat hic ipse in *Thesauro Regio Versaliensi*.

NUM. 13.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii nudum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 19.

Pegasus alatus, sub quo Q. sine perigraphe.

Africæ symbolum cum sit *Pegasus*, in nummi adversa expressus, de quo videri potest *Goltzius*

(2) Ita ut ipsum quoque defenderit, de quo *Suetonius* Cap. VIII. in *Tiberio*: *Civilium officiorum rudimentis Regem Archelaum, Trallianos & Thessalos, varia quosque de causa, Augusto cognoscente, defendit.* Hujus & meminit *Dio* Lib. LVII. paucis verba supra adductis, & *Eusebius* in *Chronicis* & *Eccles. Histor.* Libro I. pluribusque *Josephus Antiquit.* Libro XVII. Cap. XI.

tzius in *Augusto* Tab. XXXV: dubium haud est, quin ille ipse cusus sit, *ed Provincia*, *Tacfarinatis Numidæ*, bellum ibidem molientis, morte pacata, & auxiliis *Ptolemæi* Regis per *Dolabellam*, Anno scilicet V. C. DCCLXXVII. Christi vero XXIV. indicetque bellum istud *Tiberii* auspiciis fuisse confectum, de quo *Vellejus* Lib. II: *Magni etiam terroris bellum Africum, & quotidiano auctu majus, auspiciis consiliisque ejus brevi sepultum est.* Paulo vero fusius id recenset *Tacitus* Libro II. *Annalium*, cujus ipsa adducemus verba: *Eodem anno cœptum in Africa bellum, duce hostium TACFARINATE. Is natione Numida, in castris Romanis auxiliariis stipendia meritus, mox desertor, vagos primum & latrociniis suetos ad prædam & raptus congregare, dein more militiæ per vexilla, & turmas componere, postremò non inconditæ turbæ, sed Musulanorum dux haberi. Valida ea gens, & solitudinibus Africæ propinqua, nullo etiam tum urbium cultu, cepit arma, Maurosque accolas in bellum traxit, Dux & his Mazippa, divisusque exercitus: ut TACFARINAS lectos viros & Romanum in modum armatos castris attineret, disciplinæ & imperiis suesceret: Mazippa levi cum copia, incendia & cædes, & terrorem circumferret. Compulerantque Cinithios, haut spernendam nationem, in eadem, cum FURIUS CAMILLUS, proconsul Africæ, legionem & quod sub signis sociorum, in unum conductos ad hostem duxit. Medicam manum, si multitudinem Numitarum atque Maurorum spectares, sed nihil æque cavebatur, quam ne bellum metu eluderent. Spe victoriæ induncti sunt, ut vincerentur. Igitur Legio in medio, leves cohortes duæque alæ in cornibus locantur. Nec Tacfarinas pugnam detrectavit. Fusi Numidæ, multosque post annos FURIO NOMINI partum decus militiæ. Nam post illum recuperatorem Urbis, filiumque ejus Camillum, penes alias familias imperatoria laus fuerat. Atque hic quem memoravimus, bellorum exper habebatur. Eo pronior TIBERIUS res gestas apud Senatum CELEBRAVIT & DECREVERE PATRES TRIUMPHALIA.* Vulgavit hunc rarionem quinarium *A. Rubenius* in *Nummis Arschotanis* Tab. XVII. Num. 4. *J. Valens* in præstantioribus aureis p. 46. *Joh. Hemelarius* in nummis aureis *Ducis Croyaci* Tab. IV. Num. 5. p. 15. *C. Mediobarbus* p. 63. ad *Valentem* provocans. *Morellius* ex MStis *Goltzianis*.

Num. 14.

TIberius DIVI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 16.

TRibunicia POTestate XVII. Victoria globo stellato sive cœlesti insidens, utraque manu palmam tenet vel coronam lauream, potius capiti Tiberii imponendam.

Facilis hujus *Quinarii* rarioris erit explicatio, si attendamus obsignatam in ejus adversa *Tribuniciam Potestatem* XVII. hoc est annum Imperii decimum septimum, uti supra jam observavimus. Novimus autem eam gestasse Anno DCCLXIX. Christi XVI. cùm *Germanicus* victoriam de *Cheruscis & Arminio* reportaret, Coss. T. *Statilio Tauro & Lucio Scribonio Libone.* (3) *Jo. Tristanus* arrogantiæ plenum emblema reputat, quasi Victoria nihil aliud habeat, quod agat in cælo, quam ut Tiberio coronas ad Triumphos nectat, debellatis tot hostibus ex re & vero meritas, quasique velit dicere, quod *Aristides* olim *in Panathen.* ex favore erga urbem *Athenas* perhibuit, *ut Orbis illi pro corona sit.* Quod *sphæræ cœlesti* insidet, *Hemelarius* interpretatur vel de *victoria cœlesti*, seu *cœlitus parta*, aut, ob illarum multitudinem, *cœlo terraque diffusam*, quodque *sedeat*, *non fugacem*, sed potius *duraturam*, *stabilemque.* Sistit hunc nummum ex *auro rarum* quinarium *J. Valens* in præstantioribus aureis p. 45. *Com. Mediobarbus* p. 64. minus tamen recte in *antica* TIB. pro TI. exhibet, & ad *Tristanum* provocans, male *Zonam* ambabus manibus tenere scribit, ut & *Tristanus* Tom. I. f. 160. qui pariter TIB. pro TI. in antica ejus communicat.

Exstat hodie in *Thesauro Versaliensi.*

Num. 15.

TIberius DIVI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

TRibunicia POTestate XX. Victoria globo insidens, utraque manu palmam tenet, vel coronam lauream.

Cum in antecedente *Tribunicia Potestas* XVII. legatur, hic XX. occurrit, nempe quam egit Anno V. C. DCCLXXII. Christi XIX. Consulibus *M. Junio Silano & L. Norbano Flacco*, quo & civitates Asiæ, terræ motu dirutas, restituit; Ut adeo videamus typum hunc ob præstantiam aliquoties fuisse repetitum.

Hodie visitur in *Thesauro Versaliensi Regio.*

Num. 16.

TIberius DIVI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 16.

TRibunicia POTestate XXII. Victoria globo cœlesti insidens utraque palmas, vel rectius coronam tenet lauream.

Nunc XXII. *Tribuniciam Potestatem* in nummo obsignatam attendimus, quam gessisse illum novimus A. V. C. DCCXXIV. Christi vero XXI. & sine dubio ob *victoriam de Treviris ac Æduis* per *C. Silium in Gallia* reportatam.

Commu-

(3) TIB. DIVI F. AUGUSTUS. L'effigie de Tibere. Au revers, une Victoire assise sur un globe estoilé, façonne une couronne de ses deux mains avec cette Inscription, TR. POT. XVII. cette medaille est un quinaire d'or.

Cette devise est fort superbe & magnifique. Car il semble qu'on ait voulu dire par cette invention, que la Déesse Victoire n'eust autre occupation dans les cieux, que l'employ de faire continuellement des couronnes de triomphe pour Tibere, tant pour le passé, que pour les victoires que les Dieux luy promettoient tant qu'il gouverneroit l'Empire Romain. En la verité qui fera reflexion sur ses anciens exploits executez sur les nations diverses, ausquelles il fut envoyé par Auguste, il confessera qu'il luy estoit deu beaucoup d'honneur pour la gloire qu'il y acquit, & pour les travaux, soins & veilles, qu'il employa avec autant ou plus de prudence & d'industrie, que de valeur & de courage: car il fut en la seule

Communicat hunc inter raros collocandum *Quinarium Jo. Valens* in præstantioribus aureis p. m. 45. *C. Mediobarbus* ex ipso p. 65.

NUM. 17.

TIberius DIVI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, Tab. I. Num. 16.

TRibunicia POTestate XXV. Victoria globo cœlesti insidens, utraque manu coronam tenet lauream.

Hanc *Tribuniciam Potestatem* XXV. in *Quinario* hoc *raro* obsignatam respicere *Victoriam de Tacfarinate* in *Africa*, auxiliis *Ptolemæi* per *Dolabellam* reportatam Anno V. C. scilicet DCCLXXVII. Christi vero XXIV. Coss. *Ser. Cornelio Cethego & L. Visellio Varrone*, dubium non est.

Communicat hunc rarum *Quinarium Joh. Valens* in *præstantioribus aureis* p. 45. *C. Mediobarbus* p. 65. qui tamen in antica TR. P. pro TR. POT. falso rescribit.

Hodie pars est *Thesauri Regii Versaliensis*, ac *Brandenburgici*, teste *Begero Thes. Brandenburgic.* Tab. II. pag. 613.

NUM. 18.

TIberius DIVI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 16.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 17.

TRibunicia POTestate XXVI. Victoria globo cœlesti insidens coronam lauream tenet.

Supra Num. 14. jam observavimus, *C. Mediobarbum* istud, quod manu tenet *Victoria*, *zonam*; alibi vero, nempe p. 66. & 67, quod nunc heic addimus, *corollam*, vel *corollas*; rursusque alio loco (pag. itidem 66.) cum *Hemelario sertum*, ac post iterum (pag. 66.) *lauream* vocare, *Paulus Pedrusius coronam* arbitratur; *Joh. Hemelarius diadema* interpretatur; *Jo. Valens palmam* utraque manu tenere scribit; *A. Rubenius* vero existimat, *velum* manu tenere, sive hoc sit *diadema*, ut in *L. Vero*, sive *Æternitatem* denotet *victoriarum Tiberii*, eo quod manibus illud contineat, ut *circulum quendam* efficiat, *fine carentem*. Nos, salva aliorum mente, ut hoc heic anticipemus; cum plures eodem hoc typo mox sequantur, arbitramur, *coronam lauream* tenere, quæ frequens alias in *Victoriæ* manibus esse aliis in nummis solet, *quamque* non solum *huic*, sed *futuris* ejus *victoriis* oblatura videtur, *eâque illas* coronatura, ac *victoriarum æternitatem* simul indicatura, adprecaturaque. Cæterum non dubium est, illum nummum, adhuc pertinere ad *victoriam de Tacfarinate* per *Dolabellam* in *Africa* reportatam, de quo *Tacitum* Num. præced. audivimus, anno Imperii XXVI. minimum percussum, quod adversa docet. Dedit jam hunc nummum in lucem *A. Rubenius* in nummis auctis *Arschotanis* Tab. XVII. (non XVI. uti *Mediobarbus* p. 66. habet) Num. 5. & 6. *L. Begerus* Tab. II. *Thesauri Brandenburgic.* p. 611. *C. Mediobarbus* p. 66. qui h. l. iterum *zonam* tenere scribit. *Paulus Pedrusius* in Nummis aureis *Musei Farnesiani* seu *Ducis Parmæ* Tab. III. Num. 6. p. 52. *Joh. Hemelarius* in nummis aureis *Ducis Croyaci* Tab. IV. Num. 6. p. 16.

NUM. 19.

TIberius DIVI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 16.

TRibunicia POTestate XXVIII. Victoria globo cœlesti insidens, coronam lauream manu utraque tenet.

Quando *Tribuniciam Potestatem* XXVIII. in nummo obsignatam denuo obviam habemus, persuademur illum boni ominis ergo *Tiberio* percussum fuisse, cum A. V. C. DCCLXXIX. Christi vero XXVI. *Tiberius* in *Campaniam* secederet, Coss. *Corn. Lentulo Getulico & C. Calvisio Sabino*. Sistit hunc nummum *C. Mediobarbus* p. 66. qui tamen Victoriam heic dextra *corollam* tenere affirmat, cum potius utraque *lauream* teneat *coronam*.

NUM. 20.

TIberius DIVI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 16.

TRibunicia POTestate XXX. Victoria globo cœlesti insidens, utraque manu coronam sustinet lauream.

Hunc nummum, cum *Tribuniciam Potestatem* XXX. *Tiberii* præ se ferat, Anno V. C. DCCLXXXI. Christi XXVIII. fuisse conflatum, vero admodum videtur simile. *Ap.* scilicet *Junio Silano & P. Silio Nerva* Consulibus, typo sine dubio toties repetito, quod eo magis placeret, & *victoriarum spem sustentaret*.

Communicat & hunc nummum *C. Mediobarbus* p. 66.

seule Germanie neuf fois; esquels voyages il se vantoit luymesme avoir mis fin à plus de choses d'importance par sa prudence que par la force, *plura consilio quam vi perfecisse*, on peut dire avant de ce qu'il executa en Armenie. Mais pour les advantages qu'il obtint en plusieurs endroits souz son Empire, les couronnes luy en furent acquises par la valeur & conduite plus prudente de Germanicus, Blæsus, & autres. Enfin cette couronne que la Déesse Victoire luy compose, semble vouloir dire que la conqueste du monde entier luy serviroit de couronne, *ut orbis illi pro corona capitis sit aliquando*, comme dit elegamment Aristides en sa Panathen. en faveur de la ville d'Athenes. *TRISTANUS.* Tom. I. p. 160.

p. 66. in eo tamen errans, quod, *fertum Victoriam manu tenere*, scribat.

NUM. 21.

TIberius DIVI Filius AUGUSTUS. Caput TIberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 16.

TRibunicia POTestate XXXI. Victoria globo cœlesti insidens, utraque manu coronam tenet lauream.

Eodem fine, quem in præcedenti Numero jam notavimus, & hoc Anno V. C. DCCLXXXII. Christi vero XXIX. quinarium hunc fuisse cusum, omnino arbitrari licet, quo ipso & *Livia* fuit demortua. Vulgavit & jam hunc nummum *C. Mediobarbus*, qui tamen *argenteum* adnotavit, cum *aureus* sit, nisi forte sit *typothetæ* error.

NUM. 22.

TIberius DIVI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 16.

TRibunicia POTestate XXXII. Victoria globo cœlesti insidens, utraque manu coronam tenet lauream.

Nondum finis est quinariorum, eodem typo percussorum, offerturque jam nobis alius, qui *Tribuniciam Potestatem* XXXIII. obsignatam ostendit, simulque facit, ut eundem A. V. C. DCCLXXXIII. Christi vero XXX. conflatum esse, conjiciamus. Asservatur singularis raritatis hic ipse nummus non solum in *Thesauro Regio Versaliensi*, sed & *Schwartzburgico*.

NUM. 23.

TIberius DIVI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, Tab. I. Num. 16.

TRibunicia POTestate XXXIV. Victoria globo cœlesti insidens, coronam utraque tenet lauream.

Mire placuisse hunc typum, toties repetitus videtur id satis indicare. Ut ergo eundem & Anno V. C. DCCLXXXV. Christi vero XXXII. incudem subiisse, hoc nostro doceamur, Consulibus tunc *Cn. Domitio Ænobarbo*, & *A. Vitellio*. Vulgavit eundem jam *C. Mediobarbus* p. 67. in eo errans tamen, quod Victoriam dextra corollas tenere, scribat, cum utraque tamen, uti adspectus docet, coronam teneat lauream.

NUM. 24.

TIberius DIVI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 16.

vel

TIberius CAESAR DIVI Filius AUGustus.

TRibunicia POTestate XXXV. Victoria globo cœlesti insidens, utraque manu coronam tenet lauream.

Hunc A. V. C. DCCLXXXVI. Christi vero XXXIII. fuisse cusum ex perigraphe utriusque lateris patet. Sistit illum *C. Mediobarbus* pag. 67. ex *Museo Ruzino J. C. Bon.*

NUMIS-

NUMISMATA ARGENTEA
MAJORIS ET MINORIS MODULI.

NUM. 25. & 26.

ΤΙΒΕΡΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΠΙ ΛΑΧΗΤΙ, hoc eſt, (*TIBERIO CAESARI AUGUSTO, SUB LACHETE, PROCONSULE.*) *Caput Tiberii laureatum, lævam verſus.*

ΣΥΝΚΛΗΤΩ ΚΡΗΤΕΣ ΚΥΔΩΝΕΑΤΩΝ. intellige ἀνέθηκαν. (*SENATUI CRETES CYDONEATAE* ſcilicet *poſuere,*) *Caput Senatus barbatum ac velatum,*

Hunc nummum *maximi moduli* argenteum rariſſimum *Cydonia Tiberio Cæſari Auguſto* , *cujus* effigies in *antica* conſpicitur, itemque *Senatui Romano*, quem in *poſtica* ſub *Senis barbati* ac *velati capite* (*Sacri Romanorum Senatus* inſigni) depictum offendimus ; gratias actura, gratiamque illorum captura pro tam *æquo judicio*, quod *Cæſium Cordum*, ante Cretæ Inſulæ ProConſulem, per *Ancharium Priſcum*, eorum nomine accuſatum, de repetundis condemnaverint, & exactam ab eo pecuniam ſibi reſtituerint, ſub *Lachete, ProConſule* ſuo novo, percuſſit. De *Cydonia* vero ipſa ita *Stephanus Byzantinus* p. 485 : Κυδωνία, πόλις Κρήτης, ἡ πρότερον Ἀπολλωνία· ἀπὸ Κύδωνος τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀκακαλλίδος τῆς Μίνωος θυγατρός· ὁ πολίτης, Κυδωνιάτης, καὶ Κύδων, καὶ Κυδώνιος καὶ Κυδωναῖος, καὶ Κυδωνὶς θηλυκῶς, καὶ Κυδωνικὸς ἀνήρ. *Cydonia urbs Cretæ, prius Apollonia dicta, Nomen habet ab Apollinis filio Cydone, & Acacallidis Minois filia. Civis, Cydoniata & Cydon, & Cydonius & Cydonæus, & Cydonis genere fœminino, & vir Cydonicus.* Hanc ejus originem firmat & *Scholiaſta* ad Librum IV. *Apoll. Rhodii* : Ἀλέξανδρος δὲ ἐν πρώτῳ Κρητικῶν τῇ Ἀκακαλλίδι συνελθεῖν φησι τὸν Ἑρμῆν καὶ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ ἐκ μὲν Ἀπόλλωνος, γενέσθαι Νάξον· ἐκ δὲ Ἑρμοῦ, Κύδωνα ἀφ᾽ οὗ ἡ πόλις Κυδωνία, καλεῖται ἐν Κρήτῃ. *Strabo* Libro X. eandem unam ex tribus clariſſimis urbibus *Cretæ* nominat : Πόλεις εἰσὶν ἐν τῇ Κρήτῃ πλείους μὲν, μέγισται δὲ καὶ ἐπιφανέσταται τρεῖς, Κνωσσὸς, Γόρτυνα, Κυδωνία. *Urbes quidem plures ſunt in Creta, tres autem maximæ clariſſimæque, Cnoſſus, Gortyna, Cydonia. Diodorus Siculus* Libro V. Cap. 79 : Κυδωνία ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν κεκλιμένοις τόποις. *Cydonia in partibus Inſulæ ad occaſum vergentibus.* Et *Scylax* portus ejus quoque meminit : Κυδωνία καὶ λιμὴν κλειστὸς πρὸς βορέαν. *Cydonia cum portu clauſo, ad boream.* Hanc urbem *Auguſtum* Imperatorem, *libertate* quoque *donâſſe*, pro præſtitis auxiliis, *Dio* Libro LI. p. 443. refert, ſcribens : Κυδωνεάτας τε καὶ Λαμπαίους ἐλευθέρους ἀφῆκεν, ὅτι τινὰ αὐτῷ συνήραντο. *Cydoniis ac Lampæis libertatem dedit præſtiti ſibi auxilii cauſa. Livius* quoque Libro XXXVII. belli, quod geſſit, meminit : *Cydoniatæ bellum adverſus Gortynios Gnoſſiosque gerebant. Mela* iſtam *Cydoniam* nominat ; *Plinius* vero duabus tantum ſyllabis *Cydon*. Multorum conjectura hodie *Canea* eſt. Apud Poëtas non ignota ſunt Cydonia ſpicula & Cydoneæ pharetræ, veluti apud *Ovidium* in *Metam*:

— — *Cydonio fundebat ſpicula cornu.*

Itemque *Virgil* Ecloga X.

— — *Libet Partho torquere Cydonia cornu*
Spicula

Rurſusque apud *Ovid.* Met. 8.

Armaque, equoſque, habituſque, Cydoneaſque pharetras
Noverat.

Nec non *Mella Cydonia* ; De quibus *Martialis* XIII. 24.

Si tibi Cecronio ſaturata Cydonia melle
Ponentur, dicas hæc melimela licet.

Sane *Cretæ* urbem eſſe verbum Κρήτης nummo corroborat. *Gentile* vero eſſe Κυδωνιάτης, iterum vox Κυδωνιάτων in *nummo* non ſolum *noſtro*, ſed & Κυδωνιατᾶν in *nummo* apud *Goltzium*, & in nummis *Auguſti* & *Claudii* obvia ſatis docent. Reliqua forte huc dicenda in ſequentem Num. reſervamus. Vulgavit jam eundem *J. Valens* in præſtantioribus argenteis p. 47. & 48. *A. Morellius* in *Nummis Conſularibus* ſub *Familia Cornelia* Tab. VII. Num. 5. qui tamen *anticam*, *Tiberii* caput referentem, his literis circumſcriptam dedit : ΤΙΒΕΡΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΠΙ ΚΟΡ. ΛΥ. propterea que & *Familiæ Corneliæ* eundem intulit, ſed an hac cum antica reperiatur, dicere non habemus; arbitramur potius, hanc *anticam*, quæ ad *ſequentem* potius *nummum* ſpectat, incuria ejus vel ſculptoris irrepſiſſe. *Harduinus* in *nummis antiquis* Populorum & Urbium p. 263. qui tamen pro ΛΑΧΗΤ. & ΚΥΔΩΝΙΑΤΩΝ in nummo minus recte reperiat ΛΑΧΗΤΙ & ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ.

Num. 27. & 28.

ΤΙΒΕΡΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΠΙ ΚΟΡνηλίου Λύπου, hoc est, (*TIBERIO CAESARI AUGUSTO SUB CORNELIO LUPO, PROCONSULE.*) *Caput Tiberii laureatum, lævam versus.*

ΣΥΝΚΛΗΤΩ ΚΡΗΤΕΣ ΚΥΔωνεάται scilicet ἀνέθηκαν. (*SENATUI CRETES CYDONEATAE* scil. *posuere.*) *Caput Senatus barbatum senile ac velatum.*

Eundem finem & hunc rarissimum maximi moduli nummum cum præcedente habere, iidem typi ab utraque parte impressi adjectæque propemodum eædem literæ, satis evincunt. Gratias scilicet agit denuo *Cydonia* gratiæ simul auram captans pro magno sibi præstito beneficio, in condemnato videlicet de repetundis *Cæsio Cordo*, redditaque sibi, quam exegerat ab ipsa, pecunia. Et sicuti in antecedente nummo id fecerant jam sub *Lachete* Prætore, idem, quo beneficii magis memores videantur, sub *Cornelio Lupo* Proconsule nunc repetunt. Hunc *Harduinus* & *Valens* existimant esse illum, quem *P. Suillii* dolo circumventum sub *Claudio Tacitus* refert Libro XIII. *Annal.* quem & Quæstorem antea, quanquam tacito viri nomine à *Tiberio* ipso Cretæ præfectum *Dio* tradit Libro LVII: τότε καὶ ἡ Κρήτη, τοῦ ἄρχοντος αὐτῆς ἀποθανόντος, τῷ τε ταμιείᾳ καὶ τῷ παρέδρῳ αὐτοῦ τὸν λοιπὸν χρόνον προσετάχθη. *Creta, Præfecto vita functo, Quæstori & Legato in reliquum tempus mandata.* Appellari etiam *Lupum* à *Seneca* in Apocolocyntosi, Claudii amicum & Consularem. Præterea cum Senatus vulgo Sacer audiat, item Θεὸς σύγκλητος, ἱερὰ σύγκλητος, propterea velum caput ejus tegit, quod Divinitatis symbolum est, quo honore & Senatum veneratur *Claudianus* in *Sexto Honorii Consulatu*:

En quales memini, Turba verenda, Deos.

Probeque observat *Harduinus*, quod, sicuti Cydoneatæ hic nummum suum Cæsari Tiberio ac Senatui dicarunt, ita *Justinus Martyr* Apologiam alteram Cæsari *Antonino Pio* ac Senatui inscripserit: Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ, Ἀντωνίνῳ Εὐσεβεῖ Σεβαστῷ Καίσαρι . . . . ἱερᾷ τε Συγκλήτῳ καὶ Δήμῳ παντὶ Ῥωμαίων. *Imperatori Tito Ælio Hadriano Antonino Pio Augusto Cæsari . . . . . Sacroque Senatui & Populo Romano universo.* De laudibus Insulæ Cretæ, cujus una ex maximis & ditissimis hæc ipsa erat urbs Cydonia, multum legas apud Autores, præsertim *Aristotelem*, qui eam *Polit.* Lib. II. Cap. 8. ad Principatum totius Græciæ dicit natam & sitam, quippe quæ omnibus Ægæi maris insulis imminet, & tum Asiæ tum Europæ continenti vicina est. De iis quoque *Virgilius* Æneid. Lib. III. ita:

Creta Jovis magni medio jacet insula Ponto,
Mons Idæus ubi & gentis cunabula nostræ,
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.

Vulgavit jam hunc nummum *J. Valens* in Nummis præstantioribus argenteis p. 47. modo quod pro ΑΤ, nescio quam recte, ΑΤΠΟ sistat. *A. Morellius* in *Nummis Consularibus* sub *Famil. Cornelia* Tab. VII. Num. 5. *J. Harduinus* in *Nummis Pop. & Urb.* p. 264. qui tamen iterum pro ΑΤ. ΑΤΠΟΥ, & pro ΚΥΔ. in adversa ΚΥ. saltem exhibet.

Num. 29. & 30.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, ut in præcedente.

Caput hoc *Tiberii*, quod suprà jam Tab. I. Num. 17. explicatum dedimus, ab altera parte sine dubio *errore monetarii* repetitum fuit, & cum hoc singulare quid & rarius inventu sit, præsertim in *argenteis*, visum est, huic nummo *primas* inter *argenteos* adsignare. Possedit hunc nummum *Ill. Marchio de Seignelay.*

Num. 31.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii lauredtum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 17.

vel

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATOR. Caput Tiberii nudum, lævam versus, uti Tab. III. Num. 74.

PONTIFex MAXIMus. Figura muliebris sedens, dextra hastam puram, læva lauri ramusculum tenet.

Quæ ad explicationem hujus nummi pertinent, ea jam supra Tabula hac ipsa IV. Num. 1. adlata sunt, quorsum Benevolum Lectorem remissum cupimus, modo hoc monentes, quod ob typi præstantiam non solum ex auro, sed & ex argento, & ex hoc quidem in magna copia percussus fuerit, ita ut eorundem 12, iique plurimi subærati in *Thesauro* saltem exstent *Schwartzburgico*; dehinc, quod communiter pro *illo* venditetur, quem *Christus*, *postulans numisma Imperatoris à Judæis*, *acceperit*. Hinc ita *Caspar Waserus* in Libro suo de *Nummis Ebraicis* p. 103: *Atque hac omnino ratione æstimari debet celebris ille denarius Cæsarianus, qui Domino in ancipiti illa quæstione, An liceat censum Cæsari dare, à Pharisæorum emissariis, & Herodianis, missis de Schola sectaque sua discipulis, quasi ignotis, ut facilius deciperent, & deprehensi minus erubescerent, pro numismate census fuit prolatus; qui quod drachmam Atticam pondere (id enim Plinius* expresse docet, Libro XXI. Cap. ultimo) *æquaret; ad eos*-

dem

dem ſuperiores denos crucigeros Germanicos, ſive 6. *aſſes* 8. *obolos noſtrates poteſt reduci: niſi ad ſesquibatzium & ſesqui obolum juxta Budæi computum, reducere malimus. Quod Tributum exiguum admodum fuiſſe, nemo debet mirari: ſiquidem non tam ratione ponderis & valoris, quam formæ potius, Cæſar nummum iſtum in tributo tunc temporis exigebat, nimirum vultu & nomine ſuo inſignitum. Nam ut in operibus omnibus publicis ſui nominis Inſcriptionem Cæſares affectarunt, vel Marco J. C. teſte: ſic in moneta inprimis publica caput ſuum cum ornamentis Imperatoris ſuaque geſta & dignitatum memoriam conſpici voluerunt: idque præſertim in tributo à provinciis, ac proinde etiam à Judæa, accipiendo, ſtrictiſſime ſervarunt, ut hic Evangeliſtarum locus evidentiſſime oſtendit. Adeoque manſit ea conſuetudo apud Romanos Principes integra & diuturna, ut etiam viribus ſuis acciſis, & Imperio declinante, hanc majeſtatis ſuæ ſignificationem nollent remittere. Unde vel eo gravius fuit Judæis tributum Romanis pendere, quod ultra diſpendium argenti, Cæſaris etiam imaginem conquirere, manibus contrectare, atque adeo illi adferre cogerentur: quum memores ipſi divinæ legis omne ſculptile, omnemque imaginem deteſtarentur, ut dictum ſupra.* Impenſè ergo fallitur *Cæſar Baronius* qui T. I. *Annal.* Chriſti XXXIV: *Moris fuit apud Romanos, ut numiſmata, pro ratione tributi, vel cenſus, ab Imperatoribus cuderentur, nec uno ſemper modo eadem permanerent; ſed Numiſmata tributorum à cæteris uſualis pecuniæ nummis in eo differrent, quod iſtorum pretium ſemper idem eſſet; Numiſmata vero cenſus vel tributi, cum tributi mutaretur qualitas eadem ad rationem tributi, recens formarentur.* Quem rectè propterea caſtigat *Iſaacus Caſaubonus* in Exercitat. XVI. ad *Annal. Baronii* pag. 400: *Nam quum vario*, ſcribens, *& multiplici genere nummorum Judæi tum uterentur; propriorum gentis ſuæ, vicinarum regionum, & Romanorum, nullum eſt dubium, quin tributum, quod Cæſari pendebatur, in pecunia Romana exigeretur, non Judaica, aut quavis alia. Dominus igitur Numiſma cenſus appellat non certum genus numiſmatis, quo ſolo tributa ſolverentur: ſed pecuniam Romanam, quæ ſola ab exactoribus ejus tributi accipiebatur. Denarius autem Chriſto oſtenditur, velut in exemplum pecuniæ Romanæ, & tàm denarii quàm alii nummi dici poterant Numiſmati cenſus.* Neque quidquam efficiunt *Heſychii* verba: Κένσος, εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον, *Cenſus, genus numiſmatis, capitatio*; neque *Lampridii in Alexandro: Vectigalia publica ita contraxit, ut qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partem aurei præſtarent. Tuncque primùm Semiſſes aureorum formati ſunt & Tremiſſes; dicente Alexandro, etiam Quartarios futuros, quod minus non poſſet. Quos etiam formatos in moneta detinuit, exſpectans, ut ſi vectigal contrahere potuiſſet eos ederet:* cum *ille* vocem explanet, non monetæ genus deſcribat; *hic* ſummam tributi, non ſpeciem numiſmatis definiat. Hinc recte *Juſtus Lipſius* Libro II. Cap. 3. de *magnitudine Romana* p. m. 52: *Quod ſi quis pertendit, nummos pro modo Tributi ita cuſos: ubi igitur illi ſunt? cur prægrandes aliqui non exſtant? Denique ſtatim infinitos cuſos oportuit, ad penſiones totius orbis. Nihil eſt.* In publicum eundem jam emiſerunt illum ubivis alias obvium *G. Mediobarbus* p. 64. *Occo* pag. 86. *Carolus Patinus* in *Catal.* nummorum argent. *Petr. Mauroceni* p. 21. *Joach Udanus* in *potentia Romana* Tab. V. Num. 6. & 7. p. 46. & 47. *Jacobus Oiſelius* in *Theſ. Numiſm.* Tab. II. Num. 6. & 7. p. 8. & 9. *Caſpar. Waſerus* in *nummis antiquis Ebraicis, Chaldæis & Syris* Num. 32. p. 103. *Marquardus Freherus* in Diſſertatione de *Numiſmate Cenſus*, *Heidelbergæ* 1599. edita 4to. *M. Joh. Nicol. Schuling* in Diſputat. *Witteb.* 1685. impreſſa de *Numiſmate Cenſus* ad locum *Matth.* XXII. verſ. 19. 4to.

NUM. 32.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum dextram verſus, uti Tab. I. Num. 17.

TRibunicia POTeſtate XVI. (Decimum Sextum) IMPerii VII. (Septimum) Imperator Triumphantis habitu in Quadrigis Triumphalibus dextra lauri ramum, ſiniſtra ſceptrum eburneum in aquilam deſinens tenens.

E*undem typum* ſupra hac ipſa Tabula in aureis Num 5. vidimus, jam ex *argento* quoque ob *typi præſtantium* occurrit. Et cum *metallo* ſaltem ab iſto ſuperiori diſcrepet, non eſt, quod amplius aliquid explicationi adjiciamus, monentes ſaltem, quod iſtum triumphandi ritum, tenendi ſcilicet manu *ſceptrum eburneum*, quod in *aquilam* deſinit, *Juvenalis* Satyra X. jum tangat canens:

Da nunc & volucrem ſceptro quæ ſurgit eburno.

Siſtit & illum non obvium Denarium *J. Valens* in præſtantioribus argenteis p. 45. *C. Mediobarbus* p. 63. *Angelonus* f. 39. Num 1. & 2.

NUM. 33.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum lævam verſus, uti Tab. I. Num. 17.

TRibunecia POTeſtate XVII. (Decimum Septimum) IMPerii VII. (Septimum) Tiberius in Quadrigis triumphalibus ſceptrum Conſulare læva & lauri ramum dextra tenet.

Eodem typo obſignatum nummum, & quid iſte velit, hac Tabula Num. 6. jam vidimus. Nihil addimus, præter quod eundem jam vulgaverit *Joh. Valens* in præſtantioribus argenteis p. 45. *Com. Jac. Zarabella* in *Aula Heroum* ſcilicet in *Faſtis Roman.* p. 116. ad A. V. C. DCCLXVII. Chriſti XVI. *C. Mediobarbus.* p. 64.

Hodieque exſtat in *Theſauro Schwartzburgico.*

NUM.

(4) Non magis hic eſt obvius quam qui præceſſit. Servatur & in *Muſeo noſtro.*

Num. 34.

Tiberius CAESAR. Tiberius in Quadrigis Triumphalibus dextra lauri ramum, sinistra sceptrum Consulare tenet.

Dubium non est, quin ad istum Tiberii Triumphum spectet, quem A. V. C. DCCLXV. Christi XII. egit. Miramur ergo cur *Mediobarbus* eundem ad annum DCCVII. Christi IV. retulerit, quo nullum plane egisse novimus. Sane eodem plane modo in quadrigis Triumphalibus comparet, ac in praecedentibus duobus nummis, ut vel exinde idem percussionis tempus hariolari liceat.

Vulgavit jam illum *C. Mediobarbus* p. 61. & ex *R. P. Francisci Mariæ Minii*, Clericis minoribus Bononiensibus Præpositi, Gazophylacio eundem communicat; modo observamus, quod minus recte *dextra habenas, sinistra scuticam* Imperatorem in curru triumphali tenere, scribat.

Num. 35. & 36.

Caput Tiberii laureatum, lævam versus, absque perigraphe.

ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΠΥΘΟΔΩΡΙΣ ΚΟΤΥΟΣ, (*REGINA PYTHODORIS, COTYOS* scilic. *Uxor,*) *Libra æquis lancibus.*

Cotyos Thraciæ Regis, hujus nominis V.ti, (ad quem *Ovidius* Eleg. 9. Lib. III. de Ponto scripsit, exsul videlicet in ejus regno,

Regia progenies, cui nobilitatis origo
Nomen in Eumolpi pervenit usque Coty.)

uxoris, Pythodoridis, nummum accipimus, de qua *Tacitus* Libro II. *Annalium* Cap. 67.: *Igitur Rhescuporim quoque Thraciæ Regem astu adgreditur. Omnem eam nationem Rhœmetalces tenuerat. Quo defuncto, Augustus partem Thracum Rescuporidi fratri ejus, partem filio Cotyi permisit. In ea divisione arva & urbes & vicina Græcis Cotyi, quod incultum, ferox, adnexum hostibus Rhescuporidi cessit. Ipsorumque Regum ingenia, illi mite & amœnum; huic atrox, avidum & societatis impatiens erat, & primo subdola concordia egere. Mox Rhescuporis egredi fines, vertere in se Cotyi data, & resistenti vim facere, cunctanter sub Augusto, quem auctorem utriusque regni, si sperneretur, vindicem metuebat. Enim vero audita mutatione Principis immittere latronum globos, exscindere castella, causas bello.* Pergit dehinc enarrare *Tacitus*, qua ratione Tiberii studio tentata fuerit eorum reconciliatio, & ab utrisque amplexa, sed instituto ob eandem convivio, in ipso Cotyn à Rhescuporide catenis oneratum fuisse, cumque ejus rationem coram Tiberio & Senatu reddere teneretur, occidisse Cotyn, captum vero postea & ipsum per Flaccum, Cæsarique, ut de ipso sumeret supplicium, transmissum: *Pomponium Flaccum*, pergit, *veterem stipendiis, & arcta cum Rege amicitia, eoque accomodatiorem ad fallendum, ob id maxime Mœsiæ præfecit. Flaccus in Thraciam transgressus, per ingentia promissa, quamvis ambiguum & scelera sua reputantem, perpulit, ut præsidia Romana intraret. Circumdata hinc Regi, specie honoris, valida manus, tribunique & centuriones monendo, suadendo, & quando longius abscedebat, apertiore custodia, postremo gnarum necessitatis in Urbem traxere. Accusatus in SENATU ab UXORE COTYIS damnatur, ut procul regno teneretur. Thracia in Rhœmetalcen filium, quem paternis consiliis adversatum, constabat, inque LIBEROS COTYIS dividitur; iisque nondum adultis Trebellienus Rufus Prætura functus datur, qui regnum interim tractaret, exemplo, quo majores M. Lepidum Ptolemæi liberis tutorum, in Ægyptum miserant. Rhescuporis Alexandriam devectus, atque illic fugam tentans, an ficto crimine, interficitur.* Hucusque *Tacitus*. Ut videamus ergo, hanc Pythodorin Reginam, Polemonis Ponti Regis & Pythodoridis filiam, (cujus *Strabo* Libro XI. meminit,) & Cotyis uxorem, marito à Rhescuporide fraudulenter occiso, Tiberio hoc nummo, post mortem mariti, publicas veluti gratias decernere, quod ipsum in judicium coram Senatu frequenti traxerit: illumque, regno exutum, Alexandriam; fugâque frustra & ibidem tentata, ad mortem condemnaverit, cujus justitiæ ex debito administratæ memoriam, (5) bilancis signo in nummo videtur æternitati commendasse. Hunc nummum præstantissimum rarissimumque luci jam exposuere *J. Valens* in præstantioribus argenteis p. 48. *A. Morellius* in *Specimine Lipsiensi* Tab. VIII. Num. 3. p. 96. *Seguinus* in *Selectis Numism.* p. 45. & in priori editione 1666. pag. 38. qui tamen in suo tantum legere voluit: ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΠΥΘΟ . . . . ΤΟΣ, qui resarciri hinc eundem posse, credidit, legendo: ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΠΥΘΩ vel ΠΥΘΟΝΙΚΗ, aut etiam: ΠΥΘΟΔΩΡΙΣ ΚΟΤΥΟΣ, in quibus tamen ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΠΥΤΟΔΩΡΙΣ supra reliquas, & recte, arrisit. Is exstat hodie in *Thesauro Regio Versaliensi*.

Num. 37. & 38.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Tiberii laureatum, lævam versus.*

ΘΕΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ (*DIVI AUGUSTI FILIUS.*) *Statua monti Argæo imposita.*

Supra Num. 11. & 12. ex *Dione* & *Tacito* pluribus corroboravimus, qua ratione *Archelaus*, *Cappadociæ Rex*, accitus à *Tiberio* ac duriter habitus fuerit, eoque, præ angore animi, sine prole demortuo, in provinciæ formam istud regnum Anno DCCLXXV. redactum fuerit. Siquidem id clare adstruit *Tacitus* Libro II. Annal: *At Cappadoces in formam provinciæ redacti, Q. Veranium Legatum accepere. Et quædam ex regiis tributis deminuta, quo mitius Romanum Imperium speraretur. Cappadoces* ergo Tiberii temporibus sub Romanorum potentiam

(5) Frivola hæc est interpretatio, nam & in aliorum ejus tractus Regulorum nummis id Symbolum invenitur. De quo ut & de ipsa hac Regina, plura cognoscere qui velit, adeat Tom. II. *Histor. Universalis*, quam IV. Voluminibus patria lingua in publicum emisimus, sive *Thesaurum Regium*, ubi de *Thraciæ Regibus* ex professo egimus. *S. HAVERCAMP.*

potentiam redacti, gratiasque acturi pro *deminutis regiis tributis*, nummum huncce fignarunt, hodie rariorem, *ſtatuam Tiberii radiato capite*, veluti Deum, in *montium ſuarum* (*Strabonis* teſtimonio) *altiſſimo*, *Argæo*, non ſolum ſtatuentes, ſed & *DIVI AUGuſti Filii* elogio eundem mactantes. Miramur proinde, qui *A. Morellius* ſcribere potuerit, in *Specimine Lipſienſi* p. 98 : *Statua monti impoſita radiato capite ſpectatur, quod conſecrationis, ſeu divinitatis ſignum eſt. Hinc ſuſpicor, eſſe AUGUSTI EFFIGIEM, præſertim quum Inſcriptio Tiberium, ejuſdem Filium, nominet : Si quis autem contendere velit, ſtatuam eſſe ipſius Tiberii, non repugnabo.* Benè poſterius! Nam ex *ipſa* potius *Inſcriptione* concluſio eſt facilis, non *Auguſti*, ſed *Tiberii* eſſe ſtatuam, quod *Divi Auguſti Filius* ſalutetur. Nunc vero, quando de *autoribus nummi* inſtituitur quæſtio, proclivis erit deciſio, eoſdem nullos alios eſſe, quam *Mazæ*, poſtea *Mazacæ*, (4) prius *Euſebiæ*, (5) poſtea vero *Cæſareæ*, cognomento magnæ, hodie *Tiſanæ*, & *Caiſar*, teſte *Nigro*, dictæ, (6) hocque ultimo nomine à *Juliano Apoſtata* privatæ, quod iſta urbs ſub Argæo, altiſſimo, ut diximus, Cappadociæ monte, ad *Melam* fluvium fuerit ſita, ex quo communiſſima ejus denominatio in nummis : ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΑΡΓΑΙΩ. Et, cum ibidem Archiepiſcopalis exſtiterit ſedes, eidem *D. Baſilius Magnus* præfuit. Sed uti certo certius eſt, quod ipſa ſub Argæo monte fuerit ſita, docente id *Plinio* Libro VI. Cap. 3 : *Sub monte Argæo Mazaca, quæ nunc Cæſarea nominatur*; ita iſtud in obſcuro magis, quando *hoc nomen ejus* immutatum. A *Cajo Julio Cæſare* id factum eſſe, atteſtatur *Juſtinianus*, Novell. XXX. de *Cappadocia*, itemque *Conſtantinus Porphyrogenneta* Libro I. de *Them.* Cap. II. pag. 16. ſcribens: Καισάρεια μητρόπολις, ἡ ἀπὸ τοῦ μεγάλου Καίσαρος Ἰουλίου ὀνομασμένη, ἥτις πρότερον ἐκαλεῖτο Μάζακα ἀπὸ Μοσὼχ τοῦ τῶν Καππαδόκων ἀρχηγοῦ, cuique ſententiæ patrocinatur nummus ab *Occone* p. 28. exhibitus, in cujus antica : Αὐτοκ. Ἀντώνιος οἰωνιστὴς τριῶν ἀνδρῶν. *Imperator Antonius Augur Triumvir.* In poſtica verò: Καισαρείας μητροπόλεως. Sub *Auguſto* id contigiſſe, arbitratus eſt *R. Pater du Molinet*, de quo *Morellius* in *Specimine* p. 97 : *Appellationem ſub ARCHELAO REGE mutâſſe, in AUGUSTI gratiam, quod eundem Armenia minori donaſſet, etſi in bello Actiaco à partibus Antonii ſteterat, docuit me R. P. du Molinet, Canonicus Regularis D. Auguſtini in ædibus S. Genovefæ Pariſiis, vir æterna memoria dignus, & candore ac vitæ ſanctimonia inſignis.* A *Claudio* rurſus *Cæſare*, hoc fuiſſe factum, tradunt *Nicephorus Calliſtus* Libro X. *Hiſtor. Eccleſ.* Cap. 15. *Sozomenus* Libro V. Cap. 4. & *Caſſiodorus* Libro VI. *Hiſtor. Tripart.* Cap. 4. hiſce : *Ea quoque tempeſtate Cæſaream Cappadociæ maximam & feliciſſimam civitatem ita vocari prohibuit*, (Julianus) *eique antiquam Cæſaris appellationem abrogavit, quam à Claudio Cæſare promeruerat*; A *Tiberio* vero præter *Suidam*, (7) & *Hieronymum*, (8) etiam *Eutropius* Græcus Libro VIII. Cap. 6 : Πολλοὺς γοῦν τῶν κατὰ ἔθνη βασιλευόντων ἐξ ἀπάτης εἰς ἑαυτὸν καλῶν κατεῖχεν ἄκοντας· ὡς Ἀρχέλαον Καππαδόκων βασιλέα, ὃν καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκβαλὼν, ἐπαρχίαν τε ἐποίησε τὸ ἔθνος, καὶ τὴν μεγίστην πόλιν ὀνόματι προσηγόρευσεν οἰκείῳ Καισάρειαν, Μαζάκην πρότερον καλουμένην. His in chartam conjectis, incido in *Diſſertationem* IX. de U. & P. N. longe ſupra laudes noſtras poſiti, *Illuſtriſſ. Spanhemii*, deprehendoque, illum idem mecum ſentire, cujus & veſtiſtigia *Morellium* preſſiſſe video. Ita vero ille p. 473. novæ edit. *Londinenſis*: *E poſtremo autem nummo*, (hunc *Seguinus* in *Selectis Numiſmatibus* p. 60. & ipſe *Illuſtriſſ. Autor.* exhibent) *qui non antiquius ſolum* Εὐσεβείας, *ſed recentius etiam* Καισαρείας *nomen præfert, ſat liquet, eundem nummum, ab eo tempore demum cuſum, quo hæc Cappadociæ metropolis poſtremum illud Cæſareæ nomen eſt conſequuta, & quo deinceps à Græcis eſt dicta : licet eandem Mazaca, primævo nempe ac vernaculo gentis nomine, à Cappadocibus ſuo adhuc ævo appellari tradat Hieronymus* ad *Ezech.* Cap. XXVII. verſ. 13. *Ut mittam, quod* Μάζα *primum, dein* Μάζακα, *dictam eandem urbem notavit Sozomenus* Libro V. Cap. 4. & *Cappadox Philoſtorgius* Lib. IX. Sect. 12. *atque ita in ſcriptis Stephani codicibus legi, obſervarint viri docti ; & qua de re ad eundem Stephanum egit poſtremus illius editor Berkelius. Id vero Cæſareæ nomen, huic urbi ab AUGUSTO Cæſare inditum tradit ibidem, & alibi adhuc, quod monuit ad Euſebium Scaliger* (9) *Hieronymus ad Eſaiam* Cap. LXVI. *cui autem præiviſſe videtur S. Rufus, ab ipſo vero Julio Cæſare, Conſtantinus Porphyrogenneta* Lib. I. *Them.* Cap. 11. *à Tiberio autem, regno Archelai in Provinciam verſo, præter Suidam, Euſebius in Chronico in* Καισάρεια. *Neque etiam S. Rufus* (10) *nominatim ab Auguſto Cæſare, ſed in honorem Auguſti Cæſaris ita dictam hanc Cæſaream tradit : quod alias à Tiberio factum ſcimus, & Auguſti exemplo, à quo plures Urbes & Coloniæ Deceſſoris nomine Julia ſunt cognominatæ. Neque vero novum aut inſolitum, ut urbs illa, Regni caput, à Rege Archelao, in memoriam aut honorem Auguſti, à quo fuerat in eodem regno adſertus, CAESAREA nuncuparetur. Eandem verò à Claudio ita demum dictam, & quibus acceſſit Triſtanus* Tom. II. p. 294. *ſtatuunt Sozomenus & Caſſiodorus* Lib. V. Cap. 2. *Quod autem in poſtrema & luculenta Sozomeni* (*Hiſt. Tripart.* Libr. VI. Cap. 4.) *editione ob diſcrepantes illas veterum auctorum ea de re ſententias, aliquam viri doctiſſimi notationem merebatur. Quo minus vero ad Auguſti tempora eadem nomenclatio referatur obſtare videtur, ut hoc recte vidit jam Triſtanus, quod quum de hac Cappadociæ Metropoli ſcriberet, ipſe Cappadox Geographus, Philoſtorgius* Libro XII. p. 538., hoc eſt, *ſub initiis Tiberii, Mazaca tantum, & recentiori nomine* Εὐσέβεια *vocaretur.* Habemus ergo *Suidæ*;

(4) A Mouſoch, (Μοσὸχ) *primo Cappadocum Auctore*, uti teſtatur *Philoſtorgius* Libro IX. Sect. XII : Ὅτι, Μάζα κατὰ πρῶτον ἐκαλεῖτο ἡ Καισάρεια, ἀπὸ Μοσὸχ τοῦ Καππαδόκων γενάρχου ἑλκυσαμένη τὸ ὄνομα· τοῦ χρόνου δὲ πορευομένου, κατὰ παρέγκλησιν· ἤδη Μάζακα προσωνόμασται. Idem & *Sozomenus* tradit obſervante *Gothofredo* Lib. V. Cap. 4. & ex hoc *Abrahamo Berkelio* ad *Stephanum* : Μάζα καὶ τὸ πρῶτον ὀνομαζομένη. Conferatur infra *Conſtantini Porphyrogennetæ* quoque *Uſtroconium*.

(5) Ita enim *Strabo* Lib. XII. *Geogr.* Ἐν δὲ τῇ Κιλικίᾳ καλουμένῃ τὰ Μάζακα ἡ μητρόπολις τοῦ ἔθνους· Καλεῖται δ' Εὐσέβεια καὶ αὕτη ἐπίκλησιν ἡ πρὸς τῷ Ἀργαίῳ ὄρει πάντων ὑψηλοτάτῳ, καὶ ἀνέκλειπτον χιόνι τὴν ἀκρώρειαν ἔχοντι.

(6) *Stephanus* de *Urbibus* p. 435 : Καισάρεια, μητρόπολις τῆς Καππαδοκίας, ἡ πρὶν Εὐσέβεια, καὶ Μάζακα, ὡς Στεφάνων. Et p. 526 : Μάζακα, πόλις Καππαδοκίας, ἡ νῦν Καισάρεια· τὸ ἐθνικὸν Μαζακηνός. *Mazaca, Urbs Cappadociæ, quæ nunc Cæſarea appellatur, Gentile Mazacenus. Ptolemæus* Lib. V. Cap. 6 : Μάζακα ἡ καὶ Καισάρεια &c. Minus proinde recte ab *Euſebio* & *Rufo Magara* vocatur, ceu monet *Philander* ad *Vitruvium*.

(7) Tom. II. p. 903. In *Tiberio* : Ἀλλ' ἐπαρχίαν τὴν Καππαδοκίαν ἀπέφηνε, καὶ τὴν μεγίστην τῶν τῇδε πόλεων, Μάζακα ἔμπροσθεν ὑπὸ τῶν ἐποίκων ὀνομαζομένην, ἀφ' ἑαυτοῦ φέρειν τὴν προσηγορίαν ἐξέταξε· ἥπερ δὲ καθ' ἡμᾶς Καισαρεὺς ἐστιν ἐπώνυμος...

(8) In *Chronico* p. 157 : *Tiberius multos Reges ad ſe per blanditias evocatos nunquam remiſit : In quibus & Archelaum Cappadocem, cujus regno in provinciam verſo, MAZACAM, nobiliſſimam civitatem, CAESAREAM appellari juſſit.*

(9) Animadv. p. 184.

(10) Pag. 157. P. II.

Suidæ, *Hieronymi*, *Philoſtorgii*, & quod ſupra addidimus, *Eutropii* teſtimonia, reliquis omnibus potiora & luculenter ſatis docentia, Tiberii Cæſareæ nomen ſumſiſſe. Ut taceamus, quod infra pluribus perſequemur, plurimas celeberrimasque Aſiæ civitates ſuis ſumptibus fuiſſe reſtauratas. Luci jam expoſuit hunc rariorem nummum argenteum *Jo. Valens* in præſtantioribus argenteis p. 46. *Andr. Morellius* in *Specimine Lipſ.* Tab. VIII. Num. 4. p. 97. Poſſeditque illum Illuſtriſſ. Dn. *Colbertus Marchio de Seignelay.*

Num. 39. & 40.

ΤΙΒέριος ΚΑΙΣαρ ΣΕΒΑΣΤΟΣ Ἐπὶ ΚΟΡνηλίου Λύπου. (*TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS SUB CORNELIO LUPO.*) *Caput Cæſaris laureatum, lævam verſus.*

ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΕΛΕΥΘερναίων. (*DIVUS AUGUSTUS ELEUTHERNENSIUM.*) *Caput Auguſti radiatum, dextram verſus.*

Non mirum, quod *Carolus Patinus* tàm ingenue ſuam profeſſus fuerit ignorantiam in explicando hoc nummo in *Theſauro* p. 51 ſcribens: *Adoptionem attingere voluit Græca quædam civitas, quæ ſequentem percuſſit, ſed quænam illa fuerit, NESCIO*; dum ſcilicet ejus anticam ſic æri incidi fecit: ΤΙ. ΚΑΙ. CEBACTOC EXOPA, poſticam vero: ΘΕΟC CEBACTOC ΕΛΕΤΘ. Hac lectione, ſicuti & *Occonis*, qui p. 95. ita pariter: ΤΙ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΕΧΟΡΑ *Tiberii facies* ΘΕΟΣ . . . . . ΛΕΤΘΕΡ. *Auguſti facies. Baſilius Amerbachius p. m. legendum putabat* ΕΛΕΗΘΕΡΟΔΕΙC ΕΧΘΡΑΣ, *viderique poſt detectas Sejani inſidias cuſus eſſe hic nummus meus.* Innitens *Harduinus* ſuoque indulgens genio, facetam etiam comminiſcens interpretationem, ita de hoc nummo diſſerit p. 72: *Ne tamen immutare quidquam auſim, prohibet alter Tiberii nummus, apud Occonem* p. 95. & apud *Patinum* in *Theſauro* p. 51. *cujus in una ſuperficie legitur*: ΤΙ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΕΧΟΡΑ. *In altera*: ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΕΛΕΤΘΕΡ. hoc eſt, *ut ego interpretor* (nam *Patinus* & alii nihil hic videre) ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ, *ut in Trœzeniorum nummo*, *DEUS AUGUSTUS LIBERATOR. Notas enim prioris ſuperficiei, neque Occo intellexit neque Amerbachius, quem appellat, qui legi voluerit*: ΘΕΟΣ ΕΛΕΥΘΕΡΩΘΕΙΣ ΕΧΘΡΑΣ, *DEUS LIBERATUS AB INIMICITIA, ut ab Sejani inſidiis evaſiſſe Tiberium, & quidem jam Deum, hic nummus ſignificet. Nugæ. Cum inverſæ litteræ nihil aliud, quam civium urbis illius, in qua cuſus nummus eſt, nomen indicent*: ΑΡΟΧΕ, h. e. ΑΡΟΧΕΩΝ. Eademque Explicatione mire ſibi placere videtur, ſub voce Κρητῶν p. 260. in hunc modum ſcribens: *Revocat autem hic nummus in memoriam alterum, illatum jam antea à nobis, verbo* ΑΡΟΧΕΩΝ, *cujus in altera ſuperficie Tiberii caput, cum epigraphe*: ΤΙ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΕΧΟΡΑ. *in altera caput Auguſti radiatum*: ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΕΛΕΥΘ. *Quas quidem voces eo loci ſic interpretati ſumus.* Τιβέριος Καῖσαρ, Σεβαστὸς, Ἀρoχέων, *litteris nempe, ut in nummis ſæpe contingit, inverſis. Deinde* Θεὸς Σεβαστὸς Ἐλευθέριος, *Divus Auguſtus Liberator. Eſt nihilominus, qui in priore parte* ΕΚΟΡΑ *legi malit; quantumvis* Χ *non* Κ, & Δ *non* Λ *nummus exhibeat, apud Occonem & Patinum, locis à nobis ibidem laudatis: ac deinde non* Ἐλευθέριος, *ut nos, interpretetur; Sed* Ἐλεύθερναν, *Cretæ civitatem. Noſtrum tamen nobis magis etiamnum commentum arridet.* Arrideat & impoſterum id ipſi. Nos haud erraturos ſperamus, ſi cum *Joh. Valente* exiſtimamus, eundem pariter ab Eleuthernenſibus, quæ urbs Cretæ, proxima Gortynæ, ſita eſt, *Cornelii Lupi*, Proconſulis, permiſſu fuiſſe cuſum, quo ſcilicet gratias Tiberio referrent ob *Cæſium Cordum* de repetundis condemnatum, & pecuniam, quam ipſe jam acceperat, receptam. Quis *Cornelius Lupus* fuerit, hac ipſa Tab. IV. Num. 27 & 28 ſupra jam diximus. De urbe vero *Eleutherna* ſic *Stephanus* p. 339: Ἐλεύθερνα, πόλις Κρήτης, ἀφ' ἑνὸς τῶν Κουρήτων· οἱ πολῖται Ἐλευθερναῖοι, καὶ Ἐλευθερνεύς. *Eleutherna Oppidum Cretæ, ſic vocatum ab uno ex Curetibus. Oppidani Eleuthernæi, & Eleuthernenſis.* Idem Autor teſtatur olim dictum fuiſſe Σάτρα, qui p. 662: Σάτρα πόλις Κρήτης ἡ μετονομασθεῖσα Ἐλεύθερνα. *Satra urbs Cretæ, quæ poſtea vocata fuit Eleutherna. Plinius* Libro IV. Cap. 20. in plurali numero illam effert, nempe *Eleuthernæ*, ac in Cretæ mediterraneis collocat, perinde ac *Scylax*: Μετὰ δὲ Ὀσμίδα, Ἐλεύθερναι πρὸς βορέαν, & *Ptolemæus*: Ἐλεύθεραι. Priori ſcriptioni fidem faciunt nummi tum apud *Spanhemium* Cap. V. & P. N. p. 902. in quo: ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΩΝ, tùm apud *Goltzium* in *Græcia vetere* Tab. XXVII. ubi legas ΥΘΕΡΝΑΙΩΝ pro ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΩΝ. Auguſti caput adjectum credimus ob ſingularem cultum, quo ipſum proſequutus eſt Tiberius, & cum radiatum iſtud conſpicimus, in mentem veniunt nobis *Taciti* verba, qui *effigie Numinum* coli eum voluiſſe, prodit, ad quam ſpectant omnino radius, haſta, fulmen, & quæ iis ſunt gemina. Hunc inſignis raritatis ac elegantiæ nummum jam publici juris fecit, ut diximus, *C. Patinus* in *Theſauro Numiſm. Argent.* p. 51. ubi tamen caput Auguſti lævam verſus, literæque inverſo pariter à noſtro ordine, ſicuti & in antica, ubi Tiberii eſt facies, conſpiciuntur. *Joh. Valens* in præſtantioribus argenteis p. 47. *A. Morellius* in *Nummis Conſularibus* ſub *Familia Cornelia* N. 2. Tab. VII. *Harduinus* in N. P. & V. p. 72. & 260. *C. Patinus* in *Theſ.* p. 51.

Num. 41. & 42.

ΤΙΒερίῳ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΚΥΔωνεατῶν, ſcil. ἀνέθηκαν. (*TIBERIO CAESARI AUGUSTO CYDONEATAE,* ſcil. *poſuere.*) *Caput Tiberii laureatum, lævam verſus.*

ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΚΡΗΤΩΝ Ἐπὶ ΚΟΡνηλίου ΛΥπου. (*CAESARI AUGUSTO CRETENSES SUB CORNELIO LUPO.*) *Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.*

Denuo à *Cydoneatis* in Tiberii honorem accipimus percuſſum, qui permiſſu Proconſulis, *Cornelii Lupi*, de quo ſupra Num. 27. & 28. publicas quaſi ipſi decernunt gratias pro *Cæſio Cordo* condem-

condemnato & pecunia, quam extorſerat, recepta. De *Cydoneatis*, eorumque urbe *Cydonia* ſupra ad Num. 25. & 26. jam diximus. *P. Seguinus* malè in ſuo legit: ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ Κ. ΓΗΓΩΝ (pro ΚΡΗΤΩΝ) ΕΚΟΡΑΥ, ut tamen Κ velut notam ΚΡΗΤΗΣ interpretetur, ΓΗΓΩΝ vero inſolitum epitheton exiſtimet, quaſi Cretæ magna fuerit dignitas, quæ omnibus mediterranei maris inſulis, ſi Siciliam exceperis, antecellit, ſive propter Jovis incunabula, ſive propter centum urbes, quibus habitabatur, unde hecatompolis dicta, ſive etiam propter fertilitatem. De notis vero ΕΚΟΡΑΥ in nummo exaratis inquit, illas uſque adhuc non intellexiſſe. Cujus equidem bonam mentem durius paulo habet *Harduinus* p. 259. ſcribens, *hoc à quoquam vel Latinè dici vel Græce niſi perabſurde poſſe.* Certè γαὶ γῶν γαῖς γὰς ne quidem artem Græci ſermonis pati, nec *terra terrarum* mentem ſanam. Eminuiſſe quidem in vetuſtis Inſcriptionibus & apud *Gruterum* p. MXCII. ſplendido Cretam affici titulo ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΗΣ ΤΩΝ ΝΗΣΩΝ *Reginæ Inſularum*, at γῆς γῶν nusquam. Exiſtimat proinde pro ΚΓΗΓΩΝ legendum ΚΡΗΤΩΝ & pro ΕΚΟΡ ΑΥ ex integriori nummo: Ἐπὶ Κορνηλίε Λύπε.

Communicaverat hunc rariſſimum ex argento nummum *Joh. Valens* in præſtantioribus argenteis p. 47. quamvis ibi ΚΥ pro ΚΥΔ habeat, caputque Auguſti radiatum tradat, quod hic laureatum. *A. Morellius* in *Nummis Conſularibus* ſub *Fam. Cornelia* Num. 1. Tab. VII. *P. Seguinus* in *Selectis Numiſmatibus* p. 124. 125. *Harduinus* p. 259. 260.

Poſſedit hunc rariſſimum nummum *Petrus Seguinus*. Hodie pars eſt *Theſauri Regis Verſalienſis*.

NUM. 43. & 44.

ΤΙΒΕΡΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. (*TIBERIO CAESARI AUGUSTO GORTYNIENSIUM.*) *Caput Tiberii laureatum; lævam verſus.*

ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΚΡΗΤΕΣ Επὶ ΚΟΡνηλίε ΛΥπε. (*CAESARI AUGUSTO CRETENSES SUB CORNELIO LUPO* ſcil. *Pro-Conſule.*) *Caput Auguſti radiatum, dextram verſus.*

Idem, quod *Cydoniatæ* fecerant, à Gortynienſibus in hoc nummo fieri videmus, nempe Gratias *Tiberio* ſub *Cornelio Lupo*, ſine dubio Proconſule Inſulæ Cretæ, perſolvunt, quod *Cæſius Cordus*, antea Cretæ Pro-Conſul, ab *Anchario Priſco*, ipſorum nomine, de repetundis poſtulatus ac accuſatus, A. DCCLXXII. condemnatus, pecuniaque ipſis reſtituta fuerit. De *Cornelio Lupo* & Creta Inſula ſupra Num. 27. & 28. de Civitate *Gortyna* vero, quæ, ut ſolum hoc addamus, à *Strabone* in tribus maximis clariſſimisque Cretæ Inſulæ fuit, infra in *Caligula* Tab. V. Num. 16. à nobis actum eſt. Putat equidem *Seguinus*, Gortynam jus civitatis Tiberio tribuiſſe cum cognomine ΓΟΡΤΥΝΙΩ in nummo, ſed cum ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ legatur in nummo, cadit illa conjectura, neſcimusque, num *Harduini* propterea cenſuram graviorem meruerit, p. 259. ſcribentis: „Etſi Γορτυνίῳ legit *Seguinus*, „ aitque jus civitatis ſuæ Tiberio Gortynienſes conceſſiſſe, quod & incredibile & inſulſum videtur."

Vulgavit hunc rariſſimum nummum jam *J. Valens* in præſtantioribus argenteis p. 46. *A. Morellius* in *Nummis Conſ.* ſeu *Fam. Cornelia* Tab. VII. Num. 3. *P. Seguinus* in *Selectis* Num. p. 123. editionis poſterioris, prioris vero p. 113. *Harduinus* p. 259.

Poſſedit illum *Seguinus*, hodieque pars eſt *Theſauri Regii Verſalienſis*.

NUM. 45.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii nudum.

vel

TIberius CAESAR AUGuſti Filius TRibunicia POTeſtate XV. (Decimum Quintum.) Caput Tiberii nudum, lævam verſus.

CAESAR AUGUSTUS DIVI Filius PATER PATRIAE. Caput Auguſti laureatum, lævam verſus.

Notus eſt *Conſecrationis* ritus *Auguſto* à *Tiberio* inſtitutus, poſtquam ipſe *Divi Auguſti* Filius compellari volebat; ejusque, veluti PATRIS, qui ipſum ADOPTAVERAT, in HONOREM, non unius generis nummos percuti fecit, ex quibus & hic noſter eſt: præcipue cum ſciret, ſe nullo *medio* aptiori *populi auram* poſſe *captare*, ſibique tum *gratiam* & *favorem* tum *majeſtatem* apud eundem conciliare. Tab. I. Num. 6. oſtendimus ex *Suetonio* & aliis, *Auguſti* equidem nomen ipſum non uſurpaſſe, ſcribi tamen permiſiſſe.

Luci publicæ illum jam expoſuit *Joh. Valens* p. 44. *C. Patinus* in *Theſauro minori* p. 51. Num. 1. *Idemque* in *Catalogo* nummor. argent. *Petri Mauroceni* p. 21. *Occo* p. 89.

NUM. 46.

TIBERIUS AUGuſtus Pontifex Maximus TRibunicia Poteſtate XXXV. (Trigeſimum Quintum) Caput Tiberii laureatum, lævam verſus.

vel

TIberius CAESAR AUGuſtus Pontifex Maximus TRibunicia Poteſtate. Caput Tiberii laureatum.

vel

TIberius CAESar AUGuſtus Pontifex Maximus Tribunicia Poteſtate XXXV. (Vigeſimum Quintum) Caput Tiberii laureatum, lævam verſus, uti Tab. II. Num. 27.

DRUSUS CAESAR TIberii Filius TRibunicia Poteſtate. Caput Druſi, Tiberii filii, nudum, dextram verſus.

Pater & Filius in eodem concurrunt nummo, ſine dubio ob *Tribuniciam Poteſtatem*, quam ipſi decre-

decreverat Senatus, intercedente Tiberio, Anno DCCLXXIV. nummo tamen hoc nostro sequenti cuso, quando *Tiberius Tribunicia Potestate* gauderet XXXV. Vitiis alias magis notus, quam virtutibus hic *Drusus*, de quo *Suetonius* Cap. LII. in *Tiberio*: *Filiorum neque naturalem* (h. e. ex se & Agrippina genitum) *Drusum, neque adoptivum, Germanicum, patria caritate dilexit. Alterius vitiis infensus: nam Drusus animi fluxioris, remissiorisque vitæ erat. Itaque ne mortuo quidem perinde affectus est, sed tantum non statim à funere ad negotiorum consuetudinem rediit, justitio longiore inhibito. Quin & Iliensium legatis paulo serius consolantibus, quasi obliterata jam doloris memoria irridens, se quoque respondit vicem eorum dolere; quod egregium civem Hectorem amisissent.* Veneno tandem per *Livillam* sublatus, ceu *Suetonius* pariter autor est Cap. LXII. *Auxit intenditque sævitiam* (Tiberius) *exacerbatus, indicio de morte filii sui Drusi, quem cum morbo & intemperantia periisse existimaret, ut tandem veneno interemptum fraude Livillæ uxoris atque Sejani cognovit, neque tormentis, neque supplicio cujusquam pepercit &c.*

Singularis ac exquisitæ raritatis nummum jam vulgavit *J. Valens* in præstantioribus argenteis p. 44. & 45: *Carolus Patinus* in *Suetonio* nummis *illustrato* p. 182. & *C. Mediobarbus* p. 67.

TABULA V.

EXHIBENS

TIBERII NUMISMATA

EX AERE MAXIMI MODULI.

NUM. 1. & 2.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius IMPERATOR V. (Quintum) Caput Tiberii nudum dextram versus.

vel

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATOR V. (Quintum) Caput Tiberii nudum, dextram versus, (eodem modo, uti Num. 1. nisi, quod vox DIVI sit omissa.)

Templum pulcherrimum multis statuis undique exornatum, octoque columnarum, in cujus area Dea sedet, dextrâ pateram, sinistrâ cornu copiæ tenens, inque cujus frontispicio literæ comparent: S. P. Q. R. h. e. *Senatus PopulusQue Romanus, cæterum sine epigraphe.*

Hic *Augusti Templum* exhiberi, quod in honorem *ejus* (*cui* singulariter studuisse *Tiberium*, (1) liquet) à dicto *Tiberio* exstructum fuisse, prodit *Dio*, suspicari licet. Ita vero ille Libro LVII. p. m. 608: *Adhæc AUGUSTUM eò etiam coluit, quod ædificia ob eo inchoata, nec dum absoluta, perfecit, AUGUSTIque nomen iis inscripsit; statuas & fana ei à populis, aut privatis facta, partim ipse dedicavit, partim sacranda Pontificibus injunxit. Quem inscribendi morem non in Augusti tantum operibus, sed & in aliis observavit, quæ refectione indigebant. Quæ quum omnia instaurasset, (nihil enim de novo ædificavit, præter AUGUSTI TEMPLUM,* (αὐτὸς γὰρ οὐδὲν τὸ παράπαν ἐκ καινῆς, πλὴν τοῦ Αὐγουστείου, κατεσκεύασε.) *nullum eorum suo, omnia eorum, qui primum ea exstruxissent, nomine inscripsit.* Et quamvis *Suetonius* scribat de *Augusto* ipso Cap. LII: *Templa quamvis sciret etiam Proconsulibus decerni solere; in nulla tamen Provincia, nisi communi suo, Romæque nomine recepit: nam in URBE quidem pertinacissimè abstinuit hoc honore*; id tamen intelligendum esse *de Templis in Urbe Roma, dum vixit*, ex *Tacito* clarum est, qui generaliter hoc in *Augusto* culpatum observavit, *quod TEMPLIS COLI voluerit*, puta in *provinciis*. Nam expresse *Suetonius* in *Tiberio* Cap. XLVII: *Princeps neque opera ulla magnifica fecit: Nam ea, quæ sola susceperat, AUGUSTI TEMPLUM, restitutionemque Pompejani Theatri, imperfecta post tot annos reliquit.* Et in *Caligula* Cap. XXI: *Opera sub Tiberio semi-perfecta, TEMPLUM AUGUSTI, Theatrumque Pompeji absolvit.* Immo ex *Dionis* Libro LIII. liquet, hoc Templum à *Senatu* decretum, à *Livia* & *Tiberio* vero *exstructum* fuisse: *Et illi* (Augusto) scribit, *Dio*, *in URBE DECRETUM FUIT A SENATU TEMPLUM herois, quod postea à TIBERIO & LIVIA ædificatum fuit, prout aliis in oppidis alia ædificata fuerunt.* Idem, quoad *Liviam*, confirmat *Plinius* Libro XII. Cap. 19: *Radicem ejus* (cinnamomi) *magni ponderis vidimus*

(1) Quod inter alios & *Dio* docet Libro LVII: *Quamvis ea in re HONORI AUGUSTI studeret,* (καὶ περὶ τὸν Αὔγουστον καὶ ἐν τούτῳ σεμνύνων) *initio quidem neminem, AUGUSTI causa, in judicium tractum punivit, multosque accusatos, quod per ipsius fortunam pejerassent, absolvit; sed posterioribus temporibus multos morte affecit.* Et ibidem p. 611: *Aliæ item pugnæ ludis equestribus in HONOREM natalis AUGUSTI editæ, ac nonnullæ feræ occisæ sunt...* Hujusque rei documenta in nummis videas supra Tab IV. Num. 3. 40. 42. & 44. ut subsequentia non pauca hic omittamus.

dimus in Palatio, Templo, quod fecerat divo Augusto conjunx Augusta, aureæ pateræ impositam, ex qua guttæ editæ annis omnibus in grana durabantur, donec id delubrum incendio consumtum est. Hoc *Augustéum* fuisse adpellatum, ex *Marmore Pisano* clarum est, ut olim *Serapeum*, *Heracleum*, & id genus alia; idque in *Urbe* exstitisse, docet *Aurelius* in *Augusto* Lib. II. I. atque in *colle*, sive in *clivo collis*, ante *Palatium*. Hinc recte ineptam *Famianus Nardinus Marliani* judicat sententiam, in *Foro* fuisse, existimantis, *pontemque Caligulæ* per *medium forum vadentem*, *illud transiisse. Quare*, inquit enim, *quomodo decore absolvere Caligula potuerit Templum Augusti, sub imposito ponte, qui à Palatino super omnia ædificia interjacentia in Capitolium pertigerit, videre me non posse, lubens agnosco.* Et quid ad hæc *Tacitus*. Iste *Annal.* VI. 45. *Ne publice quidem nisi duo opera struxit, TEMPLUM AUGUSTO, & scenam Pompejani Theatri: EAQUE PERFECTA contemptu ambitionis, an per senectutem, haud dedicavit.* Sed *Vellejus Paterculus* II. Cap. 130: *Opera magna suo, suorumque nomine exstruxit.* Fortè convenient utrique, si ab ipso propemodum absoluta, non vero dedicata statuamus. *Jo. Valens* existimat, *Templum* in aversa parte pulcherrimum *Concordiæ* esse, quod *Tiberium* Anno DCCLXIII. *Dolabella & Silano* Consulibus, *dedicasse*, *Dio* refert Libro LVI. p. 586: Τῷ δὲ ἐξῆς ἔτει τό τε Ὁμονόειον ἀπὸ τοῦ Τιβερίου καθιερώθη, καὶ αὐτῷ τό, τε ἐκείνου ὄνομα, καὶ τὸ τοῦ Δρούσου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τεθνηκότος ἐπεγράφη. *Anno sequenti Tiberius AEDEM CONCORDIAE SACRAVIT, INSCRIPTO SUO, & fratris Drusi, vita pridem functi, nominibus.* Quod & *Suetonius* Cap. XX. in *Tiberio* prodidit: *DEDICAVIT ET CONCORDIAE AEDEM: item Pollucis & Castoris, suo fratrisque nomine, de manubiis.* Hanc Ædem *Liviam* restituisse, & *Tiberium* dedicasse, scribit *Ovidius* Fast. I. 640:

> *Inde triumphatæ libasti munera gentis;*
> *Templaque fecisti, quam colis ipse, Deæ.*
> *Hæc tua constituit Genetrix, & rebus, & ara.*
> *Sola toro magni digna reperta Jovis.*

Hanc etiam jam Anno DCCXLVII. reficiendam sibi sumserat, docente hoc iterum *Dione* Lib. LV: p. 553. Τιβέριος δὲ ἐν τῇ νουμηνίᾳ, ἐν ᾗ ὑπατεύειν μετὰ Γναίου Πείσωνος ἤρξατο, ἔς τε τὸ Ὀκταουίειον τὴν βουλὴν ἤθροισε, διὰ τὸ ἔξω τοῦ πωμηρίου αὐτὸ εἶναι, καὶ τὸ Ὁμονόειον αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπισκευάσαι προσέταξεν, ὅπως τό, τε ἴδιον, καὶ τὸ τοῦ Δρούσου ὄνομα αὐτῷ ἐπιγράψῃ, τά τε νικητήρια ἤγαγε. *Tiberius Kalendis Januarii, quibus Consulatum inivit cum Cn. Pisone, in Octavii fanum (hoc enim erat extra pomerium) convocato Senatu, FANUM CONCORDIAE sibimetipsi reficiendum injunxit, ut suo id, & Drusi nomine inscriberet, ac deinde triumphavit.* Quod ideo factum fuisse Clariss. *Perizonius* in *Animad. Histor.* Cap. III. existimat, ut *mutuam*, quæ *inter illos erat*, *benevolentiam publice hoc ipso declararet.* *Concordiam* præterea in *aditu templi* sedere auctumat *Valens* dextera *pateram*, sinistra *cornu copiæ*, solitum insigne, tenentem, *Tiberii* itidem hinc statuam, illinc *Drusi*, fratris, esse conspicuam. Hunceque rarum admodum percussum esse nummum, ut æterna esset *hujus templi & ipsorum concordiæ* apud posteros *memoria*. Ut verum fateamur, quantumvis prior sententia nonnullis gaudeat Patronis, mallemus tamen *posteriorem* præferre. De *Titulo* Imperatoris V. supra ad Tab. IV. Num 4. dictum est. Scrupulus unus superest, quod in *adversa Imperator V.* Tiberius legatur, qui *honoris titulus* in annum DCCLXI. & LXII. incidit, quo anno *Augustus* adhuc vixit, & templum hoc Concordiæ à Tiberio nondum fuit dedicatum. Quid si dicamus, à jacto statim fundamento, & à tempore exstructionis fuisse hoc numisma cusum? Sed quid ad hoc dicemus, quando & *Ovidius* Libro VI. *Fastorum* vers. 637 scribit: *Liviam illud dedicasse:*

> *Te quoque magnifica, CONCORDIA, dedicat æde*
> *LIVIA, quam caro præstitit illa viro.*

Forte *mutua* id fecerunt *opera* & conjunctis viribus, è quo factum est, ut eo *excellentius* surgeret *opus*, cujus *magnificentiam* & in nummo intuemur, perinde ac constat de *Liviæ Fano*, ex *Dionis* Libro LV: τὸ τεμένισμα τὸ Λιουίειον καθιέρωσε μετὰ τῆς μητρός. *Templum Liviæ dedicavit CUM MATRE*, ceu & de proposita ejus restitutione supra ex *Ovidio* audivimus, ut adeo *Tiberius* suam cum *Druso*, *Livia* suam cum *Augusto* concordiam hoc instituto respexerint. Neque est, quod *ipsi Tiberio* dicatum *hoc* statuamus *Templum*, licet ex *Taciti* Libro IV. *Annal.* sciamus, *Asiæ Urbes Tiberio* A. V. C. DCCLXXVII. *Templum dedicasse*, quod in Procuratores Asiæ *C. Silanum & Lucillium Capitonem* animadvertisset, idque *cum ulterior Hispania imitari vellet, Tiberium prorsus recusasse*; cum hoc statim *literæ* supra portam *inscriptæ* convellant, nempe S. P. Q. R. quæ *à Senatu* hoc Templum profectum fuisse, statim omnino arguunt. Asservatur hic nummus rarissimus in *Thesauro Regio Versaliensi*, & in *Museo* Illustriss. *Francisci de Camps*, quod Anno 1694. illustravit peculiari Commentario *Joh. Valens* p. 5. Num. I. comparet, eumque ex *Thesauro Brandenburgico* producit *L. Begerus* Tom. III. pag. 87. & 88.

NUM. 3. & 4.

TIberius CAESAR AUGUSTUS. Caput Tiberii, lævam versus, laureatum.

DIVUS AUGUSTUS MUNicipium TUR. Augustus velut Deus, sedens, capite corona radiata cincto, dextra fulmen, sinistra hastam tenet.

De *antica* supra satis multa Tab I. De *postica* monendum est, quod hunc majoris moduli nummum rariorem debeamus *Municipio Turiaso*; sive *Turiasso*, Ptolemæo Τουριασὼ dictæ, memorato *hoc nomine Plinio* Libro III. Cap. 3. qui inter *civium Romanorum populos* eos recenset, & *jure suffragii donatum fuisse*, arguit scribens: *Ex his civium Romanorum, Ilerdenses, Oscenses, Turiasonenses.* Et Libro XXXIV. Cap. 14: *Hæc alibi atque alibi utilior aqua nobilitavit loca gloria ferri, sicut Bilbilim in Hispania & Turiassonem.* Est vero citerioris, sive *Tarraconensis Hispaniæ* Urbs, in *Celtiberiæ* oppidis prope montem *Caunum*, ad parvum fluvium in Iberum prolabentem, in *Aragoniæ* regni confinio sita, & *C. Patini*, *Harduini* ac *Cellarii* judicio, hodier-

hodierna *Tarraçona* ſive *Tarazona* in *Aragonia*. Ejus quoque meminit *Antoninus Pius* in *Itiner* : *Ab Aſturica per Cantabria . . . Numantia M. P. XXV. Auguſtobriga M. P. XXVII. Turiaſone M. P. XVI.* Male ergo, recte monente *Antonio Auguſtino* in *Dialog.* VII. p. 109. *eam* nonnulli *Tyraſonam*, & *Tyrauſonam* appellant, quaſi à *Tyriis* & *Auſonibus*. Hoc *Municipium Turiaſo*, quorum in *Hiſpania* tredecim connumerat *Ant. Auguſtinus* loco citato, ſicuti *Auguſto*, non unos cudit nummos, ſic & hic *Tiberii* (Cæſaris jam, uti adverſa monet) in honorem, & quo majore cum gratia compareret, *Divum Auguſtum Patrem* in poſtica addidit. Heic non ſolum, docente ejus ſtatua, quam ſibi Turiaſones poſt ejus *apotheoſin* poſuerunt, uti in Deorum numerum receptus, ſedet, *corona radiata*, *Divinitatis* ſymbolo, inſignis, ſed &, veluti *Jupiter*, aut cum ipſo cœlum regens, *fulmen* dextra gerens, ſiniſtra vero *haſtam puram*, Deorum alias quoque ſymbolum ; eleganter de hoc *Manilius:*

—— —— cœlumque replevit
Quod regit AUGUSTUS, SOCIO per SIGNA TONANTE.

Conſecrationis vero ritus penes Senatum erat, hinc bene *Dio* Libro LVI : Ἐπὶ μὲν οὖν τῷ Αὐγούστῳ ἐποιοῦντο, λόγῳ μὲν ὑπὸ τῆς γερουσίας, ἔργῳ δὲ ὑπὸ τοῦ Τιβερίου καὶ ὑπὸ τῆς Λιουίας, ἐνομίσθη. *Hæc ergo ſunt, quæ in honorem Auguſti, VERBO quidem SENATUS, re ipſa Tiberius ac Livia ſtatuerunt.* Quos vero divinos honores ipſi exhibuerint pluribus deſcribunt *Dio* Libro citato : *Decretum quoque Romæ Auguſto ſacrarium à Senatu, à Livia autem ac Tiberio factum : alibi quoque multis locis ei fana exſtructa ſunt à populis, partim volentibus, partim invitis.* Ritum autem ac ceremonias ἀποθεώσεως communicat *Onuphrius Panvinius* Libro II. *Faſtorum.* Pars hodie eſt hic nummus rariſſimus *Theſauri Verſalienſis*, & vulgavit jam illum *Harduinus* in N. P. & U. G. p. 510. itemque *J. Valens* in *Muſeo illuſtriſſ. Abbatis Franc. de Camps* p. 5. Num. 2.

EX AERE MAGNO.

NUM. 5.

TIberius CAESAR AUGUSTi Filius IMPERATOR V. Caput Tiberii laureatum, dextram verſus, uti Tab. III. Num. 68.

CERES. Ceres velata ſedens dextrorſum reſpicit dextra tenens duas ſpicas, ſiniſtra facem ardentem, infra Senatus Conſulti nota.

Sub *Cereris* figura *Liviam* Tiberii matrem latere, ambigi vix poterit, qui penitius conſideraverit, quæ ſupra ad Tab. IV. Num. 1. diximus. Nam Auguſtarum vultus Imperatores exhibere in nummis nondum conſueverant, novimusque à Senatu multum honoris Liviæ & plus quam à *Tiberio* fuiſſe exhibitum, de quo *Dio* Libro LVII : *Etenim Auguſto incolumi plurimum potuerat, ipſaque ſe Tiberio Imperium dediſſe ferebat.* Et Libro LVIII. *Cæterum SENATUS non contentus iis, quæ Tiberius ei decernenda ſcripſiſſet, luctum mulieribus in totum annum indixit — — arcum quoque ei, nulli unquam mulieri datum, decreverunt ; ſcilicet quod multis ipſorum ſalutem attuliſſet, quod multorum liberos educaſſet, multos in elocandis filiabus adjuviſſet : unde nonnulli matrem patriæ eam cognominaverunt.* Quid magis convenientius nummo noſtro ſcribi poteſt, qui circa A. V. C DCCLXI. Chriſti VII. ſub Conſulibus *M. Furio Camillo & Sexto Nonio Quinctiliano*, ipſam ſub Cereris habitu, omnibus de victu & amictu proſpicientis, ſiſtit. Hic eximiæ raritatis nummus jam vulgatus eſt à *J. Valente* in rarioribus æreis p. 8. *C. Mediobarbo* p. 62.

NUM. 6.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTUS IMPerator VII. Caput Tiberii nudum, lævam verſus, uti Tab. II. Num. 7.

CLEMENTIAE. Clypeus, in cujus medio caput Deæ Clementiæ directa fronte, quod laurea ſive corona civica ambit, ad latus utrumque S. C. nota.

Quo pejor ſemper futurus Imperator, eo magis egregiis virtutum abutebatur ſymbolis, quo populo fucum faceret, & eò magis de ſe bene ſperare faceret. Exemplo hic ſit *Tiberius*, qui *Clementiæ* typum cum nomine ejus nummis imprimi paſſus eſt, nihil minus aliquando ſuis quam *clemens* futurus. Videri tamen ſub initium Regiminis ſui volebat, quaſi eandem ſectaretur quam maximè. Opportune hoc de eo nobis Scriptor fide digniſſimus *Dio* Libro LVII prodidit; τό, τὸ σύμπαν, πρᾳότητα ἐπιείκειαν ἤσκει, &c. *Denique TANTA utebatur CLEMENTIA, ut quum aliquando Rhodiorum Magiſtratus data ad eum epiſtola, non ſubſcripſiſſent illud conſuetum, quod vota ipſi facerent ; celeriter eos excitos, quaſi male mulctaturus, quum id quod deerat, adjeciſſent, indemnes dimiſerit. Quaſi in populari reipublicæ ſi viveret imperio, ita magiſtratus quovis tempore honorabat, etiam Conſulibus aſſurgens ; quumque eos convivio acciperet, ingredientes apud januam excipiebat, abeuntes proſequebatur. Si quando curru veheretur, comitari ſe non modo Patricium, ſed ne primariorum quidem equitum ullum ſinebat. Quum feſti dies eſſent, aut aliquid ſimile, quo multitudo occupata eſſet futura, veſperi veniens ad aliquem Cæſarianorum, qui eo loci, ubi conventus populi eſſet futurus, habitaret ; noctem ibi exegit, ut expe-*

expeditiſſimè & quam minimo labore homines ipſum accedere poſſent. — — Frequenter ad ſpectacula veniebat, in honorem eorum, qui hæc edebant, utque multitudinem ornaret, ac una celebrare videretur. Et paulo ante: *Multa quoque civitatibus & privatis hominibus ſuppeditabat, Senatores multos ad egeſtatem redactos, ac ob id eo ordine cedere volentes, locupletavit; non tamen, niſi adhibito examine. —— —— Si quid alicui largiebatur, id confeſtim numerari, ſe inſpiciente, jubebat, magna adhibita cura, ne idem ſibi, quod Auguſto, eveniret; cujus munerum permagnam partem diſpenſatores detrahere conſueverant. Hæc autem omnia non aliunde, quam ex conſtitutis reditibus inſumebantur. Nam eo quidem tempore neminem pecuniæ cauſa necavit, aut bona cujusquam publicavit, neque provinciam ullam expilavit. Æmilio certe Recto, quia is pecuniæ majorem conſtituta ſummam ex Ægypto (nam ei præerat) miſiſſet, reſcripſit: ſe tonderi ſuas oves, non ad vivum usque radi velle.* Quam inſignem Principique digniſſimam clementiam arguentem ſententiam & *Suetonius* de ipſo conſignavit Cap. XXXII. in eo: *Præſidibus onerandas tributo provincias ſuadentibus, reſcripſit: Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere*, itemque *Zonaras* Ann. II. p. 172. cujus tamen ſententia magis cum *Dionis* verbis convenit. Aliud clementiæ κειμήλιον & *Suetonius* Cap. LIII. memoriæ prodidit: *Imputavit etiam, quod non laqueo ſtrangulatam* (Agrippinam) *in Gemoniis abjecerit; proque tali CLEMENTIA interponi decretum paſſus eſt, quo ſibi gratiæ agerentur, & Capitolino Jovi donum ex auro ſacraretur.* Et Cap. XXIX: *Atque hæc eo notabiliora erant, quod ipſe in appellandis venerandisque, ſingulis & univerſis, prope EXCESSERAT HUMANITATIS MODUM. Diſſentiens in Curia à Q. Haterio, Ignoſcas,* inquit, *rogo, ſi quid adverſus te liberius, ſicut Senator, dixero. Et deinde omnes alloquens; Dixi & nunc & ſæpe alias P. C. bonum & ſalutarem Principem, quem vos tanta & tam libera poteſtate inſtruxiſtis, Senatui ſervire debere, & univerſis civibus ſæpe, & plerumque etiam ſingulis: neque id dixiſſe me pœnitet, & bonos, & æquos, & faventes vos habui Dominos, & adhuc habeo.* Sed obſignabimus ejus clementiæ veſtigia verbis *Dionis* Libro LVII. p. 614. *Multa ei* (Urbibus Aſiæ) *Tributi pecunia remiſſa, multa à Tiberio donata: qui tum virtutibus deditus fuit, alieni abſtinentiſſimus, ne hæreditates quidem à cognatis ſibi relictas adiit, in urbes & privatos homines magnam vim pecuniæ impendit, neque inde aut honorem aut laudem admiſit.* Obiter notamus, *A. Rubenium* in *Commentario* p. 30. clypeum illum, in quo protome *Clementiæ*, vocare *diſcum, Clementiæ dicatum, cujus effigies in umbone conſpiciatur. Ludovicum Nonnium* verò in *Commentario ſuo* ad *Tiberium* p. 36. *Clypeum, quem ambit corona civica, in cujus medio eſt Dea Clementia.* Refert *Sebaſtianus Erizzo*, apud Scriptores ſe comperiſſe Tiberio, ob clementiam hanc, aureum ſcutum in Capitolio fuiſſe dedicatum. Vellemus, illum addidiſſe apud quos invenerit, lucem forte fœnerari huic nummo inde poſſemus. Hoc certius, vel ipſo prodente *Tacito* Libro IV. *Annalium*, *Aram clementiæ Tiberii tempore fuiſſe conſecratam*, dum ſcribit: *Ita, quanquam diverſis ſuper rebus conſulerentur, ARAM CLEMENTIAE, aram Amicitiæ, effigiesque circum Cæſaris ac Sejani cenſuere*, & ſicuti in *Paulli Æmilii Lepidi*, Triumviri fratris, nummo apud *J. Valentem* Tab. IV. Num. 12. & *Hub. Goltzium* in *Faſtis* itemque *C. Patinum* in *Theſauro minori* ſub *Conſularibus* p. 53. & *A. Morellio* in *Nummis* ſuis *Conſularibus* in *Famil. Æmilia* ſub Lit. F. idem *clypeus* cum Clementiæ *effigie* conſpicitur, qui heic viſitur, ibique nihil aliud notet, quam iſtum à Lucio Paullo, viro *hac Clementiæ virtute*, ſingulariter prædito, trahere originem, ita & hic *ſingularem Tiberianæ clementiæ laudem* deſignare neceſſe eſt; quam circa Imperii initium Anno ſcilicet V. C. DCCLXVIII. Chriſti XV. *Druſo Cæſare* & *C. Norbano Flacco* COSS. ſubdola admodum diſſimulatione, omnibus oſtentare noverat. Siſtunt hunc mole ſua inſignem ac rariſſimum nummum *A. Rubenius* Tab. XVII. Num. 14. *Joh. Valens* in *Num. Imper.* præſtantioribus p. 8. *C. Mediobarbus* p. 64. ex indice Cavotortæ. *Occo* p. 89. *Hub. Goltzius* in *Tiberio* Tab. IX. Num. 6. *Sponius* en *Recherches curieuſes d'Antiquité Diſſert.* I. p. 7. Num. 6.

Num. 7.

(2) *TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTUS IMPerator VII. Caput Tiberii nudum, lævam verſus, uti Tab. II. Num. 7.*

MODERATIONI. Clypeus, in cujus medio Moderationis caput, clypeum ambit laurea, adjecta ad latus S. C. nota.

Non ſufficiebat *Tiberio Clementiæ* laudem venari, ſed & Moderationis gloria notus eſſe volebat

(2) Numiſma Tiberii magnum, in pulchro ære, exſtat cum hac ad capitis partem Inſcriptione. TI. CAESAR DIVI AUG. F. AUGUST. IMPERAT. VII. Ab altera parte exhibet Clypeum cum corolla intus atque imagine Deæ Clementiæ in medio ejusdem clypei. In ambitu nummi hæc Inſcriptio cernitur, MODERATIONI. Sunt alii nummi, in quibus legitur CLEMENTIAE. Adeſt nota Senatusconſulti. Nummus hic ſingulariter in honorem Principis cuſus fuit, ſive pro ejusdem adulatione. Scribit enim *Suetonius* in ejusdem Tiberii Vita, quod, quamvis rigidus moribus atque aſper exſtiterit, videri tamen voluerit benignus & humanus, atque etiam ſingulari moderatione animi præditus; quam & ipſam ſæpe verbis in Senatu præ ſe tulerit, quamvis facta ejus contrarium probarent. Ut adfectaret tamen eandem in initio, prout ſcribit *Suetonius*, civilis fuit erga omnes neque aliter fere quam privatus egit. Neque ex multis iisque magnis honoribus oblatis, aliquos niſi modicos admodum recepit, & ut natales ejus, qui in Circenſium dies ludicros incidebant, aliquid extra ordinem honoris caperent. Pompæ autem & adulationis tam infeſtus fuit hoſtis, ut nunquam ad lecticam ſuam Senatores honoris cauſſa adeſſe aut circa illam verſari voluerit. Quodam tempore quum Dominus à quopiam vocatus eſſet, minaciter eundem increpuit, vetuitque eum odioſa uti in poſterum adpellatione. Mirari inprimis licet civilitatem ejus erga ſingulos atque univerſos, quæ modum etiam excederet. De qua *Suetanis* in *Vita* ejus Cap. XXIX. *Atque hæc eo notabiliora erant, quod ipſe in appellandis, venerandisque ſingulis, & univerſis, protè exceſſerat humanitatis modum. Diſſentiens in curia à Q. Haterio, Ignoſcas*, inquit, *rogo, ſi quid adverſus te liberius ſicut Senator dixero. Et deinde omnes alloquens: Dixi & nunc & ſæpe aliàs P. C. bonum & ſalutarem Principem, quem vos tanta, & tam libera poteſtate inſtruxiſtis, Senatui ſervire debere, & univerſis civibus ſæpe, & plerumque etiam ſingulis, neque id dixiſſe me pœnitet, & bonos, & æquos, & faventes vos habui dominos. &c.* Sed cuncta hæc in Tiberio artis erant, non naturæ, aperuit enim poſtea animum vitiis & ſceleribus obſeſſum, quem aliquandiu, ut tanto facilius falleret, callide texerat. Diſcimus illud ex *Dione* Libro LVII. ubi de ſimulatione Tiberii ita loquitur. *Poſtquam nulli jam motus annunciabantur, omnis tuto res Romana in Principatum ipſius conſentiebat, ita demum miſſa diſſimulatione Imperium occepit, idque ad hunc modum, quamdiu vixit Germanicus, adminiſtravit. Suo arbitrio nihil aut perpauca agebat, de rebus etiam minutiſſimis ad Senatum referebat, poſito in foro tribunali, in quo ſedens jus diceret, ſemper conſiliarios Auguſti exemplo habebat; neque tamen niſi communicata prius re etiam cum cæteris, quicquam ſerium peragebat:*

propo-

bat omnibus, qua eum Senatus circa A. V. C. DCCLXVIII. Christi XV. *Druso Cæsare* & *C. Norbano Flacco* COSS. in hoc nummo extollebat. Prædicant & illam de ipso Autores & in his *Dio* Libro LVII. p. 610. Χρόνον γὰρ τινὰ σωφρονέστατα διεγένετο, καὶ οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδενὶ ἀσελγαίνειν ἠφίει, ἀλλὰ καὶ συχνοὺς ἐπὶ τούτῳ ἐκόλαζε. *Nimirum aliquandiu MODERATISSIME Tiberius vixit, ac ne reliquos etiam libidinibus obsequi passus est, multis ob id supplicio coërcitis.* Et in præcedente Nota audivimus pariter ex *Dionis* Libro LVII: *Consulibus etiam ipsum assurrexisse, eos convivio exceptos ingredientibus obviasse, abeuntes prosequutum esse, cum curru veheretur non permisisse, ut ipsum patricius, aut primariorum equitum ullus comitaretur.* Et *Suetonius* Cap. XXXII. in *Tiberio*: *Parem MODERATIONEM minoribus quoque & personis & rebus exhibuit.* Hanc effert & *Vellejus* Libro II. scribens: *Quis non inter reliqua, quibus SINGULARIS MODERATIO Tiberii Cæsaris elucet atque eminet, hoc quoque miretur.*

Et *Tacitus* moderationis suæ exemplum illustre Libro II. *Annalium* p. m. 107. b. adfert, cum contentio inter ipsum & Asinium Gallum de Comitiis Magistratuum in quinquennium habendis, esset exorta, ipseque *Tiberius* probe intelligeret, hanc sententiam altius penetrare & arcana Imperii tentari, iste tamen quasi augeretur potestas ejus disseruit; *grave MODERATIONI SUAE, tot eligere, tot differre, vix per singulos annos offensiones vitari &c.* De moderatione ejus in victu & amictu multa quoque apud *Suetonium* Cap. XXXIV. legas, interque illa hæc: *Et ut parcimoniam publicam exemplo quoque juvaret, sollennibus ipse cœnis pridiana sæpe ac semesa obsonia apposuit, dimidiatumque aprum; affirmans, omnia eadem habere, quæ totum*, & apud *Suidam* quidam inquit: *Cum sodalibus privati more vivebat, cum iisque ludebat, non adductis stipatoribus. Vetuit etiam, ne quis serica veste uteretur.* An vero hi clypei facti sint ad exemplar eorum, quos *Tiberius* aureos in Capitolio dedicatos suspendit (3) uti conjicit *C. Patinus* p. 65. in Numismatibus æreis mediæ ac minimæ formæ, de hoc fortè dubitare licet.

Attulit jam hunc rarissimum hujus molis nummum (4) *Joh. Valens* in præstantioribus Nummis æreis p. 9. *A. Rubenius* Tab. XVII. Num. 15. *C. Mediobarbus* p. 64. *Occo* p. 89. *Sponius* en *Recherches Cur. d'Antiquité* Differt. I. Num. 5.

NUM. 8.

(5) *TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATOR V. (Quintum) Caput Tiberii nudum dextram versus, uti Tab. I. Num.* 35.

vel

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATOR V. (Quintum) Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. III. Num. 70.

vel

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATOR VII. Caput Tiberii laureatum, dextram versus, uti Tab. III. Num. 69.

ROMæ ET AUGusto. Ara ornata duabus victoriis laureas tenentibus in manibus, quæ hinc & illinc cippis impositæ sunt.

Sicuti *Urbem* Romani pro *Dea* colebant, (hinc toties in nummis ΘΕΑ ΡΩΜΗ audit) eique *Templa* ab *Urbibus Asiæ* decernebantur, ita & *Templa & aras* ipsi ponebant; *Flaminesque* ac *Sacerdotes*, ceu Numini, constituebant, hinc *Martialis* Libro XII. *Epigr.* 8.

Terrarum DEA Gentiumque ROMA,
Cui par est nihil, & nihil secundum;

perinde ac *Augusto* vivo, hinc *Horatius* de eodem:

— — præsenti tibi maturos largimur honores
Jurandasque tuas per nomen ponimus ARAS.

Et *Servius* ad illud Poëtæ: *Namque erit ille mihi semper Deus*, addit: *Id est, post mortem, & dum*

proposita sua in medium sententia, non tantum omnibus contradicere liberum relinquebat, sed ferebat etiam aliquando contraria suæ sententiæ decreta fieri: nam ipse quoque sæpenumero suffragium dicebat. Fuit igitur hic nummus Romæ cusus in Tiberii honorum, vel per adulationem, vel eo tempore, quum abditis per simulationem vitiis, clementem, moderatum, bonum atque officiosum Principem se ostenderit. Narrant Scriptores in Capitolio positum à Tiberio, propter hanc suam clementiam, Clypeum aureum. Unde & in ære signatus hic fuit nummus cum ejusmodi clypeo, ut & imagine Deæ, atque Inscriptione, CLEMENTIAE, quæ in superiori ambitu cernitur. *SEBAST. ERIZUS.*

(3) Referente *Suid.* in *Claud.* Cap. 32.

(4) Ante reliquos *Seb. Erizus* p. 191. cujus explicationem vide pag. præcedente.

(5) Numisma Tiberii æreum majoris moduli, ut & ex ære medio agnoscitur cum hac à parte capitis Inscriptione, TI. CAESAR AUGUST. F. IMPERAT. VII. Ab altera parte Templum cernitur, & in summa ejus parte duæ stant Victoriæ, quæ singulæ dextra corollam lauream seu victricem tenent. Subtus basim ædificii hæc adest Inscriptio, ROM. ET AUG. Templum hic depingitur, quod Asiæ populi in honorem Tiberii statuerunt, iis enim solis legitur (*Suetonio teste*) aliquod beneficium, quum easdem terræ motu quassatus restitueret, contulisse. Grati igitur Asiæ populi in Tiberii atque Urbis Romæ honorem Templum illud statuerunt, fuitque res eadem his nummis celebrata. Testimonium huic rei dat quoque majoris moduli numisma insigne æris Corinthii, Romæ in Tiberii honorem cusum, quod Inscriptionem & notam Senatusconsulti ab altera parte habet, ab altera vero Tiberii Statuam sedentis habitu, cum his literis CIVITATIBUS ASIAE RESTITUTIS. Ingens ille Terræ motus, quo complures nobilissimæ Civitates Asiæ corruerunt, accidisse creditur anno XVIII. Imperii Cæsaris Tiberii, quo ipso Servator noster passus fuit. Phlegon enim Scriptor Græcus, in Asia natus, cujus peculiarem penes *Suidam* habemus mentionem, ut rem memorabilem narrat, anno quarto Olympiadis decimæ supra ducentesimam (quæ, si recte ineamus computum, incidit in octavum & decimum Tiberii Principatus annum, quo generis humani Servator passus fuit,) exstitisse maximam, qualis nunquam ante visa fuerit, Eclipsim solis, quæ à sexta usque ad nonam duraverit horam, simulque tantum terræ motum; ut innumera in Asia atque in Bithynia corruerint ædificia. Sed præter Phlegontem, ejus temporis scriptorem, *Plinius* quoque ejusdem rei dat testimonium, scribens, quod Terræ motus ille; qui sub Tiberio exstitit, reliquis cunctis exstiterit gravior, quodque eodem conciderint duodecim Asiæ civitates atque innumera ubique locorum ædificia. De quo Terræ motu atque civitatum Asiæ ruina hæc exstant apud *Tacitum* Lib. II. *Annal.* Cap. 47. *Eodem anno duodecim celebres Asiæ Urbes conlapsæ, nocturno motu Terræ, quo improvisior graviorque pestis fuit, neque solitum*

dum vivit. Alii Imperatores *post mortem* in numerum referuntur *Deorum*; *Augustus Templa vivus* meruit. De *Templo Augusti* posito in Urbe supra plura ad hanc Tabulam Num. 1. & 2. diximus. Probeque observandum est, quod *ille nunquam sibi Templa poni passus fuerit, NISI ADJECTO ROMAE NOMINE*. Ita enim *Suetonius* Cap. LII: *Templa, quamvis sciret etiam Proconsulibus decerni solere: in nulla tamen provincia, nisi communi suo Romæque nomine recepit.* Et *Josephus* in *Antiquit. Judaic.* XV. 13: Ἐφ' οὗ νεὼς Καίσαρος ἀπόπτος τοῖς εἰσπλέουσιν, ἔχων ἀγάλματα, τὸ μὲν Ῥώμης, τὸ δὲ Καίσαρος. *In quo TEMPLUM Cæsaris à longè conspicuum navigantibus, & in eo statuæ, ROMAE altera, altera CAESARIS. Sextus Rufus* id regione quarta, quæ est via sacra, ponit. Quodque clarius adhuc datur colligere ex Inscriptione *Gruteriana* pag. CCCXX. 8. *Lugduni* reperta:

SERVILIO MARCIANO ARVERNO
C. SERVILII DOMITII FILIO SACERDOTI
AD TEMPLUM ROMAE ET AUGUSTO.
TRES PROVINCIAE GALLIAE.

Errat ergo *Sebastianus Erizzo*, sibi persuadens hunc nummum Tiberio esse dicatum, & non Augusto, cum ipsi in faciem contradicat *Suetonius* capite XXVI. *TEMPLA, Flamines, Sacerdotes, DECERNI SIBI PROHIBUIT, etiam statuas atque imagines, nisi permittente se, poni, permisitque ea sola conditione, ne inter simulachra Deorum, sed inter ornamenta ædium ponerentur.* Et licet *Tacitus* scribat, *DECREVISSE Asiæ Urbes TEMPLUM TIBERIO, matrique ejus ac Senatui*, quod & *Smyrnæ* exædificatum fuit; & ex eodem *Tacito* constet: *per idem tempus Hispaniam ulteriorem, missis ad Senatum legatis, orasse, ut exemplo ASIAE DELUBRUM TIBERIO, matrique ejus exstruerent*; tamen istud non *ROMAE ET AUGusto* ædificatum fuit, ut rem paucis expediamus, ceu tamen in nummo legimus. Quorsum & collimare quoque videtur *C. Patinus* in *Catalogo Thesauri Mauroceni* p. 48. ad hunc nummum scribens: *Eosdem honores Tiberio delatos esse ac Augusto scribunt veteres, ideo non mirandum est, eadem adulationis formula usos fuisse gratiam Principis ambientes. Hinc utrique nummi iidem, eadem templa, eædem aræ.* Affert hunc haud obvium nummum ([6]) *A. Goltzius* in *Tiberio* Tab. IX. Num. 14. *J. Valens* p. 8. æri incisum, sed literis & capite, sculptoris incuria, inversis. Rectius vero eundem *C. Patinus* in *Thesauro Numismatum* in 4. p. 140. *C. Mediobarbus* p. 62. ex *Museo Cospiano*, *Occo* p. 89. *Harduinus* p. 425. *Sponius* en *Recherches curieuses d'Antiquité*, Differt. XXIV. pag. 366. Restitutum quoque eundem à *Cavino* fuisse, testatur *Claude du Molinet dans son Cabinet de la Bibliotheque de Sainte Genoveve*, ubi illud æri incisum in *Paduanis* p. 95. Tab. XXIII. Num. 4. sistit.

NUM. 9. & 10.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXXIIX. Senatus Consulti nota in medio areæ.

Quadrigæ Triumphales vacuæ sine omni Inscriptione.

HÆ *Quadrigæ Triumphales* non possunt non actum ab ipso arguere *Triumphum*. Causam ejus communicat *Suetonius* Cap. XVII; *Cui gloriæ amplior adhuc ex opportunitate cumulus accessit. Nam sub id ferè tempus Quintilius Varus, cum tribus Legionibus in Germania periit: nemine dubitante quin victores Germani juncturi se Pannoniis fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset. QUAS OB RES TRIUMPHUS EI DECRETUS EST, multique & magni honores. Censuerunt etiam quidam, ut PANNONICUS, alii ut INVICTUS, nonnulli, ut PIUS cognominaretur. Sed de cognomine intercessit Augustus, eo contentum repromittens, quod se defuncto suscepturus esset. TRIUMPHUM ipse distulit, mœsta civitate clade Variana. Nihilominus Urbem prætextatus, & laurea coronatus intravit, positumque in Septis tribunal, Senatu adstante, conscendit: ac medius inter duos Consules cum Augusto simul sedit: unde, populo consalutato, circum Templa deductus est.* Et *Dio* Libro LVI. p. 582. b. *Victoriæ nuntium attulit Germanicus, ejusque ergo Augusto & Tiberio nomen Imperatorium auctum*, τὸ δὲ αὐτοκράτορος ὄνομα προσθέσθαι, καὶ τὰ ἐπινίκια πέμψαι, ἄλλαι τε τινὲς τιμαί, καὶ ἁψῖδες ἐν τῇ Παννονίᾳ τροπαιοφόροι δύο ἐδόθησαν, *ac TRIUMPHUS decretus, atque inter alios honores, arcus duo triumphales in Pannonia concessi* — — *His recens decretis, adversus ex Germania allatus nuntius TRIUMPHOS eorum impedit.* Currum nempe triumphalem exhibet sed absque triumphatore, quasi ob mœstam civitatem eundem conscendere noluisset, civitas vero ob debitum honorem denegare haud potuisset. Moræ saltem indicium inferre videtur, quem biennio post A. V. V. DCCLXV. *Germanico* & *C. Fontejo* COSS. ut produnt *Fasti Capitolini* & ex illis *Pighius* Ann. III. p. 541. attamen egisse, non solum *Dio*, sed & *Suetonius* & alii asseverant. Priorem Libro LVI. jam audivimus, alter, nempe *Suetonius* Cap. XX. *A Germania in Urbem post biennium regressus, TRIUMPHUM, quem distulerat, egit, prosequentibus etiam Legatis, quibus Triumphalia ornamenta impetrarat: ac priusquam in Capitolium flecteret, descendit è curru, seque præsidenti patri ad genua summisit.* Itemque *Paterculus* II. 121. *In Urbem reversus, jam pridem debitum, sed continuatione bellorum dilatum, ex Pannoniis Dalmatisque egit triumphum.*

Nummum hunc vulgavit jam *C. Patinus* in *Suetonio nummis illustrato* p. 160. *Goltzius* in *Tiberio* Tab. IX. Num. 1. ubi tamen figura ejus tota inversa cernitur, & exstat hodie in *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM.

litum in tali casu effugium subveniebat in aperta prorumpendi, quia deductis Terris hauriebantur. Sedisse immensos montes, visa in arduo quæ plana fuerint, effulsisse inter ruinam ignes memorant. &c. SEB. ERICIUS.

NUM. 10. & 11.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXXVII. In area Senatus Consulti nota

Quadrigæ Triumphales absque Triumphante sine perigraphe.

Omnia, quæ hic moneri possunt, attigimus in præcedenti nota, solum observantes, quod ejusdem typi nummus à Senatu jam A. V. C. DCCLXXXVIII. Christi XXXV. fieri fuerit jussus *M. Servil. Rufo Noniano*, & *C. Cestio Gallo Coss.*

Sistit & illum *C. Mediobarbus* p. 67. ex *suo Museo. Goltzius* in *Tiberio* Tab. X. Num. 3. & Tab. IX. Num. 1. ubi tamen figura inversa visitur.

NUM. 10. & 12.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXXVI. Senatus Consulti nota in area.

Quadrigæ elephantorum vacuæ.

Sola differt Tribunicia Potestate hic nummus à præcedente, quam Trigesimam Sextam in ipso obsignatam conspicimus, quamque egisse novimus sub *P. Fabio Persico* & *L. Vitellio* Coss. A. V. C. DCCLXXXVII. Christi XXXIV. Comparet hic nummus in *Thesauro Schwartzburgico*.

NUM. 13. & 14.

(6) *TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXIIII. Senatus Consulti nota in area.*

vel

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATOR. Caput Tiberii nudum, lævam versus, uti Tab. III. Num. 74.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VIII. Caput Tiberii nudum, dextram versus, uti Tab. II. Num. 18.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate XXI. In area Senatus Consulti nota.

CIVITATIBUS ASIAE RESTITUTIS. Tiberius, sub Jovis specie, in sella curuli sedens, capite nudo, dextra pateram, sinistra hastam puram tenet.

Cum *Tiberii*, *boni Principis* speciem præ se ferentis, tempore A. V. C. ($\frac{770}{69}$) post C. N. 17. mundi 3966. Consulibus *C. Cœlio Rufo* & *L. Pomponio Flacco Græcino*, juxta *Usserium* & *Calvisium*, cum quibus nos facimus; Anno sequente ($\frac{771}{70}$) *Tiberio Cæsare* & *Germanico* Consulibus, juxta, *A. Pagi* in *Dissertatione Hypatica* p. 169; A. V. C. 775. Christi XXII. *C. Sulpicio Galba* & *D. Haterio Agrippa* Coss. juxta *Comitem Mediobarbum*, A. 774. J. C. 23. juxta *Occonem* p. 91; (7) *duo-*

(6) TI. CAESAR DIVI AUG. F. AUGUST. P.M. TR. P. XXI. SC. Au milieu de la medaille sans effigie : Au revers Tibere couronné comme Empereur de laurier, & assis, tient une patere, & une haste, avec cette Inscription, CIVITATIBUS ASIAE RESTITUTIS.

S'est icy la representation du colosse fait par les villes de l'Asie en l'honneur de Tibere, pour recognoissance du restablissement qu'il leur aida à faire, après qu'elles furent renversées par un tremblement de terre au nombre de douze, comme *Strabon* liv. XIII. & *Pline* liv. II. chap. 83. le remarquent, & en suite *Paterculus* liv. II. en ces mots, *fortuita non civium tantummodò, sed urbium damna munificentia vindicat*: RESTITUTAE *Urbes Asiæ*. *Suetone* aussi chap. XLVIII. Quant à l'erection de ce colosse, *Phlegon Trallianus*, & par consequent de ces cartiers là, se servant du tesmoignage du Gramairien *Apollonius*, rapporte que ces peuples d'Asie rendirent à ce Prince cette marque de leur recognoissance, & qu'il fut dressé derriere le Temple de Venus. Je croy, à cause que cette Déesse estoit la protectrice de la maison des Cesars & famille Julienne, en laquelle Auguste l'avoit adopté; & de plus, qu'il y adjousterent des statuës representans les villes restablies par sa liberalité. Je sçay bien que *Meursius*, dont l'authorité est de grand poids, censure cette remarque de *Phlegon*; mais cette medaille qui represente sans doute Tibere (comme je voy que *Goltzius*, *Vicus* & *Nonnius* l'ont aussi estimé,) certainement me semble donner une entiere confirmation de ce qu'en a dit cet Autheur; lequel estant affranchy d'Hadrian, & vivant à Rome, eust peu refuter l'opinion de son garand, si il eust veu le contraire. Et ce qui semble confirmer que c'est la figure de Tibere en cette medaille; voire mesme colossique, est qu'il n'a pas esté figuré en la forme ordinaire, le Senat ayant ordonné qu'on fit battre cette sorte de monnoye pour honorer Tibere, & laisser la memoire à la posterité de sa liberalité. Car encore que Tibere fust grand œconome, si avoit il cela, que par intervalle il paroissoit liberal, & honorable, *Instaurabat & adornabat ruinosa ædificia priorum conditorum nominibus inscriptis. Civitatibus & privatis hominibus opem ferebat* (ce dit Zonare) qui semble avoir eu cette histoire du restablissement de ces villes, quand il a escrit cecy. *TRISTANUS* Tom. I. p. 162.

(7) *duodecim*, vel, ut *Eusebius* in *Chronico* tradit, *tredecim Asiæ Proconsularis Urbes* una nocte terræ motu vexatæ, concussæ, ac in ruinas missæ fuerint, singulare *Clementiæ* specimen, cujus & supra mentionem injecimus, editurus *Tiberius*, multa ipsis *non solum tributa remisit*, *sed & ære suo ipsas* maximam partem restituit, ac instauravit; propterea & ipsi *colossus* erectus est juxta *ædem Veneris* in *Foro Romano*, *& in unaquaque restauratarum urbium statuæ illi positæ*, ceu ex *Apollonio Grammatico* tradit *PHLEGON TRALLIANUS* in libro *De mirabilibus* Cap. XIII. Deprædicant istam singularem *clementiam* in eo non pauci ex *Autoribus*, in quibus familiam ducit *Dio* Libro LVII. p. 614. Ταῖς τε ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεσι τῶν ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ κακωθείσαις ἀνὴρ ἐστρατηγηκὼς σὺν πέντε ῥαβδούχοις προσετάχθη· καὶ χρήματα πολλὰ μὲν ἐκ τῶν φόρων ἀνείθη, πολλὰ δὲ καὶ παρὰ τοῦ Τιβερίου ἐδόθη· τῶν γὰρ ἀλλοτρίων ἰσχυρῶς, μέχρι γε καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἐπετήδευσεν, ἀπεχόμενος. *URBIBUS ASIAE, terræ tremore concussis, Prætorius vir cum quinque lictoribus præfectus; multa eis tributi pecunia remissa, MULTA A TIBERIO DONATA; qui dum virtutibus deditus fuit, alieni abstinentissimus.* Idem & comprobat *Suetonius* Cap. XLVIII. scribens: *Neque provincias quidem ullâ liberalitate sublevavit, excepta ASIA, DISJECTIS terræ motu CIVITATIBUS.* Quas & tangit Cap. VIII: *Pro LAODICENIS, ATHYATIRENIS, CHIIS, TERRAE MOTU AFFLICTIS, opemque implorantibus, Senatum (Tiberius) deprecatus est.* In quas oculum intendit & *Vellejus*: *Fortuita non civium tantummodo, sed & Urbium damna Principis munificentia vindicat. RESTITUTAE URBES ASIAE &c.* Non minus & *Orosius* VII. 4. *Sane ASIAE CIVITATES illo terræ motu dirutas, TRIBUTO DIMISSO, PROPRIA etiam LIBERALITATE donavit.* Sic & *Phlegon* in *De rebus mirabilibus* Cap. XIII. Οἰκείᾳ δαπάνῃ πάλιν ἀνώρθωσεν, ἀνθ' ὧν κολοσσόν τε αὐτοῦ κατασκευάσαντες ἀνέθησαν παρὰ τῷ τῆς Ἀφροδίτης, ὅ ἐστιν ἐν τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ, καὶ τῶν πόλεων ἑκάστης ἐφεξῆς ἀνδριάντας παρέστησαν. *Apollonius Grammaticus*, narrat, *Tiberii Neronis ætate terræ motum fuisse; quo multæ ac celebres Asiæ Urbes funditus deletæ sint, QUAS deinde TIBERIUS SUO SUMPTU REPARAVIT, propter quod beneficium Asiani Colossum ei confecerunt ac posuerunt in Foro Romano prope Fanum Veneris & singularum deinceps Urbium statuas subjunxerunt.* Sed hi *indeterminate* nobis *numerum earum* produnt; nunc & audiamus, qui *distinctius* de *ipsarum numero* loquuntur, in quibus sunt *Plinius* Libro II. Cap. 84. *Maximus terræ memoria mortalium, exstitit motus, TIBERII Cæsaris Principatu, XII. URBIBUS ASIAE una nocte prostratis.* In quo numero consentientem quoque habemus *Tacitum*, Libro II. *Annalium* Cap. 47. p. m. 109. scribentem: *Eodem anno duodecim CELEBRES ASIAE URBES CONLAPSAE, nocturno motu terræ, quo improvisior graviorque pestis fuit: Neque solitum in tali casu effugium subveniebat in aperta prorumpendi, quia diductis terris, hauriebantur. Sedisse immensos montes, visa in arduo quæ plana fuerant, effulsisse inter ruinam ignes, memorant. Asperrima in Sardianos lues, plurimum in eosdem misericordiæ traxit: Nam CENTIES SESTERTIUM pollicitus Cæsar: & quantum ærario aut fisco pendebant, in QUINQUENNIUM REMISIT, MAGNETES A SIPYLO proximi damno & remedio habiti TEMNIOS, PHILADELPHENOS, AEGAEATAS, APOLLONIENSES, quique Mosteni, aut Macedones Hyrcani* (8) *vocantur) & HIEROCAESAREUM,* (Mazacam antea dictam) *MYRINAM, CYMEN, TMOLUM, levari per idem tempus tributis, mittique ex Senatu placuit, qui præsentia spectaret, refoveretque. Delectus est M. ALETUS è PRAETORIIS, ne, Consulari obtinente ASIAM, æmulatio inter pares, & ex eo impedimentum oriretur.* Aliquas ex illis nominat *Strabo* XII: Καὶ γὰρ νῦν τὴν Μαγνησίαν τὴν ὑπ' αὐτῷ κατέβαλεν σεισμοί· ἡνίκα καὶ Σάρδεις, καὶ τῶν ἄλλων τὰς ἐπιφανεστάτας κατὰ πολλὰ μέρη διελυμήναντο· Ἐπηνώρθωσε δ' ὁ ἡγεμὼν χρήματα ἐπιδοὺς, καθάπερ καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς γενομένης συμφορᾶς Τραλλιανοῖς (ἡνίκα καὶ τὸ γυμνάσιον, καὶ ἄλλα μέρη συνέπεσεν) ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ τούτοις, καὶ Λαοδικεῦσιν. *Nam & nostra ætate tremores terræ Magnesiam disjecerunt: quando & Sardes, & aliæ nobilissimæ Urbes ab iisdem sunt gravissime adflictæ multis partibus. Imperator tamen instauravit, pecuniam largitus; quod beneficii ante etiam Trallianis præstiterat Pater ejus, cum eorum corruisset Gymnasium aliæque partes: itemque Laodicensibus.* Eusebius vero in *Chronicis* TREDECIM eversas fuisse tradit, ac *Ephesum* addit, (9) scribens: *TREDECIM URBES TERRAE MOTU corruerunt: Ephesus, Magnesia, Sardis, Mosthene, Megæchyero, Cæsarea, Philadelphia, Himolus, Temis, Cumæ, Myrrhina, Apollonia, Diahircania.* Quæ posteriora cum valdè sint corrupta *Lipsius* ad *Tacitum* p. 45. sic emendanda existimat: *Mosthene, Ægæ, Hierocæsarea, Philadelphia, Tmolus, Temnus, Cume, Myrina, Apollonia, Hircania*, eaque *rectè restituta* ab ipso fuisse, *superius adlata* docere facile possunt. Sic & *TIRONIS PROSPERI, AQUITANI Chronicon* p. 284. edit. *Græv.* Tom. XI. *Rer. Rom. Tiberii Imperii anno V. TREDECIM Urbes terræ motu corruerunt.* Nicephorus Libro I. Cap. 17: *quindecim* asserit. Sed conciliari hos omnes facile posse, patet, si cum *Tacito* XII. *celebres* deletas asseramus, *tribus ignobilioribus* ab istis non observatis. Ubi non possumus non adducere Inscriptionem illam (10) Monumenti circa annum 1695. in *Italia*, (teste Autore *Diarii Hamburgensis* Anni 1696. Mensis die 24 Decembris) effossi, in quo plures exhibentur fœminæ lapidi incisæ, Urbes illas terræ motu concussas repræsentantes, adjectis infra ipsarum nominibus, quod ipsum monumentum memoriam hujus munificentiæ Imperatoriæ insigniter conservare videtur: TI. CAESARI. DIVI AUGUSTI F. DIVI JULI N. AUGUSTO PONTIF.

(7) Alii denuo cum *Orosio* statuunt, *terræ motum* hunc tempore *passionis Christi* Anno *Tiberii Imperii* 18. *Christi* autem 34. contigisse. Videatur *Nonnii Commentarius* ad *Tiberium*, & *Moulinet* Cabinet de *Ste Genevieve* p. 68. itemque *Sebast. Erizzo* p. 78. ac *Levin. Hulsius* in *Imperat. Numism.* serie pag. 7. Sed abludunt à vero. Nam hic totis 14. annis post contigit. Referente siquidem *Eusebio* hic contigit Anno II. Olympiadis CXCIX. passus autem Christus est Anno IV. Olympiadis CCII. quo tempore in *Bithynia Nicææ Urbis* terræ motus multas evertit ædes, *Eusebius* ad annum 2034. tradit, quem tamen *biennii metachronismum commisisse*, monet *Scaliger* ad ipsum p. 168.

(8) *Lydiæ*, scilicet urbis, docentibus hoc nos *Holstenio*, *Cupero* & *Harduino* p. 523.

(9) Pertinuisse omnino *ipsam* ad hunc numerum, *nummus* ipsorum *M. Aurelii tempore* cusus probat, in quo: ΕΦΕΣΙΩΝ PN. h. e. CL. apud *Patinum* pag. 241. cum *effigie cervi*, ex quo simul conficitur, *æram suam* inde cœpisse, nempe à *restitutione & reparatione Urbis* post terræ motum, qui, referente *Tacito*, Anno *Tiberii quarto*, *C. Cælio*, & *Pomponio*, *Coss.* contigit, ac in A. V. 769. incidit, & tunc A. V. erat 918. *Aurelii*, *Sextus*.

(10) Monumentum hoc insigne; cujus mentionem hic facit *Schlegelius*, effosum fuit Puteolis, mense Decembri anni 1693. Illustravit & edidit *Antonius Bulifo*, exiguo admodum libello, Italice conscripto, atque edito *Neapoli* anno 1694. Dignum judicavimus, quod (ubi ad finem Tomi II. p invenerimus) inter reliqua ibidem *Antiqua Monumenta* à nobis collocetur, atque Italico simul idiomate & Latina versione ornatum, publicetur. HAVERCAMP.

PONTIF. MAXIMO COS. IIII. IMP. VIII. TRIB. POTEST. XXXII. AUGUSTALES RESPUBLICA RESTITUIT.

Falluntur ergo *Adolph. Occo* & *C. Mediobarbus*, ut hoc sub calcem adhuc addamus, qui *Vestam sedentem* in hoc nummo nostro conspexerunt, itemque *A. Gorlæus*, *Scaliger* in Notis ad *Eusebium* p. 168. qui *Asiam* sub *muliebri specie heic sedentem* existimant. Sed *statuam Tiberii*, veluti prætextati senis, in amplissimo cultu, aut potius *Genii*, aut *Dei* instar in *sella curuli sedentis*, cum *hasta pura* & *patera*, heic in *honorem ejus*, ob *immortale* in *tot civitates adflictissimas meritum*, & monumentum Liberalitatis eximiæ positam reputamus potius cum *Levino Hulsio* multisque aliis.

Cæterum, memorabilem hunc nummum jam vulgarunt *Adolph. Occo* p. 91. nov. edit. & p. 59. prioris edit. *Harduinus* in *Nummis antiquis* P. & U. p. 76. & 164. ex *Museo Regio* & *Museo suo*, *C. Mediobarbus* p. 65. ex *Museo suo*, *Scaliger* in *Eusebium* p. 168. *A. Gorlæus*, referente *Samuele Pitisco* in Notis ad *Suetonium* p. 689. Æri vero incisum jam dederunt *C. Patinus* in *Suetonio* nummis illustrato pag. 178. *L. Begerus* in *Thes. Brandenb.* p. 611. ac in *Thesauro Numismatum æris majoris* in 4to p. 140. *H. Goltzius* in *Tiberio* Tab. IX. Num. 11. & Tab. X. Num. 4. ubi tamen *figura* sculptoris vitio *inversa* penitus cernitur. *Claud. du Molinet dans son Cabinet de la Bibliotheque de Ste. Genevieve* p. 69. Tab. XIX. Num. 1. *Levinus Hulsius* in *Imperat. Numism.* serie p. 7. *Sebast. Erizzo* in *Discorso sopra le Medaglie de gli Antichi* p. 78. *Joh. Harduinus* in *Notis suis* ad *Plinii* H. N. Lib. II. Cap. 84. p. 235. *Jobertus* in *notitia Rei Num.* p. 160. & 161. *Laurentius Begerus* in *Floro* p. 130.

NUM. 15. & 16.

IMPerator Titus CAEsar DIVI VESPasiani Filius AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate Pater Patriæ COnSul VIII. RESTituit. In area S. C. nota.

CIVITATIBUS ASIAE RESTITUTIS. Statua Tiberii in sella curuli, sedentis capite nudo, dextra pateram, sinistra hastam puram tenentis.

Causam prioris hoc emblemate signati nummi jam præcedente numero tradidimus. Dignam ejus memoriam reputavit *Titus Vespasianus*, quæ renovaretur nummi restitutione, atque in animos hominum, si forte excidisset, revocaretur. Vulgavit rarissimum hunc nummum jam *C. Patinus* in *Suetonio nummis illustrato* p. 178. ac in *Thesauro Numismatum* in 4to p. 140. *A. Occo* p. 91. *C. Mediobarbus* p. 65. *Joh. Valens* in *Nummis præstantioribus æreis* p. 9.

NUM. 17. & 18.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXXIIX. In area Senatus Consulti nota, uti Num. 17.

vel

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATOR. Caput Tiberii nudum, dextram versus, uti Tab. II. Num. 3.

Templum octo columnarum egregiæ structuræ multis statuis & signis exornatum, cujusque portæ inscriptum S P Q R. in ejus medio in ara considet Figura cornu copiæ tenens, hinc & inde duæ aliæ figuræ basibus insistentes.

Idem typus cum supra hac ipsa Tab. V. Num. 1. occurrerit, eo B. L. ablegamus scientes eodem fini & hunc fuisse à S. P. Q. R. uti Inscriptio Templi prodit, conflatum, solummodo observantes, quod diversis vicibus idem typus repetitus fuerit. Nam supra sub titulo ejus Imperatoris V. h. e. circa V. C. 761. Cap. IX. vidimus illum. Hic sub Tribunicia Potestate XXXVIII. occurrit, quam inchoavit die 27. Junii A. V. C. $\left(\frac{89}{788}\right)$ Christi 36. Sistunt & illum *Goltzius* in *Tiberio* Tab. VIII. Num. 10. *Sambucus* in *Emblemat.* 236. *Mediobarbus* ex *Museo suo* p. 67. *Occo* p. 95. *Famianus Nardinus* in Roma veteri Libro VI. Cap. 14. p. 1336. Tom. IV. *Grævii*. *Alexander Donatus* de *Urbe Roma* Libro II. Cap. 24. p. 641. Tab. III. *Grævii Rerum Roman.*

NUM. 19.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXIIII. In area Senatus Consulti nota, uti Tab. V. Num. 14. & VI. Num. 27.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Augustus veluti Deus corona radiata ornatus sedens, dextra lauri vel oleæ ramum, sinistra hastam puram tenet, ante ipsum ara,

De apotheosi Augusti nonnulla supra Tab. hac V. Num. 4. disseruimus, quo in nummo eodem

(11) Omnino Tiberii est statua, quod omnibus jam Antiquariis receptum est, & clarissime evincunt nummi nitidiores, qualem ipsi servo, in quo facies Tiberii in imagine sedente clarissime agnoscitur. HAVERCAMP.

dem propemodum habitu atque hic ſedet, modo quod loco fulminis dextra hoc in nummo lauri ramum teneat, indicaturi eundem pacis bellique datorem eſſe. Vulgavit jam illum *A. Occo* p. 91. *C. Mediobarbus* p. 65.

NUM. 20.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Auguſti radiatum, lævam verſus.

Novum non ſolum apotheoſeos Auguſti, ſed peculiaris cultus à *Tiberio* patri *Auguſto* exhibiti argumentum obvenit, de quo tamen ſupra jam pluribus à nobis actum eſſe recordamur. Siſtit rariorem hunc nummum *J. Valens* in *Nummis præſtantioribus æreis* p. 9. & *Com. Mediobarbus* 63.

NUM. 21.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATOR V. (Quintum) Caput Tiberii nudum, dextram verſus, uti Tab. I. Num. 35.

SALUS AUGUSTI. Ara.

Rariſſimus hic nummus ex (12) *Maſeo Domini Goſuini Uilenbroeck* depromptus eſt, qui & ipſum *manu Goereana*, ſculptoris peritiſſimi, delineari ac ſculpi fecerat. Sicuti vero infra Tab. VII. Num. 13. SALUS AUGUSTA in quodam *Tiberii* nummo occurrit, ſic hic SALUS AUGUSTI. Neque dubium eſt, quin pro *Salute* ipſius, præcipue *initio ſui Regiminis* multæ fumaverint aræ, dum pro *eadem* non ſolum in *Urbe*, ſed & in aliis *Provinciis* vota ſuſceperunt. Nam cum *Imperator V.* in eo ſalutatur, iſtum circa A. V. C. 761. Chriſti 8. cuſum fuiſſe, oportet, quo etiam *Templum Divo Auguſto* ab ipſo fuiſſe dicatum, novimus, ceu ſupra ad Num. 1. & 8. hujus Tabulæ jam monuimus.

NUM. 22.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate XXIIII. In area Senatus Conſulti nota.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia Poteſtate XXXIIII. In area Senatus Conſulti nota.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia Poteſtate XXXVII. In area Senatus Conſulti nota.

Senatus PopulusQue Romanus JULIAE AUGUSTI. Bigæ mularum.

Licet conſtet, *poſtremis Imperii temporibus Tiberio* cum *Livia* non bene ſatis ſemper conveniſſe; attamen *honores* à *Senatu* ipſi decerni patiebatur, ac connivebat. Siquidem *Suetonius* in *Tiberio* Cap. L. & LI: *Matrem Liviam gravatus, velut partes ſibi æquas potentiæ vindicantem, & congreſſum ejus aſſiduum vitavit: & longiores ſecretioresque ſermones, ne ejus conſiliis, quibus tamen interdum & egere, & uti ſolebat, regi videretur. Tulit etiam perindigne actum in Senatu, ut titulis ſuis quaſi Auguſti, ita & LIVIAE FILIUS adjiceretur. Quare non Parentem Patriæ appellari, NON ULLUM INSIGNEM HONOREM RECIPERE PUBLICE PASSUS EST. Sed & frequenter admonuit, majoribus, nec fœminæ convenientibus negotiis abſtineret. —— —— Toto quidem triennio, quo, vivente matre, abfuit, ſemel omnino eam, nec amplius quam uno die, ac paucissimis vidit horis: ac mox neque ægræ adeſſe curavit, defunctamque, & dum adventus ſui ſpem facit, complurium dierum mora, corrupto demum & tabido corpore funeratam prohibuit conſecrari: quaſi id ipſa mandaſſet. Teſtamentum quoque ejus pro irrito habuit, omnes amicitias & familiaritates, etiam quibus ea funeris curam moriens demandarat, intra breve tempus afflixit.* Et *Dio* Libro LVIII. p. 621: Οὔτ' ἀποθανοῦσαν αὐτὴν προέθετο, οὐ μὴν οὐδὲ ἐς τιμὴν ἄλλο τι αὐτῇ πλὴν τῆς δημοσίας ἐκφορᾶς καὶ εἰκόνων ἑτέρων τέ τινων οὐδενὸς ἀξίων, ἔνειμε. ἀθανατισθῆναι δὲ αὐτὴν ἄντικρυς ἀπηγόρευσεν, h. e. *Neque mortuam ipſe in publico expoſuit, neque præter funus publicum, imaginesque, & alia levia, ullum ei honorem tribuit, decerni ei religionem cœleſtem palam probibuit. Cæterum SENATUS non contentus iis, quæ Tiberius EI DECERNENDA SCRIPSISSET, luctum mulieribus in totum annum indixit, —— —— ARCUM quoque ei, nulli unquam mulieri datum, decreverunt.* Divinos honores tamen conſe-

(12) Sæpius ibidem pulcherrimum hunc nummum ex ære, primæ magnitudinis, fuimus contemplati, eſtque elegans & ſatis bene ſervatus. Verum hic Nummus & ſequentes duo in hac Tabula (quamvis à *Schlegelio* deſcripti tanquam in ea exſtantes) non inveniuntur, neque (deficiente commodo loco) ſculpi potuerunt, verum collocari, una cum aliis, fecimus in poſtrema Tiberii Nummorum Tabula. HAVERCAMP.

consecuta est sub *Claudio*, de quo *Suetonius* Cap. XI. in *Claudio* : *AVIAE LIVIAE divinos honores, & Circensi pompa currum Elephantorum Augusteo similem decernendum curavit.* Non ergo hic Augusteum videmus currum ab Elephantis tractum, sed bigæ sunt mularum, quas ad funus ejus spectare credimus, licetque honores post mortem statim ipsi denegavit, eos tamen ipsi aliquot annis elapsis, decerni à Senatu passus est, liquido hoc nummo nostro comprobante. Carpentum autem hoc erat vehiculum, quod Circensi Pompa consecratum, Diis tantum ac semideis, quorum animæ relatæ in cœlum erant, à mulis trahebatur, adstipulante nobis *Torrentio* in *Suetonium*. Et cum *Rubellio* & *Fufio Consulibus*, quorum utrique Geminus cognomentum erat, ætate extrema, sive ut *Dio* prodit, anno octuagesimo sexto ([13]) ex *Taciti* Annal. V. I. 1. f. defunctam sciamus, sive, ut *Fasti Capitolini*, & *Pighius* Annal. III. p. 557. volunt, A. V. C. DCCLXXXI. Anno Imperii 16 ; in aversa vero nummi parte Tribunicia Potestas XXXIV. obsignata sit, illam vero 27. Junii A. V. C. DCCLXXXIV. inceperit, Imperii sui XIX. ex eo palam fit, anno demum sequente quarto hunc honorem *Liviæ* à *Tiberio* fuisse habitum. Errat proinde *Ludovicus Nonnius*, *Goltzii* interpres scribens: *Non fuit hic nummus vivente Tiberio signatus, siquidem is parcos admodum, imò nullos pene defunctæ matri Liviæ, (quæ Julia Augusta mox dicta) honores decerni passus.* Exhibuimus etiam hunc neque vulgarem neque obvium nummum supra in Nummis *Juliæ*, sive *Liviæ* Tab. I. Num. 2. Vulgarunt & illum *C. Mediobarbus* p. 53. & 65. sed *malè* AUGUSTAE habet pro AUGUST ; & præterea Tribuniciam Potestatem XXIII. exhibet è *Museo suo*, item *Goltzius* in *Tiberii* Nummis, Tab. X. Num. 7. & 8. ubi tamen rursus Tribunicia. Potestas XXIIII. expressa est ; *Angellonus* Tab. XXXIX. Num. 14. ubi tamen malè & contra fidem nummorum, Literæ, JULIAE AUGUST. in *linea recta* comparent, cùm AUGUST. infra JULIAE locari debeat, in *aversa* vero hæc *Inscriptio* p. 33. proponitur : TI. CAESAR DIVI AUG. F. P. M. TR. POT. XXIII. S. C. cum illa *Tribunicia Potestas Tiberii* in illud cadat tempus, quo adhuc vixit *Julia*. Inhæsimus nos *genuino*, quem *Thesaurus Schwartzburgicus* continet. Sane sicuti *Morellius* alium adhuc deprehendit, ac schedis suis intulit cum Tribunicia Potestate XXXVII ; ita *Laurentius Begerus*, qui pariter eundem ex *Thesauro Brandenburgensi* p. 91. Tomo III. vulgavit cum Tribunicia Potestate XXIIII. multus est, ut *Nonnium* qui negat, *vivente Tiberio, Juliæ nummos* fuisse signatos ; & *carpentum* nonnisi in *honorem defunctorum* saltem adhibitum, refutet, ac à *Tiberio* vivente Julia cusum ostendat. Dicit, cum *Tribunicia Potestas* XXIIII. in illo compareat *Tiberii*, istum cusum fuisse necesse esse à *Tiberio Anno Octavo* post *Augusti obitum*, quo *Julia* superstes ambitionis plus, quam muliebris, turgida fuerit, anno post *Augustum* demum *decimoquinto* demortua dicta, de quo ita *Tacitus* : *Nihil primo Senatus die Tiberius agi passus, nisi de supremis Augusti, cujus testamentum illatum per Virgines Vestæ Tiberium & Liviam hæredes habuit. LIVIA in familiam JULIAM, nomenque AUGUSTAE adsumebatur.* Dehinc *Carpentum* non *mortuis* tantum, sed & *vivis* fuisse dicatum, idque liquere tùm ex *hoc nummo*, tùm ex *Claudii* capite XVII : *Currum ejus Messalina, Uxor, CARPENTO secuta est* ; ac inprimis *Dionis* verbis : Ἐψηφίσαντο τῇ Μεσσαλίνῃ τὴν προεδρίαν, ἥν καὶ ἡ Λιουία ἐσχήκει, καὶ τῷ καρπέντῳ χρῆσθαι ἔδωκαν. *Messalinæ primum in consessu locum, ut LIVIAE quondam, utque CARPENTO VEHERETUR, decreverunt.* Et ad hoc faciendum, non solum concurrisse S. P. Q. R. *decretum*, sed & *ambitionem ejus* & *sacerdotium Augusti*, cujus rei testis locus *Taciti Annal.* Libro XII : *Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius, CARPENTO Capitolium ingredi : QUI MOS SACERDOTIBUS & SACRIS ANTIQUITUS CONCESSUS, venerationem augebat fœminæ.* Quanquam non præcise ad *Sacerdotium* hunc honorem (cum non statim *à morte Augusti* sed *octavo* post eam demum *anno* nummus signatus sit) restringere videatur ; sed quoniam *carpentum ipsi* alias convenerit, id *ipsi decerni*, *suoque* sub *auspicio* & *nomine* signari, permisisse *Tiberium*, statuit. In quo, quando quidem ex eo tempore solicitius in hunc nummum inquirentes, alium adhuc offendamus, cum Tribunicia Potestate XXIIII. genuinum, ut adeo, hoc exinde deducere possimus certius, non solum viventi carpentum à S P Q R. *Liviæ* fuisse decretum, sed mortuæ, siquidem non solum heic habemus unum cum XXXIIII. Tribunicia Potestate, sed uti ex schedis *Morellianis* constat in *Gaza Regia Versaliensi* alius exstat cum Tribunicia Potestate XXXVII. ut aliquoties etiam post mortem repetitum ac restitutum typum fuisse credendum sit. Porro & illum exhibent *Æneas Vicus* in *Nummis Augustarum* Tab. XVII. Num. 2.

NUM. 23. & 24.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate XXXV.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXXIIX. Senatus Consulti nota in area numini.

DIVO AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus OB CIVIS SERvatos. Duo capricorni cum globo coronam querceam sustinentes.

Diu duravit veneratio erga Augustum, cujus index & hic Nummus est, quamvis & per Senatum testata simul sit. Augusto vero, ceu notum, inter alios honores insignes ac multos & hic habitus, cum Imperio se abdicaret, ut laurus ante Regiæ ejus fores, & super eas CORONA CIVICA (quæ quercea erat) statueretur, tanquam isti, qui & hostes vicisset, & CIVES SERVASSET, cum hoc elogio : OB CIVES SERVATOS. Siquidem ita *Dio* Libro LIII. p. 507 : Ὁ δ᾽ οὖν Καῖσαρ πολλὰ

(13) Libro LVIII. p. 621. Ἐν ᾧ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ καὶ ἡ Λιουία μετήλλαξεν, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζήσασα. *Eodem tempore Livia quoque morti concessit, quum vixisset annos octoginta sex.*

πολλὰ καὶ μὲν πρότερον, ὅτε τὰ περὶ τῆς ἐξωμοσίας τῆς μοναρχίας, καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν διανομῆς διελέχθη, ἔλαβε. Καὶ γὰρ τό, τε τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ προτίθεσθαι, καὶ τὸ τὸν στέφανον τὸν δρύϊνον ὑπὲρ αὐτῶν ἀρτᾶσθαι, τότε οἱ, ὡς καὶ ἀεὶ τούς τε πολεμίους νικῶντι καὶ τοὺς πολίτας σώζοντι, ἐψηφίσθη. h. e. *Cæſari, quum orationem de ejurando regno, ac dividendis provinciis habuiſſet, multi erant honores delati, nempe, ut ante ipſius domum in palatio lauri ponerentur, ac ſuper eas CORONAE QUERNAE ſuſpenderentur, nimirum quod perpetuus hoſtium victor, ac CIVIUM eſſet SERVATOR. Quid nummo convenientius legi poteſt? quid? quod ad ejus lucem facere poſſit magis*, quam quod *Suetonius* Cap. XCIV. in *Auguſto* prodit: *Tantam mox fiduciam fati Auguſtus habuit, ut thema ſuum vulgaverit, nummumque argenteum nota SIDERIS CAPRICORNI, quo natus eſt, percuſſerit.* Nam, ut recte deſcribit illud *Pierius* in *Hierogl.* X. 8. ex nummis, Capricorni ſignum eſt in piſcem deſinens, quod ſphæram intra priores pedes poſitam evolvere videtur; & autor eſt *Firmicus* VIII. quod quicunque habuerit horoſcopum in prima parte Capricorni, erit Rex aut Imperator: in tertia vero parte qui habuerint, magni, potentes, maximam gladii poteſtatem habentes. Quod verò *Auguſtus* natus fuerit Capricorno horoſcopante, docet *Manilius* II. 497.

—— —— contrà capricornus in ipſum
Convertit viſus, quid enim mirabitur ille
Majus, in Auguſti felix qui fulſerit ortum.

& *Germanicus* de *Capricorno*:

Hic, Auguſte, tuum genitali corpore nomen,
Attonitas inter gentes, patriamque paventem,
In cœlum tulit, & maternis intulit aſtris.

Sed de his & multò pluribus ſupra in Auguſto jam egimus, ſolum obſervamus, quod cum Tribuniciam Poteſtatem XXXVIII. averſa ſiſtat, ex eo patere, illum A. V. C. DCCLXXXVIII. fuiſſe conflatum, Imperii Tiberiani anno extremo, nempe XXII. *Coſſ. Q. Plautio Læliano* & *Sexto Papinio Gallieno*, adeoque paulo ante obitum hunc honorem Auguſto à Cæſare & Senatu fuiſſe habitum. Exhibuimus etiam hunc nummum ſupra in *Nummis Auguſti æreis medii moduli* Tab. XXIIII. Siſtunt & illum *Goltzius* in *Nummis Auguſti* Tab. LXI. Num. 32. & 35. *A. Rubenius* in *Croyaci Ducis* Num. 14. & 23. ſed cum Tribunicia Poteſtate, prætereaque AUGUSTUS PONT. MAX. habet. *Angellonus* fol. 25. Num. 38. qui eandem cum noſtro habet adverſam, ſed Tribuniciam Poteſtatem XXXVII. exhibentem, & præterea OB CIVES non CIVIS, uti in noſtro, ut exinde pateat ipſum aliquoties fuiſſe reſtitutum & renovatum quaſi à Tberio in perenniorem Auguſti memoriam, hoc eſt A. V. C. DCCLXXXVII. niſi fortè ſit mendum typographicum, quod in his ſolet eſſe non infrequens. *C. Mediobarbus* p. 67. Nos inſiſtimus fidei noſtri, quam *Theſaurus Arnſtadienſis* offert, & ſchedæ *Morellianæ*. *Occo* p. 94. qui in antica Tribuniciam Poteſtatem XXXV. obſignatam ibidem præfert.

TABULA VI.
EXHIBENS
TIBERII NUMISMATA.
EX AERE MAGNO.

NUM. 1.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 17.

PONTifex MAXIMus COnSul III. IMPerator. VII. TRibunicia POTeſtate XXII. Duo cornua copiæ, medio caduceo alato.

Nihil aliud ſigna in adverſa impreſſa volunt, quam omnium rerum ubertatem abundantiamque, qua, tempore pacifico, adeoque feliciſſimo illo, ſub Tiberii Imperio, fruebantur, Anno ſcilicet Imperii ſeptimo A. V. C. DCCLXXII. Conſul etenim III. factus erat A. V. C. DCCLXX. cum Tiberio Germanico Cæſare II. Tribuniciam vero Poteſtatem XXII. ſuſceperat die 27. Jun. DCCLXXII. ut diximus. De *Conſulatu* tertio Tiberii ita *Tacitus* Libro V. *Annalium* p. m. 110. *Sequens annus Tiberium tertio Germanicum iterum Conſules habuit.*

Siſtunt quoque hunc nummum *Com. Mediobarbus* p. 65. itemque *Occo* pag. 91. qui tamen utrique PONTIF. exhibent. *Hub. Goltzius* Tab. VIII. Num. 1. qui PONT.

NUM. 2.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTus IMPerator VIII. Caput Tiberii nudum, dextram verſus, uti Tab. II. Num. 18.

PONTIFex MAXIMus TRIBUNicia POTESTate XXXVII. Caduceus alatus.

Cum Imperator VIII. audiat & Tribunicia Poteſtas XXXVII. in nummo ſit obſignata, ex eo colligitur illam circa A. V. C. DCCLXXXVII. quo

quo Tiberius decennalia ſua celebravit, ceu *Dio* teſtis eſt. *Nihilque aliud ſignum impreſſum notat, quam felicia tempora & quieta ſub Tiberii regimine, quod jam per* XXVIII. *annos duraverat.* Quod equidem verum erat, dum ab externis hoſtibus tùm laceſſeretur, interim vero non à crudelitate & ſævitia in Urbe abſtinebat, dum *Pomponius Labeo*, *Mamercus Scaurus*, *Vibulenus Agrippa*, *Tigranes* & alii multi indies damnarentur. Siſtunt alias hunc nummum *C. Mediobarbus* p. 67. *Occo* p. 95.

NUM. 3.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTus IMPerator. Caput Tiberii laureatum, lævam verſus, uti Tab. III. Num. 71.

PONTIFex MAXimus TRIbunicia POTeſtate XXXIIX. Temo ſupra globum, ad latus Senatus Conſulti nota.

Significare nihil vult aliud his ſignis, quam pleno, perfecto ac placido nunc jam ſeſe uti ſupra *orbem terrarum*, *Aſiam*, ſcilicet, *Europam*, & *Africam*, *Imperio*, quas bello adorti erant *Cæſar*, *Pompejus*, *Auguſtus* & *Antonius*, *uno globo* nempe expreſſas, *America*, quam Europæi nunc adeunt, tunc ipſis incognitâ, (temo vero pacifici Imperii ſymbolum eſt) *hoſtibus* nempe externis debellatis, *Sejano* conculcato, inimicis damnatis. Iniit *Tribuniciam Poteſtatem* Anno DCCLXXXVIII. die 27. Junii & 19. Aug. eodem anno *trigeſimum tertium*, ultimumque ſui regiminis.

Exhibent hunc nummum *C. Mediobarbus* p. 67. *Occo* p. 95. *L. Begerus* in *Floro* p. 2.

NUM. 4.

Tiberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum lævam verſus, uti Tab. I. Num. 17.

PONTifex MAXIMus COnSul III. IMPerator VII. TRibunicia POTeſtate XXIII.

Cum nihil differat ab illo Num 1. hac Tabula niſi Tribunicia Poteſtate XXXIII. quæ in Annum DCCLXXIII. incidit pluribus eidem non immoramur. Vulgavit & illum *C. Mediobarbus* p. 65. ex *Muſeo D. Joſephi Magnavaccæ Bononienſis.*

NUM. 5.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 17.

COLonia JULia GEMella ACCItana. In corona laurea ſive civica.

Ἄκκι, *Accis* ſive *Accii*, Urbs in Hiſpaniæ Bæticæ confinio in Regno attamen Granatenſi, ad radices montium juxta fontes fluvii Therebis ſive Guadalentin ſita, communiter pro hodierno *Guadix* reputatur. Habuit iſta jus Italicum docente *Plinio* Libro III. cap. 3: *Ex Coloniâ Accitana Gemellenſes, & Libiſoſona cognomine Foro-Auguſtana, quibus duabus jus Italiæ datum. Julia* hic dicitur, quod à Julio Cæſare Colonia fuerit deducta; Gemina à deductis eo Legionis Tertiæ & Sextæ veteranis ab Auguſto, à quo & jus Italiæ accepiſſe videtur. Nam in Nummis (recte hoc quoque inferente *Cellario* in *Geographia Antiqua* Libro II. Cap. 1. p. 134.) *Auguſti*: COL. ACCI. LEG. VI. ac in Nummis *Tiberii*: C. I. G. ACCI. L. III. legitur. Sine dubio verò *Accitani*, *Tiberii* auram captantes, offerunt ob Germanici victorias, aut ob victorias potius ipſius per Legatos ſuos obtentas, ita enim *Suetonius* Cap. XXXVII. *Hoſtiles motus, NULLA poſtea EXPEDITIONE SUSCEPTA, per LEGATOS compeſcuit; neque per eos quidem, niſi cunctanter & neceſſario*; Et *Eutropius* Lib. VII. 8: *Nam NUSQUAM IPSE PUGNAVIT, bella per LEGATOS ſuos geſſit.* Plura alias de hac Colonia Accitana infra ad *Caligulæ* Tab. V. Num. 1. dicturi ſumus, quo B. L. ablegatum cupimus. Vulgavit jam hunc nummum eximiæ raritatis & primæ magnitudinis integerrimum ex *Muſeo P. Catanei*, *J. Valens* in *Coloniis* p. 92. *C. Mediobarbus* p. 68. ex eodem *Muſeo*.

NUM. 6.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 17.

Colonia Julia Gemella Accitana, GERMANicus ET DRUSUS. Capita Germanici & Druſi nuda atque adverſa.

Fuſius ſupra de adoptione Germanici à Tiberio juſſu & voluntate Auguſti inſtituenda, Num. 11. Tab. I. egimus, & in hanc rem locum *Dionis* adduximus Libro LV. p. m. 556: τὸν δέ γε Τιβέριον καὶ ἐποιήσατο, καὶ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς ἔπεμψε, τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν ἐς δέκα ἔτη δούς. &c. h. e. *Tiberium ADOPTAVIT, ac Tribunicia Poteſtate ad annos decem data, in Germaniam ablegavit; veritus tamen, ne is aliquando animo elatus novas ad res conſurgeret, Germanicum, Druſi fratris filium, ei adoptandum dedit, quanquam ipſi Tiberio natus fuerat filius.* Ut hic alia *Suetonii* & *Velleji Paterculi* loca ibidem adducta prætereamus. Duo ergo Tiberii ſucceſſores

res ab adulantibus Accitanis exhibentur, Germanicus nempe ex fratre Druso nepos, & ab ipso, ut diximus, adoptatus, & *Drusus*, ejusdem filius, æternitatem quasi Imperii sui in his duobus commonstrantibus, quamvis utrique ante Tiberium veneno enecati; Ille Antiochiæ anno quarto post Augusti mortem, *Cn. Pisonis* & *Plancinæ* fraude, circa finem Novembris A. V. C. DCCLXXI; hic quatuor propemodum annis post, A. V. C. DCCLXXV. *Sejani* dolo. Exhibuimus & hunc nummum supra in *Nummis Drusi* & *Germanici* Tab. X. Num. 1. 2. Vulgatus jam hic majoris moduli & eximiæ raritatis nummus est à *Johanne Valente* in *Coloniis* p. 93.

Num. 7.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 14.

GERMANICO ET DRUSO II. VIRis. Capita Germanici & Drusi nuda opposita.

Videtur, in aliqua Colonia, hos ipsos, quos in præcedenti vidimus numero, Regni successores, Duumviros egisse; sed ubi nam locorum, vix definiemus.

Debemus hunc nummum *Schedis Morellianis.*

Num. 9. & 10.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXXIII. Statua Tiberii equestris nudo capite super basin prægrandem.

Colonia Cæsarea Augusta. Marcus CATO, Lucius VETTIACUS II. VIRi. Aquila Legionaria inter duo signa militaria.

Illustrissimus *Petrus Seguinus* in *selectis suis Numismatibus*, quò rectius heic intelligatur *una nummi facies*, sequentia commentatur, quæ *verbis ipsius propriis*, cùm præsertim ad explicationem *sequentis nummi* Num. 11. multum quoque faciant, denuo & heic repetere placet: *Legionis totius signum Aquila fuit, unius una, vel aurea, vel argentea, summæ hastæ insistens, expansis alis, fulmen sæpe, ut heic in Tiberiano nummo cernis, unguibus tenens: nec magnæ illa molis, cùm in signiferi baltheo, clade Varianâ, unam delituisse, Florus testetur. Manipulorum autem signa, primis Reipublicæ temporibus fuerunt impositi perticis fœnei stramineive manipuli. Unde (secundum Ovidium Fastor. III.) MANIPLARIS NOMINA MILES HABET. Tales fortè in Augustæo nummo adspicis duos. Posteriori ævo non fœnum imposuêre perticis, sed aut velum transverso è ligno pendens, quale inter manipulos medium intueris, mixto simul recentiore ritu cum vetusto; aut manum, uti in hoc nummo, fortè ut manus ad manipuli vocem alluderet. Quid autem orbiculi* (in priori nummo) *totam hastam tegentes? Clypeoli sunt, in quibus aureæ, vel argenteæ imagines, Deorum primùm, deinde etiam Imperatorum.* Hinc *Tacitus* Libro I. *Histor. VEXILLARIUS DIREPTAM GALBÆ IMAGINEM SOLO ADFLIXIT. Herodianus* (Libro VIII.) etiam agens de *Maximino*: *POSTQUAM DE SIGNIS MILITARIBUS, ILLIUS IMAGINES DETRAXERUNT, PRODEUNTEM MOX TENTORIO CUM FILIO, UT AD EOS LOQUERETUR, CONTINUO OBTRUNCANT. Nec tantum Imperatorum, sed & Virorum principum. Apud eundem Tacitum* (Libro I. *Annal.*) *Drusi imago inter signa: TUA, DIVE AUGUSTE, COELO RECEPTA MENS; TUA, PATER DRUSE, IMAGO. Imo ipsius Sejani per adulationem apud Suetonium in Tiberio: MUNERA STRIACIS LEGIONIBUS DEDIT, QUOD SOLÆ NULLAM SEJANI IMAGINEM INTER SIGNA COLUISSENT. Sed & nomina Imperatorum in vexillis inscribebantur. Suetonius* in *Vespasiano* Cap. VI. *Assensere cuncti, nomenque ejus vexillis omnibus sine morâ inscripserunt. Ubi obiter observandum nomen VEXILLI indiscriminatim pro quolibet signorum genere accipi. Quamvis vexilla propriè sint equitum, quæ vela quædam erant quadra, expansa ad hastam, sed vela modica: quale forte est illud in nummo nostro Augustæo inter duos manipulos, & qualia sunt apud nos in equestribus turmis. Quid ergo si heic equestre signum unum, inter pedestria duo, medium dicamus esse; quæ signa, legiones peditibus equitibusque, sed paucioribus equitibus conflatas, repræsentent? In nostro etiam Tiberii nummo videntur quasi folia hederacea pendula. An folia & flores, quibus decorabantur signa in rebus lætis, aut venerationis causa? Certè apud Claudianum,*

> ..... *Mavortia signa rubescunt*
> *Floribus, & subitis armantur frondibus hastæ.*

An verò propria cohortium signa fuerint an signa in iis nulla, nisi manipulorum, ex quibus erant conflatæ, disceptent eruditi. Ego quidem nulla nisi manipulorum fuisse puto. Verum tamen cùm per signa cohortes discerni Tacitus Libro I. *Annal. dixerit; verisimile est, signa ordinum cujusque cohortis, ab aliis aliarum cohortium distincta notis quibusdam fuisse. Certè apud Fulvium Ursinum in nummo unico Familiæ Neriæ, & in quarto Familiæ Valeriæ visuntur signa militaria cum H. P. Quæ dicta ego velim de Reipublicæ tempore, deque Imperii ætate superiori. Nam inferiori ejusdem ævo, cùm novi se quotidie mores obtruderent, mutatâ Reipublicæ militiæque facie, suos singulis cohortibus dracones fuisse, testatur Vegetius. Hastæ porro, quibus imposita signa, inferiori parte, quod ex nummis patet, acutæ erant, ut in terram defigerentur, sive in castris, sive in acie, cùm staret. Quod iis commune cum hastis militum cæteris erat, de quibus Virgilius* Libro VI. *Æneidos*:

> *Stant terræ defixæ hastæ.*

Hucusque doctissimus *Seguinus*, qui multa satis, & non proletaria de *posticâ* nummi nostri facie. Sed quid de *antica* sentiendum? Obsignata illa est Tribunicia Potestate XXXIII. quæ in Annum V. C. 783. Imperii Tiberii 18. à Christi Nat. 31. incidit, quo anno, ut certius deprimeret *Sejanum*, eò altius, in *Consulem* nempe, secum evexerat, & cum callidè in *ruinam Sejani*, interdixisset ante, ne homini

mini *ſtatua* poneretur, (14) *ſtatuam equeſtrem* hoc ipſo à *Cæſar-Auguſtanis*, eo ſic feliciter è ſublimi dejecto, in *nummo meruit*. *Senatus* nempe literas à *Tiberio* accipiens, ut in vincula conjiceretur *Sejanus*, ſimulans, ſe *ipſi Tribuniciam Poteſtatem*, (15) Imperatore ſic volente, quoque collaturum, eò venientem die 18. Octobris dicti anni *omni poteſtate exuit*, & in *Gemonias* projectum enecati cadaver triduo *Populo* ludibrio expoſuit. Ipſo itaque ſic damnato atque occiſo, multa *Tiberio* à *Senatu* decreta ſunt, referente *Dione* Libro LVII. p. 629: Κοινῇ δὲ δὴ ἐψηφίσαντο, ὡς καὶ δεσποτείας τινὸς ἀπηλλαγμένοι, μήτε πένθος τινὰ ἐπ' αὐτῷ ποιήσασθαι. *PUBLICE autem DECREVERUNT, ut quoniam DOMINO exonerati eſſent, nemo Sejanum lugeret &c.* Et paulo poſt: Οὐ μὴν οὐδ' ὁ Τιβέριος προσήκατό τι, ἄλλων αὐτῷ πολλῶν ψηφισθέντων, καὶ ὅπως αὐτὸς τε πατὴρ τῆς πατρίδος τότε γε ἄρξηται ὀνομάζεσθαι, &c. *Tiberio quoque decreta multa, ut patris patriæ nomen ferre inciperet &c.* Immo multa propterea *ſacra* fuerunt facta, *ſtatuæ* & *aræ* paſſim erectæ, ut ſpeciem facerent, eos *antea* quoque non *Sejano*, ſed *ſemper Tiberio* ſtuduiſſe. *Signa* heic *militaria* nihil aliud deſignant, quam *veteranos* in *Coloniæ ſupplementum* eò deductos, *unumque* ex *his II. Viris veteranos* eos deduxiſſe; & *Cato* omnino ad Familiam ſpectare videtur *Porciam*, cum id familiare huic familiæ *cognomen* eſſe ſoleat, diciturque ſecundum *Varronem*, *vir multarum rerum peritus*. *Cata* nempe *Sabini* dicunt acuta, unde *Cato* non ſapiens, ſed *acutus*. Quando vero ex *hoc*, & *huic* certe ſimili *nummo*, *Jacobus Gutherius* in ſuo de *Jure Manium* Libro III. Cap. 26. pag. 1320. & 1321. (Tomo XII. *Grævii* inſerto) ex Literis: C.C.A. *Duumviros Centuriandis Agris* exſculpſit, prætereaque in *hanc rem legem Tiberii*, quinto ſuo Conſulatu, Anno 783. latam de *ſepulchris* apud *Frontinum*, de *Atina Colonia*, deducta à *Nerone Claudio Druſo*, fratre Tiberii, & *decumanibus militibus adſignata*, interpretatur, vides L. B. eum mereri judicium id, quod de ipſo habet *J. G. Grævius* in Tom. V. præfatione, ſive *prolegomenis*: *Variæ vir erat & diffuſæ lectionis, qui omne genus ſcriptorum excuſſerat, ſed qui nonnunquam, non ſatis, quæ legerat, concoxerat, nec ſatis, antequam quæ excerpſerat & obſervarat, chartis mandaret, expenderat, ne quid dicam de illius ingenio non celerrimo. Hinc ſæpe ceſpitavit, ut obelis ejus libros confoderint homines docti non pauci, & ſeges ſatis ampla ſit aliis reliqua, qui in hunc campum velint deſcendere.*

Vulgavit jam hunc nummum *P. Seguinus* in *Selectis ſuis Numiſmat.* p. 120. poſterioris editionis, prioris vero 1665. pag. 109. ubi non poſſumus non monere *falſo* ibidem *literas* eſſe *expreſſas*; nam non ſolum *litera* M. (*Marcus*) ante vocem CATO, *omiſſa* eſt, ſed & *loco* L., (*Lucius*) ante vocem VETTIACUS, viſitur M. *J. Valens* in *Nummis Colon.* p. 99. & 100. *Andr. Morellius* in *Nummis Conſularibus* in *Familia Porcia* Tab. II. Num. 1. *A. Occo* p. 94. ubi tamen *prænomina*, nempe M. & L., planè *omiſſa* cernuntur. *C. Mediobarbus* p. 68. qui tamen *male* VETTIUS pro VETTIACUS reponit. *Joh. Harduinus* p. 108. in *Nummis antiquis* P. & V. epigraphen nummi refert abſque ejus deſcriptione ulteriori.

Num. 11. & 12.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTUS PONTifex MAXimus TRibunicia POTeſtate XXXIII. Tiberii ſtatua ſedentis, dextra pateram, ſiniſtra haſtam puram tenentis.

vel

TIberius CAESar DIVI AUGuſti Filius AUGUSTUS PONTifex MAXimus TRibunicia POTeſtate XXXIII.

Colonia Cæſarea Auguſta Marcus CATO, Lucius VETTIACUS II. VIRi LEGio IV. LEGIO VI. LEGIO X. Vexillum inter duo ſigna militaria.

Sedentem hic conſpicimus Tiberii ſtatuam à Cæſar-Auguſtanis dicatam, & quidem ſub Dei habitu pateram & haſtam puram tenentem, cum in præcedenti nummo & equeſtris nobis fuerit obvia, & quidem, ut Inſcriptio arguit, ab iiſdem Duumviris profecta. Quando vero Senatus in ipſa urbe tanta celebritate notatum voluerit iſtum diem, quo *Sejanus* eſt interemptus, quid provincias non feciſſe exiſtimandum eſt, tanto onere liberatas, De Urbe teſtis eſt *Dio* Libro LVIII. p. 629. Ἑορτήν τε διά τε τῶν Ἀρχόντων καὶ διὰ τῶν ἱερέων ἁπάντων (ὃ μὴ πώποτε ἐγεγόνει) ἀχθῆναι, &c. *Feſtus dies ab omnibus Magiſtratibus & Pontificibus (quod nunquam ante factum) celebraretur.* Sane Cæſar-Auguſtani inter primos Hiſpaniæ populos eſſe voluere, qui gratulantes Tiberio, multo gaudio, audito *Sejani* interitu, affecti, ut *Dio* loquitur loco citato p. 630.) ſtatuas ipſi erexere, ſicuti Bilbilitani primi erant, qui *Sejano* adulantes, ipſius nomen & Conſulatum cum *Tiberio* in nummis ſuis obſignarunt. Mentio vero Legionis quartæ, ſextæ & decimæ eò tendit, partem ex harum Legionum veteranis fuiſſe ſelectam & Cæſar-Auguſtam ab Auguſto, ut Coloni ibidem eſſent, deductam. Clariſſime ſiquidem *Tacitus* trium Legionum in Hiſpania degentium facit mentionem, ſub initium Libri III. *Annalium* ſcribens: *Sed præcipuum robur Rhenum juxta commune in Germanos Galloſque ſubſidium, OCTO LEGIONES erant: HISPANIAE RECENS PERDOMITAE TRIBUS habebantur.* Scimus ergo cum *Tacitus* tres generaliter tantum memoret, ex nummo jam noſtro fuiſſe IV. VI. & X. Exſtitit hic majoris moduli nummus præſtantiſſimus in *Cimelio Emin. Cardinalis Maximi*, delituit quoque in *Theſauro Reginæ*, teſtibus ſchedis *Morellianis*, vulgavitque illum *J. Valens* in *Nummis Colon.* p. 100. *C. Mediobarbus* p. 68. qui tamen minus recte ſigna militaria, ſive manipularia, vocat ſigna Legionum, dehinc pro Legione media VI. reponit VII. ex *Theſauro Mediceo*, cum tamen & *Valens* &

(14) Ita ſiquidem *Dio* Libro LVIII. pag. 626. Καὶ προσέτι καὶ ἀπεῖπε μήτ' ἀνθρώπῳ ἐπὶ θύειν, μήτε ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ τιμῇ τι χρηματίζειν. *Edixiſſet etiam, ne cui homini ſacrificaretur, neque in ſuum honorem quicquam decerneretur.*

(15) *Dio* Lib. LVIII. p. 626: *Rumore ſparſo, quaſi Tribuniciam Poteſtatem Sejano eſſet daturus.* Et p. 627. *Laudare Sejanum Senatus, ut Tribuniciam Poteſtatem accepturum, acclamare, ſpes quiſque ſuas præcipere animo, oſtentare, quæ Sejano daturus eſſet.*

& *Morellius* VI. legerint, ceu & eundem dictus *A. Morellius* exhibet in *Nummis Consularibus* in *Familia Porcia* Tab. II. Num. 2.

NUM. 13. & 14.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXXIII.

PIETATI AUGUSTAE Colonia Cæsarea Augusta. Templum sex columnarum.

Novum denuo accipimus Coloniæ Cæsar-Augustanæ gratitudinis monumentum, idque PIETATI AUGUSTAE TIBERIANAE consecratum. Nam dubium non est, sicuti ipsi Romæ, referente *Dione* ([16]) decreta fuere multa, & inter alia, ob pietatem suam in delendo Sejano, ut PATRIS PATRIAE nomen ferre inciperet, ita pariter Provincias Urbem fuisse imitatas, multaque honoris ergo Tiberio decrevisse, quale quid nobis & offertur in hocce nummo Cæsar-Augustanorum, qui, quod forte aliquantum gravior ipsis exstiterat *Sejanus*, Templum sex columnarum haud inelegans, gratitudinis ergo pro deleto Sejano, Tiberio & PIETATI AUGUSTAE dedicarunt.

NUM. 15.

IMPerator TIberius CAESAR AUGUSTUS PONTifex MAXimus. Caput Tiberii laureatum.

AUGUSTA EMERITA. Porta Urbis, duobus fornicibus & utrinque turri ornata.

Veteranos milites Augusti jussu in hanc nobilissimam Coloniam, quam toties nummi & lapides laudant, deductos fuisse *Dio* testis est luculentissimus Libro LIII. p. 514. Παυσαμένου δὲ τοῦ πολέμου τούτου, ὁ Αὔγουστος τοὺς μὲν ἀφηλικεστέρους τῶν στρατιωτῶν ἀφῆκε, καὶ πόλιν αὐτοῖς ἐν Λυσιτανίᾳ τὴν Αὔγουσταν Ἠμερίταν καλουμένην κτίσαι ἔδωκε· *Finito hoc bello, Augustus EMERITOS MILITES exautoravit, urbemque eorum in Lusitania, AUGUSTAM EMERITAM nomine, condere jussit.* Paulo post & *Othonem*, *Familiarum* adjectiones Emeritensibus dedisse, *Tacitus* prodit Libro I. *Historiarum* scribens: *Eadem largitione civitatum quoque ac provinciarum animos aggressus, Hispalensibus & EMERITENSIBUS Familiarum adjectiones dedit. Sita vero hæc ipsa fuit ad Anam fluvium in Lusitania, hodie LERIDA nuncupata, in Extrematura.* In bello, à *Dione* modo memorato, multa spectataque fuit opera Caji Antistii ei bello Præfecti, itemque P. Carisii, quem *Dio* forte minus recte T. Carisium loco citato nominat. ([17]) Ex quo est, quod in nummis Augusti P. Carisius Legatus Augusti & PROPRætor non solum audiat frequentius, qui Prætorius provinciam Lusitanicam ab Augusto Anno $\left(\frac{728}{29}\right)$ obtinuerat, sed & arma Cantabrica & Asturica, Trophæum de Cantabris & Asturibus devictis erectum, ipsamque Urbis Emeritæ portæ faciem, inscripto ejusdem nomine, EMERITAE, in nummis suis obsignavit, qui videri possunt apud *Ursinum*, *Patinum* & *Valentem*. Hujus Coloniæ etiam fit mentio in *Lapide* apud *Gruterum* p. 13. Num. 16. COL. EMERITENSIS. *Plinio* quoque Libro IV. Cap. 35. memoratur: *COLonia Augusta Emerita.* Emeritam hanc olim Turdulorum fuisse *Strabo* memorat; post *Vettonum* factam esse, *Prudentius* prodit, cujus rei *Ludovicus Nonnius* eam affert rationem, quod *Vettones* Turdulis potentiores facti fuerint, illosque subjugarint. Ampla alias olim fuit Urbs, Archiepiscopatu & Conventu Juridico inclyta, cujus nihil hodie superest præter ruinas & magnæ antiquitatis vestigia. Exstitit *Deciani* Poëtæ patria, ut ipse *Martialis* refert Libro I. Epigr. 62.

Gaudent jocosæ Canio suo Gades,
Emerita Deciano meo.

Hic vero, ut ad nummum redeamus, Emeritenses iidem favori Tiberii sese commendant, veluti digni Augusti, cui ortum & incrementa suæ Urbis debebant, successoris.

Majoris moduli hunc nummum præstantissimum jam vulgarunt *J. Valens* in *Coloniis* pag. 108. *C. Mediobarbus* p. 69. *A. Occo* p. 91. qui tamen vocem COLoniæ addit, quod & *Valens* observavit l. c. p. 108. nempe in aliis nummis quoque legi COL. AUGUSTA EMERITA.

NUM. 16.

TIberius CAESAR AUGUSTUS PONTifex MAXimus IMPerator. Caput Tiberii nudum, lævam versus, uti Tab: I. Num. 32.

MUNicipium ITALICum PERMissu DIVI AUGusti. Ara, in qua: PROVIDENTIAE AUGUSTI.

Italica, Urbs Hispaniæ Bæticæ, Hispali vicina, ad Bætim fluvium sita, juxta *Plinium* Libro III. Cap. 3. *Italica, in Bætica*; & *Strabonem* Libro III. Μετὰ δὲ ταύτας Ἰτάλικα καὶ Ἴλιπα ἐπὶ τῷ Βαίτι. *Secundum has Italica & Ilipa supra Bætim sitæ.* Scriptorum consensu hodienum est Sevilla la Veja, ita dicta, quod *P. Scipio Africanus*, bello Punico, milites defatigatos ibi deposuerit, qui quod Italici nominis erant, nomen hoc ipsi dederunt. Docet hoc *Appianus Alexandrinus* de *Bello Hispan.* pag. 463. Συνῴκισε τοὺς τραυματίας ἐς πόλιν, ἣν ἀπὸ τῆς Ἰτα-

(16) Libro LVIII. p. 629. Οὐ μὴν οὐδ' ὁ Τιβέριος προσήκατό τι ἄλλων αὐτῷ πολλῶν ψηφισθέντων καὶ ὅπως αὐτὸς τε πατὴρ τῆς πατρίδος τότε γε ἄρξηται ὀνομάζεσθαι, *Tiberio quoque decreta multa, ut patris patriæ nomen ferre inciperet &c.*

(17) Et T. deinde Carisius Lanciam, quæ est maxima Asturiæ Urbs, desertam occupavit, multaque alia in potestatem redegit.

Ἰταλίας Ἰταλικὴν ἐκάλεσε. *Milites (Scipio) vulneribus debiles in unam Urbem compulit, quam ab Italia Italicam nominavit.* Municipium hanc Urbem sub *Augusto* & *Tiberio* fuisse, nummi *Augusti*, *Liviæ* & *Tiberii*, *Drusi*, *Germanici*, probant, in quibus: *MUN. ITAL. PERM. AUG.* item: *MUNIC. ITALIC. PERMIS. DIVI AUG.* item: *MUNICIP. ITALIC. PERM. AUGUSTI.* Postea Colonia facta, quod equidem ab *Hadriano* impetrare primò non potuit, siquidem de eo *Alexander* ab *Alexandro* Cap. X. 4. de *jure Latii Munic.* & *Coloniarum* ita: *Italicensibus jus Coloniæ non Municipii petentibus, Hadrianus, bonis eorum consulens, recusavit.* Et *Gellius* Libro XVI. Cap. 13. *Sic adeo, & municipia quid, & quo jure sint, quantumque à Colonia differant, ignoramus: existimamusque meliore conditione esse Colonias, quam municipia.* De cujus opinionis tam promiscuæ erroribus *D. Hadrianus* in *Oratione*, quam de *Italicensibus*, unde ipse ortus fuit, in Senatu habuit, peritissime disseruit, mirarique se ostendit, quod & ipsi Italicenses, & quædam item alia Municipia antiqua, in quibus Uticenses nominat, quum suis moribus legibusque uti possent, in jus Coloniarum mutare gestiverint. Impetrâsse id quoque etiam vetus Inscriptio apud *Gruterum* pag. 385. docet, ubi legas: *COLON. ITALICENSIS IN PROV. BAETICA PRAET.* Mater quoque fuit *Trajani*, *Hadriani* & *Theodosii Magni.* De illo *Eutropius* Libro VIII. Cap. 2. *Natus Italicæ in Hispania.* De hoc *Spartianus* in Vita, itemque *Eutropius* Cap. III. *Natus & ipse Italicæ in Hispania*, & supra *Gellius* Libro XVI. Cap. 13. *Italicensibus, unde ipse ortus fuit.* Nec non & *Silii Italici* patria fuit.

Notamus modo, quod jus signandæ monetæ olim apud municipia & Colonias fuerit, idque *indulgentia*, uti exstat in nummo Coloniæ Patrensis, vel, uti in nostro, consueto apud *Livium* loquendi modo, *Permissu Imperatoris*; patetque singulariter gratiam Cæsaris hoc nummo ambiisse Italicenses, quippe qui singulariter ejus prudentiam orbi dilaudare hoc ipso voluerint, quæ vel in solo è medio sublato *Sejano* reluxit. *Cl. Valens* existimat, aram hanc Augusto ab Italicensibus post ejus apotheosin, veluti à beneficii memoribus ac gratis, cum jus cudendi monetam ab ipso acceperunt, fuisse erectam, quam ejus PROVIDENTIAE dicaverint, retinuerintque dehinc hunc typum in Successoris Tiberii nummis, apposita epigraphe: PERMISSU DIVI AUG. notatque, omnes Italicensium nummos *Augusto*, *Liviæ*, *Tiberio*, *Druso* & *Germanico* cusos, semper exhibere PERMissu AUGUSTI. Verba *Valentis* hæc sunt: *Italicenses hanc aram Tiberii Providentiæ, ob Sejanum sublatum non dedicarunt, sed potius Augusto, post Apotheosin, ab iis erecta videtur, ut indicat Augusti nummus cum DIVI titulo, quem consule p. 54. Italicenses, ob potestatem cudendæ monetæ ab Augusto acceptam, beneficii memores, ipsius Providentiæ aram dedicarunt; cujus ectypum etiam in nummis Tiberii successoris itidem signarunt, apposita PERM. DIVI AUG. epigraphe.* Luci publicæ jam hunc primæ formæ & raritatis eximiæ nummum exposuit *C. Mediobarbus* ex *P. Cattanei Museo*, & *Joh. Valens* in *Coloniis* p. 113. & 114. ex *D. Dronii Museo.*

NUM. 17.

TIberius CAEsar DIVI AUGusti Filius AUGustus IMPerator Pater Patriæ COnSul IIII. (Quartum). Caput Tiberii nudum dexram versus, uti Tab. II. Num. 30.

PERMISsu Publii CORNELII DOLABELLAE PROCOnSulis Cajus Publius CASsii Decuriones Carthagine Posuerunt, in area C.

Mercurius, monti insidens, dextra tenet caduceum, & sinistram monti imponit, in area C. P.

M*ercurii* statuam, heic *monti insidentis*, esse, dubio caret, quippe quod *galero alato caput* munitum non solum sit, sed & *dextrâ caduceum* præferat. Sed *quæ Urbium* hanc in ejus honorem erexerit statuam, hoc dubiis septum est non paucis. *Lepti* propterea non adscriberem, quod *ultimæ* literæ C. P. reclamant. C. dehinc & *Clupeæ* & *Carthagini* & *Cyllenæ* potest convenire, cum iisdem literis initialibus gaudeant. De *Cyllenâ Pausanias* in *Eliacis*, sive Libro VI. pag. 519. Θεῶν δὲ ἱερὰ ἐν Κυλλήνῃ Ἀσκληπιοῦ, τὸ δὲ Ἀφροδίτης ἐστί· τοῦ Ἑρμοῦ δὲ τὸ ἄγαλμα, ὃν οἱ ταύτῃ περισσῶς σέβουσιν, ὀρθόν ἐστιν αἰδοῖον ἐπὶ τοῦ βάθρου. *Cyllenæ duo sunt Deorum delubra, Æsculapii unum, Veneris alterum. Mercurii quidem signum, quem egregie incolæ eorum finium venerantur, arrecto est super basi fascino.* Ex quo patet delubrum *Mercurii* ibidem fuisse, & ex EODEM AUTORE constat, *sitam esse contra Siciliam, maritimis navium appulsibus opportuno præditam portu.* Imo & in *monte Cyllenio Mercurii Templum* exstitit, indicante hoc iterum *Pausania* in *Arcadicis*, sive Libro VIII. p. 633. Μετὰ δὲ τοῦ Αἰπύτου τὸν τάφον, ὄρος τε ὑψηλότατον ὀρῶν τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ Κυλλήνη, καὶ Ἑρμοῦ Κυλληνίου κατερριμμένος ναός ἐστιν ἐπὶ κορυφῇ τοῦ ὄρους. *Ab Ægypti sepulchro ad Arcadicorum omnium montium excelsissimum Cyllenen venias. In ejus summo vertice Mercurii Cyllenii templum eminet; sed collapsum.* Ibidem & *Majam Mercurium* edidisse, tradunt *Virgilius* & alii, illeque *Æneidos* VIII. 138.

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maja
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

& *Ovidius* Fastor. Lib. V. 78.

Hæc enixa jugo, Cypressiferæ Cyllenes.

In *Africa* attamen signatum esse, nomen *ProConsulis Dolabellæ* monet, *quod* à *Tacito* adducitur, & ex alio *nummo*, infra Tab. X. Num. 28. adducendo, cognosci potest. Maxime quoque solennis mos *Carthaginensibus* fuit, *Mercurium* in nummis *signandi*; prætereaque non procul à *promontorio Mercurii* sita fuit, ubi scilicet *Mercurius singulari veneratione cultus fuit*, cujus *apici* veluti insidere heic in nummo videtur. Quod inter alia & clarum est ex Imperatoris *Veri* nummo, adducto à *C. Patino* p. 256. in quo *Mercurius* apparet cum *petaso*, *alis*, *caduceoque*, sedens in *Acro-Corintho*, cui adsistit

ſiſtit *aries*, & facit huc, quod tradit *Pauſanias* in *Corinthiacis* p. 117. Αὖθις δ' ἰοῦσιν ἐπὶ Λεχαίου τὴν εὐθεῖαν, χαλκοῦς καθήμενός ἐστιν Ἑρμῆς, παρέστηκε δέ οἱ κριός· ὅτι Ἑρμῆς μάλιστα δοκεῖ θεῶν ἐφορᾷν καὶ αὔξειν ποίμνας, &c. *Rurſus in via, qua ad Lechæum recta iter eſt*, (navale hoc Corinthiorum eſt) *Mercurius ex ære ſedens viſitur: cui adſiſtit aries, quod unus præ cæteris Mercurius greges tueri & augere exiſtimatur*: ut *Homerus* in *Iliade* ſignificat: *Iliad.* ξ circa finem v. 490.

Hic tibi natus erat, pecoris ditiſſime Phorba,
Quem ſibi præ cunctis charum Cyllenia proles
Ditarat Teucris.

Poſſet equidem *Mercurii ſignum* pro *Clupea* (in *Africa* propria ([18]) ſeu *Zeugitana* regione) hodie *Zafaran* dicta, tradente *Marmolio*, etiam pugnare, quod in *Mercurii promontorio* ſita iſta, *Plinio* referente, ([19]) fuerit: &, teſte *Strabone*, *Carthaginenſium urbs* fuerit; ſed quoniam, docente quoque *Plinio*, ([20]) illa non *Colonia*, ſed *libera* fuerit, *Carthago* autem *Colonia*, à *J. Cæſare* deducta, uti ſupra in *Cæſare* audivimus, omnino pro *Carthagine* cum *Begero*, pronunciarem, quamvis poſterior ex illo tempore in ſuo *Floro illuſtrato* mentem mutaſſe & pro *Clupeâ* ſtatuere videatur, ſcribens p. 233. *De Clupea explicavimus ſequens Tiberii numiſma* (ubi noſtrum denuo adducit) *in Theſauro Regio-Elect. Brand. Vol. III. Suffragatur non tantum initialis litera C. ſed & potiſſimum Mercurius in promontorio ſedens, quod proinde ab hoc Deo, Mercurii cognominatum ex Plinio diſcimus.* Sane ſi ſupereſſet nummus Clypeorum, quem citat Goltzius in *Theſauro* p. 218. Oper. in honorem Imperatoris *Galbæ* cuſus cum perigraphe: ΚΑΤΗΙΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ facile forte ex ipſius impreſſa figura lis hæc poſſet dirimi. Sed dum & hunc evolvo, video hæc verba comparere ſaltem in corona, nec nummum præterea aliam habere impreſſam figuram.

Rariſſimum hunc nummum jam in lucem dedit *L. Begerus* Tom. III. *Theſaur. Brandenb.* p. 92. 93. qui tamen *averſam mutilam* ex *Theſauro Brandenburgico* affert, quam nos ex *nummis Conſularibus Morellianis* integram reſtituimus. Hic iſtum inſeruit nummum *Familiæ Corneliæ* Tab. VII. Num. 9. ideoque laudatus modo *Begerus* ([21]) vix cauſæ ſatis habuit, ut ſcriberet in *Præfatione ad Lectorem* Tomi III. *Elect. Theſ. Brandenburgenſis*: *Quis Tiberium cum Mercurio in promontorio ſedente protulit?* cum nummi hi *Morelliani* tùm æri jam eſſent inſculpti, hicque *nummus* in illis jam tum *compareret integre.* Meminit & hujus nummi *Clariſſ. Morellius* in *Epiſtola ad Perizonium*, & cum *natales ejus* ibidem detegat, non pigrabimur integra ejus adſcribere verba: „ *Joh. Vaillant.*, *quo in re numaria vix* „ *verſatior alter*, inter *nummos Coloniarum*, *Tiberii* „ unum vulgavit, hujus Inſcriptionis: *PERMIS. P.* „ *DOLLABELLAE PRO COS.* eundemque in „ *Africa* ſignatum non ſine ratione exiſtimavit. *Alius* „ habetur in *Anglia maximi fere moduli*, cujus ichthyo- „ collam mihi humaniſſimè ſubmiſit *Illuſtriſſ. Spanhemii* ex ſorore nepos, *Nob. Bonnetus* hanc ſuſtinen- „ tem epigraphen: PERMIS. P. CORNELI DO- „ LABELLAE PRO COS. quam ſequuntur ſeptem „ *literæ* aliæ detritæ, quæ tamen hæ videntur „ CPCASDD. In areâ cernitur *Mercurius nudus ac ele-* „ *gantiſſime effictus inter has majoris formæ literas C. P.* „ Quia vero hic nummus ex *Morea* ſive *Peloponeſo* in „ *Angliam* fuit tranſlatus, exinde nonnulli in hanc „ venerunt opinionem, cuſum illum fuiſſe in *Colonia* „ *Patrenſi*: ſed cum hæc urbs in nummis illius tem- „ poris C. A. A. P. *Colonia Aroe Auguſta Patrenſis* com- „ muniter audiat, & nummus *Druſi* apud *Cl. Vaillant.* p. 134. cum capite *Mercurii in Africa pro-* „ *vincia percuſus videatur*, litem hanc meam non fa- „ ciam, ſed ejus deciſionem doctioribus relinquam."

Num. 18.

TIberius CAESAR AUGuſti Filius PONTifex TRibunicia POTeſtate XII. IMPerii V.

Colonia Victrix Tarraco Togata. In corona quernea.

Apud *Ludovicum Nonnium*, ad *Goltzii* Tiberium Tabula VIII. ubi hic nummus ære quoque expreſſus conſpicitur, altum circa explicationem ejusdem eſt ſilentium; Si *Antonium Auguſtinum* Dial. II. de antiquis veterum Numiſmatibus conſulimus, deprehendimus, illum has literas C. V. T. T. ſic interpretari: *Colonia Vetus Togata vel Tyrrhenica Tarraco.* meminitque, ſe pro his quatuor literis C. V. T. T. legiſſe in quodam *Numiſmatum Libro*: CUST. quaſi *CUSTodi.* Egregie ſcilicet! perinde ac interpretatio Literæ V. foret *Vetus*, quæ litera potius per *Victrix* explicanda eſt, cum *Coloniæ* neque *Veteres* neque *Novæ* facile deprehendantur. Nempe *Tarraco* Urbs *Coſitanorum* eſt, teſte *Ptolemæo* Libro II. Cap. 6. & *Inſcriptione* apud *Gruterum* pag. 499. Num. 10. TARRAC. URBS. COSITANOR. aut, ſi mavis, *Hiſpaniæ ulterioris* maritima, ad oſtia Tulcis celeberrima in ora *Catalauniæ*, hodie *Tarragona* dicta. De ea *Eutropius* Lib. IX. Ταρράκωνα πόλιν ἐπιφανῆ κατασκάψαι. *Tarraconem, urbem illuſtrem, expugnaverunt.* *Mela* Libro II. Cap. 6. *Inter Subin & Telobin amnes Tarraco Urbs eſt, in his oris maritimarum opulentiſſima.* *Plinius* Libro III. Cap. 3. *Regio Coſſetania, Flumen Subi, Colonia Tarraco Scipionum* (ſcil. Cnei & Publii) *opus, ſicut Carthago Pœnorum.* Quæ *Plinii* verba ita explicat *Solinus* Cap. XXIII. de *Hiſpania*: *Carthaginem apud Iberos, quæ mox Colonia facta eſt, Pœni condiderunt, Tarraconem Scipiones: ideo eſt Caput Provinciæ Tarraconenſis.* Juridico conventu XLIII. populorum fuit ornata, ([22]) hoc eſt ubi XLIII. populi forum agnoſcere & jura petere fuere coacti, *non equidem magno portu prædita*, ceu *Strabo* id attendit, *commodo tamen maxime Romanis, ſive terra ſive mari Hiſpaniam ingreſſuris.*

Hinc

(18) Tradente *Plinio* l. c. & *L. Annæo Floro* Lib. II. Cap. 2. *Carthagine capta prima belli præmium fuit civitas Clypea; prima enim à Punico littore, quaſi arx & ſpecula procurrit. Et hæc & trecenta amplius caſtella vaſtata ſunt.*

(19) Lib. V. Cap. 4. *Tria promontoria AFRICAE* —— —— *MERCURII adverſum Siciliæ*, in altum procurrentia duos *efficiunt ſinus.*

(20) Ibid. Et liberum CLUPEA in *promontorio Mercurii.*

(21) Injuriam *Begero* facit *Schlegel.* hæc ſcribens. Nam æri quidem jam tum inciſæ fuerant *Morellianæ* Tabulæ, ſed nondum publicatæ; quomodo igitur id reſcire potuit *Begerus.* Nummi typum ex profeſſo multis illuſtravimus, atque Carthagine cuſum fuiſſe docuimus ad *Morellii Famil. Numm.* p. 141. & 142. HAVERC.

(22) Sic enim *Plinius* Lib. III. H. N. Cap. 3. *Tarracone diſceptant Populi XLIII. quorum celeberrimi, civium Romani.* Hinc tum Dertuſiani, Biſgargitani, &c.

Hinc *Paulinus Nolanus* Carm. X. verſ. 232. eandem ſic deſcribit:

Et capite inſignis deſpectans Tarraco pontum.

Martialis X. 104.

Hiſpanæ pete Tarraconis arces.

Et *Auſonius* in *Emerita*:

Corduba non, non arce potens tibi Tarraco, certant.

Præcipue vero *Tarraconenſia vina* Autores non pauci celebrant, inque his *Martialis* XIII. 115.

Tarraco, Campano tantum ceſſura Lyæo.

Silius Libro III.

— — *Dat Tarraco pubem*
Vitifera, & Latio tantum ceſſura Lyæo.

Et *Plinius* Libro XIV. Cap. 6. *Hiſpaniarum Lætana* (vina) *copia nobilitantur, elegantia vero Tarraconnenſia. Victricis* nomen ſine dubio à *Julio Cæſare* ſortita eſt, commune quippe *Urbibus de ſe bene meritis*; à quo etiam *Colonia* videtur deducta; vel forte ab *eventu felici*, perinde ac Urbs *Oſca*; ſicuti & *Legiones Victrices* appellatas apud Hiſtoricos novimus. Quamvis & hoc certum, vel ipſo narrante *Cæſare* Libro I. de *Bello Civ. Oſcenſes & Calaguritanos* (in bello contra Pompeji Legatos) *miſiſſe ad Cæſarem legatos, eſſe imperata facturos pollicitos fuiſſe, & hos Tarraconenſes inſequutos eſſe. Scipiones* etenim ſaltem *ædificiis eandem ornaſſe* atque *auxiſſe* videntur; quippe *quorum tempore* nulla Colonia erat *extra Italiam*, probe hoc ex *Velleji Paterculi* Libro I. Cap. 15. obſervantibus *Ant. Auguſtino, Johanne Harduino*, & *J. G. Cellario* in *Geographia ſua antiqua* p. 141; imo ex quo conſtare poteſt, quod *de Tarracone jam ſcripſerit Eratoſthenes*, antequam *Scipiones* pedem in Hiſpaniam intuliſſent. Quæ cauſa eſt, ut etiam *Juliæ* cognomen inveniatur additum in *Inſcriptione Tarraconenſi* apud *Gruterum* p. 111. Num. 3. GENIO COL. I. V. T. TARRAC. id eſt: *GENIO COLoniæ Iuliæ Victricis Togatæ Tarraconenſis*; itemque p. 429. COL. I. V. T. TARRAC. h. e. *Colonia Iulia Victrix Togata Tarraco.* Equidem *Auguſtinus* Dial. VII. pag. 105. dubius hæret, an *Tyrrhenica*, an *Togata* legendum ſit. *Tyrrhenicam* exiſtimat autoritate *Auſonii Galli* ad *Paulinum*:

Cæſareæ, Auguſtæque domus Tyrrhenica propter
Tarraco;

Et *Paullini* in Epiſtola ad *Auſon.* III.

Qua geminum felix Hiſpania tendit in æquor,
Qua Betis Oceanum Tyrrhenumque auget Hiberus.

Togatam reputat, *nomenclatione Strabonis*, Libro III. ſcribentis: Καὶ δὴ τῶν Ἰβήρων ὅσοι ταύτης εἰσὶ τῆς ἰδέας στολάτοι λέγονται, ἢ τογάτοι *Et qui hanc formam ſequuntur Hiſpani, ſtolati, ſeu togati appellantur*; Et *Anonymi*, qui Epiſcopatus & Archiepiſcopatus recenſuit Hiſpaniæ, & *Tarraconi* epitheton *Togatæ* tribuit, perinde ac *Emeritæ Auguſtæ* cognomen; exinde forte ita dicta, quod *Toga ibi frequentius uterentur*, quam in aliis provinciis. Nos cum *Harduino Togatæ epitheton* amplectimur, præ *Tyrrhenicæ*, quod, vel ipſo cenſente *Auguſtino*, unum forte idemque eſt cum *Tarracone*. Vulgavere jam hunc nummum non obvium *Ant. Auguſt. Dial. Antiquit.* VII. pag. 104. *Harduinus* pag. 484. *Goltzius* in *Tiberii Nummis* Tab. VIII. Num. 8. *C. Mediobarbus* pag. 71. ex *Noriſii* Catalogo *Theſauri Medicei*, *Morellius* apud *Reginam Sueciæ* offendit, teſtibus ſchedis ejus. *J. Harduinus* in *Notis* ad *Plinium* T. I. p. 300. ubi tamen una Litera T. omiſſa eſt.

Num. 19.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 18.

Colonia Victrix Togata Tarraco. Ara, in cujus medio palma enata.

Auguſtus, dum ad bellum Cantabricum proficiſceretur, A. V. C. DCCXXVIII. *Tarraconem* ſe recepit, morbo jam correptus, teſte *Dione* Lib. LIII. p. 514. Καὶ ὁ μὲν ἔκ τε τοῦ καμάτου, ἔκ τε τῶν φροντίδων νοσήσας, ἐς Ταῤῥάκωνα ἀνεχώρησε. *Ac ex labore curisque in morbum prolapſus, Tarraconem ſe contulit.* Tarraconenſes hinc ſtatim, votis pro ſalute ejus ſuſceptis, *aram* exſtruxerunt. Et poſtquam diu poſt *Auguſti* diſceſſum enata exinde eſſet *palma*, Legatos ad *Auguſtum* miſerunt. Quam Legationem verbis *Auguſtini* ex *Quintiliano* deſcribemus, *Dialog. Antiquit.* II. p. 13. *Auctor eſt M. Fabius Quintilianus*, Libro VI. Cap. 4. *Inſtitut. Orator.* in dictis Cæſaris Auguſti, *ENATA PALMA IN ARA, ipſi conſecrata, miſiſſe TARRACONENSES Legatos gratulatum Romam, quod VICTORIAE OMEN eſſet, atque AETERNITATIS; quod Victoriæ ſymbolum in ARA exſtitiſſet, APPARET*, inquit, *AUGUSTUS, QUAM SAEPE ACCENDATIS. Intellexit nimirum, naſci herbam, aut arboris ramos, in ara, ſi ſacrificiis atque ignibus minime frequententur altaria, nec fumant admodum; Reſpondit itaque: non videri, SUO admodum devotos eſſe NUMINI Majeſtatis, quod ARAE ſuæ innata PALMA conſpiceretur.* Nihilominus hoc ſymbolum imprimere perrexerunt. Poſtquam ergo Tarraconenſes Æternitatis Auguſtæ Templum, quod Numero ſequenti videbimus, permiſſu Senatus Romani poſt fata ejus exſtruxiſſent, aram quoque, palma Æternitatis ſymbolo, ex ea enata, notabilem, veluti alterum Auguſti Æternitatis monumentum, tum cum Auguſti capite radiato, tum cum Tiberii adoptivi filii ejus icone, ſiſtere voluerunt.

Rariſſimum hunc majoris moduli nummum jam vulgarunt *Ant. Auguſt.* Dial. VII. initio p. 104. & 107. *Harduinus* p. 484. *Joh. Valens* in nummis Coloniar. p. 119. & 120. qui tamen anticam exhibens male pro nomine Tiberii ſubſtituit nomen Auguſti. *C. Mediobarbus* p. 71. *R. P. Catanei Muſeo*, ubi tamen palmam, neſcio quam recte, virgultum nominat. Exſtat & ille in *Theſauro Regio Verſalienſi*; & olim in *Reginæ Chriſtinæ Gaza* fuit.

NUM.

Num. 20.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 18.

AETERNITATIS AUGUSTAE Colonia Victrix Togata Tarraco. Templum elegans decem columnarum.

Post *Augusti* funus hoc cusum fuisse numisma, ambigi haud poterit; siquidem quod non solum *Deus* seu *DIVUS* in *antica* audiat, sed & *æternitatem Augustam* obsignatam in *posticâ* præferat. Nempe *Tarraconenses* post *Augusti* apotheosin statim *Legatos* in Urbem miserant, petentes licentiam *Templum Augusto* condendi, quod & *primi* impetrarunt, uti autor est *Tacitus* Libro I. *Annal. TEMPLUM ut in COLONIA TARRACONENSI strueretur AUGUSTO, petentibus HISPANIS, permissum, datumque in omnes provincias exemplum.* Hocque Templum eleganter ornatum, summâque cum magnificentiâ perfectum, ac admodum superbo Titulo *Æternitatis Augustæ* dedicatum, non solum cum *figura Augusti* sedentis, coronâque radiatâ insignis, cumque *Divi Augusti* elogio in *anticâ* signarunt; sed & cum in *Imperio successoris icone* itidem in *antica*, quo diuturnior nempe *ejusdem* perstaret memoria. Quam tamen, uti Mausolea alia deinde effugisse videtur, nescio, quo casu; cum *Spartianus* tradat in *Hadriano*, *eundem hoc Augusteum restituisse*, *Tarracone*, scribens, *hiemavit, ubi sumptu suo AEDEM AUGUSTI RESTITUIT.* Edidit jam hunc rarissimum ac elegantissimum, primæque magnitudinis nummum, *Ant. August.* Dial. VII. p. 107. *Joh. Valens* in *Nummis Colon.* p. 119. *C. Mediobarbus* ex Indice *Norisii Thesauri Medicei*, ubi tamen male AETERNITATI pro AETERNITATIS AUGUSTAE exhibet. *Norisius* in *Cenotaphiis Pisanis* p. 95. *Æneas Vicus* in Libro, inscripto: *Le imagini delle Donne Auguste intagliate in istampa di Rame*, Tab. XVII. Num. 7. modo in eo hallucinans, quod literas supra C. V. T. T. *omiserit*, & columnas 8. pro 10. *reposuerit*. *Jac. Gutherius* de *Jure Manium* Libro II. Cap. 5. pag. 1172. Num. 14. *Ubi tamen, nescio quam recte, hoc templum, quod non solum octo columnarum ibidem effictum est, sed & præterea quatuor statuis & icunculis ornatum est, Juliæ, sive Liviæ tribuit* his verbis p. 1174. *Templum Juliæ Augustæ pulcherrimum expressum est in Nummo Figura* 14. sed & superiores literas C. V. T. T. in CUST. mutavit, & nisi hoc fecisset, eo deduxisset, ut alium plane à nostro nummum credidissemus. *Morellius* eum apud *Abbatem de Camps* deprehendit, & schedis suis intulit.

Num. 21.

TIberius CAEsar AUGusti Filius IMPerator V. (Quintum) Caput Tiberii laureatum.

ΛΕΠΤΙC B. *LEPTIS ANNO SECUNDO. Caput Mercurii petaso ornatum, pone caduceus.*

Leptis Africæ minoris (quæ Zeugitana provincia dicitur) urbs, juxta Syrtim majorem, quæ adjacet loco, quem *Gelves* vulgo nominant, Colonia Romanorum, uti ex nummo patet, & juxta Ocam oppidum, duplex ab Autoribus traditur, magna & parva. De illa *Plinius* Libro V. Cap. 4. *LEPTIS altera, quæ cognominatur magna in Africa.* Vocatur hæc hodie *Lebida*, quamquam illam *Neapolin* dici existimet *Vadianus*, *Melæ* enarrator. Hujus credo esse nummos, (23) quos affert *Ant. Augustinus* Dial. VI. pag. 91. cum Inscriptione COL. VIC. JUL. LEP. *Colonia Victrix Julia Leptis*, in antica vero M. FUL. C. OTAC. PR. QUIN. (*Marco Fulvio Cajo Octacilio Prætoribus Quinquennalibus*) cum boum jugo & agricola. Nomen *Leptis Punicum* esse autumat *Bochartus*, qui pluribus de ea videndus in *Geogr.* p. 526. & 527 & לבת *Labt*, *stationem* significare, hinc *Lucanus* Libro IX.

Proxima Leptis erat, cujus statione quieta
Exegere hyemem — — —

Meminit & hujus *Paullus JCtus* L. ultima D. de Censibus, vocatque *Magnam Leptim*, quam *Severus* & *Antoninus Augg.* juris Italici esse voluerunt. Altera quoque in *Africa Byzacenæ* provinciæ, parva seu minor scilicet, Sarrana quoque cognominata à Sarranis Phœniciæ, de qua *Silius* Libro III.

Tabraca cum Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis.

Typis jam communicavit hunc non obvium Nummum *Joh. Valens* in *Nummis* P. & U. Græcè loqu. p. 9. & *Harduinus* in *Nummis antiq.* P. & U. p. 290. Exstat hodie in *Thesauro Regio* teste *Harduino* & *Valente*.

Num. 22.

TIberius CAESAR AUGusti Filius AUGUSTUS PONtifex MAXimus. Caput Tiberii laureatum, uti Tab. III. Num. 73.

DIVUS AUGUSTUS MUNicipium TURiaso. Augustus capite radiato sedens, dextra globum, sinistra hastam puram tenet.

Augusti quando statuam coronâ radiatâ cincti intuemur, ex ea apotheosin ipsius oppido conjici-

(23) Servamus plures ejusmodi nummos *Leptitanos* in *Museo nostro*, in quibus literæ PR. non significant *PRætores* (ut vult *Schlegel.* qui *PRæfectos* debuerat dicere) sed lectionem inchoant, atque ad ipsam Coloniam Leptin, quæ PR*imæ* conomen habuit, sunt referendæ. Adde quæ diximus ad *Morellii Thes. Famil. Rom.* p. 119. & 120. HAVERCAMP.

jicimus, præfertim quod finiftra haftam puram tenet, Divinitatis, uti fupra à nobis oftenfum eft, fymbolum; dextra vero globum, ut veritas conftet *Manilii* verfibus:

—— —— Cœlumque replevit,
Quod regit Auguftus focio per figna Tonante.

Qua ratione vero confecratio fuerit peracta, pluribus fupra expofuimus, alibique clarius adhuc docebimus. Turiafo autem, quod Ptolemæo Turiaffo, *Plinio* vulgo *Tarazona*, hodie vero *Tarracona* audit, Urbs eft Hifpaniæ Tarraconenfis in Regni Arragoniæ confinio trans Iberum, *Plinio* Municipium Turiafo dicitur Lib. III. Hift. N. Cap. 4. & Gentile eft Turiafonenfis. Municipium fuiffe par boum in nummo Turiafonenfi obfignatum docet. Luci publicæ eundem jam hunc rariffimum expofuit *Joh. Valens* in *Coloniis* p. 120. & 121. *C. Mediobarbus* ex *Thefauro Mediceo*, qui tamen perperam ramum dextra tenere fcribit Auguftum.

Num. 23.

(24) *TIberio CAESARI AUGUSTO. Caput Tiberii.*

vel

IMPeratori CAESari TIBERIO AUGUSTO D. D. (Decuriones) COLoniæ. Caput Tiberii nudum, dextram verfus, uti hic Num. 24.

PACE AUGufti PERPetua. Templum Jani clufi intra coronam querneam.

Miramur hanc coronam *Triftanum* nominare lauream, cum tamen fit quercea, nihil aliud

(24) T. CAESARI AUGUSTO. L'effigie de Tibere. Au revers il y à PACE AUG. PERP. *Pace Augufti perpetua*, autour d'un autel, qui eft enfermé dans une Couronne de laurier avec fon Infcription, dans Auguftinus & dans *Erizzo*. Tibere eut cet heur d'avoir mis à la raifon, dompté, ou laffé les plus opiniaftres ennemis qu'euft l'Empire Romain, plantant l'olive en tous lieux, autour fes lauriers, & fes trophées; & ce non par fa conduite, mais par celle de fes Lieutenants, & tout enfemble de fois autre par fes Confeils. *Paterculus* reprefente ainfi cette felicité infigne de *Tibere* en fon II. livre, *Quando annona moderatior? quando pax lætior? Diffufa in orientis, occidentifque tractus, & quicquid meridiano aut feptentrione finitur, pax Augufta per omnis terrarum orbis angulos à latrocinorum metu fervat immunes.* C'eft ce qui me donne de moyen, & le loifir d'efcrire (ce dit le gentil Germanicus en fes Aratea-nis Phœnomenes au commencement) quelque chofe fur les mouvemens des Cieux & des Aftres, cajolant ainfi Tibere.

Quantum etenim poffent anni certiffima figna,
Qua Sol, &c. —— ——
Si non parta quies, te præfide, puppibus æquor
Cultorique daret terras? procul arma filerent?
Nunc vacat audaces ad cœlum tollere vultus,
Sideraque, & varios cœli cognofcere motus.

D'autres lifent; *Sideraque, & mundi varios agnofcere motus.* Je fçay bien que ce grand Genie des doctes de fon fiecle, *Scaliger*, dit fur le XV. vers du premier livre de *Manilius*, que cet eloge de Germanicus s'adreffe à Augufte, & qu'il imite *Manilius*, qui en fon poëme parlant du temps pacifique qui luy donnoit le loifir, fouz Augufte, de traiter en vers d'une matiere fi haute, dit,

Jam propiusque favet mundus fcrutantibus ipfum,
Et rapit æthereos per carmina pandere cenfus.
Hoc fub pace vacat tantum, &c.

Mais je ne puis tomber d'accord de cela avec luy. Car non feulement ce que *Germanicus* dit-icy n'eft pas une imitation ny interpretation, comme il l'appelle, de *Manilius*, mais mefme il fe juftifie affez par ce que j'ay cy devant curieufement remarqué du temps auquel *Manilius* efcrivoit, que *Germanicus* & luy compoferent leurs Aftronomiques & Phenomenes és premieres années de l'Empire de Tibere, c'eft à dire en mefme temps, & partant il eft hors de toute apparence que l'un aye pû imiter l'autre. J'eftime donc que *Germanicus* didie fes Phœnomenes à Tibere, & non à Augufte, car outre ce qu'il parle ailleurs d'Augufte, comme d'un Heros deïfié, quant il dit,

Hic Augufte tuum genitali corpore numen
In cœlum tulit, & maternis intulit aftris.

Ainfi que je l'ay remarqué cy devant, en interpretant ces vers, non entendus par luy; il eft aifé de juger qu'il ne peut eftre eftimé parler à Augufte, quand il commence ainfi,

—— —— at nobis, genitor, tu maximus auctor:
Te veneror, tibi facra fero, doctique laboris
Primitias, probat ipfe deûm rectorque fatorque

Car ce terme de *Genitor*, bien qu'il fe foit mefme pris improprement pout Tibere, qui n'eftoit fon pere qu'à caufe de fon adoption, ne fe pourroit en aucune façon attribuer à Augufte, qui ne l'avoit ny engendré, ny adopté, mais feulement fait adopter. Il en eft de mefme du terme de *Natus*, quand il luy dit,

Pax tua tuque adfis nato, numenque fecundes,

Si ce n'eft que l'on veuille croire que *Germanicus* donne le titre de *Genitor* à Augufte, & qu'il fe qualifie fon fils, parce que, felon *Suetone*, quelques-uns eftimerent que *Drufus*, pere de *Germanicus* & petit fils de Augufte, l'ayant eu de Livia par accointance, avant qu'il l'euft efpoufée. Mais j'ay bien de la peine de croire qu'un vertueux Prince vouluft tirer à vanité, que fon pere euft été baftard de qui que ce fuft; joinct qu'au temps que Germanicus euft deu avoir compofé ce poëme fur une matiere qui requeroit un grand calme, & commode application d'efprit, il fe trouve qu'il eftoit en Germanie commandant huict legions, & faifant une rude guerre en cette Province, pour tafcher de chaftier les Cherufques, devenus infolens à merveille depuis la deffaite de Varus & de fon armée, Augufte l'y ayant envoyé. Ce qui marque tout autre chofe que cette paix d'Augufte qu'il dit regner fi parfaitement par tout, & qu'il invoque. Joinct qu'il ne pouvoit avoir fait cet ouvrage avant qu'il euft efté envoyé en Germanie. Car *Tacite* nous apprend qu'Augufte ne le fit adopter par Tibere, que lors qu'il luy donna la conduite de cette guerre: & par confequent il ne pouvoit en aucune façon avoir appellé Augufte *Genitorem*, & fon pere, & s'eftre qualifié fon fils. Si donc ce poëme Aratean eft de Germanicus; comme ces mots de *Genitor* & de *Nato*, en peuvent faire douter, il ne le peut avoir dedié qu'à *Tibere* fouz ces eloges que fon commencement contient; qu'il peut avoir (avec moins d'improprieté qu'il n'eft fait Augufte,) appellé *Genitorem*. Or qu'il ait eu raifon d'invoquer fa paix avec luy, *Crinagoras* ancien Epigrammataire le fait conjecturer, par ce qu'il dit en un fien Epigramme qui fe void dans l'*Anthol.* liv. I. chap. 5. Sçavoir, que quand bien l'Ocean feroit un deluge general, & que la Germanie boiroit tout le Rhin par la multitude de fes guerriers,

Ῥώμης οὐδ' ὅσσον βλάψει σθένος ἄχρι κε μίμνῃ,
Δεξιὰ σημαίνειν, Καίσαρι θαρσαλέη.

Que tout cela ne pourroit aucunement nuire à la force invincible de Rome, tant que la genereufe & magnanime dextre de Cefar commandera; comme donnant à entendre qu'il faut que malgré les barbares, la paix acquife par Tibere fubfifte; par ce que fi toft qu'ils fortiront des bornes de leur devoir, tafchans de fecouër le joug de l'obeïffance, qu'ils feront derechef contraints de redemander la paix à jointes mains. Or Germanicus avoit concilié luy mefme cette paix à Tibere, par les merveilleufes victoires qu'il y acquit; eftimant que ce fuft après fon triomphe qu'il fe mit à compofer ce docte poëme pendant qu'il demeura à Rome, bien qu'il fuft affez court, attribuant la gloire de cette paix acquife par luy à Tibere, comme il avoit fait defià voir en l'infcription & tiltre de fon trophée, auquel il ne fe nomma pas feulement, comme je l'ay cy devant remarqué de *Tacite*. Au refte Tibere, par cette profonde prudence dont il eftoit doüé, & par fa fage œconomie, donnoit fi bon ordre à fe fortifier de toutes chofes neceffaires, pour s'affeurer une paix perpetuelle, que tant qu'il vefquit il peut porter la guerre où il luy euft pleu, & la fouftenir avec toutes fortes d'avantages contre tous les barbares, immortels ennemis de l'Empire Romain, comme *Synefius*, aprés *Dion* en fon oraifon de *Regno*, dit que le

aliud ex mente Triſtani ejus indicans, quam Pace hujus Auguſti perpetua Populo Romano, minimum intra Urbem data (nam non defuerunt bella circa Imperii fines, quæ gerenda ipſi fuere) Populum Romanum non ſatis celebrare ejusdem potuiſſe nomen, ac pro ejus vita vota ſuſcepere, corona propterea quernea ipſius in honorem nummo obſignata, licet eandem pacem bello ſua perſona geſto non acquiſiverit, ſed per Duces ſuos potius. De qua *Paterculus* Libro X: *Quando annona moderatior? quando PAX lætior? diffuſa in Orientis, Occidentisque tractus, & quicquid Meridiano aut Septentrione finitur, PAX AUGUSTA per omnis terrarum orbis angulos à latrociniorum metu ſervat immunes*; ſed *Ludovicus Nonnius* in *Commentario* ad *Tiberium* p. 34. & *Com. Mediobarbus* cum *Noriſio* Templum Jani gemini clauſum nummo impreſſum exiſtimant, corona quernea incluſum, ac hinc in honorem Auguſti ſignatum, qui, undique bellis compoſitis, Janum ter clauſit, uti ſupra dictum. Nam Tiberii ævo, ſcribit, non defuerunt bella cum Germanis & Parthis; unde non video cur illi attribuemus pacem. Sed quando figura propius ad Templi Jani formam, quam ad aram accedit, poſteriori inhærere mallemus opinioni, præſertim cum Romanis nunquam defuerit bellum Tiberii tempore. Vulgavit jam hunc primæ magnitudinis pulcherrimum nummum *Triſtanus* p. 164. *Goltzius* in *Tiberio* Tab. VIII. Num. 4. *C. Mediobarbus* ex *Noriſii Catalogo Theſauri Medicei*, qui integrum ut dedimus nobis communicavit nummum, [25] cum prius in *Morellianis ſchedis* ſaltem legeremus: TI. CAES. AUGUS. . . CO. . .

Num. 25. & 26.

ΤΙΒέριος ΚΑΙCΑΡ ΘΕΟΣ CΕΒΑCΤΟ. . . . ΜΥΤΙληναίων. (*TIBERIUS CAESAR DIVUS AUGUSTUS, MYTILENAEORUM.*) *Tiberius ſub Dei ſpecie ſtans velatus ac dextra pateram, quaſi ſacrificaturus, tenens.*

ΚΑΙCΑΡ ΘΕΟC CΕΒΑCΤΟC. (*CAESAR DIVUS AUGUSTUS.*) *Auguſtus corona radiata caput ornatus, dextraque pateram, ſiniſtra haſtam puram tenens inſidens currui ſive thenſæ à quatuor elephantis tractæ cum ſuis ſeſſoribus.*

Poſt mortem *Auguſti* ad exprimendam ejus apotheoſin hunc nummum fuiſſe cuſum, dubium eſt nullum, cum imago ejus non ſolum habitu Triumphali compareat, ſed & ab Elephantis tracta conſpiciatur. Ejus apotheoſeos pompam hiſce nobis deſcribit *Dio* Libro LXI. p. 591. in *Auguſto*: *Secundum hæc funus ejus elatum fuit. Lectus erat ex auro & ebore conſtructus, purpureis ſtragulis, auroque iis intertextis, ornatus.* In ejus infima parte cadaver, arcæ cuidam conditum erat, εἰκὼν δὲ δή τις αὐτοῦ κηρίνη ἐν ἐπινικίῳ στολῇ ἐξεφαίνετο. *IMAGO autem EJUS cerea, HABITU TRIUMPHALI CONSPICIEBATUR.* Hanc à *Palatio* comitabantur Conſules deſignati. Altera AUREA ex curia, καὶ ἑτέρα αὖ ἐφ' ἅρματος πομπικοῦ ἤγετο. *TERTIA IN CURRU TRIUMPHALI ducebatur.* Poſt has, avorum ipſius, ac cognatorum vita functorum, (excepta Julii Cæſaris, qui inter SEMIDEOS erat relatus) aliorumque Romanorum, qui unquam factis ſuis præclari fuiſſent, imagines, initio à Romulo facto, ferebantur; inter quos Pompeji quoque Magni imago quædam, omnesque Nationes, quas ſubegiſſet, cum ſuo ipſarum cultu effictæ cernebantur. Has reliqua omnia, quæ ſupra commemoravimus, ſubſecuta ſunt. *Currum elephantorum Divo Auguſto* poſt mortem à *Senatu* fuiſſe decretum, inter alios *Suetonius* in *Claudio* docet Cap. XI. *Aviæ Liviæ divinos honores, & in Circenſi pompa, CURRUM ELEPHANTORUM AUGUSTAEO SIMLEM decernendum curavit.* Elephantorum, qui currum hunc *Auguſti* egerunt, meminit & *Dio* in *Nerone* Libro LXI. p. 697. Καὶ οἱ ἐλέφαντες οἱ τὸ τοῦ Αὐγούστου ἁρμάμαξαν ἄγοντες, &c. *Præterea ELEPHANTI, QUI CURRUM AUGUSTI EGERANT, in circum ingreſſi, quum eo usque, ubi Senatores ſederant, veniſſent; non ultra progreſſi, conſtiterunt &c.* Ex quo pene iisdem verbis repetit *Xiphilinus* in *Nerone*: *Elephanti, qui currum Auguſti trahebant, in circum ingreſſi, cum eo usque, ubi Senatores ſedebant, veniſſent, non ultra progreſſi, conſtiterunt.* Tiberium ergo & Auguſtum conjungunt, quem filium & Imperii ſucceſſorem noverant Mytilenæi, cujusque erga Auguſtum ſtudium ſupra expoſuimus, cujusque auram captare volebant hoc ipſo Numiſmate. Laudaverat vero Tiberius ipſe Auguſtum ex Senatus Conſulto, prodente *Dione* Libro LVI. p. 592. Ἀπὸ δὲ τῶν ἑτέρων ἐμβόλων τῶν Ἰουλίων ὁ Τιβέριος δημόσιον, δή τινα ἐκ δόγματος λόγον ἐπ' αὐτῷ τοιόνδε ἐπελέξατο. *Cæterum pro roſtris Juliis Tiberius ex Senatus Conſulto ad populum in hæc propemodum verba peroravit.* In hæc inter alia: Τίς γὰρ ἂν δικαιότερον ἐμοῦ, τοῦ καὶ παιδὸς αὐτοῦ, καὶ διαδόχου, τὸν ἐπ' αὐτῷ ἔπαινον ἐνεχειρίσθη. *Cui enim laudatio hæc rectius, quam mihi, FILIO EJUS, SUCCESSORIQUE, mandata fuiſſet.* De *Mytilenæis* infra in *Caligula* Tab. VI. Num. 33. & 34. plura dicemus. Debemus hunc rariſſimum primæ magnitudinis nummum *ſchedis Morellianis*, nec quidem *J. Valenti* viſo aut in *Nummis ſuis Græcis* adducto.

Num.

le Prince pacifique faſſe; ſçavoir, qu'il ſoit touſiours bien pourveu de toutes les choſes neceſſaires pour ſe conſerver la paix, & pour porter la guerre contre les uſurpateurs en faveur des alliez, ſi la raiſon & la protection du foible l'y convie, & pour repouſſer l'injure s'il eſt attaqué mal à propos, n'ayant d'ailleurs deſſein aucun d'entreprendre rien injuſtement contre qui que ce ſoit. TRISTANUS.

(25) Plenius aliquanto legitur apud *Seb. Erizzium*, qui ita hunc Nummum deſcribit & declarat p. 195. Tiberii eſt nummus ex ære magno, in quo caput ejus exhibetur ſine corona cum hac Inſcriptione, TI. CAESARI AUGUSTO P. P. CO. . . Ab altera parte eſt Corona civica, inque ea Templum cum clauſis januis atque hac in circuitu epigraphe PACE AUG. PERP. id eſt, *Pace Auguſti perpetua.* Signatus fuit hic nummus in Tiberii honorem veluti alius, qui Pacis ſymbolum caduceum exhibet, quando videlicet hic Imperator Pacem Urbi atque Italiæ procuravit. *Suetonius* ejus mentionem facit in *Tib.* Cap. XXXVII. *In primis tuendæ pacis à graſſatoribus, ac latrociniis, ſeditionumque licentia curam habuit. Stationes militum per Italiam ſolito frequentiores diſpoſuit. Romæ caſtra conſtituit, quibus prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus, & per hoſpitia diſperſæ, continerentur, &c.* Templum illud, quod clauſum à poſtica nummi parte cernitur, Templum exiſtimo eſſe Jani Gemini, quod Romæ exſtitit, atque claudi ſolebat tempore Pacis, priusquam Romanis exſtaret bellum. Cujus rei liquidum teſtimonium exhibent ærei Neronis nummi, qui in averſa parte Jani Templum clauſum exhibent cum Inſcriptone PACE P. P. TERRA MARIQ. PARTA JANUM

NUM. 27. & 28.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXIIII. In area Senatus Consulti nota, uti hic Num. 27.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRIbunicia Potestate XXV. Senatus Consulti nota in area.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXXVI. Senatus Consulti nota in area, uti Tab. VI. Num. 8.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXXVII. Senatus Consulti nota in nummi area.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate XXXIIX. In area Senatus Consulti nota, uti Tab. V. Num. 24.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator TRibunicia POTestate XXXIIX. Senatus Consulti nota in area.

DIVO AUGUSTO Senatus PopulusQue Romanus. Augusti statua corona radiata caput cincti, dextra globum, sinistra hastam puram tenentis, ac sedentis in curru suo seu thensa à quatuor elephantis cum suis sessoribus tracta.

In præcedenti nummo Monumentum Mytilenæorum Apotheoseos Augusti vidimus; hic ipsius Senatus Populique Romani nobis obvium est, ut videri queat, exemplar ab hoc ipsos sumsisse Mytilenæos. In utroque nummo eodem modo ac habitu sedet Augustus, figura thensæ illi, post apotheosin à S. P. Q. R. decretæ, quæ solenni Circensi pompa per Circum duci solebat, decretæ. Eadem, idem numerus elephantorum cum suis sessoribus, utraque Inscriptio Divi Augusti elogio ipsum mactat, idem quoque est scopus utrorum. Cæterum & illa, quæ ad præcedentem diximus, & huc omnino etiam spectant, quo B. L. ablegamus. Observamus modo, hunc nummum propter typi præstantiam & memoriæ impressæ conservandæ ergo aliquoties fuisse repetitum, nempe prima vice A. V. C. 774. octo annis post Augusti mortem, dehinc, A. 775. item 786. cum Tiberius Decennalia celebraret, post 787. & 788. Ejusmodi currum Severum Imperatorem Pertinaci decrevisse legimus, prodente *Dione* in *Severo*, & si Athenæo, credimus, Ptolemæus tali Alexandrum in pompa sua traduxisse. Vulgarunt jam illum *Hub. Goltzius* in *Tiberio* Tab. IX. Num. 3. ubi tamen, quod sæpius jam monuimus, in alterâ, *Nonnii* scilicet editione, tùm figura currus & statuæ, tum literæ inverso ordine conspiciuntur, tum etiam patera in manu sinistra, quæ dextra esse debebat, omissa est. *A. Rubenius* in *Nummis Arschottanis* Tab. XVI. Num. 24. ubi Augustus lauri ramum dextra tenet. *Com. Mediobarbus* p. 65. ex indice *Cavotortæ*, & p. 67. ex *Museo Cospiani* & suo. *Occo* p. 92. & 95. *Patinus* in *Suetonio* ex nummis illustrato f. 254. ubi Augustus dextra lauri ramum tenet; *Jac. Gutherius* de *Jure manium* Libro II. Cap. 5. p. 1172. Num. 11. & 1173. *ubi tamen in dextera ramulus est omissus, prætereaque quasi corpore nudo sedere videtur, neque corona circa caput conspicua.* supraque illum etiam in *Augusti Nummis* Tab. XXIIII. Num. 17. vidimus. Exstat etiam in *Thesauro Schwartzburgico.*

Hactenus *Schlegelius*; verum nos duos optime servatos possidemus, ex quibus alter TR. POT. XXXVII. alter XXXIIX. præfert. In utroque Statua Augusti cernitur dextra tenere oleæ vel lauri ramum, non vero globum, quare ex archetypo illud emendari curavimus. HAVERC.

JANUM CLUSIT. Qui nummi cusi sunt à Nerone eo tempore quo clausum Jani erat Templum, quia tum nusquam Romanis ullum esset bellum, omnibus sopitis bellis nulloque residuo. Credere idem licet à Tiberio, quoniam providit ille, quod Roma & universa Italia alta frueretur pace, ideoque, juxta morem Romanorum, supradictum Jani clauserit Templum. *SEB. ERIZZUS.*

TABULA VII.

EXHIBENS

TIBERII NUMISMATA

EX AERE MEDIO.

NUM. 1.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VII. (Septimum) Caput Tiberii nudum lævam versus, uti Tab. II. Num. 9.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS IMPerator VII. Caput Tiberii nudum, lævam versus, uti Tab. II. Num. 7.

vel

TIberius CAES. DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPERATor VII.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VIII. Caput Tiberii nudum dextram versus, uti Tab. II. Num. 18.

CLEMENTIAE. Clypeus, in quo caput Clementiæ laurea circumdatum, ad latus Senatus Consulti nota.

Quidquid ad illustrationem hujus nummi potest facere, id supra jam attulimus Tab. V. Num. 6. quo B. L. ablegamus, attendentes saltem adhuc quod observavit *Ant. Augustinus* Dialog. II. p. 21. nec non in nummo nostro invenimus: *In Tiberii Cæsaris nummo spectatur Clementia non obliqua facie, sed plana & integra.* Rex enim Clementiam adhibens summa utitur majestate. Et cum Imperator VII. cluat in nummo, inde apparet post annum 764. eundem fuisse cusum; quodque nummum hunc jam vulgaverint *C. Patinus* in *Thesauro Numm.* med. & min. formæ p. 64. *H. Goltzius* Tab. IX. Num. 6. *Mediobarbus* p. 63. & 64. ex Indice *Cavotortæ*, *Angelonus* p. 39. Num. 6.

Tom. I.

NUM. 2.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VII. Caput Tiberii nudum, lævam versus, uti Tab. II. Num. 7.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VIII. Caput Tiberii laureatum, dextram versus, uti Tab. II. Num. 20.

MODERATIONI. Moderationis clypeus laurea circumdatus, cum Senatus Consulti nota ad utrumque latus.

Ejusdem typi nummum supra Tab. V. Num. 7. jam vidimus, neque dicta ibidem hic inutiliter repetere nobis est volupe, solum observantes, quod ob typi præstantiam bis fuerit repetitus, nempe circa An. 768. & dehinc etiam post istum.
Sistunt & illum *C. Patinus* in nummis Imper. ac minimæ formæ p. 64. *Occo* p. 89. *C. Mediobarbus* p. 64. Posterior ex hisce, nummis, quos *Schlegelius* explicavit, egregie cusus atque optime servatus, in *Museo nostro* exstat. Mediæ magnitudinis formam excedit, non tamen inter primæ magnitudinis nummos locum obtinere potest.

NUM. 3.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATor V. (Quintum) Caput Tiberii laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 34.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius IMPERATor V. (Quintum) Caput Tiberii nudum, dextram versus, uti Tab. II. Num. 4.

vel

TIberius CAESAR AUGUSTi Filius IMPERATor VII. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. II. Num. 13.

vel

TIberius CAESAR AUGUSTi Filius IMPERATor V. Caput Tiberii nudum, dextram versus, uti Tab. II. Num. 31.

ROMæ & AUGusto. Ara cum Victoriis hinc & illinc cippis impositis, manibus tenentibus palmas & corollas.

Quæ ad explicationem hujus nummi possunt facere B. L. deprehendet, supra Tab. V. Num. 8. solum addimus, quod eundem nummum in ære medio obvium, sæpiusque & multos per annos repetitum, ediderint *Joh. Valens* in *Numismatibus* præst. æreis pag. 9. atque *Goltzius* in *Tiberio* Tab. IX. Num. 4. *Com. Mediobarbus* pag. 62. ex *Musæo Cospiano*. *Morellius* in *schedis suis MStis*. Exstatque hodie in *Thesauro Schwartzburgico*.

NUM. 4.

TIberius CAESAR AUGUSTi Filius IMPERATor V. (Quintum) Caput Tiberii laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 33.

ROMæ & AUGusto. Ara cum Victoriis hinc & illinc cippis impositis, manibus tenentibus palmas & corollas, impresso supra sigillo, sive signo nomen AUGusti referente.

Idem per omnia cum sit cum præcedente, solo signo, quod ipsi impressum est, excepto, pergimus, solum addentes, quod in *Thesauro* asservetur *Schwartzburgico*.

NUM. 5. & 6.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VIII. (Octavo) Caput Tiberii laureatum, dextram versus.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VIII. (Octavo) Caput Tiberii laureatum, dextram versus.

Eundem prorsus typum supra Tab. I. Num. 20. jam vidimus, nihilque peculiare exhibet, nisi qnod unus idemque typus & anticæ & posticæ incuria monetarii fuerit impressus, quod quia rarius deprehenditur in Romanis, visus est *Morellio* dignus & hic exhiberi, quale quid & supra Tab. IV. Num. 29. & 30. in argenteis jam observavimus.

FINIUNT
CHRISTIANI SCHLEGELII
ET INCIPIUNT
SIGEBERTI HAVERCAMPI
COMMENTARII.

NUM. 7. & 8.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

DRUSUS CAESAR TIberii AUGusti Filius. Caput Drusi nudum, versus dextram.

Primæ magnitudinis hunc nummum & eximiæ raritatis vocat *Joh. Vaillantius*, in Libro *de Numm. Imp. Præstant.* Tom. I. p. 10. ex quo desumtus est. Depingitur tamen ibidem tamquam ex medio ære, qualis revera videtur esse, atque innuere ipse Editor *Vaillantius*, dum de *Druso* ibidem scripsit: *Ejus nummi ex ære mediocri nobis supersunt, qui & obvii.*

NUM.

NUM. 9. & 10.

JUSTITIA. Caput Liviæ lævam verſus, matronali mitra decorum.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGuſtus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate XXIIII. In area nummi Senatus Conſulto.

Juſtitiæ cultor haberi voluit Tiberius, laudandus ea virtute, ſi ad Caligulas, Nerones & Domitianos reſpicias; ſpecimen præbet *Tacitus* Lib. II. *Annal.* Cap. 48. *Magnificam in publicum largitionem auxit Cæſar haud minus grata liberalitate, quod bona Æmiliæ Muſæ locupletis inteſtatæ petita in fiſcum, Æmilio Lepido, cujus è domo videbatur; & Patulei, divitis equitis Romani, hæreditatem (quamquam ipſe hæres in parte legeretur) tradidit M. Servilio, quem prioribus neque ſuſpectis tabulis ſcriptum compererat; nobilitatem utriusque pecunia juvandam præfatus. Neque hæreditatem cujusquam adiit niſi cum amicitia meruiſſet; ignotos & aliis infenſos, eoque Principem nuncupantes, procul arcebat* Quo reſpectu, ſine adulatione, ſcribere potuit *Vellejus Paterculus* Lib. II. Cap. 126. *Revocata in forum fides, ſubmota è foro ſeditio, ambitio campo, diſcordia curia: Sepultæque ac ſitu obſitæ juſtitia, æquitas, induſtria civitati redditæ.* Sed invaluit ſub Tiberio ille mos, quo Principes feminas in nummis Dearum habitu depinxerunt, adſcripto quoque Deæ, ad cujus ornatum effingebantur Auguſtæ, non vero ipſarum, nomine. Ita *Juſtitiæ* nomine & habitu mater Tiberii Livia ſive Julia in hoc nummo occurrit, cujus picturam paſſim ediderunt *Antiquarii*, videlicet *Hub. Goltzius* in *Tiberio* Tab. X. Num. 37. *Car. Patinus* in *Numiſm. Imp.* p. 65. *Albert. Rubenius* inter *Numiſmata Arſchotana* Tab. XVII. Num. 16. *Guillelmus Choulius de Relig.* &c. p. 162. *Anton. Auguſtinus* Tab. II. Num. 17. *Æneas Vicus* in *Tiber. Ær.* Num. 11. aliique. Servatur paſſim in *Muſeis*, & in *noſtro*, depictus autem eſt ex *Theſauro Schwartzburgico*.

NUM. 11.

Epigraphe eadem & caput idem.

Nota Senatusconſulti in medio nummo exſtat; in ambitu legitur, IMPerator Titus CAESar DIVI VESPaſiani Filius AUGuſtus RESTITUIT.

Rariorem eo qui præceſſit nummum hunc reſtitutio facit. Servamus eundem in *Muſeo noſtro*. Vulgarunt *Carolus Patinus* in *Numm. Imp.* p. 65. *Hub. Goltzius* in *Tiberio* Tab. VIII. Num. 23. ubi tamen caput inverſum male cernitur, aliique.

NUM. 12.

Epigraphe eadem, caput idem.

In area nummi Senatusconſulti iterum eſt nota, ſed duplici Inſcriptionis circulo circumdatur, eſtque hæc in exteriore, IMPerator Titus CAESar DIVI VESPaſiani Filius AUGuſtus Pontifex Maximus (dein in interiore) TRibunicia POTeſtate Pater Patriæ.

Præcedentibus quidem hic, propter duplicem circulum, longe præſtantior & rarior habetur.

NUM. 13.

SALUS AUGUSTA. Caput Liviæ ſive Juliæ, Deæ Salutis habitu.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGuſtus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate XXIIII. In area nummi Senatus Conſulto.

Hujus nummi eadem eſt ratio, quæ præcedentium. *Juſtitiæ* enim, *Salutis* & *Pietatis* habitu effigiem Liviæ in *Nummis Tiberii* cernimus. Non vero ſimpliciter, ut *Pietas* vel *Juſtitia*, in aliis, ita *Salus* in hoc nummo dicitur, ſed *Salus Auguſta*, quaſi Auguſtæ Domus Conſervatrix ejusque Numen Tutelare. Editus eſt ab *Ant. Auguſtino* Tab. II. Num. 34. *Ænea Vico* in *Tiberio* Num. 20. *Alb. Ruben.* in *Num. Arſchot.* Tab. XVII. Num. 13. *Paulo Pedruſio* in *Muſeo Farneſ.* Tab. XXIV. Num. 2. *Hub. Goltzio* in *Tiberio* Tab. IX. Num. 32. ſed inverſo male capite, aliisque. Exſtat in *Muſeo noſtro* & paſſim.

NUM. 14.

Epigraphe eadem, caput idem.

IMPerator Titus CAESar DIVI VESPaſiani Filius AUGuſtus RESTITUIT. in ambitu nummi; in ejusdem area Senatus Conſulto.

Titus Imperator multos Auguſtæ Domus nummos reſtituit, inter quos Liviæ hunc & præcedentem. Editus eſt à *Carolo Patino* in *Numm. Imp.* p. 65. & 78.

NUM. 15. & 16.

Vacant.

NUM. 17. & 18.

TIberius CAESAR AUGUSTUS. Caput Tiberii nudum, versus dextram.

Caput Apollinis laureatum, ante quod Lyra cernitur, post illud quatuor sunt literæ ignotæ, in ambitu nummi corona laurea est.

Quid sibi ignotæ in hoc & sequente nummo literæ velint, nemo Eruditorum explicavit, neque facile inveniri poterit. Videntur autem esse vel Phœniciæ veteris, vel Hispaniæ. Nummum ipsum jam olim vulgarunt *Octavianus Strada* p. 31. *Æneas Vicus* in *Num. Tiberii Ær.* Num. 14. *Hub. Goltzius* in *Tiberio* Tab. IX. Num. 26. sed ibi figura & literæ inversæ exstant.

NUM. 19. & 20.

TIberius CAESAR AUGUSTUS. Caput Tiberii nudum dextram versus, ante illud aquila, pone lauri est ramusculus.

Caput Apollinis laureatum cum Lyra & literis ignotis, in laurea corona, sicuti supra.

Hunc nummum debemus *Carolo Patino*, qui eundem vulgavit in *Numm. Imperat. Rom.* p. 64.

NUM. 21.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPERATOR IIII. Caput Tiberii laureatum versus lævam, ut Tab. II. Num. 29.

In area nummi est nota Senatusconsulti.

Refertur apud *Comitem Mediobarbum* ad A. V. C. 759. vulgatus ab *Hub. Goltzio* in *Fastis* p. 226.

NUM. 22.

Epigraphe eadem, caput idem.

PONTIFEX TRIBUNicia POTESTATE IX. in area nummi nota est Senatusconsulti.

Et hunc ibidem vulgavit *Hubertus Goltzius* pag. 227.

NUM. 23.

Inscriptio capitis videtur eadem esse quæ nummi præcedentis vel proxime sequentis.

Senatus Consulto in area nummi, in circuitu, TRIBUNIcia POTESTATE XII.

NUM. 24.

TIberius CAESAR AUGUSTi Filius IMPERATor V. Caput Tiberii nudum versus lævam, ut Tab. II. Num. 6.

PONTIFEX TRIBUNicia POTESTATE XII. in area nummi est nota Senatusconsulti.

Exstat in *Museo nostro.*

NUM. 25.

(1) *TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS IMPerator VIII. Caput Tiberii nudum, in aliis versus dextram, in aliis versus lævam partem, ut Tab. II. Num. 8. & 9.*

PONTIFex MAXIMus TRRIBUNicia POTESTate XVII. Statua Liviæ sedentis Deæ habitu, dextra hastam, læva pateram tenentis. In meo ad latera Senatusconsulti nota observatur.

Eundem partis aversæ typum observare licet in Augusti nummo supra Tab. XXVIII. Num. 15. neque mirum in filii Tiberii nummis hoc habitu Liviam adparere, quum illi unica Imperii & & potentiæ caussa exstiterit. Vulgarunt hunc nummum plurimi, & inter illos *Sebast Ericius* p 190. *Æneas Vicus* in *Tiberio* Num. 2. *P. Pedrus.* in *Museo Farnes.* Tab. XXIV. Num. 5. *Hub. Goltzius* in *Tiberio* Tab. VIII. Num. 14. sed ibi figura muliebris, sculptoris vitio, inversa conspicitur. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico*, in *Museo nostro* & passim.

NUM.

(1) Nummus Tiberii æreus, secundæ magnitudinis, ita à parte capitis inscriptus, TI. CAESAR DIVI AUG. F. AUGUSTUS IMP. VII. ab altera parte figuram exhibet sedentem capite velato, cum nota Senatusconsulti atque his in ambitu literis, PONTIF. MAXIM. TRIBUN. POTEST. XVII. Figura sedens, quæ ab illa parte spectatur, Deæ Salutis est imago, sub cujus Deæ habitu nonnulli volunt exprimi Liviam Augustam, Cæsaris Augusti uxorem, quod refellere nolim. Ad singularem Tiberii honorem cusus nummus videtur. *SEBAST. ERICIUS.*

NUM. 26.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. in aliis IMPerator VII. Caput Tiberii nudum, versus lævam, ut Tab. II. Num. 7.

PONTIFex MAXIMus TRIBunicia POTestate XVIII. COnSul DESignatus TERtium. In area nummi est nota Senatusconsulti

Spectat ad A. V. C. 770. quo, juxta *Tacitum* Lib. II. *Annal.* Cap. 42. *Tiberius, nomine Germanici, trecentos plebi sestertios viritim dedit, seque Collegam Consulatus ejus destinavit.*

NUM. 27.

Nota capitis, quæque ejus sit Inscriptio, non additur.

PONTIFex MAXIMus TRIBUNicia POTESTate XVIII. Adparent inter notas Senatusconsulti mensa tripes cum corolla.

Anno V. C. 769. victis à Germanio Cheruscis cum duce Arminio, Imperator VIII. ab exercitu salutatus fuit Tiberius. Inde in nummo Mensa Quæstoris atque Corona Laurea depingi videtur. Posterior spectat ad victoriæ decus, prior ad spolia bellica, & redactam inde in ærarium pecuniam. Inter raros igitur & præstantiores locum hic nummus meretur.

NUM. 28.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS IMPerator VII. Caput Tiberii nudum, versus lævam, ut Tab. II. Num. 7.

PONTIFex MAXIMus TRIBUNicia POTESTate XX. In area nummi est nota Senatusconsulti.

Repetitus sub Tiberio sæpe fuit simplex hic typus, ut ex variis nummis Tribuniciæ Potestatis, in iisdem expressis, adparet.

TABULA VIII.

CONTINENS ADHUC

TIBERII NUMISMATA

EX AERE MEDIO.

NUM. 1.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius TRibunicia POTestate XIIII. Caput Tiberii nudum, dextram versus.

PONTIFex COnSul II. IMPerator VII. Caduceus alatus, ad latus est nota Senatusconsulti.

In plurimis Imperatoris Tiberii nummis Caduceus, Pacis typus, invenitur. Confirmatus enim in Imperii noluit lacessere gentes indomitas, retinendæ domi potentiæ semper intentus. Quare per hunc typum Senatus illi blandiri voluit non aliter quam *Vellejus Paterculus* Lib. II. Cap. 126. his verbis: *Quando Pax lætior? Diffusa in Orientis Occidentisque tractus, quidquid meridiano aut septentrione finitur, Pax Augusta per omnes terrarum orbis angulos à latrociniorum metu servat immunes.* Vulgavit hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Fastis* p. 232. sed cum hac ab aversa Inscriptione, PONTIFEX IMPERATOR VII.

NUM. 2.

Inscriptio à parte capitis ignota mihi est, sed similis præcedenti exsistere videtur.

PONTifex MAXimus COnSul III. IMPerator VIII. TRibunicia POTestate XX. Caduceus alatus inter quatuor spicas colligatas.

Laudatur hoc typo Tiberius, quod annonæ curam sollicite gesserit, atque abundantiam ejus procura-

curaverit. Legitur inde apud *Vellejum Paterculum* Lib. II. Cap. 126. *Quando annona moderatior?* Didicerat à patre Augusto ventrem populi carere auribus. Sub eodem juvenis specimen diligentiæ in annonæ curatione dederat, de quo *Suetonius* in *Tiberio* Cap. VIII. *Interque hæc duplicem curam administravit, annonæ, quæ artior inciderat &c.* Ætatem tum & magistratum *Tiberii* notavit *Vellejus* Lib. II. Cap. 94. *Quæstor undevicesimum annum agens capessere cœpit Rempublicam, maximamque difficultatem annonæ ac rei frumentariæ inopiam, ita Ostiæ atque in Urbe mandato vitrici moderatus est, ut per id quod agebat quantus evasurus esset, eluceret.* Servatur hic nummus in *Thesauro Regio.*

Num. 3. 4. & 5.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, ut Tab. I. Num. 12.

PONTifex MAXIMus COnSul III. IMPerator VIII. TRibunicia POTestate XXI. pro quo in secundo, XXII. in tertio est XXIII. Caduceus alatus inter duo cornucopiæ decussatim posita.

Typus Pacem & Abundantiam rerum omnium Tiberio imperante significat. Ubertas Pacem sequitur, quare Pacem & annonæ lætitiam conjunxit *Vellejus* in adductis supra verbis. Secundum ex tribus hisce edidit *Æneas Vicus*, sed male inscriptum IMP*erator* VII. unde idem typus sicuti & reliqui *Æneæ Vici* in aucta *Goltzii* Editione inter *Tiberii nummos* repetitus fuit. Primus ex tribus hisce nummis servatur in *Thesauro Regio* & in *Museo nostro.*

Num. 6.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VIII. Caput Tiberii nudum, dextram versus, ut Tab. II. Num. 14.

PONTIFex MAXIMus TRIBUNicia POTestate XXIII. in area nummi est nota Senatusconsulti.

Servamus hunc eleganter cusum in *Museo nostro*, depinxit eundem *Morellius* ex *Thesauro Regio.*

Num. 7.

Epigraphe capitis non videtur discrepare à præcedente nummo.

PONTIFex MAXimus IMPerator VIII. TRibunicia POTestate XXIIII. In area nummi est nota Senatusconsulti.

Ratione literarum parum à præcedente discrepat.

Num. 8. 9. & 10.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS IMPerator VIII. Caput Tiberii laureatum, versus dextram, ut Tab. II. Num. 20.

PONTIFex MAXimus TRibunicia POTestate XXIIX. in alio TRibunicia POTestate XXXII. in tertio TRibunicia POTestate XXXIIII. Globus cum temone & addita nota Senatusconsulti.

Typum horum nummorum illustravit *Joh. Tristanus Sanctamantius Comment. Histor.* Tom. I. p. 136. & potest vix aptior moderatori Orbis Terrarum excogitari. Prudentia igitur Tiberii regi Romanum Orbem prædicavit hisce nummis Senatus Romanus, prout ante blanditus Augusto fuerat simili typo inter *Augusti Nummos*. Tab. XXX. Num. 21. & seqq. Verba *Tristani* sunt: „ C'est „ icy la representation du colosse fait par les vil„ les de l'Asie en l'honneur de Tibere, pour re„ connoissance du restablissement qu'il leur aida à „ faire, aprés qu'elles furent renversées par un „ tremblement de terre au nombre de douze, „ comme *Strabon* liv. XIII. & *Pline* liv. II. „ chap. 83. le remarquent, & en suite *Paterculus* „ liv. II. en ces mots, *fortuita non civium tan„ tummodò, sed urbium damna munificentia vindi„ cat*: RESTITUTAE *urbes Asiæ.* *Suetone* „ aussi chap. XLVIII. Quant à l'erection de ce „ colosse, *Phlegon Trallianus*, & par consequent de „ ces certiers là, se servant du tesmoignage du „ Grammairien *Apollonius*, rapporte que ces peu„ ples d'Asie rendirent à ce Prince cette marque „ de leur recognoissance, & qu'il fut dressé derrie„ re le Temple de Venus. Je croy, à cause que „ cette Déesse estoit la protectrice de la maison des „ Cæsars & famille Julienne, en laquelle Auguste „ l'avoit adopté; & de plus, qu'il y adjousterent „ des statues representans les villes restablies par „ sa liberalité. Je sçay bien que *Meursius*, dont „ l'authorité est de grand poids, censure cette re„ marque de *Phlegon*; mais cette medaille, qui re„ presente sans doute Tibere (comme je voy que „ *Goltzius*, *Vicus* & *Nonnius* l'ont aussi estimé,) „ certainement me semble donner une entiere con„ firmation de ce qu'en a dit cet Autheur; lequel „ estant affranchy d'Hadrian, & vivant à Rome, „ eust peu refuter l'opinion de son garand, si il eust „ veu le contraire. Et ce qui semble confirmer „ que c'est la figure de Tibere en cette medaille; „ voire mesme colossique, est qu'il n'a pas esté „ figuré en la forme ordinaire, le Senat ayant or„ donné qu'on fit battre cette sorte de monnoye „ pour honorer Tibere, & laisser la memoire à la „ posterité de sa liberalité. Car encore que Tibe„ re fust grand œconome, si avoit-il cela, que „ par intervalle il paroissoit liberal, & honorable, „ *Instaurabat & adornabat ruinosa ædificia priorum „ conditorum nominibus inscriptis. Civitatibus & „ privatis hominibus opem ferebat*, (ce dit *Zonare*) „ qui semble avoir eu cette histoire du restablisse„ ment de ces villes, quand il a escrit cecy. *TRI„ STANUS* Tom. I. p. 162.

„ TI.

„ TI. CAESAR DIVI AUG. F. AUG. IMP. L'effigie de Tibere. Au revers il y a un gouvernail posé ſur un Monde, avec cette Inſcription. PONTIF. MAX. TR. POT. XXXII. SC. C'eſt icy le ſimbole du gouvernement du monde, & du ſoin que Tibere, ſelon *Ovide*, eſtoit deſtiné devoir prendre pour ſa conſervation, par l'honneur que Auguſte luy fit de l'adopter, en ces vers,

„ —— —— *prolem ſancta de conjuge natam*
„ *Ferre ſimul nomenque ſuum, curaſque jubebit.*

„ C'eſt auſſi la marque d'une paiſible & pacifique poſſeſſion de l'Empire dans la jouyſſance d'un profond repos, aprés les longues & cruelles guerres civiles & etrangeres, qui avoient agité & ſecoüé cette grande Nef, comme des vents impetüeux au milieu des ondes irritées. Ainſi les mariniers & pilotes, aprés s'eſtre utilement ſervy de leurs gouvernaux ou timons à la conduite de leurs vaiſſeaux ſelon les occurences; ſe voyans en paiſible jouyſſance de leurs fortunes, les conſacroient anciennement aux Dieux de la Mer, les poſans ſur les ſommets ſourcilleux des rochers, Seigneurs dominans és pleines ſalées (ce dit *Maximus Tyrius* en ſon trente huictiéme diſcours.) Or en ce faiſant les Romains comparent en cette deviſe ou embleme, leur Empereur, au ſouverain Seigneur du Ciel & de la Terre; la divinité duquel eſt le vray timon qui regit tout, & avec lequel le Verbe du Tout-puiſſant fait tourner, agir, & voguer perpetuellement cette grande machine (ce dit divinement bien Sainct Gregoire de Nazianze *ad Nemeſium*) en ces termes,

—— —— *θεότητα, θεῦ κτίσιν, οἴακα παντὸς*
Ὡ κόσμον μεγάλοιο θεῦ λόγος αἰὲν ἐλίσσει.

„ Auſſi le timon eſt ſi veritablement pris pour le regime d'une Monarchie, que Neron previt ſon malheur & ſa ruine, par le ſonge qu'il eut (aprés le barbare maſſacre de ſa mere) que quelqu'un luy arrachoit le gouvernail qu'il manioit dans un vaiſſeau qu'il faiſoit voguer; & ce, avec violence, comme *Suetone* le remarque chap. XLVI. ainſi: *Occiſa demum matre, vidit per quietem navem ſibi regenti extortum gubernaculum.* Ce qui arriva par le ſouſlevement de *Julius Vindex*, & par ce qui s'en enſuivit par l'election de *Galba.*" *TRISTANUS* Tom. I. p. 163.

NUM. 11. & 12.

Caput ejusque epigraphe à præcedentibus nihil diſcrepant.

PONTifex MAXIMus TRIBUNicia POTeſtate XXXV. in altero XXXVI. Caduceus alatus cum nota Senatusconſulti.

Explicationem pete ex Tabulæ hujus nummo primo. Poſterior ſervatur in *Theſauro Regio.*

NUM. 13.

Epigraphe capitis eadem, caput idem.

PONTIFex MAXimus TRibunicia POTeſtate XXVI. Globus cum temone & Senatusconſulti nota, ut ſupra.

Novi nihil habet præter Tribuniciæ Poteſtatis varietatem.

NUM. 14.

Epigraphe eadem, caput idem.

PONTIFex MAXIMus TRIBUNicia POTESTate XXXVII. Caduceus alatus cum Senatusconſulti nota.

Tribuniciæ Poteſtatis diſcrepantia à reliquis & hunc nummum diſtinguit. Exſtat in *Theſauro Regio.*

NUM. 15. & 16.

In utroque caput eſt idem, epigraphe eadem.

PONTIFex MAXimus TRibunicia POTeſtate XXXVII. in alio TRibunicia POTeſtate XXXIIX. Globus ſeu Orbis terrarum cum temone & Senatusconſulti nota.

De typo diximus ad Num. 8. Sed, quod notari debet, in *noſtris* (utrumque enim poſſidemus) ea eſt varietas, ut in utroque parvus inſuper cernatur globulus, in Num. 15. poſt temonis alas ſive extremam latitudinem, in Num. 16. ante eandem. Inſuper in Num. 16. faſcia alio modo tranſverſim globum Orbis Terrarum cingit ab imo ad ſummum, quod & ſe ita obſervaſſe in nummo *Theſauri Schwartzburgici* ad figuram ejusdem adnotaverat *Chriſtianus Schlegelius*. Primo ex his nota *Theſauro Regio* adponitur.

NUM. 17.

Notitia partis anticæ non exſtat, ſed videtur caput Tiberii ſine Inſcriptione habuiſſe.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGuſtus IMPerator VIII. hæc in extremo nummi margine, deinde in area nummi, TRIBunicia POTeſtate XXXVIII. PONTifex MAXImus.

Citatur hic nummus apud *Comitem Mediobarbum* p. 67. æri inſculptum vidiſſe non memini.

NUM. 18.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGustus IMPerator VIII. hæc in extremo nummi margine, deinde in area nummi, TRibunicia POTestate XXXVIII. PONTifex MAXimus, ut Num. 8. & 9.

PONTIFex MAXIMus TRibunicia POTestate XXXIIX. Fulmen alatum cum nota Senatus Consulti.

Typum hunc Senatus æreis Tiberii nummis imprimi fecit exemplo similium Augusti, quos videre licet inter æreos Augusti nummos Tab. XXIX. Num. 8. & seqq.. Ex *Museo Cospiniano* citavit hunc *Comes Mediobarbus* p. 67.

NUM. 19. & 20.

Caput idem, epigraphe eadem.

PONTIFex MAXIMus TRIBUNicia POTESTate XXXIIX. in altero, variante scribendi modo, XXXVIII. Caduceus alatus cum nota Senatus Consulti.

Uterque nummus in *Museo nostro* invehitur. Sed & similem typum invenio apud *Sebastianum Erizzum* p. 194. cum tribuniciæ potestatis XXIIX. nota, de quo nummo ita scribit idem *Erizzus*,, Nummus est Tiberii ex ære medio, optimæ artis, ,, cum hac à parte capitis Inscriptione, TI. CAESAR DIV. AUG. F. AUGUST. IMP. VIII. ,, id est, *Tiberius Cæsar Divi Augusti Filius Augustus Imperator octavum.* Ab altera parte elegans Caducei cernitur effigies cum hac epigraphe, PONTIF. MAXIM. TRIBUN. POTEST. ,, XXIIX. & Senatusconsulti nota. Cusus fuit ,, hic nummus Romæ in honorem Tiberii, & quidem peculiari eâ de caussa, quod curam habuerit insignem Pacis Romanæ Urbis atque universæ Italiæ. Ejusque expressam mentionem fecit ,, *Suetonius* in *Vita* ejus Cap. XXXVII. *Inprimis ,, tuendæ Pacis à grassatoribus ac latrociniis, seditionumque licentia curam habuit. Stationes militum ,, per Italiam solito frequentiores dispersit. Romæ castra constituit, quibus prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus, & per hospitia dispersæ, continerentur.* Caduceus, cujus in nummi typus cernitur, ,, antiquitus Mercurio sacer fuit, atque pacis & ,, concordiæ exstitit symbolum, ut in aliorum nummorum, diximus explicatione. Sed & variæ aliæ ,, apud sapientiores Ægyptios Caducei fuere significationes emblematicæ. Unde & multorum nummorum, quos nunc explicare non est animus, typos figura ejus occupat. Sufficit in præsens, adnotasse, symbolo Caducei in hoc nummo significasse Romanos pacem illam, qua sub Principe Tiberio & ipsa Urbs, & universa gavisa ,, fuerit Italia."

NUM. 21.

Epigraphe eadem, caput idem.

IMPerator Titus CAESar DIVI VESPasiani Filius AUGustus RESTituit. Typus caducei idem.

Ob restitutionem à Tito factam, vulgaris alias Tiberii nummus, hic depingitur.

NUM. 22.

Epigraphe & caput nihil discrepant ab iis, qui præcesserunt, nummis.

NUM. 23. 24. & 25.

Pars antica similis est præcedentibus.

IMPerator Titus CAESar DIVI VESPasiani Filius AUGustus RESTituit, in altero RESTITUIT. in tertio IMPerator &c. COnSul VIII. RESTITUIT. in area nummi est nota Senatus Consulti.

Duo priores servantur in *Thesauro Regio.*

NUM. 25.

Pars antica similis est præcedentibus.

Nummus hic in area habet notam Senatusconsulti, duplicem deinde circulum cum Inscriptione IMPerator Titus CAESar DIVI VESPasiani Filius AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate Pater Patriæ COnSul. VIII. RESTITUIT.

Duplex circulus nummum rarum facit. Servatur & hic in *Thesauro Regio.*

NUM. 26.

Pars antica similis est præcedentibus.

IMPerator Domitianus CAESar DIVI VESPasiani Filius AUGustus RESTituit. In area nummi nota est Senatusconsulti.

Servatur in *Thesauro Regio* & in *Museo nostro.*

TABU-

TABULA IX.
CONTINENS
NUMISMATA TIBERII
EX MEDIO ÆRE IN COLONIIS
ET
MUNICIPIIS ROMANIS CUSA.

NUM. 1.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

ABDERA. Templum elegans, quinque columnis suffultum.

Quamvis neque Coloniæ titulus neque Municipii in hoc nummo adscribatur, pertinet tamen ad Coloniam Romanam in Hispaniis. Abderam enim inter illas recenset *Plinius*, prouti docet *Joh. Vaillantius* Tom. I. p. 90. & 91. ubi de Templis, quæ in honorem Divi Augusti erexerunt Coloniæ Romanæ & Municipia in Hispania idem agit. Servamus nummum similem in *Museo nostro.* Depinxit *Morellius* ex *Thesauro Regio Versaliensi.*

NUM. 2. & 3.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum.

Colonia Julia Gemella ACCItana. Legio III. (Tertia) Duæ Aquilæ Legionariæ inter duo signa militaria.

vel

COLonia ACCItana. Aquila Legionaria cum vexillo inter duo signa militaria.

De Colonia Accitana videri possunt, quæ dicta sunt ad nummos Tiberii primæ magnitudinis in eadem Colonia signatos, Tab. VI. Num. 5. & 10. Vulgavit hos *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 91.

NUM. 4.

TIberius CAESar DIVI AUGusti Filius AUGUSTus. Caput Tiberii laureatum.

COLonia JULia AUGusta FELix BERytus vel BERytensis. Colonus agens boves.

Antiquissima Phœniciæ urbs Berytus, quum colonos quondam à Julio Cæsare & Augusto accepisset, originem suam alteram (diu enim, à Tryphone Syriæ rege, diruta, jacuerat deserta) familiæ Juliæ acceptam refert, atque Tiberio Imperium gratulatur. Vulgavit nummum *Joh. Vaillantius* Tom. I. p. 93.

NUM. 5.

Tiberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGustus. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

MUNicipium AUGUSTA BILBILIS; Cajo POMPonio CAPELla (nam litera E. simul picturam literæ L. includit) Cajo VALErio TRANQuillo, circa Coronam Querneam, in qua legitur II. VIRis.

Bilbilitani in Hispania, Tiberio Imperium gratulati, coronam civicam in nummis suis passim expresserunt, tanquam agnoscerent paternam Augusti laudem ad ipsum transiisse, atque fore, ut Orbis Romanus sub prudentissimo Principe, qui salutis ejus curam haberet, quietus ageret. Vulgavit posticam partem *Joh. Vaillantius* Tom. I. p. 94. sed utramque *Morellius* in *Familia Pomponia* p. 350. Servatur in *Museo nostro.*

Num. 6.

Capitis Epigraphe à præcedentis nummi scriptura non videtur discrepare.

MUNicipium AUGUSTA BILBILIS TIberio CAESARE III. (TERTIUM) hæc in circuitu Nummi, dein in Corona Quernea, COnSule.

Notari debet, quod in hoc nummo omittantur nomina eorum, qui apud Bilbilitanos Duumviratum gesserint. Gratulantur vero Coloni Tiberio tertium Consulatum. Vulgavit nummum *Job. Vaillantius* Tom. I. p. 94.

Num. 7. & 8.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

MUNicipium AUGUSTA BILBILIS TIberio CAESARE VI. (SEXTUM) AELIO SEJANO (hæc in circuitu nummi, dein in Corona Quernea) COnSulibus.

Memorabilis admodum prior hic Bilbilitanorum nummus est propter honorem Ælio Sejano habitum, ejusque nomen, una cum nomine Tiberii Cæsaris in nummo adscriptum; sed memorabilior longe est posterior, quem ex *Museo nostro* adjunximus, eo ipso quod Ælii Sejani nomen nunc amplius in illo non inveniatur. Fuit enim olim scalpro erasum, quum omnia honoris ejus monumenta dejicerentur, dissiparentur, atque abolerentur. Mox post Sejani cædem labem illam nummo per vim obvenisse testatur eadem pulcherrima ærugo, quæ erasum (ubi Sejani fuit nomen) in nummo locum & reliquam nummi partem obtegit. Plura de duobus hisce nummis diximus ad *Pauli Orosii* Lib. VII. Cap. 4.

Priorem ex his, in quo incorruptum Sejani invenitur nomen, vulgarunt *Carolus Patinus* in *Num. Imp med. & min. formæ* p. 69. & *in Notis ad Suetonium* p. 185. *Job. Vaillantius* in *Numism. Colon.* Tom. I. p. 95 atque in *Num. Famil. Rom.* in *Fam. Ælia* Num. 12. & ipse *Morellius* in eadem *Fam.* Tab. I. Num. 24.

Num. 9.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum.

Colonia Cæsarea Augusta. Julia, sive Livia, sedens velata, d. pateram tenet, l. hastam.

Honores à Cæsaraugustanis Juliæ, sive Liviæ, matri Tiberii, quæ eundem malis artibus ad Imperium evexerat, habitos, nummus indicat. Videtur enim apud illos Statua ejusmodi Liviæ sive Juliæ fuisse, in Templo forsitan Augusti, quem ut Deum colebant, & cujus Sacerdos Julia exstitit. Mutuatus iconem nummi est *Morellius* ex *Job. Vaillantio* Tom. I. p. 96.

Num. 10.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

Colonia Cæsarea Augusta. Bos stans infula inter cornua ornatus.

Sacrificia à Cæsaraugustanis Jovi facta, quum vota pro Salute & Imperio Principis Romani facerent, typus Bovis, vitta ornati, significat. *Job. Vaillantius* Tom. I. p. 69. posticam modo nummi partem depinxit, ut & *Car. Patinus* p. 67. Servatur vero nummus, ex quo anticam quoque descripsimus, in *Museo nostro*. Similem inveniri in *Thesauro Regio* notavit *Andr. Morellius*.

Num. 11.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

Colonia Cæsarea Augusta Tito CAECILIO LEPIDO Cajo AUFIDIO GEMELLO II. VIRis. Bos stans, vitta inter cornua ornatus.

Integrum depinxit nummum in *Fam. Aufidia* Num. 11. *Andr. Morellius*. Ubi vide quæ diximus p 40. Videntur autem nummi, hic & qui præcessit, celebrare vota suscepta sub Duumviris illis, qui in posteriore nummo nominibus suis exprimuntur. Vulgatus est ab *Job. Vaillantio* Tom. I. p. 97. Vidi quondam similem in *Museo Baryano*.

Num. 12.

Capitis Epigraphe videtur convenire præcedentibus.

Colonia Cæsarea Augusta. Colonus agens boves.

Simplex est Coloniæ deductæ typus. Mutuatus est picturam *Morellius* ex *Job. Vaillantio* Tom. I. p. 97.

NUM. 13.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, dextram versus.

Colonia Cæsarea Augusta. Marcus CATO Lucius VETTIACUS II. VIRi. Colonus agens boves.

Vulgarunt hunc nummum *Hub. Goltzius* in *Tiberio* Tab. VIII. Num. 19. verum inversa typi figura; *Carolus Patinus* p. 67. sed mutilum absque colono; *Joh. Vaillantius* Tom. I. p. 98. sed posticam modo partem: Utramque *Andr. Morellius* in *Thesauro priore* in *Fam. Porcia* Tab. II. Num. 3. pag. 356. Coloniæ solitus est typus.

NUM. 14.

TIberius CAESAR AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

Colonia Cæsarea Augusta in area nummi, incujus circuitu legitur Cajo CARRIlio AQUILIno Lucio JUNio VETERE II. VIRis.

Vidimus eundem hunc nummum in *Thesauro Morelliano priore* in *Famil. Junia* Tab. I. Lit. H. Posticam modo partem edidit *Joh. Fid. Vaillantius* Tom. I. p. 98.

NUM. 15.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, dextram versus.

Colonia Cæsarea Augusta CLEMENTE ET LUCRETIO II. VIRis. Aquila legionaria inter duo signa militaria.

Coloniam ex Veteranis accepisse Cæsaream Augustam, arguit Aquila legionaria inter duo signa militaria. Alterius Duumviri agnomen Clemens, alterius cognomen Lucretius adscribitur. Posticam partem vulgavit *Joh. Fid. Vaillantius* Tom. I. p. 99. utramque *Andr. Morellius* in *Thesauro priore* in *Fam. Lucretia.*

NUM. 16.

Epigraphe eadem, caput Tiberii idem.

Colonia Cæsarea Augusta JUNIANO LUPO PRæfecto Cohortis CAESAReanæ Cajo POMPOnio PARRA II. VIRis. Aquila Legionaria inter duo signa militaria.

Exhibetur hic nummus ab utraque sui parte in *Thesauro Morellii Fam. Rom.* in *Fam. Pomponia*, ubi de eodem agitur p. 350. De titulo *Præfecti Cohortis Cæsareanæ* vide *Joh. Fid. Vaillantium* Tom. I. p. 73. & 74.

NUM. 17.

Epigraphe & capitis figura præcedentibus est similis.

MUNicipium Calaguris Julia Cajo CELERE Cajo RECTO II. VIRis. Bos.

Hispaniæ Tarraconensis fuit Urbs Julia Calaguris, & jure Municipii gavisa. Notari velim, quod pictura bovis in quibusdam nummis capite versus dextram locetur, in aliis versus sinistram; priori modo invenitur apud *Joh. Fid. Vaillantium* Tom. I. p. 101. & in *Thesauro Schwartzburgico*, posteriore in *Thesauro Regio*, unde picturam deprompsit *Morellius*, atque in *Museo nostro.*

NUM. 18.

IMPerator CAESAR TIberius AUGUStus DIVI AUGUSTI Filius. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, ut Tab. I. Num. 26.

MUNicipium Calaguris Julia Lucio FULVio SPARSO Lucio SATURNINO II. VIRis. Bos.

Extat hic nummus una cum eo qui præcessit in *Thesauro Morelliano Famil. Rom.* p. 187. in *Famil. Fulvia* Num 7. & 8. Vidi similem *Amstelodami* in *Museo Schaakiano.* Vulgarunt quoque posteriorem *Joh. Fid. Vaillantius* Tom. I. pag. 101. *Car. Patinus* p. 71. & *Hub. Goltzius* in *Tiberio* Tab. VIII. Num. 18. sed apud hunc figura bovis atque Inscriptio inversæ conspiciuntur.

NUM. 19.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii nudum, lævam versus, ut Tab. I. Num. 17.

MUNicipium CASCANTUM. Bos.

Cusus hic nummus est in Municipio Cascanto, urbe Hispaniæ Tarraconensis. Ante *Morellium* vulgatus fuit à *Joh. F. Vaillantio* Tom. I. p. 103. *Carolo Patino* p. 68. atque *Laur. Begero Thesauro Brandenburg.* Tom. II. p. 610. Servatur in *Museo nostro.*

NUM. 20.

TIberius CAESAR AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

Colonia Victrix Julia CELsa. Lucio BAGgio FRONTone CNeo BUCCO II. VIRis. Bos.

Julia Victrix, Hispaniæ Tarraconensis ad Iberum fluvium urbs, colonia à Julio Cæsare facta, nomen quoque ejus adsumsit. Editus ante nummus fuit non tantum à *Joh. F. Vaillantio* Tom. I. p. 103. *Car. Patino* pag. 71. sed & à *Laur. Begero* in *Thes. Brandeburgico* Tom. II. p. 610. & ab ipso *Andr. Morellio* in *Thesauro Famil. Rom.* in *Famil. Pompeja* Tab. III. Lib. I. p. 343. Servatur & hic in *Museo nostro.*

NUM. 21.

IMPerator TIberius CAESAR AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus, ut Tab. I. Num. 14.

CLUNIA. Cajo AEMilio METOeco. Lucio CORnelio MATErno Lucio CAECilio PRAESente Cajo CANDido IIII. VIRis. Bos.

Clunia, urbs Hispaniæ Tarraconensis ad Durium fluvium in Celtiberis sita, pro frequentia incolarum Quatuorviros habuit, prouti ostendit *Joh F. Vaillantius* ad aversam, quam protulit, hujus nummi partem, libro *de Colon.* Tom. I. pag. 104. Utramque partem ex *Thesauro Regio* produxit *Andr. Morellius* in *Thes. Famil. Rom.* in *Fam. Æmilia* Tab. III. Lit. D. p. 13. Possidemus & hunc nummum in *Museo nostro.* Verum is docere quid amplius videtur, quam vidit *Vaillantius.* Primo quidem *C. Æmilii* cognomen ita scribitur, ut non modo literæ M. & E. conjunctæ sint invicem, verum etiam T. & O. Clarissime enim utraque litera in integerrimo nummo adparet, sic ut O. in recta adpareat reliquarum literarum linea, superponatur vero adfixa illi & sursum veluti excrescens liter T. Potuit itaque cognomen *M. Æmilii* fuisse *Mettius* vel *Metonius.* Præterea secundus ex Quatuorviris *T. Cornelius* perperam à *Vaillantio Maternus* dictus videtur, debuerat enim tum scribi in nummo MATER. non MATE. connexis literis T. & E. quam connexionem neglexerunt *Vaillantii* & *Morellii* sculptores. Nunc vero legi potest MATIE*o* vel MATTIE*o*. nam litera I. monogrammati T. & E. literarum includi videtur, sic ut T. Cornelii cognomen fuerit *Matieus* vel duplicata litera T. *Mattieus.*

NUM. 22.

IMPerator TIberius CAESAR AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

CLUNIA. CNeo POMPejo Marco AVOnio Tito ANTOnio Marco JULio SERANo IIII. VIRis. Bos.

Vulgavit primus *Carolus Patinus* in *Numm. Imp. Rom. mediæ & minimæ formæ* p. 71. deinde *Joh. Fid. Vaillantius* p. 104. sed utramque nummi partem *Andr. Morellius* in *Thesauro Famil. Rom.* in *Famil. Pompeja* Tab. III. Lit. L. p. 343. Servamus & hunc in *Museo nostro.*

NUM. 23.

Epigraphe eadem & caput Tiberii idem.

CLUNIA. Lucio RUFo Tito CONSIdio TIberio LONGo Publio ANTOnio IIII. VIRis. Bos.

Hæc quidem lectio ejus est nummi quem viderunt *Vaillantius* Tom. I. p. 105. atque *Morellius* in *Famil. Considia* Lit. E. p. 111. sed diversum ab illis ipse possideo nummum, in quo hæc observatur Inscriptio, CLUNIA. *Lucio* JU*nio* RUF*o* T*ito* CAP*ella* (connexis literis A. & P.) CON*sidio* T*ito* POMP*ejo* (connexis literis M. & P.) LONG*o* P*ublio* JUL*io* (connexis literis V. & L. NI*gro* IIII. VIR*is*. Atque ita præclarus ille ex *Museo nostro* nummus nomina Quatuorvirorum simul cum prænominibus atque cognominibus exprimit. Dicti itaque fuerunt illi Lucius Junius Rufus, Titus Considius Capella, Titus Pompejus Longus & Publius Julius Niger. Ex his, in *Morellii* atque *Vaillantii* nummo, *L. Rufo* deëst *Familiæ Juniæ* nomen, *T. Considio* abest cognomen *Capellæ*, *T. Longus* cognomine tantum exprimitur, quum ad *Familiam Pompejam* pertinuerit nomen, & denique perperam uterque legit P. ANT. pro P. NI. quod crediderint lineam transversam in prima parte literæ N. debere poni & literam I. pro T. esse capiendam. Diluit has nebulas *Familiæ Juliæ* nomen, ex qua Publius hic cognomen habuit Nigri, prouti clarissime, literæ NI. in nummo expressæ evincunt. Superest ut inquiramus quid literæ O. in *Vaillantio* & *Morellii* nummo faciendum sit. Non dubito quin G. reponi debeat, sic ut in ipso nummo legatur NIG. id est NIG*ro* pro ANTO. seu ANTO*nio*.

NUM. 24.

Epigraphe eadem & caput Tiberii idem.

CLUNIA. Cajo ARRio Tito CAELio Publio REStituto Cajo CAELio CANDido IIII. VIRis. Bos.

Posteriorem nummi partem vulgavit *Vaillantius*, Tom. I. p. 105. priorem insuper *Morell.* in *Famil.*

Famil. Arria Num. 6. p. 38. Exstat *Venetiis* in *Thes. Theupoli.* Vidi eundem in *Museo Baryano.*

NUM. 25.

IMPerator TIberius CAESAR AUGUSTUS PONtifex MAXimus. Caput Tiberii laureatum, dextram versus.

COLonia AUGUSTA EMERITA. Porta urbis Emeritæ ejusque ambitus.

Supra Tab. VI, Num. 15. occurrit Tiberii nummus ex ære magno cum eodem urbis Emeritæ typo, sed ibi portæ urbis inscribitur AUGUSTA EMERITA. sicuti & in altero Augusti majoris itidem moduli Tab. XXVI. Num. 17. & 18. inter *Augusti Nummos.* At in *ære medio* occurrit Augusti nummus, eodem, ut hic Tiberii, modo inscriptus cum Coloniæ adpellatione, Tab. XXXVI. Num. 17. Ad illos nummos satis multa de *Colonia Augusta Emerita*, ut & ad argenteos Augusti denarios Tab XX. Num. 5. 6. & 7. dicta sunt. Vulgatus Tiberii nummus exstat apud *Car. Patinum* p. 71. & *Joh. Fid. Vaillantium* Tom. I. p. 108.

NUM. 26.

Epigraphe eadem, caput Tiberii idem.

Colonia Augusta Emerita. *AETERNITATIS AUGUSTAE. Templum pulcherrimum quatuor columnis suffultum.*

Operæ pretium est, ut de pulcherrimo hoc nummo inspiciantur (¹) *Joh: Fid. Vaillantii* verba in libro de *Colon. &c.* ubi p. 109. docet *Caroli Patini*, qui p. 74. eundem ante vulgaverat, aliorumque *Antiquariorum* errores, atque exemplo Tarraconensium, ad captandam Tiberii Principis gratiam, Æternitatis Augustæ Templum condidisse Emeritanos. Vulgavit nummum *Andr. Morellius* ex *Thesauro Regio Versaliensi.* Vidi quondam similem in *Museo Baryano.* Repetitur ejusdem pictura in Tom. XII. p. 1172. Num. 13. *Thes. Antiq. Rom. Graviani.*

NUM. 27.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

MUNicipium ERGAVICA. Cajo CORnelio FLORO Cajo CAEcilio ALACRE II. VIRis. Bos, teniis sive vitta inter cornua ornatus.

Non hic typus bovis in Municipii Ergavicæ, Celtiberorum in Hispania Tarraconensi, coloniam, ut passim, significat, sed symbolum est sacrificii atque voti pro salute Cæsaris atque Imperii Romani peracti. Vulgavit aversam nummi partem *Joh. Fid. Vaillantius* Tom. I. p. 110. utramque *Andr. Morellius* in *Familia Cornelia* Tab. VII. Num. 6. Servatur in *Museo nostro.*

NUM. 28.

Vacat.

(¹) Verba *Vaillantii* hæc sunt: „Non exstat in hoc opere Colonia, quæ tam varias pro una littera, diverso modo in Nummis scripta, interpretationes receperit; erroneas quidem ante genuinam exponere placuit. Eques *Patinus* Lib. *Num. Imp.* pag. 74. primus nummum cum epigraphe C. A. I. substituendo I. pro E. vulgavit, cujus interpretationem non satis assecutus; mutata iterum littera E. in T. sub *Coloniæ Augustæ Tiberii* nomine ad *Ratisbonam* referre conatus est. *Comes Mediobarbus* p. 70, alterum ex *P. Cattanei Museo* cum litteris C. A. R. supposita etiam R. pro E. protulit, & *Colonia Augusta Rauracorum* reddidit. *P. Harduinus* in his *Tiberii nummis*, *Patini* nec *Mediobarbi* sententiam secutus, novas tentavit explicationes; priorem quidem *Patini* cum his vocibus C. A. I. ad Gaditanam Coloniam, sub *Coloniæ Augustæ Juliæ* appellatione, pag. 176., revocavit; alterum vero à *Mediobarbo* allatum C A. R. *Coloniam Astam Regiam* pag. 80. exposuit, sed frustra. Varia hæc nummorum interpretatio ob illos ab iis non inspectos, sed in alterius fidem descriptos orta, indicat, quam caute eorum libri, qui nec Principum nec Antiquariæ rei studiosorum cimelia sæpe sæpius perlustrarunt, legendi sint. Sed, ad veram nummi lectionem revertamur.

„Non unum Tiberii nummum integerrimum, cum hac epigraphe, AETERNITATI AUGUSTAE. & litteris sub templo tetrastylo C. A. E. contrectavimus; sed alterum ejusdem Tiberii, in cujus aversa parte *Livia*, & eædem voces, vulgavimus pag. 74. quas *Coloniam Augustam Emeritam* interpretati sumus, præsertim cum nummos ejus urbis Juliæ & Tiberio seorsim percussos observavimus. Emeritenses, Coloniæ fundatoris memores, cum datam à Senatu Tarraconensibus condendi post Augusti Apotheosin templi facultatem intellexissent; eorum exemplum imitati, *Æternitati Augustæ* alterum dedicarunt, quod, ut Tiberii filii adoptivi benevolentiam sibi conservarent; in illius nummis repræsentarunt." Huc usque *Vaillantius*, cujus ipsius verba, quoniam patens vacabat hoc in loco spatium, subjicere lubuit.

TABULA X.

CONTINENS ADHUC TIBERII NUMISMATA EX MEDIO ÆRE IN COLONIIS ET MUNICIPIIS ROMANIS CUSA.

Num. 1.

TIberius CAESAR DIVI AUG*usti Filius* AUGUSTUS. *Caput Tiberii laureatum, lævam versus.*

MUN*icipium* GRACCURRIS. *Bos infula ornatus.*

Typus docet sacra pro salute Imperatoris atque felicitate Imperii Romani fecisse Graccurritanos. Graccurris sita erat in Hispania Tarraconensi. Vide *Joh. Fid. Vaillantium* Tom. I. p. 110. Vulgatus erat jam ante ad *Anton. Augustini Dialogos* Tab. LXX. Num. 3. atque à *Patino* p. 68.

Num. 2.

Epigraphe eadem, caput idem.

Municipium Hibera Julia ILLERGAVONIA DERT*osanorum. Navis expanso velo.*

Ostendit *J. F. Vaillantius* Tom. I. p. 111. nummum hunc non pertinere ad Dertosam urbem, quæ Illergavonia Dertosa adpellata fuerit, sed Illergavoniam Dertosanorum. Fuisse videlicet in Hispania ad Hiberum fluvium duas urbes, utramque Illergavoniam dictam, quarum altera sita fuerit cis Hiberum fluvium, altera trans eundem. Una ex duabus, quæ in eodem littore cum Dertosa (quæ urbs ab utraque Illergavonia discerni debet) sita fuit, Municipium exstitit, altera Colonia Romana. Quæ igitur prope Dertosam exstitit Dertosanorum, ut ab alia Illergavonia distingueretur, in hoc nummo adpellatur; & quoniam Illergavonenses hi, juxta Julium Cæsarem Lib. I. de *Bello Civili* Cap. 60. *flumen Hiberum* adtingebant, navem expanso velo in moneta expresserunt ad situm urbis indicandum. Inter *Nummos*, qui ad illustrationem *Antonii Augustini Dialogorum*, in Editione Italica atque illa Lingua prodierunt, ad *Dialogum* VIII. Tab. LXX. Num. 16. occurrit nummulus qui ab altera parte navem velo expanso exhibet cum hac epigraphe AUNEIBER JULIA. cujus vera lectio hæc videtur esse, MUN*icipium* EIBER*um* JULIA vel JULIA*cense*, sequente ab altera nummi parte nomine Municipii ejus ILERCAVON*ia*. In qua parte postica pariter exhibetur navis cum instrumentis aliquot nauticis, atque navita remum agente. Quamvis vero Dertosanorum nomen huic nummo non addatur, puto tamen ad Illergaunicam Dertosanorum pertinere. Id enim omnino evincit Municipii nomen, quodque insuper incusam nocitam habeat nummus oblongam, cum palmæ (ut videtur) ramo, ob Julii Cæsaris scilicet, benefactoris sui, victorias, quæ ipsa nota in hoc Tiberii nummo ad summam veli atque mali partem observari potest. Nummus, quem depinxit *Morellius*, servatur in *Thesauro Regio Versaliensi* atque invenitur apud *Vaillantium* p. 112.

Num. 3.

TIberius CAESAR DIVI AUG*usti Filius* AUGUSTUS. *Caput Tiberii nudum, dextram versus.*

Colonia Immunis Illici Augusta. Marcus AEMILIUS SEVERUS *Titus* COELIUS PROCULUS II. VIR*i. Aquila Legionaria cum vexillo inter duo signa militaria.*

Hispaniæ Tarraconensis urbs, Illici *Plinio*, sed *Pomponio Melæ* Illice dicta, hunc nummum signavit, de qua *Colonia* Vide *Vaillantium* Tom. I. p. 111. Locavit eundem in *Familia Æmilia* Tab. III. Lit. E. *Andr. Morellius.*

Num.

Num. 4.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS Pontifex Maximus. Caput Tiberii nudum, lævam versus.

Colonia Immunis Illici Augusta. Lucius TERentius LONgus Lucius PAPius AVITus II. VIRi Quinquennales. Duæ Aquilæ legionariæ vexillo intermedio.

Confer quæ de hoc nummo scripsit *Vaillantius* Tom. I. p. 112. ubi aversam ejus partem habet; utramque vero expressit *Morellius* in *Familia Terentia* Lit. G. p. 415.

Num. 5.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGustus Pontifex Maximus. Caput Tiberii nudum, lævam versus.

Colonia Immunis Illici Augusta. Lucius TERentius LONgus Lucius PAPius AVITus II. VIRi Quinquennales. Duæ figuræ togatæ stantes dextras supra aram jungunt, adscribitur in imo JUNCTIO.

Recte rarissimum hunc nummum revocat *Vaillantius* Tom. I. p. 112. ad concordiam fratrum Germanici atque Drusi, quorum alter adoptivus, naturalis erat alter Tiberii filius. In fidem verissimæ conjecturæ adducit Taciti verba *Annal.* Lib. IV. Cap. 4. *Drusus (quamquam arduum sit, eodem loci & potentiam & concordiam esse) æquus adolescentibus aut certe non adversus habebatur.* Verum ibi de Druso & Germanici liberis sermo est. Alium igitur Taciti locum, & magis ad hunc nummum adponere lubet ex *Annal.* Libro II. Cap. 44. *Sed fratres* (Germanicus & Drusus) *egregie concordes, & proximorum certaminibus inconcussi.* Hanc itaque inter Principes fratres, Imperii Romani destinatos hæredes Conjunctionem atque Concordiam expresserunt Illicitani in rarissimo hoc nummo, quem ante *Vaillantium* vulgavit *Car. Patinus* sed mutilum p. 75. utramque nummi partem videre licet apud *Morellium* in *Thesauro Familiar. Romanar.* in *Familia Terentia* Lit. F. p. 415. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi*, ut & in *Theupolitano*, in quibus duo sequentes itidem observantur, atque similem ipse tractavi quondam in *Museo Baryano.*

Num. 6.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGustus. Caput Tiberii nudum dextram versus.

Colonia Immunis Illici Augusta. Julius SETTALus Lucius SESTius CELER II. VIRi: Ara inscripta SALuti AUGustæ, & supra illam duo palmæ arboris rami.

Duplicem de Inscriptione Aræ adfert opinionem *Vaillantius* Tom. I. p. 113. ubi posteriorem nummi partem profert; inscriptam videlicet ita fuisse in honorem Augusti, quæ *Caroli Patini* p. 70. ubi itidem iconem nummi profert, opinio est, vel Tiberio erectam ob conspirationem Sejani detectam. Tertiam conjecturam adjungere liceat. Julia Augusti, sive Livia, in quibusdam Tiberii filii nummis SALUS AUGUSTA vocatur. Quidni Inscriptio ad matrem Tiberii, Juliam, pertineat; per cujus artes sicuti ad Imperium provectus fuit, ita plurimum illi (præsertim initio principatus) detulit. Aram igitur Juliæ, sub titulo Salutis Augustæ, posuisse videntur Illicitani. Palmæ bellicam fortitudinem filii & Victorias adumbrare videntur. Vulgavit utramque partem *Andr. Morellius* ex *Thesauro Regio* in *Familia Sestia* Num. 4. p. 394. Servamus hunc nummum in *Museo nostro.*

Num. 7.

IMPerator TIberius CAESAR AUGUSTUS PONtifex MAXimus. Caput Tiberii nudum, lævam versus, ut Tab. I. Num. 32.

Ara inscripta PROVIDENTIAE AUGUSTI. In circuitu legitur PERMISsu DIVI AUGusti MUNicipium ITALICum.

Creditur hic nummus à *Vaillantio* Tom. I. pag. 112. & à *Patino* p. 67. vulgatus, ab Italicensibus signatus fuisse vel respectu ad Apotheosin Augusti, à quo jus cudendæ monetæ acceperant; vel post oppressum Sejanum providentia principis; ut ita Tiberio incolumitatem gratularentur. Favere posteriori conjecturæ videtur altera de præcedente Tiberii nummo, si Inscriptionem illius pariter ad Sejani necem referamus. Posterior nummi pars dudum depicta fuit inter præfixa Numismata *Antonii Augustini* Dialogis Italo sermone conscriptis Tab. LXIII. Num 4. Servatur quoque hic nummus in *Museo nostro.*

Num. 8.

Nota capitis non additur.

COLonia JULia. Colonus agens boves.

Nova Colonia in hoc nummo non exprimitur; fortaſſis ad Berytum pertinet.

Num. 9.

TIberius CAESAR AUGUSTUS.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, lævam verſus.

URBS VICtrix OSCA Decreto Decurionum. Eques haſta & galea ornatus decurrit.

Oſca (hodie Hueſca) Hiſpaniæ Tarraconenſis, propter magnitudinem ſuam, per excellentiam Urbs in nummis vocatur. De quo titulo vide differentem in *Numm. Colon. & Municip. Vaillantium* Tom. I. pag. 114. Equeſtrem gloriam ejus nummi oſtentant. Utramque nummi partem jam olim vulgarunt in Dialogis *Antonii Auguſtini* Italice in folio editis, atque *Don Vincentius Joh. de Laſtanoſa* in libro inſcripto *Medall. Diſconocidas* Tab. XLII. Num. 122.

Num. 10.

Epigraphe ſimilis, caput idem.

Urbs Victrix OSCA. Eques idem.

Abeſt ab hujus nummi Inſcriptione quod decreto Decurionum cuſus ſit, quo & duo ex ſequentibus carent. Invenitur apud *Patinum* hujus nummi typus p. 73.

Num. 11.

Epigraphe ſimilis, caput idem.

Urbs Victrix OSCA QUIETO ET PEREGRINO II. VIRis. Eques ut ſupra.

Adſcripta hic nummus Duumvirorum Oſcenſium exhibet nomina. Invenitur apud *Vaillantium* Tom. I. p. 114. & apud *Morellium* in *Fam. Arria* Num. 7. p. 36.

Num. 12.

TIberius CAESAR AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum.

MUNicipium OSICERDA. Bos.

Nummus hic, quem proferunt *Patinus* p. 71. atque *Vaillantius* Tom. I. pag. 115. atque ex *Muſeo Regio Verſalienſi Morellius*, ſignatus fuit Oſicerdæ, quæ urbs eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, de qua vide laudatum *Vaillantium* Tom. I. p. 115.

Num. 13.

Epigraphe capitis ſimilis eſſe videtur Num. 9. 10. & 11.

Urbs Victrix OSCA HOSPITE ET . . . II. VIRis. Eques ſimiliter, ut in aliis urbis Oſcæ nummis, decurrens.

Duumvirorum nomina ab altero ſimili nummo Num. 11. diſcrepant. In hoc etiam nomen alterius Duumviri injuria temporis detritum fuit. Præter Duumviros Oſcæ quoque Decuriones fuiſſe, nummi, qui præceſſere, oſtendunt.

Num. 14. & 15.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGuſtus. Caput Tiberii nudum, lævam verſus.

SAGuntum. Lucio SEMPronio GEMINO Lucio VALerio SURA II. VIRis. Triremis cum vexillo militari atque ædicula.

Saguntum ſeu Saguntus, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, fide & ærumnis inclita, meruit ut Romanis frequentaretur habitatoribus, neque tamen in nummis Colonia vel Municipium inſcribitur. Ibi, ſicuti Oſcæ, fuiſſe Decuriones oſtendit poſterior Sagunti (prior enim ea nota caret) nummus, in quo per incuſam notam legitur D. D. id eſt, *Decreto Decurionum.* quem nummum ipſe ſervo. Quod per incuſam notam fieri novum non eſt. Nam ſervatur quoque in *Muſeo noſtro* cuſus ſub Auguſto nummus à Calaguritanis, is videlicet qui occurrit ſupra Tab. XXXV. Num. 11. In illo nummo nota ejuſmodi medio bovis ventri impreſſa cernitur, quæ exhibet literas I. A. ut forſitan nos doceat Calagurin non modo *Juliam* ſed & inſuper *Auguſtam* propter beneficia ab utroque principe accepta, dictam fuiſſe. Vulgavit jam Saguntini nummi utramque partem *D. Vincentius Jo. de Laſtanoſa* in libro *inſcripto Muſeo de las Medallas Deſconocidas Eſpanolas*, Tab. XLI. Num. 120. ſed ibi tres literas exhibet incuſa nota, videlicet D. D. S. quaſi notantes *Decreto Decurionum Signatus.* Quod triremis in averſa parte nummi exſtet cum ædicula (quæ negligi ab Interpretibus non debuit) ratio-

rationem esse puto vicinitatem maris, juxta quod navale Saguntinorum videtur fuisse. Similis triremis cum ædicula, addito insuper ad latus caduceo, comparet in alio Saguntinorum nummo, ibidem Num. 119. à Lastanosa depicto, in quo à parte anteriore galeatum caput, quasi Romæ, visitur cum literis DO. quæ forte in ipso nummo sunt D. D. id est, *Decreto Decurionum*, reliquis, quæ punctulis notantur, injuria temporis deletis. *Andreas Morellius* ex *Thesauro Regio* vulgavit.

NUM. 16.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius IMPerator VIII. Caput Tiberii nudum, lævam versus.

vel

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus IMPerator VIII. Caput Tiberii nudum, dextram versus, ut Tab. II. Num. 10.

vel

TIberius CAESAR AUGusti Filius AUGUSTUS IMPerator VIII. Caput Tiberii nudum, versus lævam, ut Tab. II. Num. 19.

SEGOBRIGA. In Corona Quernea.

Nummum hunc inlustravit *Vaillantius* Tom. I. p. 116. quem vide. Vulgarunt eundem *Patinus* p. 71. atque *Begerus* in *Thesauro Brandenburgico* Tom. II. p. 611. Servatur in *Thesauro Regio* atque *Museo nostro*. Exstat nummus similis moduli, sed à parte capitis inscriptus T*Iberius* CAESAR DIVI AUG*usti Filius* AUGUSTUS.

NUM. 17.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum.

Colonia Victrix Togata (litera T. quæ Togatam denotat, in quibusdam non invenitur) DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Augusti radiatum.

Post mortem Augusti ejusque apotheosin signatum à Tarraconensibus hunc nummum fuisse docet Corona radiata, qua Augusti caput ornatur. Gratulantur igitur principatum Tiberio morte Augusti adeptum Tarraconenses. Vulgarunt nummum *Patinus* p. 73. & *Vaillantius* p. 117. Invenitur una cum præcedente & sequentibus tribus in *Museo Theupolitano*.

NUM. 18.

TIberius CAESar AUGustus PONTifex MAXimus TRIBunicia POTestate. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

Colonia Victrix Tarraco. DRUSUS CAESar TRIBunicia POTestate JULIA AUGUSTA. Capita adversa Juliæ seu Liviæ atque Drusi.

Recte ad egregium hunc nummum commentatus fuit *Vaillantius*, respici ad concordiam matris Liviæ (quæ eodem anno ex gravi morbo convaluerat) filii Tiberii, atque nepotis ex eodem Drusi, quem eo anno Tribuniciæ Potestatis consortem Tiberius fecerat, unde, ex mente *Taciti Annal.* Lib. III. Cap. 56. & testimonio nummi, Tribunicia Potestate ornatur Drusus. Verum notari debet Drusi caput, quod, *Vaillantium* atque *Patinum* secutus, sine laurea exhibuit *Morellius*, sed perperam. Errorem correxisse postea deprehendo ex pictura manu ejus emendata, in qua laureatum exhibetur Drusi caput, plane ut depictum deprehendi apud *Sadam* ad *Antonii Augustini* Dialog. V. ubi utraque nummi pars exhibetur, & prouti deprehendi in nummo simili, qui quondam exstitit in *Museo Baryano*. Respicit enim laurea illa ad victorias Drusi Pannonicas, unde apud *Tacitum* Libro *Annal.* III. Cap. 56. inter alia verba quibus Drusum, tum primum Tribunicia Potestate exornans, Senatui commendavit, hisce usus fuit: *Neque nunc propere, sed per octo annos capto experimento, compressis seditionibus, compositis bellis, triumphalem & bis consulem, noti laboris participem sumsi.* Cusus itaque insignis hic nummus fuit A. V. C. 775. Posteriorem modo nummi partem vulgarunt *Patinus* p. 75. & *Vaillantius* p. 118.

NUM. 19.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, (in aliis sine laurea) lævam versus, ut Tab. I. Num. 17.

Colonia Victrix Tarraco (in hoc nummo sub capitibus binis, in aliis ad latera & inter eadem capita) DRUSUS GERMANICUS CAESARES. Capita Drusi & Germanici adversa & nuda.

Iterum Drusi caput hic nummus in aversa parte exhibet, sed una cum capite fratris adoptivi Germanici. Prior igitur tempore est, quam ille qui præcessit. Uterque in spem imperii productus à Tarraconensibus atque signatus in moneta sua. Ad eandem spem genitus à Tiberio Drusus, Tiberio adoptandus ab Augusto datus Germanicus. Sed, ut sunt mortalium spes fallaces, Augusti providen-

videntiam Livia, Tiberii elusit Sejanus. Invenitur aversa pars apud *Vaillantium* Tom. I. p. 118. & *Patinum* p. 73. sed utraque in *Morellii* hoc *Thesauro* inter *Drusi & Germanici Numismata* Num. 7. & 8.

Num. 20.

TIberius CAESAR AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum.

MUNicipium TURiaso. DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti radiata Corona insigne.

Post apotheosin Augusti eusus est nummus, in quo Imperium Tiberio debitum per adoptionem, ab Augusto quondam factam, susceptum nunc gratulantur Turiasones. Editus exstat nummus apud *Vaillantium* Tom. I. p. 120. & *Patinum* p. 66.

Num. 21.

TIberius CAESAR AUGustus IMPerator PONTifex Maximus.

Vel, ut citat *Vaillantius,*

TIberius CAESAR AUGUSTUS Pontifex Maximus. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

MUNicipium TURiaso. Marco ANTonio MUSO Cajo MARIo VEGETO II. VIRis. Bos.

Videtur alter ex Duumviris C. Marius Vegetus iterum honorem istum adeptus fuisse cum alio Duumviro, cujus nomen exstat infra Num. 24. *Vaillantius* vulgavit aversam partem Tom. I. p. 121. sed utramque expressam cernas in *Thesauro Morelliano* in *Familia Maria* Tab. I. Lit. K. p. 274. Vidi nummum hunc & sequentes tres quondam in *Museo Baryano.*

Num. 22.

TIberius CAESAR AUGusti Filius IMPerator PONTifex Maximus. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

MUNicipium TURiaso. Lucio CAECilio AQUINO Marco CELio PALUDato II. VIRis. Bos.

Posticam partem *Vaillantius* Tom. I. p. 122. atque *Patinus* pag. 66. exhibuerunt, utramque vero *Morellius* in *Familia Cæcilia* Tab. III. Num. 11. p. 54.

Num. 23.

TIberius CAESAR AUGUSTI Filius IMPerator VII. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

MUNicipium TURiaso. Cajo CAECilio SEREno Marco VALerio QUADo vel QUADrato II. VIRis. Bos.

Novissimo principatu (quæ verba sine dubio mendosa sunt) Tiberii cusum fuisse nummum ex Imperatoris VII. titulo adnotat *Vaillantius,* qui posticam partem vulgavit Tom. I. p. 122. utramque invenies apud *Morellium* in *Familia Cæcilia* Tab. III. Num. 10. p. 54. Tempus autem signati nummi adparet fuisse A. V. C. 764. vel 765.

Num. 24.

TIberius CAESAR AUGUSTUS Pontifex Maximus. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

MUNicipium TURiaso. Marco PONTio MARSO Cajo MARIo VEGETO II. VIRis. Bos.

Quia supra Num. 21. eundem C. Marium Vegetum Duumvirum habuimus cum M. Antonio Muso, existimat *Vaillantius* Tom. I. p. 122. alterum ex collegis fuisse in magistratu mortuum, atque ita alium, in ejus locum suffectum, cum C. Mario Vegeto in ejusdem nummo Duumvirum scribi. *Vaillantius* idem alteram modo partem nummi, utramque dedit *Morellius* in *Familia Maria* Tab. I. Lit. L. p. 274. Servatur in *Museo nostro.*

Num. 25.

TIberius CAESAR AUGusti Filius AUGUSTUS IMPerator VIII. Caput Tiberii laureatum, lævam versus.

MUNicipium TURiaso MANio SULPicio LUCANo Marco SEMPronio FRONTone circa Coronam civicam, in qua scribitur II. VIRis.

Imperatoris VIII. titulum ob Cheruscos cum Arminio victos reportavit Tiberius, ut notat *Vaillantius,* quem vide Tom. I. p. 123. Utramque nummi partem invenies apud *Morellium* in *Familia Sulpicia* Tab. II. Lit. L. p. 409. Servamus & hunc in *Museo nostro.*

Num.

Num. 26.

Epigraphe capitis non adſcribitur.

Colonia AUGuſta JULia PHILIPpenſis.

Duæ figuræ baſi inſiſtentes, ex quibus altera virilis paludata, dextram elevans, lævam (qua parazonium tenet) lateri inponit; altera muliebris, læva veſtem ſublevat ad latus, dextra corollam figuræ virili inponit, ad latera baſis utraque ara conſpicitur.

Philippi, Macedoniæ urbs nobilis, nomen à rege Philippo ſortita, Juliæ nomen obtinuit à Julio Cæſare, qui poſt victoriam Pharſalicam eam civitatem Romanis colonis frequentavit; ab Auguſto deinde colonorum numero aucta fuit, unde & Auguſtæ nomen fuit additum. Nulli hujus Coloniæ nummi cum hoc typo comparent apud *Joh. Fidelem Vaillantium* ante Claudium Imperatorem, cujus ſimilem nummum in nobiliſſimo ejus de *Colonis* Libro conſule Tom. I. pag. 160. ubi recte de Divi Auguſti Statua à Philippenſibus erecta interpretatur; ſed ſtatuam muliebrem idem de Genio urbis ſive Coloniæ interpretatur, in quo me conſentientem non habet. Aræ ab utraque parte erectæ, de quibus ſilet *Vaillantius*, aliam mihi conjecturam ſuggerunt, Romæ videlicet eſſe imaginem, quæ Auguſti imagini coronam inponit civicam, adeoque Romæ & Auguſto à Philippenſibus & Statuas has & Aras fuiſſe erectas.

Num. 27.

TIberius CAEſar DIVI AUGuſti Filius AUGuſtus IMPerator VII. Caput Tiberii laureatum.

MUNicipes MUNicipii JULii UTICENſis. Figura muliebris velata ſedens dextra tenens pateram, læva haſtam.

Conveniunt Antiquarii de hujus & ejusmodi nummorum Inſcriptione, quod ad Uticam, litoralem Africæ urbem, ſpectent, & Statuam exhibeant Liviæ ſive Juliæ, prouti docet *Joh. Fid. Vaillantius* Tom. I. p. 124. & 125. ubi de *Municipii* titulo aliisque ad Uticam civitatem ſpectantibus agit. Sed quod ad Inſcriptionem adtinet, eam ſic quoque legi poſſe exiſtimo, MUN*icipum* MUN*icipii* JUL*ii* UTICEN*ſis. Decreto Decurionum Pecunia Percuſſa*, vel *Publice Poſita* ſcilicet Statua, vel *Decuriones Poſuerunt*, Statuam ſcilicet Liviæ, quæ habitu Sacerdotali effingitur, utpote Sacerdos Divi Auguſti. Vulgavit nummum *Vaillantius* Tom. I. pag. 124.

Num. 28.

TIberius CAESAR DIVI AUGuſti Filius AUGUSTus COnSul IIII. Caput Tiberii nudum, dextram verſus.

PERMISſu Publii DOLABELLAE PROCOnSulis . . . . . Figura muliebris velata ſedens dextra non pateram, ut apud Vaillantium ſed ſpicas tenet, læva haſtam.

In Africa cuſum fuiſſe nummum ex inſcripto Proconſulis Dolabellæ nomine recte conjicit *Vaillantius* Tom. I. p. 132. ſed de urbe, in qua ſignatus fuerit, dubitat, detrita enim eſt pars Inſcriptionis. Uticæ cuſum fuiſſe ſuadet Statua Liviæ. Sed, quod notari debet, non pateram dextra, ſicuti in aliis nummis urbis Uticæ, ſed ſpicas tenet. Potuit igitur Carthagine ſignari, quod ibi habitu Cereris erecta fuerit Liviæ ſeu Juliæ Statua; quemadmodum ipſius Tiberii ſub imagine Mercurii. De quibus nummis, ibidem permiſſu ejusdem Proconſulis Cornelii Dolabellæ cuſis, fuſe diſputavimus in priore *Theſauro Morelliano* ad *Familiam Corneliam* Tab. VI. Num. 8. pag. 140. & ſeqq. Liviæ ſeu Juliæ hic habitus in nummis novus non eſt, nam in æreis ſecundi moduli Romæ ex S. C. cuſis adparet eadem ſpecie Cereris, ſedens, dextra tenens ſpicas & papaver, læva longam tædam, in *nummis Auguſti* Tab. XXVIII. Num. 16. inſcriptis DIVA AUGUSTA atque cum adſcripto CERERIS AUGUSTAE titulo in *nummis Claudii* Tab. VI. Num. 2. 3. & 4.

TABULA XI.

CONTINENS ADHUC

TIBERII NUMISMATA

EX MEDIO ÆRE IN COLONIIS

ET

MUNICIPIIS ROMANIS CUSA,

UT ET

SIGNATA IN URBIBUS GRAECE LOQUENTIBUS.

NUM. 1. & 2.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGustus IMPerator VIII. Caput Tiberii nudum, dextram versus.

Cajo Vibio MARSO PROCOnSule CAESare Quæstore PRovinciali Aulus Memmius GEMELLUS Decuriones Posuerunt, vel potius, Decreto Decurionum Pecunia Publica. Liviæ sedentis & velatæ Statua, dextra pateram, læva hastam tenentis.

Cusi hi nummi videntur Uticæ in Africa, memorabiles eo nomine, quod Nero in iis Quæstoris Provincialis titulo ornetur, qui munus illud forsitan titulo tenens tantum gessit, ut plures Magistratus sub Tiberio, quos ille nunquam in Provincias dimisit. Nero hic ex liberis Germanici melioris sexus natu maximus fuit, Sejani postea artibus eversus.

NUM. 3.

Epigraphe similis, caput idem.

Cajo Vibio MARSO PROCOnSule CAESare Quæstore Provinciali Aulus Memmius METELLUS Fieri Curavit. Decuriones Posuerunt, vel Decreto Decurionum Pecunia Publica. Statua Liviæ sedentis, ut supra.

Videtur hic nummus, collatus cum sequente, innuere sub Proconsule Vibio Marso atque quæstoribus Provincialibus Cæsaribus Nerone & Druso fratribus, Statuam Juliæ, seu Liviæ Augustæ, fieri curasse Aulum Memmium Gemellum atque Titum Cæcilium Rufum Decuriones Uticenses, sive *Decreto Decurionum Pecunia Publica.* Sed & conferat B. L. quæ supra hosce nummos similes scripsit *Joh. Fidel. Vaillantius* Tom. I. p. 125. & 126.

NUM. 4. & 5.

Epigraphe eadem, caput idem.

Cajo Vibio MARSO PRoCOnSule DRuso CAESare Quæstore PRovinciali Titus Cæcilius RUFUS Fieri Curavit Decreto Decurionum Pecunia Publica. Liviæ seu Juliæ Statua, ut supra.

Aulus Memmius Gemellus atque Cæcilius Rufus, quorum mentio in hisce nummis fit, Duumviri videntur fuisse Uticenses, atque discreti ab ejusdem urbis atque Municipii Decurionibus. Colligere illud licet ex Nummis infra 6. & 7. in quibus Duumviri sub eodem Proconsule Vibio Marso, sed anno ejusdem secundo, commemorantur L. Cæcilius Pius atque Sextus Tadius Faustus, ficuti Num. 8. 9. 10. & 11. aliorum collegarum in Duumviratu nomina occurrunt sub Vibio Marso, anno, quo Africam Proconsule administravit, tertio. Nummus Num. 4. invenitur in *Thesauro Theupolitano*, Num. 5. apud *Patinum* p. 66.

NUM.

Num 6. & 7.

Epigraphe eadem, caput idem.

Cajo VIBIO MARSO PROCOnSule II. (id est, *Anno Secundo*) *Lucio CAECILIO PIO* (*in altero legitur SEXtus TADIUS FAUSTUS*) *II. Vir Municipes* (*vel Municipes Municipii*) *Julii Uticensis. Liviæ seu Juliæ Statua, eadem ut supra.*

De hisce nummis atque Duumviris Consule *Thesaurum Morellii* priorem in *Familia Cæcilia* Tab. III. Num. 12. p. 54. *Tadia* Num. 2. p. 410. atque *Vaillantium* Tom. I. p. 128.

Num. 8. 9. 10. & 11.

Epigraphe eadem, caput idem.

Cajo VIBIO MARSO PROCOnSule III. (id est *Anno Tertio*) *Cajus CASSIUS FELIX II. Vir* (*in aliis legitur collegarum nomen, qui fuerunt Cajus CAELIUS TAXilus vel Cajus SALUSTIUS*) *II. Vir. Decuriones Posuere. vel Decreto Decurionum Pecunia Publica.*

Quum, Duumviro existente Cajo Cassio Felice anno tertio Proconsulatus Vibii Marsi, legantur in his nummis duo alii Duumviri videlicet C. Cælius Taxilus & C. Salustius, unus ex posterioribus videtur in magistratu fuisse mortuus, alter vero demortuo suffectus. Ex hisce nummis Num. 8. publicavit *Vaillantius* Tom. I. p. 128. Num. 9. *Morellius* in *Familia Cassia* Tab. III. Lit. E. p. 85. Num. 10. idem *Morellius* in *Familia Cœlia* Num. 1. p. 56. atque *Vaillantius* Tom. I. p. 129. Num. 11. denique *Vaillantius* iterum Tom. I. p. 130. atque *Patinus* p. 66. Postremus ex iisdem nummus servatur in *Thesauro Regio Versaliensi.*

Num. 12. 13. 14. & 15.

Vacant.

Num. 16. 17. 18. 19. & 20.

Hi omnes ab altera parte caput Tiberii exhibent, ab altera Augusti. Primus ex iisdem scil. Num. 16. radiatum habet Augusti caput lævam versus cum Inscriptione DIVUS AUGUSTUS PATER. Secundus atque tertius, Num. 17. & 18. caput ejusdem laurea coronatum atque versus dextram partem conversam; ultimus, signatus Num. 19. & 20. qui in *Museo Marchionis de Seignalai* quondam exstitit, Tiberii nudum habet caput lævam versus, cum Inscriptione TIBERIO . . . . . atque ab altera parte Augusti caput laureatum cum epigraphe CAESA. . . . . literis reliquis erosis.

Num. 21.

Primæ partis notitia non adest.

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. (*AMPHIPOLITARUM.*) *Europa tauro vecta velum utraque manu supra caput extollit.*

Ad Amphipolin Macedoniæ urbem, sinu Amphipolitano nobilitatam, hic nummus pertinet. Quid vero Amphipolitanis istis rei fuerit cum Europæ fabula atque Agenoridis, declaravimus ad similes Augusti nummos supra Tab. XXXIX. Num. 3. & 4. p. 396. Exstat hic Tiberii nummus in *Museo nostro.*

Num. 23. & 24.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣαρ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Tiberius loricatus & laureatus stans, dextram extendit, læva scipionem eburneum cum aquila tenet.*

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. (*AMPHIPOLITARUM.*) *Europa, ut supra, tauro vecta.*

Amphipolitæ, quum (ut credibile est) in urbe sua statuam in honorem Tiberii erexissent, iconem ejusdem in nummo hoc exstare voluerunt. Servatur is in *Thesauro Regio Versaliensi.* Ipse similes duos possideo, sed dextra elevata manu hastam in iis tenet Tiberius, epigraphe vero ab illa parte in utroque detrita est.

Num. 24. 25. & 26.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡ. (*AUGUSTUS AUGUSTI FILIUS CAESAR.*) *vel* TIBE. . . . (*ut in Nummo Musei Parmensis*) ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *TIBERII AUGUSTI FILII.*) *Caput Tiberii nudum, lævam versus.*

ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. (*SUB SILANEO ANTIOCHENSIUM.*)

In prioris nummi summa parte est litera A. i. e. ANNO I. in ima sunt literæ ΓΜ. id est anno XLIII. omnia in laurea. Hæc leguntur in Num. 24. ex *Thesauro Schwartzburgico*, sed in Num. 25.

25. infra agnoſcuntur literæ ΔΜ. id eſt, ANNO XLIV. Num. 26. ex *Muſeo Dom. Dronii* atque *noſtro*, habet EM. i. e. ANNO LV. Ediderunt eundem *Hub. Goltzius* in *Tiberio* Tab. VIII. Num. 26. *Laurentius Begerus* in *Theſauro Brandenburgico* Tom. II. p. 610. & *Henric. Noriſius* in *Epochis Syro-Maced.* p. 215. quem conſule.

Num. 27.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Tiberii laureatum, lævam verſus.*

ΕΠΙ ΦΛΑΚΚΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΒΠ. (*SUB FLACCO ANTIOCHENSIUM ANNO LXXII.*) *in Laurea.*

Invenitur hic nummus in *Theſauro Morelliano* priore in *Familia Pomponia* Tab. IV. Num. 6. pag. 350. atque apud *Eminentiſſimum Noriſium* in *Epochis Syro-Macedon.* pag. 141. quo L. B. ablegamus. Depinxit & hauſit *Andr. Morellius* ex *Muſeo Droniano.*

Num. 28.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡ. (*AUGUSTUS AUGUSTI FILIUS CAESAR.*) *Caput Tiberii nudum, lævam verſus.*

ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. (*SUB SILANO ANTIOCHENSIUM.*) *in ſummo litera* A. *quæ annum primum deſignare videtur, infra literæ* ZM. id eſt, *ANNO XLVII.*

Vide *Morellii Theſaurum* in *Familia Junia* Tab. I. Lit. l. p. 225. atque *Eminentiſſimum Noriſium* de *Epochis Syro-Maced.* p. 215. & 216. Depromptus eſt nummus ex *Muſeo Regiò Verſalienſi.*

TABULA XII.

CONTINENS

NUMISMATA TIBERII

EX MEDIO ÆRE IN COLONIIS

ET

MUNICIPIIS ROMANIS CUSA,

UT ET

SIGNATA IN URBIBUS GRAECE LOQUENTIBUS.

Num. 1.

Inſcriptio Capitis non additur.

ΑΤΤΑΛΕΩΝ. (*ATTALENSIUM.*) *Caput galeatum, pone illud clypeus eſt.*

Attalea Lydiæ urbs, ab Attalo Philadelpho Pergami rege condita & denominata, teſte *Strabone* Lib. XIV. p. 667. vel noviſſ. Ed. 983. cur Minervæ caput in nummis expreſſerit non liquet, niſi quod credibile ſit Minervæ ibi cultum viguiſſe, unde & clypeum ejus poſt Deæ caput expreſſerunt.

Num. 2.

Τιβέριος ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Tiberii laureatum, lævam verſus.*

ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ ΣΕΒΑΣΤΗ. (*EDESSAEORUM AUGUSTA.*) *Caput Liviæ ſeu Juliæ Auguſtæ.*

Edeſſa Macedoniæ fuit urbs haud ignobilis. Tiberio Imperium gratulata, matris, per quam ad illud evecta fuerat, effigiem ab altera nummi parte impreſſit. Fuit olim is nummus in *Muſeo Gottifredi*, vulgatus à *Patino* p. 77.

Num.

N U M. 3. & 4.

ΤΙβέριος ΚΑΙΣαρ ΣΕΒάςȣ ΥΙΟΣ. (*TIBERIUS CAESAR AUGUSTI FILIUS.* (*Caput Tiberii nudum, lævam versus.*

vel

ΤΙβέριος ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Tiberii laureatum, lævam versus.*

ΘΕΣΣΑΛΩΝΙΚΕΩΝ ΣΕΒ. *in secundo* ΣΕΒΑΣΤΗ. (*THESSALONICENSIUM AUGUSTA.*) *Caput Liviæ sive Juliæ lævam versus.*

Thessalonicenses ex Macedonia valde devoti extiterunt Domui Augusti, quod & ex pluribus eorundem nummis patere potest, atque hic & sequentes aliquot docent. Primus ex hisce cum capitis Inscriptione posteriore desumtus est ex *Museo* quondam *Wildiano*, & exstat quoque in *Museo nostro*, sed cum capitis Inscriptione priore.

N U M. 5.

Epigraphe Capitis non additur.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *Caput muliebere turritum.*

Solent Genii civitatum Græcarum capite turrito (uti notum est) in nummis exprimi, sed videntur Thessalonicenses Juliæ Augustæ faciem in hoc nummo expressisse, atque caput ejus veluti Genii tutelaris suæ urbis, turrita corona ornasse.

N U M. 6.

ΚΑΙΣΑΡ ΤΙΒΕΡΙΟΣ. (*CAESAR TIBERIUS.*) *Caput Tiberii nudum, lævam versus.*

ΘΕΣΣΑΛΩΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *Caput Augusti laureatum, lævam versus.*

Ex *Museo* quondam *Wildiano* nummum hunc depinxit *Morellius.*

N U M. 7.

ΤΙβέριος ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Tiberii nudum, dextram versus.*

ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΟΣ. (*EDESSAEORUM. AUGUSTUS DEUS.*) *Caput Augusti laureatum, dextram versus.*

Thessalonicensibus vix cedere voluerunt Edessæi in honoranda Augusti Domo; nam & ipsi plurimos nummos venerationis suæ testes reliquerunt. Nummus hic depromtus est ex *Thesauro Christinæ Reginæ.*

N U M. 8.

ΤΙβέριος ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑCΤΟC. (*TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Tiberii laureatum, lævam versus.*

ΘΕΣΣΑΛΩΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *in Laurea.*

N U M. 9.

ΘΕΣΣΑΛΩΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *desuper est stella, in Laurea.*

In nummis Cassandri, regis Macedoniæ, eques occurrere passim solet, & ante equitem Stella, unde videntur multi ex nummis iisdem æreis Thessalonicæ cusi fuisse. Extitit hic in *Museo Marchionis de Seignalay.*

N U M. 10.

ΤΟΝ ΚΤΙΣΤΗΝ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. (*CONDITOREM* (*scilicet venerantur*) *CYZICENORUM.*) *Hercules stans nudus dextra manu clavæ innititur, læva leoninas exuvias, capite quoque pelle leonis tectus, tenet.*

Insigni artificio Cyziceni Tiberio blandiuntur, dum sub specie Herculis, quem conditorem suum in nummo laudant, ipsum Tiberium, veluti Herculem, & conditorem suum, ob recepta ab eodem beneficia, celebrant. Male tamen ab eodem habiti fuerunt, teste *Tacito* Annal. Lib. IV. Cap 36. *Objecta publice Cyzicenis incuria cærimoniarum Divi Augusti, additis violentiæ criminibus adversum cives Romanos; & amisere libertatem, quam bello Mithridatis meruerant circumsessi, nec minus sua constantia quam præsidio Luculli pulso rege.* Videtur igitur signatus fuisse nummus ante publicam illam civium calamitatem, quam *Tacitus* refert ad A. V. C. 748, nisi forte postea hac specie adulationis rigidum principem flecti posse crediderint.

NUM. 11.

Abest nota atque Inscriptio capitis.

. . . PAC ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ ΠΡΙΗΝΕΩΝ. (. . . *RAS PHILOPATRIS. PRIENENSIUM.*)

Figura muliebris stans dextram versus quadratum, quod quasi aram demonstrat, extendens læva, tenens cornucopiæ.

Inscriptio testatur cusum fuisse Nummum à Prienensibus. Priene seu Priena, Cadme à quibusdam dicta propter instauratorem ejus Philotam Bœtium, nobilis Biante Prieneo, uno ex septem Sapientibus, sita fuit in Ionia post ostia Mæandri, ubi is in mare illabitur, juxta quæ litus fuit Prienense, secundum *Strabonem* Lib. XIV. p. 636. & noviss. Edit. p. 943. Genius urbis in hoc nummo depingi videtur, seu potius Fortuna Prienensium. De pictura illa, quæ sub dextra manu stantis icunculæ cernitur, valde dubito, utrum recte à *Morellio* excepta fuerit. Dubitandi ratio est, quod simillimum nummum ex *Museo Ducis Devoniensis* vulgaverit *Johan. Franciscus Haymius* in *Thesauro Britan.* Tom. II. p. 179. in quo muliebris itidem cernitur effigies, quæ dextra manu bilancem tenet, læva pro cornucopiæ, quod in hoc nummo observatur, duas frumenti spicas, ipsa vero basi insistit. Inscriptio hæc est, ΥΠΑΤΟΣ ΦΙΛΟΤΗΣ ΠΡΥΜΝΗΣΣΕΩΝ. HYPATUS PHILOTAS PRYMNESSIEORUM. In Phrygia autem sita fuit Prymnessus. Observatur idem Justitiæ typus in nummo ejusdem urbis citato inter Titi Vespasiani nummos apud *Vaillantium* p. 22. Quod insuper notari debet, sicuti, in Tiberii nummo *Morelliano*, literæ ΠΡ. atque ΝΕ sub dextra muliebris figuræ manu inclusæ cernuntur quadrato, cujus ibidem cernuntur lineæ; ita in *Haymiano* literæ ΠΡ. atque ΣΕ pariter quadraturæ, quam bilancis cum pendulis figura efficit, inserta adparent, unde forte non errabimus, si statuamus bilancem in manu Fortunæ Prienensis, justitiæ & ubertatis symbola tenentis, exstitisse. Literæ . . . . PAC forte supersunt ex voce ΕΥΤΥΧΙΑC, quæ FORTUNAM significat, videlicet Prienensium. Depinxit iconem nummi *Andreas Morellius* ex *Thesauro Reginæ Christinæ*; cujus memorabilis *Thesauri*, atque rarissimis nummis instructissimi, quum Fortuna nobis indulserit picturas Nummorum, jussu Reginæ, delineatas peritissima San-Bartoli manu, quas intra paucos dies exspectamus; videbimus, quo modo ille nummi typum exceperit; neque enim publico invisuri sumus tam grande bonum, sed, bonis avibus, Numismata illa omnia cum Commentario nostro in lucem protracturi.

NUM. 12.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡ. (*AUGUSTUS AUGUSTI* (*scilicet*) *FILIUS CAESAR.*) *Caput Tiberii nudum, lævam versus.*

ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. (*SUB SILANO SELEUCENSIUM.*) *in Corona laurea, supra Inscriptionem est litera* Γ. i. e. *ANNO III. sub Inscriptione nota annorum* ΖΜ. *ANNO XLVII.*

Vide de hoc nummo *Andreæ Morellii Thesaurum Famil. Rom.* in *Famil. Junia* p. 225.

NUM. 13.

Non additur Epigraphe capitis.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. (*TRIPOLITARUM.*) *Juncta Dioscurorum capita pileis laureatis.*

Vulgaris Tripoleos in Phœnicia typus solent esse jugata Dioscurorum capita. Detritæ in hoc nnmmo literæ resarciri possunt ex integriore, quem ex *Museo Fr. Lotti* citat *Vaillantius* p. 9. detrita videlicet fuit æra, qua passim nobiles illi nummi superbiunt ΛΛΥ. id est, ANNO CCCXXXI.

NUM. 14.

Vacat.

NUM. 15. & 16.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΙΕΡΩΝΥΜΟC. (*SMYRNAEORUM. HIERONYMUS.*) *Duo capita adversa, ad alterum* (*quod Juliæ seu Liviæ est*,) *adscribitur* CΕΒΑCΤΗ (*AUGUSTA*) *ad alterum, quod Senatum Romanum designat*, CΥΝΚΛΗΤΟC. (*SENATUS.*)

ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ. (*SUB PETRONIO.*) *Templum tetrastylum, ad cujus latus dextrum & ab inferiore parte legitur* ΤΙΒΕΡΙΟC CΕΒΑCΤΟC. (*TIBERIUS AUGUSTUS.*) *Statua ejusdem habitu Pontificis Maximi in medio templo observatur.*

Credibile est à Smyrnæis insignem hunc nummum in honorem Tiberii matrisque ejus signatum fuisse, postquam certantibus undecim Asiæ civitatibus, quænam ex illis destinatum Tiberio & Senatui à Communitate Templum dedicaret, prælati fuerunt Smyrnæi. Certamen urbium earumque ambitum describit eleganter *Tacitus* Lib. IV. *Annal.* Cap. 55. his verbis: *Undecim urbes certabant pari ambitione, viribus diversæ, neque multum inter se distantia memorabant; de vetustate generis, studio in populum Romanum, per bella Persi & Aristonici aliorumque regum. Verum Hypæpeni Trallianique Laodicenis & Magnetibus simul tramissi, ut parum validi. Ne Ilienses quidem, cum parentem urbis Romæ Trojam referrent, nisi antiquitatis gloriâ pollebant, paulum addubitatum, quod Halicarnassii mille & ducentos per annos nullo motu terræ nutavisse sedes suas, vivoque in saxo fundamenta templi adseveraverant. Pergamenos (eo ipso nitebantur) æde Augusto ibi sitâ, satis adeptos creditum. Ephesii, Milesiique, hi Apollinis, illi Dianæ cærimoniâ occupavisse civitates visi. Ita Sardianos inter, Smyrnæosque deliberatum. Sardiani decretum Etruriæ recitavere, ut consanguinei.* nam

nam Tyrrhenum Lydumque Atye rege genitos, ob multitudinem divisisse gentem. Lydum patriis in terris resedisse; Tyrrheno datum novas ut conderet sedes; & ducum è nominibus indita vocabula, illis per Asiam, his in Italiâ: auctamque adhuc Lydorum opulentiam, missis in Græciam populis, cui mox à Pelope nomen. simul literas Imperatorum, & icta nobiscum fœdera bello Macedonum, ubertatemque fluminum suorum, temperiem cæli, ac dites circum terras memorabant. At Smyrnæi repetitâ vetustate, seu Tantalus Jove ortus, illos, sive Theseus divinâ & ipse stirpe, sive una Amazonum condidisset: transcendêre ad ea, quis maximè fidebant in populum Romanum officiis, missâ navali copiâ non modo externa ad bella, sed quæ in Italia tolerabantur: seque primos templum urbis Romæ statuisse, M. Porcio consule, magnis quidem jam Romani populi rebus, nondum tamen ad summum elatis, stante adhuc Punicâ urbe, & validis per Asiam regibus. simul, L Sullam testem adferebant, gravissimo in discrimine exercitus ob asperitatem hiemis, & pænuriam vestis, cùm id Smyrnam in concionem nuntiatum foret, omnes qui astabant detraxisse corpori tegmina, nostrisque legionibus misisse. Ita rogati sententiam Patres, Smyrnæos prætulerunt. Integrum *Taciti* locum adduxi, utpote quem mirifice hic nummus inlustrat. Neque enim ibi de Templo Divi Augusti, sed quod Tiberio & Senatui destinabatur, agitur. Itaque in posteriori parte nummi medium Templi Tiberii Statua occupat, & in anteriore capita Senatus atque Liviæ ex adverso, quasi pari veneratione, collocantur. Habuimus idem numisma in Liviæ seu Juliæ nummis, inter *Numism. Domus Augustæ* Tab. II. Num. 21. & 22. Depictus à *Morellio* fuit nummus ex *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 17. 18. & 19.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS.*) *in altero additur* Λυκάβαντος ΙΗ. *in altero* Κ. id est, *ANNO XVIII. vel XX. Caput Tiberii laureatum, dextram versus.*

ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*DEUS AUGUSTUS.*) *Caput Augusti radiatum, dextram versus.*

Uterque nummus servatus fuit in *Thesauro Schwartzburgico*, nunc *Saxo-Gothano.* Quo Tiberii anno cusi fuerint adscripti docent numeri.

NUM. 20. & 21.

Vacant.

NUM. 22.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, dextram versus.

Colonia Cæsarea Augusta. SEXtus AEBUTIUS Lucius LUCRETIUS II. VIRi. Aquila legionaria inter duo signa militaria.

Habuimus supra eundem, sed cum aliorum Duumvirorum nominibus, in nummis Tiberii secundæ magnitudinis, hic enim magis ad tertiam magnitudinem accedit. Est pariter Coloniæ Cæsareæ-Augustæ, atque invenitur supra Tab. X. Num. 15. Vulgarunt aversam partem *Vaillantius* Tom. I. p. 99. & *Patinus* pag. 47. sed integrum in *Familia Æbutia* Num. 4. p. 7. *Andreas Morellius.*

NUM. 23. & 24.

TIberius CAESAR. CORINTHI. Caput Tiberii nudum, lævam versus.

Cajo HEJO POLLIONE ITERum Cajo MUSSIDio PRISCO II. VIRis in Corona ex apio.

Vivente Augusto venerationem suam erga Domum ejus crebris nummis testati sunt Corinthii eorumque Duumviri, quod abunde ex *Nummis Domus Augustæ* patet, qui passim à duobus hisce Duumviris signati sunt. Confer supra Tab. VI. Num. 23. p. 523. Nota adposita docet extitisse hunc nummulum in *Museo Canonici Dronii.*

NUM. 25. & 26.

ΤΙΒΕΡΙον ΚΑΙσαρα ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*TIBERIUM CAESAREM AUGUSTUM scilicet venerantur*) *Caput Tiberii laureatum, lævam versus.*

ΘΕΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*DEUM AUGUSTUM. scilicet colunt*) *Templum tetrastylum, in cujus medio cernitur Augusti Statua paludata dextra hastæ innixa.*

Quemadmodum supra Num. 16. occurrit Templum ab Asiæ civitatibus Tiberio erectum, atque ejusdem Statua exornatum, ita in hoc & sequenti nummulo Templum Deo Augusto erectum cum ejusdem Simulacro occurrit. Sed non additur nomen civitatis, in qua nummuli isti, neque nomen magistratus à quo signati fuerint. Pergamenis tamen lubenter adsigno, de quibus *Tacitus* Annal. Lib. IV. Cap. 56. refert, Templo Augusti penos se gloriatos fuisse: *Pergamenos (eo ipso nitebantur) æde Augusto ibi sita, satis adeptos creditum.* Ex *Museo* ejusdem *Dom. Dronii* & hic & sequens est nummulus.

NUM. 27. & 28.

Epigraphe eadem, caput idem.

Non videtur discrepare à præcedente nummo, nisi respectu picturæ in Statua Augusti, cujus dextra manu recta hastam tenet, quam in sublime erectam altius complecti videtur in eo, qui præcessit nummo.

TABULA XIII.

CONTINENS ADHUC
TIBERII NUMISMATA
EX ÆRE MINIMO IN COLONIIS
ET
MUNICIPIIS ROMANIS CUSA,
UT ET
SIGNATA IN URBIBUS GRÆCE LOQUENTIBUS.

NUM. 1. & 2.

MUNicipium CALaguris JULia. Caput Tiberii nudum, lævam versus.

Lucio VALerio FLAVO Tito VALerio MERULA AEDilibus. Caput bovis adversum.

Caput bovis in hujusmodi nummulis ad Sacrificia respicit, quæ quum Ludos sacros plerumque comitari solerent, Ædilium nomina, qui scilicet curam eorundem habuerunt, adscribuntur: nam Duumviri, sub quibus cusa moneta fuit, nomina sua in simillimo qui sequitur nummulo expresserunt. Aversam utriusque partem solummodo expressit *Vaillantius* Tom. I. p. 102. sed utrumque *Morellius* in *Familia Cornelia* Tab. VI. Num. 6. p. 137.

NUM. 3. & 4.

MUNicipium CALaguris JULia. TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGustus. Caput Tiberii nudum, lævam versus.

Cajo CELERE Cajo RECTO II. VIRis. Bovis caput ut supra.

Hi Duumviri & hunc & præcedentem nummum, (quamvis in illo Ædilium, in hoc Duumvirorum nomina signata sint) cudisse videntur. Neque enim verosimile mihi fit, (quod *Vaillantio* videtur) Ædiles in Coloniis vel Municipiis jus unquam signandæ monetæ habuisse, sed adscripta eorum fuisse nomina, quia Sacrificia illi Ludosque, quorum hi nummuli servant memoriam, procuraverint.

NUM. 5.

TIBERIO CAESARI. Caput Tiberii laureatum, dextram versus.

CORintbus Lucio FURIO Cajo CRISPO II. VIRis. Templum hexastylum.

Cujus illud Templum sit, Inscriptio quæ in peristylio locari in aliis nummis solet, nos docere potest, videlicet Augusti. Scribitur enim ibi AUGUSTUS in eodem hoc nummo apud *Morellium* in *Familia Furia* Lit. F. p. 190. atque ibidem Lit. E. in altero hujus Furii nummo, in cujus antica parte Juliæ Augustæ est caput, ubi amplius quoque cognomen Labeonis iste Furius habet, quum collegæ ejus Caji Crispi nomen, atque adeo ex qua Familia fuerit, ignoretur.

NUM. 6. & 7.

TIberio CAESARE II. VIRo CORintbus. Caput Tiberii nudum, lævam versus.

Marco AIMILIO Lucio LABEONE II. VIRis Δ. Δ. i. e. *Decreto Decurionum. Caput Augusti sine laurea lævam versus.*

Exhibuit nummum hunc atque alterum cum simili Inscriptione, sed sine Decreti Decurionum nota, *Andreas Morellius* in *Familia Æmilia* Tab. II. Lit. C. & D. ubi vide quæ scripsimus p. 11. Duo autem notari debent. Videlicet L. Furium Labeonem in Duumviratu duos habuisse collegas, videlicet C. Crispum & M. Æmilium, ex quibus alter per

per alterius mortem suffectus fuisse videtur. Deinde, quod unus ex illis, & forte L. Furius Labeo vicem Tiberii Cæsaris sustinuerit, qui expresse Duumvir Corinthi in antica nummi parte vocatur. Honoris caussa Duumviratum nonnunquam in Coloniis suscepisse Cæsares, & in hoc *Thesauro* & in priore pluribus locis docuimus. Tertio denique notandum insuper venit, quod ultimo Augusti anno Duumviratum Corinthi gessisse videatur L. Furius Labeo. Nam apud *Morellium* in *Familia Furia* Lit. D. occurrit idem L. Furius Labeo tanquam Duumvir Corinthii cum eodem Augustei templi typo, sed ita ut anticam nummi partem senile caput Augusti cum corona radiata, mortis & apotheoseos ejusdem teste, occupet. Denique *Vaillantius* per errorem, deceptus rudiore nummi fabrica, Augusti caput supposuit, quod Inscriptio nummorum docet esse Tiberii, atque vice versa Tiberii credidit exhiberi caput ubi Augusti, tum adhuc in vivis, ponitur. Agnoscit idem Tom. I. pag. 107. summam hujus nummuli raritatem; quare inter ornamenta *Musei nostri* reconditur, *Morellius* illum ex *Thesauro Regio Versaliensi* depinxit. Silere tamen nequeo in illo, quem servamus nummo, post literas AEMIL. (sic enim ibi, non AIMIL. scribitur) clare adparere literas PR. quasi scilicet is Æmilius *Præfecti* habuisset cognomen, nisi eundem Æmilium potius quam Labeonem statuere velimus Præfectum exstitisse Duumviratus Tiberii.

Num. 8. & 9.

Colonia Julia Augusta Dertosa. AUGustus. Caput Augusti laureatum, lævam versus.

Colonia Julia Augusta Dertosa. TIberius CAESar. Caput Tiberii laureatum, dextram versus.

Dertosa, Hispaniæ Tarraconensis urbs, nummulum hunc in honorem Tiberii signavit, & quidem (ut videtur) post mortem Augusti; nummus enim, quem depictum videas apud *Vaillantium* Tom. I. p. 107. corona radiata Augusti caput exornat, quod certum mortis ejusdem atque apotheoseos esse solet signum. Servatur in *Thesauro Regio Versaliensi.*

Num. 10.

Vacat.

Num. 11.

TIberius CAESAR AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum.

ERGAVICA. in Corona Civica.

Hispaniæ Celtiberiæ fuit urbs Ergavica, quæ Sospitatorem Imperii Romani atque Servatorem Civium hujus nummuli typo salutat Tiberium. Exstat in *Thesauro Regio* & apud *Vaillantium* Tom. I. p. 109.

Num. 12.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTUS. Caput Tiberii nudum, dextram versus.

Colonia Immunis Illici Augusta. Marcus JULIUS SETTALus Lucius SESTIus CELER II. VIRi. Ara inscripta SALuti AUGustæ cum duobus palmæ in summo aræ ramis.

Similem nummum ex medio ære habuimus supra, quem vide Tab. X. Num. 6. Exstat minimæ hic formæ in *Museo Theupolitano.*

Num. 13.

TIberius CAESar DIVI AUGusti Filius AUGustus. Caput Tiberii nudum.

LAELIA. Spica frumenti.

Bœticæ urbs Lælia agri sui ubertatem symbolo hoc laudavit. Est enim hoc ubertatis ejusdem testimonium quoque in nummulis ibidem cum capite Lucii Cæsaris, Augusti filii, signatis.

Num. 14.

Vacat.

Num. 15.

TIberius CAESAR AUGusti Filius PONTifex TRibunicia Potestate XII. IMP. V. Caput Tiberii nudum.

Colonia Victrix Togata Tarraco. in Laurea.

Nihil peculiare tradit, nisi notam anni quo cusus fuit.

Num. 16.

TIberius CAESAR AUGUSTi Filius IMPerator. Caput Tiberii laureatum.

MUNicipium TURIASO. Quinto VARio Quinto PONTio PLAnco AEDilibus. Corona Laurea, cui ultima vox inclusa cernitur, reliquis circa ambitum positis.

Quoniam Ædilium erat Ludos & Sacrificia procurare, in hoc autem nummulo Corolla Lau-

rea cernitur, quæ ſpectat ad honorem Cæſaris, in cujus honorem Ludi & Sacrificia in Coloniis peragebantur, propterea Ædilium nomen in ejusmodi nummulis, prouti ſupra Num. 2. quoque factum eſt, adponi exiſtimo; non vero quia (uti cenſet *Vaillantius*, apud quem exſtat hic nummulus Tom. I. p. 123.) jus ſignandæ monetæ, eodem jure quo Duumviri, habuerint. Legit idem *Vaillantius* cognomen Pontii, quod per literas tres conligatas invicem exprimitur, quaſi ſcriptum eſſet PL*Anco*, quum rectius forſitan legi poſſit PAL*icano*, quod ſicuti familiæ Lolliæ ſic quoque Pontiæ potuit fuiſſe cognomen.

NUM. 17.

TIberius CAESAR AUGuſti Filius IMPerator PONtifex. Caput Tiberii laureatum.

TURIASO. in area. In circuitu RECTO ET MACRINO AEDilibus.

Non quidem jus monetæ videntur in Coloniis habuiſſe Ædiles, ſed tamen moris fuiſſe, ut Duumviri Ædilium nomen, poſt munus eorum ſumtibus ſplendide editum, in moneta ſua exprimerent. Vulgavit *Vaillantius* Tom. I. pag. 124. Exſtat in *Theſauro Regio*.

NUM. 18. 19. & 20.

Caput Tiberii nudum, cum Lituo ante faciem, ſine Inſcriptione, lævam verſus.

P. S. S. C. id eſt *Poſuere Suffetes Carthaginenſes Cajo LOLLIio Marco DOMitio II. VIRis. (in utroque enim nummulo hæc Inſcriptio reponi debet.) Liviæ Statua. Sedet velata, dextra pateram tenens læva haſtam.*

De nummulis hiſce atque Suffetibus Carthaginenſibus, conſuli poſſunt *Joh. Fid. Vaillantius de Nummis in Coloniis cuſis* Tom. I. p. 131. atque idem *Vaillantius* ut & *Morellius* in *Nummis Conſularibus Famil. Roman.* in *Familia Lollia*; is quidem Tom. II. Tab. LXXXVII. Num. 7. p. 65. 66. hic Lit. A. B. p. 249.

NUM. 21.

TIberius CAESAR IMPerator Pater Patriæ. Caput Tiberii nudum, lævam verſus.

Lucio Antonio, Aurelio, vel Aquillio (aliud etiam familiæ nomen per literam A ſolitariam intelligi poteſt) FAUSTO Decimo Cæcilio, vel Cæſio, vel Cælio BASSO II. VIRis. P. P. D. D. id eſt, *Poſuere Decuriones. Liviæ Statua ut ſupra.*

Spectat hic nummus ad Uticenſes in Africa. Depinxit nummum ex *Theſauro Regio*, atque exhibet utramque ejus partem *Andreas Morellius* in *Fam. Cornelia* Tab. IV. Num. 4. p. 124. ubi conſuli poſſunt quæ ad explicationem ejus ſcripſimus.

NUM. 22. & 23.

Non additur Epigraphe capitis vel pars nummorum anterior.

FUSCO ET MAXIMO II. VIRis. in area nummi.

vel

QUIETO ET PEREGRINO II. VIRis. in area nummi.

Quamvis *Morellius*, non addita antica horum nummorum parte, in incerto nos relinquat, in qua Colonia quove Municipio ſignati hi nummuli ſint; nomina tamen Duumvirorum, quæ in poſteriori nummulo inveniuntur, nos ad Hiſpaniæ Tarraconenſis urbem Oſcam ducunt. Nam inter ejus urbis nummos duorum eorundem Duumvirorum, Quinti ſcilicet & Peregrini conjuncta occurrunt (& quidem in Tiberii pariter nummo) nomina ſupra Tab. X. Num. 11.

NUM. 24.

V. S. S. Caput Tiberii laureatum verſus dextram.

. . . . OPT. II. VIR. . . . Signum Martis nudo corpore cippo inſiſtentis, caput galea ornatur, læva manu parazonium, dextra vexillum militare tenet.

In exiguo hoc nummulo, quem *Andr. Morellius* depinxit ex *Theſauro Regio*, quique in aliqua Colonia ſignatus agnoſcitur ex II. Viri titulo, Martis figura in poſtica exhibetur parte, eodem plane modo, quo occurrit in Auguſti nummis argenteis Tab. XVII. Num. 33. p. 303. cum hac Inſcriptione, VOTA SUSC*epta* PRO SAL*ute* ET RED*itu* *Jovi Optimo* MAX*imo* SACR*ata* vel SACR*um*. Hinc ſuſpicor literas illas ſolitarias V. S. S. quæ in antica hujus nummi parte inveniuntur, legendas eſſe *Vota Suſcepta*. Si non Tiberii, ſed Auguſti ibidem exſtitit caput, poſſet nummulus referri ad Tarraconem, ubi ægrotavit Auguſtus, quum ejusmodi Vota pro ſalute ejus atque reditu Romæ ſuſciperentur, quaſi idem Tarracone quoque factum fuerit. Sed, quum Tiberii agnoſcatur, referendus erit ad morbum Liviæ ſeu Juliæ matris Tiberii, de quo *Tacitus* Annal. Lib. III. Cap. 64. *Sub idem tempus Juliæ Auguſtæ valetudo atrox neceſſitudinem Principi fecit feſtinati in Urbem reditus, ſincera adhuc inter matrem filiumque concordia; ſine occultis odiis.* Pro ejus Salute vota Romæ fuiſſe facta docet idem *Tacitus* Lib. III. Cap. *Inceſſit dein religio, quonam in templo locandum foret donum quod pro valetudine Auguſtæ Equites Romani voverant Equeſtri Fortunæ.* Neque dubitari poteſt, quin ſimile quid extra Romam factum fuerit. Tarracone itaque nummulum ſigna-

ſignatum fuiſſe exiſtimo ſub Optato quodam Duumviro alioque cujus nomen deſideratur, qui in poſteriore nummi parte expreſſerint memoriam valetudinis Auguſti, quum vota pro eodem fierent ibidem ægrotante; in priore vero parte Vota ſuſcepta ibidem ſignificaverit pro recenti valetudine adverſa Juliæ, Auguſti quondam conjugis atque Tiberii, cujus vultus in nummulo exprimitur, matris.

Num. 26.

Eigraphe capitis non additur.

ΑΠΑΜΕΙΑΣ ΠΡΟΣ ΜΑΙΑΝΔΡΟΝ. (*APAMEAE AD MAEANDRUM.*) *Diana Epheſia ſeu Polymammia cum verubus.*

In univerſa Aſia minore inſignis Dianæ Epheſiæ fuit cultus, quare Apamenſes ad Mæandrum fluvium ejusdem imaginem in hoc & ſequenti nummo aliisque paſſim expreſſerunt. Fuit hic nummulus in *Theſauro Reginæ Chriſtinæ.*

Num. 27.

Capitis epigraphe pariter deſideratur.

ΑΠΑΜΕΙΑΣ ΠΡΟΣ ΜΑΙΑΝΔΡΟΝ. (*APAMEAE AD MAEANDRUM.*) *literis alio modo diſpoſitis. Idem Dianæ Epheſiæ ſignum.*

Nummus hic, cum illo qui præceſſit eoque qui ſequitur, notatur in Catalogo *Gottifredi.*

Num. 28.

Abeſt epigraphe capitis.

ΑΤΤΑΛΕΩΝ. (*ATTALENSIUM.*) *Caput Minervæ galeatum.*

Habuimus ſimilem Attaleæ urbis nummum ſupra ex ære medio Tab. XII. Num. 1. ſed Clypeus, qui ibi poſt Deæ cervicem adparet, hic deſideratur. Fuit nummulus in *Theſauro Reginæ Chriſtinæ.*

Num. 29.

Neque hic capitis epigraphe additur.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ ΕΜΤ. (*DAMASCENORUM ANNO CCCXLV.*) *Caduceus alatus.*

Eminentiſſimus *Noriſius* in libro *De Epochis Syro-Maced.* p. 92. Æram Damaſcenorum illuſtrat, atque in alio nummo ejus æræ annum hunc invenit, quem refert ad imperium Tiberii A. V. C. 786. Nummus ipſe exſtat *Amſtelodami* in *Muſeo Goſuini Ulenbroekii*, qui quatuordecim fere diebus, antequam hæc ſcriberem, ſenex ad plures migravit; videlicet fine menſis Aprilis 1740.

Num. 31.

Epigraphe capitis abeſt.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ. (*HIERAPOLITARUM. ASCLEPIADES*) *Apollo, ſtans habitu muliebri, lævam lyram tenet, dextra demiſſa plectrum.*

Hierapolitæ in Phrygia hunc nummum ſignarunt. Aſclepiades, cujus nomen in eo legitur, Prætor ibidem fuit. Fuit nummus in *Theſauro Reginæ Chriſtinæ.*

Num. 32. & 33.

ΚΑΙCΑΡ. (*CAESAR.*) *Caput Tiberii nudum, dextram verſus.*

ΚΥΔΩΝΙΑΤΩΝ. (*CYDONIATARUM.*) *Lupa puerulo ubera præbens.*

Cydonii, Cretæ inſulæ, in nummulo hoc atque typo Lupæ puerulo ubera præbentis, reſpexerunt ad fabulam Cydonis, Apollinis & nymphæ Acacallidis filiam, à Lupa, quum expoſitus atque abjectus fuerat, nutritam. Vide ſupra in Auguſti nummis Tab. XLVI. Num. 6. & 7. Ex *Baudelotii Muſeo* deſumtus eſt à *Morellio.*

Num. 34.

ΤΙΒερίυ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒάςυ. (*TIBERII CAESARIS AUGUSTI.*) *Caput Tiberii.*

ΚΩΙΩΝ. (*COORUM.*) *Clava Herculis atque Æſculapii ſerpens baculo circumvolutus, intermedia populi Inſcriptione.*

Apud *Triſtanum Sanctamantii Dominum* Tom. I. *Comment. Hiſtor.* p. 146. exſtat hic nummulus, ſed ita ut Prætoris quoque nomen inſuper in eodem legatur, videlicet ΣΩΣΘένης. (SOSTHENES.) Commentariolo hoc eundem inluſtravit inſignis *Antiquarius*: „ Ces deux mots ſe doivent
„ interpreter *Soſthenes Coorum*, ou *Coienſium* Ce
„ Soſthenes eſtant (comme je croy) le Preteur ou
„ gouverneur de cette ville, & de l'Iſle auſſi de
„ Cos. Cette medaille ayant peu avoir eſté frap-
„ pée en faveur de Tibere pour quelque bien-fait
„ reçu de luy, qui nous eſt incognu, que par con-
„ jecture toute fois l'on peut eſtimer avoir eſté le
„ reſtabliſſement de leur ville en ſon premier lu-
„ ſtre, après avoir eſté presque ruinée par trem-
„ blemens de terre; ſelon le rapport d'Euſebe en
„ la trente-huictieme année de l'Empire d'Auguſte
„ ou entierement bouleverſée, ſelon Tertullien en
„ ſon Apologetique chapitre quarante.
„ Or j'ay aſſez parlé de cette Iſle és medailles de
„ Lepidus & d'Auguſte, & du culte y obſervé d'Her-
„ cule. Il faut à preſent juſtifier que ce baſton
„ d'Æſculape joinct à la maſſuë d'Hercule, deſi-
„ gne

„ gne que ce Dieu y estoit pareillement veneré. „ *Pline* Liv. XXIX. chap. 1. *Tunc* (ce dit-il) *eam* „ *revocavit in lucem Hippocrates, genitus in insula Co* „ *in primis clara & valida, ac Æsculapio dicata.* Et „ *Dion* liv. LI. rapporte que *P. Turulius*, l'un des „ conjurez, fut deffait en ce lieu par Auguste com- „ me servant de victime à ce Dieu, dont il avoit „ couppé le bois sacré pour construire des vaisseaux „ de guerre. Et *Tacite* liv. XII. de ses Annales, „ dit qu'Æsculape mesme y porta l'art de Medeci- „ ne en personne, *Mox adventu Æsculapii* (ce dit- „ il) *artem medendi illatam*, &c. Et que l'Empe- „ reur Claude après avoir parlé en plein Senat en „ faveur de cette isle, & de son antiquité, & du „ culte d'Æsculape en icelle, ordonna qu'elle se- „ roit de là en avant affranchie & exempte de tous „ tributs. *Goltzius* nous fait voir aussi en ces Isles „ six ou sept medailles qui confirment ce culte „ d'Æsculape. Or ce serpent d'Æsculape estoit „ le serpent Παρείας, comme je croy, suivant ce „ qu'en remarque *Ælian* liv. VIII. chap. 12. ci- „ tant *Apollodorus*; sçavoir, qu'il ne fait aucun „ mal quand il mord, & qu'on l'avoit consacré à „ Æsculape, comme au plus humain & plus de- „ bonnaire des Dieux, & destiné à son service & „ ministere. Ce que je trouve aussi estre tesmo- „ igné par *Aristophane*, *in Pluto*; & plus intelli- „ giblement par son doctissime Scholiaste, qui ci- „ tant plusieurs anciens Autheurs, dit qu'il se vo- „ yoit communement de ces serpens en Alexan- „ drie. Je croy que ces serpens y estoient nour- „ ris par plaisir és maisons des Medecins: car cet- „ te ville estoit tousiours assortie d'un grand nom- „ bre d'excellens Medecins, comme le remarque „ l'Autheur anonyme, qui a fait la description du „ Monde, donné au public par le Sieur Godefroy, „ le quel dit qu'Æsculape avoit principalement „ conferé aux Alexandrins la connoissance de la „ Medicine, pour fournir l'Univers de bons & „ experimentez Medecins."

NUM. 35.

Vacat.

NUM. 36.

ΤΙβέριος ΚΑΙϹΑΡ ΘΕΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ. (*CAESAR TIBERIUS DEUS AUGUSTUS.*) *Caput Tiberii nudum, lævam versus.*

ΜΙΤΥληναίων. (*MITYLENAEORUM.*)

ΙΟΥλίας ΘΕΑϹ ϹΕΒΑϹΤΗϹ. (*JULIAE DEAE AUGUSTAE.*) ΜΙΤΥληναίων. (*MITYLENAEORUM.*) *Caput Juliæ sive Liviæ Augustæ.*

Rarissimus hic nummulus ex *Museo Serenissimi Ducis Cenomanensium* vulgatus jam antè fuit ab *Andrea Morellio* in *Specimine Rei Numm. Univers.* Tab. XX. Num. 4. ubi rectè judicat à Mitylenæis cusum fuisse sub Cajo Caligula. Ut Deum atque Deam Tiberium cum matre venerantur Mitylenæi, quamvis à Senatu haud in Deorum Divorumque numerum relatus fuerit Tiberius, princeps teter & crudelis, qui neque vivus neque mortuus ejusmodi honorem meruit.

NUM. 38. & 39.

ΤΙΒΕΡΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*TIBERIUM CAESAREM AUGUSTUM scilicet colunt.*) *Capita adversa Tiberii & Augusti, utraque nuda.*

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΚΟΡΩΝΟϹ. . . . . (*SMYRNAEORUM CORONUS. . . . .*) *Figura muliebris stolata & tutulata stans, dextra sceptrum tenet, læva victoriolam supra columnam.*

Plurimi cum ejusmodi figuræ muliebris typo occurrunt nummuli inter Smyrnæ urbis nummos, quos ex professo inlustraturi sumus in *Thesauro Numismatico-Geographico.* Occurrit similis typus quoque supra in Augusti nummulis Smyrnæ cusis, Tab. XLVII. Num. 11. Hujus vero nummuli, quem ex *Thesauro Versaliensi* depromsit, scripturam non fuit adsecutus, *Morellius*, sed propter æruginem corrosi æris mancam dedit. Partis prioris integra hæc est Inscriptio. ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΤΙβέριον ΣΕΒάστου ΥΙΟΝ. Dein reliquam Inscriptionem ita absolvit pars posterior; ΛΙΒΙΑΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΚΟΡΩΝΟΣ. Id est, CAESAREM AUGUSTUM, TIBERIUM AUGUSTI FILIUM, LIVIAM scilicet *colunt.* SMYRNAEORUM. CORONUS. Quam rationem ex nummo *Foucaultiano* suppeditat *Joh. Fid. Vaillantius* p. 6. atque plures ex *Museo nostro* confirmant. Inter tres enim quatuorve, quos possideo, alii quidem aliis destituuntur literis, sed simul sumti constituunt relatam modo Inscriptionem; ex qua patet, vivo Augusto, quum vivis exemta *Augusti* mascula subole, omnis Imperii spes in Tiberium incliniaret, præstantissimum hunc nummulum à Smyrnæis sub Prætore Corono signatum fuisse.

NUM. 40.

Vacat.

TABU-

TABULA XV.

CONTINENS ADHUC NUMISMATA AEREA TIBERII CAESARIS EX HUBERTI GOLTZII MANUSCRIPTIS.

NUM. 1.

Nota capitis non additur.

TRIBUNICia POTESTATE XIII. COnSul II. Lituus & Patera cum nota Senatus Consulti.

Pontificatus hæc sunt insignia. Adscriptum huic typo inveni, fuisse nummum ejusmodi ex medio ære in *Museo Annibalis Cari.*

NUM. 2.

Neque in hoc nummo neque in octo sequentibus nota aut Inscriptio capitis adponitur.

Municipium Calaguris Julia. Cajo CELERE . . . . . Bos.

Nihil vel parum discrepare videtur à nummo Tiberii, quem vidimus supra Tab. IX. Num. 17. Alter enim Duumvir videtur C. Rectus fuisse.

NUM. 3.

TIberius CAESAR DIVI AUGusti Filius AUGUSTus. Dextræ junctæ.

An concordiam inter Tiberium & Germanicum, quam optare magis poterant quam sperare, ii, qui signarunt hunc nummum, innuit typus?

NUM. 4.

Colonia Cæsarea Augusta. Cajo VALERIO Tito SABINO PAULo FABio PRISCO II. VIRis. Bos.

Inter nummos Augusti in Coloniis & Municipiis cusos, plurimi occurrunt ex *Goltzii MSS* editisque libris desumti, adeoque ejus tantum fide subnixi, qui Duumvirorum adscripto titulo tria diversa virorum nomina exprimunt. De quibus si genuini sint, commodior nulla nobis videtur sententia, quam ut statuamus unum ex tribus illis fuisse Præfectum Duumviratus loco Cæsaris, qui nonnunquam honorario Duumviratus titulo adficiebatur.

NUM. 5.

Colonia Cæsarea Augusta. Marco ATILLIO Marco TREBELlio Tiberio NEROne II. VIRis. Bos.

In hoc nummo ipse Tiberius Nero inter Duumviros Cæsar-Augustanos, honoris causa, recenseri videtur.

NUM. 6.

Colonia Cæsarea Augusta. Quinto HATERIO CAESIo CORDO scilicet Duumviris. Colonus agens boves.

Nota sub Tiberii principatu sunt nomina Q. Haterii apud *Tacitum* Annal. Lib. I. Cap. 13. Lib. II. Cap. 33. & 57. atque Lib. IV. Cap. 61. atque Cæsii Cordi, Lib. III. Annal. Cap. 38. & 70.

70. Verum illi in Republica Romana primarii fuere viri, ut alios opporteat fuiſſe qui in Hiſpanica hac urbe Duumviratum geſſerint.

Num. 7.

Colonia Cæſarea Auguſta. Cajo FONTEIo CAPITOne Lucio CLUTORIo PRISCO II. VIRis.

Familia Fonteja Capitonis habuit cognomen, ex qua Proconſulatum Aſiæ ſub Tiberio adminiſtravit Fontejus Capito apud *Tacitum* Lib. Annal. IV. Cap. 36. Sub quo Tiberio notæ infelicitatis exſtitit Eques Romanus C. Lutorius Priſcus, de quo agit ſcriptor idem Annal. Lib. III. Cap. 49. & 51. ubi quædam Edd *Clutorium*, ſicuti in nummo hoc legitur, pro *Lutorio* exhibent. Sed ſicuti *Familia Clutoria* ſic quoque *Lutoria* exſiſtere potuit; vel, niſi utrique cognomen Priſci velimus largiri, in *nummo Goltziano* de litera L. dubitari poterit & poſt literam C. punctum poni.

Num. 8.

Lucio CORNUFICIo Lucio . . . . PERA II. VIRis. Bos.

Alterius Duumviri Familiæ nomen detritum in nummo fuit. Sed videtur pertinuiſſe ad *Familiam Juniam*, illa enim Peræ cognomen habuit. Coloniæ quoque nomen injuria temporis periit.

Num. 9.

MUNicipium Calaguris. Lucio CAEſio, vel CAEſennio. Cajo SEPTimio ATRatino II. VIRis. Bos.

Familia *Sempronia* cognomen habuit Atratini, unde forte ſtatuere licet in nummo exſtitiſſe C. SEMP. &c.

Num. 10.

COLonia JULia NARBONA. Caput muliebre turritum.

Vellem ſub Tiberio aliqua memoria Coloniæ Narbonenſis exſtaret, ſolius enim *Goltzii* fide, infirmo nimis tibicine, nititur.

Num. 11. & 12.

TIberius CAESAR DIVI AUGUSTI Filius AUGUSTUS IMPERator VIII. Caput Tiberii nudum, lævam verſus, ad latera literæ C. I.

SEGOVIA. Eques cum galea & haſta decurrens, ſicuti in Oſcæ urbis Hiſpanæ nummis.

Literæ C. I. ex anteriori nummi parte videntur huc debere revocari, ut ſimul integra lectio ſit *Colonia Iulia* SEGOVIA.

Num. 13.

Cajo VIBio MARSO PROCOnSule DRUSo CAESare Quæſtore PRovinciali Titus RUFUS Curavit Fieri vel Faciendum. Decuriones Poſuere. Statua Liviæ ſeu Juliæ ſedentis, ut in Uticæ nummis.

Nimium falſarius *Hubertus Goltzius*, ſi omnes hoſce nummos nobis pro veris ex cerebri ſui fictione obtruſit: Nimium idem infelix, ſi fere cunctis, qui ejus ſola fide niti creduntur, deperditis, induſtria *Goltziana* atram inmerito notam meruerit. Sed in triſtiorem ſententiam fere omnis Antiquariorum inclinat Senatus. Adumbrati hi nummi videntur ex ſimilibus Uticæ cuſis, ſupra Tab. XI. Num. 1. & ſeqq.

Num. 14.

AELIo SEJANo DRUSo CAESare Quæſtoribus PRovincialibus Decimo AGRIPpa Cajo NIGRANio II. VIRis Decuriones Poſuere. Eadem Liviæ Statua.

Ælius Sejanus, cujus hic ſit mentio, non videtur fuiſſe ille qui Conſul cum Tiberio Quintum fuit, atque in nummis Coloniæ Bilbilis occurrit, verum filius ejusdem, patris poſtea calamitatis ſocius, quem credo una cum Druſo Germanici filio in hoc nummo (præclaro ſi genuinus exſtet) inſcribi Quæſtorem Provincialem.

Num.

NUM. 15.

DRUSo CAESare Quæstore PRovinciali Marcus MERula SCAURUS Lucius MACRON VII.VIRi EPULones. Decuriones Posuere. Liviæ Statua eadem.

Ex eo genere nummorum, qui vere *Goltziani* vocari merentur, hic quidem mihi adparet.

NUM. 16.

DRUSo CAESare Quæstore PRovinciali Lucius NORBAnus ABASCantius MESSIUS II. VIRI. Decuriones Posuere. Eadem Liviæ Statua.

NUM. 17.

Neque hujus nummi fides mihi sese magnopere probat.

NUM. 18.

NERone CAESare Quæstore Provinciali Cajus VIPSanius POPLICola APRONIAnus Quintus PLAUTius. Decuriones Posuere. Liviæ similis Statua.

Tria Duumvirorum (licet titulus iste non addatur, commemorantur nomina; quod in *Goltzianis* nummis, uti sæpius dictum, haud novum est; nisi priorem ex his Apronianum insuper agnominatum velimus.

NUM. 19.

NERone CAESare Quæstore PRovinviali Cajus PROCULUS Publius QUIRINUS II. VIRi. Decuriones Posuere. Statua similis Liviæ.

Agmen hic claudit ejusmodi nummorum, qui utinam aliquando inveniantur, ut *Goltzii* fidem liberent.

NUM. 20.

Abest nota & Inscriptio partis anterioris.

ΘΕΣΣΑΛΩΝΙΚΕΩΝ. (*THESSALONICENSIUM.*) *Caput Liviæ velatum, pone cernitur tridens & vox* ΘΕΑ. (*DEA.*)

Thessalonicenses devotionem suam erga Domum Augustam Liviæ seu Juliæ cultu denotarunt, situm urbis atque potentiam navalem Tridentis typo.

NUM. 21.

Et in hoc nummo partis anticæ descriptio desideratur.

ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (*SEBASTENORUM NEOCORORUM.*) *Caput muliebre turritum cum prora navis.*

Plures fuere urbes nomine Sebastes inclitæ, videlicet in Galatia, Phrygia, Ponto &c. Sed nulla ex his Neocora fuisse in nummis hactenus legitur. At propter situm maritimum, qui prora navis indicatur, videtur nummus pertinere ad Sebasten in insula è regione Ciliciæ sita, Regiam quondam Archelai Cappadociæ Regis, quem extrema senecta Romam arcessitum Tiberius, ibidem ad mortem usque detinuit.

NUM. 21. & 22.

MOIA. Duæ figuræ sedentes, ex quibus altera rotundum quid supra genua tenet, altera læva idem instrumentum tangens, dextram elevat ad arietem in muro stantem, ad latus parietis arbor est.

Numerus XIII. in Laurea.

Nummulus hic mihi ex eorum genere videtur, quales habuimus plures inter nummos Augusti Tab. XLIII. Ænigma continere videtur, quod an solvere possim videro. Nummuli ejusmodi neque Senatusconsulto signabantur, neque monetæ gratia, sed erant veluti Saturnalitii, & annum imperii ejus qui tum inperabat inscriptum habebant. Cujus hic igitur fuit anno XIII. sive Tiberii sive potius Augusti. Typum vero ad divinationis quoddam genus pertinere judico. Unde Græcam Inscriptionem hujus nummi ita corrigo ΜΟΙΡΑ. id est, FATUM seu PARCA. Videtur


detur enim esse divinatio de morte vel vita alicujus, mortem designat arbor, Cypressus scilicet, quæ in magnatum ardebat funeribus, Lucanus

Et non plebejos luctus testata Cupressus.

Aries vero, animal vegetum, vitam & salutem. Genus autem Divinationis in nummo expressum Græcis proprie Κοσκινομαντεία dicebatur, quique artem illam exercebat, Κοσκινόμαντις. Mentio ejus exstat apud *Theocritum Idyl.* III. versu 31.

Εἶπε καὶ Ἀγροιὼ τἀλαθέα κοσκινόμαντις.
Dixit & Agræo verum, cribellaria vates.

Cribellaria autem vates, sive Κοσκινόμαντις est ἡ διὰ κοσκίνυ μαντευομένη. *Per cribellam* (ut ait ibi Scholiastes) *vaticinans.*) Fiebat id genus vaticinii hoc modo. Sedens aliquis elevatum super gremium (ut hic duæ faciunt figuræ) cribellam tenebat. Dein aliquis forfice vel digito summam oram cribellæ (sicuti hic facit figura læva) leviter sustinebat. Alter dein (sicuti in nummo facit figura ad dextram) inserebat in foramina cribellæ leviter digitum, & circumvertebat id instrumentum, quod circumrotatum subito, si ex arte bene procederet, bonum, sin secus, malum erat omen. Quum itaque omnia tam bene typo huic conveniant quæ ad vanam illam artem pertinent, non dubito quin augurii quædam sit species pro salute alicujus ex domo Augusto ægrotantis captati, in quo Cypressus arbor (ut feralis rei conspectus evitetur) post tergum figuræ cribellam gremio tenentis ponitur, aries vero collocatur in sublimi, ad quem dextram elevans respicit altera figura; quare MOIPA pro MOIA in ipso nummulo legi, & in delineatione ejusdem reponi debere judico.



TABU-



TABULA I.

EXHIBENS CAPITA CAJI CALIGULAE CAESARIS, CUM LATINIS INSCRIPTIONIBUS.

NUM. I.

Cajus CAESAR AUGustus GERMAnicus. Caput Caligulæ nudum, lævam versus.



AJI CALIGULAE (¹), optimorum Parentum, *Germanici* videlicet & *Agrippinæ*, filii pessimi, *Drusi*, privigni Augusti, & ipsius *Tiberii*, nepotis, *historiam*, (quam *liberam* suo jam tempore *esse volebat*, & *quorumcumque in manibus*, permittendo, ut scripta mordacium etiam quorundam Oratorum *T. Labieni*, *Cordi Cremutii*, *Cassiique Severi*, Senatus Consultis olim abolita, requirerentur, lectitarenturque, referente *Suetonio*, Cap. XVI. sua interesse reputantis, ut *facta quæque posteris tradantur*) ex *Nummis* nunc adgredimur; *Exoptatissimi* equidem sub initium Regiminis *Principis* non solum *maximæ parti provincialium & militum*, quod *infantem plerique cognoverant*, *sed & universæ plebi Urbanæ*, *ob memoriam Germanici*, *Patris*, *miserationemque propè afflictæ domus*, ut loquitur *Suetonius* Cap. XIII; *benefici* adeo erga populum, ut *nummos aliquando non mediocris summæ è fastigio basilicæ Juliæ per aliquot dies sparserit in plebem*: postea vero tam *feri* atque *immanis* prorsus *ingenii*, *tantaque pecuniæ contrectandæ cupidine incensi*, *ut sæpè super immensos aureorum acervos patentissimo diffusos loco & nudis pedibus spatiatus*, *& toto corpore aliquandiu volutatus fuerit.* Quod *Dio*, argentum simul addens, Libro LIX. ita exprimit: Ἐς γέ τοι τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον τὸ συλλεγόμενον ἀπ' αὐτῶν ἐμβάλλων ἑκάστοτε ἑαυτὸν,

(¹) CAJUS depuis surnommé Caligule, nasquit à *Antium* le 24. Janvier, où dans le camp des Romains en Germanie l'an 764. de la fondation de Rome, Germanicus, & Fontejus Capito estans Consuls. Il fut tué âgé de vingt-huict ans cincq mois & sept jours, ou (comme quelques uns disent) huict mois tréze jours, ayant regné trois ans & dix mois ou environ. Il estoit fils de Germanicus & d'Agrippine. Il estoit grand, & fort deschargé, d'un teint livide, palissant & sombre, les yeux felons & rudes; *Oculi Cajo principi rigentes* (ce dit *Pline* liv XI. chap. 37.) les tempes creuses, le front haut & estroit, le col, les cuisses & les jambes courbes & gresles, ayant peu de cheveux, & le sommet de la teste entierement chauve, du reste, tout velu par le corps, en fin d'un maintien & physionomie toute tyrannique. *Tanta illi palloris insaniam testantis præditus erat, tanta oculorum sub fronte anili latentium torvitas, tanta capitis destituti, & emendicatis capillis aspersi deformitas. Adjice, obsessam setis cervicem, & exilitatem crurum, & enormitatem pedum, ut ipsemet materia risus benignissima esset.* Ce dit *Seneque* en son livre *de Constantia Sapientis*, Cap. XVIII. pour autant qu'il offençoit, tout le Monde par ces importunes moqueries & injurieuses risées. Aussi fut-il tres meschant homme, & tres-pernicieux Prince, impie, superbe, arrogant, & prodigue, furieux & desloyal. *Stace* liv. III. poëme 3. le descrit ainsi.

—— —— nec proximus heres,
Immitis quamquam, & furiis agitatus abegit,
Hunc & in Arctoas tenuis comes usque pruinas,
Terribilem affatu passus, visuque tyrannum,
Immanemque suis —— ——

Estant outre cela si cruel, qu'il faisoit verser le sang humain

τὴν ἐκαλινδεῖτο. *In auro & argento ex illis collecto ſemet ipſum itentidem volutare ſolebat.* *CAJI Prænomen*, (*prima* in hoc *averſi* ominis eſt *vox*) quod concernit, de eodem ſupra in *Julio Cæſare* Tab. I. Num. 30. fuſius jam egimus, quorſum B. L. remiſſum ſimul cupimus, tantummodo repetentes, *Suetonii* effatum (in *Caligula* Cap. 60.) ibidem quoque adductum, verum & in hoc noſtro *Caligula* evaſiſſe: *Cæſares*, ſcilicet, *omnes*, *quibus CAJI PRAENOMEN fuit*, *ferro periiſſe, jam inde ab eo*, *qui Cinnanis temporibus fuit ferro occiſus*, ſi ſaltem *patrem C. Julii Dictatoris*, & *Cajum*, Auguſti filium, *Lucii* fratrem, excipias. Tranſimus ad *alteram* perigraphes *vocem*, *CAESARIS* ſcilicet titulum, ad deſignandam *dignitatis* & *generis ſucceſſionem*, ab ipſo uſurpatem, quippe quo vix *notior* alius *extra Romani Imperii fines* erat, *nobiliusque Romanorum Principum vocabulum ab ipſo reperiri poterat*, veluti prius non ſolum *Illuſtriſſ. Spanhemius Diſſert.* VIII. p. 676. ex *Procopii* loco de *bello Perſico*, Lib. II. Cap. 1. ſcribentis: Ὅτι ὁ ΚΑΙΣΑΡ, οὕτω γὰρ τὸν Ῥωμαίων καλοῦσι Βασιλέα Πέρσαι. *Quod CAESAR*, *ita enim Romanorum Imperatorem vocant Perſæ*; & poſterius ex *Juſtiniani Novell. Præf.* rectiſſime deduxit, ita nominis hujus prærogativam extollentis: *Qua de cauſa apud omnes terræ populos nominatiſſimum CAESARIS nomen eſt, & nos præter omnes alias Imperatoriæ Majeſtatis notas eo gloriamur.* Hoc tamen & probe advertendum, *Caligulam* jam CAESAREM & ante Imperium ſuſceptum ab *Auguſto* fuiſſe in Teſtamento dictum; Anno ſcilicet V. C. DCCLXII. à N. C. XIV. ſiquidem *Zonaras* in *Tiberio* diſtincte ſcribit; *GERMANICUM tres filios reliquiſſe*, *quos AUGUSTUS in Teſtamento ſuo CAESARES appellaverit.* Exindeque eruditiſſimus *Pagi Quinquennalia*, & id genus alia Feſta *Caji Caligulæ* deducenda eſſe, exiſtimat in *Diſſertatione Hypatica* p. 197. *AUGUSTI elogium*, quæ *tertia* perigraphes nomenclatio eſt, quæque à priori *Auguſto*, Imperatore, recepta denominatio novo & amplo *cognomini* occaſionem dedit, quo *vivi videntesque Cæſares veluti fuêre conſecrati*, referentibus id *Appiano*, *Suetonio* & *Dione*. Offendimus ergo hanc *Auguſti appellationem* in nummis omnibus prope Caligulæ Cæſaris retentam, non aliter, ac *proprium inſigne ſummi in terris faſtigii ac ſupremæ prorſus poteſtatis*, & quidem in hac averſa non ſolum cum *nomine* illo magno CAESARIS, ſimulque cum *cognomine* GERMANICI *conjunctam*; ſed & quandoque, uti in *Auguſto* vidimus, eandem *ſolam*, verbi gratia CAESAR AUGUSTUS, HADRIANUS AUGUSTUS, &c. &, ſi noſtri attendamus *Græcas* Inſcriptiones: ΓΑΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, CAJUS AUGUSTUS, ceu tales Tabula VI. Num. 33. videre eſt. Ut adeo mirari ſatis non poſſimus, qua ratione *Julius Cæſar Bulengerus*, vir cæteroquin doctiſſimus, ſcribere potuerit in ſuo *Imperatore Romano* Lib. I. Cap. 17. quod *Caligu-*

devant luy, avec un regard & un deſir ſi avide & ſi alteré, qu'il ſembloit qu'il le vouluſt avaler. *Quare* (ce dit) *Seneque* Lib. I. *de Beneficiis* chap. 31. *Cajum Cæſarem Orbi Terrarum præfecit Providentia, hominem humani ſanguinis avidiſſimum, quem non aliter fluere in conſpectu ſuo jubebat, quam ſi ore excepturus eſſet.* Au reſte, pour dire quelque choſe de plus exacte de ſes mœurs: Il ſe ſoüilla d'inceſtes abominables avec ſes trois ſœurs, Agrippine, Julia, & Druſilla, & de toutes autres ſortes de paillardiſes infinies, & des plus infames, par tout ailleurs. Et pour comble de toute infamie, il devint ſi impie qu'il ſe fit venerer en habit d'un Jupiter, d'un Bacchus, & ainſi des autres deïtez. *Philon Juif*, après avoir exaggeré bien au long ſes desbauches, gourmandiſes, yvrongneries, impudicitez, paillardiſes & ſodomies, adulteres & inceſtes deteſtables; & dit que ces deſordres luy cauſerent en fin une maladie tres-griefve dont il cuida mourir & en ſuite il adjouſte qu'il contraignit Tibere fils de Drus de ſe tuer, l'accuſant fauſſement de l'avoir voulu aſſaſſiner. Il adjouſte auſſi que ſon impieté & ſa vanité furent telles, qu'il voulut que tout le monde l'adoraſt & recogneuſt comme Dieu, & qu'alternativement il portoit les habits & ornemens de quelque Dieu, comme de Bacchus, Caſtor & Pollux, d'Hercule, d'Apollon, de Mercure & de Mars, & ainſi des autres; les derniers luy faiſans meſpriſer les premiers. Et Athenée liv. IV. dit, que non ſeulement il ſe faiſoit nommer Bacchus le jeune, mais meſme qu'il en portoit les veſtemens & les marques en public; voire il rendoit juſtice atourné de la ſorte; & que pour loger cette deïté ſelon qu'il eſtimoit que ſa dignité le requeroit, il ſe fit faire un Palais d'une ſi énorme eſtenduë, qu'il enfermoit toute la ville de Rome dans l'enceinte de ſes murailles, comme fit pareillement Neron, ainſi que *Pline* liv. XXXVI. chap. 15. le rapporte ſuccinctement en ces termes. *Bis vidimus urbem totam cingi domibus principum Cai & Neronis, & hujus quidem (ne quid deëſſet) aurea.* Et ce meſme Autheur liv. XVI. chap. 40. remarque qu'il fit dreſſer au milieu du Cirque du Vatican un ſuperbe obeliſque qu'il avoit fait venir d'Egypte dans un vaiſſeau d'une fabrique & capacité ſi prodigieuſe, que le mas qui eſtoit un ſapin, en eſtoit ſi gros, qu'à peine quatre hommes le pouvoient-ils embraſſer. Au reſte il fut ſi prodigue & ſi mauvais meſnager, qu'il trouva la fin en trois ou quatre ans de regne, de ſoixante ſix millions d'or aſſemblez en un par l'œconomie de Tibere. Voiez *Seneque* en ſa *Conſolation*, *a Helvia* Chap. IX. En fin Chærea en dépeſcha le monde, *& cervicem mediam uno ictu diſcidit.* Ce dit le même *Seneque* en ſon livre *Conſtantia Sapientis*, Chap. XVIII. & la haine que le Senat porta à ſa memoire fut telle, que toutes, ou ce que l'on en peut recouvrer de ſes monnoyes & ſtatuës, furent fonduës par ſon ordonnance; dont l'impudique Meſſaline fit faire des ſtatuës à un ſien bouffon nommé *Mneſter*, & à un gladiateur nommé *Silius*, comme *Dion* le remarque liv. LIX. On prit preſage de ſa mort future & prochaine, par l'accident qui luy arriva, comme il cingloit d'Aſtura à Antium. Car en ce traject une Remore, petit poiſſon, ou eſpece de conque, arreſta tout court ſon vaiſſeau, manifeſtant que le cours de ſa vie & de ſa fortune eſtoit achevé; auſſi fut-il tué ſi toſt qu'il fut arrivé à Rome. Voyez *Pline* liv. XXXII. chap. 1. Or Cajus n'eſtoit pas entierement deſpourveu de bonnes qualitez; car il eſt remarqué par Joſephe particulierement liv. XIX chap. 2. qu'il eſtoit bon Orateur, eloquent, diſert, ſçavant en l'une & en l'autre langue, qu'il comprenoit facilement, & reſpondoit ſur le champ avec facilité à toutes ſortes de diſcours qu'on luy pouvoit faire; voire qu'és affaires de grande importance il avoit le don de ſçavoir perſuader ce qu'il vouloit, plus qu'homme du monde, ce qu'il s'eſtoit acquis par l'exercice, & par la bonté, & vivacité de ſon eſprit; ce qu'il tenoit de Germanicus, qui eſtoit excellent en toutes ces qualitez, & en ces exercices. Il dit même qu'il eut un temps quelque ſoin du bien public, & de l'utilité des particuliers; & qu'il commença, & preſque acheva un tres-grand ouvrage, digne de la magnificence d'un genereux Empereur, qu'il fit de grands magazins en pluſieurs havres & ports autour de Rheges & de Sicile, pour mettre en ſeureté les navires de charge, pleines de bleds qui y venoient continuellement d'Egypte, pour Rome & pour Italie. Mais ſes extravagantes dépenſes en choſes folles & vaines, arreſterent ces ouvrages qui demeurerent imparfaits. Car quelles ſommes n'employoit-il à contrefaire tant de metamorphoſes de Dieux en ſa perſonne, par geſtes, habits & paremens divins? deſquels parle *Zonare* plus expreſſément & plus particulierement que tout ce que j'en ay encore remarqué en ces termes: *Deorum Dearumque omnium perſonas agebat, fiebat Juno, Diana, Venus: & pro numinis mutatione habitum quoque mutabat. Proinde alias effœminatus cernebatur, cratere & thyrſum geſtans, alias virilis, clava & leonina pelle ornatus, alias imberbis, alias barbatus: & tridentem ſuſtinebat & fulmen vibrabat, & virginem venatricem referebat.* Et raconte encore un peu apréſ qu'il luy fut dreſſé deux temples dans Rome en ſon honneur, l'un dans le palais par luy meſme, & l'autre par ordonnance du Senat: davantage qu'il ſe fit dedier en ſon nom le magnifique Temple de Hieruſalem ſouz le titre de l'illuſtre Cajus nouveau, ou jeune Jupiter, ἵνα Διὸς ἐπιφανοῦς νέου χρηματίζῃ Γαΐου, ce que Zonare dit avoir eſté diſſimulé par Joſephe, comme il eſt tres vray, mais *Philon Juif* l'avoit remarqué avant que Joſephe euſt peu eſcrire ſon hiſtoire & ſes antiquitez Judaïques. En effet il s'eſtimoit non ſeulement digne du nom de Jupiter: mais même il eſtimoit Jupiter ſon inferieur, le provoquant quelquefois, lors qu'il tonnoit en l'appellant au combat (tant ce rodomont eſtoit extravagant en ſa manie) voicy ce que *Seneque* en remarque en ſon premier livre *de Ira*: *Sicut C. Cæſar, qui iratus cælo, quod obſtreperet Pantomimis quos imitabatur ſtudioſius quam ſpectabat, quodque commeſſatio ſua fulminibus terreretur, prorſus parum certis, ad pugnam vocavit Jovem, & quidem ſine miſſione, Homericum exclamans verſum:* Ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σε. *Tolle me aut ego te. Quanta dementia fuit? Putavit aut ſibi nocere ne à Jove quidem poſſe, aut ſe nocere etiam Jovi poſſe.* Ce qui s'entend, en contrefaiſant ſon tonnerre, avec des machines faites exprés, dont il ſe ſervoit auſſi pour jetter des pierres fort groſſes contre le Ciel, ainſi que *Dion Caſſius* le remarque livre LIX. *TRISTAN.* Tom. I. p. 173.

Caligula nunquam nomen AUGUSTI usurpaverit, seductus *Suetonii* loco Cap. XXII. *Compluribus cognominibus assumptis (nam & PIUS & CASTRORUM FILIUS & PATER EXERCITUUM, & OPT. MAX. CAESAR vocabatur.)* Atque *Dionis*, tradentis, *offensum fuisse Caligulam adclamatione populi exclamantis*: Νεανίσκε Αὔγυστε; *(juvenis Auguste.)* Quasi vero & *Caligula* non *Germanici* cognomen habuerit, quod & illud inter illa, à *Suetonio* adlata, non legatur? *Dio* vero Lib. LIX. non intendit, *Augusti* Nominis usurpationem ipsi derogare, sed saltem νεανίσκε Αὔγυστε, hoc est, *JUVENIS*, seu *adolescentis AUGUSTI*, quod in sui vel *ætatis*, vel *morum*, huic potius ætati, quam gravi Principi, convenientium contemptum, ad contumeliam abripiebat à populo jactatum. Nihiloque minus verum est, quod scribat, *illud Augusti cognomen à Tiberio, Nerone, Galba, Trajano, aliisque fuisse rejectum, à Pio verò, M. Aurelio, Pertinace primum admissum; Antonii nomine dehinc in ejusdem locum suffecto, omissum; post Maximum verò denuò renovatum, à cujus temporibus Imperatores Augusti, non Antonii dicti sint*; recte propterea non solum à *Johanne Tristano* (in *Commentario de nummis Caligulæ* p. 177.) sed ab *Illustriss. Spanhemio* (*Dissertat.* VIII. p. 678.) sequentibus castigatus: *Mira hæc omnia in eo viro, qui ex professo de Imperatorum titulis ac dignitate commentabatur, & qui prisca nummorum lapidumve monumenta debebat hic ante omnia consulere. In iis enim videre potuisset, promiscue ab Imperatoribus post Augustum* (ἀρχὴν & πηγὴν τοῦ Σεβαστοῦ & τοῦ Σεβαστοῦ γένους, *ut Philoni vocatur*) *id cognomen AUGUSTI adsumptum, ne Tiberio quidem excepto, de quo tamen Tranquillus refert, eum AUGUSTI nomen, licet hæreditarium, nullis nisi ad Reges aut Dynastas epistolis addidisse. At neque solum AUGUSTI FILIUS passim in ejusdem nummis describitur, sed aliquoties etiam AUGUSTUS, ut in nummis aliquot aureis aliisque, Tiberius DIVI Filius AUGUSTUS. Unde præter alios Cæsares à Flaviis, Nerva item, Trajano, Hadriano, jam ante Antonium Pium, & post Pertinacem ab omnibus Antoninis, aliisque ante & post Maximinum passim receptum illius usum deprehendas, neque disjunctum ab Antonini nomine. Utriusque enim diversa hic ratio; istud vice gentilis nominis Caracallæ, Elagabalo, aliisque usurpatum; prius verò delatum, ut hæreditarium supremi fastigii cognomentum. Neque enim apud Dionem CALIGULAM AUGUSTI, sed JUVENIS AUGUSTI appellationem sibi delatam in contumeliæ argumentum vertisse, ejusdem Cæsaris nummi cum AUGUSTI titulo satis probant.* Hucusque laudatissimus *Spanhemius*. Addimus, si nostra diversa *Caligulæ Capita*, duabus Tabulis prioribus tradita, & quidem *ultra XL. numero, omniaque AUGUSTI nomen exhibentia*, *Bulengerus* ante oculos habuisset, vix crenæ ejusdem superiora excidere potuisse. De *cognomine GERMANICI*, quod in *Inscriptione* sequitur, in *sequenti numero* dicturi sumus. Cæterum, si nunc ejus *vultum*, pro more nostro, rectè intuemur, haud miramur, tales jam suo ævo, ac in ejus *pueritia*, characteres deprehendisse *Tiberium*, ut sagacissimus senex, & *providus futurorum*, uti *Tacito* Lib. VI. *Annal.* Cap. 46. audit, aliquoties prædicaverit: *Exitio suo, omniumque CAJUM vivere; & se natricem (serpentis id genus.) Populo Romano, Phaëthontem orbi terrarum, educare*, affirmante id *Suetonio* Cap. XI. quod sagacis senis vaticinium ita narrat *Dio* Libro LVIII. p. 635. Ἠγνόει μὲν γὰρ οὐδὲν οὐδὲ τῶν τῷ τοῦ Γαΐου, ἀλλὰ καὶ εἶπέ ποτε αὐτῷ διαφερομένῳ πρὸς τὸν Τιβέριον, ὅτι σύ τε τοῦτον ἀποκτενεῖς, καί σε ἄλλοι. *Nihil enim eorum, quæ Cajo etiam essent eventura, ignorabat: & quodam tempore ei cum Tiberio litiganti, Tu quidem*, inquit, *hunc occides, Te vero alii.* Pergitque *Dio* ibidem: *Tiberius, licet sciret pessimum ipsum futurum Imperatorem, haud illibenter tamen Imperium ei tradidit, ut sua facinora gravioribus Caji occultarentur*, ὅπως τά τε ἑαυτοῦ τῇ τοῦ Γαΐου ὑπερβολῇ συγκρυφθῇ. Imo & ipsi CAJO, orto forte sermone, *L. Sullam* irridenti, ex re & vero prædixisse: *Omnia quidem SYLLAE vitia, & nullam ejusdem virtutem ipsum habiturum*, adnotavit *Tacitus* Lib. VI. *Annalium* Cap. 46. Offeruntur etenim inspicienti *vultum* ejus, natura horridum, *PALLIDUS COLOR,) FRONS LATA & TRUCULENTA quodammodo, OCULI haud MAGNI & EMINENTES, sed PARVI & IMPERESSI, RIGENTESque, CAPILLI RARI ac IN VERTICE NULLI, GRACILIS CERVIX*, è quibus omnibus *sæva* illius ac *scæva mens*, naturaque, satis omnino potest colligi. *Talem* sanè hic Tabula I. & II. contemplamur, *qualem Suetonii* penicillus illum exacte nobis depinxit, Cap. L. *Statura*, scribentis, *fuit eminenti, EXPALLIDO COLORE, corpore enormi, GRACILITATE MAXIMA CERVICIS & Crurum, & OCULIS & TEMPORIBUS CONCAVIS, FRONTE LATA & TORVA, CAPILLO RARO, ac CIRCA VERTICEM NULLO, hirsutus cætera. Quare, transeunte eo, prospicere ex superiore parte, aut omnino quacunque de causa capram nominare, criminosum & exitiale habebatur. VULTUM verò NATURA HORRIDUM ac TETRUM etiam ex industria efferabat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem. PALLIDUM ejus COLOREM*, quem in *vultu* ejus primùm notavimus, *Seneca* etiam in censuram vocat Cap. XVIII. *De constantia sapientis*: *Cajus Cæsar*, inquiens, *inter cætera vitia, quibus abundabat, contumeliosus mirabiliter ferebatur omnibus aliqua nota feriendis, ipse materia risus benignissima. TANTA illi PALLORIS, INSANIAM testantis, fœditas erat.* Parvos oculos ejus de prodigalitate ipsius interpretamur, quem propterea & *Plinius* totidem verbis prodigum principem nominat Lib. IX. Sect. 57. *CERVICEM*, quam de *gracilitate Suetonius* hic saltem notavit, *setis* quoque *obsessam* dixit *Seneca*. Et cum *OCULOS CONCAVOS* ipsi tribuat laudatus *Suetonius*, *RIGENTES* CAJO fuisse, hoc est, qui non circumagerentur; memoriæ prodidit *Plinius* Libro XI. Cap. 37. subque *fronte latentes Seneca* in Libro *De constantia sapientis* Cap. XVIII. *Tanta*, scribens, *oculorum sub fronte anili latentium torvitas &c.* *FRONTEM LATAM* supra quoque ex *Suetonio* observavimus, quæ quid significet, *Aristoteles* omnium optime explicat in *Historia Animalium* I. 8: Μέτωπον, dictitans, οἷς μὲν πλατὺ, ἐκστατικοί. *Quibus frons lata est, mente moveri idonei.* Neque tamen *barbam* conspicimus in facie ejus, *quam*, referente *Suetonio* Cap. X. *Capreis ætatis jam anno vigesimo posuerat*, scribente: *Transiitque ad Antoniam aviam, & inde vicesimo ætatis anno accitus Capreas à Tiberio, uno atque eodem die togam sumsit, BARBAMque posuit, sine ullo honore, qualis contigerat tyrocinio fratrum ejus.* Quæ ejus verba de *anno exacto* intelligenda omnino sunt, quoniam *Caligula* tunc ingressus erat annum *vigesimum primum.* Erratque poinde *Lipsius* in Notis ad *Tacitum*, qui id, *anno vigesimo* ætatis suæ factum esse, existimat, emendatus propterea ab eruditissimo *Antonio Pagi* in Dissert. *Hypatica* p. 202. *CAPILLUM* denique ejus, quod *RARUM* supra dixerat laudatus toties Autor, perstringit & idem

Seneca

Seneca loc. cit. Cap. XVIII. *Tanta capitis destituti, & emendicatis capillis adspersi deformitas &c.* Ex quo & erat, quod supra memoravit *Suetonius*, ut scilicet *non ferre posset prospicientem ex superiore parte domus*, quod putaret, illum de industria *velle contemplari deformitatem capitis, capillis destituti, & honore comæ despoliati*, uti *Beroaldus* rectè super hunc *Suetonii* locum commentatur. Cumque rursus, ex *Suetonii* monitu, *hirsutus cætera*, & ut *Seneca* supra expresserat, *obsessa setis ipsi esset cervix*, (qui præterea *exilitatem crurum & enormitatem pedum* addit) *exitiale suo tempore erat, capram nominare*, quoniam illud, velut *convicium*, ad suam traheret contumeliam. Novimus enim, eandem planè ob causam, etiam *Julianum, Capellam* fuisse nominatum, testante *Ammiano* XVII. *Talia*, scribens, *sine modo strepentes insulæ, in odium venit cum victoriis suis Capella, non homo, ut hirsutum Julianum carpentes.* Fallere ergo hæc *corporis signa* vix posse, ipso eventu satis funesto deprehendit orbis Romanus; talem sequiori tempore se eidem stitit, qui, *Senecæ* judicio Libro I. *De beneficiis, homo humani sanguinis exstitit avidissimus, quem non aliter fluere in conspectu suo jubebat, quam si ore excepturus esset*, quemque (uti in *Consolatione ad Polybium* Cap. XXXVI. loquitur) *rerum natura in exitium, opprobriumque humani generis edidit, & à quo imperium eversum funditus*, & quem *facem generis humani* appellavit *Plinius* Lib. VII. Sect. VI.

Num. 2.

Cajus CAESAR GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus.

Omnia perigraphes vacabula in præcedenti Numero seorsim excussimus, præter *cognomen GERMANICI*, quod nos huic loco reservaturos esse, supra diximus. Notissimum scilicet est, & vix fusa illustratione dignum, *Romanorum Principum studium*, non solum à *devictis*, sed *pacatis saltem*, quandoque *vix visis populis ac provinciis gloriam rerum suarum gestarum, suorumque temporum, vana* quamvis sæpius, uti hic in *Caligula* notabimus, *prædicatione*, undiquaque, & *nummis* inter alia etiam, *celebrandi*. Oppidoque verum est, quod Cl. *C. Patinus* ad *Tranquilli Tiberium* Cap. L. adnotavit: *Laudi hoc Germanorum dictum sit, animi corporisque viribus, præstantium, vix alia ex gente tantam gloriam captasse Romanos, ideoque quo majori quisque Imperatorum ambitione ducebatur, eo lubentius de illis triumphasse. Quamvis satis constet, à nemine unquam penitus fuisse subactos; quin imò de populis nunquam visis, vel aditis, non raro triumphasse Romanos. Hinc tot excitata trophæa, tot erecti arcus, tot acti de Germanis triumphi*; adde nunc; *tot excogitata de iis cognomina!* GERMANICUS ergo ipse appellatus fuit, *non quod in GERMANIA fuerit natus*, licet *Plinius Secundus* eum in TREVERIS, *vico Ambiatino*, supra *Confluentes*, natum scribat, ab ipso *Suetonio* propterea refutatus; sed quod *natus inter Patris de Germanis victorias & triumphos fuerit*, uti existimat *Johan. Hemelarius* in *Explicatione Nummorum Arschot. aureorum* pag. 19. vel quod (nostra sententia, majori cum veri specie) *semel impetum saltem expeditionis GERMANICAE ceperit*, de quo meretur *Suetonius* ipse Cap. XLIII. XLIV. XLV. adduci: *Militiam, resque bellicas SEMEL ATTIGIT, neque ex destinato, sed cum ad visendum nemus flumenque Clitumni Mevaniam processisset; admonitus de supplendo numero Batavorum, quos circa se habebat, EXPEDITIONIS GERMANICAE impetum cepit . . . Nihil autem amplius, quam Adminio, Cinobellini, Britannorum Regis, filio, qui pulsus à patre, cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto. Mox deficiente belli materia, paucos de custodia Germanos trajici occulique trans Rhenum jussit, ac sibi post prandium, quam tumultuosissimè adesse hostem, nuntiari. Quo facto proripuit se cum amicis, & parte equitum prætorianorum in proximam sylvam, truncatisque arboribus, & in modum tropæorum adornatis, ad lumina reversus, eorum quidem, qui secuti non essent, timiditatem & ignaviam corripuit: Comites autem & participes victoriæ, novo genere ac nomine coronarum donavit, quas distinctas Solis, ac Lunæ siderumque specie, exploratorias appellavit.* Quæ, & hujus commatis alia latius ibidem persequitur *Suetonius*, ad quem B. L. ablegamus. Sub prætextu *expeditionis Germanicæ* ipsum & *Galliam* adiisse memorat *Dio* Libro LIX. Ἐς τὴν Γαλατίαν ἀφώρμησε, πρόφασιν μὲν, τοὺς Κελτοὺς πολεμίους, ὡς καὶ παρακινοῦντάς τι κινησάμενος. *Igitur Cajus in Galliam abiit, obtentu GERMANICI BELLI usus, quod is populus aliquid novi motus dedisset* Meminit & hujus expeditionis *Tacitus* Agric. XIII. 4. *Agitasse*, scribit, *C. Cæsarem de intranda Britannia, satis constat, ni velox ingenio, mobilis pœnitentia, & ingentes adversus GERMANIAM conatus frustra fuissent.* Itèmque *Eutropius Breviarii* Libro VI. *Bellum contra GERMANOS suscepit: & ingressus Sueviam, nihil strenuè fecit. Aurelius Victor: Neque secus contractis ad unum legionibus spe in GERMANIAM transgrediendi, conchas umbilicosque in ora maris Oceani legi jussit.* Sane singulariter *GERMANICI cognomine* in nummis se jactasse, testes hi omni exceptione majores sunt, in quorum plusquam *diversis anticis* hoc *cognomen* offendas. Ubi obiter notamus, addimusque notissimum *cognomen CALIGULAE*, (idem ac *parvæ caligæ*, de quo videatur *Nigronius* de *Caligis* III. 2.) quod sicuti *suo* jam *tempore*, ita & *hodierno* ipsi adhæsit, ipsumque non, ut tradit *Ælianus in Libro de divinis manifestationibus*, & ex hoc *Suidas*, propterea, quod in *castris fuerit natus*, sed potius hoc *castrensi joco traxisse, quia manipulario habitu inter milites educabatur, apud quos per hanc nutrimentorum consuetudinem amore & gratia multum valuit*, inquit *Suetonius* Cap. IX. Idemque & *Dio* clarius enunciat, Libro LVII. scribens: Ὃν Γάϊον Καλιγόλαν, ὅτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τὸ πλεῖστον τραφεὶς, τοῖς στρατιωτικοῖς ὑποδήμασιν ἀντὶ τῶν ἀστικῶν ἐχρῆτο, προσωνόμαζον. *Cui Caligulæ cognomen dederant, quod plerumque in exercitu educatus, militari pro urbico pedum tegmine uteretur.* Et *Tacitus* Annal. I. 41. *Quem militari vocabulo Caligulam apellabant, quia plerumque ad concilianda vulgi studia eo tegmine pedum induebatur.* Cui & *Aurelii Victoris* & *Athenæi* jungemus testimonia. *Ille* vero: *Quia natus in exercitu (unde cognomentum calceamento militari quæsiverat) legionibus carus, acceptusque habebatur Caligula. Hic* Libro IV. Καὶ Γάϊος δὲ ὁ αὐτοκράτωρ, ὁ Καλλίγολας προσαγορευθεὶς διὰ τὸ ἐν στρατοπέδῳ γεννηθῆναι. *Cajus verò Imperator cognominatus Caligula, quia in exercitu & castris natus fuisset.* Quorsum & respexit *Ausonius* de eo canens:

Post hunc Castrensis caligæ cognomine, Cæsar
Successit, sævo sævior ingenio.

Nec

(a) *Antii* ergo, referente *Suetonio*, fuit natus, & non in Castris, uti alii existimant, Patre *Germanico* tunc Consule & *Cajo Fontejo Capitone*, ultimo Augusti A. V. C. (765/64) à N. C. 12. A. M. 3961.

Nec non *Suidas: Caligula vocabatur Romanorum Imperator; quoniam à tenera ætate maxima ex parte in castris educatus, militari utebatur subligamine.* (¹) A caligis ergo Caligulam eum nominârunt. *Caliga* autem, an ad *mediam tibiam* adscenderit, an vero *supra genua*, de eo lis est inter doctos, & videri possunt *Nigronius De caliga* loc. citat. IV. 6. *Torrentius* ad *Aug.* Cap. XXV. *Casaubonus* ad *Sueton. Calig.* Cap. IX. *Josephus Castalio* Decad. II. Cap. 1. *Salmasius* in *Pollion. Gallien.* Cap. XVI. *Valtrin.* de militia III. 13. *A. Rubenius* De re vestiaria II. 1. *Lazius Commentar.* R. R. VIII. 13. *M. Dilherrus* Disput. Acad. T. I. Disp. 3. §. 6.

Num. 3.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS. Caput Caligulæ lævam versus, laureatum.

De circumscriptis singulis perigraphes verbis numero præcedenti 1. & 2. jam actum à nobis est. Restat *corona laurea diademate* subnexo fulgens, qua *caput ipsius revinctum* cernimus. Supra verò in *Cæsare* Tab. I. Num. 1. jam observavimus, *hujus gestandæ potestatem* à *Senatu* specialiter ipsi fuisse datam, quam dehinc ab *Augusto*, *Tiberio* & ab hoc nostro *Caligula*, (sicuti & abs cæteris deinceps ejus successoribus in imperio) fuisse *usurpatam*, clarissime & in hoc nostro nummo animadvertimus.

Num. 4.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus.

Cum *hoc caput* easdem *literas*, *positu* saltem *differentes* exhibeat, ac præcedens, nihil amplius, quod addamus, habemus.

Num. 5.

Cajus CAESAR AUGUStus. Caput Caligulæ nudum, dextram versus.

De vocibus circumscriptis Num. 1. & 2. jam vidimus. *Caput* verò, si inspicimus, *nudum* hic perinde ac Num. 1. occurrit. Ut adeo videamus, placuisse iis, *non semper corona laurea redimitum illud exhibere* in suis nummis. Attendimus etiam, *AUGUSTI titulum* cum magno *CAESARIS nomine* solum cohærere, quod in aliis, præterquam Græcis, vix amplius offendemus.

Num. 6.

Cajus CAESAR GERMANICUS AUGustus. Caput Caligulæ nudum, lævam versus.

In hoc Capite, quod attendamus, nihil est, cum omnia in præcedentibus attigerimus.

Num. 7.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus.

In hoc capite *Imperatoris* elogium additum est, quod quid velit, supra in *Cæsare* Tab. I. Num. 14. diximus. Addimus saltem id, quod *Dio* Lib. LIX. de eo memoriæ proditum reliquit, *septimum hoc titulo à militibus fuisse compellatum: Collegerat*, scribens, *ducenta, aut, ut alii asserunt, ducenta quinquaginta millia militum, ab iisque septimum Imperator appellatus est. Eodemque autore*, (Lib. LIX.) neque hoc prætermittimus, *quod sub initium imperii sui non statim Imperatoris nomine jactare se voluerit*, quod ex *præcedentibus nummorum capitibus satis clarè* etiam colligimus. *Nam quum*, scribente, *INITIO se maxime popularem ostentasset, adeo ut nihil ad Senatum aut populum scripserit, neque ullum IMPERATORIS nomen usurpaverit, mox ita regios mores sumsit, ut omnia, quæ tanto imperii sui tempore Augustus, vix ea quidem, & singulatim sibi decreta accepit, quorum nonnulla Tiberius quoque recusavit, hic uno die arripuerit.* Sane paulo post juxta CAESARIS, AUGUSTI, GERMANICI, titulos, etiam uno quasi impetu PONTIFICIS MAXIMI, TRIBUNI PLEBIS, CONSULIS, DIVI AUGUSTI PRONEPOTIS, PATRIS PATRIAE & IMPERATORIS *titulos sumsisse*, sequentia in hac Tabula I. nummorum *capita* satis declarabunt, de quibus singulis suo loco. Monemus tamen, hunc titulum non *prænominis* loco, sed vice *cognomenti*, ipsi in Nummis adhærere, idque supra pluribus in *Cæsare* Tab. I. Num. 14. itemque *Tiberio* Tab. I. Num. 13. ostendimus; Eodemque *duodecies* ad extremum à *militibus fuisse mactatum*, *Dio* adnotavit Libro LIX. & ex hoc *Illustriss. Spanhemius* Differt. VIII. p. 690. Ubi tamen simul probe observat *Vir supra elogium nostrum positus*, illum saltem *Imperatorem II.* ac tantum in nummis vocatum legi, quod exinde factum, recte omnino ibidem credit, *quia ærea Caji numismata post ejus mortem Senatus Consulto conflari jussa*, unde mutila hac in parte Caji historia ad nos pervenit. Somnia proinde sunt, ut cuique statim patet ad oculum, quæ comminiscitur *Harduinus* in *Oper. Select.* pag. 7146. scribens ad titulum nummi: C. CAESAR AUG. GERMANICUS IMP. Est quidem Cajus Cæsar *Germanicus Imp.* sed non est propterea IMP. *Imperator* hoc est, *jure natalium cognomen* quidem habet ab *avo*, *Germanici Imperatoris*; quoniam ex ea *familia* est, ex qua *Senatus* decrevit, cum opus esset, assumendos esse Imperatores; æque atque ex *Augusti Familia. At non alicui tamen exercitui præfectus est à Senatu; nec jus ei summum in exercitus fuit.* Et unde hæreditarium illud cognomen, cum Germanicus, Neronis Drusi filius, *Caligulæ* pater, illud non tulerit, neque in nummis usurpaverit, recte hoc monente *Illustri Spanhemio* pag. 395. edit. noviss.

Num. 8.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus.

Omnia in hoc capite obvia, jam in præcedentibus adfuêre.

Num. 9.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum, dextram verſus.

Ex præcedentibus Epigraphe iſta, quæ hic occurrit, facilè illuſtrari poterit.

Num. 10.

Cajo CAESARi AUGuſto GERMANICO. Caput Caligulæ laureatum, dextram verſus.

Nihil hic obvium eſt, quod non in antecedentibus tactum ſit.

Num. 11.

Cajus CAESAR GERMANICUS PONTifex COnSul DESIGnatus. Caput Caligulæ nudum, lævam verſus.

Solus *Pontificis* titulus reſtat, qui, uti in *Cæſare* Tab. I. Num. 24. oſtendimus, multum apud Romanos *dignitatis* ac *reverentiæ* habebat, ita & *Imperatorum* augebat axiomata. Iſte verò alias *priores* præſumebat *dignitates ſacras*, & inter alias AUGURATUM; ſed *ille* ſtatim pro ea, qua apud vulgum tunc erat *Caligula pietatis opinione*, eaque, qua *Cæſares* pollebant tunc apud vulgum poteſtate, *ad illum* evectus fuit, poſtquam paulo ante accitus à *Tiberio* Capreas, *uno die & togam ſumſiſſet, & barbam poſuiſſet.* Audiamus de illo ipſum *Suetonium* Cap. XII. *Deinde AUGUR in locum fratris ſui Druſi deſtinatus, prius, quam inauguraretur, ad PONTIFICATUM traductus eſt; inſigni teſtimonio pietatis atque indolis: cum deſerta deſolataque reliquis ſubſidiis aula, Sejano verò tunc ſuſpecto, mox & oppreſſo, ad ſpem ſucceſſionis paullatim admoveretur;* itemque *Dionem*, qui adhuc luculentius Libro LVIII. p. 625. Ὁ δ' οὖν Τιβέριος τῶν μὲν ἱερωσύναις ἐτίμησεν αὐτὸν, οὐ μὴν καὶ μετεπέμψατο, ἀλλὰ καὶ αἰτησαμένῳ οἱ ὅπως ἐς τὴν Καμπανίαν, ἐπὶ προφάσει τῆς μελλονύμφου νοσησάσης, ἔλθῃ, κατὰ χώραν μεῖναι, προσέταξεν, ὡς καὶ αὐτὸς ὅσον οὔπω ἐς τὴν Ῥώμην ἀφιξόμενος· ἔκ τε οὖν τούτων ὁ Σηϊανὸς αὖθις ἠλλοιοῦτο, καὶ διότι καὶ τὸν Γάϊον ὁ Τιβέριος ἱερέα ἀποδείξας ἐπήνεσε, καὶ τι καὶ ὡς διάδοχον αὐτὸν τῆς Μοναρχίας ἕξων ἐνεδείκνυτο. hoc eſt: *Tiberius cum SACERDOTIIS CAJUM CALIGULAM EXORNASSET, ad ſe tamen non vocavit; quin etiam petenti, ut ſibi liceret in Campaniam venire, quia ſponſa ſibi pacta ægrotaret, domi manere juſſit, quo ipſe etiam ſtatim eſſet venturus. Hæc Sejanum denuo abalienaverunt, & quod TIBERIUS CAJUM, quum SACERDOTEM FECISSET, collaudaverat, ac nonnihil præ ſe ferebat, quaſi eum eſſet Imperii ſucceſſorem relicturus.* FLAMEN alias etiam AUGUSTALIS & *Quæſtor* in *veteri marmore* ſcribitur, obſervante id & ante nos *Caſaubono* ad *Suetonium.* CONSUL præterea DESIGNATUS in nummo audit, ſed de *quo* pluribus ſequenti numero. Hoc ſaltem hic addentes, hanc nummi averſam cuſam eſſe circa A. V. C. DCCXC. Chriſti XXXVII. illamque adduci à *Goltzio* in *Theſauro* p. 38. & ex hoc ab *Occone* edit. ult. p. 103.

Num. 12.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate COnSul. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus.

Conſulatum primum ejus attendimus, ad *quem* in præcedenti capite dicitur *DESIGnatus*, quæ deſignatio communiter *anno præcedente Conſulatum* fiebat. Geſſit verò eorum *quatuor*, ut hoc anticipemus, referente id *Suetonio* Cap. XVI. *Conſulatus quatuor geſſit: primum ex Kalend. Julii per duos menſes: ſecundum ex Kal. Januariis per triginta dies: tertium in Idus Januarii: quartum usque in VII. Idus easdem.* Ubi, quod non poſſumus non notare, ex *Antonii Pagi* obſervatione in *Prolegomenis Diſſertationis Hypaticæ*, & ſecundum optimorum Chronographorum calculum, *Dionis* puta, *Chronici Alexandrini*, *Caſſiodori* in *Chronico*, *Auctoris Anonymi*, quo *Cuſpinianus* uſus eſt, cujusque fragmentum adfert *Bucherius* libro de *doctrina Temporum*, & fragmenti Conſularis à *Pontano* in fine *Chronici Euſebii* relati, pro *duos* apud *Suetonium* reſcribendum eſſe *tres noviſſimos* conjunxit. *Ex omnibus duos noviſſimos conjunxit. Primum*, qui in *hoc* capite indigitatur, ac ſuffectum Conſulatum iniit *initio* ſtatim *Imperii ſui*, cum populo, ob *memoriam Germanici*, Patris, *acceptiſſimus*, *Romamque profectus*, *omnia ex arbitrio Senatus ſe adminiſtraturum eſſe, promiſerat*, & quidem ex *Kalendis* Julii A. V. C. $\left(\frac{750}{1}\right)$ DCCXC. N. C. vero XXXVII. cum *Tib. Claudio Nerone*, patruo ſuo ac poſtea ſucceſſore, exemplo Auguſti, id docente nos clariſſime *Dione* Libro LIX. Ἐψηφίσθη μὲν οὖν καὶ παραχρῆμα αὐτὸν ὑπατεῦσαι, καταλυθέντων τῶν τε Πρόκλου καὶ τοῦ Νιγρίνου τῶν τότε ἀρχόντων· οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ὑπάτευσε τὸν Κλαύδιον τὸν θεῖον προσλαβών, *Confeſtim ei Conſulatus abrogatus, Proculo & Nigrino decretus eſt.* Pergit: *utque eum deinceps quotannis gereret. Neque vero ea recepit, ſed quum ſex menſibus ii (ad hoc enim tempus Conſulatum acceperant) Conſules fuiſſent, IPSE deinde CONSULATUM INIIT, Collega aſſumpto CLAUDIO PATRUO.* Pauloque poſt: *Hæc in Conſulatu egit Cajus, quem geſſit duos menſes ac dies XII. reliquam ſemeſtris temporis partem tradidit iis, qui jam ante ad id deſignati fuerant*; ac inſuper in eadem nos ſententia confirmantibus *Eruditiſſimo Antonio Pagi* in *Diſſertatione* ſua *Hypatica* p. 200. *C. Mediobarbo* p. 76. Sed & TRIBUNICIAM POTESTATEM cum maxime attendere habemus *prima vice* circa hoc caput occurrentem, quod *ſummi faſtigii vocabulum Auguſtus* repperarat, ut teſtis eſt *Tacitus* Libro III. *Annalium* Cap. 56. ſub *Imperatoris prænomine* & *Tribuniciæ Poteſtatis* per XXXVII. annos ipſi *continuatæ* Titulo, longe majorem exercens poteſtatem; *Caligula* verò Succeſſor hic pariter uſurpavit, ac poſtea pluries & minimum *quartâ vice*, ut nummi teſtes ſunt, continuavit, quod & inter alia comprobat *Inſcriptio* apud *Gruterum* p. 188. 7.

IMP.

IMP. CAES. CAIUS PONT.
MAX. TRIB. P. P. . . . . .
. . . . PP. . . . PROC. . . . . .
ND. . . . . S.

In genere verò notamus ex *Joh. Othonis Brugensis Introductione in historiam Romanam*, *Patres plebi* concessisse *Tribunos*, qui *pro plebe* adversus *injurias* Magistratuum vigilarent, & gravibus eorum edictis intercederent. Eoque ipso primum *Jus Consulare* fuit imminutum. In vestibulo enim *Curiæ*, ubi Senatus habebatur, sedebant, ut quidquid Senatus decrevisset, ita demum ratum haberetur, *si Tribuni adprobassent*. *Unius* itaque *Tribuni*, Collegis reliquis decernentibus, *intercessio* non tantum *reliquorum Magistratuum* edicta, sed etiam *Rempublicam totam* non raro turbabat. Adeoque *Sacrosanctum Magistratum* suum *vulgus* esse volebat, ut eum nemo, sine *capitis sui periculo* bonorum & familiæ publicatione, violaret. *Cæsares* vero semel eam susceptam *perpetuam* gerebant, ut tamen quotannis illam cum Tribunis Plebis renovarent. Hinc & *Spartiano* in *Hadriano*; *Perpetua Tribunicia Potestas* audit.

Num. 13.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICus IMPerator Pontifex Maximus TRibunicia Potestate COnSul. Caligulæ Caput lævam versus, laureatum.

Tituli isti quid velint, Num. 1. 2. 7. 11. & 12. te L. B. uberius docebunt.

Num. 14.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS Pontifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus.

Nihil est, quod observemus, nisi quod hic, *Consulatu primo deposito*, *Tribuniciam* tamen *Potestatem* in Titulis retinuerit Caligula, *Pontificatum Maximum* primo, ut *maximam dignitatem*, ponens semper loco.

Num. 15.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONTifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus.

Litera saltem cum à *præcedenti* differat, ut immoremur, non est.

Tom. I.

Num. 16.

Cajus CAESAR AUGustus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ nudum, lævam versus.

Sicuti *Cæsarem*, Imperatorem, per *omnem vitam* non nisi laureatum in *nummis* offendimus (post *consecrationem* vero *nudo* quoque capite) ita hic *Caligulam*, perinde ac Antecessores ejus, *nudo* quandoque capite *viventem* adhuc *in nummis* observamus. De elogiis ejus in antecedentibus actum, modo addimus, quod *Pontificis Maximi* & *Tribuniciæ Potestatis* dignitatibus, veluti *omnium maximis*, præ aliis & *sæpissime* usus sit in nummis.

Num. 17.

Cajus CAESAR AUGustus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate. COnSul. Caput Caligulæ nudum, lævam versus.

Quod de novo hic monendum sit, nihil occurrit, omnibus in præcedentibus pertractatis.

Num. 18.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus.

Tituli coincidunt omnes cum *præcedentibus*, quare pergimus.

Num. 19.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ nudum, dextram versus.

Indiscriminatim, & *capite laureato* & *nudo*, comparere voluisse *Caligulam* in nummis suis, hoc quoque evincit *caput*, perinde ac *antecedentia* quoque nonnulla: *Cætera* ex antecedentibus satis clara sunt.

Num. 20.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus.

Convenit hoc *ipsum Caput* per omnia cum *illo*, quod Num. 18. dedimus, præterquam quod

duabus *notis monetalibus* gaudeat, exhibentibus *literas:* PRO ex *una* parte, ex *altera* vero MP. uti videtur. Cætera ibi jam dicta sunt. (a) *Notæ* vero istæ impressæ quid significent, divinare equidem, non certò dicere nobis relictum est. Et ut dicamus, quod sentimus, valere illas *Monetam Probam* (vel *Probatam*) *Populi Romani* existimamus, propterea eaque hoc *addi* Caput jussimus, memores moniti *Rev. Patris Joberti*, quod communicat ille in *Notitia Rei Nummariæ* p. 178. *Eruditi studiose requirunt ejusmodi notulas (contremarques) ex quibus pretia nummorum immutata perspicere possunt, fortè, ut apud nos in solidis (souls) videre est, quos vulgus Tappez (notatos) vocat, ab ictu, qui impressionis notam reliquit. Id dolendum tamen, nondum inter Antiquarios de significatione characterum istorum convenire satis. N. PROB. idem quibusdam est ac Nota PRO Batæ monetæ; aliis N. C. A. P. R. Nota Cusa A Populo Romano.*

Num. 21.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS Pontifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ nudum, dextram versus.

Nihil cum differat ab *illo*, quem Num. 19. exhibuimus, nisi quod *aliquibus literis* abundet *perigraphe*, eo B. L. ablegamus.

Num. 22.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS. Pontifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus.

Idem per omnia hoc ipsum est *Caput* cum illo, quod Num. 11. exhibuimus, nisi quod vox *PONtifex* ibidem *pluribus* expressa sit *literis*, eo ergo B. L. remittimus.

Num. 23.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex MAXimus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus.

Coincidit hoc *ipsum Caput* per omnia cum *illo*, quod Num. 18. intuentium oculis exposuimus, nisi quod vox *MAXimus* legatur sic heic scripta, ibi per M. saltem expressa.

Num. 24.

Cajus CAESAR, DIVI AUGusti PROnepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate Pater Patriæ. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus.

Primum, quod in Capitis hujus perigraphe attendendum venit, est, quod se *DIVI AUGUSTI PRONEPOTEM* & non Tiberii Nepotem nominatum in nummo velit, non alio fini, quam vel, ut *conjunctionem vitaret occisorum, & ejus, cujus jussu cædes illæ fuere perpetratæ*, quod *Car. Patino* ad Cap. LIV. *Tranquilli* in *Tiberio* videtur; vel, ut, quod probabilius omnino existimamus, sicut *genus ab ipso se habere testaretur*, ita successionis jure *pari honore venerandum se Populo Romano* sisteret, ac *pari Gloria cumulandum*, cujus erat, citra merita quamvis, *cupidissimus*, de quo pluribus infra ad Tab. III. Num. 2. dicemus. *Augustus* siquidem *adoptaverat Tiberium* privignum, ea lege, ut is *Germanicum* (Caji Patrem) *rursus adoptaret*, hocque nexu DIVI AUGUSTI PRONEPOS in nummo cluit. Ita enim *Tranquillus* in *Tiberio* Cap. XV. *Cajo & Lucio intra triennium defunctis, adoptatur* (Tiberius) *ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa: coactus prius ipse Germanicum, fratris sui filium, adoptare.* Quod & ipse *Justinianus Imperator* attendit *Titul. de adoptionibus: Sic Divus Augustus non ante Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptasset, ut protinus, adoptione facta, inciperet Germanicus ei NEPOS esse. Alterum*, quod prætermittendum hic haud est, est *PATRIS PATRIAE compellatio*, quam hic *literis* saltem *initialibus* signari fecit, in illo vero Num. 30. *totidem verbis* impressa occurrit, de qua *ibidem* plura dicenda habebimus.

Num. 25.

Cajus CAESAR AUGustus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus.

Idem prorsus est *Caput* cum *illo*, quod B. L. Num. 16 deprehendet, sola *laurea* circa *Caput excepta*, quam hic præfert, ut videamus, isto tempore, cum *Pontificis Maximi* & *Tribuniciæ Potestatis* prima vice *Dignitatem* gereret, *indifferenter cum eâdem* voluisse exhiberi, satis sibi ratus se *actu* & *re ipsa* possidere *Imperium*, nec adeo *illius* indigere amplius *indicio*, cujus alias laurea & antea solebat esse.

Num. 26.

Cajus CAESAR AUGustus PONtifex Maximus TRibunicia POTestate III. (Tertium) COnSul III. (Tertium) Caput Caligulæ laureatum, lævam versus.

Hic *Consulatum* modo ejus *Tertium*, quem SOLUS *Lugduni* iniit, A. V. C. DCCXCIII. N. C. XL., prima vice attendimus, de quo *Suetonius* Cap. XVII. *Tertium* (Consulatum) *usque in Idus Januarii gessit.* Et paulo post: *Tertium* (Consulatum) *autem Lugduni iniit solus; non, ut quidam opinantur, superbia negligentiave, sed quod defunctum sub Kalendarum diem Collegam rescisse absens non potuerat.* Et creditur *hic Consulatus* ab eruditissimo *Antonio Pagi in Dissertatione Hypatica* pag. 200. sumptus propter *bellum Britannicum*, ex quo redux ovans Urbem natali suo ingressus est, uti tradit *Sueto-*

(a) Vide quæ de ejusmodi Notis diximus ad *Augusti Nummos* Tab. XXXII. SIGEB. HAVERCAMP.

Suetonius in *ejus vita* Cap. XLIX. *Vetuit etiam quemquam Senatorum sibi occurrere: atque omisso vel dilato Triumpho, OVANS URBEM NATALI SUO ingressus est.*

NUM. 27.

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate III. (Tertium) Pater Patriæ. Caput Caligulæ nudum, dextram versus.

De omnibus hac in Perigraphe occurrentibus *titulis* in præcedentibus egimus, *Patris Patriæ* verò denominationem quod concernit, B. L. ad Num. 30. remittimus.

NUM. 28.

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate III. (Tertium) Pater Patriæ. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus.

Coronâ saltem *laureâ*, quâ *Caput* revinctum est, differt hoc ipsum Caput à præcedente, hinc ad sequens transimus.

NUM. 29.

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate IIII. Pater Patriæ. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus.

Quod singulariter hic observemus, occurrit nihil, præter quod *Tribunicia Potestas IIII.* prima vice hic legatur. Hoc *summi fastigii vocabulum*, inquit *Tacitus*, *Augustus* reperit, *ne Regis aut Dictatoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret.* Sicuti autem *Tribuni* à Plebe constituti oppressis adversus *Magistratus* subsidio veniebant, quos *vi ac verbis* violare capitale erat; ita *hujus Dignitatis* sub *Imperatoribus* ea erat vis, ut *sacro-sanctus Augustus* haberetur instar *Tribunorum*, & eum appellantibus tùm intra *pomœrium*, tùm intra *proximum milliare* opem ferre valeret. Et sicuti AUGUSTUS illam *perpetuam*, teste *Suetonio* Cap. XXVII. *receperat*, ita *TIBERIUS*, (eodem id asserente Cap. IX.) *eandem in quinquennium acceperat. Quarta* verò vice *Caligulam* hanc suscepisse, noster satis comprobat nummus.

NUM. 30.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator PATER PATRIAE. Caput Caligulæ nudum, dextram versus.

Monstrum cum esset *hominis*, eo tamen ejus processerat *ambitio*, & *Gloriæ cupiditas*, ut PATRIS PATRIAE affectaret *cognomen*. De *sequioribus Regiminis sui temporibus* loquimur, non nescientes, quo tripudio Populi sub *initium Imperii* exceptus, ac prosecutus fuerit, super fausta nomina, SIDUS & PULLUM & PUPPUM & ALUMNUM ipsum appellantis, juxta *Suetonii* Cap. XIII. Quod & Excerpta *Sexti Aurelii* Victoris confirmant, in quibus: *Ante Principatum omnibus charus acceptusque fuit, in Principatu vero talis, ut non immerito vulgaretur, atrociorem illo Dominum non fuisse.* Non minus & *Suidas*: *Cajus, Romanorum Imperator, principio res Imperii magnifice administrabat, & omnes subjectos populos, ut decet. Sed post biennium naturæ humanæ oblitus, patris imitatione se Deum fecit.* De *Patris Patriæ* compellatione quamvis laudatus sileat *Autor*, de *PATRIS EXERCITUUM cognomine* hoc tamen nobis prodidit Cap. XXII. *Compluribus cognominibus assumptis, (nam & PIUS & CASTRORUM FILIUS, & PATER EXERCITUUM & OPTIMUS MAXIMUS CAESAR vocabatur) cum audiret &c.* *Dio* verò aliquandiu eundem *primum recusasse*, postea tamen cum reliquis *assumsisse*, clarissime Lib. LIX. memorat: *Eodemque modo aliis omnibus in rebus usus est. Nam cum initio se maxime popularem ostentasset, adeo ut nihil ad Senatum aut Populum scripserit, neque ullum Imperatoris nomen usurpaverit, mox ita Regios mores sumsit, ut omnia, quæ tanto imperii sui tempore Augustus, vix ea quidem & singulatim sibi decreta accepit, nonnulla Tiberius quoque recusavit, hic uno die arripuerit, tantum PATRIS nomine, neque in longum tempus, dilato.* Ut adeo ex nummo erudiamur, & *hoc* non *initio statim Imperii* sui usurpasse, sed ut recte tradit *Dio*, *aliquando distulisse*, *aliquoties* propterea in *nummis repetitum*, præ reliquis selegisse, & amasse, quippe *quod cognomen* jam *Julius* affectaverat & *receperat*, teste *Suetonio* Cap. LXXVI. *Augusto Senatus Universusque Populus repentino maximoque consensu detulerant*, (*Autore* eodem Cap. LVIII.) *Tiberius* verò Successor, adulationis impatiens, *obstinatissimè recusaverat*, uti idem conteſtatur *Suetonius* Cap. XXVII. & LXVII.

NUM. 31.

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus, TRibunicia Potestate IIII. (Quartum) Pater Patriæ. Caput Caligulæ nudum, dextram versus.

Coincidit *hoc Caput* per omnia cum *illo*, quod à nobis Num. 29. jam adlatum est, nisi quod

Caput hic *nudum*, ibi *laureatum* conſpiciatur. Ad ſequens ergo gradum proferimus.

NUM. 32.

Cajus CAESar GERmanicus AUGuſtus IMPerator. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus.

Sola diverſa *titulorum diſpoſitione* differt ab iſtis, quæ ſupra jam attigimus, quare pergimus.

NUM. 33.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERManicus. Caput Caligulæ nudum, lævam verſus.

Ex iis, quæ ad antecedentia jam diximus, omnia ſatis poſſunt intelligi.

NUM. 34.

Cajus CAESAR AUGuſtus PONtifex Maximus TRibunicia POTeſtate IIII. (Quartum) COnSul IIII. (Quartum) Pater Patriæ. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus.

Quæ obſervari in hoc capite poſſent, ſupra jam attigimus. Solus *Conſulatus Quartus* prima vice occurrit. Hic A. V. C. DCCXCIV. N. C. vero XLI. ipſi contigit, Collega uſo *Cn. Sentio Saturnino*, qui ejus conſulatus *Quinquennalibus*, recte cenſente *Eruditiſſimo Pagi*, more conſueto, deſtinatus erat; Sed illum referente *Suetonio* Cap. XVI. *usque in VII. Idus Januarii* (d. 24. Jan.) *ſaltem geſſit*, quo ipſo occiſus fuit.

NUM. 35.

Cajus CAESAR AUGUSTus. Caput Caligulæ nudum, lævam verſus.

Ad ſupra dicta B. L. hic denuo ablegandus nobis eſt, ne idem cum tædio repetamus.

TABULA II.
EXHIBENS
CAPITA CALIGULAE
CUM
GRAECIS INSCRIPTIONIBUS.

NUM. 36.

ΓΑΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. (*CAJUS CAESAR.*) *Caput Caligulæ corona radiata cinctum, lævam verſus.*

Corona radiata, quæ *Caput* ipſius ambit, (3) index eſt, poſt *mortem* hunc nummum fuiſſe ſignatum, hanc præferentem averſam. Siquidem *hæc* non data fuit, niſi *Principibus*, inter *Deos jam relatis*, hocque coronæ genus ſolis *Diis* proprium eſſe, affirmat *Caſaubonus*. De quo imprimis meretur legi *Plinius* in *Panegyrico*: *Horum unum ſi præſtitiſſet alius, illi jam dudum radiatum caput, & media inter Deos ſedes auro ſtaret & ebore.* Volebant verò nonnulli *vivi* etiam inter *Deos* referri, uti de *Nerone* conſtat, proptereaque & vivus hanc coronam geſtabat, nulla re magis indignior, quam hac ipſa, divina æque ac humana pro lubitu proculeans. Dehinc ex *parcitate encomiorum*, & quod non DIVI in nummo adjectum ſit epitheton, colligimus, quanta poſt mortem ejus fuerit apud *Senatum* ac *Populum* veneratio.

NUM. 37.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. (*CAJUS CAESAR.*) *Caput Caligulæ corona radiata ornatum, lævam verſus.*

Per omnia & *Caput* & *perigraphe* cum præcedente conveniunt, niſi quod *duæ voces* ΓΑΙΟΣ & ΚΑΙΣΑΡ

(3) Fallitur, nam in *Græcis nummis* ſæpiſſime corona radiata Cajo & aliis, dum viverent, dari ſolet, neque unquam per Apotheoſin conſecratus fuit Caligula. SIGEB. HAVERCAMP.

ΚΑΙΣΑΡ ibi per literam C, hic vero per Σ expressæ sint. Ut exinde videamus indifferenter hoc tempore fuisse utramque figuram σίγμα usurpatam. Egregie amplius *Illustriss. Spanhemii* confirmant pronunciata, quæ habet *Dissert.* II. *De Præst. & Usu Numism.* p. 54. *Falli præterea ex Nummis patebit eruditos, qui* C *altero* Σίγμα *vulgo vetustius statuunt; quod ex quodam Agathonis apud Athenæum loco, à Viris magnis, Josepho Scaligero in Eusebianis, & Isaaco Vossio ad Melam, erudite jam observatum vidi. Nec id tam arcus Scythici argumento, quam indubia testium fide, mihi fit manifestum; qui in ampla illa Græcorum nummorum copia,* Σ *passim in antiquioribus observo; alterum vero* C *rarius ante Domitiani tempora usurpatum, sequentium demum ætatum proprium & peculiare, ut vix postea prioris illius* Σ *vestigia eadem Nummorum supellex præbeat. Unde male vir doctissimus ad Ammianum,* C *ab Agathone tanquam vetustum Græcorum* σίγμα *designari credidit, aut Scaligerum reprehendit arguentem Ciacconium, qui Stibadium simile dixerat arcui Scythico. Stibadium enim nihil aliud quidem, quàm illud* Σίγμα, *sub* C. *figura traditum, sed infra Agathonis ætatem vulgo usurpatum, ut ad illud Poëta non respexerit illo apud Athenæum loco. Ut mirer etiam* τὸ πάνυ *Salmasium, qui tam multa de antiquis Græcorum litteris haud uno in loco disputavit, alicubi in Solinianis* (Tom. I. p 838.) *adnotâsse, sigma Græcum antiquum formatum ut* C *Latinum.*

Num. 38.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙCΑΡΑ. (*CAJUM CAESAREM.*) *Caput Caligulæ radiatum, lævam versus, pone stella.*

De *corona radiata* ad Num. 36. de *figura* σίγματος C ad Num. 37. jam diximus; sola restat *stella*, *Divinitatis* ipsius argumentum, cum *stellæ* aliàs *æternitatis* exstent symbola.

Num. 39.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ CΕΒΑCΤΟΝ. (*CAJUM CAESAREM AUGUSTUM.*) *Caput Caligulæ radiatum, lævam versus.*

Scriptionem τοῦ σίγματος denuo per C offendimus, de *qua* jam ad Num. 37. satis diximus. Reliqua adsuere: Solum observamus, quod *Augustus* tantum appelletur, & non simul *Germanicus*, quod forte factum, ante quam *Germanici cognomen assumsit.*

Num. 40.

Γάϊος ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS.*) *Caput Caligulæ nudum, dextram versus.*

Sicuti *antecedentia* in hac Tabella *Capita mortuum* eum indicarunt, ita nunc *vivum* sequentia arguent. De circumscriptis vero huic capiti *titulis* ad Tabulam I. satis à nobis dictum est. Modo attendimus, quod hic *Germanicus* absolutè & non *Augustus simul* obsignetur in nummo, ex quo *cognominis hujus æstimatio* apud Caligulam eo clarius datur colligere.

Num. 41.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS AUGUSTUS.*) *Caput Caligulæ nudum, lævam versus, ante stella.*

Licet corona radiata hic Caligulæ Caput non ambiat, ex stella ante faciem tamen posita, hariolari licet, post mortem ipsius hunc nummum fuisse signatum, quam etiam in illo Num. 38. jam observavimus.

Num. 42.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAJUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Caligulæ laureatum, lævam versus.*

Quam indifferenter τὸ σίγμα per C & Σ fuerit expressum, vel ex sola hac elucescit perigraphe. De cæteris dictum est. Adde, quod Augustus solummodo audiat, uti Num. 39.

Num. 43.

Γάϊος ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS AUGUSTUS.*) *Caput Caligulæ laureatum, lævam versus.*

Quod hic moneamus, nihil est, ex antecedentibus cum omnia sint clara.

Num. 44.

Γάϊος ΚΑΙCΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟC. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS.*) *Caput Caligulæ laureatum, lævam versus.*

Si antecedentia evolvantur, quod hic addi possit, vix erit. Germanicus solum appellatur, uti Num. 40.

Num.

Num. 45.

Γάϊον ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*CAJUM CAESAREM GERMANICUM AUGUSTUM.*) *Caput Caji lævam versus, nudum.*

Conjuncti hic iterum comparent tituli, nempe Germanici & Augusti, quos in antecedentibus nonnullis seorsim expresserat. Observamus quoque diversorum casuum Grammaticorum in his nummis usum. Nam sicuti Num. 36. 37. 40. 41. 42. 43. & 44. Nominativo casu nomen suum voluit expressum; ita Num. 38. 39. & hoc 45. & 53. per accusativum videmus scribi, præsertim ab aliis favorem ejus sibi conciliaturis.

Num. 46.

Γάϊος ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΡΧΙΕΡεὺς ΜΕΓας. (*CAJUS CAESAR IMPERATOR PONTIFEX MAXIMUS.*) *Caput Caji laureatum, lævam versus.*

Et τοῦ αὐτοκράτορος (*Imperatoris*) & τοῦ ἀρχιερέως μεγάλου (*Pontificis Maximi*) dignitas in hoc capite primum attendimus, ut exinde videamus, quam studiose à Græce loquentibus populis Imperatoribus suis dati quoque fuerint, ut tamen fatendum sit, nullum parcius in his Caligulæ nummis occurrere quam τοῦ αὐτοκράτορος (*Imperatoris*) & non nisi in hoc solo & Num. 56. Capitibus legi; frequentius vero τοῦ ἀρχιερέως μεγάλου (*Pontificis Maximi*) & δημαρχικῆς ἐξουσίας, (*Tibuniciæ Potestatis*) ὑπάτος (*Consulis*, frequentissime vero omnium τοῦ Καίσαρος (*Cæsaris*) Σεβάστου (*Augusti*,) Γερμανικοῦ (*Germanici.*)

Num. 47.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜανικὸς ΑΡΧιερεὺς ΜΕΓας ΔΗΜαρχικῆς ΕΞοΥσίας. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS MAXIMUS TRIBUNICIA POTESTATE.*) *Caput Caji nudum, lævam versus.*

Nihil heic, quod ulterius observemus, nobis obviat, quare pergimus.

Num. 48.

ΓΑΙΟC ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑCΤΟC ΑΡΧιερεὺς ΜΕΓας ΔΗΜαρχικῆς ἐξουσίας. (*CAJUS CAESAR AUGUSTUS PONTIFEX MAXIMUS TRIBUNICIA POTESTATE.*) *Caput Caji nudum, lævam versus, pone sceptrum.*

Omnia in præcedentibus adfuêre capitibus, solo sceptro à tergo excepto, quod & in sequenti observamus capite. Hoc vero cum Jovi communiter tribui soleat, notumque sit, Cajum pro Jove haberi voluisse, & hoc suum insigne nummis intulit. Ita enim *Aurelius Victor de Cæsaribus* Part. II. DEORUM HABITU INCEDEBAT; cum JOVEM se ob incestum; ex thoro autem Bacchanali Liberum se assereret.

Signum militiæ Chærea Cassio, Tribuno cohortis Prætoriæ, suo percussore, petente, JOVEM dedit, cui Chærea regessit: *Accipe ratum*, vel, ut alii, in his summus *Gronovius*, rectius legunt, IRATUM. Quid mirum ergo, si pridie quam periret somniaverit quoque consistere se in cœlo juxta solium Jovis, impulsumque ab eo dextri pedis pollice & in terras præcipitatum, immo quod inter futuræ cædis suæ prodigia & hoc fuerit, quod Olympiæ simulacrum Jovis, quod dissolvi transferrique Romam placuerat, tantum cachinnum repente ediderit, ut machinis labefactatis opifices diffugerint.

Num. 49.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒαστὸς ΓΕΡΜανικὸς ΑΡΧιερεὺς ΜΕΓας ΔΗΜαρχῆς ΕΞοΥΣίας ΥΠΑτος. (*CAJUS CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS PONTIFEX MAXIMUS TRIBUNICIA POTESTATE CONSUL.*) *Caput Caligulæ nudum, lævam versus, à tergo sceptrum.*

Consulatus dignitatem præter cæteras hic præsens nummus exhibet & propterea à præcedenti differt, reliqua omnia cum antecedentibus habens communia.

Num. 50.

Γάϊος ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΣΕΒαστὸς ΑΡΧΙΕΡεὺς ΜΕΓας ΔΗΜαρχικῆς ΕΞοΥΣίας Δ. ΟΥΠΑΤΟΣ Γ. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS AUGUSTUS MAXIMUS TRIBUNICIA POTESTATE QUARTA, CONSUL TERTIUM.*) *Caput Caligulæ laureatum, lævam versus.*

Hic Tribunicia Potestas IV. cum Consulatu Tertio conjuncta cernitur, ex quo patet, has dignitates non uno eodemque tempore iniisse, quod & supra in Cæsare à nobis sæpius observatum fuit. Illa autem utraque incidebat in annum 793. Christi vero 40.

TABU-

TABULA III.
CONTINENS
CAESARIS CALIGULAE
NUMMOS AUREOS.

Num. 1.

Cajus CAESAR AUGustus GERManicus *Pontifex Maximus* TRibunicia POTestate. *Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num.* 25.

vel

Cajus CAESAR AUGustus PONtifex *Maximus* TRibunicia POTestate III. (*Tertium*) COnSul III. (*Tertium*) *Caput Caligulæ laureatum; lævam versus respiciens, uti Tab. I. Num.* 26.

Senatus PopulusQue Romanus Patri Patriæ OB Cives Servatos. Intra aream in corona quernea.

Pervulgatum eſt, *querceam coronam* illis ſaltem olim fuiſſe datam, qui *cives* in bello *ſervaverant.* Sed cum ex Hiſtoria conſtet, *nullum* admodum celebrius Cajum geſſiſſe *bellum*; oppido liquet, hæc verba vel *adulationis cauſa* à *Senatu Populoque Rom.* nummis fuiſſe impreſſa, ut tacite ipſum monerent, *à qua* inprimis *virtute imperium eſſet auſpicandum*, nempe à paterno affectu, & nobiliſſima omnium *Clementiæ* laude; vel quod imperium auſpicatus ſuum, *Urbi cives* quaſi *reſtituerit*, *à tyrannide liberatos*, quod non minoris omnino virtutis eſſet, ac ſi in bello à gladii furore iſtos *ſervâſſet.* Prius, quod innuimus, totidem verbis confirmat *Dio* Lib. LIX. *Collegerat ducenta, aut, ut alii aſſerunt, ducenta quinquaginta millia militum, ab iisque Septimum Imperator appellatus eſt, quum NEQUE UNQUAM COLLATIS SIGNIS VICISSET, NEQUE OMNINO QUENQUAM EX HOSTIBUS OCCIDISSET. Imperatorem* tamen voluiſſe videri, ac ab omnibus pro iſto haberi, hoc itidem nobis inculcat laudatus *Dio* Lib. LIX. *Omnibus perfectis, thoracem, qui Alexandri fuerat, (ſic enim perbibebat) & ſupra eum chlamydem ſericam purpurei coloris, multo auro, multisque gemmis Indicis ornatam induit; gladioque ſe aecinxit, & clypeum ſumſit, QUERNEA CDRONA CAPITI IMPOSITA*; καὶ δρυὸς ἐστεφανώσατο. Itemque Excerpta ex libris *Sexti Aurelii Victoris*: *In ſpatio trium millium, quod in ſinu Puteolano inter moles jacet, duplici ordine naves contexens, arenæ aggeſtu ad terræ ſpeciem viam ſolidatam, phalerato equo, inſignis QUERCEA CORONA, quaſi TRIUMPHANS, indutus aureo paludamento, curru bijugi decurrit.* Inſigne ergo ex hoc monumento *Senatus Populique* Romani *adulandi ſtudium* notamus, *civicam coronam Caligulæ decernentis*, cujus vero verba inſcripta per *antiphraſin* tacitè potius, & veriori pronunciato interpretabantur: *Senatus PopulusQue Romanus Peſti Patriæ OB Cives Spoliatos, (Sublatos;)* Veritatemque ejus hic clariſſime palpamus, quod ſcribit *Johannes Otto Brugenſis* in *introductione in Hiſtoriam Romanam* p. m. 79. *Senatus Populusque & Magiſtratus omnes ad aſſentationem unius verſi, majorum ſuorum obliti fortitudinis & libertatis, aliud nihil, quam TITULOS INANES & INGLORIOS HONORES curabant, quibus viciſſim Cæſares crudeliter & turpiter abuſi, inſolentiſſimi exſtiterunt.* Imo quod olim jam animadvertit *Plinius* Libro XVI. Cap. 4. *Hinc civicæ coronæ, militum virtutis inſigne clariſſimum, jam pridem vero & clementiæ Imperatorum, poſtquam civilium bellorum profanatione meritum cœpit haberi CIVEM NON OCCIDERE.* Poſterius nobis prodit *Suetonius* Cap. XV. *Pari popularitate DAMNATOS RELEGATOSQUE RESTITUIT; criminumque, ſi qua reſidua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit.* Et luculentius adhuc *Dio* Libro LIX. Ἔπειτα τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὄντας, ἀπέλυσεν· Ὧν εἷς ἦν Λούκιος Πομπώνιος ἑπτὰ ὅλοις ἔτεσιν ἐν τῷ οἰκήματι μεθ' ὑπατείαν κακωθεὶς, τά τε ἐγκλήματα τῆς ἀσεβείας (οἷς περ καὶ τὰ μάλιστα πονουμένους σφᾶς ἑώρα) κατέλυσε, καὶ τὰ γράμματα τὰ περὶ αὐτῶν, ὅσα ὁ Τιβέριος καταλελοίπει, σωρεύσας κατέκαυσεν. h. e. *Deinde eos, qui in carcere erant, dimiſit, inter quos Lucius Pomponius ſeptem totos annos à Conſulatu ſuo ibi miſere habitus; actiones læſæ pietatis erga Principem, quibus urbem maxime vexari videbat, ſuſtulit; libellosque de iis à Tiberio relictos, congeſtos exuſſit.* Ὡς ἐν παρόδῳ addimus, civicas coronas ſuper lauros in veſtibulo ædium Palatinarum Imperatori Auguſto fuiſſe poſitas, teſte *Dione* Libro LIII. quas recuſaſſe *Tiberium* ex Cap. XXVI. ejusdem vitæ, *Suetonio* Autore, novimus, ne ſe Auguſto æquare videretur, de quo conſuli poſſunt *Paſchalius De coronis* VII. 9. & *Bulengerus de Triumphis* Cap. XIII. Vulgavit hunc rariorem nummum & olim *A. Rubenius* in *Croyaci Ducis Numiſm.* Tab. XVIII. Num. 4. *Joh. Valens* in *præſtantioribus aureis* p. 55. *Joh. Hemelarius* in *Nummis Arſchotanis aureis* Tab. V. Num. 8. & 11. p. 19. *C. Mediobarbus* in *Catalogo nummor. aur. Petri Mauroceni* pag. 11. *Joach. Udanus* in *Romana potentia* Tab. III. Num. 8. pag. 30.

30. & exſtat hodie in *Theſauro Regio Pariſienſi* itemque *Schwartzburgico*.

Num. 2.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERManicus Pontifex Maximus Tribunicia POTeſtate COnSul. Caput Caligulæ nudum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 17.

Caput Auguſti corona radiata ornatum lævam verſus, hinc & inde ſtella intra coronam lauream ſine epigraphe.

Quam diligentes inter alia fuerint in conſervanda *Majorum* ſuorum *gloria primi Cæſares*, ex hoc *Caligulæ nummo* ſatis clare datur intelligere, qui ſanctam ſibi admodum *proavi ſui* memoriam hoc monumento aureo cum maxime eſſe volebat. *Radiatam* quando ipſi imponi curavit *coronam*, *Divinitatis* ipſius argumentum eſt, ac *conſecrationis*, interque *Deos* dudum *recepti*. *Duo* verò *ſidera* quando & ipſi ſimul adjecit, *avum ſuum*, *Druſum*, ſine dubio, & *Germanicum*, *Patrem*, deſignare iisdem voluit, eosque, velut ex *divina hac ſtirpe* deſcendentes, ſingulariter hoc monumento honorare. Multum autem ut æſtimaret *Auguſtum*, *pietas* ipſi ſuadere non tam videbatur, quam quod de *majeſtate ipſius*, qua apud univerſum vulgus jam dudum per omnem vitam fuit, *participare* ſe *hac ratione*, *crederet*, ex *ſanguine* videlicet *ejus* ſic etiam prognatus. Prædicabat propterea (referente *Suetonio* Cap. XXIII.) *MATREM ſuam ex inceſto*, *quod AUGUSTUS cum Julia filia commiſiſſet*, *procreatam*. Jactabat, *Livia Oreſtilla* (*C. Piſoni* quæ nupſerat) abducta, matrimonium ſibi repertum, exemplo *Romuli* & AUGUSTI, juxta *Suetonium* Cap. XXV. Propterea & inter alia opera ſub Tiberio ſemiperfecta *Templum AUGUSTI* præ cæteris abſolvit, totidem verbis id iterum referente *Suetonio*, Cap. XXI. de quo pluribus infra ad Tab. IV. Num. 1. Et ut majorem ex majorum gloria ſibi pararet autoritatem, *aviam Antoniam* (*Dionis* verba ſunt) *AUGUSTI Sacerdotem fecit*, *& orationem habuit*, *non tam Tiberii laudes*, *quam AUGUSTI & GERMANICI MEMORIAE apud Populum RENOVATIONEM*. Et quid multis? Ipſi Tabula I. Num. 24. 27. 28. 29. & 31. *nummos* exhibemus, in quorum *anticis* inter alios & hoc comparere voluit *titulo*: DIVI AUGUSTI PRONEPOS. Et ut Stemma ejus neminem fugiat, in alio *aureo nummo* infra Num. 11. proferendo, *Germanici* Patrem *Tiberium*, avum *Auguſtum*, inſculpi voluit. Nummum hunc rariorem communicat inſuper *Job. Valens* in *præſtantioribus aureis* p. 55. & 56. *Paolo Pedruſi* in Libro, inſcripto *i Ceſari in oro, Raccolti nel Farneſe Muſeo* Tab. III. Num. 8. ubi falſo, ut credo, tres ſtellæ, nempe duæ ante faciem & una pone conſpiciuntur, incuria forte Sculptoris. *C. Mediobarbus* p. 77. *ſtellis circumdatum caput* eſſe, ſcribit, cum tamen utrinque ſaltem *ſint duæ, anticamque ejus* omiſit. Exſtat hodie in *Theſauro Schwartzburigico*, ſicuti etiam viſitur in *Regio Pariſienſi*, & olim eum quoque poſſedit *Dominus de Monjeux*, apud quem *B. Morellius* ipſum deprehendit.

Num. 3.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tabula I. Num. 25.

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ nudum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 16.

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus PONtifex Maximus TRibunicia POTeſtate. III. (*Tertium*) *COnSul III.* (*Tertium*) *Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num.* 26.

DIVUS AUGuſtus PATER PATRIAE Caput Auguſti corona radiata ornatum, lævam verſus.

Luculentius adhuc hic ipſe confirmat nummus, quod antecedentis occaſione monueramus, *fuiſſe* ſcilicet *priores Cæſares ſtudioſiſſimos propagandæ augendæque majorum ſuorum gloriæ*, ex *renovata* iterum iterumque *illorum memoria*, *populoque* ſubinde *variis monumentis commendata*, ipſi lucem ac ſplendorem exinde capientes maximum. Remittimus ergo B. L. ad numero antecedenti dicta, ſolum addentes, uti in hoc *Proavi ſui memoriam* renovatam voluit, ita in ſequenti *Matris* ſuæ, *Agrippinæ*, recordationem æternitati commendâſſe; *Patrisque Patriæ cognomen* hic in nummo exſtare voluiſſe, quod *Julius Cæſar* affectans decerni ſibi jam à Senatu paſſus fuerat, *Auguſtus* verò optimis regendi artibus communique veluti applauſu meruerat, inter *DIVOS* nunc *verſans*, *Imperii Romani* ex ipſorum mente curam habens ſingulariter. Cuſas priores tres remur A. O. 3999. V. C. ($\frac{790}{1}$) I. C. XXXIX. *M. Apulejo Juliano* & *P. Nonio* Aſprenate COSS. poſteriorem anno ($\frac{792}{3}$). Siſtit & illum non ubivis obvium nummum *Job. Valens* in *præſtantioribus aureis* pag. 54. *Paolo Pedruſi* in Libro, inſcripto: *I Ceſari in oro Raccolti nel Farneſe Muſeo* Tab. III. Num. 9. *C. Mediobarbus* p. 76. *Occo edit. ult.* p. 104. Poſſedit olim eum *Dominus de Monjeux*, & hodie *pars eſt Theſauri Schwartzburgici*, itemque *Regii Pariſienſis*.

Num. 4.

Cajus CAESAR AUGustus, GERManicus Pontifex Maximus, TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 25.

vel

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex MAXimus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 23.

vel

Cajus CAESAR GERMANICUS PONTifex MAXimus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, uti est apud Occonem edit. ult. p. 103.

vel

Cajus CAESAR AUGustus PONtifex Maximus TRibunicia POTestate III. (Tertium) COnSul III. (Tertium) Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 26.

vel

AGRIPPINA MATer Caji CAESaris AUGusti GERManici. Caput Agrippinæ ornatum, lævam versus.

Ex *Agrippinæ* historia, supra in *Familia Augusta* uberius exposita, nondum memoriæ excidit, *Cajum* tunc statim, cum Imperium adeptus esset, *in Pandatariam Insulam, tempestate quamvis turbida, se recepisse, ibique collectos Agrippinæ, matris, cineres in urnam condidisse, ac secum magna cum veneratione retulisse Romam, inque Augusti Mausoleum condidisse*; in ejus postea perennantem memoriam *honores* imperâsse *amplissimos*, *ludos instituisse Circenses*, *Carpentumque, quo in pompa traduceretur, decrevisse, nummos etiam ex auro & argento eidem dicâsse*, &, quod observatione oppido dignum, non *una vice* quidem, sed *tribus* minimum diversis, uti luculentissimè hoc ex *diversis aversis* datur colligere; nempe non solum tunc, cum *prima vice Tribuniciam Potestatem* suscepisset, scil. A. V. C. $\left(\frac{790}{1}\right)$ I. C. XXIX. *M. Aquilio Juliano & P. Nonio Asprenate Coss.* sed & cum *Tertiam & Quartam* sustineret, hoc est anno $\left(\frac{792}{3}\right)$ & $\left(\frac{793}{4}\right)$. Cujus equidem *ultimæ*, quartæ scilicet, rarissimum monumentum in argenteo ac subærato conservatur, qui est in *Thesauro Schwartzburgico*, infra quoque afferendo. Audiamus de priori *Dionem*: *Ejus ossa & fratrum, defunctorum, sua manu legit, & Romam allata in Augusti sepulchro condidit.* De utroque *Suetonius* Cap. XV. *Tiberio cum plurimis lacrymis pro concione laudato, funeratoque amplissime, confestim Pandatariam & Pontias ad transferendos MATRIS fratrisque cineres festinavit, tempestate turbida, quo magis pietas emineret: adiitque venerabundus, ac per semet in urnas condidit. Nec minore scena Ostiam, præfixo in biremis puppe vexillo, & inde Romam Tiberi subvectos, per splendidissimum quemque equestris Ordinis medio ac frequenti die duobus ferculis Mausoleo intulit. Inferiasque his annua religione publice instituit, & eo amplius MATRI Circenses, Carpentumque, quo in pompa traduceretur.* Clarissima ergo habemus *pietatis Imperatoris* erga *Matrem, Juliam Agrippinam, Germanici* uxorem, *M. Agrippæ & Juliæ* filiam, vestigia, per nummos etiam contestata. Et uti ejus *Carpentum* supra in nummis observavimus pluribus, ita ejusdem *memoriam aureo* hoc *monumento, duobus diversis temporibus.* Quando scilicet *Tribuniciam Potestatem primum & tertium* gereret, repetito, perenniorem sine dubio voluit *Caligula*, jubens; ut ex una nummorum parte *Agrippinæ* imago imprimeretur, ex altera *sui ipsius effigies*, ut loquitur *Æneas Vicus* in *Imag. August.* quod & supra jam exhibuimus in *Agrippinæ* nummis *aureis* Num. 2. & 3. Luci & hunc nummum olim exposuit publicæ *Joh. Valens* in *præstantioribus aureis* p 53. & 54. *A. Rubenius* in *auctis nummis Arschotanis* Tab. XVIII. Num. 6. & 7. *Joh. Hemelarius* in *nummis aureis Ducis Arschotani* Tab. V. Num. 9. & 12. p. 19. *Paolo Pedrusi*, in Libro, inscripto *I Cesari in ora Raccolti nel Farnese Museo* Tab. III. Num. 7. *C. Mediobarbus* p. 76. & 78. *Occo* edit. ult. p. 103. & 105. Hodie & pars est *Thesauri Regii Parisiensis* itemque *Schwartzburgici*, olimque illum possedit *Dominus de Monjeux.*

Num. 5. & 6.

Cajus CAESAR AUGustus PONTifex MAXimus TRibunicia POTestate. Capita Caligulæ & Drusillæ jugata lævam versus.

JULIA AGRIPPINA. Capita Juliæ & Agrippinæ ornata, invicemque opposita.

Mirum planè non est, quod *Caligulæ & Drusillæ capita* in aversa *conjuncta* offendamus, cum ex *Suetonio* sciamus, *istam* ex *sororibus* præ cæteris *dilexisse, & in modum justæ uxoris propalam habuisse.* Verba ejus Cap. XXIV. hæc sunt: *Ex his* (tribus Sororibus) *DRUSILLAM vitiâsse virginem prætextatus adhuc creditur, atque etiam in concubitu ejus quondam deprehensus ab avia Antonia, apud quam simul educabantur. Mox Lucio Cassio Longino Consulari collocatam abduxit, & in modum JUSTAE UXORIS propalam habuit. Hæredem quoque bonorum atque imperii æger instituit.* Et, postquam de luctu super illius mortem nonnulla est præfatus, pergit: *RELIQUAS SORORES* (*Juliam & Agrippinam*) *NEC CUPIDITATE TANTA, NEC DIGNATIONE DILEXIT, ut quas sæpe exoletis suis prostraverit. Quo facilius eas in causa Æmilii Lepidi condemnavit, quasi adulteras, & insidiarum adversus se conscias.* De amore erga *Drusillam* satis dictum, de *duabus cæteris sororibus* infra pluribus dicendi erit locus, Tabula nempe IV. Num. 3.

Rariſſimus hic ex *auro* nummus pars eſt *Theſauri Schwartzburgici*, olimque eundem *Hamburgi* poſſedit *Nob. Hedenus.*

Num. 7.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ nudum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 16.

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 25.

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate COnSul. Caput Caligulæ nudum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 17.

GERMANICUS CAESar Pater Caji CAESaris AUGuſti GERManici. Caput Germanici nudum, lævam verſus.

GERMANICI, *Patris*, *Druſi*, *minorisque Antoniæ* filii, *Tiberii* Patrui, ac ob res præclarè in *Germania* & *Oriente* geſtas, *Imperatoris* ac *Cæſaris* triumphantis, à *Tiberio* verò fraude ac veneno, ut ſuſpicio fuit, *Antiochiæ* ætatis anno XXXIV. exſtincti, memoriam ſanctius, *monumento* etiam *aureo* cultam à *filio*, *paternorum beneficiorum magis memore*, quàm *paternarum virtutum æmulo*, *Cajo*, *Imperatore* (*utriusque faciebus* in nummo conjunctis) offendimus, *cujus* aliàs *chara apud Populum erat univerſum*, *cujusque* gratia, & in nunquam intermorituram *ipſius memoriam*, *Septembrem* Menſem *Germanicum* appellaverat, afferente id denuo *Suetonio* Cap. XV. *Tanta ſcilicet Imperatorum erat calliditas, ut, quos in magno apud vulgum ſciebant honore ac pretio, eorum gloriam, præſertim, ſi de illa participarent ipſi, augere indies, quovis ſtuderent modo. Germanici* antem Patris quæ dignatio? *Sic vulgo favorabilis*, inquit *Suetonius*, Cap. LXIV. *ut plurimi tradant, quoties aliquo adveniret; vel ſicunde diſcederet, præ turba occurrentium proſequentiumve nonnunquam eum diſcrimen vitæ adiiſſe.* Traditque *idem Autor* Cap. VI. cum rumor, licet falſus, de ejus reſtitutione in priſtinam ſanitatem Romam eſſet adlatus, *paſſim cum luminibus & victimis in Capitolium concurſum eſſe, ac pene revulſas Templi fores, ne quid geſtientes vota reddere moraretur, expergefactumque è ſomno Tiberium gratulantium vocibus atque undique concinentium: SALVA ROMA, SALVA PATRIA, SALVUS EST GERMANICUS.* Auxerat autem magis *ejusdem Gloriam*, eodem prodente *Suetonio* Cap. VI. in *Calig.* inſequentium temporum atrocitas; *Auxit*, inquiente, *gloriam deſideriumque defuncti etiam atrocitas inſequentium temporum, cunctis nec temerè opinantibus, reverentia ejus ac metu repreſſam Tiberii ſævitiam, quæ mox eruperit.* Hoc ergo cum nôſſet *Caligula*, jactare ſe *ejus* & *Auguſti*, proavi, *memoria* apud Populum quavis occaſione non intermittebat, quod probè inter alia & *Dionis* inculcant verba: *Aviam ANTONIAM, AUGUSTI Sacerdotem feciſſe, & Orationem habuiſſe NON TAM IN TIBERII laudes, quam AUGUSTI & GERMANICI MEMORIAE apud POPULUM RENOVATIONEM.* Luculentiora vero *hujus* ſuæ *artis* veſtigia in ipſis *nummis* obvia ſunt, in quibus quippe non ſolum, ut ſupra, *AUGUSTI memoriam*, ſed &, ut in *hoc* noſtro, *GERMANICI conſecratam* ac *æternitati traditam* deprehendimus. *Vultum* etiam ejus ſi intuemur, exactè ille convenire videtur cum *verbis Suetonii* Cap. III. *Omnes Germanico CORPORIS ANIMIQUE virtutes, & quantas nemini cuiquam contigiſſe ſatis conſtat. FORMAM & fortitudinem egregiam: ingenium in utroque eloquentiæ doctrinæque genere præcellens: benevolentiam ſingularem, conciliandæque hominum gratiæ ac promerendi amoris mirum ac efficax ſtudium*; Quæ omnia, ut diximus, ex nummo clarius eluceſcunt, ſupra jam quoque in *Familia Auguſta* Tab. XI. Num. 1. 2. & 3. ſub nummis *Germanici* à nobis adducto.

Siſtit hunc nummum *Joh. Valens* in *præſtantioribus aureis* p. 55. *C. Mediobarbus* p. 76. *C. Patinus* in *Theſauro minori aureorum* p. 6. Pars etiam hodie eſt *Theſauri Regii Pariſienſis* itemque *Schwartzburgici*, & olim illum quoque poſſedit *Dominus de Monjeux.*

Num. 8.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 4.

Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate ITERum. Victoria inſidens globo, dextra lauream tenet.

Vix *Victoriam*, ut ſymbolum relatæ ab hoſtibus *inſignis Victoriæ Cajo* attribuere poſſumus, cum ſciamus, *nullum* ſub *Tribunicia Poteſtate ſecunda bellum* ab ipſo fuiſſe geſtum, multoque minus ſigna *Victoriæ* in nummis mereri potuiſſe, quod ſupra Tabula hac III. Num. 1. pluribus probatum dedimus, ſed credimus potius, *eam* ut *Deam* hic ſedere, cujus *Templum* erat in *regione Fori Romani*, *inſidetque* illa hic *globo*, velut indicatura, *qua arte univerſus prope Orbis Imperio Romano fuerit ſubjectus*, quod & ſupra in nummis *Auguſti* ac *Cæſaris* obſervare licuit. Publicavit jam illum rariorem aureum *Joh. Valens* in *præſtantioribus aureis* p. 55. *C. Mediobarbus* p. 77. qui tamen *anticam omiſit*, à *Joh. Valente*, ad quem provocat, omiſſam, ſed nos ex nummis aureis *Regis Galliæ*, *ichthyocolla* expreſſis, reſtituimus eandem. Exſtat hic ipſe *Quinarius* hodie in *Theſauro Verſalienſi.*

NUM. 9.

Caput Augusti radiatum sine stellis & epigraphe.

Quod de *singulari primorum Imperatorum*, suorum *Majorum & Parentum*, velificandæ *Gloriæ studio*, supra Tabula hac III. Num. 2. 3. & 7. diximus, hoc quoque nummo nostro confirmatur amplius. Et sicuti supra *stellam* utrinque *capiti* adjecerat; ita *nudum caput*, toto Orbi aliàs notissimum, solo *Divinitatis* argumento, corona radiata scilicet, quo venerabilior omnibus esset *ejus vultus*, notaverat. Hunc nummum jam protulerunt *Joh. Valens* in *præstantioribus aureis* p. 55. & ex eo *C. Mediobarbus* p. 77. qui tamen anticam ejus cum illo omisit.

NUM. 10.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex MAXimus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 23.

vel

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 18.

vel

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab II. Num. 70.

AGRIPPINA DRUSILLA JULIA. Tres Caji sorores stantes, sinistris cornucopiæ, dextris bilances tenentes.

Tres in nummo offeruntur *Caji sorores*, quas, sicut *omnes vitiâsse* Auctores memorant; ita *& omnes* nummo exhibere placuit; quarum typus infra cum denuo Tab. IV. Num. 3. occurrat, eo B. L. ablegamus, plura ibidem de iisdem dicturi. Sistunt hunc nummum *Levinus Hulsius* in *Romanorum Numismatum serie* p. 9. *C. Mediobarbus* pag. 76. & 77. *Johannes Hemelarius* in *nummis aureis Arschotanis* Tab. V. Num. 10. itemque *C. Patinus* in *Suetonio nummis illustrato* p. 203. *Occo* edit. ult. p. 104. qui pro MAX. M. saltem habet, uti in aversa supra eum exhibuimus.

NUM. 11.

Cajus CAESAR AUGustus PONtifex Maximus TRibunicia POTestate III. (Tertium) COnSul III. (Tertium) Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 26.

GERMANICUS CAESar TIberii AUGUSTi Filius DIVI AUGusti Nepos. Caput Germanici nudum, dextram versus.

Singulare *Germanici* monumentum à *Caligula* in nummo erectum Num. 7. præcedente jam vidimus. Sed uti ibi saltem *Patrem* Cajo, filio, sufficiebat *nominâsse*, sic in hoc *majores suos* altius tradit, nempe *Tiberium*, Germanici *Patrem*, *Augustumque avum*, quò rectius *Pronepos Augusti* dici posset. De *Germanico* huc facientia plura jam ibidem in medium attulimus, quorsum B. L. remissum cupimus. Debemus hunc nummum *Johanni Hemelario*, qui illum Tab. V. Num. 7. & 8. ex *Ducis Arschotani nummis aureis* profert, *mea* sententia, primus.

NUMMI ARGENTEI
MAJORIS MODULI
CALIGULAE.

Num. 1.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΓΕΡΜανικὸς ΑΡΧιερεὺς ΜΕΓας ΔΗΜαρχικῆς ΕΞΟΥΣίας ὙΠΑτος. (*CAJUS CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS PONTIFEX MAXIMUS TRIBUNICIA POTESTATE CONSUL.*) *Caput Caligulæ nudum, lævam versus, pone sceptrum, uti Tab. II. Num.* 49.

vel

ΓΑΙΟC ΚΑΙΣΑΡ CEBACTOC ΑΡΧιερεὺς ΜΕΓας ΔΗΜαρχικῆς ΕΞουσίας. (*CAJUS CAESAR AUGUSTUS PONTIFEX MAXIMUS TRIBUNICIA POTESTATE.*) *Caput Caligulæ nudum, lævam versus, pone sceptrum, uti Tab. II. Num.* 48.

Statua Augusti, corona radiata caput cincti, togata, dextra pateram, sinistra hastam tenens in thensa à quatuor Elephantis, cui sessores sui insident, trahitur, septem sideribus supra circumpositis.

Multa concurrunt indicia, quæ inter *Divos* à *Caligula* relatum arguunt *Augustum. Corona radiata caput* circumdatum est, quod palmarium *Divinitatis* prioribus Imperatorum temporibus argumentum est. *Dextera pateram* tenet, ut indicet *sacra* nunc ipsi esse facienda. *Hastam* vel *Sceptrum sinistra* sustinet, *Deorum* commune symbolum, de quo *Suetonius* in *Galba*: *Augustique sceptrum è manibus excussum est. Sidera* supra circumstantia nonnulli, & in his *Joh. Valens* de defuncta ipsius *Familia*, pariterque inter astra recepta ac *Divinitatis* nunc *consorte* interpretantur, quasi illa *Drusum* avum, *Germanicum* Patrem, & *quinque ejus fratres* designent. *Statuam* vero *Augusti* credimus illam per *Circum vectam ab Elephantis*, cum inter *Deos* à *Tiberio* & *Livia* referretur, *solennitate hac* à *Caligula* in perennem rei memoriam nunc per nummos *restituta*. Produxit jam hunc *majoris moduli* ex argento nummum *rarissimum Joh. Valens* in *præstantioribus argenteis* p. 56. *Car. Patinus* in *Suetonio nummis illustrato* p. 244.

Num. 2.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧιερεὺς ΜΕΓας ΔΗΜαρχικῆς ΕΞουσίας. (*CAJUS CAESAR AUGUSTUS PONTIFEX MAXIMUS TRIBUNICIA POTESTATE.*) *Caput Caligulæ nudum, lævam versus, cum sceptro à tergo, uti Tab. II. Num.* 48.

Figura Augusti, Caput corona radiata cincti, togata sedens, dextraque pateram, sinistra hastam gerens, septem stellis circumdata est.

Ex conspectu nummi, ut ex prædictis modo satis constare potest, patet à *Caligula* hunc nummum, ut *Divum* pariter ostentaret *Augustum*, fuisse cusum. An verò universam suam *Familiam* per *septem sidera* voluerit indicare *Caligula*, uti in præcedenti conjecturam fecimus cum *Joh. Valente*, an potius *septem Planetas* iisdem designare, inter quas nunc ille sub habitu Dei sedens ac collocatus quasi regnet, docente *Manilio*, alii videant. Nobis posterius, cum *Car. Patino*, *pace* aliorum, videtur, & quidem ex eo, quod & eodem modo in nummis *Claudii* compareat Augustus, dehinc quod *Cajus* Augustum *maximè veneratus* fuerit, ipsi *Templum* exstruxerit, *Ludos* instituerit, posterius clarè nobis prodente *Josepho* Libro XIX. Cap. 1. *Antiquit. Judaicarum*: Γαΐον δὲ πρόοδων αὐτῷ γενομένων ἔθυε τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι, ᾧ καὶ τὰ τῆς θεωρίας ἦγετο. *Cajus deinde progressus rem divinam fecit Augusto Cæsari, ad cujus tum honorem Ludi celebrabantur.* Exhibuit jam illum *rarissimum majoris moduli* nummum *Joh. Valens* in *præstantioribus argenteis* p. 56. *A. Rubenius* in *nummis Arschotanis* Tab. XVIII. Num. 3. *Carolus Patinus* in *Suetonio nummis illustrato* p. 244. ubi tamen *corona radiata* circa *Augusti caput omissa*, negligentia forte Sculptoris, cernitur. *Car. Patinus* in *Catalogo argenteorum maximi moduli nummorum Petri Mauroceni* p. 17. ubi tamen *Jovem* obsignatum in nummo autumat, cum *Augustus* potius sit, sub *Jovis* figura, inter septemtriones. Idemque *Patinus* in *Thesauro minori nummorum argenteorum* p. 52. ubi *Augusti* statuæ caput quoque ex incuria *laureatum* effictum cernitur. Rectius eum communicat *Ans. Solerius* in Libro *De Pileo* p. m. 376. edit. *Amst.* 1671. in 12.

Num.

ARGENTEA NUMISMATA
CONSUETI MODULI.

NUM. 3.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 4.

PONTifex MAXimus AUGustus TRibunicia POTestate IMPERATOR. Simpulum & Lituus.

A*versam* quod attinet, illam L. B. Tab. I. Num. 4. explicatam deprehendet. *Lituus* vero & *Simpulum* ficuti nihil aliud, quam ejus AUGURATUM & PONTIFICATUM defignant; ita merentur de utroque *Suetonii* verba (Cap. XII.) & hic repeti: *Deinde AUGUR in locum fratris sui Drusi destinatus, prius quam inaugurraretur, ad PONTIFICATUM traductus est; insigni testimonio Pietatis atque indolis: cum deserta desolataque reliquis subsidiis aula, Sejano vero tunc suspecto, mox & oppresso, ad spem successionis paullatim admoveretur.* Pro ea ergo, qua erat apud vulgus *Pietatis* opinione, *Pontifex* factus, ftatim & primariò *sacra* hæc *Symbola* præferre in nummis voluit, ut cives in ifta *religionis cura* confirmaret faltem eò magis. Rariorem hunc nummum *Thesaurus Schwartzburgicus* complectitur.

NUM. 4.

Cajus CAESAR AUGustus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate COnSul. Caput Caligulæ nudum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 17.

Caput Augusti corona radiata cinctum lævam versus, hinc & inde stella conspicitur.

Hic ipfe nummus cum *metallo* faltem differat ab ifto, quem fupra *hac ipsa* Tabula III. Num. 2. in *aureis* dedimus, modo quod *corona* ibi *laurea Caput Augusti* cingat, hic vero *desit*, eo B. L. ftatim ablegatum cupimus, addentes faltem, quod iftum ob *typi præstantiam* & tam *charam Augusti*, (quo fe fingulariter jactabat) *memoriam*, in utroque *metallo* exftare voluerit *Caligula*. Vulgaverunt & hunc *Joh. Valens* in *præstantioribus argenteis* p. 55. & 56. *L. Begerus* Tom. II. *Thes. Brandeburgici* p. 616. & 617. ubi transmittere non poffumus, *perigraphen aversæ* minus recte fuiffe circumpofitam, cum illa ibi habeat: *Cajus CAESAR AUGustus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate Pontifex MAXimus*; ubi fcilicet, loco *COnSul*, *repetita* contra morem legitur *Pontificis Maximi dignitas*. Hodie & heic loci pars eft *Thesauri Schwartzburgici*. (1) Siftit & illum *C. Mediobarbus* p. 77. *Car. Patinus* in *Catalogo nummor. argent. Petri Mauroceni* p. 21.

NUM. 5.

Cajus CAESAR AUGustus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caji laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 25.

vel

Cajus CAESAR AUGustus PONtifex MAXimus TRibunicia Potestate III. (Tertium) COnSul III. (Tertium) Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 26.

DIVUS AUGustus PATER PATRIAE. Caput Augusti corona radiata ornatum.

Eundem jam nummum *metallo* faltem differentem Tabula hac ipfa III. Num. 3. in *aureis* exhibuimus, quorfum B. L. remittimus, ne cramben bis coctam apponere nos velle videamur, hoc tantummodo monentes, infigniter denuo confirmari, quod fupra de fingulari *amplificandæ majorum suorum gloriæ priorum Imperatorum inter alia per Συμβόλων in nummis studio* obfervavimus, dum non *uno sub schemate & habitu* faltem *Augustum* in nummis, fed & non *uno in metallo*, neque eodem, fed diverfis planè temporibus eundem exhibuerit *Caligula*. Siquidem ex epigraphis horum nummorum conftat, iftos non folum A. V. C. DCCXC. I. C. XXXIX. fed & DCCXCII. I. C. XLI. Coff. *L. Cæstio Poblicola* & *M. Coccejo Nerva* fuiffe percuffos. Siftit hunc Nummum *C. Mediobarbus* p. 77. *Occo* edit. ult. p. 103. & 104. & (2) poffedit *Cl. Fæschius*; pars quoque hodie eft *Thesauri Schwartzburgici*.

NUM.

(1) Servamus hunc in *Museo nostro*. SIGEBERT. HAVERCAMP.

(2) Et alterum hunc, quem laudat *Schlegelius*, poffidemus. SIG. HAVERCAMP.

Num. 6.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ nudum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 16.

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 25.

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus GERMANICUS PONTifex Maximus TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ laureatum, dextram verſus, uti Tab. I. Num. 15.

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus PONtifex Maximus TRibunicia POTeſtate III. (Tertium) COnSul III. (Tertium) Caput Caligulæ laureatum, uti Tab. I. Num. 26.

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus PONtifex Maximus TRibunicia POTeſtate IIII. (Quartum) COnSul IIII. (Quartum) Pater Patriæ. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 34.

AGRIPPINA MATer Caji CAESaris AUGuſti GERManici. Caput Agrippinæ ornatum.

Ea, quæ ad explicationem hujus nummi poſſunt facere, deprehendet B. L. ſupra hac ipſa Tabula III. Num. 4. ubi *ejusdem typi* nummum in *auro* exhibuimus. Hic modo obſervamus, hunc nummum propter *typi & rei impreſſæ præſtantiam*, & *perenniorem Agrippinæ matris memoriam*, non una vice, ſed *tribus* diverſis *temporibus*, nempe ſub *Tribunicia Poteſtate prima*, *tertia* & *quarta*, hoc eſt A. O. 3999. V. C. DCCXC, I. C. XXIX. à *Caligula* fuiſſe repetitum. Offendimus eundem ſupra quoque in *nummis Agrippinæ* Tab. XIV. Num. 1. & 2. jam à nobis adductum, luci præterea jam expoſitum publicæ à *Joh Valente* in *præſtantioribus argenteis* p. 54 *Octaviano Stradá* in *vita Caligulæ* p. m. 43. *L. Begero* in Tomo II. *Theſaur. Brandenburgic.* p 616. *C. Mediobarbo* p. 77. & 78. *Occone* edit. ult. p. 103.

Num. 7.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 4.

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ nudum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 16

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 25.

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus PONtifex Maximus TRibunicia Poteſtate IIII. (Quartum) COnSul IIII. (Quartum. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 34.

GERMANICUS CAESar Pater Caji CAESaris AUGuſti GERManici. Caput Germanici nudum.

Sicuti ſupra in *aureis* & *Proavi* Auguſti, & *Patris* Germanici, & *Matris* Agrippinæ, memoriam à *Caligula* vidimus reſtitutam; ita *trium* horum in *argento* quoque deprehendimus renovatam. Et merebatur id cumprimis *Pater*, quem non ſolum in *magna dignatione* apud *Populum* ſupra exhibuimus, ſed & vel propterea dignus, cujus nomen duret in ævum, quod *vivus*, *ſicubi clarorum Virorum ſepulchra cognoſceret*, *inferias Manibus illorum dare conſueverat*, & *cæſorum clade Variana veteres ac diſperſas reliquias uno tumulo humaturus*, *colligere ſua manu & comportare primus aggreſſus fuit*, referente id *Suetonio* in *Caligula* Cap. III Hic ipſe vero cum *metallo* ſaltem diſerepet ab *illo* ſupra hac ipſa Tab. III. Num. 7. allato, eo B L. ablegamus, cui volupe eſt plura de eodem cognoſcere. Dedit jam illum in lucem *Joh Valens* in *præſtantioribus argenteis* p. 55. *Car Patinus* in *Suetonio nummis illuſtrato* p. 199. *Laur. Begerus* Tom II. *Theſaur. Brandenburgici* p. 616. *Comes Mediobarbus* pag. 77. & 78. *Occo* edit. ult. p. 105. (3) Hodieque videre illum eſt in *Theſauro Schwartzburgico.*

Num. 8.

DRUSUS. Caput Druſi nudum, dextram verſus.

Nihil magis curæ cordique fuiſſe *primis Imperatoribus*, quam *conſervationem* & *augmentum Gloriæ*

(3) Et hic, & ille qui præceſſit, in *Muſeo noſtro* inveniuntur. SIG. HAVERC.

Gloriæ suorum Majorum & Antecessorum, hic ipse denuo comprobat nummus, quem in memoriam *Drusi*, *avi* sui, signatum videmus. Sicuti verò in antecedentibus tùm *aureis* tùm *argenteis*, *Augusti*, proavi, *Antoniæ*, *aviæ*, *Germanici*, Patris, *Agrippinæ*, matris, *Drusillæ*, *Juliæ* & *Agrippinæ*, *sororum*, memoriam conspeximus in nummis renovatam, ita hic quoque *Drusi avi*. De hoc *Suetonius* in *Claudio* Cap. I. *Is Drusus in Quæsturæ Præturæque honore Dux Rhætici deinde Germanici belli, Oceanum Septentrionalem primus Romanorum Ducum navigavit, transque Rhenum fossas novi & immensi operis effecit, quæ nunc adhuc DRUSINAE vocantur. Hostem etiam frequenter cæsum ac penitus in ultimas solitudines actum, non prius destitit insequi, quam species barbaræ mulieris humana amplior victorem tendere ultra sermone latino probibuisset. Quas ob res ovandi jus & triumphalia ornamenta percepit: ac post Præturam confestim initio Consulatus atque expeditione repetita, supremum diem morbo obiit, in æstivis castris, quæ ex eo Scelerata sunt appellata.* Sed de illo supra jam fuimus multi, ut saltem hoc attendamus; scil. Quæ nova non quotidie detegunt Numismata? Hunc *eximiæ raritatis* ex *argento* nummum laudavit *Joh. Valens* in *præstantioribus argenteis* pag. 54.

Num. 9.

Cajus CAESAR AUGustus PONtifex Maximus TRibunicia POTestate III. (Tertium) Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 26.

vel

Cajus CAESAR AUGustus PONtifex Maximus TRibunicia Potestate IIII. (Quartum) COnSul IIII. (Quartum) Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 66.

Senatus PopulusQue Romanus Patri Patriæ OB Cives Servatos. In corona quernea.

Eundem typum supra in *aureis* hac ipsa Tabula Num. I. cum produxerimus, ibidem dicta hic denuo repetere supersedemus, adnotantes saltem, quod ob *typi præstantiam*, & in argento eundem voluerit exstare *Senatus PopulusQue Romanus*, diversisque præterea temporibus eundem repetierit, Anno scilicet V. C. DCCXCII. I. C. XLI. & DCCXCIII. I. C. XLII. Exhibet & illum *A. Rubenius* in *Croyaci Ducis Numismatibus* Tab. XVIII. Num. 3. *Jacobus Zarabella* in *Aula Heroum*, sive *Fastis Roman.* ad annum DCCLXXXIX. pag. 118. *C. Mediobarbus* p. 78. *Car. Patinus* in *Catal. nummor. argent. Petri Mauroceni* p. 21. *Occo* edit. post. p. 105. *Andreas Alciatus* in *Emblematibus* cum *Commentariis amplissimis Patav.* 1621. p. 853. Possedit illum *Cl. Fæschius*, & apud hunc *Morellius* deprehendit.

Num. 10.

Caput Augusti radiatum sine epigraphe.

Augusti, proavi, memoriam *duobus* jam nummis *aureis*, nempe Num. 2. & 3. *quatuorque argenteis*, videlicet N. 1. 2. 4. & 5. restitutam vidimus, sequitur nunc alius non *minori raritate quam præcedentes*, notabilis, *absque epigraphe*, & sine *stellis utrinque*. Nec miramur, eandem toties voluisse renovatam, cum constet, qua diligentia *Augustum vita exprimere sub initium sui Imperii noster sategerit Cajus*, quoque studio *Majorum suorum* evehere *gloriam* omni annisus fuerit opere. Vulgavit hunc rariorem nummum jam olim *Joh. Valens* in *præstantioribus argenteis* p. 55. *C. Mediobarbus* p. 77.

Num. 12.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜανικὸς ΑΡΧιερεὺς ΜΕΓας ΔΗΜαρχικῆς ΕΞΟΥΣίας. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS PONTIFEX MAXIMUS TRIBUNICIA POTESTATE.) Caput Caligulæ nudum, lævam versus, uti Tab. II. Num.* 47.

vel

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜανικὸς ΑΡΧιερεὺς ΜΕΓας ΔΗΜαρχικῆς ΕΞΟΥΣίας ὝΠΑΤος. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS PONTIFEX MAXIMUS TRIBUNICIA POTESTATE CONSUL.) Caput Caligulæ nudum, lævam versus, uti Tab. I. N.* 49.

vel

Γάϊος ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒαστος ΓΕΡΜανικὸς ΑΡΧιερεὺς ΜΕΓας ΔΗΜαρχικῆς ΕΞΟΥσίας ὝΠΑΤος. (*CAJUS CAESAR GERMANINICUS PONTIFEX MAXIMUS TRIBUNICIA POTESTATE CONSUL.) Caput Caligulæ lævam versus, nudum, uti Tab. II. Num.* 57.

Caput Augusti corona radiata ornatum, circumpositis septem stellis.

Succedit *quintum* ex *argento* sanctius Divi *Augusti* à *Caligula* cultæ *memoriæ Monumentum*, quo denuo magis magisque confirmantur illa, quæ supra modo ad Num. 2. Tabulæ hujus III. in *argenteis* diximus, quorsum B. L. ablegamus. Offendit illum olim *Morellius*, nec tamen addidit, ubi eundem viderit. Exhibet & illum *Joh. Valens* in nummis *præstantioribus argenteis* p. 56. *C. Mediobarbus* pag.

pag. 77. *Carolus Patinus* in *Catalogo nummorum argent. Petri Mauroceni* pag. 21.

NUM. 13.

PONTIFex MAXimus. Imperator sedens capite laureato, dextra hastam tenet, sinistra lauri ramusculum protendit.

Quanti æstimaverit *Caligula Pontificatus Maximi dignitatem*, *Inscriptiones* nummorum non solum sunt testes, quæ eâdem toties, ut ex Tabula I. satis constare potest, superbiunt, sed & Nummus Num. 3. in *argenteis*, in quo *lituum & simpulum* tantùm imprimi fecit; omnium vero optime *nummus præsens* confirmare potest. Quâ ratione autem ad *illam*, & *cito* quidem adspiraverit, hoc supra Tabula I. Num. 11. monuimus. Vidit hunc olim *Morellius*, & delineationibus suis intulit, ex quibus hic inseruimus. Sistit & illum *A. Rubenius* in *auctis nummis Arschotanis* Tab. XVIII. Num. 5. *Com. Mediobarbus*, ad *Rubenium* provocans p. 77. in eo tamen errans, quod scribat, *dextra* tenere *pateram*, cum *hasta* sit.

TABULA IV.

EXHIBENS

NUMMOS CALIGULAE

MAXIMI ET MAJORIS MODULI

AEREOS.

NUM. 1. & 2.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONTifex MAXimus TRibunicia POTestate. Caput Caji laureatum, lævam versus.

DIVO AUGusto. Cajus Imperator velatus ac togatus stans, patera super aram fumantem sacrificat, pone stante Camillo cum patera & ante Popa taurum ducente ad sacrificium, ante templum sex columnarum, variis statuis ornatum, adjectâ ad latus utrumque Senatus Consulti nota.

Non dubium est, quin hic *Templum Augusti* conspiciatur, quod *Caligula* perfecit, de quo *Aurelius Victor* in *Augusto*; *Huicque, uti Deo, Romæ provinciisque omnibus per urbes celeberrimas vivo MORTUOque TEMPLA, sacerdotes, & Collegia sacravere &c.* Et *Suetonius* Cap. XXI. *Opera sub Tiberio semiperfecta, TEMPLUM AUGUSTI, Theatrumque Pompeji absolvit.* Imperfecta verò ab Augusto hæc fuisse relicta, supra in *Tiberio* quoque Cap. XLVII. affirmaverat, scribens: *Princeps* (Tiberius) *neque ulla opera magnifica fecit. Nam & quæ sola susceperat, AUGUSTI TEMPLUM, restitutionemque Pompejani Theatri, imperfecta post tot annos reliquit.* Ἐκ δὲ τούτου τὸ Ἡρῷον τὸ τοῦ Αὐγούστου ὡσίωσε, τὴν ἐπινίκιον στολὴν ἐνδὺς, καὶ οἵ τε εὐγενέστατοι παῖδες, ὅσοι γε καὶ ἀμφιθαλεῖς ἦσαν, μετὰ παρθένων ὁμοίων τὸν ὕμνον ᾖσαν. *Deinde Cajus habitu triumphali TEMPLUM Augusti dedicavit, nobilissimis pueris ætate florentibus cum virginibus ejusdem ordinis hymnum canentibus, epuloque Senatoribus & eorum uxoribus ac Populo dato, variisque præterea spectaculis* editis, attestatur *Dio* Lib. LIX. Quod & *Josephus* Lib. XIX. Cap. I. *Antiquitatum Judaicarum* confirmat: Γάϊος δὲ προσόδων, αὐτὸς γινομένων ἔθυε τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι, ᾧ καὶ τὰ τῆς θεωρίας ἦγετο. *Cajus deinde progressus rem divinam fecit AUGUSTO Cæsari, ad cujus tum honorem Ludi celebrabantur.* Fecit & tunc *Antoniam* Augusti Sacerdotem, & *Orationem habuit, non tam in Tiberii laudes, quam AUGUSTI & GERMANICI memoriæ apud Populum renovationem.* Indeque fuit, quod *PIUS* etiam dictus fuerit, hoc iterum nobis clarè prodente *Suetonio* Cap. XXII. *Nam & PIUS & Castrorum filius & Pater exercituum, & Optimus Maximus Cæsar vocabatur*; veluti hoc de *Antonino Pio* quoque novimus, referente id *Spartiano* in *Hadriano*. Quod & nummis Num. 7. 8. 9. 10. & 11. infra hac ipsa Tabula *adducendis* amplius confirmatur: ex quo discimus, & *Pietatis* meruisse *statuam*, quæ ibidem exhibetur; de quo pluribus, si eo à nobis fuerit perventum. Quare hoc in nummo coram *Templo*, noviter *dedicato*, DIVO AUGUSTO sacrificare videtur, *Pii* elogium exinde merens, Caligula, capite operto & velato. Sacrificabant enim omnibus Diis operto capite, præterquam *Saturno* & *Honori* ac *Herculi*; cujus rei causam investigat *Plutarchus Quæst.* II. & XIII. *Romanar.* Vide *Anselmum Solerium de pileo* p. m. 27. edit. 1671. *Amstel.* Videmus scilicet in eodem *sacrificium*, sine dubio *Jovi* factum, cum loco victimæ *Taurus* ad *aram* à Popa ducatur. Hunc vero *Jovi* fuisse immolatum, juxta alios & *Guilielmus Stuckius* in egregio, quem de *Sacrificiis Gentilium* conscripsit, Libro p. m 44. docet: Βουθυτεῖν scribens, *primo significat bovem immolare*; *deinde, quoniam*

niam bovem immolare non erat, nisi divitum atque Regum, in genere quodvis magnum, splendidum & sumtuosum sacrificium facere significat, cujusmodi erat Hecatombe, quo verbo Aristophanes in *Pluto*, & *Arrianus usus est.* Et p. 45. *Boum sacrificium à plerisque Gentibus magnifico splendidoque apparatu & frequenter, rebus præsertim in arduis & magni momenti, fuit celebratum.* Huc usque *Stuckius.* Et diu ante ipsum *Tertullianus*, Libro de *corona* Cap. XII. *Tunc tibi, Jupiter, bove cornibus auro decoratis vovemus, esse futurum &c.* Et clarius hoc relucet ex verbis, quibus *vota decennalia* ad aram *Jovis* Capitolini concipiebantur: *Preces posco Jupiter, uti sciens, volens, propitius, in decennium N. Augusto; quod si faxis; tunc tibi votum BOVE aurato vovemus esse futurum. Ludis Circensibus vovemus esse futurum. Ludis gladiatoriis vovemus esse futurum &c.*, quæ videri possunt apud *Onuphrium* in Libro I. *Fastorum* & apud *Eminentiss. Card. Norisium* in *Dissertatione* de *Votis Decennalibus.* De *Agamemnone* sane & *Alcinoë Homerus* testatur, eos *Jovi bovem* immolâsse; deque *Ænea Virgilius* Lib. III. *Æneidos* v. 21.

Cœlicolum Regi mactabam in litore taurum.

Deque *Ascanio idem* Lib. IX. *Æneidos:*

Jupiter omnipotens audacibus annue cœptis
Ipse tibi ad tua Templa feram solennia dona,
Et statuam ante ARAS aurata fronte JUVENCUM
Candentem, pariterque caput cum matre ferentem
Jam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.

Cui & porro consentit *Seneca* Tragicus:

Primus sceptriferis colla tonantibus
Taurus celsa ferat tergore candido.

Itemque *Julianus* ad *Libanium* Epist. XXVII. Ἔθυσα τῷ Διῒ βασιλικῶς ταῦρον λευκόν. Deducebantur autem *boves* victimæ, in *solennibus*, præsertim, quale hic peractum fuit, *sacrificiis*, & qui *ducerent bonis ominibus*, respectu nominum, eligebantur, ceu docet *Cicero* de *Divinatione* & *Plinius* Histor. Natur. Lib. XXVIII. Cap. 2. Ille vero hisce: *Cum Censor Populum lustraret, bonis ominibus, qui hostias ducerent, eligebantur.* Hic: *Cur publicis lustris etiam nomina victimæ ducentium prospera eligimus?* Communi vero more *hostiæ* à *Popis* & *victimariis*, uti hic videre est, ad aras adducebantur, à quibus deinde *jugulari* atque *mactari* consueverant. Præcedebant *Tubicines*, *Tibicines* & *Liticines.* Dedicationis autem hujusmodi forma hisce fere ritibus (ut refert idem supra laudatus *Stuckius*) constabat. *Omne spatium, quod erat Templo dicatum, coronis atque vittis vinciebatur: idem cum à populo fœlicibus ramis, tùm à virginibus Vestalibus aqua perluebatur. Is, qui dedicabat postem Templi, qui,* ut inquit *Cicero*, *ibi est, ubi aditus Templi, & valvæ ambulationis sunt, manu sua tenebat, certa quædam atque solennia verba, sive precationem, præeunte aliquo Pontifice, effabatur* (*unde idem de Legibus, Templa liberata & effata habento*) *Area item CERTIS SACRIFICIIS LUSTRABATUR, exta super cespitem reddebantur, vittæ, quibus ligatur lapis, innexique funes erant, à dedicante contingebantur: populus etiam universus saxum primum tangebat, fundamentis certas res, ut auri & argenti stipes, injiciebant, simulacrum Dii, vel Deæ, cui Templum dedicabatur in Templo prius unctione dedicatum una cum ara & pulvinari collocabatur.* Sane *ornatum* hic conspicimus *Templum*, Caligulam, tunc ipsum jam *Pontificem Maximum* (uti *aversa* id declarat) & *prima vice Tribuniciam Potestatem* gerentem, *operto* ac *velato capite*, (quod sacrificantium erat) *idem dedicantem*, *Jovique* sacrificium ad *aram fumantem*, ante illud adstante Camillo & Popa, facientem; id cum DIVO AUGUSTO, quod *verba adversæ* utrinque adjectæ satis clare produnt, fuit consecratum, dubium non est, quin & *ejus statua* in illud fuerit ab *ipso* collocata. *Formam* vero *Templi* quod concernit, probe & hoc quoque observandum, quod cum illud *DIVO AUGUSTO*, velut Heroi, fuerit dicatum, & referente *Vitruvio*, *Minervæ & Marti & Herculi* Ædes *Doricas* factas esse, *sex columnis Dorico genere variisque statuis* exornatum hoc ipsum & hic offendi. Et cum *Popæ* jam mentionem injecerimus, non possumus non monere, ejus quoque *accuratam delineationem*, perinde ac in *Columna Trajana*, hic conspici. *Illi* enim *seminudi* & *succincti* comparebant, *victimas*, quas venales habebant, *aris alligabant*, & cultro feriebant. Hinc *Propertius* Libro IV.

Succinctique calent ad nova sacra Popæ.

& *Suetonius* in vita *Caligulæ*: *Admota altaribus victima, succinctus Poparum habitu, elato alte malleo cultrarium mactavit.* Videmus ergo & hic *Popam succinctum & seminudum stantem*, collo bovem alligaturum, &, cum victimam confecturus est, indutum limo. Erat autem *Limus* vestis genus *ab umbilico ad medias usque tibias* descendens, ad eorum pudenda tegenda, habens in extremo sui *purpureum limum*, id est *flexuosum*, adstante haud procul *Camillo*, sive sacris inserviente, aut etiam *victimario*, vas sinistra tenente. Ante vero quam ad reliquos pergamus, *de Caligulæ nummis* in genere notare debemus; *ejusdem* nummos *æreos* multum jam olim *defecisse*, & quidem ex eo, quod *Senatus* (cujus quippe jussu solùm æreum numisma signari, cujusque decreto conflari solum poterat, recte ex hoc loco inferente *Chiffletio* in de *Nummis Othonis* p. 12.) *ipsius memoriam, conflando illius nummos æreos tollere voluerit*; hodie tamen *ubique* prope & *illos* esse *obvios*, qui *ejus* referunt imaginem. Prius quod diximus *Dio* in *Claudio* Lib. LX. adnotavit; Τῇ δὲ δὴ τοῦ Γαΐου μνήμῃ ἀχθόμενοι, τὸ νόμισμα τὸ χαλκοῦν πᾶν ὅσον τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐντετυπωμένην εἶχε, συγχωνευθῆναι ἔγνωσαν. *Contra Caji memoriam*, scribens, *ægrè ferentes, OMNE AEREUM NUMISMA, quod ejus imaginem haberet, conflari jusserunt. Id quidem factum, non tamen æs in meliorem usum conversum, quia Messalina ex eo Mnesteris histrionis statuas fecit.* Posterius experientia satis firmat, quâ novimus, satis *magnam* in *omnibus Gazophylaciis* illorum dari copiam. Interim illud non immerito à *Senatu Romano* factum esse, facilè largimur, cum & *ipse* ille *Tyrannus statuas Virorum Illustrium, ab Augusto in Campum Martium ex Capitolina area collatas, subverterit atque disjecerit, veteraque Familiarum insignia nobilissimo cuique ademerit*, teste *Suetonio* Cap. XXXIV. & XXXV. Conatus etiam abolere *Homerum*, *Virgilium*, *Livium*, *Librosque Juris Consultorum*, ut refert *Eutropius*; Patri in hoc valde dissimilis, qui, affirmante *Suetonio* in *Caligula* Cap. III. *sicubi clarorum virorum sepulchra, cognosceret, inferias manibus illorum dabat.*

Unde, ut ad prius, quod antea diximus, redeamus, omnino cum *Carolo Patino* (p. 89. de Num-

Nummis æreis Imperatorum) hodie demiramur, non cur *tam pauca*, sed cur *tam multa imaginem ejus referentia*, hodie supersint *Numismata.* Sistit hunc singularis raritatis nummum cum *capite Caligulæ* in aversa *Joh. Valens* in *præstantioribus æreis* p. 16.

NUM. 3.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 18.

vel

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS Pontifex Maximus TRibunicia Potestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 14.

vel

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate III. (Tertium) Pater Patriæ. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 28.

vel

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate IIII. (Quartum) Pater Patriæ. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 29.

AGRIPPINA DRUSILLA JULIA. Tres sorores Caligulæ stantes, priore tenente cornucopiæ dextra, eademque in columnam sese inclinante, lævaque alteram sororem complectente; secunda dextra pateram, læva cornucopiæ sistente; Tertia dextra temonem, sinistra itidem cornucopiæ tenente, infra Senatus consulti est nota conspicua.

Miror, qui *Johannes Baptista Ficlerus*, Consiliarius & Antiquarius olim Bavaricus hanc in nummo *Agrippinam* pro *Caji*, Cæsaris, *matre* venditare potuerit in *expositione æreorum Nummorum hujus Cæsaris MSta*, quam olim *Maximiliano*, Duci Bavariæ, ex *Thesauro suo* in forma, quam vocant, folii adornavit, dubius præterea an *Drusilla soror* sit ejus, an *filia?* *Juliam* præterea pro *filia* ex *Scribonia* reputans. Nos existimamus omnino *tres Sorores C. Caligulæ* & *filias Germanici* ex *Agrippina*, nummum hunc primæ magnitudinis *rariorem* (*à Cavino* & aliis postea sæpius restitutum) designare, producimusque in dicti fidem *Suetonii* verba Cap. VII. *Cæteri superstites Patri fuerunt. Tres sexus fœminini, AGRIPPINA, DRUSILLA, LIVILLA, continuo triennio natæ.* Sed in nummo JULIAM, non LIVILLAM legimus? Notandum, istam, quam *Suetonius LIVILLAM* hic nominat, infra *ipsum JULIAM* quoque vocare, capite scilicet XXIX. *Claudii*, *JULIAS*. scribens, *alteram Drusi*, *alteram GERMANICI FILIAM occidit*; itemque *Josephus* Lib. XIX. *Antiquitat. Judaic.* Cap. III. *JULIAM* dicit: Καὶ γὰρ Μινουκιανὸς Μάρκος καὶ τὸ καθ' αὑτὸν γενναιότητι ἀξιόλογος ὤν, καὶ ἀδελφὴν Γαΐου γεγαμηκὼς ΙΟΥΛΙΑΝ, πρόθυμός τε ἦν ἀντιποιεῖσθαι τῶν πραγμάτων. Perinde ac *Tacitus* Lib. VI. *Annalium* Cap. 4. *Tiberius L. Cassio Drusillam, M. Vinicio JULIAM, Germanico genitas, conjungit.* Consentit præterea & *Dio* Lib. LVII. & LVIII. itemque LIX. & LX. Comparet autem in nummo *Drusilla* sub *Pietatis*, vel *Concordiæ*, ceu *D. Begero* placet, habitu; *Agrippina* sub *Constantiæ*; & *Julia* sub *Fortunæ* schemate. Ex his singulariter dilexisse *Drusillam*, & *in modum justæ uxoris habuisse*, supra in *aureis* Tab. III. Num. 5. & 6. abunde evicimus. Nihilo tamen minus & *reliquas* stuprâsse, multorum Autorum est relatio. Auctor hujus primo est *Dio* Lib. LIX. scribens: *Aviam enim, quod esset ab ea verbis correptus, ad mortem voluntariam compulit: SORORES SUAS OMNES VITIAVIT, ac duas in Insulam quandam exposuit, tertia morte id prævertit.* Istis duabus relegatis, (si *Suetonio* Cap. XXIX. fides habenda) *non solum Insulas habere se, sed etiam gladios minatus*, qui idem Cap. XXIV. hoc retulit: *CUM OMNIBUS SORORIBUS SUIS stupri consuetudinem fecit: plenoque convivio singulas infra se vicissim collocabat, uxore supra cubante.* Et Cap. XXXVI. *Super SORORUM incesta, & notissimum prostitutæ Pyrallidis amorem, non temerè ulla illustriore fœmina abstinuit.* Mutuaque cum istis consuetudo vel inde elici potest, quod omnibus sacramentis adjecerit: *Neque me Liberosque meos cariores habebo, quam CAJUM & SORORES EJUS.* Item Relationibus Consulum: *QUOD BONUM FELIXQUE SIT C. CAESARI SORORIBUS EJUS*, eodem id tradente *Suetonio* Cap. XV. Ut taceamus & hoc ipsum totidem verbis confirmare *Eutropium Breviarii* Lib. VI. *Stupra Sororibus intulit; ex una etiam natam filiam cognovit.* Excerpta ex Libris *Sexti Aurelii Victoris*: *Denique tres sorores suas stupro maculavit.* Et ipsum denique *Aurelium Victorem* de *Cæsaribus* Parte II. *Quin etiam sororum stupro ac matrimo-*

(4) Nummus Caligulæ, in magno & flavo ære, singularis artificii, hanc exhibet Inscriptionem, CAESAR AUG. GERMANICUS PON. M. TR. POT. Ab altera parte sunt pulcherrimæ tres figuræ muliebres, quæ singulæ gestant cornucopiæ: una ex illis columnæ innititur, atque lævam manum humero juxta se, & in medio stantis figuræ, inpositam tenet; illa dextra manu pateram. Tertia figura, altera quidem manu temoni navis innititur. Hæc tria adsunt nomina. AGRIPPINA. DRUSILLA. JULIA. Subtus est Senatusconsulti nota. Cusum fuit hoc numisma Romæ in Principis ejus honorem. Populus autem Romanus, ut gratiam ab eodem iniret, ab aversa parte signari fecit tres Caligulæ sorores sub totidem Dearum habitu. In honorem certe matris Agrippinæ ipse Princeps Ludos Circenses celebrari voluit, inque pompa procedere carpentum ejusdem, uti Dearum Deorumque vehi solebant. Quin & Antoniæ aviæ omnes tribui dicarique honores uno eodemque fecit tempore, quæ pluribus iisque variis ante acceperat Livia Augusta. Voluit idem Caligula, ut sororibus suis divini honores haberentur, quod in vita ejus testatur *Suetonius* his verbis: *De Sororibus autor fuit, ut omnibus sacramentis adjiceretur: Neque me, liberosque meos chariores habeo, quàm Cajum, & sorores ejus. Item relationibus Consulum, Quod bonum, felixque sit, C. Cæsari sororibusque ejus.* Confirmat id *Dio* Lib. LIX. *Verum de Augusto & Cajo reliqua pro more facta; juratumque ab omnibus, Cajum se ejusque sorores sibi ipsis & liberis suis antehabituros; votaque pro iis omnibus*

trimoniis illudens nobilibus, *Deorum habitu incedebat.* Ex his autem *Agrippina Cn. Domitii* facta est uxor, quæ *Neronem*, Imperatorem, in sui ipsius exitium enixa est, postea *Claudii*, Imperatoris, conjux. *Drusillam Lucio Cassio Longino*, Consulari viro, desponsavit, postea vero abduxit, *ac in modum justæ uxoris propalam habuit*, ceu ex parte supra Tab. III. monuimus, pluribusque infra audiemus, ubi singulariter de eadem agendi erit locus. *Juliam*, quæ etiam *Livia* & *Livilla*, ut novimus, fuit dicta, fortuna reliquis inferior, *M. Vinicio*, ut diximus, à *Tiberio* in matrimonium collocata, ac tandem ab eo in Insulam *Pontiam* relegata est, à *Claudio* tamen cum sorore *Agrippina* reducta ac interfecta. De qua *Dio* Lib. LX. *Interque eos* (in exsilium ab eo immerito missos) *etiam sorores ejus AGRIPPINAM & JULIAM reduxit*, *ac bona iis restituit Claudius.* Exhibuit jam hunc nummum, ut supra diximus, haud ubivis obvium, *Joh. Valens* in *præstantioribus æreis* p. 16. *Octavius de Strada* in *vita Calig.* pag. 37. *A. Rubenius* in *auctis nummis Arschotanis* Tab. XVIII. Num. 9. *C. Patinus* in *Suetonio nummis illustrato* p. 203. & in *nummis ex ære medio* pag. 91. *Torrentius* in *Suetonio* ad Cap. XXIX. Claudii, *G. Grævius* in *suo Suetonio* p. 504. *L. Begerus* in *Thesauro Brandenburgico* Tom. II. p. 617. *C. Mediobarbus* p. 77. *ex Indice Cavotortæ*, & *Museo Cospiano* p. 78, *Jean Baptista Menestrier dans ses Medailles illustrées des anciens Empereurs* p. 48. quanquam in aversa perigraphe PR. pro PRON. offerat, & ultimas literas P. P. plane omissas exhibeat; taceo Caput hic *nudum* & *lævam* versus comparere. *Occo* edit. ult. pag. 104. *Sponius en Recherches curieuses d'Antiquité Dissert.* 24. p. 368. Pars hodie est *Thesauri Schwartzburgici* itemque olim *Bavariæ Ducis Maximiliani* fuit.

Hactenus *Schlegelius*, qui quatuor diversas anticæ partis descriptiones dedit. Ex quibus insignem hunc nummum cum illa capitis Inscriptione, quæ primo loco occurrit, offendi in *Thesauris & Museis Brandenburg. Farnes. Theupol.* atque penes *Francisc. Angelonum* pag. 37. Num. 3. eundemque nummum in *Museo nostro* servamus. Ejus, qui secundo venit ordine, meminit *Comes Mediobarbus* p. 77. Reliquos (citra falsitatis Inscriptionem) in ære nondum animadvertere mihi licuit. SIGEBERT. HAVERCAMP.

Num. 4.

(5) *Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ nudum, dextram versus, uti Tab. I. Num.* 18.

vel

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate III. (*Tertium*) *Pater Patriæ. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num.* 28.

ADLOCUTIO COHortium. Imperator stans togatus in suggestu, à tergo habens sellam, dextram extendens, alloquitur milites armatos, ac scuta tenentes, fulmine insignita, & quatuor aquilas legionarias.

Supra nominatus *Joh. Baptista Ficlerus, Antiquarius & Consiliarius Bavaricus*, *sellam* non solum *curulem* in hoc nummo sine conspicillo conspexit *pone Imperatorem*, sed & *faces ardentes* à militibus, ante Imperatorem stantibus, *gestos*, & *sublatos*; existimatque factum hoc esse, vel ob *adlocutionem noctu factam*; vel, ut *ardorem cohortibus incenderet ad prælium*, claro præterea die somnians, adlocutionem hanc ipsam factam esse, cum *apparatum fecerit contra Oceanum, triumphum mox celebraturus.* Risum teneatis amici! Nos *adlocutionem* conspicimus ad milites factam, sive illa fuerit, quam in *Ponte Bajano* nobis prodit *Dio* Lib. LIX. sive alia. De illa verò iste sic: *Et quia opus erat*, *nimirum cum tanta expeditione facta*, *ac tanta victoria impetrata*, CONCIONEM HABERE, SUGGESTUM CONSCENDIT *in medio Pontis* (*injecti ei maris parti*, *quæ est inter Puteolos ac Baulos*, *is locus est è regione urbis situs & distant inter se Bauli & Puteoli millibus passuum tribus ac quadrante*) *navibus impositum*,

bus concepta. Qui *Dio*, ubi agit de morte Drusillæ, sororis Caligulæ, atque de honoribus eidem habitis, hæc profert: *Decreta ei omnia quæ Liviæ*; *ac insuper ut immortalis haberetur*; *aurea in Curia effigies ejus poneretur*; *ut in foro imago Veneris staturæ ejus æqualis collocaretur*; *iisdemque honoribus coleretur*; *peculiare fanum ei ædificaretur*; *eamque statuis sacris non modo viri*, *sed mulieres etiam venerarentur*; *ut mulieres per eam jurarent*, *quoties aliquid sacramento confirmarent*, *ut natali ejus die ludi Megalensium similes fierent*, *epulumque Senatui & equitibus daretur*, *&c.* Ex quibus verbis cognoscimus, quomodo Romani cives eo tempore scribere & loqui fuerint soliti, videlicet *Neque me liberosque &c.* & quomodo Consules, quum aliquid in Senatu proponerent, id cum hac præfatione fecerint, *Quod bonum felixque sit C. Cæsari sororibusque ejus.* Occurrunt tres istæ sorores Caligulæ, Agrippina, Drusilla & Julia, depictæ in hoc nummo tanquam totidem Deæ; & Julia quidem, Fortunæ habitu, temoni innixa, Drusilla, tamquam Dea Concordia, pateram tenens, Agrippina vero, columnæ, tanquam Concordiæ Numen, innixa. Ita enim passim in nummis hæ Deæ effigiari solent. Stultum enim foret dicere tamquam tres Monetas sorores Caligulæ hic exprimi. Nam prætérquam quod ambitioni hujus Principis circa sorores suas optime typi istarum Dearum respondeant, grande discrimen inter trium Monetarum in nummis typum atque harum Dearum occurrit. Solent enim semper bilancem manu tenere, atque passim ad pedes habere nummorum cumulos, & hac præterea Inscriptione insigniri, MONETA AUG. Omnino igitur hæ tres figuræ ad sorores Caligulæ, Agrippinam, Drusillam & Juliam referendæ sunt, quæ variorum Numinum symbolis ornantur, estque ea res per se satis clara. Addit *Suetonius* de hoc monstro, quod incestum cum tribus illis commiserit, in Drusillam super reliquas insaniverit, cum qua, prætextatus adhuc deprehensus olim ab Antonia avia fuerit, per cujus nomen & ipse jurare fuerit solitus &c. In honorem igitur harum sororum Caligulæ Senatus hunc nummum ejusque singularem typum signari fecit, qui sane plurimam lucem ex *Suetonii* scriptis accipit. SEB. ERICIUS.

(5) Nummus est C. Caligulæ, ex metallo flavo, primæ magnitudinis, isque pulcherrimus, cum hac à parte capitis Inscriptione, C. CAESAR AUG. GERMANICUS PON. M. TR. POT. Ab altera parte stat in substructione Imperator, posita post illum sella curuli, atque alloquitur stantes ante substructionem quinque figuras militares cum armis & signis militaribus. Adest hæc Inscriptio, ADLOCUT. COH. id est ADLOCUTIO COHORTIS. Signatus fuit hic nummus in honorem Caligulæ, eoque Adlocutio Imperatoris ad milites exprimitur. Ad Severi nummos pluribus de ejusmodi adlocutionibus acturi sumus. SEB. ERICIUS.

ſitum, ac primo ſe, ut eximia conatum jactavit, deinde milites, ut periclitatos & fatigatos laudavit: hoc inter alia gloriatus, ſe pedibus mare percurriſſe. Congiario deinde dato, poſt. ipſe in ponte tanquam in Inſula aliqua, reliqui in aliis navibus ſtationem habentes, diei reliquum & totam noctem epulati ſunt. Dubium ergo nobis eſt nullum, cum in *iſta adlocutione*, in mari, velut in continente, facta, *ſe tam jactaverit*, milites circumſtantes non ſolum ut fatigatos, ſed & periclitatos laudaverit, in *maximæ rei* hujus *memoriam*, qua *Darium* & *Xerxem* etiam ſuperare, ut *Suetonius* & *Dio* prodiderunt, laboravit, hanc *adlocutionem* nummis quoque voluiſſe impreſſam, alia & celebriore apud *Auctores* vix occurrente ejus adlocutione. Solebat ſcilicet, ut hoc hic quoque addamus, antea nondum, quod ſciamus, à nobis commemoratum, *Imperator cohortes adloqui è ſuggeſtu*, ſeu juxta *Plinium*, *Tribunali*, viridi *ceſpite* exſtructo, *ſtans* vel *ſolus* in eodem, uti hoc loco, vel *Prætorianorum Præfecto* ſtipatus, uti in alio infra adducendo, videbimus, circumdatus *aquilis ſignisque*, ut loquitur *Tacitus*, ſive *militibus, aquilas legionarias, & ſigna cohortium* geſtantibus, *militibus ſigno* per *lituos* dato ad ejusmodi concionem convocatis, quem ritum exquiſite depingit *Claudianus* de *bello Gildon.*

Dictis ante tamen Princeps confirmat ituros,
Aggere conſpicuus, ſtat circumfuſa juventus
Nixa haſtis, pronasque ferox accommodat aures.

Moris vero tunc erat, *clypeos* militum circumſtantium *fulmine corruſcare*, ſicuti & illos hoc modo in columna Trajana offendimus, aliisque Romanorum *monumentis vetuſtioribus*, jamque olim de iſto more cecinit *Valerius Flaccus* Lib. VI.

CUNCTA PHALANX inſigne Jovis, CAELATAque geſtat
FULMINA, diſperſos trifidis ardoribus ignes,
Nec primus radios, miles Romane, coruſci
Fulminis, & RUTILAS SCUTIS diffuderis alas.

Tantaque tunc & Caligulæ temporibus *Aquilarum* & *ſignorum Romanorum* apud Exteros erat *reverentia*, ut prodente *Suetonio*: (Cap. XIV.) *Artabanus Rex Parthorum* (Rex Regum ſuis dictus) *Euphratem transgreſſus, AQUILAS & SIGNA ROMANA, Cæſarum imagines, adoraverit.* De quo pluribus omnino legi meretur *Michaël Angelus Cauſeus de la Chauſſe de ſignis militaribus Romanorum* p. 1528. Tom. X. *Theſ. Roman. Grævii.* Hoc obſervandum, nummum hunc non una vice officinam exiviſſe, ob typi ſcilicet præſtantiam, & non ſolum A. V. C. DCCXC. I. C. XXXIX. ſed & A. V. C. DCCXCII. I. C. XLI. denuo fuiſſe repetitum. Siſtit hunc nummum *Joh. Valens* in *præſtantioribus æreis* p. 16. *Reſtitutus* quoque eſt à *Cavino Paduano*, teſte *Claude du Molinet dans ſon Cabinet de la Bibliotheque de Sainte Genevieve* Tab. XXIII. Num. 5. p. 95.

Pars hodie eſt *Theſauri Schwartzburgici*, (6) ſicuti olim *Bavarici*, & forte hodienum.

NUM. 5.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERMANICUS PONTifex MAXimus TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ laureatum, dextram verſus, uti Tab. I. Num. 15.

vel

Cajus CAESAR DIVI AUGuſti PRONepos Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate III. (Tertium) Pater Patriæ. Caput Caligulæ laureatum, dextram verſus, uti Tab. I. Num. 28.

Senatus PopulusQue Romanus OB CIVES SERVATOS. In corona quernea.

Quidquid ad explicationem hujus nummi facere poteſt, B. L. ſupra in *aureis* Tab. III. Num. 1. deprehendet. Solum attendimus, non ſuffeciſſe *Senatui Populoque Romano* hoc inſigne *adulationis monumentum* in *auro* & *argento exſtare*, ſed & illud in duplicis generis *æreo* diverſique temporis, cum primum A. V. C. DCCIX. I. C. verò XXXIX. cuſum ſit, alterum A. V. C. DCCXCII. I. C. XLI. voluiſſe quoque conſervatum.

Exſtitit hic in *Maximiliani, Bavariæ Ducis, Gazophylacio.* (7) Vulgavit & illud *Occo* edit. ult. p. 103. & 104.

NUM. 6.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ laureatum, dextram verſus, uti Tab. I. Num. 18.

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ laureatum, dextram verſus, impreſſis ſimul ſignis: Monetæ Probæ (Probatæ) Populi Romani, uti Tab. I. Num. 20.

vel

Cajus CAESAR DIVI AUGuſti PRONepos AUGuſtus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate IIII. (Quartum) Pater Patriæ. Caput Cæſaris laureatum, dextram verſus, uti Tab. I. Num. 29.

Senatus PopulusQue Romanus Patri Patriæ OB CIVES SERVATOS. In corona quernea.

Poſſet forte *Senatus PopulusQue Romanus* aliquo modo ab *adulationis crimine*, cujus *inſigne argumentum*

(6) Tres hujus generis pulcherrimos optimosque in *Muſeo noſtro* poſſidemus. Primus priori ex illis qui à *Schlegelio* deſcribuntur, ſimilis eſt, ſecundus ſecundo, ſed tertius aliam Tribuniciam exhibet Poteſtatem, atque hæc ejus eſt Inſcriptio, C. CAESAR DIVI AUG. PRON. AUG. P. M. TR. P. IIII. P. P. Quem, ſicuti & primum, in *Muſeo Theupol.* quoque offendi. SIGEB. HAVERCAMP.

(7) Primus ex his & tertius, optime ſervati, in *Muſeo noſtro* inveniuntur, verum poſterior, non quarta ſed tertia Tribunicia Poteſtate inſcribitur, ita TR. P. III. P. P. cum quo invenitur quoque in *Muſeo Theupolitano.* SIG. HAVERCAMP.

mentum hunc nummum supra non una vice jam diximus, absolvi, si primum Imperii ejus annum præferret antica pars, excusarique, quod hunc nummum ipsi sub *initium sui Regiminis*, quo optimus videri voluit Imperator, & *imitator Augusti*, nempe circa A. V. C. DCCXC. I. C. vero XXXIX. cudi fecerint; sed cum & *eundem typum* ea cum antica, in qua ejus *Tribunicia Potestas IV.* est obsignata, offendamus, eo magis in concepta modo confirmamur opinione, B. L. ablegantes ad Tab. III. Num. 1. in *aureis*, ubi eundem typum cum observationibus nostris deprehendet. Exstat aliàs hic nummus in *Cimeliarchio Bibliothecæ S. Genovefæ*, ubi illum vidit *Morellius* & delineavit. Hodieque in *Thesauro Schwartzburgico* tribus cum diversis aversis visitur. Vulgavit & eundem *Occo* edit. ult. p. 103. quamvis malè illum inter argenteos reposuerit.

Num. 7. & 8.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS Pontifex Maximus TRibunicia POTestate. Pietas sub muliebri figura velata sedens, dextra pateram tenet, sinistram statuæ inclinans, infra: PIETAS.

DIVO AUGusto. Caligula velatus ac togatus stans, dextra tenens pateram, super aram fumantem sacrificat, adstantibus Popa & Camillo, illo taurum ducente, hoc vas quoddam sacrificiale tenente, ante Templum Augusti sex columnis ac variis statuis exornatum, ad latus est Senatus Consulti nota.

Pietas hic neque *castrensi sellæ* insidet, neque cusus est nummus quasi *Senatus gratulari voluerit Caligulæ, publicatione nummorum horundem cum Pietatis figura, ob Augusti, Proavi, defuncti memoriam*, ut *Joh. Baptista Ficlerus*, nescio quo persuasus in illis κειμηλίοις in *explicatione sua MSta nummorum æreorum Bavaricorum*, colligit, sed probabile potius est, & supra pluribus evicimus, *à Senatu, ejusque Consulto*, uti adjecta docet *nota*, eundem & quidem A. V. C. DCCXC. I. C. XXXIX. (ut docet Epigraphe) fuisse cusum, ob insignem illam *PIETATEM*, quâ DIVO AUGUSTO elegantissimæ structuræ *TEMPLUM*, quod Tiberius equidem inchoaverat, exædificavit, & insigni cum *pompa, multisque cum sacrificiis eidem dedicavit*; *Aviam*, Antoniam, Augusti *Sacerdotem* constituens, *Piique* exinde nomen, si non *Pietatis statuam*, merens. Fusius hæc omnia exposita B. L. deprehendet supra hac ipsa Tab. IV. Num. 1. & 2. quorsum eum remissum volumus. Sistit alias hunc nummum *A. Rubenius* in auctis *Nummis Arschotanis* Tab. XVIII. Num. 11. *L. Begerus* Tom. II. *Thes. Brand.* pag. 617. *Occo* edit. ult. p. 103. & 105. *Ansel. Solerius* de pileo p. 27. edit. *Amst.* 1671. in 12.

Hodie exstat etiam (8) in *Thesauro Schwartzburgico.*

Num. 9. & 8.

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate II. (Secundum) Pater Patriæ. Pietas sub figura muliebri velata sedens, dextera pateram protendit, sinistram statuæ inclinat, infra PIETAS.

DIVO AUGusto. Idem Caligulæ sacrificium, ante Templum Augusti, uti in præcedente, & Num. 8.

Coincidit hic nummus cum *præcedente* per omnia, nisi quod *Tribunicia Potestas II.* & titulus: *DIVI AUGUSTI PRONEPOTIS*, quem sæpius offendemus alibi, quoque se singulariter jactabat titulo, cujusque rationem, supra Tab. I. Num. 24. uberius dedimus, omisso GERMANICI, intuentibus offeratur. Progredimur ergo.

Num. 10. & 8.

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate III. (Tertium) Pater Patriæ. Pietas eodem habitu, uti in antecedentibus, sedens, infra: PIETAS.

DIVO AUGusto. Idem Caligulæ sacrificium in Augusti Templo, uti Num. 8.

In præcedente nummo *Tribunicia Potestas II.* Caligulæ intuenti offerebatur, hic III. legitur, quæ facit etiam, ut ab *ipso* differat, & exinde hoc simul eliciatur, *illum* A. V. C. DCCXCII. I. C. XXXIX. fuisse *signatum*. Plura qui desiderat, adeat Num. 1. & 2. hujus Tabulæ IV. Monemus tantummodo, olim jam *æri incisum* ac descriptum datum esse ab *A. Rubenio* in *auctis nummis Arschotanis* Tab. XVIII. Num. 10. & 11. *Guillaume du Choul en Discours de la Religion des Anciens Romains* p. 69. & 168. *Occone* edit. ult. p. 105. *C. Mediobarbo* e (9) *Museo Cospiano* pag. 78.

Num.

(8) Exstat quoque in *Museo nostro* optimus & mirabili pulchritudine insignis. SIG. HAVERC.

(9) Invenitur quoque in *Museo nostro.* SIGEBERT. HAVERCAMP.

NUM. 11. & 8.

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate IIII. (Quartum) Pater Patriæ. Pietas eodem habitu, uti Num. 7. supra, sedens, infra: PIETAS.

DIVO AUGusto. Idem Caligulæ ab Augusto dicatum Templum & sacrificium, uti supra Num. 8.

Observatione omnino dignum reputamus vix alium *Caligulæ* nummum frequentius à *Senatu* fuisse repetitum, & per omnes *Tribunicias ejus Potestates* continuatum, quam hunc ipsum, quem A. V. C. DCCXCIII. I. C. XLII. signatum fuisse, ex ultima ejus Tribunicia Potestate, quam gessit, colligimus. Unde patet, Caligulam se multum *dedicatione hujus Templi* apud *Senatum Populumque R.* commendâsse. (10) Exstat hic ipse in *Thesauro Schwartzburgico*, & vulgavit jam illum *Occo* edit. ult. pag. 105. *Restitutum* quoque eundem à *Cavino* fuisse, *Claudius Molinetus* testatur *dans son Cabinet de la Bibliotheque de Sainte Genovieve*, ubi eundem Tab. XXIII. Num. 6. exhibet æri incisum.

NUM. 12.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 7.

Colonia Cæsarea Augusta. LICINIANO ET GERMANO II. VIRIS. Aquila Legionaria inter duo signa cohortium, quorum perticis manus legionariæ sunt impositæ.

Colonia Cæsarea Augusta, Hispaniæ Tarraconensis, *Salduba* primum, post vero, quod ab *Augusto* ex IV. VI. & IX. *Legionum Veteranis*, (docentibus hoc quoque nummis) fuisset deducta, hoc modo, nempe *Cæsarea Augusta* fuit dicta, de qua pluribus infra Tab. V. Num. 3. dicemus. *Aquila* scilicet & *signa militaria*, in nummo, originem statim ejus nobis clarissimè produnt. Atque cum infra Tab. V. Num. 8. *eosdem DuumViros* quoque offendamus, & quidem cum *Colono*, boves ante se agente, probabile nobis redditur admodum, *alterum* ex his Duumviris à *civibus* deductis, *alterum* ex *veteranis* suum traxisse genus, de quo infra pluribus forté. Et quando *dextras signis militaribus* videmus *impositas*, in mentem nobis revocamus morem illum, quo *dexteræ* ad *absentes Legiones* & *Exercitus* fuêre *missæ*, velut *præsens fidei*, *hospitii*, & *Concordiæ tessera*, de quo *Tacitus* Histor. Lib. I. *Miserat Civitas Lingonum VETERE INSTITUTO dona Legionibus, DEXTRAS hospitii insigne*; Et alibi: *Centurionemque Sisennam DEXTRAS Concordiæ insignia, Syriaci exercitus nomine ad prætorianos ferentem, variis artibus adgressus est*, probe hoc observante *Illustriss. Spanhemio* in *Dissertat.* II. de *usu & præstant. Numism.* p. 119. Hoc vero ex Epigraphe dispalescit, illum circa A. V. C. DCCIX. I. C. XXXIX. fuisse signatum. Vulgavit jam hunc rarissimum *majoris moduli* nummum *Carolus Patinus* in *nummis suis æreis maj. & med. moduli* p. 92. *Angelonus* p. 37. Editionis II. à *Joh. Petro Bellono* editus, *Ezech. Spanhemius Dissertat.* II. de *Usu & præst. Numism.* p. 120. ubi tamen non solum, sculptoris incuria, *facies* Caligulæ, sed & *literæ inverso ordine* conspiciuntur. *Joh. Valens* in *nummis Coloniarum* p. 148. *Comes Mediobarbus* p. 79. *Occo* edit. ult. p. 104. *Andreas Morellius* in *Nummis Consul.* in *Familia Licinia* Tab. III. Lit. D. hodieque exstat in *Thesauro Regio Parisiensi.*

(10) Servatur & hic, picturis, seu statuis, in summo templo, sicuti & primus, excellens, in *Museo nostro.* SIGEBERT.

NUM. 13.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ nudum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 7.

vel

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 8.

Colonia Cæsarea Augusta. LICINIANO ET GERMANO II. VIRIS. Aquila Legionaria inter duo signa cohortium, quorum perticis dextræ, seu manus legionariæ, sunt impositæ.

De *Colonia Cæsarea Augusta* partim ad antecedentem Nummum diximus, partim infra Tab. V. Num. 3. de eadem pluribus agendi erit locus, sicuti & de ipsis his *Duumviris*, *Liciniano* & *Germano* Num. 4. & 5. ibidem, quorsum B. L. amandamus. Solum addimus, annon sententiæ illi, qua nonnulli volunt, primis temporibus non *conjuncto*, sed *disjuncto* vocabulo hanc Urbem fuisse nominatam, aliquid roboris possit accedere hac in nummo scriptione, cum illa distinctis per puncta literis C. C. A. indicetur, idque in quam plurimis nummis aliis. Et aliquid omnino est, sed receptam *coalitionem* hujus vocis *Cæsar-Augustæ* & *Prudentius* & *Inscriptiones* apud *Gruterum* p. 324. juvare tamen quodammodo videntur. Sistit hunc nummum *Car. Patinus* in *Nummismatum Thesauro majoris moduli æreorum* p. 142. *C. Mediobarbus* p. 79. *Andr. Morellius* in *Nummis Consularibus* in *Fam.* Licinia

HAVERCAMP.

Licinia Tab. III. Lit. C. Possedit illum *Rev. Abbas de Camps*, & exstat hodie in *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 14.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS Pontifex Maximus TRibunicia POTestate COnSul. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 12.

Urbs Victrix OSCA. Cajo TARRACINA. Publio PRISCO II. VIRIS. (Duumviris) Vir galeatus Romano indutus habitu, equo decurrens hastam vel frameam dextra tenet.

Cum *idem typus*, quamvis *minori modulo*, infra occurrat Tab. V. Num. 10 & 11. eo B. L. ablegamus, ubi quæ huc propius spectare possunt, inveniet. Hujus formæ nummum rarissimum vulgavit jam *Joh. Valens* in *Nummis Coloniarum* pag. 151. *Antonius Augustinus* Dial. VII. *Angelonus* edit. Bellor. p. 37. *A. Morellius* in *nummis Consular.* sub *Familia Bæbia* Num. 8. *Com. Mediobarbus* p. 79. ubi tamen laudatus Auctor in descriptione ejus *Equum* pro equite reposuit, nisi forte typographi incuria irrepserit. *J. Harduinus* in *Nummis antiquis Popul. & Urbium* pag. 372. Hodie exstat in *Thesauro Regio Parisiensi*, attestante & id *Harduino.*

NUM. 15.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ nudum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 19.

vel

Cajus CAESAR GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia Potestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. II. Num. 67.

vel

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex TRibunicia Potestate Pater Patriæ. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. II. Num. 68.

vel

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ nudum, dextram versus, impressa nota T. C. M. P. quam interpretor: Titi (Vespasiani) Cæsaris Moneta Probata, uti Tab. I. Num. 18.

vel

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS Pontifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 14.

vel

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate III. (Tertium) Pater Patriæ. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 28.

vel

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONTifex Maximus TRibunicia Potestate IIII. (Quartum) Pater Patriæ. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. II. Num. 69.

vel

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus PONTifex Maximus TRibunicia Potestate IIII. (Quartum) Pater Patriæ. Caput Caligulæ nudum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 31.

(11) *VESTA. Vesta velata sedens dextra pateram tenet, sinistra hastam puram, ad latus: Senatus Consulto.*

Sellam Castrensem, cui *Vesta* insidet, cur *Joh. Baptista Ficlerus* in *Expositione nummorum æreorum Maxi-*

(11) Nummus C. Caligulæ, æreus, secundæ magnitudinis & bonæ artis, hanc à parte capitis habet Inscriptionem, C. CAESAR AUG. GERMANICUS PONT. M. TR. POT. Ab altera parte elegans est figura muliebris, sedens, velato capite, cum nota Senatusconsulti, atque desuper his literis VESTA. Repræsentat sedens hæc figura muliebris Deam Vestam, atque eadem pictura in aliis occurrit nummis. Græci Vestam eandem Ἑστίαν adpellabant, quæ pro Cerere quoque & Tellure habita fuit. In multa apud priscos veneratione fuit, quum modo focum, modo terram denotaret, ut patet ex hisce *Ovidii* versibus *Fastorum* Lib. VI. 267.

Vesta eadem est, & Terra, subest vigil ignis utrique,
Significant sedem terra focusque suam.

Et ex eodem *Ovidio* in *Fastis* Lib. VI. 291.

Nec tu aliud Vestam, quàm vivam intellige flammam,
Nataque de flamma corpora nulla vides.

Vestam Deam fingebant virginem, quoniam adsiduus motus nihil generare solet, atque inde comitatus ei virginum adjungi solebat, juxta *Phornutum*. Depingebant eandem Vestam habitu

Maximiliani, Bavariæ Ducis, MSta nominare voluerit, non capimus, cum conſtet *Veſtam caſtra ſequi apud Romanos non conſueviſſe.* Hoc novimus, *Veſtam*, quod *omnibus* tum herbis, tum plantis *terra veſtiatur*, ſive *quod vi ſua ſtet* juxta illud *Ovidii* Lib. VI. *Faſtorum* :

Stat vi terra ſua, vi ſtando Veſta vocatur,

dictam ; juxta *C. Fab. Pictorem*, Jani uxorem *matrem Saturni*, ſive *filiam ejus*, juxta *Diodorum Siculum & Apollodorum*, & à Poëtis haberi, unamque ex *Diis Penatibus* fuiſſe, quos *Æneas* in Italiam transtulit, juxta *Virgilii Æneid.* Librum II. 296.

Sic ait & manibus vittas, Veſtamque potentem
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Veſtalium vero potiſſimum cura erat, ut *ignem perpetuum* conſervarent, magnaque earundem apud veteres erat religio. *Veſtam* à *Scopa* quoque *ſedentem* effictam, *Plinius* tradit. *Patera* Numinis argumentum eſt, quoniam ex *iſtâ* in Sacris *libabatur*. *Haſta* vero, quam *læva* tenet, *divinitatis* indicium cenſetur, juxta illud *Juſtini* Libro XLIII. *ab origine rerum pro Diis immortalibus Veteres haſtas coluere, ob cujus religionis memoriam adhuc Deorum ſimulacris haſtæ adduntur.* Sed quid *Veſta* in Caligulæ nummis ? An quod, ut *Pontifex Maximus*, ſingularem illarum curam habuerit ? an quod ſummè *religioſum* ſub *iſtius ſchemate* ſe ipſum exhibere voluerit, præſertim, quod *velata* ſedeat, *pateram* dextra tenens, & *haſtam* ſiniſtra ? Certe de eo tacent Hiſtorici. Modo advertimus, non una vice eundem fuiſſe ſignatum, ſed, ob *typi* ſine dubio *præſtantiam*, non ſemel fuiſſe repetitum. Nam *averſa* docent, illum incudem ſubiiſſe A. V. C. DCCXC. I. C. XXXVII. itemque A. V. C DCCXCIII. I. C. XL. officinam monetariam exiviſſe. Pars hic nummus eſt *Theſauri Schwartzburgici*, itemque olim *Maximiliani*, *Ducis Bavariæ*, nec non *Bibliothecæ S. Genovefæ.* Exhibet & illum *I. B. Meneſtrier en Medailles illuſtrées des anciens Empereurs* p. 42. *Adolphus Occo* editionis ultimæ p. 103. & 105. *Joh. Smetius* in *Antiquit. Noviom.* p. 198. *C. Mediobarbus* ex indice Palatii *& Nummis Fæſchii* p. 77. & 78. *Thomas Dempſterus* in *Antiquitatibus Joh. Roſini* auctis edit. *Genev.* 1620. p. 198.

NUM. 16.

Cajus CAESAR AUGuſtus, GERMANICUS PONtifex Maximus, TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 19.

VESTA. Veſta velata ſedens, dextra tenet pateram, ſiniſtra haſtam, nota impreſſa monetali : Ti us Cæſar Auguſtus, uti opinamur.

Sola *nota monetalis* hunc à præcedenti diſcernit, qui hoc modo in *Theſauro* aſſervatur *Schwartzburgico.*

NUM.

habitu virginis ſedentis atque tympanum tenentis, quoniam ventos ſub ſe Terra continet. Rotundum vero Deæ Templum exſtruxerunt Romani (prouti in Antiquis Nummis obſervare licet,) inque medio Templi focum ponebant, quem in medio ſui continere Terram adſerebant. In multis autem Nummis Veſtæ illud rotundum Templum effigiari ſolet cum adſcripta voce VESTA. Ἑςίαν vero Antiqui vocabant διὰ τὸ ἱςάναι, quod in medio Terrarum ſtet, vel quod illi, veluti certo fundamento univerſus Terrarum inſiſtat Orbis. Veſta, juxta alios vocatur Terra, quod veſtiatur arboribus, herbis floribusque, & multis aliis rebus, vel quod virtute ſua ſtet in univerſo, neque aliqua ſuſtineatur re, ſed tamquam in aëre pendeat. Quod quidem nonnulli fieri adſerunt continuo velocique cœlorum motu, quo fit ut aëris ignisque ſphæra adſiduo errore illam rotante, permaneat eadem inviolata & perduret. Verum alii, melius forſitan, obſervarunt, quod ſicuti leviſſima quæque, natura ſua in aërem ſurſum ferri ſoleant, contra ſubſidant ad inferiora quæcunque ſint gravia; ideo, quoniam ex primis quatuor elementis, gravior reliquis Terra eſt, illam in medio conſiſtere. Niſi enim ibi conſiſteret, motu in altum, quod naturæ ejus contrarium, ferri deberet. Adjungunt, Terram, quoniam in medio ſtet hujus Univerſi, Veſtam vocari. Virgines, cuſtodes Templi Deæ Veſtæ, Veſtales dictæ, ſub Pontifice Maximo erant, à quo graviſſime puniebantur, ſi forte exſtingui ignem ſacrum, (qui deinde ſolis radiis, non terreſtri igne debebat accendi) ignavia ſua ſiviſſent. De Veſtæ Sacrificio & Virginibus Veſtalibus ita ſcribit *Gregorius Gyraldus*; *Veſtæ, vel deis, ſi quando Veſtales Virgines ſacra liborent, vel rem divinam facerent, eo cultu ornatuque ut erant & vittatæ, peragebant ; album tamen præterea veſtimentum, quod ſuffibulum vocabatur, oblongum & prætextum, & quadrangulum in capite ſumebant, fibulaque ſubnectebant ; tum caſta mola & ſale tuſo in ollam fictilem miſſo, mox in aquam injecto, ſacra faciebant, calicibusque fictilibus, quos cululos vocabant, Veſtæ, & deis libabant. &c*

Erat igitur ignis æternus huic Deæ ſacer, ipſaque inter Deas numerari ſolebat. Jovis fuiſſe nutricem Veteres fabulantur, atque eundem, infantem olim, gremio tenuiſſe, quo etiam depingi modo ſolet. Amplum Deæ & ſpatioſum erat Templum, in medio erat ara & accenſus circa focus, quem ſervabant ardentem ſemper, neque fas erat ullo modo eundem extingui. Quare complures erant numero Virgines Veſtales, quæ illi foco inſerviebant, unde & plures nonnunquam in nummis juxta Deæ Templum exprimi ſolent. In ſummo quoque Templi ſedens erat Veſtæ Statua, quæ Jovem infantem gremio tenebat. Multi vero ſuperſunt nummi, qui illud Veſtæ Templum atque Virgines Veſtales referunt. Ipſa Dea ab Antiquis memoratur Saturni atque Rheæ fuiſſe filia, & prima monſtraſſe ædium exſtruendarum uſum. Unde ſemper fingitur intus in ædibus, tanquam quæ cuſtodiat illas & ſervet, prout *Euripides* ſcribit in *Medea*, cujus verſus Latine ſic ſonant :

—— —— hanc ego colo
Præ cæteris Hecaten, mihi quam ferre opem
Legi, meæ Veſtæ colit namque intima.

Oſtendit *Plato* in *Timæo* Deam Veſtam, id eſt terram, ſtare in medio Univerſi, atque omnes Deos, id eſt, elementa cuncta circa ſe moveri faciens. Hæc ejus ſunt verba : *Magnus ſanè dux in cœlo Jupiter currum agens volucrem primus incedit, omnia coordinans & curans. Hunc ſequitur Deorum dæmonumque exercitus in duodecim partes diſtributus : at Veſta ſola manet in Deorum domo.*

Veſtæ illi, id eſt Terræ, flores, tamquam mater, quæ illos produxerat, offerebant, præterea far, ut docet *Virgil.* Lib. V.

Hæc memorans, cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes;
Pergameumque larem, & canæ penetralia Veſtæ,
Farre pio & plena ſupplex veneratur acerra.

Plotinus aliique Philoſophi nonnulli Veſtam, terræ eſſe animam volunt, quæ Ceres, alias Veſta, adpellata fuerit. Crediderunt item Platonici ſubſtantiam eſſe formæ ſeparatæ, quam ipſi ἑςίαν adpellabant, divinarumque rerum fundamentum ſolidum. Inter omnia, quæ diis offerebantur ſacra, primitiæ inde Veſtæ conſecrari ſolebant. Terra igitur, tamquam corporum naturalium cunctorum fundamentum, merito ab Antiquis Deorum Mater adpellata fuit ; atque inde in plurimis nummis MATER DEUM vocatur. SEBAST. ERICIUS.

Num. 17.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex Maximus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ nudum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 19.

VESTA. Vesta eodem habitu sedens, dextra pateram, sinistra hastam tenet, impressa nota monetali: Titi Cæsaris Moneta Probata, vel Proba.

Alia adhuc *Titi* (12) diversâ *notâ monetali* signatus hic ipse est nummus, qui ex *Thesauro Schwartzburgico* depromptus est.

Num. 18.

Antica est posticæ Num. 15. datæ, ut supra hoc ipso Num. 15. monuimus.

Num. 19.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONtifex MAXimus TRibunicia POTestate. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 21.

AGRIPPINA DRUSILLA JULIA. Tres Caligulæ sorores stantes, & quidem prima sub habitu Deæ Constantiæ cornucopiæ dextra tenens, eandemque in columnam inclinans; altera sub Deæ Concordiæ schemate pateram dextra porrigit; tertia sub Fortunæ habitu dextra temonem protendit, atque sicuti altera læva cornucopiæ tenet, infra Senatus Consulti nota addita.

Supra hunc *ipsum typum* Tab. IV. Num. 3. majori saltem modulo exhibuimus, propterea, ne actum agamus, eo B. L. ablegamus. Sistit cæterum hunc quoque nummum *Car. Patinus* in *nummis æreis* p. 91. & plumbeum quoque se vidisse, ibidem scribit, sicuti & *aureum*, quem supra quoque dedimus; itemque in *Suetonio nummis illustrato* pag. 203.

Num. 20.

AGRIPPINA DRUSILLA JULIA. Protomes duarum Sororum oppositæ, & Drusillæ in medio antrorsum.

Medium *Drusillam* locum hic iterum occupare videmus; quæ & supra sub *Concordiæ* schemate in *nummis duobus* Num. 3. & 19. comparuit, sine dubio propterea, quod *majori in existimatione & dignitate* esset apud *Cajum*, quam cæteræ. Cætera ibidem jam dicta sunt. Asservatur hic nummus in *Thesauro Regis Galliæ.*

Num. 21.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣαρ ΣΕΒΑΣΤος ΓΕΡμάνικος. *(CAJUS CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS.) Caput Caligulæ nudum, lævam versus, uti Tab. II. Num. 51.*

vel,

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *(CAJUS CAESAR GERMANICUS AUGUSTUS.) Caput Caligulæ lauro redimitum, lævam versus, ante stella, uti Tab. II. Num. 41.*

ΘΕΑ ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΗ. *(DIVA AGRIPPINA.) Agrippina succincta sellæ curuli insidens, dextra hastam puram, læva spicas & caput papaveris tenet.*

In *Consecrationem Agrippinæ, matris* Imperatoris *Caji*, inter *Divas* velut nunc receptæ, ejusque memoriam cusum hunc ipsum fuisse nummum, quivis facile perspicit, præcipue si penitius consideraverit, quod primo, velut *regens Dea*, *sedeat*, *hastam puram*, signum regiminis & divinitatis, *dextra* teneat, *succincta* porro velut Deæ habitu *quiescat*, *papaveris caput* & *spicas*, quasi nova *Ceres*, sinistra teneat, *DIVA* præterea in nummo audiat, quæ singula hic excutere pluribus, hujus loci non est, alibi, satis dicta. Idque sine dubio factum à *quadam Græciæ* civitate, quo ipso *omne studium*, *omnem honorem & devotionem Caligulæ* probare gestivit, cum sciret, *filium maternorum beneficiorum memorem*, amplissimos *honores eidem* decrevisse; cujus rei supra jam *Dionem* testem adduximus, cujus verba ad Num. 4. Tab. III. in aureis relegi poterunt. Vulgavit jam ante hunc nummum *Eruditissimus Pater Claude du Molinet dans son Cabinet de la Bibliotheque de Sainte Genevieve* p. 77. Num. 4. Tab. XX. Supra quoque jam illum vidimus in *Agrippinæ nummis æreis medii moduli* Num. 3. & 4. Tab. XV. ubi primum *Morellius pateram* sinistra tenentem sculpi eandem, perperam forte, fecerat; in hoc vero *spicas* exhibet cum *capite papaveris*. *Petrus Seguinus in selectis Numismatibus antiquis* p. 308. ex *Numismatibus elegantioribus Musei Abbatiæ S. Genevieve* illum pariter exhibet. *Joh. Valens* in *nummis Populorum & Urbium Græce loquentium* p. 10. sub Agrippina ex *Thesauro Regio* (proptereaque & *Morellius*, quod in illo eum sic deprehenderit, *lilii signum* eidem adjecit) eundem dedit. Ubi non possum non monere, *Molinetum*, *Morellium* (ut supra diximus in *Agrippinæ Nummis æreis medii moduli*) itemque *Seguinum Agrippinam sedentem* repræsentâsse

(12) Nos referimus ejus generis nummos incusos ad Tiberium Claudium Cæsarem, ut alibi plus semel in hoc Opere diximus, præsertim ad Augusti Tab. XXXII. Possidemus quoque Caligulæ similem hisce nummum, qui supra dextram Vestæ manum incusam habet (ut videtur) notam, IMP. AUG. Nummi autem cum Vestæ typo, non incusi, & in *Museo nostro*, & passim apud omnes inveniuntur. SIGEB. HAVERCAMP.

ſentâſſe *læva tenentem pateram*; *Morellium* vero hic & *Kalentem* (perperam *Valens* dextram ponit) *ſpicas tenentem*; nos cum nummum ipſum intueri nequeamus, neſcimus, cui calculus ſit addendus, niſi fortè *diverſi* prorſus *typi* ſint nummi, quod vel ex diverſis averſis, quas *Morellius* loco citato ſupra, & *Valens* loco pariter allegato communicant, hariolari licet, quanquam & *patera divinitatis* argumentum cenſendum ſit.

NUM. 22.

Neptunus nudus ſuperjecto ſaltem brachis velamine, ſtans, dextra Delphinum, ſiniſtra tridentem tenens, adjecta Senatus Conſulti ab utroque latere nota.

Quo reſpexerit *adulans Caligulæ Senatus* hariolari facilè quisque poteſt, vel enim in ejus honorem haud *timenti maris æſtus* & *fluctus* ſignari voluit, velut id ex *Suetonii* Cap. XV. novimus, *Pandatariam* ſcilicet illum *& Pontias ad transferendos Matris fratrisque cineres TEMPESTATE TURBIDA feſtinâſſe*; Silanumque necâſſe, quod *INGRESSUM MARE ſequi* (*ob impatientiam nauſeæ*) *ipſum noluerit*, eodem referente Cap. XXIII; vel ob frenum *Neptuno* quaſi injectum, marisque vindicatam poteſtatem, exſtructione pontis ad littus Puteolanum; vel quod Neptuno publicè gratias referret *Senatus Populusque Romanus* pro præſtito in hoc arduo negotio Caligulæ auxilio, de quo *Suetonius* Cap. XIX. *Novum præterea atque inauditum genus ſpectaculi excogitavit. Nam Bajarum medium intervallum Puteolanæ ad moles, trium millium & ſexcentorum fere paſſuum, ponte conjunxit, contractis undique onerariis navibus, & ordine duplici ad ancoras collocatis, ſuperjectoque aggere terreno ac directo in Appiæ viæ formam. Per hunc pontem ultro citroque commeavit biduo continenti. Primo die phalerato equo inſignisque quercea corona, & ſecuri & cetra & gladio, aureaque chlamyde.* Pauloque prolixius hoc *Neptuni terreſtris* facinus deſcribit *Dio* Lib. LIX. *Verum Cajus rem haud magnam eſſe cenſens, ſi equo per continentem terram inveheretur, ovationem eam ſprevit; at per MARE equo vehi intendit, ponte injecto ei maris parti, quæ eſt inter Puteolos ac Baulos. Is locus eſt è regione Urbis ſitus, & diſtant inter ſe Bauli ac Puteoli millibus paſſuum tribus ac quadrante. Ad eum pontem convectæ ſunt partim naves, partim aliæ fabricatæ, cum quæ in tanta celeritate comportatæ eſſent, non ſufficerent, quanquam omnibus, quæ haberi poterant, conquiſitis. — — — Non vero tantum tranſitus cauſa pons paratus fuit, ſed diverſoria etiam in eo effecta ſunt, quibus etiam aqua dulcis affluebat. —— —— Tum ſacra re NEPTUNO ac Diis aliis facta, & Liveri etiam, ne qua invidia, ut dicebat, premeretur, pontem à Baulis ingreſſus eſt, ac in Urbem quaſi in hoſtes celeriter irruit. —— —— Suggeſtum conſcendit in medio pontis navibus impoſitum, ac primo ſe ut eximia conatum jactavit, —— —— hoc inter alia gloriatus, ſe pedibus mare percurriſſe. — — Nam loco in Lunæ formam curvato, undique ignis quaſi in theatro quodam videbatur; ita ut omnem tenebrarum ſenſum eriperet; ita noctem quoque in diem convertere, veluti mare in terram, volebat. Poſtquam ad ſatietatem usque cibo & potu ſeſe ingurgitavit, multos amicorum de ponte in mare projecit, multos navibus roſtratis circumvectus ſubmerſit, ita ut perierint nonnulli, plerisque quanquam ebriis evadentibus, quod eo loci mare placidiſſimum, ac minime turbulentum erat. Hoc ipſo inflatus, NEPTUNO ſe timorem incuſſiſſe dixit, Dario & Xerxe non niſi ludibrii cauſâ memorato, quia longe plus maris ipſe ponte inſtraviſſet.* Ut non tangamus inſanas molitiones ejus, ultra hominum ipſiusque naturæ vires, in viis Publicis, quæ etiam ſub NEPTUNI (13) cura erant, conficiendis ſuſceptas, de quibus *Suetonius* in *Calig.* Cap. XXXVII. *In exſtructionibus Prætoriorum atque Villarum, omni ratione poſthabita, nihil tam efficere concupiſcebat, quam quod poſſe effici negaretur. Et jactæ itaque MOLES INFESTO AC PROFUNDO MARI, excisæ rupes duriſſimi ſilicis, & campi montibus aggere æquati, & complanata foſſuris montium juga, incredibili quidem celeritate, cum moræ culpa capite lueretur.* Ac ne ſingula enumerem, immenſas opes totumque illud Tiberii Cæſaris vicies ac ſepties millies HS. non toto vertente anno abſumſit. De quo legi meretur *Nicolaus Bergierius* de *publicis & militaribus Imperii Romani viis* Libro I. Sect. XVI. pag. 46. Tab. X. *Grævii Theſ. Rom.* Aut denique fortè ob *victorias navales*, quas æque merito ac *de Germanis* Triumphum, *domum retulit*, referente easdem eodem *Suetonio* Cap. XLVI. *Poſtremo quaſi perpetraturus bellum, directa acie in littore Oceani, ac balliſtis machinisque diſpoſitis, nemine gnaro ac opinante, quidnam cœpturus eſſet, repente ut conchas legerent, galeasque & ſinus replerent, imperavit, SPOLIA OCEANI vocans, Capitolio, palatioque debita. Et indicium VICTORIAE altiſſimam turrem excitavit, ex qua, ut ex Pharo, noctibus ad regendos navium curſus, ignes emicarent.* Indeque forte fuit, quod ipſe ſub *Neptuni* ſpecie comparere in nummo voluerit præſenti, cum ſciamus præterea ex *Suetonii* Capite XXII. *Illum SIMULACRA NUMINUM RELIGIONE ET ARTE PRAECLARA è Græcia apportari curâſſe, quibus, capite dempto, ſuum impoſuit.* Vidit Nummum *Morellius* & *ſchedis ſuis* eundem intulit.

(13) Præcipue REDUX, qui ſingulariter in Deorum Vialium fuit cenſu. Videatur hanc in rem Inſcriptio, quam afferet *Doctiſſ. Grævius* in *Præfatione* Tom. X. *Antiquit. Rom. Theſaur.*

TABU-

TABULA V.
EXHIBENS
NUMMOS CALIGULAE
EX AERE MEDIO.

NUM. I.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 7.

COLONia ACCItana. Duæ aquilæ legionariæ inter duo signa cohortium.

ACCIS, Aceji, Ἄκκι) Urbs *Hispaniæ Tarraconensis*, in *Bœticæ* confinio ad *Chrysum* fluvium sita, sub *Julio Cæsare*, primum *Colonos* illuc deducente, videtur *Coloniæ* titulum jam obtinuisse, & quidem ex eo, quod in *Augusti* & *Tiberii* nummis *Colonia JULIA Gemella Accitana*, & in *Inscriptione* apud *Gruterum* p. 271. Num. 6. *COLonia JULia AUGusta GEMella ACCITANA* quoque audiat, quam dehinc *Augustus novis* subinde *Colonis* auxit, ac supplementum quasi eidem dedit: ex multorum, etiam *Hispanorum*, judicio, hodienum *Guadix*, seu *Guadicia* nuncupatur, ac in *regno Granatensi* juxta fontes fluvii *Guadalentin* sita est. Hujus Coloniæ meminit *Plinius* Lib. III. Cap. 3. ac refert, *eandem jus Italicum habuisse. Carthaginem*, inquiens, *conveniunt populi LXVI. exceptis Insularum incolis : Ex COLONIA ACCITANA Gemellenses, & Libisosona, cognomine Foro-Augustana, quibus duabus jus Italiæ datum. Gemellenses* ergo ejus vocantur incolæ, & ipsa *Gemella* non solum hic apud *Plinium*, sed & in *nummis*, ut diximus, *Augusti*, *COLonia GEMella ACCITANA LEGIO VI.* itemque in *Inscriptione veteri* apud *Marianam* & *Gruterum* : *COLonia JULia GEMella ACCITANA* nominata occurrit. *Johannes Valens* in *Nummis suis Coloniarum* sub *Augusto* p. 13. exinde hoc esse existimat, quod ab *Augusto* post provinciarum divisionem, in ipsius *munimentum novos Colonos acceperit*, ex veteranis scilicet *Legionum Sextæ Ferratæ*, & *Sextæ Victricis*, adeoque Coloniam ex *GEMINO Legionis Sextæ* nomine Gemellam fuisse dictam. Sed *Cl. Cellarius* in *Geographia* sua *antiqua* p. 135. ex eo potius hoc nomen traxisse autumat, quod ex duabus Legionibus, *Sextæ* scilicet & *Tertiæ*, *Colonos acceperit*, sine dubio *Doctiss. Valentem sequutus*, qui se ipsum & suam jam adlatam sententiam corrigit in *Tiberio* pag. 91. ibidem, & quidem propterea, quod non solum in *Tiberii nummo*, sed & in *Caligulæ Legionem Tertiam* offenderit, adeoque credit potius, ex *Tertiæ* (cum duplex esset *Gallica* & *Augusta*) *Gallicæ* & *Sextæ*, *Legionum*, *emeritis* Gemellensium appellationem esse derivandam. Ex *duabus* sane *veteranorum Legionibus* Colonos accepisse, *duæ* illæ *aquilæ legionariæ* in nummi postica conspicuæ, confirmant. *Aquila* enim semper *legionis* σῆμα creditur, sicuti *signa militaria* saltem *cohortium* sunt indicia, quanquam ante *C. Marium signa legionum*, ex *Plinii* relatione, non solum *aquilæ*, sed & *lupi*, *minotauri*, *equi* & *apri* fuerint, *quorum simulacra* longis hastis portata singulis ordinibus præferebantur. Sed *secundo ipsius Consulatu*, illi abdicati fuerunt, *aquila Legionibus solum* tributa, conscriptisque ad Legionem *sex millibus & ducentis* hominibus, cum ante ex *quatuor millibus* saltem constitisset, referente id nobis *Sexto Pompejo*. In qua vero veneratione *Aquilæ Romanæ* fuerint, superiori Tab. IV. Num. 4. ostendimus. Hic adeoque quando adparent, *Coloniam* demonstrant, *cui ducendæ* primum Romæ *signum* ponebatur, mox vero in *Colonia*, quo *Coloni* deducebantur; *numerusque* scribebatur eò commigrantium, v. g. *sexcentorum* aut *millium*. Horum centum *Decuriones* legebantur qui instar *Senatorum* erant. Hinc *quotannis Magistratus* creabant, & alios *quinto quoque anno*, indeque *Quinquennales* dicti, ut Romæ antea *Censores* erant. *Fuere* etiam plerumque *Duumviri* & *Ædiles* & *Quæstores*, inquit *Augustinus* Dialogo VII. p. m. 109. *Antiquitatum*. Horum *Duumvirorum* frequentem in posterum habebimus mentionem in nummis, sicuti & nonnullorum supra habuimus. Cum verò *veterani armis* essent adsueti, non mirum est, *Martem* præcipue inter alios coluisse Deos, docente hoc nos insuper *Macrobio* Libro I. *Saturnalium* Cap. I. *ACCITANI etiam*, *Gens Hispanica*, *simulacrum Martis*, *radiis ornatum*, *maxima religione colebant*, *Neton vocantes*. Protulit hunc nummum jam *Joh. Valens* ex *Museo suo* in *Nummis Coloniarum* T. I. p. 146. *Joh. Harduinus in Nummis antiquis Pop. & Urb.* p. 5. qui tamen Literas C. I. C. ACCI. adeoque C. I. C. pro COLON. refert, sequens sine dubio *Mediobarbum*, qui eodem modo p. 78. dispuncta præterea voce A. C. C. I. ex communicatione Patris Cattanei eundem affert, ibique simul ejus Anticam ita C. CAESAR AUG. GERMANICUS P. P. (P. P. posterioribus literis forte pro IMP. lectis) exhibet.

NUM. 2.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. n. 7.

vel

Cajus CAESAR AUGuſtus GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. n. 3.

MUNicipium AUGuſta BILBILIS Cajo CORNelio REFECto Marco HELVio FRONTone, circa coronam querneam, in area: II. VIRis. (Duum Viris.)

Bilbilis, *Celtiberorum Urbs* & *Municipium* fuit in *Tarraconenſi* Hiſpania ad *Salonem* Fluvium ſita, prodente id *Strabone* Lib. III: Καὶ Σεγόβεργα δ'ἐπὶ Κελτιβήρων πόλις, ᾗ Βίλβιλις, περὶ ἃς Μέτελλος ᾗ Σερτώριος ἐπολέμησαν. *Celtiberorum porro urbes ſunt Segobriga & Bilbilis, circa quas Metellus & Sertorius bellum geſſerunt*; Et *Martiali Epigrammatum* Lib. X. epigram. ultimo:

Et curſu facili, tuisque ventis
HISPANAE pete TARRACONIS arces,
Illinc te rota tollet, & citatus
Albam Bilbilim, & tuum Salonem
Quinto forſitan eſſedo videbis.

Exſtitit & illa *Martialis*, ſummi Poëtæ, ſolum patrium, quod ipſe debuccinat Lib. X. *Epigrammate* 103.

Municipes Auguſta mihi quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis.

Et Lib. I. Epigr. 49.

Videbis altam, Liciniane, Bilbilim,
Equis & armis nobilem.

Villanovano videtur hodiernum *Catalajud*, *Varrerio* vero *Xiloca*; aliis & probabilius *Rio Baubula*, quam *Antonius Auguſtinus* Dial VII. Antiquit. p. 110. *Bambolem* vocat. *Bilbilitani* proinde *Caligulæ coronam querneam* in nummo circa initium imperii A.V.C. DCCXC. I. C. XXXIX. cuſo, offerunt, ſicuti ſupra T. III n. 1. in *aureis* & n. 10. *in argenteis Senatum Populumque Romanum Caligulæ Coronam querneam* ſignâſſe vidimus, nempe vel ut monerent illum de præcipue *ſequenda virtute Clementiæ*, vel quod *nonnullos cives ſuorum reſtituerit*, de quo verba Auctorum ibidem adducta conſuli omnino poſſunt; vel ob *inſigne beneficium*; forte ob *arma*, ſingulari artificio, beneficio *Bilbilis* (1) aliis *Xilocæ* Fluvii, ferrum ſingulariter durantis, ibidem fabrefacta; aut forte ob *equos generoſos* ibidem copioſe progeneratos, ut *Martialis* nos ſupra edocuit. *Municipium* verò cum in nummo cluit, tale *Reipublicæ* tempore facta fuit, uti aliæ plures *Urbes Hiſpaniæ*. *Auguſta* autem nominatur, quod forte ſingulare beneficium ab *Auguſto*, Imperatore, & inter alia *jus ſuffragii* receperit, ac ſic *pleno Civitatis jure* donata fuerit. Siquidem hoc clare nobis ſuggerit *Dio* Lib. LIV. *Multas Hiſpaniæ Urbes* A. V. C. 740. *ab Auguſto jus illud obtinuiſſe*, ſcribens: *Auguſtus rebus Gallicis, Hiſpanicisque omnibus confectis, cum multos in ſingula ſumtus feciſſet, magnam ab aliis vim pecuniæ accepiſſet, libertatem ac JUS CIVITATIS aliis dediſſet, aliis ademiſſet*, πολλὰ δὲ ᾗ παρ' ἑτέρων λαβὼν, τήν τε ἐλευθερίαν ᾗ τὴν πολιτείαν τοῖς μὲν δοὺς, τοῖς δὲ ἀφελόμενος. *Duumviros*, quod attinet impreſſos, unus ex *Cornelia*, *Patricia* Gente, cognomine *Refectus*, hic legitur, quæ *Caldos*, *Coſſos*, *Scipiones*, *Maluginenſes*, *Lentulos*, aliosque habuit *Helviæ* vero Gentis, *Patriciæ* an *plebejæ?* incertum, cognomento *Fronto*, ſine dubio à *fronte latiori* hoc cognomen tulit. (2). Siſtit denique & nunc nummum nec admodum rarum, nec ubivis obvium, *C. Patinus* in nummis æreis mediæ ac minimæ formæ p. 93. *Joh. Valens* in Nummis Coloniarum p. 146 *And. Morellius* in Nummis Conſul. Tab. VII. n. 10. in Familia *Cornelia*. Comes *Medioba rbus* p. 78. ex communicatione Eminentiſſ. Cardin. *Noriſii*, qui eundem in *Theſauro Mediceo* delitefcere affirmat, qui tamen minus recte MU. pro MUN. & BILBIL. pro BILBILIS habet. *Anton. Auguſtinus* D al. VII. Antiquit. p. 110. Occo Edit ult p. 104. qui tamen M. pro MUN. BILBIL. pro BILBILIS. deinde C. M. pro ſolo M. reperit.

NUM. 3.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum lævam verſus, uti Tab. I. Num. 7.

Colonia Cæſarea Auguſta. Bos vitta tectus.

Duas jam *Tarraconenſis Hiſpaniæ Colonias*, *Acciam* ſcilicet & *Bilbilem* vidimus, nunc ſequitur ſocias *Cæſar-Auguſta* (ſic enim *initiales* hæ legendæ ſunt, non autem *Colonia Carthago Antiqua*, ut nonnulli volunt) ejuſdem pariter *Provinciæ* & *Ecletanorum* caput, *Ibero* Fluvio adjacens. Sic enim *Mela* Lib. II. c. 6. *Urbium de Mediterraneis in Tarraconenſi clariſſimæ fuerunt Pallantia & Numantia, nunc eſt Cæſar-Auguſta*. Dicta vero hæc antea fuit *Plinio* & *Ptolemæo Salduba*. Sic enim ille Lib. III. c. 3. *Cæſar-Auguſta Colonia immunis, amne Ibero adfuſa, ubi Oppidum, antea vocabatur Salduba, Regionis Ecletaniæ, recipit populos CLII. Ex his civium Ro-*

(1) *Salo* ergo qui ſupra apud *Martialem* audiebat Fluvius, alibi *Bilbilis* vocatur *ferri temperatura nobilis*: Hinc *Juſtinus* Libro XLIV. c. 3. *Nec ullum apud eos telum probatur, quod non aut BILBILI FLUVIO, aut Chalybe tinguatur.*

(2) Cum capite Caligulæ, juxta primi nummi deſcriptionem, occurrit in *Muſeo noſtro*. SIG. HAVERCAMP.

Romanorum Bellitanos, *Cellenses &c.* *sunt enim septem Hispaniæ citerioris conventus*, *Carthaginensis*, *Tarraconensis*, *Caesar-Augustanus*, *Cluniensis*, *Asturum*, *Lucensis*, *Braccarum.* Consentit & vetus Inscriptio in Thesauro *Golzii* p. 238. COL. CAESAREA AUG. SALDUBA. A Strabone Libro III. ad *Iberum* amnem quoque collocatur, scribente: Ἐπὶ δὲ τῷ Ἴβηρι πόλις ἐςὶ Καισαρ-αυγοῦστα καλουμένη, *Ad Iberum amnem est Cæsar-Augusta.* Hodie *Saragossa* (Sarragosse) vocatur, *Aragoniæque* est metropolis, ad flumen *Ebro*, à *Carolo III.* legitimo Hispaniæ hærede, nuper vindicata, olim *Prudentii*, Poëtæ, patria. *Hoc* vero, quod in nummo obtinet, *nominis* ab Augusto Cæsare, qui eam deduxit *Coloniam*, impetravit, ceu supra Tab. IV. n. 12. pluribus jam ostendimus; hinc non solum ipsi, sed & ex ejusdem Familia descendentibus *Germanico* & *Agrippinæ*, itemque *Caligulæ* quam plurimos consecravit nummos. *Bos*, qui heic conspicitur, *Coloniæ* communiter symbolum ab rerum harum peritis reputari solet, licet aliis magis *soli fertilitatem* designare videatur, sicuti ex *Plutarcho* in *Theseo* constat: *Signavit etiam nummum inciso bove, vel ob taurum Marathonium, vel ob Minois ducem, vel ad agriculturam cives incitans.* Nobis cum *Augustino* Dialogo VI. & *Joh. Valente* videtur, *sacrificia* pro *Caligulæ salute* facta, & *victimam majorem* locoque *plurium & minorum*, *signatam*, *votaque* pro ejus *incolumitate*, indicare. Periclitasse vero aliquando *ejus salutem* ex *Dionis* Lib. LIX. inter alia constat, scribentis: Μετὰ τοῦτο νοσήσας, αὐτὸς μὲν οὐκ ἀπέθανε. *Post morbo conflictatus, mortem evasit.* An ad indicandum *gaudium*, cum ipsum *ad Imperium evectum* intelligerent? quod inter alia & *cæsis* plurimis testabantur *victimis Romani*, cur non & alibi? de quo *Suetonius* Cap. 14. *Tanta publica lætitia, ut tribus proximis mensibus, ac ne totis quidem, supra centum sexaginta millia victimarum cæsa tradantur.* *Sacrificio* & sine dubio Jovis destinatum hunc esse bovem, vel ex eo quoque potest colligi, quod *vitta* tectus sit in *capite*, victimæ *more* ac *ritu*, prætereaque quod ea *hostia Jovi* litare consueverant. Fuisse enim *majorem* hanc *victimam Jovi*, majoribusque Diis *dicatam*, certum est. De quo *ritu* plura jam diximus in Cæsare supra Tab. IX. n. 11. & supra Tab. IV. in Caligula n. 1. 2. Vidimus quoque alios duos hujus Coloniæ nummos supra Tab. IV. in Caligula n. 12. & 13. quo simul B. L. ablegatum volumus. Protulit jam hunc nummum *Joh. Valens* in nummis Colon. p. 146.

Num. 4.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. n. 7.

LICINIANO ET GERMANO II VIRis (Duum Viris) In area: Colonia Cæsarea Augusta.

De Colonia *Cæsar-Augusta* supra Tab. IV. n. 12. & 13. & Tab. V. n. 3. satis dictum est. Tantummodo hic attendimus Duum-Viros, qui sunt *Licinianus* & *Germanus*, qui & supra Tab. IV. n. 12. & 13. in nummis *obsignati* fuerunt. Priorem ex Licinia, Gente *Plebeja*, & à *Licino* dicta, in *aliam* adoptatum, quivis facile perspicit, ceu novimus ex *Dionis* Libro LV. de Claudio: *Adoptatus enim in Familiam Augusti, Claudianum se pro Claudio nuncupabat.* *Germanus* alias *Cassiæ* Gentis cognomen esse solet, docente *Inscriptione* apud *Gruterum* p. 846. 5. an ex *germine*, an ex *Germania* factum sit, alii videant. Exhibuit jam olim hunc rariorem nummum *C. Patinus* in nummis *æreis mediæ ac minimæ formæ* p. 92. *Joh. Valens* in *Nummis Coloniarum* p. 147. *A. Morellius* in *nummis Consularibus* in Famil. *Licinia* Tab. III. Lit. F. *Com. Mediobarbus* p. 79. Parsque hodie est (3) *Thesauri Regis Galliæ.*

Num. 5.

Cajus CAESAR GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum lævam versus, uti Tab. I. n. 2.

vel

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum lævam versus, uti Tab. I. n. 7.

vel

Cajus Cæsar AUGustus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ nudum dextram versus, uti Tab. I. n. 9.

LICINIANO ET GERMANO II. VIRis (Duum Viris) Colonus boves agens, ac sulcos ducens aratro, supra: Colonia Cæsarea Augusta.

Tertium, & si *duos* in præcedente Tabula simul attendere volumus, *quintum* jam accipimus *nummum* ab hac *Colonia*, quam *Plinius immunem* vocat, profectum. Cumque illa primum *Salduba*, ut supra audivimus, fuerit dicta, *Augustus* verò *Coloniam* eò deduxerit, ab eo *Cæsar-Augusta* in nummo eluit; quæ causa est, cur & *Colonum jugum boum agentem* in isto obsignaverint, *Coloniae*, ceu notum, *commune symbolum*, adjectis iisdem, qui supra quoque impressi fuere, *Duum-Viris.* Supra enim in *Caesare* nos monuisse, meminimus ex *Varronis* Lib. IV. de *Lingua Latina*, *Coloniam inchoari solitam juncto bove & vacca, ut vacca tamen Coloniae, quam conderent, propinquior esset; exterius verò bos araret: ductoque aratro terminos designasse Coloniae, qua mœnia ducerentur, & aratro portato, ubi portam statui vellent.* Additque *Augustinus* Dialogo VI. *Antiquit. Cur interius vacca Coloniam versus collocata? Ut fœminae domi fertiles sint, vaccarum instar. Bos exterius cur arabat? ut Viri foris laborent, boum exemplo*

(3) Exornat quoque, optime servatus (inter plures Caligulæ, editos ineditosque) *Musæum nostrum.* S. H.

emplo robusti. Hoc ex nummo amplius clarum est, illum, docentibus epigraphis, circa A.V.C. DCCXC. I.C. XXXIX. fuisse signatum. Vulgatus hic non ubivis obvius nummus jam est à *C. Patino* in nummis *aereis mediae & minimae formae* p.92. *Joh. Valente* in nummis *Coloniarum* p. 147. *Ant. Augustino* in suis *Dialogis Dial.* VII. p. 113. *A. Morellio* in *Nummis Consular. in Famil Licinia* T. III. sub Lit. E. Recensuit *Comes Mediobarbus* p. 79. *Occo* Edit. ult. p. 104. ex Nummophylacio P. Cattanei. Hodieque pars est *Thesauri Regis Galliae*, itemque *Schwartzburgici*, (4) asservatur quoque in Cimeliarchio *Cœnobii S. Genovefae.*

Num. 6.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator PATER PATRIAE. Caput Caligulæ nudum dextram versus, uti Tab. I. n. 30.

Colonia Cæsarea Augusta TITULLO MONTANO II VIRis (Duum Viris) Colonus bovem & vaccam agens, ac aratro sulcos ducens.

Sextus nunc *hujus Coloniæ* prodit nummus, quamvis sub aliis Duum-Viris, *Titullo* scilicet & *Montano*, quos & in honorem *Agrippæ* dedisse nummum, supra sub *Agrippa* vidimus. Cujus verò Gentis isti sint, hoc æque expeditum non est. *Titullus* alias *Munatiæ* Gentis & *Vibiæ* esse solet, docentibus id *Inscriptionibns* apud *Gruterum* p. 852. 2. & 863. Hinc & *A. Morellius* hunc ipsum nummum in suis *Consularibus nummis* Familiæ *Vibiæ* intulit. *Montanus* verò *Curtiæ, Juliæ, Juniæ* & *Vatiniæ* esse solet cognomen, uti *Glandorpius* nos instruit in *Onomastico.* Hoc certius, eundem circa A. V. C. DCCXCI. I. C. XL. fuisse cusum. Luci hunc nec rarum nec obvium nummum jam exposuit *Joh. Valens* in *Nummis Coloniarum* p. 148. *A. Morellius* in *Nummis Consular.* sub Familia *Vibia* Tab. IV. n. 10. *Com. Mediobarbus* p. 79. *Occo* Edit. ult. p. 104.

Pars quoque est *Thesauri* Regis *Galliæ.*

Num. 7.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum lævam versus, uti Tab. I. n. 7.

vel

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator PATER PATRIAE. Caput Caligulæ nudum, dextram versus, uti Tab. I. n. 30.

Colonia Cæsareà Augusta SCIPIONE ET MONTANO II VIRis (Duum Viris) Colonus boves agens scutica, & aratro sulcos trahens.

Septimus hic nummus *Coloniæ Cæsar-Augustæ Scipionem* cum *Montano*, Duum Viro, conjungit, cum præcedens *Titullum* & *Montanum* exhibuerit, ex quo simul conficitur, vel *Titullum Scipioni*, vel *Scipionem Titullo* in *hac Duumviratus dignitate* successisse. *Scipio* alias *Corneliæ* Gentis est cognomen, cui *P. Cornelius* felix dedit auspicium, quod patrem *cœcum scipionis loco* rexerit, ac duxerit. Ut adeo videamus *Cæsar-Augustanos*, *Caligulæ* adblandientes, sub *his* quoque *Duumviris*, in memoriam *Augusti Agrippæ*, *Germanici* & *Agrippinæ* nummos restituisse. Publici juris hunc nummum jam fecit (quamvis omissis, vel tunc ob æruginem illegibilibus literis C. C. A. inter incertas collocaverit) *Com. Mediobarbus* p. 79. ex indice Thesauri numismatici Valerii Palatii Bononiensis, à *D. Josepho Magnavacca* confecto; *Joh. Valens* in *Nummis Coloniar.* p. 149. *A. Morellius* in *Nummis Consular.* Tab. VII. n. 11. in Familia *Cornelia.*

(5) Et exstat hodie in *Thesauro Parisiensi.*

Num. 8.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator Pontifex Maximus TRibunicia Potestate COnsul. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. n. 13.

SALus AUGusta CNeo ATELLio FLACco CNeo POMPejo FLACco II VIRis, Quinquennalibus Victricis Juliæ Novae Carthaginis.

Carolus Patinus cum *mutilum* hunc habuerit nummum, nescit plane, quorsum ille sit referendus; conjicit tamen ex *rudi ejus fabrica*, & recte, vel à *Græcis*, vel ab *Hispanis*, summis Imperatorum

(4) In *nostro* quoque exstat *Museo*, cum hac inscriptione capitis, *Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator.* Caput vero Imperatoris laureatum versus dextram collocatur, ut Tab. I. Num. 8. S. H.

(5) Cum Inscriptione secunda, in qua titulus *Patris Patriæ* adscribitur, in *Museo nostro* invenitur. S.H.

rum *adulatoribus*, fuisse signatum. *Nova* siquidem hæc ipsa *Carthago* Urbs est *Hispaniæ citerioris maritimæ*, ac describitur tùm ratione *situs*, tùm *expugnationis* per *Scipionem*, à *T. Livio* Dec. III. Lib. 3. & *Polybio* Lib. X. p. 583. *Colonia* à *Romanis* facta dehinc est, ut refert id totidem verbis *Solinus* c. 25: *CARTHAGINEM apud Iberos, quæ mox COLONIA facta est, Pœni condiderunt.* Quod posterius & *Diodorus Siculus* Libr. XXXV. confirmat: Ἀσδρούβας δὲ ὁ γαμβρὸς Ἀμίλκα ἔκτισε παραθαλασσίαν πόλιν, ἣν προσηγόρευσε νέαν Καρχηδόνα, *Asdrubal vero Amilcaris gener*, (*Pœnorum* Dux) *urbem maritimam condidit, quam NOVAM CARTHAGINEM appellavit*; & *Polyænus* Lib. VIII. πόλιν Φοινισσίαν appellat; eique *Strabo* adsentitur: Ἡ Καρχηδὼν ἡ νέα κτίσμα Ἀσδρούβα, ac *Ptolomæus*, qui *Contestanorum maritimam urbem* nominat. Nomen *Juliæ* vero inde sine dubio accepit, quod à *Julio*, Cæsare, *fuerit condita* atque *deducta*. Ille enim quemadmodum veterem *Africæ Carthaginem*, sic & *novam Hispaniæ*, veluti ejus *Sororem*, *Coloniam* voluit esse *suam*, utrique imposito nomine *Juliæ*. *Victricis* verò cognomen hic præfert, sicuti supra etiam in *Tiberii* nummo, de quo videatur *Bochartus* de *Phœn. Colon.* Lib. I. c. 35. Hodie *Carthagena* audit, & egregie illam describit *Silius* Libr. XV.

> *Carthago, impenso naturæ adjuta favore,*
> *Excelsos tollit pelago circumflua muros.*
> *Arctatas ponti fauces modica insula claudit*
> *Qua Titan ortu terras aspergit Eoo:*
> *At qua prospectat Phœbi juga, sera cadentis*
> *Pigram in planiciem stagnantes egerit undas.*
> *Quas auget veniens refluusque reciprocat aestus;*
> *Sed gelidas à fronte sedet sublimis ad Arctos*
> *Urbs imposta jugo, pronumque excurrit in æquor*
> *Et tuta æterno defendit mœnia fructu.*

Duum-Viros Quinquennales quod concernit, *bis* apud illos *Cnei* prænomen occurrit, quod alii vel à *re singulari*, quasi γενναῖος, alii à γίνεσθαι, seu à *generatione futura*, dictum existimant, ut testatur *Valerius* & *Pompejus*. *Bis* & *Flacci* occurrit cognomen, inde dicti, quod *aures latas habuerit* conditor hujus familiæ, & *ob latitudinem deorsum dependentes*. *Atelliæ Gentis* memoria occurrit apud *Gruterum* p. 961. CN. ATELLI. CN. L. HILARI. De *Pompeja*, quæ *plebeja*, sed *Consularis* est, cujusque nomen à *Pompejis*, Oppido Campaniæ, quod Hercules, Victor ex Hispania reversus, condidisse scribit *Solinus*, deductum volunt, videri potest *Ursinus*, *Patinus* & alii. Restat Caput, quod area nummi exhibet, inscriptum: SALUS AUGUSTA. Constat alias *Juliam Augustam*, Tiberii matrem, hoc elogio in nummis tum *Senatus Consulto* Romæ, tum in *Coloniis* cusis, superbire; sed cum hic alius conspiciatur *capitis ornatus*, nec huic istius quadret effigies, alia sit oportet. Existimari equidem posset, *Salutis Deæ* caput hic delineari, atque adeo cum *Car. Patino* statui, in *honorem salutemque Caji* typum fuisse adhibitum, quippe quod *ille initio sui imperii immensa prope publica lætitia exceptus fuerit*, referente *Suetonio* c. 14. ut etiam non defuerint, *qui depugnaturos se armis pro SALUTE ægri, quique capita sua titulo proposito voverent.* Sed fortè rectius cum Clar. *Joh. Valente* & *L. Begero* sub illa *Cæsoniæ*, uxoris Caligulæ, *caput* latere, reputam s, quod illo tempore *matronæ Romanæ eodem fere modo pexos gestaverint capillos*, & ex *Suetonii* c. 27. sciamus, *Cæsoniam ardentius & constantius ipsum amâsse, ut sæpe chlamyde peltaque & galea ornatam, & juxta adequitantem militibus ostenderit, amicis vero etiam nudam*; licet ipsi magis perniciem, quam SALUTEM retulerit, de quo *Suetonius*: *Creditur potionatus à Cæsonia uxore amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verterit*; adulatorio nihilominus penicillo Hispanica illa Civitas, gratiam Caligulæ aucupatura, quem illam amare sciebat, sub *SALUTIS Deæ* schemate exhibere eandem potuisse, quis est, qui nesciat? Neque inter postremas esse voluit, quæ pro *Salute ejus* vota susceperunt, de quo *Suetonius* c. 14: *Cum in proximas Campaniæ Insulas trajecisset, vota pro reditu suscepta sunt, ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda solicitudine & cura de incolumitate ejus.*

Nummum hunc rariorem jam vulgavit *Car. Patinus* in *nummis æreis mediæ & minimæ formæ* p 90. ubi tamen vocem *conjungendam* ATEL. *disjunxit*, hoc modo AT. EL. *mutilumque* saltem, uti ibidem videre est, exhibuit, hac ratione: SAL. AUG. C.CN.ATEL. ELAC. CN. *L. Begerus* Tom. II. *Thes. Brand.* p. 617. *Mediobarbus* p. 79. qui rursus ATTEI pro ATEL. dehinc QVINQ. pro Q.V.I.N.C. (Quinquennalibus Victricis Juliæ Novæ Carthaginis) minus recte exhibet, quique illum sic ex Eminentiss. quondam *Norisii*, è *Thesauro Medicæo*, communicatione ediderat. *A. Morellius* in nummis *Consularibus* in *Fam. Pompeja* Tab. III. sub Lit. M. *Joh. Valens* in *Nummis Coloniar.* p. 150. His, ut tradidimus, literis obsignatum † hunc nummum olim possedit *D. Dronius*, sed & *Morellius* alium deprehendit apud *Dn. Godofredi*, in quo legit: CN. DOM. Hodiè ille exstat in *Thesauro Regio Galliæ*, in quem fortè ex Museo Abbatiæ S. Genovefae translatus est, in quo delituit.

NUM. 9.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum lævam versus, uti Tab. I. n. 7.

MUNicipium ERGAVICA Cajo TERentio SURA, Aulo LICinio ITErum II VIRis. (Duum-Viris) Bos stans.

Novum denuo sub manus venit *Municipium*, sed sine suffragio, *Ergavica*, quæ pariter *Celtiberorum* (*diversa* proinde ab *Ergavica Vasconum*) in Hispania Tarraconensi Urbs fuit, prodente hoc nobis *Livio* Lib. XL. cap. 50. *Ab hoc prælio Gracchus duxit ad depopulandum Celtiberiam legiones, & cum ferret passim cuncta atque ageret, populique alii voluntate, alii metu jugum acciperent, centum tria oppida intra paucos dies accepit. ERGAVICA inde nobilis & potens civitas, aliorum circa populorum cladibus territa, portas Romanis aperuit. Hispani* hodierni, & in his *Moletius*, situm ejus in loco *Alcannis* (Alcaniz) septem leucis à Dertosa in occasum æstivum distante, collocant. *Morali* vero *Santaver* videtur. Disputat *Anton. Augustinus* Dialogo VII. p. 111. an ERCAVICA per C, an ERGAVICA per G. legendum sit, cum & illud repererit in *Nummo Augusti*. Sed si non G fuit, inferiori lineola, quæ G. à C. distinguit, ærugine forte deleta, ex *nostro* heic *nummo* facile fieri poterit decisio; præterquam quod & in alio *nummo Augusti*, quem supra

(a) Inter ornamenta *Musei nostri*, eumdem, bene servatum, & cum *Morelliana* lectione conspirantem, cum aliis bene multis Coloniarum Nummis possidemus. SIG. HAVERCAMP.

pra dedimus, etiam ERGAVICA legatur, ficuti & in quodam *Tiberii*, de quo pariter fupra. Quanquam & prius ex *Infcriptione* veteri apud *Gruterum* p. 382. n. 9. firmari poffit, ubi etiam C. loco G. legitur, ita fonante:

M. CALP. M. F.

LVPO FLAM. F. H. C.

EX CONVEN.

CAESAR ERCAVIC.

Quæ ita, præeunte nobis *Cellario* in *Geographia antiqua* p. 130. explicari poteft: *Marco Calpurnio, Marci Filio, Lupo, Flamini Provinciæ Hifpaniæ Citerioris ex Conventu Cæfarauguftano Ercavicenfi*, vel ut *Harduinus* p. 155. interpretatur, *Ergavicenfis*. Ex qua & hoc fimul firmius redditur, quod fupra *Plinius* affirmavit, in *Conventu Cæfarauguftano Ergavicenfes locum quoque habuiffe*. A *Gracchi* ergo tempore circa V. C. 574. *Municipium* videtur *Reipublicæ fine fuffragio* factum, ficuti cætera Oppida à *Plinio* memorata Lib. III. c. 3. Hiftor. Nat. & *Latii* veteris jure tantum donatum: *Latinorum veterum*, fcribente, *Cafcantenfes, Ergavicenfes, Gracuritanos, Leonicenfes, Officerdenfes.* Et Cap. 4: *Nunc Univerfa Provincia dividitur in conventus feptem: Carthaginenfem, Tarraconenfem Cæfarauguftanum.* & rurfus eod. cap. *Cæfarauguſta Colonia immunis, amne Ibero affufa, recipit populos CLII. Ex his.... Ergavicenfes. Bovem* proinde quando nummo impreffeꝛunt, *Municipiorum* fymbolum, *Ergavicenfes, Caligulæ devotos* fefe exhibere cum aliis aliarum Urbium *hujus Provinciæ*, quas jam ex parte vidimus, incolis voluerunt, uti nonnullis placet; vel, quod probabilius nobis cum Auguftino Dialogo VI. videtur, ut *victimam majorem* pro *Salute Principis* (Caligulæ) ibi cæfam, loco plurium & minorum, fifterent. *Duumvirorum* unus ex *Terentia Gente* fuit, (quæ à *Tereno*, voce *Sabina, molle* fonante, *Varroni* deducta videtur) & quidem *plebeja*, cognomine *Sura*, quod alioquin & *Lentulorum, Acciorum, Æmiliorum, Brutiorum, Luciniorumque* cognomen eft; *alter* ex *Licinia*, quam pariter inter *plebejas* relatam offendimus; cognomine ipfius temporis injuria & *ærugine* deleto. Exhibuit jam rarum hunc & elegantem nummum *Joh. Valens* in *Nummis Coloniar.* p. 150. *A. Morellius* in *Nummis Confular.* fub Famil. *Terentia* Lit. H. qui ibidem fupplevit LIC. ITE. an iterum? Affervaturque hodie in *Thefauro Parifienfi.*

NUM. 10.

Cajus CAESAR AUGuftus GERMANICUS Pontifex Maximus TRibunicia POTeftate, COnful. Caput Caligulæ laureatum lævam verfus, uti Tab. I. n. 12.

Urbs Victrix OSCA. Eques galeatus habitu indutus Romano decurrens.

Ex *antica* perigraphe, in qua *Conful* audit Caligula, colligere in proclivi eft, hunc nummum ab *Ofcenfibus initio* ftatim fui imperii A. V. C. fcilicet 790. Chrifti vero 37. fuiffe percuffum, de qua ejus dignitate fupra jam Tab. I. n. 12. egimus, quæ confuli ibidem poffunt. *Ofca* alias, heic occurrens, *Urbs Baticæ* rurfus eft in *Hifpania Tarraconenfi* fita, hodie *Huefcar* vel *Guefcar* dicta, ac in *Aragonia* inter *Bafti* & *Caravaccam* fita; in *Ilergetibus inter oppida civium Romanorum ex conventu Cæfarauguftano* à *Plinio* Lib. III. c. 4. numerata, fcribente: *Ex his civium Romanorum --- Ofcenfes regionis Vefcitaniæ.* Sed cur *Urbs* in nummo audit, cum *aliæ* jam fupra dictæ à nobis fuerint *Municipia*? Refpondet *Antonius Auguftinus* Dial. VII. p. 113. afferendo locum *Plutarchi in vita Sertorii: Liberos illorum fuftulit, eorumque nobiliffimos in Ofca, MAGNA URBE, Præceptoribus tradidit, tum Græcis, tum Romanis literis imbuendos &c.* Et concludit: *Vides Ofcæ* μεγάλης πόλεως *epitheton tribui*, (quod dat *Athenis Pindarus*) *& ludum literarium ac bonarum artium fuiffe, ut hodieque Gymnafium eft. Victrix* vero dicta eft à *Julio Cæfare*, quafi *ejus deditione* contra *Pompeji* legatos *victor* evafiffet, fic Libro I. de Bello Civili fcribens: *Interim Ofcenfes & Calaguritani, qui erant cum Ofcenfibus contributi, mittunt ad eum Legatos, fefeque imperata facturos pollicentur.* Virum vero illum *equo decurrentem* neque ad *Imperatoris profectionem* ad *expeditionem quandam*, referre poffumus commode, neque ad *ludos* alios *publicos*, in quibus præcipue *Circenfibus* equis decurrentes confpiciebantur, ut potius *eundem* velut *ejufdem infigne* credamus, cum *ifte* in utroque nummo, nempe non folum hoc ipfo, fed & illo, quem Tab. IV. n. 14. dedimus, *eodem decurrat habitu*; vel quod *Regio illa equis abundet*; vel quod *cives* illorum præ *cæteris armis fuerint adfueti*, tefte *Floro* Lib. II. de *Hifpania*, qui nominat inter alia illam *bellatricem viris armisque nobilem.* Quid quod & ipfe *Julius, Cæfar, Hifpanorum* effert *EQUITATUM* Libro V. de *Bello Gallico*: *Cum celeriter noftri arma cepiffent, vallumque afcendiffent, atque ex una parte Hifpanis equitibus emiffis, equeftri prælio fuperiores fuiffent.* Exhibuit hunc non obvium nummum jam *Joh. Valens* in Nummis *Coloniarum* p. 150. 151. *Com. Mediobarbus* p. 79. ex communicatione P. Cattanei.

NUM. 11.

Cajus CAESAR AUGuftus GERManicus Pontifex Maximus TRibunicia POTeftate COnful. Caput Caligulæ laureatum, lævam verfus, uti Tab. I. n. 12.

Urbs Victrix OSCA Cajo TARRACINA Publio PRISCO II VIRis (Duum-Viris) Vir galeatus equo decurrens, dextra haftam tenet.

Credibile eft, *præcedentem* & *hunc* nummum ab *iifdem Duumviris* (qui & fupra in *Germanici* nummo occurrerunt) fuiffe percuffum, pro more tunc recepto, vel *additis* Duumvirorum *nominibus*, vel *omiffis* etiam illis, nummos fignandi. *Duumviri* vero illi, Græcis Ἀνθύπατοι, *Duorum Confulum* penes quos *Romæ* fumma totius Reipublicæ conftituendæ atque adminiftrandæ tunc erat, *loco erant* in Civi-

Civitatibus *Coloniis* atque municipiis. Sunt autem heic *Cajus Tarracina* & *Publius Priscus*. An prior (*Cajus*) nomen ab urbe Italiæ, *Tarracina* habuerit, incertum est; *Priscum* autem illum dici, qui *prior esset natu*, notum est. Probabile videtur, illum ex Familia *Bæbia* fuisse, siquidem *Lucium Bæbium Priscum* in nummo *Augusti* apud *Joh. Valentem* in *Nummis Coloniarum* p. 32. & alium *Lucium Priscum* apud eundem in Nummo itidem *Augusti* p. 37. habemus obvium. Exstat alias hic rarior nummus circa A.O. 3999. V. C. 790. I. C. 39. cusus, ceu epigraphe augurari jubet, apud *Anton. Augustinum* Dialog. VII. *Angelonum* Edit. secundæ per *Joh. Petr. Bellorium* p. 37. *Joh. Valentem* in Nummis Colon. p. 151. *Joh. Harduinum* in nummis antiquis *Populorum & Urbium* p. 372. *A. Morellium* in Nummis Consularibus Famil. *Bæbiæ* n. 8. *Occonem* Edit. ult. p. 103.

Hodie pars est *Thesauri Regis Galliæ*.

NUM. 12.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 7.

SEGOBRIGA. In corona quernea.

Segobriga Oppidum fuit *Celtiberorum* in *Hispania Tarraconensi*, ubi *Sertorius* & *Metellus* prælium commiserunt, cujus & *Strabo* meminit Libro III. Καὶ Σεγόβριγα δ' ἐστὶ Κελτιβήρων πόλις, καὶ Βίλβιλις περὶ ἃς Μέτελλος καὶ Σερτώριος ἐπολέμησαν, *Celtiberorum porro Urbes sunt Segobriga & Bilbilis, circa quas Metellus & Sertorius bellum gesserunt.* Sic & *Plinius* Lib. III. Hist. Nat. c. 4. *Caput Celtiberiæ Segobrigam* vocat, quæ uti ex *Strabone* Lib. III. & *Ptolemaeo* Lib. II. c. 6. videre est, haud longe illinc à *Numantia* fuit sita, hinc verò à *Bilbili*, de cujus tamen certo situ non omnia æque expedita esse, Clar. *Cellarius* & *Valens* rectè omnino existimant. Laudatus nobis [illegible]ius *Joh. Valens duas Segobrigas* statuit, de quo ipse consuli potest in *Nummo Tiberii*, in quo SEGOBRICA legitur. Sed nobis aliud videtur, de quo alibi. *Antonius Augustinus* Dial. VII. p. 111. nescit, an non hodiernum *Segorve* non procul à *Valentia* sit, certè incertum hoc esse, cum *Hieronymo Zurita* pronunciat. Sed quid *Segobrigensibus* cum *corona quernea*? Ah in more ipsis positum *tales coronas Imperatoribus* in nummis offerre, qualem & *Tiberio* supra exhibuisse vidimus? an *Romanos imitati sunt*, qui *coronam querneam Caligulae* in nummis *aureis* & *argenteis* pariter signarunt *ob Cives Servatos*, sive potius receptos, & à *tyrannide*, quæ quandoque cum bello pari gradu ambulat, *protectos*, de qua vide supra Tab. III. n. 1. Hoc negari vix poterit *adulationis* & *assentationis* suæ δεῖγμα ad posteros exstare hoc ipso voluisse numismate *Segobrigenses* cum cæteris Hispaniæ Urbibus, quod vel eo nomine ipsis facile condonari potest, quod *is* nummus sub *initium statim Imperii* A. V. C. DCCXC. I. C. vero XXXIX. ab *iisdem*, docente *epigraphe*, fuerit cusus. Vulgavit jam hunc nummum *Joh. Valens* in Nummis *Coloniarum* p. 151. & 152. *Carol. Patinus* in nummis æreis *mediae & minimae formae* p. 93. *L. Begerus* T. I. *Thes. Brand.* p. 617. ubi non possum non monere, literas circumscriptas incipere pone caput, cum in illo, qui est in *Thesauro Schwartzburgico* ante illud suum sumant initium, uti Tab. I. n. 7. *Joh. Harduinus* de *Numism.* antiquis *Pop. & Urbium* p. 446. *Com. Mediobarbus* p. 79. *Occo* Edit. ult. p. 104.

Exstitit & olim, nescio an hodie, (3) in *Maximiliani Bavariae Ducis*, (4) & in *Dn. Godofredi* Cimeliarchiis, hodieque in *Thesauro Schwartzburgico* conspicitur.

NUM. 13. 14.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum, laevam versus, uti Tab. I. Num. 4.

GERManicus CAESAR PULCHRO III. VARIO II. VIRO. Caput Germanici laureatum, lævam versus.

Vidimus equidem hunc nummum supra in *Germanici* nummis *aereis* Tab. XIII. n. 1. 2. Sed propter *Caji* impressam simul *effigiem* non potuimus non eundem hic *repetere*. *Hispanicum nummum* ratur (5) *Tristanus* Tom. I. p. 176. sed quod *barbarae* is sit *fabricae*, concedere id vix possumus. *Pulcher* alias *Claudiorum* cognomen, notissimum est *Claudii Pulchri*, apud Siciliam, non pascentibus in *auspicando pullis*, ac per contemptum religionis *mari demersis*, dictum: *biberent quando esse nollent. Variorum* multa apud Autores est mentio, & imprimis *Q. Varii Sucronensis, P. Varii, Q. Varii Cotylae, L. Varii Poëtæ, Varii Gemini, L. Varii Clementis* & aliorum. At quis heic sit, vix dici poterit. Tantum constat, quod *gratulantes hi Duumviri Pulcher & Varius Cajo*, quo acceptiorem rem eidem facerent, *Germanici Patris* simul effigiem signari in illo fecerint, *cujus* quippe *memoriam Populo Romano non solum sacrosanctam, sed & universo orbi venerabilem noverant. Sic vulgò favorabilis*, (inquit *Suetonius* c. 4. Calig.) *ut plurimi tradant, quoties aliquo adveniret, vel sic unde discederet, præ turba occurrentium prosequentiumve nonnunquam eum discrimen vitæ adiisse. Quo defunctus est die lapidata sunt templa, subversæ Deum aræ, Lares à quibusdam familiares in publicum abjecti, partus conjugum expositi. Quin & Barbaros ferunt, quibus intestinum, quibusque adversus nos bellum esset, velut in domestico communique mœrore consensisse ad inducias.* Commodè in hanc rem succurrit vetus *Epigramma* in *Germanicum*, magis adhuc, quod diximus, confirmans:

Parce hospes tumulo, Cæsar Germanicus hic sum:
Sæpe etiam ignotis ipse dedi requiem.
Quod si quem tumuli nihil hujus gratia tangit,
At moveat, Patriæ fraude quod hic jaceo.
Sed jaceo, quamvis non vitæ, at plenus honoris,
Hoc uno ingratus, quod genui Patriæ.
Testata est mores lacrimis plebesque patresque
Hæc sunt sinceri judicia ingenii.

Sistit hunc nummum *Car. Patinus* in Nummis æreis medii & minimi moduli p. 92. *Tristanus* in Commentario suo p. 176. *Com. Mediobarbus* p. 79. ex Museo suo, qui tamen *Caji* prænomen in ejus *antica* omisit, & *PULCRO* pro *PULCHRO* habet in *postica* minus rectè. Exstatque in *Thesauro Schwartz-*

(3) Invenitur quoque in *Museo nostro*. S. H.

(4) Duos tresve ejusdem typi atque iisdem externatos inscriptionibus, ut & sequentes aliquot, possidemus Nummulos. SIG. HAVERCAMP.

(5) C. CÆSAR AUG. GERMANICUS. L'effigie de Caligule. Au revers GERM. CÆSAR PULCHRO III. VARIO II VIR. L'effigie de Germanicus couronnée de laurier. Cette medaille semble avoir esté frappée en Espagne pour obliger Caligule en honorant la memoire de son pere Germanicus, mais le nom de la ville est inconnu; n'ayant representé cette medaille en ce lieu qu'en consideration de l'effigie de Germanicus qui m'a semblé bien faite. TRISTAN. *Tom. I. p. 176.*

Schwartzburgico, itemque in *Museo Abbatiæ S. Genovefæ*, ac in *Thesauro* etiam *Regis Christianissimi.*

NUM. 14. & 15.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti heic Tab. V. Num. 14.

vel

Cajo CAESARi AUGusto GERMANICO. Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. I. Num. 10.

GERManicus CAESAR DOSSENO PULCHRO. II. VIRis. Caput Germanici laureatum, lævam versus.

Cum in proxime *præcedente* nummo *Pulchrum* & *Varium*, Duumviros, obvios habemus; in hoc *Pulcher* & *Dossenus* occurrunt; sine dubio, *idem*, quod isti voluere, hoc ipso *intendentes nummo*. Dedimus illum quoque supra in *Germanici nummis æreis* Tab. XII. Num. 1. 2. & 3. Exhibet præterea hunc nummum *C. Patinus* in *nummis æreis mediæ & minimæ formæ* p. 92. *Com. Mediobarbus* p. 79. qui tamen *Caji* prænomen in antica omisit, & in postica *PULCRO* pro *PULCHRO* habet minus recte. Exstat insuper in *Thesauro Schwartzburgico.*

NUM. 16. & 20.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*CAJUM CAESAREM, GERMANICUM AUGUSTUM.*) *Caput Caji laureatum, lævam versus, uti heic Num.* 20.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. (*GERMANICUM CAESAREM GORTYNIENSIUM.*) *Caput Germanici laureatum, dextram versus, uti heic Num.* 16.

Exhibuimus equidem jam *hunc* nummum supra in *Nummis Germanici* Tab. XII. Num. 25. & 26. heic saltem repetere placet, *Germanicum* cum *Cajo* in nummo celebrari à *Gortyniensibus* adulantibus. Causa, quæ ad hoc faciendum illos impulerit, adeo certa non est. An *commune gaudium*? ob Caligulam in solium Imperatorium collocatum, *optima* quæque de *filio optimi parentis* augurantium? an quod *arma sua* inde sumserit, in bellum profecturus, magnum exinde lucrum civibus *Gortynæ* capientibus; quale quid supra Tabula hac ipsa V. Num. 2. in nummo *Bilbilitanorum* jam observavimus. Siquidem ex Historia satis constat, *spicula Gortynia* singulariter fuisse celebria; quorum & *Statius* Libro I. *Theb.* meminit, eaque *Lucanus* Lib. III. vs. 186. memorat:

— — *Nec Eois pejor Gortyna sagittis.*

Et Lib. VI.

Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo
Tenditur in Scævam — —

Sita vero hæc ipsa *Gortys* (6) *Gortyn*, vel *Gortyna* (Γόρτυνα) in *Cretæ mediterraneis* ad *Lethæum* fluvium, (7) à mari Libyco distans stadiis X C. *Ptolemæo*, *Strabone* & *Plinio* autoribus, à *Tauro*, Cretensium Rege, qui Europam rapuit, uti *Eustathius* ad *Dionysii* 88. versum observat, condita. Urbs olim satis incluta, quæ etiam cum *Gnosso* aliquando de dignitate certamen inivit, singulariter vero ipsi cum *Hierapytna* convenit, (8) & *Homeri* jam ætate muris cincta exstitit, utpote qui *Catalogo* vs. 153. ita de eadem:

— — Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν,
Gortinam etiam muris cinctam.

postea autem, observante *Strabone* Lib. X. Πάντα τὸν χρόνον μείνασα ἀτείχιστος. *Semper mansit immunita*; ex eo tamen non ignobilior, quippe quod ibidem *conventus totius Provinciæ* habitus olim fuit ad ludos celebrandos, docente hoc *nummo Hadriani*, quem exhibet *Patinus* in æreis p. 204. hanc cum Minervæ Hippiæ effigie referentem epigraphen: ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΗΤΩΝ ΓΟΡΤΥΣ. Gavisa etiam est splendido *Senatu*, quod elogium in veteri apud *Gruterum* p. 569. Inscriptione deprehendimus: ΔΟΓΜΑΤΙ ΤΗΣ ΛΑΜ-ΓΟΡΤΥΝΙων ΒΟΥΛΗΣ. Indeque est, quod *Plinius* Libro IV. Cap. 12. p. 63. inter *Oppida insignia* illam referat, scribens: *Oppida* (Pelagi Cretici) *insignia* — — & *in mediterraneo GORTYNA, Phæstum, Gnossus, &c.* Quid mirum, si *splendidus* hujus *insignis Urbis*, nobilioris totius Cretæ Insulæ *Senatus* inter congratulantium Caligulæ per nummos, sicuti supra & Tiberio, plausus, locum habere voluerit? Communicavit hunc ipsum, quamvis *mutilum*, & his saltem cum literis: ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡ. . . . . *L. Begerus* Tom. III. *Thes. Brand.* p. 95. *C. Patinus* in *nummis æreis Imperat. med. & min. formæ* p. 85. *Harduinus* in *nummis antiquis Pop & Urb.* p. 185. *Joh. Valens* in *nummis P. & Urb. Græce* loquentium p. 10. qui tamen ΓΟΡΤΥΝΙΩ saltem habet, N. ultima litera omissa, caputque Caligulæ nudum ex *Dni Foucault Thesauro* refert. Exstitit & olim in *Maximiliani Bavariæ Ducis Thesauro*, ut testatur *Ficleri Expositio MStæ* ejusdem nummorum, sicuti hodie pars est *Thesauri Regis Galliæ*, referente supra laudato *Harduino*, & signo adjecto *Morellii* manu, hoc quod diximus, probante. Ut adeo, quando *Car. Patinus* nescivit, an Γορτυνίων an Γορτύνιον legendum sit, ob valde

(6) *Eustathius* ad *Dionysii* versum 88. Ὅτι ἡ Γόρτυν καὶ Γόρτυνα λέγεται τριχῶς καὶ τὸ μὲν κλίνεται Γόρτυνος. τὸ δὲ Γορτύνης. *Dicitur Gortyn & Gortyna tribus syllabis: illud flectitur Gortynis, hoc Gortynæ*

(7) *Solinus* Cap. XI. *Gortynum amnis Lethaus præterfluit, quo Europam tauri dorso Gortynii ferunt vectitatam. Unde Gortyni Atymnum colunt Europæ fratrem.*

(8) Teste nummo *Caligulæ* infra adducendo; in qua ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝ ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ, quo Concordia harum duarum Cretæ Insulæ Urbium indicatur.

de detritas scilicet literas, ac *Begerus* eandem ob caussam *intactum hoc relinquere* necesse habuit, ex nostro nunc dirimi hanc litem posse constet, cum nempe *Morellius* integrum in *Regis Thesauro* ita, ut dedimus, conspexerit.

NUM. 17. & 18.

Γάϊος ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS.*) *Caput Caligulæ nudum, dextram versus.*

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. (*GERMANICUS CAESAR.*) *Caput Germanici nudum, dextram versus.*

Quæ de *Cajo* & *Germanico*, ejus Patre, hic dici forte poterant, ea plurimam partem supra jam attulimus, attendentes saltem, neminem frequentius in nummis adulantes subditos conjunxisse, quam ipsum & Parentem, cujus rei rationem supra non una vice in aureis, argenteis ac æreis jam dedimus. Produximus & illum supra in *Germanici Nummis æreis* Tab. XII. Num. 19. & 20. Possidetque illum hodie *Nobiliss. Dn. Jacobus de Wilde*, apud quem vidit *Morellius* & delineavit.

NUM. 19. & 20.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*CAJUM CAESAREM AUGUSTUM.*) *Caput Caligulæ laureatum, dextram versus.*

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΕΠΙ ΑΥΓΟΥΡΕΙΝΟΥ ΓΟΡΤυνίοι, (subaudi ἐτίμησαν.) (*GERMANICUM CAESAREM SUB AUGURINO GORTYNII, CRETAE,* subaudi, *colunt.*) *Caput Germanici laureatum, lævam versus.*

Supra equidem jam nummum hunc exhibuimus in nummis *Germanici æreis mediæ formæ* Tab. XII. Num. 26. & 27. eundem tamen & hic ob Caligulæ impressam simul faciem repetere placuit. De *Gortyniensibus*, qui alio adhuc monumento *Caji* benevolentiæ auram captare voluere, diximus ad Num. 16. & 20. hac ipsa Tabula V. quo B. L. ablegamus. *Augurinum* hunc, (quod alias & *Genutiorum* cognomen est,) *Minuciæ*, primum Patriciæ, postea *plebejæ* Gentis fuisse, vix ambigi potest, & sine dubio prius hoc cognomen tulit, qui *Auguris* sacerdotio functus est. *Caji Minucii Augurini* mentio est apud *Patinum* & *Valentem* in *Nummis Consularibus*, qui *Quæstorem* A. V. C. DXII. egit. Quo Magistratu functus fuerit hic Augurinus, equidem ignorat *Joh. Valens* in de *Nummis Græc.* P. & V. p. 325. *Prætorem* vero vel *Duumvirum* illum egisse, vero admodum videtur simile. Vulgavit quoque hunc nummum jam (9) *Tristanus* Tom. I. p. 178. sed admodum mutilum, & in *aversâ* saltem legere potuit . . . . . ΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤ . . . quam quidem recte suspicatur habuisse: ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ &c. in adversa vero: ΡΑ. ΕΠ. ΑΥΡ. ΘΟΥΡΙΝ. putatque nummum exhibuisse: ΘΕΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ. ΕΠ. ΑΥΡ. ΘΟΥΡΙΝΟΥ. (*DIVUM AUGUSTUM CAESAREM SUB AURELIO THURINO*) cum tamen non *Augusti*, Imperatoris, (ut ille equidem putat) sed *Germanici* caput sit, neque *Thurinus*, sed *Augurinus* in nummo conspectui intuentium exhibeatur; Concidantque propterea & illa, quæ porro ibidem conjicit, quasi hic *Aurelius Thurinus* forte unus sit ex filiis spuriis *Augusti*, qui adhuc juvenis *Thurinus* fuerit quoque appellatus, de quo testatur quoque *Suetonius*. Porro & illum sistit *Joh. Valens* in *Nummis Populorum & Urbium græce loquentium* p. 10. & 11. qui tamen non ΓΟΡΤ. sed ΓΟΡΤΥΝ. in ipso plenius legit, & in suis nummis ipsum esse testatur, itemque infra in Magistratibus sine titulo p. 325. *A. Morellius* in *Nummis Consularibus* sub *Familia Minutia* Lit. C. integrum, perinde ac hic exstat, dedit, ita *L. Begerus* in *Thesauri Brandeburg.* Tom. III. p. 95. qui tamen & in sua adversa legere saltem potuit: ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡ. . . . Exstat hodie in *Thesauro Regis Galliæ*, testibus *Valente* & *Morellio*.

NUM. 21.

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. (*AMPHIPOLITARUM.*) *Europa tauro à lateribus insidens, peplum pro velo elatis manibus tenet, pedibus infra junctis.*

Vel inde huic nummo adhæret eundem interpretandi difficultas, quod *duæ diversæ* hoc nomine gaudeant *Urbes*. Una est Urbs *Macedoniæ*, in *Thraciæ* confinio, ad oram litoralem sita, quam *Plinius* (10) *cis Strymonem*, *Scylax* vero & *Suidas* in *Thracia trans* flumen collocant, quos tamen *Cl. Cellarius Thucydidis* verbis facile conciliat, scribentis Libro IV. ἐπ' ἀμφότερα περιρρέοντος τοῦ Στρυμόνος, διὰ τὸ περιέχειν αὐτήν. *Quod utrimque circumfluenti Strymone, à fluvio contineatur*; dum scilicet *scissus ante ostia amnis*, & in *medio utriusque alvei* fuit interposita. Atheniensium quondam *Colonia*, cui præterea vetus nomen Ἐννέα ὁδοὶ, *Novem viæ*, observantibus *Thucydide* & *Herodoto* fuit. Clare de hoc

(9) - - ΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤ. Je croy qu'il y avoit ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ, &c. pour dire *Cajum Cæsarem Germanicum Augustum.* De l'autre part .... ΑΡΑ ΕΠ. ΑΥΡ. ΘΟΥΡΙΝ. Je croy qu'il y avoit ΘΕΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΕΠ. ΑΥΡ. ΘΟΥΡΙΝΟΥ. pour dire *Divum Augustum Cæsarem sub Aurelio Thurino.* L'effigie d'Auguste couronné de laurier, comme de l'autre costé Caligule l'est pareillement. Ce *Thurinus* appellé *Aurelius Thurinus*, peut avoir esté quelque fils d'affranchy d'Auguste qui portoit ce sournom, emprunté de son maistre, à l'ordinaire, car chacun sçait, & je l'ay cy devant aussi remarqué, que ce Prince s'appelloit *Thurinus* en son enfance. TRISTAN. *Tom. I.* p. 178.

(10) Libro IV. Cap. 10. *In ora rursus Pessidium, & sinus cum Oppido Cermoro, Amphipolis liberum, in Macedonia, gens Bisaltæ.* *Stephanus*: Ἀμφίπολις, πόλις Μακεδονίας, κατὰ Θρᾴκην . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀμφιπολίτης.

hoc *prior* ita Lib. I. Οἰκεῖν ἐθέλοντες τὰς τότε καλουμένας Ἐννέα ὁδοὺς, νῦν δὲ Ἀμφίπολιν. *Habitare volentes Novem vias, quæ nunc Amphipolis sunt.* Græcis *Christopolis* dicitur, ficuti Turcis *Emboli*. Alia vero *Syriæ* fuit *civitas* juxta *Euphratem*, à *Seleuco* quondam ex *Thapſaci ruinis* condita, à Syris *Turmeda* dicta, teste *Setphano*. De hac quoque *Plinius* H. N. Libro V. Cap 24. *At in SYRIA oppida Europum, Thapſacum quondam, nunc AMPHIPOLIS.* *Stephanus*: Ἔστι καὶ πόλις Συρίας, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, κτίσμα Σελεύκου. Καλεῖται δὲ ὑπὸ τῶν Σύρων Τουρμέδα. *Est vero civitas Syriæ ad Euphratem à Seleuco condita, vocaturque à Syris Turmeda.* *Johannes Harduinus* in de *Nummis antiquis Populorum & Urbium* p. 39. & in *Commentario ad Plinium* T. I. 436. nummos ad illam *Macedoniæ* videtur velle referre; Clar. *Valens* vero illos *Urbi Syriæ* adſcribit, cum quo & nos facimus. Exhibetur vero in nostro, ficuti & in alio *Augusti* ac *Tiberii*, quos supra vidimus, *Europa tauro vecta*, prorsus eâ formâ, quâ ipſam deſcribit *Ovidius* Lib. V. *Faſtorum*:

Præbuit ut Taurus Tyriæ sua terga puellæ
Juppiter, & fulva cornua fronte tulit:
Illa jubam dextra, læva retinebat amictus,
Et timor ipſe novi cauſa decoris erat.
Aura ſinus implet, flavos movet aura capillos,
Sidoni, ſic fueras adſpicienda Jovi.

Et *Lucianus* in *Dial.* Ὡς καὶ τοῦτ᾽ ἐγένετο, δρομαῖος μὲν ὁ Ζεὺς ὥρμησεν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, φέρων αὐτὴν, καὶ ἐνήχετο ἐμπεσών, ἡ δὲ καὶ πάνυ ἐκπλαγεῖσα τῷ πράγματι τῇ λαιᾷ μὲν εἴχετο τοῦ κέρατος, ὡς μὴ ἀπολισθάνοι, τῇ ἑτέρᾳ δὲ ἠνεμωμένον τὸ πέπλον ξυνεῖχε. In alio, quem communicat *Goltzius* in *Græcia* Tab XXV. *bos paſcens*, pabuli ubertatem ibidem ſine dubio ſignificans, viſitur. *Europæ* vero (hoc eſt *Agenoris*, *Regis Phœnicum*, *filiæ*) figuram, *tauro*, hoc eſt, *Jove*, ceu Poëtæ, *Theocritus* & inprimis *Ovidius* Metam. Lib. II. fabulantur, *vectæ*, cur præferat, certo definire vix audemus, niſi fortè dicere velimus, *Jovem ibidem* cum *Europa* concubuiſſe, uti ſupra de *Gortynienſibus*, quibus quoque *Europa* hujus formæ in *nummis* ſignum eſſe, audivimus ex *Plinii* Libro XII. Cap. I. *Eſt Gortynæ in Inſulà Creta juxta fontem platanus una, inſignis utriusque linguæ monumentis, nunquam folia demittens: ſtatimque ei Græciæ fabuloſitas ſuperfuit, Jovem ſub ea cum Europa concubuiſſe; vel, quod veroſimilius, quia ad fretum Euphratis, quod Boſphorus nonnullis dicitur, cui inde nomen fecere fabulæ*, fuit ſita. Præferunt hunc typum quoque *Sidoniorum* nummi, quorum ectypa apud *Goltzium* videas atque *Illuſtriſ. Spanhemium*; itemque *Byzantiorum*, quorum nummum invenies apud *Harduinum* p. 106. Dedit jam & hunc nummum *Joh. Valens* in nummis *Græcis* p. 11. & in *ſuis* hunc eſſe, ſimul teſtatur.

NUM. 22. & 23.

ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ. (*CAJI CAESARIS GERMANICI.*)
Caput Caligulæ dextram verſus nudum, cui ad cervicem ſignum impreſſum eſt, & ſi recte video, Julii Cæſaris, quod laurea ejus non ſolum careat conſueto diademate, ſed & faciei habitus illi admodum conveniat.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. (*BYZANTIORUM.*)
Duæ piſces, nomine tenus Pelamides, ſive thynni.

Hoc *piſcium genus* cum *thynnis* (quodam *ſturionum* genere, Gallis *unthon*) convenit, ac *pelamides* quidem poſt annum thynni fiunt. Has dictas volunt παρὰ τὸ ἐν πηλῷ μένειν, h. e. ab eo, *quod in luto morentur.* Utrumque quod diximus comprobat *Plinius* Lib. IX. Cap. 15. *Limoſæ vere* (h. e. verno tempore) *à luto pelamides incipiunt vocari, & cum annuum exceſſere tempus, thynni.* (11) Varia quoque *Pelamidum genera* idem tradit *Plinius* Libro XXXII. Cap. ultimo. Idemque Libro IX. Cap. 15. *Præcipua*, inquiens, *magnitudine thynni; invenimus talenta quindecim pependiſſe.* (Si ergo pro Atticis & communibus ſumantur, ſexaginta nempe librarum, libras nongentas conficerent.) *Ejusdem caudæ latitudinem quinque cubita & palmum.* — *Thynni mares ſub ventre non habent pinnam. Intrant è magno mari Pontum verno tempore gregatim, nec alibi fœtificant. Cordyla appellantur partus, qui fœtas redeuntes in mare auctumno comitantur. Cum thynnis hæc* (amia & pelamides *in Pontum ac dulciora pabula intrant gregatim cum ſuis quæque ducibus.* Horum & meminit *Juvenalis* Satyra VII.

Siccus petaſunculus & vas pelamidum.

Horum piſcium, ut nummo noſtro accedamus propius, *Byzantii* olim præcipue frequens fuit *captura*, de cujus ratione præter *Ariſtotelem* & *Plinium* (12) multus eſt *Strabo* Libro VII. qui ex eâ *copioſum Byzantinis Romanisque fuiſſe reditum*, cum primis oſtendit. Hinc & *Archeſtratus* apud *Athenæum* Libro VII. feſtive admodum ingentis cujusdam θύννου, ſeu *pelamidis* μητρόπολιν nominat *Byzantium*; clariſſimeque liquet, cur *Oppianus* Libro V. *Halieut.* hoc piſcium genus *ſobolem Euxini maris* dixerit:

Φῦλα δὲ ΠΗΛΑΜΙΔΩΝ ἐκ μὲν γένος ἐστὶ θαλάσσης Εὐξείνου.

Item-

(11) Thynnulus, cum primum æſtate naſcitur, usque ad ver proximum, *cordyla* dicitur: inde *pelamis* usque ad exactum annum; in ſequenti vero anno *thunnus*. Ita *Soſtratus* Libro II. de *animalibus* apud *Athen.* Lib. VII. p. 323.

(12) Lib. IX Cap. 20. Meretur *Plinii* locus heic legi: *Thynni dextra ripa* (*Pontum intrant, exeunt læva. Eſt in Euripo Thracii Boſphori, quo Propontis Euxino jungitur, in ipſis Europam Aſiamque ſeparantis freti anguſtiis, ſaxum miri candoris, à vado ad ſumma perlucens, juxta Calchedonem in latere Aſiæ. Hujus aſpectu repentè territi*, (thynni) *ſemper adverſum Byzantii promontorium, ex ea cauſa appellatum aurei cornus, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantii eſt, magna Calchedonis penuria, mille paſſuum medii interfluentis Euripi. Opperiuntur autem Aquilonis flatum, ut ſecundo fluctu exeant è Ponto: nec, niſi intrantes portum Byzantium, capiuntur. Bruma non vagantur: ubicunque deprehenſi, usque ad æquinoctium, ibi hibernant. Iidem ſæpe navigia velis euntia comitantes, mira quadam dulcedine per aliquot horarum ſpatia & paſſuum millia à gubernaculis ſpectantur, ne tridente quidem in eos ſæpius jacto territi.* — — *Thynnorum captura eſt à Vergiliarum exortu ad Arcturi occaſum: reliquo tempore hiberno latent in gurgitibus imis, niſi tepore aliquo evocati, aut pleniluniis. Pingueſcunt & in tantum, ut dehiſcant; Vita longiſſima bis biennio.*

Itemque cur *magnam Piscatorum multitudinem Tarenti* & *Byzantii* exstitisse, dudum jam observaverit *Aristoteles* in suis *Politicis*. Ut taceamus, quod & *Tristanus* & *Illustriss. Spanhemius* Dissertatione III. de U. & P. N. p. 202. ex illo adnotavit, veteris illius *Oraculi* de *Byzantio* (quod *Stephanus Byzantius*, *Eustathius*, aliique adducunt) versum ultimum:

Ἔνθ' ἰχθῦς ἔλαφός τε νομὸν βόσκουσι τ' αὐτόν.
Ubi piscis cervusque pascuntur in eodem pascuo.

de pelamide & *cornu Byzantino* (quod erat promontorium Græcis Κέρας dictum, cornu cervini formam præ se ferens, in cujus angustia pelamides capiuntur, deque quo legendus *Strabo* Libro VII.) recte explicari. Similes *Byzantiorum* nummos *Tristanus* exhibet in *Sabinæ Augustæ* nummis, *Il. Spanhemius* in *Plautillæ* nummo loco citato. *Byzantium* vero, ut ad illud redeamus, Oppidum est *Thraciæ*, fatalis Imperiorum sedes, ad *Bosporum Thracium*, ubi hic Propontidi adhæret ([13]) fertili solo, fœcundoque mari, ut *Tacitus Annalium* Libro XII. scribit, olim *Lygos* dictum, hoc clare prodente *Plinio* Lib. IV. Cap. 18. *Promontorium Chrysoceras, in quo oppidum Byzantium liberæ conditionis, antea LYGOS dictum*; & *Ausonio* de *claris Urbibus* in *Constantinopoli* & *Carthagine*:

Augustus mutasti opes & nomina: tu quum
Byzantina LYGOS; Tu Punica Byrsa fuisti.

Postea *Byzantium* nominatum, quam nomenclationem & situm inter alios & *Ovidius* Libro I. *Tristium* Elegia II. exponit:

Quaque tenent Ponti Byzantia litora fauces,
Hic locus est gemini janua vasta maris.

Exinde rursus *Nova Roma*; ([14]) tempore autem *Severi* & filii *Antonini*, *Antonia* vocitata est, ([15]) à *Constantino M.* denique *Constantinopolis*, ac anno demum 1453. sub ditionem Turcicam à *Muhammede* maxima Christianorum clade redacta *Stamboli* Turcis hodie audit. *Strabo* Libro VII. hanc Urbem post *Chalcedonem*, *Megarensium Coloniam*, *Apollinis* fuisse auspiciis & oraculo conditam, prodit. *Tacitus* arctissimo inter Europam Asiamque divortio in extrema Europa posuisse Græcos, generatim pronunciat. *Stephanus* de *Urbibus* verò apertè à *Megarensibus Coloniam* conditam refert, itemque *Marcianus* in *Periegesi* sub finem: Ἑξῆς Μεγαρέων δὲ εὐτυχὲς Βυζάντιον, *deinde est Megarensium fortunatorum Byzantium*, in qua opinione & *Strabo* Libro VII. *Eustathius* ad *Dionysium*, *Cedrenus* aliique fuerunt. *A Byza*, *Megarensium Duce*, eandem ædificatam præterea exponit *Eustathius* in *Dionysii* vs. 804. Βύζας ἡγεῖτο τῶν Μεγαρέων στόλου, οἱ καὶ ἔκτισαν τὸ Βυζάντιον. *Byzas Dux fuit Megarensium classis, qui etiam Byzantium condiderunt.* Et *Claudianus* in *Eutrop.* II.

— — *Hoc Byzas, Constantinusque videbunt?*

Stephanus de *Urbibus*: Ἢ ὅτι τοῦ στόλου Βύζας ἦν ἡγεμών, *vel nomen habet ex eo, quod Byzas exercitius Dux fuerit.* Atque *Hesychius Milesius* in *Constantinopoleos descriptione* refert, narrari, *Megarenses Byzante Duce* illic appulisse & *Byzantium* condidisse. Hoc auctore gloriatos quondam quoque fuisse Byzantinos, nummi ipsorum satis produnt, qui inter alia caput senile galeatum sistunt, adscripto nomine ΒΥΖΑΣ. *Vellejus* Libro II. Cap. 15. Milesiis ejusdem originem, adscribit: *Milesiorum Coloniam* eandem nominans, *Isidorus* & *Justinus* Libro IX. Cap. 1. *Spartanis*, & *quidem Pausaniæ*, *illorum Regi*. Alii non exstructionem, sed expugnationem Pausaniæ tribuunt, inter quos est *Æmilius Probus*, *Ammianus Marcellinus* Libro XXII. Cap. 12. Atheniensibus, *Atticorum*, eam vocans *Coloniam*. Quid quod & *Constantinus Porphyrogenita* Libro II. themate II. non solum Megarenses, sed & Lacedæmonios atque Bœotos hujus Urbis conditores apertè faciat, scribens: Αὐτὸ δὲ τὸ Βυζάντιον Μεγαρέων, καὶ Λακεδαιμονίων, καὶ Βοιωτῶν ἐστὶ ἀποικία, τῶν ἀρχαιοτάτων Ἑλλήνων. Sed conciliari forte hac ratione possunt facile, si dicamus, prioribus pulsis alios aliis successisse, colonias veluti in locum maximè opportunum eo transferentes, quod satis claré Justinus videtur innuere, scribens: *Hæc Urbs condita primo à Pausania, Rege Spartanorum, & per VII. annos possessa fuit: deinde variante victoria nunc Lacedæmoniorum, nunc Atheniensium juris habita est. Quæ incerta possessio effecit, ut, nemine quasi suam auxiliis juvante, libertatem constantius tueretur.* Ex quo etiam est, quod *Plinius* loco supra citato illam *Oppidum LIBERAE CONDITIONIS* vocet. Plura de hac Urbe scire desiderans adeat *Dionem* in *Severo*, *Zonaræ* Historiam de *Constantino Magno* Tomo III. *Petrum Gyllium* de *Topographia Urbis Constantinopoleos*, *Hesychium Milesium* in *Constantinopoleos* descriptione. Ut adeo nullum amplius nobis resideat dubium pelamides hic à Byzantiis exhiberi, clare siquidem & hoc Gentile prodente *Stephano*, quod in nummo legitur: Τὸ ἐθνικὸν, ὁ Βύζας, Βυζάντιος — — τὸ δὲ Βυζάντιος ἐθνικὸν, τελγενὲς, *Gentile Byzantius trium generum est*, nummique amplius *Augusti* probant, in quibus: ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ, itemque ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ, referentibus hoc *H. Goltzio* in *Thesauro Antiquit.* p. 211. *Abrahamo Berkelio* in Notis ad *Stephanum* pag. m. 25. *Joh. Harduino* in de *Nummis Græcis* P. & V. p 104. Neque hoc prætermittendum est, sicuti in nostro duo tantum comparent pisces, ita in aliis nummis, puta *Plotinæ*, *Lucillæ*, *Crispinæ* tergeminos pisces esse insculptos. Exhibet hunc nummum denique *Joh. Valens* in *nummis Pop.* & *Urb. Græce loquentium* p. 11.

NUM. 24.

ΠΟπλι⊕ ΠΡΙΜΟΣ ΕΥΔΑΜΟΣ Β. ΚΩΙΩΝ.
(PUBLIUS PRIMUS EUDAMUS ITERUM, sive SECUNDO, (ARCHON.) Coorum. Serpens capite erecto, barba, paleariis, & corona cristata conspicuus, inque gyros convolutus.

Cos, Insula in *Ægeo mari*, sive, ut alii volunt, *Icario*, nobilissima, *Rhodo* proxima, & *Cariæ* oppo-

(13) Sic enim *Stephanus* de *Urbibus* p. 248. Βυζάντιον, τὸ ἐν Θράκῃ Βασίλειον, πόλις ἐπισημοτάτη πρὸς τῇ Προποντίδι, πρὸς τῷ μέρει τῆς Εὐρώπης. *Byzantium, regia in Thracia & Urbs clarissima ad Propontidem in parte Europæ sita.*

(14) *Stephanus* de *Urbibus* p. 249. Μετωνομάσθη δὲ καὶ Κωνσταντινούπολις, καὶ νέα Ῥώμη. *Deinde Constantinopolis & nova Roma vocata est.* Confer *Hesychium Milesium*, *Constantinum Manassem* in *Annalibus*, *Theodoretum* in *Catalogo Cæsarum*, *Suidam*, & alios.

(15) Videatur *Hesychius Milesius* Libro de *Rebus patriis* C. P.

oppoſita, *Græcis* Κῶς, Κόως, Κώως, nonnullis & Κέως dicta, *Latinis*, *Gnos*, *Cos*, vel *Co* & *Coa*, ab *Halicarnaſſo* XV. millia paſſuum ſaltem diſtans, circuitu centum mille paſſus complectens, vel, ut alii notarunt, 550. ſtadiorum ambitu ejus exſiſtente. Vocata illa olim fuit *Meropis*, vel à *Meropibus*, qui illam primi condidere, vel à *Merope* quodam, cujus *filia*, *Cos*, Inſulæ nomen dedit; itemque *Aſtypalæa*, ut *Strabo* tradit, & prope mare fuit ſita; ſeditione vero inter cives facta, conceſſit in Urbem, quæ ſuo tempore juxta *Scandalium* erat, &, mutato nomine, *Coos*, ſicuti Inſula ea vocata eſt, fuitque urbs non magna, ſed incolis referta, & adſpectu pulcherrima. *Stephanus Cariam*, ſicuti *Plinius Numphæam*, olim quoque appellatam fuiſſe, tradit. *Euripylum*, quem *Homerus* hic regnaſſe, refert, ab *Hercule* interfectum eſſe, *Apollodorus* prodit. Celebris hæc alias eſt Inſula ob *vini* feracitatem generoſiſſimi non ſolum, ſed & ob *texturam* ſubtiliorum *veſtium*, quas bombycinas & *Coas* vulgo vocant, tantæ tenuitatis, ut corpus magis denudarent, quam tegerent, juxta illud *Horatii* Libro I. *Satyr.* II.

Altera nil obſtat, Cois tibi pene videre eſt
Ut nudam.

Nec non *Tibulli:*

Illa gerit tenues veſtes, quas fœmina Coa
Texuit, auratas diſpoſuitque vias.

Item *Propertii* Lib. II.

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo
Et tenues Coa veſte movere ſinus?

Et Libro IV. 2.

Indue me Cois, fiam non dura puella,

ac denique *Ovidii* Libro II. de *Arte amandi:*

Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus,
Sive erit in Cois, Coa decere, puta.

Quas tamen ipſorum veſtes *Seneca* carpit Epiſtola XC. *Quid ſi contigiſſet illam videre has noſtri temporis telas, quibus veſtis nihil celatura conficitur, in qua, non dicam, nullum corpori auxilium, ſed nullum pudori eſt.* Et alibi: *His ſumptis, mulier parum liquido nudam ſe non eſſe, jurabit.* Inclaruit & multis doctiſſimis celeberrimiſque *viris* in ea genitis, veluti *Apelle*, qui, teſte *Plinio*, *omnes prius genitos, futurosque poſtea, arte ſua ſuperavit*; *Phileta*, egregio *Poëta*, & ſummo *Critico*; *Hippocrate*, Medicorum omnium clariſſimo, qui paternum ſuum genus ad *Æſculapium* quoque referebat; *Nebro*, illuſtri Medico; *Simo*, ſummo pariter Medico; *Xenophonte*, celeberrimo rurſus apud *Claudium* Imperatorem Medico; *Nicia*, Coorum Tyranno, & *Theomneſto*, qui ſe huic opponebat; *Ariſtone*, *Peripatetica*, & aliis. Porro, *Dracones* omnes *ſacros eſſe Æſculapio*, obſervat *Pauſanias*, & ex hoc *Illuſtr. Spanhemius* Diſſertatione III. de U. & P. N. p. 183. Ut exinde quoque *Draco Æſculapii ſymbolum* exhibeat, teſte *Arnobio* Libro VII. adverſus *Gentes*: *Quid ergo dicimus? Æſculapius iſte, quem prædicatis, Deus præſtans, ſanctus Deus, ſalutis dator, VALETUDINUM PESSIMARUM PROPULSATOR, PROHIBITOR & EXSTINCTOR, SERPENTIS eſt FORMA & circumſcriptione finitus, per terram reptans, cœno natus, ut vermiculis mos eſt, ſolum mento radit & pectore, tortuoſis voluminibus ſe trahens, atque ut pergere prorſus poſſit, partem ſui poſtremam conatibus prioris adducit: & quoniam legitur uſus cibis etiam, quibus vita in corporibus immoratur, habet patulas fauces, quibus cibos transvoret, oris hiatibus appetitos.* Quæ omnia, quaſi ſtudio depicta, in nummo noſtro conſpicimus. Hic vero *Æſculapius* Romam *Epidauro* accitus, ipſam *Urbem gravi peſte liberavit.* In *ejus* proinde *honorem* inſigne *Templum* in Inſula *Tiberis* cives conſtruxerunt, colueruntque ipſum ſub ſpecie *ſerpentis*, *nomen* præterea ac *tutelam* dictæ *Inſulæ* communicantes. Haud inſuetum vero huic *ſalutari Deo* eſſe, ſua quoque præſentia *alias* beare *civitates*, non ſolum manifeſtum fit è *Philoſtrato* in *vita Apollonii*, ſed & ex hoc ipſo *Coorum* nummo diſpaleſcit. *Coos* nempe *Æſculapio* dicata fuit ab omni ævo, teſte *Plinio* Libro XXIX. Cap. I. celeberrimum & *Æſculapio* in *ſuburbano* fuit *Templum*, multis donariis magnificum, multiſque *Apellis* operibus, prodente id nobis *Strabone.* Hoc *Æſculapii delubrum* etiam *Aſyli* jus dedit, ut pluribus id refert *Tacitus* Libro IV. *Is quoque annus legationes Græcarum Urbium habuit, Samiis Junonis, Cois, Æſculapii delubro vetuſtum aſyli jus, ut firmarent, petentibus.* Neque diſpar apud *Coos* antiquitas, & accedebat meritum ex loco. Nam *cives Romanos Templo Æſculapii* induxerant, cum, juſſu *Regis Mithridatis*, apud cunctas Aſiæ Inſulas & Urbes trucidarentur. Hujus *antiquitatem* & ipſe laudavit *Cæſar Claudius*, aſſerente hoc eodem *Tacito* Libro XII. *Annalium*: *Retulit dein de immunitate Cois tribuenda, multaque ſuper antiquitate eorum memoravit. Argivos vel Coum, Latonæ Parentem, vetuſtiſſimos Inſulæ cultores; mox adventu Æſculapii artem medendi illatam, maximeque inter poſteros ejus celebrem fuiſſe; nomina ſingulorum referens, & quibus quisque ætatibus viguiſſent. Quin etiam dixit Xenophontem* (de quo & ſupra retulimus) *cujus ſcientia ipſe uteretur, eadem familia ortum: precibusque ejus dandum, ut omni tributo vacui inpoſterum Coi ſacram, & tantum Dei miniſtram, Inſulam colerent.* Hinc videas in *nummis Coorum* apud *Goltzium* in *Inſulis* Tabula XX. nihil frequentius, quam in averſa *caput Æſculapii* vel *nudum*, vel *laureatum*, in adverſa vero *ſerpentem*, vel in *gyrum ſe volventem capite erecto*, uti hic loci, vel *baculo circumvolutam*, *Æſculapii* pariter commune *Symbolum.* Equidem *Claudii*, Imperatoris, ſupra memoratum *immunitatis beneficium* novimus; ſed quid *Caligulæ* cum illa fuerit, hactenus ignoramus, niſi dicere velimus, *Caligulæ ex gravi morbo* (de quo ſupra multa) *convaleſcenti*, *Æſculapioque* non parum ad iſtam ſanitatem contribuenti *Coos* hunc ipſi exhibuiſſe nummum. Hunc alias *Primum Eudamum Archontem* in *Claudii* quoque nummo à *Coois* cuſo offendimus, hac cùm Inſcriptione: ΕΥΔΑΜΟΣ ΚΩΙΩΝ (*EUDAMUS COORUM*) & *Æſculapio* ſtante. Communicavit jam ante hunc *Carolus Patinus* in *nummis æreis mediæ* ac *minimæ formæ* p. 95. ſed longe magis mutilum, ac exhibuimus, referentem ſaltem: ΠΟΠ . . . ΚΩΙΩΝ . . . . *Morellius* ex *Theſauro Regio Verſalienſi*, ceu adjectum docet ſignum, in illo ΠΟΠΙΛΙΟΣ ΚΩΙΩΝ deprehenderat, legerat, ac ſic ſculpi fecerat, ſed *Cl. Joh. Valens* magis integrum apud *D*, *Fæſchium* nactus, illas, quas dedimus, in illo deprehendit literas, intuleratque illum ſuis *Nummis Populorum & Urbium Græcè loquentium* p. 11. & infra ſub *Archontibus* p. 311. ubi tamen pro ΠΡΙΜΟΣ quam

vocem

vocem ſub Caligula habet, malè repoſuit ΟΠΤΙΜΟΣ. Tanti ergo eſt integrum ante manus habere nummi exemplar!

Num. 25. & 26.

ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑρει ΓΕΡΜάνικῳ ΣΕΒαςῷ. (*CAJO CAESARI GERMANICO AUGUSTO.*) *In corona laurea.*

ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ L. Μ Ε. (*HERODES TETRARCHA ANNO XLV.*) *Palmæ ramus.*

Non parvo huic alias nummo impendendo labore nos liberavit *Eminentiſſimus* quondam *Cardinalis Henricus Noriſius* ſcripta ſingulari de hoc ipſo Herodis Antipæ nummo Epiſtola, qua vix doctius quid legi poteſt, ad *Eruditiſſimum* ac *Clariſſimum Virum P. Antonium Pagium, SS. Theologiæ Doctorem & Ordinis Minor. Convent.* quæ Libro ejus eruditiſſimo de *Epochis Syro-Macedonum*, tùm editionis *Florentinæ* 1691. p. 51. tùm *Lipſienſi* Anno 1696. adjecta eſt p. 62. Ubi in limine, & ante quam illam, ita ut concepta eſt, inſeram, monendum duxi, in illo, uti quem *Pagius* cum *Noriſio* vidit ex *Muſeo D. Rigordi, Patricii Maſſilienſis* profectum, nummo, annum quadrageſimum tertium, exhiberi, in eo vero, quem *Morellius* apud *Dominum de Wilde* deprehendit, delineavit, in ſchedis & æri incidi fecit, L. ME. hoc eſt, annum quadrageſimum quintum, offerri. Fateor, me hæſiſſe primum, quam lectionem hic præferrem. Sed cum in his rebus ad αὐτοψίαν recurrendum ſit, & literarum accuratam dijudicationem, non nego, me totum nunc inclinare in *Noriſii* lectionem comprobatam tot literatiſſimorum hominum iterata nummi inſpectione, ut taceam, inſignem anachroniſmum *Morellii* lectionem inferre, quippe quod *Cajus* hoc anno jam fuerit in demortuis, præterea que æris ſcabritiem facile Ε pro Γ oculis non ſatis acute cernentibus obtrudere, adeoque *Morelliorum* ponere feſtinanti, potuiſſe. Cumque Epiſtola, quamvis paulo prolixior, multo eruditionis ſeſamo conſperſa ſit, dignam duximus, ut integra & hic legatur: *Cum proxime Libri de Epochis Syro-Macedonum, ante biennium abſoluti, editionem tardioribus typis ad exitum fere perduxiſſem, epiſtolam abs te, IV. Kal. Septembris Aquis Sextiis ſcriptam, accepi, qua me iterum in Syriam mittis, ut rariſſimi ibidem ſcalpti Numiſmatis Epocham diligenter atque accurate perpendam; quod eadem putas celeberrimæ de anno obitus Herodis Magni diſputationi inter præclariſſimos Scriptores acri ſane contentione ac multiplici opinionum varietate agitatæ, magnum diem tandem imponi.* Deinde (verba enim ipſius *Noriſii* ponam) ſic pergit. Narras nummum ſervari in *Muſeo D. Rigordi, Patricii Maſſilienſis*, qui cum ejuſdem etiam typum Florentiam ad inſignem Virum tui amantiſſimum, cujuſque amicitiam literati quique & quidem cum fœnore, certatim aucupari contendunt, *Antonium Magliabechium* transmiſerit, eundem in præfatione editi de *Epochis Syriæ* voluminis, recitavi, & hic iterum correctius lectum, (11) explicare conabor. In priori parte nummi ærei ac minimi moduli legitur intra lauream: ΓΑΙΩ ΚΑΙϹΑ. ΓΕΡΜ. ϹΕΒ. *CAJO CASARI GERMANICO AUGUSTO*; & retrorſus cum ramo palmæ ΗΡΩΔΗϹ ΤΕΤΡΑΡΧΗϹ. L. ΜΓ. *HERODES TETRARCHA. ANNO QUADRAGESIMO TERTIO.* Eſt nummus Herodis Antipæ, qui in ſacris etiam Evangeliorum libris non ſemel nominatur. Nam *Lucæ III.* legitur: *Tetrarcha autem Galilææ Herode*; & Cap. IX. *Audivit autem Herodes Tetrarcha &c.* quæ eadem recitat *Matthæus* Cap. XIV. ubi paulo poſt *Rex* nuncupatur, quo pariter titulo appellatur Marci VI. 14. 20. quod *Tetrarchæ* regia citra Regis titulum poteſtate pollebant. *Hunc Herodem pater Herodes Magnus, condito priori teſtamento, regni hæredem nuncupaverat*; Verum morti proximus, uti ſcribit *Joſephus* Lib. XVII. *Antiquit.* Cap. 10. *mutata voluntate; mutavit etiam Teſtamentum. Antipam enim, quem prioribus tabulis ſucceſſorem deſtinaverat, Galilææ ſimul ac Peræœ Tetrarcham conſtituit, Judææ regnum ac Samariam Archelao filiorum natu majori deſtinans, ac alteri filio Philippo, eodem Antipa ætate grandiori*, teſte *Joſepho* Lib. I. de *Bello* Cap. 20. *Ituææ, Gaulonitidis, ac Paneados Tetrarcha nuncupato. Annum obitus Herodis Magni Joſephus nullo chronologico charactere deſignat.* Idem tamen Libro XVII. Cap. 10. docet illum regnandi ac vivendi finem feciſſe *anno à nece Antipatri quarto ac trigeſimo; ex quo vero à Romanis Rex appellatus fuerat, trigeſimo ſeptimo.* At conſtat eundem A. V. Romæ 714. *Cn. Domitio Calvino II. & C. Aſinio Pollione Conſulibus, Antonii* ac *Cæſaris Octaviani* opera, à Senatu regnum obtinuiſſe: & quidem inito Autumno, ut probavi in *Cenotaphiis Piſanis* à p. 140. quod mox etiam repetam. *Hinc annus regni ejuſdem XXXVII. iniit per Autumnum A. V. 750. C. Calviſio Sabino II. L. Paſſieno Rufo Coſſ. quo etiam deceſſit. Cum Antipa priores Herodis patris tabulas, quibus regni hæres nuncupabatur, poſterioribus præponendas contenderet, cauſam coram Auguſto diſceptaturus, Romam navigavit, quo etiam fratres Archelaus & Philippus transmiſerunt.* Auguſtus fraternæ liti diſcutiendæ peculiares judices deſtinavit, & in his, inquit *Joſephus* Libr. XVII. Cap. 11. *Cajum filium Agrippæ & Juliæ ipſius filiæ, à ſe autem adoptatum, primum ei locum in conſeſſu tribuens.* Erat Cajus jam à Calendis Januariis A. V. 749. à Palilibus, Conſul deſtinatus, ac proinde prior ſententiam rogabatur, uti pluribus oſtendi in *memoratis Cenotaphiis*, Diſſertatione II. Cap. 2. extremo. Hinc ibidem à pag. 161. probavi hoc judicium peractum fuiſſe A. V. 751. *L. Cornelio Lentulo*, & *M. Valerio Meſſalino, Conſulibus. Nam cum anno inſequenti, Lucius quoque Cæſar, Caji frater, deſignatus fuerit Conſul, eundem quoque pari cum fratre dignitate inſignitum, judicum numero Auguſtus adjeciſſet, ne qua forte inter filios invidiæ occaſio oriretur.* Cum verò *Joſephus* diſerte teſtetur, *Herodis demortui filios poſt Paſcha celebratum, in Italiam transmiſiſſe, mors Regis Herodis contigit ante Paſcha A. V. 715. Auguſtus diſcuſſa cauſa, poſteriores Herodis tabulas ratas haberi juſſit, excepto tamen Regis titulo, quem Archelao, cui Judæam ac Samariam ſanxit, concedere recuſavit.* Auctor eſt *Joſephus* Libro II. de Bello Cap. 6. *Archelaum poſtea à ſubditis apud Auguſtum accuſatum, Romam anno Principatus nono evocatum, cauſa ceci-diſſe*

(11) Nam præfationem ſcribens ſaltem legerat: ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΓΕΡ . . . .

cidiſſe, ac Viennam in Galliis ab Auguſto relegatum fuiſſe, ejusdem ditione Romanorum Provinciæ Syriæ adjecta. Idem tamen Libro XVII. *Antiq.* Cap. 15. ſcribit, *Archelaum in exſilium miſſum anno decimo Ethnarchiæ.* Scriptores bene erga *Joſephum* animati, utrumque numerum conciliant, ita ut illic annum nonum completum : hic verò decimum jam initum intellexerit. Et ſane Archelaum annum Principatus decimum inchoaſſe, iterum prodit *Joſephus* initio Libri de *Vita ſua*, ſcribens ſui ipſius patrem Matthiam natum fuiſſe *anno decimo principatus Archelai* ; appellatque teſtes publicas tabulas. *Dio* Libro LV. ad A. V. 759. *M. Æmilio Lepido & L. Arruntio Coſſ.* ait : *Herodes Palæſtinus à fratribus accuſatus , trans Alpes eſt relegatus , ac pars ejus ditionis in publicum eſt redacta. Ubi Herodis nomine certum eſt Archelaum deſignari , qui paternum fortaſſe nomen uſurpabat, uti & frater Antipa, qui eodemmet Herodis nomine appellabatur.* In *Actis* etiam *Apoſtolicis* Cap. XII. legitur : *Miſit Herodes rex manus , ut affligeret quosdam de Eccleſia &c.* qui quidem rex fuit Agrippa ſenior, qui etiam Julius vocari voluit, quod unica prodit Inſcriptio Athenienſis apud *Sponium* Sect. X. *Miſc.* p. 319. ubi Senatus Athenienſis laudat *Juliam Berenicem , Reginam magnam , Julii Agrippæ filiam, & Magnorum Regum benefactorum urbis ſobolem.* Rex enim Herodes, proavus Berenicis, Athenas regiis donariis affecerat, ex *Joſepho* Libro I. *Belli* Cap. 16. *Vides , uti Magni agnomen* , quo noſtri Scriptores *Herodem poſtea appellarunt , tot ante ſæcula eidem ab Athenienſium Senatu delatum fuerit. Joſephus* Libro XVIII. Cap. 1. ſcribit : *ab Auguſto præſidem in Syriam miſſum Quirinum , qui exſulis Archelai bona in fiſcum redigeret* , quod ait factum *anno ab Actiaca pugna trigeſimo ſeptimo.* Cum autem navalis apud *Actium* pugna commiſſa fuerit A. V. 732. die 2. Septembris, annus abhinc 37. cœpit eadem die, A. V. 759. *Baronius* ad annum Chriſti XVI. duobus *Sextis Coſſ.* quo anno Auguſtus obiit, Archelai exſilium recitat, ſcribens , *Dionem ea* , quæ de eodem Archelao narrat , ex *Joſephi* libris exſcripſiſſe : utrumque vero manifeſte errare. At mihi plane certum videtur , *Dionem ea* nullatenus ex *Joſepho* decerpſiſſe ; *Joſephus* enim Archelaum , non Herodem illum appellat ; ac à ſubditis , non autem à fratribus, quod tradit *Dio*, reum enndem apud Auguſtum peractum narrat. Et quidem cum *Dio* regna à Romanis Imperatoribus ſive data , ſive adempta, annis diligenter adſignatis , paſſim memoret , eadem ex Romanorum Scriptorum annalibus deſumſit , ac proinde ex iisdem annum relegati Archelai recte deſignavit ; quæ ſane relegatio manifeſto errore in poſtremum Imperii Auguſti annum à *Baronio* protrahitur ; ſiquidem ſuperſtite Auguſto, Archelai in exſilium deportati ditionem adminiſtrarunt ex Equeſtri ordine Procuratores *Coponius* , dein *M. Ambivius* , ac denique *Annius Rufus* , quo Judæam procurante , Auguſtus è vita diſceſſit. Illos vero Procuratores *Baronius* inſigni errore præſides Syriæ obtrudit in apparatu Num. 86. cum id temporis , nempe jam ab A. V. 765. biennio ante obitum Auguſti, Silanus præſes Syriam adminiſtraret , ut ex ejusdem nummis apud Antiochiam ſcalptis, in proximo volumine de *Epochis Syro-Macedonum* à pag. 212. oſtendi. *Cum ergo* , teſte *Dione* , *Archelaus A. V. 759. qui fuit Æræ vulgaris Chriſti VI.* (nempe inito jam , ut ait *Joſephus* ,) *decimo anno Ethnarchiæ , in exſilium miſſus fuerit , primus ejusdem principatus annus cœpit A. V. 750. Juliano XLII. ac quarto ante Æram Chriſti.* Hactenus mihi recitata dudum eruditi prænotarunt, quos inter tu principe ſane loco nominandus venis. Jam ad ſolidiorem ejusdem *chronologiæ* comprobationem , quæ univerſam plane contentionem profligat, deſcendo. Anni Tetrarchiæ Herodis Antipæ XLIII in laudato ejusdem nummo obſignati, cum Tetrarchiam inierit eodem tempore , quo ejus frater Archelaus Judææ principatum , mortuo rege patre , obtinuit , ab autumno A. V. 750. deducti, exiere per autumnum A. V. 793. qui poſtremus fuit Imperii Caji Cæſaris, qui in eodem nummo legitur , & à quo Herodes Antipa in exſilium miſſus fuit

Herodes Tetrarcha Galilææ multa apud Tiberium Imperatorem gratia valuit. Ille quidem imperante Auguſto, Sepphorim primariam Provinciæ urbem moenibus abs ſe cinctam , totius Galilææ metropolim fecerat ; alteram poſtea urbem ad lacum Geneſareticum vulgo incolis *Mare Galilææ* nuncupatum , exſtruxit , eamque de nomine tùm imperantis Tiberii Cæſaris , Tiberiadem appellavit, quam etiam novam Galilææ metropolim conſtituit. Vir Cl. Nicolaus Toinardus nummum publicavit, in cujus altera parte intra lauream legitur : ΤΙΒΕΡΙΑϹ; in altera verò : ΗΡΩΔΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ. L. Λ Δ ; nempe Anno XXXIV. cum eodem ramo palmæ. Hinc auguror nummum , de quo in præſentia diſputo, apud eamdem Tiberiadem obſignatum fuiſſe. Quod Judæis vetitum erat imagines fingere , eo in nummo nec Caji Cæſaris , nec Herodis effigies , ſed ſola utriuſque nomina cum titulis exprimuntur. Idem Herodes Joannem Baptiſtam adulterium ſibi exprobrantem , immani ſævitia capite abſciſſo, interemit. Ad hunc Pilatus Chriſtum Dominum à Judæis captum transmiſit , *ut cognovit , quod de Herodis poteſtate eſſet* , Lucæ XIII. Vixerat enim Servator in urbe Galilææ Nazareth intra Herodis Tetrarchiam. Cum idem Pilatus plebem ſibi obſiſtentem , immiſſo milite , promiſcua cæde in fugam compuliſſet, Agrippa Herodis nepos, patruo infenſus, quod ſibi apud Tyrum in publico convivio paupertatem exprobraſſet , ex *Joſepho* Lib. 18. cap. 8. in Italiam navigans, Herodem uti popularium cædis auctorem ſive conſiliarium apud Imperatorem Tiberium incuſavit ; quam tamen accuſationem non modo Tiberius admittere recuſavit ; verum etiam paulo poſt Agrippam ipſum delatum , quòd cum Cajo Caligula curru vectus, celerem eidem ſucceſſionem voto adprecatus fuerat, ſub cuſtodia in vinculis detinendum juſſit. At mortuo Tiberio, Cajus novus Imperator non contentus eximium ſui cultorem Agrippam è cuſtodia ac vinculis eripere, eundem Tetrarchia Philippi dudum vita defuncti, ac regio inſuper titulo inſignitum , inter familiares adſcivit. Hæc pluribus deſcribit *Joſephus* Lib XVIII. cap. 8. ubi hæc addit : *Altero deinde anno principatus Caji Cæſaris , Agrippa petiit veniam navigandi in ſuum regnum, ordinandi ejus gratia, reverſurum ſe eo peracto pollicitus.* Alter annus imperii Caji cœpit die 16. Martii A. V. à Palilibus 791. Chriſtianæ Æræ 38. M. Aquillio Juliano & P. Nonio Aſprenate Conſulibus. Philo in libro contra Flaccum ſcribit Agrippam à Cajo monitum , *ne Brunduſio ſolveret, petiturus Syriam, quod ea navigatio longa eſſet ac difficilis ; uteretur potius compendiaria per Alexandriam, exſpectatis Eteſiis &c. Paruit ille , ut Domino conſulenti utilia.* Columella Lib. II. cap. 2. ait : *Kalendis Auguſti , Eteſiæ.* Plinius verò lib. II. cap. 17. notat Eteſias à XIII. Kal Auguſti continuo quadraginta dierum ſpatio perflare. Itaque novus rex Agrippa æſtate jam declinante , in donatum ſibi regnum per-

pervenit. Herodias Herodis Tetrarchæ uxor, femina impotentis animi & ambitiosi, regiam Agrippæ, licet fratris, dignitatem ægrè & acerbè ferens, modò rogans, modò etiam socordiam exprobrans, marito persuadere conabatur, ut Romam navigans, regium & ipse titulum quacumque pecuniarum largitione sibi compararet. At ille, inquit Josephus Lib.XVIII.cap.9. *resistebat aliquandiu quietis amore, & suspecta habens Romana negotia, studebatque illam in contrariam sententiam traducere.* Verùm cum Herodes molestiorem in dies uxorem pateretur, eidem morem tandem gerere coactus, *sine parsimonia*, ait Josephus, *facto apparatu exquisitissimo*, unà cum Herodiade in Italiam transmisit. Agrippa veteri contra patruum simultate stimulatus, Romam quàm primùm proficisci decrevit. Interim nulla interposita mora, Fortunatum libertum in Italiam destinavit, traditis eidem muneribus ac literis ad Cajum Cæsarem, quibus significabat Herodem dudùm cum Sejano contra Tiberium conspirasse, & in præsentia amicitiam cum Artabano Parthorum rege fovere, tantùmque armorum apparatum collegisse, quantus ad LXX. virorum millia instruenda, sufficeret. Porrò inquit Josephus, *uterque*, videlicet Herodes, ac Agrippæ libertus Fortunatus, *Puteolos appulit, & Cajus tum fortè apud Bajas repertus est.* Cajus Herodem ad salutationis officia persolvenda admissum, lectisque tum Agrippæ literis, sciscitatus est, num tantam armorum copiam collegisset; nec eo inficiante, *approbatam putans defectionem, ademptam illi Tetrarchiam, ad Agrippæ regnum adjecit, pecuniam quoque ejus dònans Agrippæ indici.* Hæc laudato loco Josephus.

Hic, vir eruditissime, me sententiam rogas de anno, quo Herodis exsilium contigerit, nempe fueritne annus urbis Romæ 792. Æræ Christi 39. vel potius qui huic proximus successit. Nec Baronii opinionem moraris, qui anno secundo imperii Caji narrat reditum novi regis Agrippæ in Palæstinam, ac Herodis Tetrarchæ in Italiam navigationem, simulque etiam ejusdem exsilium. Cum Agrippa flantibus Etesiis Alexandriam, dein in Syriam navigaverit, labente Septembri in regnum pervenit. Cum verò Herodes alieno esset animo à Romana peregrinatione, licet postea navigare decreverit, splendidus apparatus instruendus fuit, ità ut vix præcipitante autumno, necessaria ad iter expediri potuissent, nec anni jam adverso tempore in Italiam transmisisset. Usserius tom. 2. Annal. Herodis in Italiam navigationem recitat anno Æræ vulgaris Christi 39. Imperatore Cajo Cæsare II. & L. Apronio Cæsiano Coss. quo anno Cajus Cæsar semel, & iterum in Campaniam se contulit. Nam Dio gesta ejusdem anni enarrans Lib.LIX. de Cajo ait: *In Campaniam abiit, reversus inde ad Drusillæ natalitia.* Rursus incumbente æstate eò profectus, Baulos ac Puteolos strato super mare trium millium ac sexcentorum ferè passuum ponte, conjunxit, uti fusius narrant idem Dio, ac Suetonius cap. 19. de vita ejusdem. Cajus spectaculis in Campania editis, ante exitum Augusti Romam rediit, ubi Consules, quod ferias die suo Natali non indixissent, magistratu dejecit, ex Suetonio cap. 26. ac Dione Lib. LIX. Dies Natalis Caji erat pridie Kal. Septembris, uti prodit vetus Inscriptio Kalendarii apud Gruterum pag. 134. ac Suetonius cap. 8 itemque Lampridius cap. 10. de vita Commodi, qui quendam Suetonii librum de vita Caligulæ legentem, feris objecit, *quia Commodus eundem diem Natalem habuerat, quem Caligula.* Ipse tamen in præsentia plura de eo Suetonii libro subnotabo, quod sub tyranno capitale fuit. Hæc de memoratis Consulibus scribit Dio: *Itaque eo ipso die magistratu eos, fractis ante fascibus, detrusit.* Addit Suetonius: *Fuitque per triduum sine summa potestate Respublica;* nempe à die 31. Augusti ad postridie Kalendas Septembris; quod quidem Cajus eo consilio fecit, ne suffecti Consules die 2. Septembris ludos ob victoriam Actiacam de more ederent; *quod ab Antonio*, inquit Dio, *potius quàm ab Augusto genus trahere videri volebat.* Cajus paulò post Roma in Umbriam ad Clitumni fontes nemusque (locum pulcherrimè describit Plinius lib. VIII. epist. 8.) visendum, Mevaniam usque profectus, *expeditionis Germanicæ impetum cœpit*, ut ait *Suetonius* cap. 43. *neque distulit, sed legionibus & auxiliis undique excitis &c. iter ingressus est.* Hanc expeditionem sub initium autumni à Cajo susceptam, patet tum ex eodem Suetonio, qui ibidem narrat, illum adeo delicatè iter fecisse, *ut à propinquarum urbium plebe verri sibi vias, & conspergi propter pulverem exigeret*, nondum imbribus, ut adulto antumno fit, pulverem in lutum demutantibus; tum etiam ex fictis belli prœliorumque imaginibus, quas ille ad Rhenum exhibuit, priusquam legiones ad hiberna dimitteret. Illas vide sis apud Dionem ac Suetonium cap. 44. & 45. & Persium Satyra VI. à ver. 43.

His prænarratis, paucis inquiram, num exsilium Herodis Tetrarchæ hoc anno statui possit. Cum obitus Herodis Magni contigerit labente autumno A. Urbis 750. & ut ex Hebræorum monumentis tradit Usserius, die 7. Casleu, nempe die 25. Novembris, anni duo ac quadraginta Tetrarchiæ Herodis Antipæ exiissent die 24. Novembris A. V. 792. Christi 39. cœptusque fuisset annus principatus Antipæ XLIII. in nummo obsignatus. At Cajus id temporis erat in expeditione Germanica, & ad Rhenum bellum haud satis bellè fingebat. Josephus disertè testatur Herodem à Cajo Cæsare apud Bajas diversante, exsilio mulctatum, Cajus ante exitum Augusti ex Campania Romam diem Natalem ibidem celebraturus, redierat; indeque in Umbriam, ac statim ad Rhenum profectus est. Num forte Herodes Tetrarcha declinante Augusto mense, apud Bajas damnatus fuit, priusquàm Cajus in urbem reverteretur, cujus Herodis infortunii nuntius mense Septembri ferè extremo in Galilaeam delatus est, paucos ante dies eo nummo obsignato cum anno principatus Herodis tertio ac quadragesimo, quem tamen idem in exsilium missus, reapse non iniit? Auget hanc ipsam difficultatem initium regni Herodis Magni. Narrat Dio lib.LVIII. Marco Agrippa prætore Urbano A. V. 714. *Apollinaribus ludis exhibendis occupato*, Sextum Pompejum Italiæ litora invasisse, multamque prædam egisse, quo etiam tempore Antonius, inito cum Pompejo fœdere, classe in Apuliam advectus, Sipuntum cepit, ac Brundusium obsedit. Cæsar Octavianus præmisso ad Sipuntum recuperandum M. Agrippa, contra Antonium profectus, *Canusii per aliquot dies* (nota hosce dies) *corpore languens decubuit*, ex Appiano lib. V. Bell. Civil. Ubi convaluit, Brundusium, quod M. P. CXXII. Canusio distat, movens, castra propè vallum Antonii metatus est. Interim dum obsidium in longius trahitur, nec Cæsari ulla spes esset, Antonii munitiones superandi, milites utriusque, civile bellum perosi, mutua de pace colloquia miscere cœperunt; quæ L. Coccei opera feliciter confecta est. Hæc ubi Romæ audita sunt, Senatus utrique Triumviro, *quod pacem fecerant*, uti legitur in Fastis marmoreis Capitolinis, ovationem decrevit. At malo Chronologiæ fato, dies quibus ovantes Antonius ac Cæsar urbem ingressi sunt, ibidem temporum injuria detriti sunt, qui aliàs initium regni Herodis nobis propius indicarent. Nam

ex Josepho & Appiano constat Herodem, cum Romam A. V. 714. ex Judaea advenisset, M. Antonii praesertim ac Caesaris tunc post initam pacem, in urbe morantium opera, regnum à Senatu impetrasse. Caeterùm cum ludi Apollinares à praetore Urbano Agrippa IV. Idus Julii editi fuerint, ut pluribus ostendi in Cenotaphiis Pisanis à pag. 137. quibus ille per biduum ludos Equestres, ac tertio insuper die Trojae ludum adjecit, apparet bellum illud civile medio jam mense Julio cœpisse. Enimvero fingamus, (quo enim alio verbo utar historiam sine tabulis pro arbitrio concinnans?) intra dies 50. bello civili composito, Antonium ac Caesarem ovatione peracta, Romae regnum Herodi S. C. sanxisse, initium regni Herodiani contigisset mense Septembri A. V. 714. ac proinde annus regni 37. quo Herodes obiit, cœpisset mense Septembri, A. V. 750. Hinc numerati anni duo ac quadraginta principatus Herodis Antipae, iidem exissent mense Septembri, A. V. 792. Christi 39. cœptusque fuisset annus XLIII. in delineato nummo obsignatus, eodem Herode jam ante mensem à Cajo Caesare apud Bajas in exsilium detruso. Archelaus, Ethnarcha Judaeae, uti praenotabam, anno Urbis 759. anno principatus nono exacto, decimum inierat, quo ab Augusto ad privatum hominem redactus, trans Alpes Viennam relegatus fuit. Ita ejusdem frater Herodes A. V. 759. annum decimum Tetrarchiae auspicatus, A. V. 792. annum ejusdem Tetrarchiae XLIII. inchoavit. Rectè quidem anni colliguntur, sed initium regni Herodis Magni, quod contigit post aestatem A. V. 714. positam chronologiam turbat, dum pro annò 37. regni Herodis, ac pro XLIII. Antipae ejusdem filii, paucos tantùm dies relinquit. Haec difficultas nulla alia probabiliori ratione emolliri potest, quàm admissa Kepleri sententia, quam verisimilem censet etiam Petavius in notis Epiphanianis ad Haeresim LI. Alogorum pag. 125. nempè Judaeos ab antecedente Nisan, à quo annum legalem ordiebantur, annos quoque suorum Principum collegisse; uti annos exterorum Principum ab antecedenti Tisri numerabant, ut ex Hebraeorum monumentis docet Petitus lib. I. Eclog. Chronol. cap. 12. Et sanè Josephus lib. XIV. cap. 26. scribit Herodem regnum à Romano Senatu obtinuisse *Olympiade centesima octogesima quarta, C. Domitio Calvino II. & C. Asinio Pollione Consulibus.* At eo annò, qui fuit urbis Romae 714. in pleniluhio aestivi mensis Hecatombaeonis iniit Olympias CLXXXV qua Ariston Tyrius stadio vicit, cum id temporis indicatum mihi proxime bellum civile inter Antonium ac Caesarem cœpisset. Quare ne Josephus falsi arguatur, dicendus est initium regni Herodis, more patrio, ab antecedente verno mense Nisan deduxisse. Nummus certe Herodis Antipae, cum uti dixi, nec Caji Cæsaris, nec Herodis imaginibus obsignetur, à Judæis scalptus apparet, qui more gentili annos suorum Principum à Nisan inchoabant, uti Auctor primi Machabæorum ab eodem mense annos Epochæ Seleucidarum deducit, qui tamen ab autumno insequenti apud cæteros Syros initium sumebant. Ægyptii quoque annos imperii Diocletiani, qui die 20. Novembris iniere, ab antecedente mense Thoth, à quo annum ordiebantur, numerarunt, quod & de annis imperii Julii Cæsaris Antiochenses ac Laodicenses fecisse, in proximo volumine de Epochis Syromacedonum demonstravi.

Jam verò reliquum est, ut videamus, num exsilium Herodis Tetrarchæ differri possit in annum proximum ab urbe Roma condita 793. qui fuit Æræ Christi 40. Rem altius repetam. Cajus Cæsar A. V. 792. P. Petronium Turpilianum præsidem in Syriam miserat, eidem injungens, ut Jovis simulacrum sub sui ipsius effigie in templo apud Hierosolyma dicaretur. Petronius cum hibernasset cum duabus legionibus Ptolemaide, A. V. 793. primoribus Judæorum ad se vocatis, Imperatoris mandatum eisdem significavit, quod ubi cæteris Judæis in provincia innotuit, relictis urbibus atque agris, in Phœniciam plenis agminibus confluxerunt, Petronium rogaturi, ne illato simulacro vetustam gentis religionem, templique sanctitatem profanaret. Petronius dedicatione dilata, datis ad Cajum Cæsarem literis, ejus dilationis causas in statuæ opifices retulit, significans insuper verendum esse, ne Judæi in desperationem acti, agros incenderent; *Erant enim tum maturæ segetes, & timendum erat, ne deplorata religione, homines quoque vitam contemnerent, & vastatis agris, suasmet fruges latè per campos collesque incenderent.* Verba sunt Philonis in libro de legatione ad Cajum, Josephus eadem narrans lib. XVIII. Antiq. cap. 11. ait Judæos apud Tiberiadem, Petronium exoraturos, convenisse, *neglectis interim agriculturæ operibus, cum maximè sementis essent tempora.* Et lib. 2. Belli cap. 9. de Petronio ait: *Cum videret etiam sementem regionis intercipi; ipsum namque erat anni tempus, & quinquaginta penè continuis diebus multitudo in urbe,* nempe Tiberiade, *otiosa morabatur &c.* Baronius ad Annum Christi 42. num. 35. falsi arguit Josephum, qui scripserit Judæos tempore serendorum agrorum Petronium convenisse; cum Philo tum superstes testetur id tempore messis contigisse. Equidem cum constat ex iis, quæ postea refero, ea acta fuisse A. V. 793. Christianæ Æræ 40. non videtur Josephus observasse ab autumno ejus anni cœpisse annum Sabbaticum, quo Judæi agros serere vetabantur. Nam cum ex eodem lib. XV. cap. 1. annus, qui fuit V. C. 717. quove ait ab Herode & Sosio capta fuisse Hierosolyma, fuerit Sabbaticus, duodecimus inde Sabbaticus cœpit à Tisri, cujus neomenia juxta medios motus A. V. 793. fuit die 24. Septembris. Etenim ab anno Urbis 717. ad annum 794. colliguntur, inclusis terminis, anni 78. quos si per septem dividas, habes residuam unitatem, ac proinde annus Urbis 794. fuit Sabbaticus, initus à Tisri A. V. 793. Ceterùm Josephus lib. XI. cit. narratis populi precibus, ait: *Aristobulus Agrippæ regis frater, & Elcias Magnus cognomine, cum optimatibus ceteris ejus familiæ, Judæorumque primatibus accedunt Petronium rogantes, ut consideraret obstinationem populi &c.* Elcias erat dux militiæ Agrippæ regis ex eodem Josepho lib. XIX. cap. ult. ita enim in Græcis codicibus legitur, quamvis in editis Latinis Chelcias ibidem nuncupetur. Ejusdem filio Julio Archelao rex Agrippa filiam Drusillam septennem desponderat. Uti verò Agrippa *Julium* nomen assumpserat; ita Elcias filio Archelao regis genero *Julium* itidem nomen indiderat. Ex hac autem Josephi narratione intelligimus Galilæam ante initium autumni A. V. 793. ad Agrippæ regnum spectasse. Nam cum Judæi Petronium apud Tiberiadem Galilææ metropolim adjecerint, ac Agrippæ frater Aristobulus, ejusdemque regis consocer Elcias cum optimatibus cæteris ejus regiæ familiæ Petronium in eadem urbe exoraverint, patet Galilæam id temporis fuisse intra regnum Agrippæ tum in Italia degentis, vel saltem in Italiam navigantis; neque enim illi perrexissent Tiberiadem, quæ tum esset sedes Herodis Tetrarchæ, cujus veteres ac recentes cum Agrippa rege simultates norant. Cum verò ea in historia Herodes sileatur, cu-

cujus tamen ante ceteros partes fuiſſent, in ſua metropoli apud Petronium Syriæ præſidem ſuæ genti patrocinari, non obſcurè colligimus eundem Herodem anno ſuperiori à Cajo priusquam contra Germanos proficiſceretur, apud Bajas Galilææ Tetrarchia exutum, in exſilium Lugdunum abiiſſe.

Cajus Cæſar A. V. à Palilibus 793. Chriſti 40. Kalendis Januariis *Conſulatum tertium Lugduni iniit ſolus*, ut ait Suetonius cap. 17. Ejusdem quaſi bellum perpetraturi, expeditionem hoc anno ad usque litus Oceani ex adverſo Britanniæ, deſcribunt Dio lib. LIX. ac Suetonius Cap. 46. Unde poſtea Romam ad triumphum reverſus eſt. Sed, ut ait idem Suetonius cap. 49. *omiſſo, vel dilato triumpho, ovans Urbem Natali ſuo ingreſſus eſt, intra quartum* (lege *quintum*) *menſem periit.* Itaque Cajus Cæſar die 31. Auguſti natali ſuo ex Gallia Romam pervenit, cum per annum ferè ab Urbe & Italia abfuiſſet. Philo, qui cum aliis quatuor legatis Judæorum Alexandriam incolentium, media hieme in Italiam transmiſerat, & ante aliquot menſes reditum Caji opperiebatur, in libro de legatione ad eundem Cæſarem narrat, ſe ac collegas legatos in Campo Martio a Cajo publice reſalutatos, ac tum etiam per Homulum, qui admittendis legationibus præerat, monitos, brevi ſe per otium eorum cauſam cogniturum. Ex his tamen Philo malum ſibi omen auguratus eſt, cujus etiam cauſas ibidem prodit; additque: *Trepidabam inquietus noctu & interdiu.* Adnotes, velim, dies; ſiquidem eorum conſideratio plurimùm ad rem facit. Dein recenſet, quomodo tandem a Cajo admiſſi fuerint: *Accerſit*, inquit, *curatores duos hortorum Mæcenatis, & Lamiæ, qui & inter ſe & Urbi propinqui ſunt, in quibus jam tribus diebus quatuorve* (nota iterum dies) *habitaverat, ubi nobis præſentibus agenda erat totius gentis fabula.* Narrat ſe ſociosque legatos illic ad Cajum introductos, *ad primum conſpectum eum reverenter adoraſſe, & Imperatoris Auguſtique appellatione ſalutaſſe.* Erant illi horti ſuburbani; ac Suetonius cap. 59. ſcribit ejusdem Caji quinto poſtea menſe occiſi, *cadaver clàm in hortos Lamianos aſportatum.* Tacitus verò lib. XV. Annal. nominat Neronis domum, *qua palatium & Mæcenatis hortos continuaverat.* Erant in Eſquiliis. Cum verò Cajus huc illuc diſcurrens, legatos interrupte & per deridiculum audiret, ac Iſidorus Alexandrinus, Judæorum hoſtis, eisdem odium erga Principem exprobraret, illi calumniam repulere, teſtati ſuos populares ter pro Cajo hecatombas immolaſſe; & primò quidem pro inito eidem imperio; dein pro ſalute octavo menſe imperii recepta; ac nuper *pro victoria Germanica.* Hinc patet legatos a Cajo primùm auditos, poſtquam ab expeditione Germanica die 31. Auguſti Romam reverſus, in hortis ſuburbanis menſe Septembri diverſabatur; quamvis Philo priùs recitet, quæ ſibi ac collegis in Campaniam Cajum ſecutis, contigerunt, quibus enarratis ait: *Libet commemorare hic & illa, quæ vidimus, audivimusque quando ad Reipublicæ noſtræ cauſam agendam acciti ſumus. In primo ſtatim congreſſu &c.* Ubi recitat, quæ antea in hortis ſuburbanis tùm primùm admiſſis legatis acciderant. Cajus dein circa Octobrem in Campaniam abiit, uti ſcribit ibidem Philo: *Venerámus*, inquiens; *ex Urbe Puteolos, Cajum ſecuti; deſcenderat enim ad mare; morabaturque* (hoc verbo dies aliquot indicantur) *circa eum ſinum, nunc hanc villam viſendo, nunc aliam, quæ ibi multæ ſunt & ſplendidæ.* Interim cum ibidem exſpectarent, iterum ad Cajum intromitti, ait Philo ſe ac collegas improviſo eoque peſſimo nuntio perculſos, ac penè exanimatos fuiſſe. Nam quidam popularis ad eoſdem ingreſſus, ac præ gemitu ſemel, iterùm, ac tertiò fruſtra verba facere conatus, tandem eis dixit: *Periit nobis templum. Jubet Cajus poni ſibi coloſſum in adytis intimis, adſcito in titulum Jovis cognomine.* Et ſtatim ait: *Nobis verò attonitis miraculo; & in veſtigio præ ſtupore hærentibus* (*muti enim ſtabamus & enerves, defectis corporis viribus*) *ſupervenerunt alii doloris ejuſdem nuntii.* Ab his verò ait ſe primùm intellexiſſe, quæ Petronius Syriæ præſes cum Judæis egerat, ejusque ea de re ad Cajum Cæſarem literas, ſimulque ejusdem Imperatoris contra Petronium indignationem, ac denique quæ tum Agrippæ regi coram Cajo contigerant. Hoc poſtremum hisce Philo deſcribit: *Nec multo poſt advenit Agrippa rex more ſuo Cajum ſalutaturus, planè ignarus epiſtolae Petronii, quidve Cajus reſcripſiſſet.* Addit Cajum, ira æſtuantem, conqueſtum cum Agrippa, quòd ejusdem contribules Judæi Imperatoriæ ſtatuæ ſub titulo Jovis juvenis in Hieroſolymitano templo dedicationem averſarentur. Quibus à Cajo auditis, Agrippa, ſubito horrore ac tremore correptus, ut ait Philo, collapſus fuiſſet, niſi eum proximi ſuſtentaſſent, à quibus etiam domum ſenſibus deperditis, delatus, vix altera die ſpiritum recepit, ac prolixam ad Imperatorem epiſtolam miſit, ut eundem à dedicandæ apud Hieroſolyma ſtatuæ propoſito revocaret. Hæc inter plurima Cajo ſcripſit: *Donaſti mihi regnum, qua ſorte nulla inter mortales felicior. Id cum prius unam regionem non excederet, adjunxiſti mihi mox majorem alteram, Trachonitim & Galilæam.* Itaque tunc Agrippa, Herode Tetrarcha exſulante, acceptam antea à Cajo Galilæam poſſidebat.

Ex his plura ſcitu digna colligimus, atque ea inter annum, quo Herodes Antipa in exſilium deportatus fuit. Nam inde fit manifeſtum Agrippam ex Palæſtina in Italiam transmiſiſſe, priusquàm Petronius decretum Caji de dicando ſimulacro, Judæis ſignificaſſet; id enim rex ab ipſo primùm Cajo intellexit; quod ipſum etiam patet ex mihi ſuperiùs recitatis; ſiquidem Ariſtobulus regis frater, ejusdemque conſocer Elcias, pro Judæis Petronium exorarunt, quod tunc Agrippa ex Palæſtina in Urbem navigaverat. Rurſus colligimus Cajum in Campania Petronii literas accepiſſe, ibidemque decretam ſibi ſtatuæ in Judaico templo dedicationem Agrippæ regi ſignificaſſe. Nam ſi Romæ id antea contigiſſet, priusquam Cajus in Campaniam ſecederet, Agrippa eadem Philoni aliisque Judæorum legatis indicaſſet, quorum eàdem noſſe maximè intererat; erant enim regis amici, ac legationis cauſam libello complexi erant, *qui compendium erat*, inquit Philo, *ſupplicationis prolixioris, quam per Agrippam regem paulò ante miſeramus*, cum idem novus rex Alexandriam appuliſſet. Agrippa verò erat Judaicæ religionis tenaciſſimus, quo nomine laudatur à Joſepho lib. XIX. cap. 7. Denique intelligimus Agrippam incumbente autumno, A. V. 793. in comitatu Caji Cæſaris in Campania fuiſſe, ac proinde nõ hoc ipſo, ſed anno ſuperiori Herodem Tetrarcham apud Bajas ab eodem Cajo condemnatum fuiſſe, cum miſſas ex Palæſtina contra eundem ab Agrippa literas legiſſet. Hujusce poſtremæ Caji in Campania ruſticationis meminit Plinius lib.XXXII.cap.1. de Echineide ſcribens: *Tenuit etiam noſtra memoria Caji principis ab Aſtura Antium navigantis, ut res eſt, auſpicabilis piſciculus; ſiquidem noviſſimè in Urbem reverſus ille Imperator, ſuorum telis confoſſus eſt.* Quæ non alieno prorſus loco juvat inſeruiſſe.

Scio Joſephum in iis narrandis à Philone non una in re diſſentire. Nam, ut dicebam, Joſephus ſcribit literas Petronii ad Cajum miſſas, cum ſementis faciendæ tempus appeteret; cum alter tempore meſſis ſcriptas affirmet. At cum Cajus illas adulto autumno in Campania acceperit; ac Judæi quinquaginta ferè diebus coram Petronio ſupplices ſteterint, & hic eo in negotio nil magis quàm moras quæreret, ac literis deferendis menſis circiter inſumptus fuerit, æſtate ferè exeunte, ſcriptæ videntur. Joſephus ait Cajum Cæſarem in convivio ab Agrippa rege, facta ſibi à Principe optione, petendi quodcunque vellet, rogatum, ne ſtatuam in Judæorum templo collocaret; ſecus Philone, uti prænarravi, rem deſcribente; cui potior fides habenda eſt in iis, quæ coram Cajo geſta ſunt; hæc enim ſuis veluti oculis Philo uſurpavit; uti majorem fidem meretur Joſephus, dum actæ in Palæſtina, à pluribus, qui præſentes fuerant accepta, in literas miſit. Idem Joſephus lib. XIX. cap. 7. ſcribit regem Agrippam obiiſſe, *poſt quàm regnaſſet per ſeptennium. Quatuor enim annos ſub Cajo Cæſare obtinuit regnum; primum quidem in Philippi Tetrarchia per triennium, cui quarto demùm anno acceſſit & Herodis Tetrarchia.* Cum Agrippa Philippi ditionem obtinuerit à novo Imperatore, Cajo, verna tempeſtate, A. V. 790. Chriſti 37. quartus annus eidem inchoabatur ſub initium veris, A. V. 793. Chriſti 40. Cajo in Galliis Britannicam expeditionem meditante; unde à Cajo in urbem reverſo, Herodis Tetrarchiam accepiſſe videtur. Uſſerius ob laudatum Joſephi teſtimonium, ſcribit Galilæam altero poſt damnatum Herodem anno, Agrippæ regno adjectam fuiſſe. Equidem pulſo in exſilium Herode, Cajus fortaſſe Capitoni, qui in Judæa exigendis tributis præerat, injunxit, ut in proximam Galilæam profectus, Herodis ſupellectilem, pecuniam, arma, & reliqua ejuſdem bona in fiſcum redigeret, omniumque, ut moris erat, indicem ad ſe transmitteret. Dein cum idem Cajus in Galliis eſſet, Galilæam ſimulque Herodis pecuniam Agrippæ donavit; quamvis idem Joſephus lib. XIX. cap 9. una ſimul referat damnationem Herodis, ac ejuſdem Tetrarchiam Agrippæ attributam. Rurſus Joſephus à quibuſdam *parùm ſibi conſtans* arguitur, quippe qui libro II. de bello cap. 8. ſcribit Herodem à Cajo damnatum *fugiſſe in Hiſpaniam:* quem in lib. XIX. Antiq. ait damnatum *exſilio apud Lugdunum urbem Galliæ.* Scaliger in notis Euſebianis num. 2053. utrumque conciliat, ſcribens Herodem primò quidem Lugdunum, dein verò in Hiſpaniam exſulem abiiſſe. Et ſanè quiſpiam ſatis probabiliter mutatam exſilii ſedem Caji principis Lugdunum profectione conjectaret. Cum enim ille Imperator Lugduni hiemaverit, ubi & ineunte anno Conſul III. proceſſit; ac miſcellos etiam ludos edidit, ex Suetonio cap. 20. nec fas eſſet exſules ſub oculis Auguſtorum diverſari, ab eadem urbe in Hiſpaniam Herodes deportatus fuit; vel idemmet à præſente Cajo pejora ſibi metuens, in Hiſpaniam fugit, ubi etiam teſte Joſepho, diem obiit; Græca enim vox φυγῆ, qua Joſephus utitur, tum fugam, tum etiam exſilium ſignificat.

Habes, V. C. & amicorum eruditiſſime, meam de anno damnati Herodis Tetrarchæ ſententiam; cujus quidem chronologiam difficilem reddit *Joſephus*, ſcribens eum Tetrarcham à Cajo Cæſare apud *Bajas* auditum, ſtatimque exſilio mulctatum; niſi enim ille *Bajas* nominaſſet, facile anni XLIII. Tetrarchiæ in nummo Herodis obſignati, exponerentur. Verum, uti vides, non tantum annus, & tempeſtas quoque anni, ſive menſis in conſiderationem venire debet, ut Herodes condemnatus dicatur, quo tempore Cajus apud *Bajas* diverſabatur, quod quidem contigit tum extremo ferè Auguſto menſe A. V. 792. priusquam Imperator repentinam contra Germanos expeditionem ſuſciperet, & iterum cum idem A. V. proximo 793. die 31. Auguſti Natali ſuo, Romam reverſus, adulto autumno Puteolos transmiſit, quemadmodum ex *Philone*, *Suetonio*, ac *Dione* hactenus demonſtravi. Num verò anachroniſmos admiſerim, tu videris, qui me exponendis tot diverſis *Syro-Macedonum Epochis* laſſum, in novas haſce chronologicas tricas conjeciſti, quas tamen præ eximia tua eruditione ac ſingulari doctrinæ temporum peritia, longè probabilius expedies: ſimulque ex Herodianæ Tetrarchiæ annis probabiliorem de anno Natali Chriſti Domini ſententiam invicto, modo nummus ſit legitimus, teſtimonio demonſtrabis; nempe illam, quam omnium primus *Joannes Dekerius* docuit, ac poſtea cæteris anteponendam duxerunt *Petavius* Lib. XII. *Doctr. Temp.* Cap. 7. *Bucherius* in *Can. Paſchalem Victorii* Cap. XII. pag. 221. *Seneſcallus* in *Triade Evangelica*, Quæſt. I. *Natalis Alexander* I Part. Diſſert. II. Quæſt. 1. Eruditus Auctor *Anonymus* libri Gallice inſcripti: *L'Antiquité des temps retablie &c.* p. 35. *Canonis Chronologici.* Quorum ſententiam tu quoque probabiliorem cenſes pag 195. *Diſſert. Hypaticæ*; ipſe vero eandem etiam amplexus ſum in *Cenotaphiis Piſanis* Diſſert. II. Cap. 5. extremo; & ſi nummus iſte Herodis Tetrachæ legitimus ſit, in poſterùm cæteris de *Natali Chriſti* opinionibus antiquatis, unica prævalebit. Ne quid tamen te celem, initio dubitabam de nummo, quem non videram, quidpiam publicè in literas mittere, ne ſi ille fortè eſſet adulterinus, bellam fabulam ludere, ac omnia de eodem mihi commentata, pura puta commenta forent. At malui tibi morem gerere; ſiquidem in laudum parte repono, meum erga te obſequium, etiam cum periculo irriſionis oſtendere. Ceterum quoscumque calculos huic meæ diſſertatiunculæ adjicias, ſpero fore; ut quæ minus in ea tibi probabuntur, præmiſſa veterum *Anonymi Faſtorum* editio compenſet. Nullus enim dubito, quin tibi gratiſſima futura ſit; cum iteratis literis eamdem mihi injunxeris. Ipſe quidem iiſdem Conſularibus tabulis ad oram dextrorſus addidi tùm annos ab Urbe Roma condita, tum etiam Cycli, juxta cujus methodum ille Scriptor ætatem Lunæ in ſingulis quibuſque Kalendis Januariis deſignat. Præterea ſiniſtrorſus ad annos prioris Cycli integri, qui iniit A. V. Romæ 295. P. Valerio Poplicola II. & C. Claudio Sabino Regillenſe Conſulibus, notavi annorum Embolimorum ordinem, quem eo in Cyclo ſervabant. Contexui etiam tabulas expanſas, quas repetito poſtea operi inferam. Illas tamen quivis facilè concinnare poteſt ex ætate Lunæ Kalendis quibuſque Januariis adſcripta. Nam cum indicet dies primi menſis anni Lunaris, inde apparet, qua die Decembris quique anni inchoëntur, exceptis annis X. VX. & LXVI. qui unà cum Kalendis Januariis inchoantur, omniumque annorum ſimul quantitas intelligitur, nùm ſcilicet communes ſint, vel Embolimi, & qui eorumdem uno die ob ſaltum Lunæ mutilentur Et quidem laudabis Auctorem illum Anonymum, qui non modo Faſtos Conſulares poſteriori Reipublicæ ætate, ac dein ſub imperio Cæſarum tanta diligentia pertexuit, verùm etiam qui unus celeberrimi annorum LXXXIV. Cycli methodum ad poſteros tranſmiſit. Hoſce autem

autem Faſtos uni tibi nuncupo, ac dico. Cui enim alteri illos potius inſcriberem quam tibi, qui Cæſareos Faſtos edita Diſſertatione Hypatica tanta eruditione illuſtraſti, ut eidem argumento metam terminumque impoſuiſſe videaris. Inſigne tuarum in Annales Baronii animadverſionum opus abs te mihi miſſum, nondum accepi, quod impatienter exſpecto. Diutinæ tamen moræ tædium leniunt publici plauſus, quibus hocce tuum præclariſſimum volumen ab eruditis quibusque exceptum intelligo. Perge, Vir ſumme, magnos Eccleſiæ Annales in meliori, ut feliciter cœpiſti, lumine collocare.

N U M. 27. 28.

ΓΑΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ΘΕΟϹ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ϹΕΒΑϹΤΟΙ. (*Cajus Cæſar, Divus Imperator Auguſti.*) *Capita Auguſti & Caji nuda atque adverſa, cippis impoſita, uti n.* 28.

ΘΕΑ ΡΩΜΗ. ΙΕΡΑ ϹΥΝΚΛΗΤΟϹ. ΙΛΙέων. (*Dea Roma, Sacer Senatus. Ilienſium.*) *Capita Romæ & Genii Senatus adverſa, Pallade intermedia galeata, ſtante erecta in cippo cum haſta in dextra & ægide in ſiniſtra.*

Plura obveniunt in hoc nummo, quæ attentius conſiderari merentur. *Capita Auguſti & Caligulæ cippis* impoſita, veluti DEORUM, ſe invicem reſpicientium, cum utrique vivo Populus Romanus *Templa, aras, ſtatuas* jam dicaverat. *Tacitus* in Auguſto culpatum notavit, quod *TEMPLIS coli voluerit.* Et *Suetonius* prodidit cap. 52. *TEMPLA, quamvis ſciret etiam Pro-Conſulibus decerni ſolere, in nulla tamen Provincia niſi communi ſuo Romæque nomine recepit. Nam in Urbe quidem pertinaciſſime abſtinuit hoc honore. Atque etiam argenteas ſtatuas olim ſibi poſitas, conflavit omnes.* Et *Dio* Libro LIX.

Caligula autem, ſcribit *Dio* loc. cit. *cum initio prohibuiſſet, ne qua ſui effigies fieret, deinde ad ſtatuas ſibi ponendas ita delapſus eſt, ut paſſus ſit decretum, de ſacrificando Fortunæ ipſius in columna* incidi, juſſeritque Templa ſibi exſtrui, & rem ſacram tanquam DEO fieri, καὶ ναοὺς ἑαυτῷ καὶ θυσίας ὡς καὶ Θεῷ γίγνεσθαι ἐκέλευσε Et Philo Origin. Libro 18. c. 10. docet, eundem TEMPLIS & ALTARIBUS per totum Orbem, excepta Judæa, fuiſſe cultum. Supra Tab. III. n. 2. oſtendimus, quo in honore fuerit Auguſtus Caligulæ, ut ſe ab ipſo prognatum jactaverit, quod Templum ejus perfecerit ac dedicaverit, quod matrimonium, ejus exemplo reperiſſe, affirmaverit. Hoc ergo ſcientes Ilienſes, qui ſe conditores Romani Populi eſſe, ſibi imaginabantur, & ut refert *Tacitus* Libro IV. Annalium, cum Parentem Urbis Romæ Trojam referrent, antiquitatis gloria pollebant, & commodius adulationis genus hoc ipſo non noverant, conjunxerunt ipſos in nummo veluti DEOS, invicem ſe reſpicientes, parique poteſtate gaudentes. In altera nummi parte Deam Romam capite turrito ſiſtunt, quam Martialis *Terrarum Deam, gentiumque Romam, cui par eſt nihil & nihil ſecundum*, vocat, itemque Sacrum Senatum, Divis his ſubjectum, vel boni quid ab eo ſperantes, vel mali metuentes. Ubi obiter non poſſumus non notare, caput hic Senatus nudum comparere, (12) cum in aliis nummis, Græciæ Aſiæque civitatum, tum ſtante Republica tum Cæſarum tempore cuſorum, Senatus exhibeatur capite laureato, vel pileo tecto. De priori modo Senatum effigiendi ſuccurrit ex *Illuſtriſſ. Spanhemio Dionis* locus Libro LXVIII. Τραιανῷ δὲ ὄναρ ἐγεγόνει, πρὶν αὐταρχῆσαι τοιόνδε· ἐδόκει ἄνδρα πρεσβύτην ἐν ἱματίῳ καὶ ἐσθῆτι περιπορφύρῳ ἔτι δὲ καὶ στεφάνῳ ἐστολισμένον, οἷα πῃ καὶ γερουσίαν γράφουσι, *Trajano autem prius, quam imperium adipiſceretur, viſum eſt in ſomnis, virum jam grandem natu, tunica togaque præterea & coronam inſuper ornatum, qualis pingitur SENATUS.* SACRI vero appellatio ideo inter alia Ordini nobiliſſimo tribuitur, quod Senatus haberi alibi non poterat, niſi in TEMPLO, & loco per Augures conſecrato, licet alii quoque rationem tam honorificæ appellationis ex Polybio afferre malint, qui refert, Senatum Romanum in maxima veneratione fuiſſe apud Græcos & Reges barbaros, quod ſolo ejus nutu res omnes Romanos regi exiſtimarent, ita ut ariſtocraticam pure reputarent formam Reipublicæ. Hinc Nabis Tyrannus Flaminium ita compellat apud Livium Libro XXXIV. c. 31: *Noſter Legum lator* (Lycurgus) *non in paucorum manu Rempublicam eſſe voluit, quem vos SENATUM appellatis;* Et ipſe *Cicero* de Dejotaro: *Is Rex, quem Senatus hoc nomine ſæpe honorificentiſſimis decretis appellaviſſet, quique illum Ordinem ab adoleſcentia graviſſimum SANCTISSIMUMQue duxiſſet.* Nec non *Juvenalis* Satyra XI:

Conjugium quæras, vel SACRI in parte SENATUS
Eſſe velis &c.

Hujusque Senatus exemplo Roma dehinc & ipſa *Sacra*, uti in hoc noſtro nummo, ac *ſacratiſſima* fuit adpellata, divinoque cultu omni modo adfecta, de qua *Manilius* Libro IV:

Italia in ſumma, quam rerum maxima ROMA
Impoſuit terris, COELOque adjungitur ipſa.
—— —— —— *O Numen amicum*
Diva potens.
O Dea, nec legum fas eſt occurrere matri.

Quam venerationem exinde in priorum Cæſarum tempora ſic ſenſim derivatam fuiſſe, ex hoc noſtro nummo ſatis diſpaleſcit. De *Ilienſibus in Troade*, quibus *Claudius* Imperator tributa in perpetuum remiſerat, juxta *Suetonium* in *Claudio* cap. 25. ſingularique beneficio ſine dubio & *Caligula* affecerat, ſupra in Cæſare Tab. VIII. n. 1. 2. dictum eſt, Palladem hic locantibus mediam, ut utriusque victoriam & fortitudinem deſignarent. Siſtit & hunc nummum *C. Patinus* in nummis *Æreis mediæ ac minimæ formæ* p. 95. & 96. *J. Valens* in *nummis Græcis* p. 12. & in appendice iconum nummorum ad p. 12. n. 1. fac. 1. modo quod in voce ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ omiſſum fuerit ſculptoris incuria Υ litera. *Joh. Harduinus* in nummis antiquis P. & V. p. 218. *Illuſtriſſ. Spanhemius* Diſſertatione V. *De uſu & præſtantia Numiſm.* p. 417. ubi tamen iterum, ſculptoris incuria, litera Υ in voce αὐτοκράτωρ *omiſſa* eſt & facies præprimis *Auguſti* mira *ætatis decrepitæ rugis* deformata eſt. Fuit hic olim *Lomeniani*, nunc *Regis Gallorum Theſauri*, ceu adjectum docet ſignum, & *Valens* loco citato, itemque *Spanhemius.* (13) Ex relatione toties laudati *Spanhemii* ſimilem habuit *Gaza Chriſtinæ Reginæ.*

TA-

(12) Nunquam pileo tectum in Nummis exhibetur Senatus caput, ſed ſæpiſſime ſine laurea, prout plures ejus generis, quos poſſideo, oſtendunt. SIG. HAVERCAMP.

(13) Similem conſpexi Amſtelodami in Muſeo Schaakiano. S. H.

TABULA VI.

EXHIBENS

NUMMOS CALIGULAE

EX AERE MEDIO.

NUM. 1.

ΕΠΙ ΣΤΡΑΒ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. h. e. 'ΕΠΙ ΣΤΡαϐόνος 'ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. (*SUB STRABONE APOLLONITARUM.*) *Templum ſex columnarum.*

Cum *Apolloniatarum* ſit urbs, nummum offerens *Caligulæ*, & *hoc nominis* tot civitates inclaruerint, ut teſte *Stephano Byzantio* de *Urbibus* p. 147. *viginti & quinque* eodem uſæ fuerint, difficilior exinde redditur conjectura, cuinam harum competat noſter nummus. Verba *Stephani* prius ex verſione audiamus: *Apollonia, prima Illyrici urbs, quam Illyrii juxta Epidamnum habitabant: Poſtea eo ducentorum Corinthiorum colonia miſſa eſt, cui Gylax imperavit, qui Urbem Gylaciam nominavit. GENTILE, APOLLONIATA, & fœminino genere, Apolloniatis. Secunda, in Inſula ad Salmudeſſum. Mileſiorum & Rhodiorum colonia eſt. Tertia Macedoniæ: Quarta Libyæ: Quinta in Acarnaniæ Inſula, una ex Echinadibus: Sexta in Creta, juxta Cnoſſum: Septima, prope Aluntinnos & Calacten: Octava, Myſiæ: Nona Myſiæ ad Rhyndacum fluvium. Decima, juxta Thyatira & Epheſum: Undecima, Phocidis, quam Homerus ob Cypariſſorum copiam, Cypariſſum nominavit, uti Didymus exiſtimat. Duodecima, circa cavam Syriam. Tertia decima, juxta Joppen. Quarta decima Meſopotamiæ. Quinta decima Libyæ, quæ Cyrene vocabatur. Sexta decima Lydiæ. Septima decima Piſidiæ, quæ antea Mordiæum appellabatur: Octava decima Phrygiæ, quæ antiquitus Margium dicta fuit: Nona decima in Siphno Inſula. Vigeſima Syriæ, juxta Apamiam. Prima vigeſima, Inſula eſt prope Lyciam. Secunda vigeſima Ionum, qui Thraciæ adjacent, quam Demoſthenes citat. Tertia vigeſima Cretæ, olim Eleuthera dicta, Lini patria: cujas etiam Diogenes Phyſicus fuit. Quarta vigeſima in Ægypto: Quinta vigeſima, inter Babylonem & Suſa.* Oedipo proinde opus eſſe cenſemus, veram *Apolloniam* matrem huic noſtro reddere nummo. An forte *illius* ad *Epheſum*, cujus alium adhuc quoque nummum infra Tab. VII. Num. 19. ex *Joh. Valentis* mente, producturi ſumus, cum Inſcriptione: ΕΠΙ ΣΤΡατηγȣ̃ ΦΛαυΐȣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. *SUB PRAETORE FLAVIO APOLLONIATARUM*, quam *Stephanus* ſupra *Decimam* nominaverat. τῆς Θυάτειρας, ſcribens: καὶ Ἔφεσον, *decima juxta Thyatira & Epheſum*, & quam *Strabo* Libro XIV. *Apolloniadem* appellat: Πρῶτον μὲν ἐν παρακείμενον εἰς Θυάτειρας εἶτ᾽ Ἀπολλωνιάδα ἔχειν εἶτ᾽ ἄλλων ἐφ᾽ ὧν Φρυγίων. An ex *Templo*, *Dianæ* forte conſecrato, iſtud divinaverit *Joh. Valens*, in medio nunc relinquimus; Hic & ſolus ante nos, quantum ſcimus, hunc communicavit in *Nummis Græcis* p. 11. affirmavitque in *Gaza* exſiſtere eundem *Regia*, è qua ſine dubio & *Morellius* illum depromſit.

NUM. 2.

Γάϊος ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAJUS CAESAR AUGUSTUS.*) *Caput Caligulæ laureatum, dextram verſus, ut Tab. II. Num.* 52.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (*GERMANICUS. THESSALONICENSIUM.*) *Caput Germanici laureatum, dextram verſus.*

A *Gortyniis*, *Amphipolitanis*, *Byzantinis*, *Cois*, *Ilienſibus*, *Apolloniatis*, in *nummis ſuis* jam *veneratum* vidimus *Caligulam*, jam accedunt *Theſſalonicenſes*, eundem *cultum* offerentes. *Theſſalonica* autem, *Salonichi* hodie *Sophiano*, & aliis dicta, urbs Macedoniæ fuit ſub Romanis facile princeps, & juxta *Livii* Librum XLV. Cap. 30. celeberrima, ad ſinum *Thermæum* ſive *Thermaicum* ſita, emporio amplo & ſede Præſidis & Quæſtoris gaudens, olim *Therma* vocata. *Scylax* in *Macedonia*: Ἄξιος ποταμὸς, Δῶρος ποταμὸς, Θέρμη πόλις *Axius fluvius, Echedorus fluvius, Thermæ Urbs*, & *Scholiaſtes Thucydidis*: Ἡ νῦν Θεσσαλονίκη πόλις, πάλαι Θέρμη ἐκαλεῖτο, h. e. *Nunc Theſſalonica civitas, olim Therma vocata.* Nec non *Strabonis Epitome* Libro VII. μετὰ τὸν Ἄξιον ποταμὸν ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶ, ἡ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο. *Ultra flumen Axium Urbs eſt Theſſalonica, quæ quondam Therma vocitata fuit. Princeps* ergo, ut diximus, cum *Macedoniæ* prope Urbs eſſet, & Quæſtore gubernaretur (unde *Cicero* pro *Plancio*: *Theſſalonicam me, in Quæſtorium perduxit*) aliis civitatibus Græciæ in *deferendis Caligulæ, moderatori* ejus ſummo, *honoribus*, cedere noluit, & quo *gratior* apud illum compareret, *Patris* iconem ſimul offerebat, quo ſciebat non melius regiminis exemplum ab ipſis poſſe proponi, quem imitaretur Caligula, immo, quod gratius eſſet univerſo Populo. Dedimus iam illum autea in *Germanici*

nummis æreis Tab. XII. Num. 21. & 22. & ante nos *Joh. Valens* in *Nummis Græcis* p. 10. Possedit & illum *Cl. Fæschius.*

Num. 3.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS AUGUSTUS.*) *Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num.* 41.

ΓΑΡΙΠΠΙΝΑ. ΜΙΛΗΣΙΩΝ. (*AGRIPPINA. MILESIORUM.*) *Caput Agrippinæ ornatum, lævam versus.*

Dedimus equidem hunc nummum jam supra in *Agrippinæ nummis æreis* Tab. XV. Num. 5. & 6. quorsum B. L. ablegare possemus, sed paucis saltem repetere hic placet, exhiberi hic *Agrippinam*, quæ *Marci Agrippæ & Juliæ, Augusti filiæ*, fuit filia, *Augusti neptis, Tiberii nurus, Germanici uxor*, de qua *Tiberius* aliquando hoc ferebat judicium: *Si non dominaris filiola, injuriam te accipere existimas*, Εἰ μὴ τυραννεῖς τέκνον, ἀδικεῖσθαι δοκεῖς, referente *Suetonio* in *Tiberio* Cap. LIII. Hanc *Germanicus*, maritus, circa finem vitæ suæ obtestatus fuerat, per *sui memoriam & communes liberos, ferociam exueret, neve æmulatione potentiæ validiores irritaret. Monumentum* ejus hodie adhuc *Romæ* est conspicuum in urna quadrata, ex marmore superne excavata, ut legitur apud *Gruterum* in *Inscriptionibus* Num. 3. p. 237. hujus tenoris:

OSSA
AGRIPPINAE M. AGRIPPAE
DIVI AUG. NEPTIS UXORIS
GERMANICI CAESARIS
MATRIS C. CAESARIS AUG.
GERMANICI PRINCIPIS.

Hujus *Agrippinæ nummos ex auro* supra Tab. III. Num. 4. & ex *argento* ibidem Num. 7. jam quoque exhibuimus, nunc propius ad præsentem. *Miletus*, cujus *incolæ* beneficiorum exhibitorum memores, gratitudinem *non uno* monumento erga *Caligulam* declararunt, quod inter alia & ex nummis Num. 4. & 5. mox afferendis, elucescit; *Cretæ*, Insulæ, est *Oppidum*, de quo *Plinius* Libro IV. Cap. 12. *Oppida Cretici pelagi insignia Phalasarne* ——— *Apollonia, Matium, Heraclea, MILETOS, Ampelos. Hanc tradunt matrem celebrioris Mileti in Caria.* Sed plura, ut diximus, de hoc oppido sequenti Num. 5. dicturi sumus. Saltem hic observamus, *Agrippinam* cives veluti *Deam* suam venerari, sicuti in aliis nummis sub *Palladis*, aut alius Deæ schemate exhiberi solet. Communicavit jam nobis hunc nummum *C. Patinus* in *Nummis Imperatorum æreis mediæ* ac *minimæ formæ* p. 87. sed, ut adparet, ex ejus inspectione, mutilum, cum ΜΙΛΗΣΙΩΝ vocem saltem exhibeat; *Joh. Valens* in *nummis Græcis* p. 10. & 11. qui se possessorem fatetur simul ibidem illius; & in *Regia Gaza Parisiensi* exstare, signum à *Morellio* adjectum nos docet. *Harduinus* in *nummis P. & V. Græc.* pag. 326.

Num. 4.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ. (*MILESIORUM.*) *Templum sex columnarum.*

Templum cum hic conspiciatur, sine dubio *Apollinis Didymæi* (si non *Dianæ*) reputandum est, quod valde celebre ibidem exstitit, ut mox audiemus, quodque cultus Caligulæ singularis à *Milesiis* in *Caria* ibidem peracti memoriam servat, & quidem in hunc usque diem. Plura hic adferenda, ad sequentem numerum reservabimus. Sistit hunc nummum *Joh. Valens* in *nummis Græcis* p. 11. ac in *Gazophylacio Reginæ Sueciæ* eundem deprehendisse, in margine testatur. Possedit & illum olim *Dn. Godofredi*, testibus *schedis Morellianis.*

Num. 5.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. (*CAJUM CAESAREM GERMANICUM AUGUSTUM.*) *Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. II. Num.* 53.

vel

ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙΣΑΡ ΓΑΙΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ CΕΒΑCΤΟC. (*IMPERATOR CAESAR CAJUS GERMANICUS AUGUSTUS.*) *Caput Caji nudum, lævam versus, uti Tab. II. Num.* 56.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ ΔΙΔΥΜΕΥΣ. (*MILESIORUM DIDYMEUS.*) *Apollo Didymæus stans, juvenili specie, utraque manu lyram pulsans.*

Vix quidquam nummo huic accomodatius potest legi, quam istud, quod nobis prodit *Suetonius* Cap. XXI. *Destinaverat & Sami Polycratis regiam restituere, MILETI DIDYMEUM peragere.* Cujus solennis ritus & mentio occurrit apud *Seldenum* in veteri quadam Inscriptione *Marmorum Arundelianorum*: ΜΕΙΛΗΤΩΝ ΔΙΔΥΜΕΙΑ, f. *Certamina Mileti edita in honorem Apollinis Didymei. Miletus* scilicet diversa & recentior à *Mileto* in *Creta.* Hodie secundum *Harduinum* de *Nummis antiquis* pag. 326. *Palatschia* dicta, quod ex ingenti civitate vix palatiorum superbarumque ædium rudera nunc supersint: in finibus *Ioniæ & Cariæ*, Urbs *Ioniæ* princeps est, teste *Stephanō* de *Urbibus* p. 559. Μίλητος, πόλις ἐπιφανὴς ἐν Καρίᾳ τῶν Ἰώνων &c. *Miletus Urbs celebris Ionum in Caria.* Refert idem, quod illa primum *Lelegeis*, dehinc *Pityussa*,

tyussa; postea *Anactoria* fuerit appellata, quodque & *Thaletis*, & *Phocylidis* & *Timothei*, citharœdi, fuerit patria, in quo & *Melam* habet consentientem Libroque I. Cap 17. scribentem: *Post Basilicum (sinum) Ionia aliquot se ambagibus sinuat; & primum à Posideo promontorio flexum inchoans, cingit Oraculum Apollinis, dictum olim Branchidæ, nunc DIDYMEI; Miletum, Urbem quondam Ioniæ totius belli pacisque artibus principem, patriam Thaletis Astrologi, & Timothei, Musici & Anaximandri Physici, aliorumque civium inclytis ingeniis merito inclytam, ubicumque Ioniam vocant.* Conditorem ejus varii varie tradunt; dum alii *Sarpedonem*, Jovis filium, Minois ac Rhadamanti fratrem faciunt, in quo est *Strabo* Libro XIV. (1) & *Scholiastes Apollonii Rhodii* ad Librum I. (2) alii vero *Miletum*, filium Apollinis, & Archeæ, Cleochi filiæ dicunt.

Hic, vel, ut *Plinius*, infra adducendus docet, non procul ab hac civitate, celeberrimum fuit *Apollinis Didymæi* Templum, exinde etiam *Milesii* dicti, uti ex *Herodoti* Libri I. verbis liquet:

> Βάκχε καὶ Διδυμεῦ ἑκάεργε λοξία ἁγνέ.

itemque *Strabonis* Libro IV: *Post Posideum, Milesium est Oraculum, Apollini Didymæo sacrum apud Branchidas, ad decem & octo stadia adscendenti. Id à Xerxe incensum est, quemadmodam cætera templa omnia, Ephesio excepto. Postea Milesii Templum construxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remansit sine tecto, variis antiquarum artium donis sumptuosissime honoratum.* *Plinius* vero Libro V. Cap 29. p. m. 84. *Ionia ab Iasio sinu incipiens numeriosiore ambitu litorum flectitur: In ea primus sinus Basilicus, Posideum promontorium & Oppidum, Oraculum, Branchidarum appellatum, nunc Didymæi Apollinis. Et inde centum octoginta Miletus, Ioniæ à litore stadiorum viginti, caput, Lelegeis ante Pityussa & Anactoria nominata.* Super octoginta urbium per cuncta maria genitricem ipsam nuncupat Libro VI. Cap. 94. memoratque *Demonactem, Seleuci & Antiochi Regum Ducem, aras Apollini Didymeo* statuisse, capiteque præcedente 16. *Didymæum Milesiis*, & *Thebanis Ismenium Apollinem* fecisse *Canachum Sicyonium.* De hoc Oraculo & *Pausaniæ* constitit, scribenti in *Atticis.* *Seleucum quidem justitia & pietate Reges omnes antecelluisse, adducor, quippe qui APOLLINIS colossum Milesiis à Xerxe, ademptum & Ecbatana adsportatum, in Branchidas reportandum curavit.* Hujus & mentionem injicit *Apulejus*, quando *Psyches parentem Dei Milesii* vetustissimum percontari Oraculum fabulatur, de futuris ejus nuptiis solicitum, Apollinemque, quamvis *Græcum & Ionicum*, propter *Milesiæ* conditorem Latina forte respondisse. Et *Lucianus*: *At reliquæ fortes, quæ in Didymis, Claro Delphisque redduntur, utrum ab autore proficiscuntur Apolline, an vana sunt, quæ illic redduntur oracula.*

Itemque *Papin. Theb.* Libro VIII.

> *Nec clarius hac luce fores, Didymæaque quisquam*
> *Limina, nec Lyciam supplex consultor adibit.*

Circumfertur etiam hoc, quod *Apollo Milesius*, s. *Didymæus*, consultus aliquando; utrum Christus homo esset, an Deus, reddidisse fertur *Oraculum*:

> Θνητὸς ἔην κατὰ σάρκα, σοφὸς τερατώδεσιν ἔργοις,
> Ἀλλ' ὑπὸ Χαλδαίων κριτῶν ὅπλοις συλληφθεὶς
> Ῥόμφοις καὶ σκόλοπι πικρὴν ἀνέτλησε τελευτήν.

> *Mortalis erat secundum carnem, sapiens, portentosis operibus,*
> *Sed sub Chaldæis judicibus armis comprehensus,*
> *Clavis & cruce amarum toleravit finem.*

Lyram autem sive *citharam* hic tenet *Apollo*, perinde ac in nummis *Caracallæ*, *Æmiliani*, *Gallieni* aliisque, quod, referente *Georgio* de *Originibus Constantinopol.* Κιθάραν ἐπὶ χειρῶν ἀπάτηνται τὸν Ἀπόλλωνος, οἱονεὶ τὸν Ἥλιον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν αἴτιον τῆς τῶν πάντων ἁρμονίας. *Citharam manibus tenere fingunt Apollinem, seu Solem, quoniam is auctor est consonantiæ omnium rerum*, vel quod *citharam à Mercurio accepisse* fabulantur, & dehinc *Musis* præfuisse, ac tibias fistulas invenisse secundum *Polydorum Virgilium* Lib. V. & *Ciceronem* de *Natura Deorum.* *Citharamque* multis chordis instructam videmus, atque *decachorda*, cujus rationem reddit *Fulgentius* Libro I *Mythologicor.* *Apollini novem deputant Musas: ipsumque decimum Musis adjiciunt: illa videlicet causa, quod humanæ vocis decem sint modulamina, unde & cum decachorda Apollo pingitur cithara.* Nec prætermittendum est juvenili ipsum comparere specie ac imberbem, perinde ac *Bacchum*, quod probe ante nos jam in ipso notaverat *Albericus* de *Imaginibus Deorum*: *Iste (Apollo) pingebatur in specie impuberis juvenis, nunc facie puerili, nunc juvenili, SEMPER IMBERBIS.* Et *Ovidius*:

> *Solis perpetua est Phœbo Bacchoque juventus.*

Sed cur *Apollo Didymæus* dictus? *Geminus* scilicet, quia *geminam speciem* sui *nominis* præfert, illuminando formandoque Lunam; ex uno etenim fonte lucis *gemino sidere* spatia *diei* & *noctis* illustrat, interdiu *per se ipsum lumen* præbens, noctu vero & *Lunam* etiam illuminans, unde & Romani, referente *Macrobio*, *Solem Didymæi Apollinis* appellatione venerantur; vel quod *uno partu cum Diana in lucem in Delo fuerit editus*; hos enim Διδύμους etiam *Græci* nuncupant, uti alii hac ratione *Jovem* & *Apollinem*. *Apollinis Milesii* ergo seu *Didymei Templum* vetustate forte collapsum peragere atque perficere fategit *Caligula*, propositique hujus, operisque sine dubio jam feliciter procedentis memoria nummo huic nostro est impressa. Vulgavit jam hunc nummum *Job Valens* in *nummis Imperatorum Græcis* p. 11. ex *Thesauro Regio Versaliensi.* *C. Patinus* in *Nummis Imperatorum æreis medii* ac *minimi moduli* p. 94. itemque in *Suetonio nummis illustrato* pag. 215. *Jacobus Gronovius* in *Pomponio Mela* de *Situ orbis* pag. 28. *Apollinem* cum lyra sistens.

NUM.

(1) Qui ita: Φησὶ δ' Ἔφορος τὸ πρῶτον κτίσμα εἶναι Κρητικὸν, ὑπὲρ θαλάσσης τετειχισμένον, ὅπου νῦν ἡ παλαιὰ Μίλητός ἐστι. Σαρπηδόνος ἐκ Μιλήτου τῆς Κρητικῆς ἀγαγόντος οἰκήτορας καὶ θεμένου τοὔνομα τῇ πόλει τὸ ἐκεῖ πόλεως ἐπώνυμον. h. e. *Ephorus* narrat, *Miletum principio à Cretensibus ad mare fuisse conditam, ubi nunc vetus est Miletus, Sarpedone è Cretensi Mileto eo ducente colonos, nomen urbi ibidem, quod illius erat imponente.*

(2) Cujus hæc verba ad vs. 185. & 186: Οἱ δέ φασιν, ὑπὸ Σαρπηδόνος τοῦ Διὸς Μίλητον κτισθῆναι ὀνομασθεῖσαν ἀπὸ τῆς ἐν Κρήτῃ. *Quidam dicunt a Sarpedone, Jovis filio, Miletum conditam esse, nominatamque ab ea, quæ in Creta est.*

NUM. 6. & 7.

Cajus CAESAR AUG*uſtus* GERMANICUS PON*tifex Maximus* TR*ibunicia* POT*eſtate. Senatus Conſulti nota in area.*

NERO ET DRUSUS CAESARES. Nero & Druſus equis ſimul decurrentes, Nerone dextram protendente.

Filiorum natu majorum Germanici & Agrippinæ, *FratrumqueCaji* Cæſarea dignitate corruſcantium, *Neronis* nempe & *Druſi Decurſionem* hic animadvertimus in nummo, atque ſine dubio *militarem*, & adverſus *hoſtes profectionem*, veluti Principum juventutis artes pacis bellique addiſcentium; haud vero *ludicram* ſive exercitatoriam, ceu olim opinatus eſt *Joh. Baptiſta Ficlerus*, toties à nobis jam memoratus. Hos ex *filio* nepotes, &, ut audivimus, jam *Cæſares* dictos, imperioque deſtinatos, à *Tiberio* accuſitos, & à *Senatu* hoſtes fuiſſe judicatos, *Sejanique inſidiis*, quod totidem verbis conteſtatur *Suetonius* Cap LV. in vita *Tiberii* (3) inedia confectos; ex hiſtoria ipſorum conſtat, & inprimis *Suetonii* verbis Cap. VII. *Totidem mares* (nempe tres) *Nero & Druſus & C. Cæſar. Neronem & Druſum Senatus, Tiberio criminante, hoſtes judicavit.* Totamque vitæ ipſorum ſummam idem Auctor ſiſtit Cap LIV. *Tiberii*, ſcribens: *Cum ex Germanico tres nepotes Neronem & Druſum & Cajum: ex Druſo unum Tiberium haberet; deſtitutus morte liberorum, maximos natu de Germanici filiis, Neronem & Druſum P. C. commendavit: diemque utriusque triocinii, congiario plebi dato, celebravit. Sed ut comperit, ineunte anno, pro eorum quoque ſalute publice vota ſuſcepta, egit cum Senatu, non debere talia præmia tribui, niſi expertis & ætate provectis, atque ex eo, patefacta interiore animi ſui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit variaque fraude inductos, ut & concitarentur ad convitia & concitati perderentur, accuſavit per literas amariſſime congeſtis etiam probris, & judicatos hoſtes fame necavit: Neronem in Inſula Pontia; Druſum in ima parte Palatii. Putant Neronem ad voluntariam mortem coactum, cum ei carnifex, quaſi ex Senatus auctoritate miſſus, laqueos & uncos oſtentaret: Druſo autem adeo alimenta ſubducta, ut tomentum è culcitra tentaverit mandere: amborum ſic reliquiis diſperſis, ut vix quandoque colligi poſſent.* Hoc conſtat ex nummi epigraphe, illum circa A. V. C. DCCXC. I. C. XXXIX. fuiſſe ſignatum.

Dedimus ſupra quoque hunc in *Neronis & Druſi Nummis* Tabula XVI. Num. 12. Affert & illum *A. Rubenius* in auctis *nummis Arſchotanis* Tab. XVIII Num. 12. modo quod loco CAESARES CAESAR habent, *Carolus Patinus* in *nummis æreis mediæ ac minimæ formæ* p. 88. *L. Begerus* Tom. II. *Theſ. Brandenburg.* p. 616. *Mediobarbus* p. 77. ex *indice Palatio Occo* edit. ult. p. 104. (4) Et olim exſtitit in *Maximiliani, Bavariæ Ducis Cimeliarcho.*

NUM. 7. 8.

Cajus CAESAR DIVI AUG*uſti* PRO*Nepos* AUG*uſtus* PON*tifex Maximus* TR*ibunicia* POT*eſtate (iterum) Pater Patriæ. Senatus Conſulti Nota in area.*

NERO ET DRUSUS CAESARES. Nero & Druſus equis decurrentes, illo protendente dextram.

Per omnia hic cum præcedente convenit, niſi quod ibi GERMANICUS, hic: DIVI AUGUSTI PRONEPOS dicatur, cum ille ſub Tribunicia ejus Poteſtate prima, hic ſecunda obſignatus ſit, hoc eſt, ſecundum communem calculum A. V. C. DCCXCI. poſt C N XL. Exſtitit hic olim in *Maximiliani, Bavariæ Ducis, Gazophylacio.*

NUM. 7. 9.

Cajus CAESAR DIVI AUG*uſti* PRO*Nepos* AUG*uſtus Pontifex Maximus* TR*ibunicia* POT*eſtate III. (Tertium) Pater Patriæ.*

NERO ET DRUSUS CAESARES. Nero & Druſus equis decurrentes, uti in præcedentibus. Num. 6. & 8.

Per omnia adverſa pars coincidit cum præcedentibus, modo attendimus propter typi præſtantiam toties à *Caligula* nummum hunc fuiſſe repetitum, nempe ſub Tribunicia ejus poteſtate I. II. & III. & quod mox patebit, etiam IV. Ut adeò hic circa A. V. C. DCCXCII. Chriſti vero XLI. in lucem prodierit. Exhibent hunc nummum *Mediobarbus* p. 78. & *C. Patinus* in *Suetonio nummis illuſtrato* p. 184.

NUM.

(3) Inter quos cum plurimorum clade incolumen præſtitit *Ælium Sejanum*, quem ad ſummam potentiam, non tàm benevolentia provexerat, quam ut eſſet, cujus miniſterio & fraudibus liberos Germanici circumveniret. Et Cap. XVI. *Etſi commentario, quem de vita ſua ſummatim breviterque compoſuit, auſus eſt ſcribere: Sejanum ſe puniſſe, quod comperiſſet furere adverſus Germanici liberos filii ſui; quorum ipſe alterum ſuſpecto jam, alterum oppreſſo demum Sejano interemit.*

(4) Et in *Muſeo noſtro* & paſſim obſervari ſolet. SIGEB. HAVERCAMP.

NUM. 7. 10.

Cajus CAESAR DIVI AUGuſti PRONepos AUGuſtus Pontifex Maximus TRibunicia POTeſtate IIII. (Quartum) Pater Patriæ. Senatus Conſulti nota in area.

NERO ET DRUSUS CAESARES. Nero & Druſus equis decurrentes, uti in præcedentibus.

Nihil hic eſt, quod attendamus, præter impreſſam Tribuniciam Poteſtatem IV. quæ incidit in annum V. C. $\frac{793}{94}$ Chriſti 41. Exhibuit & hunc nummum *Mediobarbus* ex indice *Cavotortæ* pag. 78.

NUM. 11.

Capitis delineatio & epigraphe ignoratur.

PAX AUGuſti. Imperator paludatus ſtans, ſiniſtra faſciculum tenens, dextram jungit Duci ſeu Imperatori galeato haſtam lævâ tenenti, infra Senatus Conſulti nota.

Triſtanus (5) exiſtimat exhiberi hic faciem Romani Imperii, qua fuit eo tempore, quo *Caligula* Tiberio ſucceſſit; hinc & *Occo* ac *Comes Mediobarbus* illum inter primos illius collocarunt nummos & A. V. C. 790. J. Chriſti 39. cuſos. Pacis felicitas, quæ *Caligula* regnante P. R. contigit quam & *Philo Judæus* deprædicat περὶ ἀρετῶν Libro, ita ſecundum verſionem latinam ſcribens: *Quis enim videns Cajum poſt Tiberium potitum terræ marisque imperio, in tanta TRANQUILITATE inſtitutisque optimis, & PROVINCIARUM PACE ac CONCORDIA, conſentiente Septentrione, Meridie, Oriente & Occidente, Barbaris Græcisque conſociatis, & exercitibus cum oppidanis, hisque viciſſim cum illis pacate converſantibus, ut fruerentur officiis & commerciis mutuis; non admiratus fuerit, felicitatem tam inſignem, & vix enarrabilem, una hereditate cumulata bonis ingentibus, Theſauris auro argentoque refertis, partim rudi infectoque, partim moneta ſignato, partim fabrefacto ad exornandos poculis & id genus vaſis menſariis abacos, adhæc pedeſtres equeſtresque navalesque copias.* Vulgavit hunc nummum *Triſtanus* in *Commentario* p. 176. *Mediobarbus* p. 77. *Occo* edit. ult. p. 103. ubi manifeſto errore illum inter argenteos collocavit, cum tamen ille notam S. C. oſtendat, de qua ille ipſe p. 588. monet: *Inter reliqua illud inprimis obſervandum, quod ubicunque S. C. expreſſum in nummis, æreos eſſe omnes, pauciſſimis exceptis, intelligatur.*

NUM. 12.

Γάϊον ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. *(CAJUM CAESAREM GERMANICUM AUGUSTUM.) Caput Caligulæ nudum, lævam verſus, uti Tab. II. Num. 45.*

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ Μητρόπολις ΝΙΚΟΜΗΔία, ſubintellige ἐτίμησε. *(GERMANICUM AGRIPPINAM METROPOLIS NICOMEDIA COLIT.) Capita Germanici & Agrippinæ oppoſita, illud nudum, hoc ornatum.*

Exhibuimus equidem hunc nummum jam ſupra in *Nummis Germanici & Agrippinæ* Tab. XIII. Num. 21. & 22. Paucis obſervamus hic, *Nicomedienſes* per adulationem, perinde ac ſupra viſi alii Populi, *Germanicum* & *Agrippinam*, Parentes Auguſti, exhibuiſſe, quo gratiores accederent. Fuit autem *Nicomedia* Urbs præcipua *Bithyniæ* ad Propontidem inter *Nicæam* & *Byzantium*, *Aſtacus* olim dicta, teſtibus *Pauſania*, *Ammiano*, *Cedreno*, & *Trebellio Pollione*, Turcis hodie *Nichor*, vulgo *Comidia* dicta. De illa *Plinius* Lib. V. Cap. 34. *Nicomedia Bithyniæ præclara*; Et *Stephanus* de *Urbibus* p. 592. Νικομήδεια, πόλις Βιθυνίας ἀπὸ Νικομήδους τοῦ Ζήλα παιδὸς, ἐπισημοτάτου βασιλέως, ἣ καὶ Ὀλβία ἐκλήθη· ὁ πολίτης, Νικομηδεύς. *Nicomedia, urbs Bithyniæ, ſic dicta à Nicomede Zelæ filio, Rege celeberrimo, quæ etiam Olbia dicta eſt. Civis Nicomedenſis.* Itemque *Euſebio*, eam τῶν Βιθυνῶν ἄρχουσαν, Libro III. de *vita Conſtantini*, appellante; perinde ac *Zoſimo* Libro I. Νικομήδειαν μεγίστην, καὶ εὐδαίμονα διὰ τὸ πλοῦτον, καὶ τὸ

(5) PAX AUGUSTI. SC. L'Empereur donnant la main à un ſoldat; ce revers repreſente l'eſtat auquel l'Empire Romain ſe trouva lors que Caligule y ſucceda; car jamais il ne fut plus calme ny plus tranquille, ſans guerres aucunes, ny dedans ny dehors; l'union des gens de guerre avec les Citoyens & bourgeois, plus grande, ny les provinces mieux regles, les particuliers plus riches, le threſor public mieux fourny: Tibere ayant laiſſé plus de ſoixante millions d'or dans iceluy, tant ce vieil Empereur avoit eſté grand meſnager & excellent œconome, prudent & raffiné politique. De ſorte que Caligule herita de la plus grande fortune qu'aucun autre ne fit depuis luy. Mais pour en voir l'exacte deſcription, il faut avoir recours au copieux, elegant, & judicieux *Philon Juif*, qui l'a [illegible] en ces termes de ſon traité περὶ ἀρετῶν, *De virtutibus*, pag. 799. que vous n'aurez que Latins à cauſe de ſa longeur. *Quis enim videns* (ce dit-il) *Cajum poſt Tiberium potitum terræ mariſque Imperio, in tanta tranquillitate inſtitutiſque optimis, & provinciarum pace ac concordia, conſentiente Septentrione, Meridie, Oriente & Occidente, Barbaris Græciſque conſociatis, & exercitibus cum oppidanis, biſque viciſſim cum illis pacate converſantibus, ut fruerentur officiis & commerciis mutuis; non admiratus fuerit felicitatem tam inſignem, & vix enarrabilem, una hereditate cumulata bonis ingentibus, theſauris auro argentoque refertis, partim rudi infectoque partim moneta ſignato, partim fabrefacto, ad exornandos poculis, & id genus vaſis menſariis abacos, ad hæc pedeſtres equeſtresque navaleſque copias.* Et le reſte qui merite eſtre veu: car ce qu'il y adjouſte eſt fort conſiderable. TRISTAN, Tom. I. p. 176.

τῆς εἰς ἅπαντας σωτηρίαν, ὀνομαστοτάτην, laudante. Obiter obſervamus, in hujus civitatis villa *Conſtantinum M.* obiiſſe, quippe qui cum vellet in Jordane baptizari, atque ideo Hieroſolymam tenderet, in via morte præventus, ab *Euſebio*, Nicomedienſi Epiſcopo, Arrianæ quamvis ſectæ addicto, baptizatus fuit. In nummis *Britannici, Domitiani, Trajani, Antinoi, Antonini Pii, Aurelii, Fauſtinæ Junioris, Commodi, Caracallæ, Gordiani Jun. Gallieni*, perinde ac in noſtro μητρόπολις, itemque μητρόπολις καὶ πρώτη Νικομηδείας, rurſus μητρόπολις καὶ πρώτη Βιθυνίας, item πρώτη Πόντου καὶ Βιθυνίας, Νεώκορος, nec non δὶς vel τρὶς Νεώκορος, vulgo audit: Hanc *Hadrianus* reſtituit teſte pariter nummo ipſius, in quo RESTITUTOR NICOMEDIAE audit, quam felicitatem etiam ſub Aurelio Imperatore videtur conſecuta, antea, teſte *Aurelio Victore*, *conſtrata terræ motu.*

Num. 12.

Cajus CAESAR AUGuſtus GERMANICUS PONTifex Maximus TRibunicia POTeſtate. Caput Caligulæ.

SPES AUGUSTA. Spei typus, ad latus S. C. nota.

O*cco* recenſet hunc nummum libri ſui edit. ult. p. 104. quamvis male illum inter aureos collocet, forte typothetæ vitio, cum tamen notam *S. C.* præ ſe ferat, ceu intuentibus ſtatim patet.

EX AERE MINIMO.

Num. 13. & 14.

Cajus CAESAR DIVI AUGuſti PRONepos AUGuſtus. Pileus, Libertatis typus, adjecta Senatus Conſulti nota.

vel

Cajus CAESAR DIVI AUGuſti PRONepos AUGuſtus. Pileus, Libertatis typus, adjecta Senatus Conſulti nota, uti Num. 13. diverſo ſcilicet literarum in perigraphe poſitu.

PONtifex Maximus TRibunicia Poteſtate III. (Tertium) Pater Patriæ COnSul TERTium Remiſſæ, ſive Remiſſio CC. (Ducenteſimæ) in area nummi.

P*ileum* in *averſa* vel propterea obſignatum credimus, quod tunc nondum adeo furens *Cajus Populum Romanum*, *Libertatis* antiquæ *cupidiſſimum tenaciſſimumque*, à nonnullis oneribus, à *Tiberio*, anteceſſore, impoſitis, levaverit, cujus rei teſtem inter alios habemus *Suetonium* Cap. XVI. *Magiſtratibus LIBERAM JURISDICTIONEM, & ſine ſui appellatione conceſſit.* —— —— *Tentavit &, Comitiorum more revocato, ſuffragia POPULO REDDERE.* Quod & luculentius *literæ* in adverſa obſignatæ confirmant, nempe: R. CC. hoc eſt: *Remiſſa Ducenteſima*, ut illas *Illuſtriſſ. Spanhemius* Diſſertat. IX. p. 798. legit; vel: *Remiſſæ Ducenteſimæ*, uti *Ficlerus*, ſupra ſæpius nominatus, interpretatur; vel: *Remiſſio Ducenteſimæ*, hoc eſt *Ducenteſimi* rerum, in *auctione* venditarum, qui fiſco adjudicatus erat, *nummi*: perinde ac in alio *Galbæ* nummo R. X L. hoc eſt *Remiſſio Quadrageſimæ*, ſive *Quadrageſimarum*, deprehendimus; atque ita *Occo* & *Mediobarbus* explicant. Ut adeo ſalvus ſit *Suetonius*, egregiam noſtro nummo affundens lucem, ac eodem capite 16. de *Cajo* prodens: *Ducenteſimam auctionum Italiæ remiſit. Ducenteſimæ* enim vectigal erat aurei ſemiſſis à *Tiberio* inſtitutum, quod, ſublata primum ab ipſo *centeſima*, *Cajus* in totum remiſit. Recteque proinde ex hoc nummo refellitur ὁ πάνυ, *Caſaubonus*, qui in notis ad *Suetonium*, tum inductus MSto *Codice Liſtæo*, tùm *Dione*, ſcribente Libro LIX. Καὶ τὸ τέλος τῆς ἑκατοστῆς κατέλυσε, *vectigal centeſimæ remiſit*, mavult legere: *CENTESIMAM Auctionum*, (vel ut alii volunt, Actionum) *Italiæ remiſit*; quamvis, uti ipſe fateri habet, non ſolum *vulgati libri*, & inprimis *R. Stephani* codex, ſed & MSti, *Salmaſii* ſcilicet, *Memmianus*, & *tres Palatini*, *priorem* & noſtram *Suetonii* Lectionem retineant; in quo etiam, quod miramur, *Turnebum* in *Adverſ.* Lib. XXVII. Cap. 20. *Dionem* pariter reſpicientem; & *Samuelem Pitiſcum* in notis ad *Sueton.* p. 797. *Tacitum* præterea in hanc rem in ſubſidium vocantem, qui Annal. II. 42. 7. *Regnum in Provinciam redactum eſt, fructibusque ejus levari poſſe centeſimæ vectigal, profeſſus Cæſar, Ducenteſimam inpoſterum ſtatuit*, ſcribit, conſentientes habet. Sed ſi attendiſſent cum *Torrentio*, eundem *Dionem* Libro LVIII. p. m. 631. ſcribere: Καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τὸ τέλος τὸ διακοσιοστὴν ἔχον ἐς ἑκατοστὴν ἤγαγε. *Qui (Tiberius) etiam deinceps pro tributo, quo ſolvebatur ducenteſima, centeſimam inſtituit*; forte mentem mutaſſent. Nempe, ut rectè monet *Tacitus*, *Annal.* Libro I. 78. onus hoc *Urbi* ac *Italiæ* ab *Auguſto* erat impoſitum: *Centeſimam rerum venalium, poſt bella civilia inſtitutam, deprecante populo, edixit Tiberius, militare ærarium eo præſidio niti.* Et *Suetonius* Cap. XLIX. in *Aug. ærarium militare cum vectigalibus novis inſtituit*, inter quæ aliaque & ducenteſima rerum venalium fuit, recte adnotante ad hunc locum *Caſaubono*. *Tiberius ducenteſimam* dehinc quoque edixit, ſed poſtea, teſte ſupra *Dionis* loco, Libro LVIII. in *centeſimam* rurſus mutavit, *Caligula* denuo *centeſimam* remiſit, atque adeo, ſi jungas cum illa, quam *Tiberius* jam remiſerat, emergit *ducenteſima*, quam remiſiſſe, ſcribit *Suetonius*; aut prius remiſerat *Tiberius* centeſimam, ſiquidem *Dio* Libro LVIII. totidem verbis affir-

affirmat, *ducentesimam* in *centesimam* à *Tiberio* mutatam; dehinc mandavit *ducentesimam*, teste *Tacito*; *Caligula* verò docente supra quoque *Dione*, prius remisit *centesimam*, dehinc & *ducentesimam*, nummo insigniter hoc comprobante, sustulit.

In lucem jam hunc nummum protraxere *Carolus Patinus* in *Suetonio nummis illustrato* p. 211. quamvis positus literarum in aversa paulo sit alius ibidem à nostro, & ab inferiore ora ejusque parte dextra incipiat. *Occo* edit. ult. p. 105. *Mediobarbus* p. 78. ex indice *Cavoortæ*. *L. Begerus* T. II. Thes. Brand. p. 617. eodem modo, quo *Patinus* aversam tradit ac uti *Begerus* illum habuit. Sic & *J. B. Menestrier* en *Medailles illustrées des Empereurs* p. 47. qui tamen aversæ perigraphen male hanc dedit: TR. P. III...... P. P. COS. III. *Guillaume du Choul en discours de la Religion des Anciens Romains* p. 122. Possedit illum Cl. Dn. *Dronius*, (6) perinde ac ejus quoque egregium exemplar hodie est in *Thesauro Schwartzburgico*.

Num. 15.

(7) *Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. n. 3.*

Colonia Cæsarea Augusta, in area.

Goltzius & *Occo* legunt has initiales: C. C. A. *Colonia Carthago Antiqua*, ex eo, quod in aliis nummis quoque deprehendatur: *COLONIA CARTHago NOVA.* Alii *Colonia Calaguris Augusta.* Nos cum *Tristano Sanct-Amantio Coloniam Cæsaream Augustam* interpretamur, quod in aliis nummis easdem initiales eodem modo in area videamus, quas supra Tab. V. n. 3. 4. 5. 6. 7. hoc modo exhibuimus & explicavimus; ita & in sequenti lecturi. De hac ipsa verò Colonia, hodie *Saragossa* dicta, supra dicto loco Tab. V. n. 3. dictum est, quo B. L. ablegamus. Vulgavit jam hunc nummum *Tristanus* in Commentario suo p. 177. *Mediobarbus* p. 79.

Num. 16.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 3.

Colonia Cæsarea Augusta, supra simpulum & lituus, vasa Pontificalia.

Denuo accipimus à *Colonia Cæsarea Augusta* nummum, quem sine dubio ipsa Cæsari obtulit *Pontifici noviter constituto*, quod *signa* augurari jubent, nempe A. O. 3999. V. C. DCCIX. I. C. XXXIX. De ista pluribus in superioribus. Falso *Goltzius* hoc in nummo Coloniam Carthaginem Antiquam, & ex eo *Occo* suspicatur. Addimus saltem hunc adducere *Mediobarbum* p. 79. & *Occonem* edit. ult. p. 103.

Num. 17.

Cajus CAESAR AUGustus. Caput Caligulæ nudum lævam versus, uti Tab. I. n. 35.

Cajus CAESAR AUGustus. Caput Caligulæ nudum dextram versus, uti Tab. I. n. 5.

vel

CORinthus. Marco BELLIO PROCULO II. (Duum) VIRO. Pegasus.

Carolus Patinus, qui in *Familiis suis* sub Gente Bellia p. 46. nummum hunc exhibet, in *aversa* ejus minus rectam perigraphen dedit, scilicet: CAESAR AUGUSTUS, cum tamen: C. CÆSAR AUGUS. in nummo rectius legatur, faciesque non *Augusti*, sed *Caligulæ* clarissimè in illo offeratur. Dehinc *adversam* ibidem *mancam* sistit, atque hanc: COR. III. BELLIO PROC.... II. VIR. nihilque præterea apud *Autores* de Familia *Bellia* se deprehendisse, memorat, hincque putat, *Dellium*, Antonii Legatum ad Cleopatram, apud *Plu-*

(6) Servatur quoque in Museo nostro. SIG. HAVERCAMP.

(7) C. C. A. Au milieu de la medaille sans autre inscription: seulement du costé de la teste il y a CÆSAR AUG. GERMANICUS. Ou ce nom de AUG. Augustus, en cet Empereur, me fait souvenir d'advertir ceux qui ne s'addonnent pas si curieusement à la lecture des inscriptions antiques, pour s'esclarcir des doutes que les titres des Empereurs leur peuvent faire naistre en l'esprit, qu'ils se prennent garde de croire ce que Jules Cæsar Boulanger (au reste homme docte, & de grande lecture,) dit dans son *Imperator Romanus* liv. 1. chap. 17. que Caligule ne prit jamais le surnom d'Auguste, faute qu'il n'a pas bien entendu un passage de Suetone chap. 22. ny bien compris le sens d'un autre de Dion, auquel cet Historien remarque que Cajus s'offença de l'acclamation du peuple souz l'éloge de νεανίσκος Αὔγουστος, c'est à dire, *juvenilis* ou *adolescens Auguste*: car Dion n'entend pas qu'il se fust offencé d'estre appellé Auguste: ses monnoyes, & les inscriptions antiques justifians le contraire; mais bien d'estre appellé adolescent Auguste, ou petit Auguste, prenant cet epithete de νεανίσκος, *juvenilis*, pour injure, & comme si cette populace se fust moqué de luy, comme si ses actions folles & legeres tenoient veritablement de celles d'un jeune estourdy, & d'un ecervelé, & non de celles d'un sage & prudent Empereur: car sans doute c'est là le sens de ce passage. Venons au revers: je trouve diverses opinions sur l'explication de ces lettres C. C. A. *Goltzius* & *Occo* les prennent pour COLONIA CARTHAGO ANTIQUA, pour avoir veu une autre medaille où il y avoit COL. CARTH. NOVA. Mais je trouve plus d'apparence d'y lire, CÆSAREA AUGUSTA, comme le mesme Goltzius lit en une autre medaille d'Auguste; ou plustost comme Surita, sur l'Itineraire d'Antonin, lit en plusieurs autres medailles, *Cæsarea Augusta*, comme aussi j'ay cy devant leu la medaille d'Agrippine, & ainsi que Pline en effect nomme Saragosse ou Cartagoça, liv. 3. chap. 3. comme je l'ay remarqué. TRISTAN. Tom. I. p. 177.

Plutarchum in *Antonio*, ibi forsan *Bellium* debere legi, cum multa apud illum *Scriptorem* occurrunt nomina corrupta. Idem postea *Patinus* in *Nummis Imperatorum æreis mediæ ac minimæ formæ, eundem* prorsus *typum* sub *Caligula* p. 94. rursus communicans, magis adhuc *mutilum* eundem profert, scilicet hoc modo; COR...... LO II. VIR. *similemque typum* per omnia existimat cum illo, quem in Familia *Bellia* & supra in *Augusti nummis* p. 41. quoque dederat, qui tamen *unus* potius *idemque* est. Ibi verò, nempe sub *Augusti nummis* laudata pag. 41. Familiam *Belliam* docturus, sequentia de illo commentatur: *Cajum Duellium, M. Filium, qui Poenos classe devicerat, redeuntem à cœna sæpe videbam puer: delectabatur crebro funali & tibicine, quæ sibi, nullo exemplo, privatus sumpserat, tantum licentiæ dabat gloria*, inquit *Cato major* apud *Ciceronem de Senectute.* *Duelliam* hanc gentem, inferioris ætatis quadam in loquendo mollitia, *Belliam* esse appellatam, ex *Cicerone* (in *Oratore*) facile colligitur: *Quid verò licentius*, inquit, *quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora; nam ut duellum bellum, & dueis bis, sic DUELLIUM eum, qui Pœnos classe devicit, BELLIUM nominaverunt.* M. hic *Bellius* primum *Antonio* militaverat, cujus & ad *Cleopatram*, Ægypti Reginam, & ad *Artavasdem*, Armeniæ Regem, Legatus fuerat; deinde *Augusti* partes sequutus est, *cui* erat & *à consiliis*, & à secretis; Sic enim *Dio* Libro XLIX: Μαθὼν δὲ δὴ Καῖσαρ καὶ τὴν διάνοιαν σφῶν παρά τε ἄλλων, καὶ παρὰ τοῦ ΔΕΛΛΙΟΥ, h. e. *sed ubi Cæsar consilium eorum ex aliis, ac maxime DELLIO, intellexerat* &c. Et hoc ipso *die pugnæ Actiacæ* contigit. In quorum fortassis pretium, *Duum-Viratum* navalem apud *Corinthum* accepit, cujus monumentum hic habes. Si plura de *Duellia gente* quæras, consule, quæ scripsimus in *Familiis Romanorum* de Gente *Bellia*. Beneficiorum Julii gratiam apud Corinthios recordationem nummus hic declarat &c. Hucusque *Patinus*. *Stephanus Ferdinandus Pighius*, quamvis huic *Patinianæ* & *Ciceronianæ opinioni* de Duellia in *Belliam* transformata Familia pollicem primum premere videatur, approbare tamen plene & simpliciter eandem non videtur, sic de C. Duilio Consule scribens: *Vix alicubi tamen in Auctorum, qui nunc exstant, Codicibus C. Duellii nomen sincere expressum reperitur. Nam in Liviana Epitome XVII & Auctore de illustribus; Cn. Duellius, ut in aliis plerisque M. Duellius vel Bellius appellatur. Variatum est namque sæpius id nomen antiquitus. Veruntamen ignoro, an hæc Ciceronis verba primam illam antiquitatem redoleant. Constat enim, majores ejus Duilios, non Duellios appellatos fuisse, ut Marmora, & antiqui nummi ostendunt, quos item Livius Duilios vocat. Et priscos illos vetustissimo seculo vocales sæpius commutasse, semivocales non geminasse, C. literam pro G. posuisse, jam nobis palam fit ex antiquissima inscriptione columnæ rostratæ hujus ejusdem Consulis C. Duilii* &c. *Cl. Valens* in *Nummis Coloniarum* p. 45. Patini equidem mutilum in *Nummis Cæsarum mediæ ac minimæ formæ* p. 41. sub *Augusto*, & p. 94. sub *Caligula* exhibitum, eo, quo dedimus, modo restituit, institutumque ita ibidem capit, ipsum tamen, quod miramur, *Augusto* reliquit, Caput *Augusti* non solum inscul.. aversæ faciens, sed & *perigraphen*: CAESAR AUGUSTUS retinens, cum facile deprehendere potuisset, vir cæteroquin, nummorum callentissimus, *Caligulæ* potius esse, *iisdem* ibidem in *adversa* eandem referentibus perigraphen.

Ut adeo, si omnia complecti velimus, nummumque, ut est, *Caligulæ* reddamus, nihil huc faciant illa, quæ *Carolus Patinus* de *Duellio*, sive *Bellio*, sub *Antonio* & *Augusto* vivente, fusius disputat. Sufficiat, *M. Bellium Proculum Duum-virum Corinthi* fuisse, clarissimè hoc testante nummo. *Bellio* cuidam, ut hoc obiter addamus, rescribitur à *Severo* & *Antonino* Codic. 4. de *pignoribus*. Sed cur *unus* tantum in nummo nominatur *Duum-vir*, cum aliàs in Nummis communiter *duo*, quandoque etiam *quatuor* occurrant? An quod *alter vitâ excesserit*? aut *honoris gratia* huic soli relictum hoc sit? aut quod *quisque seorsim nummos procuderit*? *Proculum* denique exinde dici cum *Plutarcho* in *Coriolano* remur, quod *natus sit patre peregrinante*, *patria procul*, quodque cognominis alias in *Acerroniis*, *Arteriis*, *Juliis*, *Liciniis*, *Plautiis*, *Scriboniis*, *Valeriis* occurrere solet. De *Pegaso*, *Corinthiorum* in Nummis *symbolo*, & in *Herois sui Bellephorontis*, memoriam in Nummis posito, jam satis supra in *Cæsare* Tab. VI. n. 11. & 12. à nobis dictum fuit. Exhibet hunc nummum, *mutilum* quamvis, ut supra diximus, *C. Patinus* in *Nummis Cæs. med. ac min. formæ* p. 41 sub *Augusto*, magisque mancum p. 94. sub *Caligula*, ac rursus mutilum in *Familiis Romanis* sub Gente *Bellia* N. I. & II. p. 46. *Joh. Valens* correctum & integrum, licet minus rectè *Augusto* adjudicatum, in *Nummis Coloniarum* p. 45. *sub Augusto*, in quo eum sequitur *Joh. Harduinus* in *Nummis antiquis Popul. & Urb.* p. 123. bis ibidem *eundem* proferens, *semel* quidem *integrum*, altera vice *mutilum*. *A. Morellius* vero in Familia *Bellia* suorum Nummorum Consularium integrum eundem, uti adduximus, sculpi fecit, & quidem cum *utraque aversa*, quas pariter supra indicavimus, & quidem ex *prototypo*, (8) quod, ut signum adjectum docet, hodie exstat in *Gaza Regia Parisiensi*.

NUM. 18.

Cajus CAESAR AUGustus. Caput Caligulæ nudum dextram versus, uti Tab. I. n. 5.

CORinthus. Publio VIPSANIO AGRIPPA II. (Duum) VIRo. Pegasus.

De *aversa* supra l. cit. Tab. I. n. 5. à nobis jam actum est. *Aversam* propius nunc intuemur, quæ *Pegasum* sistit, *Corinthiorum* communem typum, uti supra satis in *Cæsare* Tab. VI. n. 11. & 12. ostendimus, ac in præcedenti modò observavimus nummo: Et cum *unus* saltem *Duumvir* hic denuò occurrat, magis confirmamur in supra adlata suspicione, quòd tunc forsan nummi à quoque *Duumviro* seorsim fuerint procusi, hicque *Vipsanius Agrippa* M. Bellii Proculi fuerit *Collega in Duumviratu Corinthi*. *Vipsania Gens* alias *Plebeja*, sed *Consularis* exstitit, cujus nomen à *Vipsano* cognomine ductum nonnulli existimant, quamvis *Seneca* in Controv. 12. à verbo *Sanna*, quod est *irrisio*, deductum velit. Cognomen *Agrippæ ex utero matris in pedes egresso nativitas dedit*, ut bene monet *Glandorpius* in *Onomastico* p. 906; Aut, ut *Festus* vult, *Agrippa* dictus est, qui *cum labore matris natus*. Hoc cognomen *Asiniis*, *Hateriis*, *Fontejis*, *Helviis*, *Juliis* quoque familiare fuisse, aliunde novimus, sed *Caniniæ Genti* quoque adhæsisse, rarior *Seguini* nummus (in Selectis Num. p. 78.) nos docet, in cujus aversa *caput muliebre turritum* hac perigraphe gaudet: ROMAE ET IMPERIO; in *adversa* circa

(8) Servatur quoque hic Nummulus in *Museo nostro*, sed a Morelliana pictura aliquantum discrepans. Pegasus enim ut in Nummo sequenti lævam versus fertur, atque post alas ejusdem Epigraphe incipit, quæ deinde procedit supra collum caput &c. ejusdem Pegasi in Nummi ambitu. SIG. HAVERCAMP.

ca *Victoriam* cum laurea & palma hæc leguntur: L. CAN. AGRIPPA II. VIR COR. Ex quo simul cognoscimus, *L. Caninium Agrippam* pariter *Duumviratui Corinthiaco* sub *Galbæ* imperio *præfuisse*. *Joh. Valens*, in *Familiis suis* sub Gente *Vipsania* Tab. 148. N. II. p. 561. hunc nummum adducens, pro *Caligulæ* capite *Augusti* exhibet, cum perigraphe: CAESAR AUGUSTUS; quod idem & ante jam fecerat in *Nummis Coloniarum* p. 46, monens hic, *Publium* hunc *Vipsanium Agrippam* videri *M. Agrippæ, Augusti Generi*, fuisse *Libertum*. In *Familiis* autem, sub Gente *Vipsania* l. c 561. pauca præfatus, quam male tulerit *Vipsanii* nomen *M. Agrippa*, observat, *hunc* tamen *Agrippam* illud præferre, ut ejus *Familiæ* se esse, ob *M. Agrippæ* potentiam, testaretur. Nescitque præterea, an hic, an *Pater* ejus *Corinthum* deductus fuerit, quando *Julius Cæsar* anno $\frac{708}{9}$ eam constituit *Coloniam*, ut ex *Dione* esset colligere. Et necesse fuisse, illum tunc 43. ætatis annum attigisse, si *Duumviratum consequi* vellet. Sed quando non *Augusti*, sed *Caligulæ* in hoc nummo comparet caput, concidunt sua sponte hæ ipsæ ejus ibidem conjecturæ. Si quid tamen iisdem est indulgendum, existimaremus, fortè *M. Agrippæ fratris* fuisse hunc ipsum *filium*. Siquidem *M. Agrippa* A. V. C. DCCXLI. A. N. C. IX. ætatis 51. decessit. C. & L. *filii* ejus adoptati ab *Augusto*, *Cæsaresque* dicti, non multo post, ut creditum est, Liviæ fraude, interierunt. *Tertius* verò *M. Agrippa*, pariter adoptatus, ob amentiam verò abdicatus, & sepositus, jussu *Tiberii* interemptus fuit. De *Duumviris*, qui Consulum vicem *Romæ* obtinebant, supra egimus in *Cæsare* Tab. VI. 14. & 15. Protulit hunc nummum jam minimæ formæ nec rarum, nec obvium, in lucem, ut diximus, *Joh. Valens* in *Familiis Romanis* sub *Gente Vipsania* T. CXLVIII. p. 561. *Idemque* in *Nummis Colon.* p. 46. sed, quod jam notavimus, minus rectè cum *Augusti* facie; dehinc *Mediobarbus* ex *Joh. Mariæ Bidellii*, Mediolanensis, Museo p. 56. haud rectius, cum *Agrippæ* scilicet capite, ac *exesis* circa *literis*, *perigrapheque* in adversa *mutila*, ac ex parte etiam *falsa*: M. AGRIPPA II. VIR. COR. *A. Morellius* autem in *Familiar. Rom. Nummis* sub *Gente Vipsania* sub litera D. integrum, ac secundum *prototypon*, (9) quod in *Regis Galliæ Gaza* adservatur, cum *Caligulæ* capite, uti hic dedimus, sculpi omnino fecit.

NUM. 19.

Γάιος ΚΑΙCΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. (*Cajus Cæsar Germanicus*) *Caput Caligulæ laureatum lævam versus, uti Tab. II. n. 44.*

ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ ΕΠΙ ΚΛΑCCΙΚΟΥ ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ. (*Agrippina sub Classico* (*Duum-Viro*) *Æzanitarum*) *Caput Agrippinæ ornatum.*

De *aversa* l. c. Tab. II. à nobis actum est. De *Ænazitis* Numero sequenti 20, proinde ac de Prætore seu *Duumviro Classico* n. 21. differendi erit locus. Neque possumus non monere supra jam à nobis eundem fuisse adductum in *Nummis Agrippinæ*, *Germanici uxoris*, Tab. XV. n. 14. 15; dehinc non solum ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ, uti hoc in Nummo, sed etiam ΑΙΖΑΝΕΙΤΩΝ in nummis subinde deprehendi; insuper ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ obsignatum esse in Nummo pro ΑΖΑΝΙΤΩΝ, quanquam etiam, ut bene observat *Harduinus* de N. P. & V. p. 21. etiam in Synodo C. P. V. p. 169. planissimè legatur: Πελάγιος Επίσκοπος τῶν Αἰζανιτῶν πόλεως; nec minus ΙΖΑΝΙΤΩΝ in nummis *Claudii* & *Caji* Reginæ Sueciæ Nummophylacii, quam ΑΙΣΑΝΙΤΩΝ in nummis Agrippinæ & Caji, observante *Illustrissimo Spanhemio* Differt. IX. de U. & P. N. p. 908. deprehendi. Porro ΚΛΑΣΣΙΚΟΝ hic una voce nominari, qui in nummo N. 21. dicitur ΛΟΛΛΙΟΣ ΚΛΑΣΣΙΚΟΣ, ut tamen credamus unum eundemque esse, perinde ac in alio nummo *Azanitarum*, ΕΠΙ ΦΛΑΚΚΟΥ ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ offendimus, cum tamen in alio legatur: ΕΠΙ ΡΟΥΦΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ; tandem varios *Æzanitarum* in nummis sub Imperatorum *Caligulæ*, *Germanici*, *Claudii*, *Commodi* legi Duumviros & ΕΠΙ ΡΟΥΦΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ sub *Ruffo Flacco*, v. g. ΕΠΙ ΙΕΡΑΚΟΣ sub *Hierace*: ΕΠΙ Α. ΓΕΣΣΙΟΥ, sub *A. Gessio*, ΕΠΙ ΛΥΣΑΝΙΟΥ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ, sub *Lysania Menandri F.* ΕΠΙ ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΕΛΣΟΥ, sub *Julio Celso*. ΕΠΙ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, sub *Antiocho*. Unde & hoc simul porro constat, eodem observante *Illustriss. Spanhemio* p. 99. recentiss. editionis & 54. antecedentis, figuram & scriptionem Literæ Σ, non multo recentius esse illa, quæ per C formatur, ut equidem doctissimus putavit *Seldenus*, sed contrarium vel ex hoc nummo & sequentibus evinci facilè posse. Attulit alias jam hunc nummum, quod sciamus, nemo, & exstat hodie in *Thesauro Regis Galliæ*.

NUM. 20.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ (*Cajus Cæsar*) *Caput Caligulæ laureatum versus, uti Tab. II. n. 54.*

vel

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣτος. (*Cajus Cæsar Augustus*) *Caput Caligulæ nudum lævam versus, uti Tab. II. n. 55.*

vel

ΓΑΙΟC ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*Cajus Cæsar Augustus*) *Caput Caligulæ laureatum lævam versus, uti Tab. II. Num. 42.*

ΕΠΙ ΛΟΛΛΙΟΥ ΚΛΑCCΙΚΟΥ ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ, (*Sub Lollio Classico Æzanitarum*) *Jupiter stans succinctus dextra aquilam, sinistra hastam tenet.*

Nummum hunc sub Duumviro, *Lollio Classico*, (qui in *Coloniis* idem valebat, ac Romæ *Consul*, ceu alibi ostendimus) *Æzani* fuisse cusum, du-

(9) Et hunc quoque Nummulum in *Museo nostro* reconditum habemus. S. H.

dubio caret. Fuit autem, ut hoc primo loco dicamus, *Azani* urbs *Phrygiæ* (nam *tres* alias diversæ sunt; alia *Arcadiæ* (6) alia *Massyliæ* in Africa, & tertia *Phrygiæ*) à *Ptolemæo* Lib. V. c. 11. Ἀιζανὶς, ab aliis Ἀζάνιον, à *Strabone* & *Stephano de Urbibus* p. 40. Ἀζανοὶ, appellata, qui posterior de ea sic: Ἀζανοὶ, (non Ἀζανὸς, ut *Harduinus* p. 21 habet) Φρυγίας πόλις, Στράβων δωδεκάτῃ. Τῆς δ' Ἐπικλήτε Φρυγίας Ἀζανοί τέ εἰσι, καὶ Νακόλεια. Οἱ πολῖται, Ἀζανῖται. h e. *Azani Urbs Phrygiæ, uti habet Strabo Libro XII. Et Azani, & Nacolia Phrygiæ Epicteti urbes sunt. Cives inde Azanitæ dicuntur.* Prorsus vero in nummo nostro confirmatum deprehendimus, quod idem *Stephanus* porro prodit: Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ συλλαβῇ διὰ τῆς αι καθόλε λέγων, &c. *Herodianus in primo de universali vult, primam vocis syllabam per αι scribi, ita dicens: Æzen* (sic pergit Stephanus) *Tantali filius fuit, à quo in Phrygia Urbs* (Ἀιζανοὶ) *Æzani nomen accepit. Hanc aliqui Azanium appellant. Sed Hermogenes* (qui scripsit περὶ Φρυγίας, teste Apollonii Rhodii Scholiaste Libro II.) *inquit: Non oportet eam hoc modo, sed Exuanum* (Ἐξεάνην) *appellari. Narratur enim circa hunc locum villas esse quasdam; exorta autem fame, pastores, qui convenerant, pro vilitate annonæ sacrificia fecisse: Diis autem non exaudientibus, Euphorbum* Ουανῆν, *quod vulpem, &* Ἐξιν, *quod Echinum significat, Dæmonibus sacrificasse. Diis autem placatis, terram alimenti copiam & multos fructus produxisse; & accolas, cum hæc cognovissent, eum Sacerdotem & Ducem constituisse; & hac occasione urbem Exuanum appellatam fuisse, quod; si interpreteris, ECHINU-VULPEM denotat. Sed ex voce* Ἐξεάνην Ἀζάνιον *transmutatum videtur; est autem Bythenio simile, de quo dicemus.* Hucusque *Stephanus*, qui studiosè satis originem ex *Hermogene* repetit. Nos tamen cum *Herodiano* facimus, *scriptione vocis* inter cætera in nummo nostro ad hoc credendum animati Ut taceamus in aliis *Scriptoribus* & sic scriptam hanc vocem inveniri, uti *Numero præcedenti* ostendimus Sed quis *Lollius Classicus*? *Carolus Patinus C. Lollium, Carthaginis* Duumvirum cum *Tiberii* effigie exhibet, sed hic longè alius, cognomine Classicus affertur. Hoc novimus ex *Suetonio* & aliis, *Lolliam Paulinam Caligulæ* fuisse *uxorem.* Ita enim ille cap. 25. *Lolliam Paulinam, (Memmio Consulari exercitus regenti nuptam) factâ mentione aviæ ejus, ut quondam pulcherrimæ, subito èx Provincia evocavit, ac perductam à Marito conjunxit sibi, brevique missam fecit, interdicto cujusquam in verpetuum coitu*; Et *Dio*: διαλιπὼν ὀλίγας ἡμέρας ἔγημε Λολλίαν Παυλῖναν, αὐτὸν τὸν ἄνδρα αὐτῆς Μέμμιον Ῥηγῶλον ἐγγυῆσαι οἱ τὴν γυναῖκα ἀναγκάσας. h.e. *interjectis paucis diebus, Cajus Lolliam Paulinam duxit, coacto ejus marito, Memmio Regulo, ut eam sibi desponderet*; itemque *Plinius* Libro IX. c. 35: *Lolliam Paulinam, quæ fuit Caji Principis matrona.* Hanc postea amavit quoque *Claudius*, hoc iterum nobis prodente *Suetonio* in *Claudio* cap. XXVI. *Nec durare valuit, quin de conditionibus continuo tractaret, etiam de Petinæ, quam olim exegerat, deque Lolliæ Paulinæ, quæ Cajo Cæsari nupta fuerat*; Et *Tacitus* Annal. Libro XII: *Sed maximè ambigebatur inter Lolliam Paulinam, M. Lollii, Consularis, filiam, & Juliam Agrippinam.* Fuit autem hæc *neptis, ut Torrentius, Glandorpius* & *J. Valens* volunt, *M. Lollii Paulini*, qui, Quæstura & Prætura deposita, *Legatus Augusti*, Pro-Prætor An. 729. primus *Gallo-Græciam* obtinuit, eamque in provinciæ formam redegit, *Consulatum* An. 732. gessit, *Proconsul Galliam Celticam* obtinuit, additusque fuit ab Augusto *Cajo* Filio, Orientem ingressuro *Rector & Magister*, Anno 754. veneno in itinere exstinctus, de quo *Solinus* cap. 16. & *Vellejus*. Certe hujus denarios in suo Triumviratu monetali cusos vide apud Valentem in Familia Lollia. Atque ex *hac* Gente fuisse videtur & hic *Lollius Classicus*, forsan *Quæstor Proconsulis Asiæ*, (certe id affirmare se posse ipse negat *Joh. Valens* p. 326. in de *Nummis Imperatorum Græcis*) quod tamen adprobare postea videtur magis in Nummis Consularibus) hinc *Æzanitæ Phrygiæ*, huic Provinciæ *subjecti*, ut *Caligulæ* benevolentiam sibi compararent; sub *Lollio Classico* solum, utpote *Lolliæ Augustæ, ejusdem uxoris, propinquo*, hunc cudi voluere nummum, ut conjicit *J. Valens*; nisi *Lollius Classicus* forte *Æzanitis* ipse Autor exstiterit, ut *Caligulæ & uxori* (quod in præcedente nummo factum est) hunc deferrent *honorem. Jupiter* in nummo, sicuti in quam plurimis aliis *civitatum* monumentis, obvius, *dextrâ aquilam*, veluti signum proprium, *sinistra hastam*, divinitatis δεῖγμα, ceu alibi ostendimus, tenens, an ibidem *singulariter cultus* fuerit, an sub *illo latere voluerint Caligulam*, certo expediri nequit. Vulgavère jam hunc nummum *J. Valens* in Nummis *Græcis Imperatorum* sub *Caligula* p. 11. & in *Nummis Consularibus* in Familia *Lollia*, Tabula LXXXVII. n. 9. p. 67. Tom. II. *Harduinus* de *Nummis P. & U.* p. 21. *A. Morellius* in Nummis Consularibus sub Gente *Lollia* Lit. E & exstat hodie in *Thesauro Versaliensi*, teste non solum signo adjecto, sed & *Valente* loco citato.

NUM. 21.

ΓΑΙΟϹ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. (*Cajus Cæsar Augustus*) *Caput Caligulæ laureatum lævam versus, uti Tab. II. n. 42.*

ΕΠΙ ΛΟΛΛΙΟΥ ΚΛΑϹϹΙΚΟΥ ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ. (*Sub Lollio Classico Æzanitarum*) *Jupiter palliatus stans, dextra aquilam, sinistra hastam tenet.*

Hic ipse nummus cum non nisi *diversa dispositione literarum* à proxime *præcedenti* differat, eo B. L. ablegatum volumus, tantummodo addentes, quod hac formâ tum in *Thesauro Versaliensi*, è *Museo Sanctæ Genovefæ Monasterii* eo translatus, docentibus & *signo* & *MStis Morellii*, tum in *Arnstadiensi* adservetur.

NUM.

(6) Hæc inculta & sterilis, inde proverbium natum, apud *Zenodotum* & alios, *Azanæa Mala*, de re difficili, ac nullius frugis ac utilitatis, vel cum res cuidam est cum homine intractabili, duro ac difficili.

Num. 22.

ΓΑΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. (*Cajus Cæsar*) *Caput Caligulæ radiatum lævam versus, uti Tab. II. n.* 36.

ΕΠΙ ΡΟΥΦΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ. (*Sub Rufo Flacco Æzanitarum*) *Jupiter palliatus stans, dextra aquilam, sinistra hastam tenet.*

Alium nunc *Æzanitarum Duumvirum* hic accipimus, nempe *Rufum Flaccum. Rufi* cum, teste *Glandorpio* in *Onomastico* p. 748. in plus quàm 30. & amplius Familiis reperiantur, vix cujus hic sit, dicere licebit. *Flacci* cognomen & *Avianis, Aviliis, Calpurniis, Flaviis, Fulviis, Furiis, Horatiis, Hordeoniis, Leniis, Munatiis, Norbanis, Pomponiis, Valeriis, Verriis,* præterea *Rufis*, quod ex *nummo* notamus, commune est. Quem *Magistratum* egerit *Rufus*, sibi non constare, ait *Joh. Valens* p. 329. in de *Nummis Græcis, Prætorem* tamen, vel *Duumvirum* tunc exstitisse, verisimile est admodum. *Rufum* quendam *Milesiis* sub *Hadriano Archontem* exstitisse, ex nummo alio constat. Solum addimus, apud *Godofredum* hunc ipsum sic deprehendisse *Morellium*, & eum nuper vulgasse *J. Valentem in Nummis Imper. Græcis* p. 11. sub *Caligula*, & infrà sub *Magistratibus sine titulo* p. 329. *J. Harduinum* in de *Nummis Græcis antiquis* P. &. U. p. 564. Exstat hodie in *Thesauro Versaliensi*, testibus *Valente*, *Harduino* & *signo* adjecto.

Num. 23.

ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ ΕΦΕσίων. (*Summus Sacerdos Nicostratus Ephesiorum*) *Cervus stans.*

Ab *Epheso* urbe, quæ alias πρώτη ἡ ἱερὰ ἡ αὐτόνομος, *prima Asiæ, sacra civitas & suis legibus vivens*, in Nummo Vespasiani audit, hunc nummum proficisci, extra dubitationis aleam est positum. Ista verò Dianam, velut peculiare suum Numen, quod ex sexcentis haurire licet nummis, venerabatur, veluti Pergameni *Æsculapium*, aliique alia. Hinc & cervum Dianæ sacrum in Nummis quoque præferebant, de quo apposite *Libanius* in Dianæ encomio: Ἐφέσιοις δὲ ἡ τὸ νόμισμα τὸν ἔλαφον ἔφερεν, *Ephesiorum nummus cervum exhibet.* Indeque profluxit Dianæ Elaphiæ nomen, dum Ἄρτεμις Ἐλαφία Libro VIII. dicitur, legiturque apud *Reinesium* in veteri inscriptione DIANAE AUG. LAPHIAE, sine dubio pro ELAPHIAE, quanquam & sub nomine *Laphriæ* (Λαφρίας Ἀρτέμιδος) eandem deprehendamus apud Pausaniam in Achaicis, qua quippe appellatione à Patrensibus fuit culta. Et quando in Neronis nummo Æchmodem Aviolam Ephesiorum Proconsulem, in Antonini Pii Archontem Duumvirum vel Prætorem, in ejusdem Pætum Scribam, in Domitiani Cleonem, uti legit *Harduinus*, Duumvirum, in Domitiæ Cæsennium Pætum Proconsulem habemus obvios: ita hic Ephesii nobis *Nicostratum* Ἀρχιερέα suum sistunt, hoc est summum Sacerdotem, seu Pontificem, seu qui suprema Sacerdotii hujus Provinciæ dignitate functus est. Id propter tamen, quod esset Pontifex, jure cudendi monetam non usus est, sed quod alium Magistratum, puta Prætoris vel alterius simul gesserit, sicuti novimus ex nummis aliis Ephesi signatis sub Triumviris, Glaucum, Euthycratem, dehinc sub Augusto Asclepiadem Tryphonem, itemque Herasæum, Cusinium, Pontifices pariter egisse, ubi tamen simul erant Prætores, bene hoc observante *Valente* in nummis Græcis Imperatorum p. 310. Vulgavit hunc nummum *J. Valens* in de Nummis Græcis, sed sub Augusto, testaturque in suis nummis eundem esse. B. vero *Morellius* illum cum *Caligulæ*, (num rectius?) deprehendisse capite in MStis Golzianis apud Imperatorem Augustum exstantibus à *Patino* inspectis, schedæ Morellianæ testantur.

Num. 24.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣαρα ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕβαστον. (*Cajum Cæsarem Germanicum Augustum*) *Caput Caligulæ laureatum dextram versus, uti Tab. II. n.* 58.

ΕΠΙ ΑΥΓΟΥΡΕΙΝΟΥ ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝ. (*Sub Augurino Hierapytniorum*) *Aquila fulmini insistens, sive* πυροφόρος *Aristophani dicta, pone palma.*

Hierapytna celebris admodum *Cretæ* est Civitas in ora Australi, cujus *Plinius* Libro IV. c. 20. meminit, scribens: *Hierapytna, Gortyna* &c. Et *Stephanus*: Ἱεράπυτνα, πόλις Κρήτης, ἡ πρότερον Κύρβα, εἶτα Κάμιρος, εἶθ' οὕτως Ἱεράπυτνα. τὸ ἐθνικὸν, Ἱεραπύτνιος, *Hierapytna, Urbs Cretæ, prius Cyrba, tunc Pytna, deinde Camirus, denique hoc modo Hierapytna. Gentile, Hierapytnius.* Et *Strabo* hujus Urbis situm ac nominis rationem traditurus, Libro X. testatur, in *Ida* monte collem fuisse *Pytnam*, unde deinceps urbem in *illo* positam fuisse adpellatam, τῆς δὲ Ἴδης, scribens, λόφος Πύτνα, ἀφ' οὗ Ἱεράπυτνα ἡ πόλις. *Pytna collis in monte Ida, à quo Urbs Hierapytna dicitur.* Indeque forte est, quod *Ptolemæus* post *Inatum* ponat Ἱερὰν πέτραν, *hieram petram*, seu *sacrum saxum*, quam multi *Hierapytnam* existimant, quanquam *Strabo* mox addat: ἀπὸ Μινώας, τῆς Λυκτίων, εἰς Ἱεράπυτναν ἡ τὸ Λιβυκὸν πέλαγος, ἐν κόλπῳ δ' ἐστὶν ἡ πόλις, *ab Minoa in Lyctiorum tractu ad Hierapytnam & Lybicum mare: Urbs ea in sinu est.* Voluntque nonnulli, τῷ Πύτνα vocabulum ἱερὰ adhærere, quod juxta mythicæ Theologiæ Doctores, in *antro* istius montis *Jupiter* capræ ubera suxerit. Hodie ista *Giera Petra*, teste *Harduino* p. 215. De N. A. Græc. nominatur. *Palladis* & *Æsculapii Fana*, ut docet vetus *Inscriptio* apud *Gruterum* p. DV. non so-

ſolum olim iſta Civitas oſtendit, ſed & *Jovem* in hac Inſula fuiſſe natum & ſepultum, fabulati ſunt veteres, & à *Virgilio Creta Jovis magni Inſula* dicitur, proptereaque & *aquilam*, *Jovis* armigeram, in hoc ipſo nummo conſpicias; Cumque *copioſæ* in *Creta palmæ* exſiſtant, juxta *Plinium* Libro XIII. c. 9. *nonque uno Palmarum genere ferax ſit*, juxta *Theophraſtum*, hinc *palma cum dactylis* juxta *aquilam* ſignata eſt. Varia alias *Prætorum* & *Magiſtratuum* nomina in nummis ſunt obvia, uti ΣΑΜΑΓΟΡΑΣ in nummo *Brandenburgenſis Gazæ* & *Mediceæ*; ΜΕΝΕΣΘΕΥΣ in *Theſauro Mediceo*; ΙΜΕΡΑΙΟΣ in nummo *Chriſtinæ Reginæ*, & *Cl. Patin.* apud *Illuſtriſſ. Spanhemium* Diſſ. IV. p. 305. & Diſſertat. VI. p. 338. noviſſ. edit. imo *Caligulæ* ipſius ævo, ΦΛΑΟΥΙΟΣ in *Caligulæ* Nummo apud *Harduinum* p. 215. & infra Tab. VII. n. 20. à nobis adducto.

Hic AUGURINI ſaltem notamus, quamvis *J. Valens* p. 325. in de *Nummis Græcis* neſciat, ad quem Magiſtratum hic ipſe ſit referendus *Augurinus*? Vera, ut hoc adhuc addamus, omnino ex hoc & aliis nummis huic geminis, quos *Laudatiſſ. Spanhemius* Diſſertatione pariter VI. p. 338. Edit. novæ, & *Paruta* in Nummis Siculis Tab. LXXV. n. 11. (quamvis falſo Ἱεραπίτης expreſſerit, pro Ἱεραπυτνιῶν) adferunt, *ſcriptio* (7) præterea *hujus Urbis* evincitur, neque illam recte ſcribi Ἱερὰ Πύτνα, quemadmodum hodie *Stephani* codices præ ſe ferunt, neque Ἱερέας Πύδνης, uti habent *Strabonis* corruptæ editiones Libro X. loco ſupra adlato; neque Ἱεραπύδνης, ceu dictam in *Strabone* lectionem reſtitutam vult magnus *Caſaubonus*, Libro X. p. 472. caſtigatus propterea à *Palmerio* in *Exercitationibus ad Græcos Autores*, quamque minus recte habet *Dio* Libro XXXVI. emendatus exinde ab *Illuſtriſſ. Spanhemio* loco ſupra citato; ſed vel Ἱεραπύτνα, vel Ἱεραπύδνα, utramque ſcriptionem nummis comprobantibus, quod miramur, ab *Abrahamo Berkelio*, diligentiſſimo alias ad *Stephanum Byzantinum* de *Urbibus* Commentatore, non fuiſſe obſervatum. Originem inſuper hanc urbem ſuam Phœnicibus debere, doctiſſime, ut omnia, nos docuit toties laudatus *Spanhemius* in æterno ſuo de uſu & Præſtantia Opere p. 339. *Collis autem hujus Pytnæ*, ſcribens, *& cognominis Urbis nomen à Phœnicibus profectum, ex ipſa vocis formatione mihi continuo liquere videtur. Certe in plerisque Creticis Phœnicium quid latere, idque ſe doctorum alias, conteſtatur doctiſſimus Bochartus, in eruditiſſimo Opere de Coloniis Phœnicum Libro I. c. 15; & ipſius Inſulæ nomine CRETAE, ac Urbis in eadem ITANI exemplis interim firmat. Sic* πύτνην *haud dubito proferre itidem veſtigia vocis cum iiſdem literis radicalibus* פטן *vel* פוטנין, *qua in Oriente DIVES PECORUM denotatur. Creta enim inter alia decora paſcuis & gregibus ferax, unde Dionyſio* εὔβοτος vocatur.

Πολλή τε λιπαρή τε ϰ εὔβοῖος, ἧς ὕπερ Ἴδη,

Magnaque, pinguisque, & bona paſcua habens,
quam ſuper Ida.

Hinc in Ida Collis ille PYTNA, paſcuis id genus abundans, & ad quem poſita Urbs Hierapytna, à loci aut templi alicujus religione SACRAE inſuper ſeu ἱερᾶς *appellationem apud Cretenſes nacta, voce, uti alias factum, è Græca & Phœnicia, ſicuti pleraque Palæſtinæ, Syriæ ac Phœnices loca illud* ΙΕΡΑΣ *elogium*

frequenter ſibi vindicare obſervo in antiquis ſelectis nummis Æliæ Capitolinæ, Gadarorum, Cæſareæ, Tyri, Sidonis, Gabalorum, Bybli, Apameæ, Damaſci, Seleuciæ, Samoſatæ (ut Ammiano vocatur) aliarumque, & qua de re alibi. Cæterùm exhibet hunc nummum & *J. Valens* in *Nummis Imper. Græcis* p. 11. ſed pro ΑΥΓΟΥΡΕΙΝΟΥ ſaltem habet ΑΥΓΟΥΡ. illumque apud *Franc. Lotti* ſic deprehendiſſe, *Morellium* affirmat, & infra in Magiſtratibus ſine titulo eundem è Theſauro Regio Verſalienſi deprompſiſſe, additum ſignum docet, qui illis, uti dedimus, cum literis quoque ipſum ſculpi fecit.

NUM. 25.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ CEBACTON. (*Cajum Cæſarem Auguſtum*) *Caput Caji corona radiata ornatum, lævam verſus, uti Tab. II. n. 39.*

ΜΑΓΝήτων ΣΙΠύλου ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ, *ſc.* ἐτίμησαν (*Magnetes Sipyli ſive ad Sipylum Germanicum & Agrippinam ſc. colunt*) *Germanicus velatus ſtans dextra pateram tenens, adſtante Agrippina dextera duas ſpicas, ſiniſtrâ haſtam tenente.*

Multæ Græciæ Urbes, adulationis fama jam dudum apud veteres inclytæ, Caji Familiam nummis coluere vitiis notiorem quam virtutibus. In his etiam ſunt Magnetes ad Sipylum *Straboni* Libro XII. ὑπὸ Σιπύλῳ dicti. *Ptolomæo* Libro V. c. 2. Μαγνησία πρὸς Σιπύλῳ, *Livio* Libro XXXVII. c. 44. *Magneſia ad Sipylum*, *Plinio* Libro V. c. 31. *Magnetes à Sipylo*, perinde ac in nummis ac marmoribus: ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΑΠΟ ΣΙΠΥΛΟΥ. Hæc Urbs in *Phrygia*, vel, ut aliis placet, Lydia, ad Sipylum montem, proximâ Sardibus, ſita, terræ motu maximam partem fuit deleta, Maniſſa *Leondacio* hodie dicta. Coluit iſta olim inter Deos Præſides Cybelen, hinc in *Criſpinæ* nummo videas Cybelen in Templo ſedentem, & in Caracallæ nummo, qui eſt in Theſauro *Patini* p. 187. Cybele comparet cum leone, non minus & in marmore Arundeliano quodam jurant Magneſii Smyrnæis διὰ τὴν μητέρα τὴν Σιπυληνήν. Et in appendice ad Marmora Oxonienſia hanc legas Inſcriptionem:

ΤΑΤΙΑ ΗΡΩΘΕΜΙΔΟΣ ΜΑΓΝΗΤΙΣ ΑΠΟ-

ΣΙΠΥΛΟΥ

ΖΩΣΑ ΕΑΥΤΗ ΚΑΙ

ΤΩ ΤΙΩ ΚΑΤΟΙΧΟΜΕΝΩ ΑΛΥΣΑΝΙΑ

ΛΥΣΑ

ΚΑΙ ΤΩ ΠΑΤΡΙ ΑΥΣ.

Magne-

(7) In *Marmoribus Oxonienſibus* mentio occurrit *fœderis Hierapytniorum* cum *Prianſiis*, & in *Inſcriptione* apud *Gruterum* p. V. *fragmenti fœderis Hierapytniorum*, ubi ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΙ inſcribuntur, ut nullum de *vera epigraphe nummorum hujus* oppidi reſideat dubium.

Magnetes ergo aliarum quam plurimarum Græcarum civitatum exemplum sequuti, Germanicum velatum & sacrificatum, veluti ob Heroica & ætatem duratura facta inter Divos receptum, in adversa sistunt, Agrippinam verò sub Cereris cum spicis figura multa mortalibus exhibentis beneficia, ut docerent sine dubio, qua ratione degener à moribus Parentum filius illos potius intueri, ac virtutes illorum per omnem vitam imitari debeat, nisi fortè ad ἀθήνησιν hoc nummo, uti in filiæ nummo respexerint. Edidit hunc nummum jam *A. Morellius* in *Specimine* II. *Lipsiensi* p. 206. & 207. Tab. XX. Num. 5. *J. Valens* in *nummis Græcis* p. 11. ex *suo Museo*, ubi tamen Inscriptionem paulo differentem hanc ex *suis nummis* communicavit: ΜΑΓΝ. ΣΙΠΥ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ. Asservat hunc etiam *Thesaurus Regis Christianissimi*, & ex hoc *A. Morellius*, ut dedimus, accuratè delineavit. Possedit & illum *Gallandus*, & supra in *Germanici & Agrippinæ Nummis* Tab. XIII. Num. 27. & 28. eundem exhibuimus.

NUM. 26. 27.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΕΠΙ ΑΟΥΙΟΛΑ. (*CAJUM CAESAREM GERMANICUM SUB AVIOLA.*) (*Proconsule* scilicet *colunt.*) *Caput Caligulæ laureatum, lævam versus.*

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ ΔΡΟΥΣΙΛΛΑ. scil. ἐτίμησεν. (*SMYRNAEORUM MENOPHANES DRUSILLAM* scil. *colit.*) *Drusilla Caji soror sedens dextrorsum dextra duas spicas, vel papavera, sinistra hastam tenet.*

Menophanes consuetum Græcis nomen, siquidem *Menophanen Prætoris* officio fungentem in *Nummo Pergamenorum* apud *Valentem* in *Num. Græc.* pag. 11. & 327. & in *Ephesiorum* apud *Harduinum* in *Add.* pag 571. offendimus, exindeque *Dominus de Wilde* conjecit hunc ipsum nostrum, cum nomen Urbis ærugine erosum in suo legere non potuerit, Ephesi, sicuti illum fuisse cusum, p. 132. in *suis Numismatibus antiquis.* Sed Smyrnam illum dedisse, noster luculentior satis docet. *Smyrna*, à Smyrne Amazone, quæ Urbem condidit, sic nuncupata, (8) inquam, cui juxta *Augusti* nummum in *Thesauro Goltzii* p. 332. & apud *Occonem* p. 183. Ἱερὰ καὶ ἐλευθέρα σύγκλητος, *sacer ac liber Senatus erat*, amne *Melete*, secundum *Plinium* Libro V. Cap. 31. gaudens, non procul orto, cultu *Apollinis Clarii*, itemque *Fano Æsculapii*, *Cybeles*, *Jovis Acræi*, ac *Templo Urbis Romæ inclyta*, *quæque Templum Tiberio jussu Liviæ ac Senatus decreto dicatum*, *ostentabat*, *Proconsule tunc Urbis Lepido*, *Prætore verò Petronio.* Ita hic adulantes *Smyrnæi sub Proconsule Aviola Caligulam*, *subque ejusdem temporis Prætore Menophane Divam Drusillam*, (uti in *Nummis* quoque audit) *maximè è sororibus adamatum, sese colere hoc monumento testantur ac profitentur.* Cumque illa sororum erat charissima, illam propterea defunctam Veneris habitu & cognomine Pantheæ consecravit, ut testis est *Dio* Libro. LIX. eamque in cœlum euntem viderat *Lucius Geminius*, Senator, eodem id referente d. c. & *Seneca Apocoloc.* Cap. I. *Hastam quando tenet*, *Divinitatis argumentum est*, *quippe eam sceptri vice Deorum simulacra plerumque tenebant*, de quo videri potest *Justinus* Lib. XLIII. Cap. 3. ac ex *nummo Faustinæ junioris* datur colligere, ubi sola hasta sellæ innixa cernitur apud *Arschotanum* Tab. XLIV. & alios. *Spicas gestat & papavera, & sub Cereris schemate in nummo comparet, sine dubio sub illa quoque consecrata. Ceres* enim, quam *Manilius* Lib. II. *Astr. spiciferam adpellat*, *priscis nihil aliud quam terra & ex illa nascens frumentum fuit. Alma* exinde non solum dicta, quod frugibus suis cuncta alat, sed & nigra, nigraque idcirco veste induta juxta *Pausaniam* in *Arcadic.* perinde ac *Isidis Ægyptiorum* velum maxima ex parte erat nigrum. Papaver verò quando dextra tenet, forte ex eo est, quod papaver sativum & esculentum illi offerebatur, teste *Plinio* Lib. XIX. Cap. 8. In lucem emisit jam hunc *Nummum Nobiliss. Dominus de Wilde* in *Nummis suis selectis* Tab. XVII. Num. 100. sed cum integer satis ipsi non fuerit nummus, in ejus antica. . . . ΜΑΝΙΚΟΝ ΕΠΙ ΙΟΥΛΙΟΥ . . . . tantum legit, pro ΑΟΥΙΟΛΑ scilicet ΙΟΥΛΙΟΥ (. . . . *MANICUM SUB JULIO* . . . . *JULIO* scilicet *Aviola.* In postica verò ΔΡΟΥΣΙΛΛ . . . . . ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ... *Joh. Valens* in *Nummis Pop.* & *Urb. Græce loquentium* p. 11. ut tamen in adversa pro ΔΡΟΥΣΙΛΛΑ uti in nostro, saltem ΔΡΟΥΣ. ex *Museo D. Foucault.* exhibeat. *A. Morellius* in *Nummis Consularibus suis* & quidem sub *Familia Acilia* Tab. II. Num. 2. illum exhibuit uti heic comparet, integrum. Pars quoque fuit olim *Thesauri Colberti*, *Marchionis de Seignelay*, ceu additum docet signum, *Abbasque Bisotus* eundem possedit.

NUM. 28.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ. (*CAJUM CAESAREM.*) *Caput Caligulæ corona radiata ornatum, lævam versus, pone stella, uti Tab. II. Num.* 38.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. (*SMYRNENSIUM.*) *Cammarus.*

Peculiare fuit, uti aliarum Græcarum Urbium, sic & *Smyrnæorum* erga *Caligulam*, perinde ac erga *Tiberium*, adulandi studium, nunc novo denuo monumento contestatum. Et quemadmodum in nummis suis alias *Deos* ac *fana* sua præferre consueverant, ita hic *Cammarum*, *cancri*, sive *piscis*

(8) *Plinius* Libro V. Cap. 31. *Ab Amazone condita, restituta ab Alexandro Smyrne. Hinc in nummis & illa comparet in Tranquillinæ Nummo apud Sponium in Itinerar. Athen. dextra ædiculam, sinistra bipennem gestans.*

ſcis marini, genus in eodem ſiſtunt: *Cammarus* autem in nummis *maritimarum urbium* ſæpè obſignatus deprehenditur, quod plerumque circa *illas iſtorum magna* ſoleat eſſe *copia*, *frequensque captura.* Vulgavit jam illum *Joh. Valens* in *Nummis Græcis* p. 11. qui ipſum in Collegio *Ludovici M.* viderat. *Harduinus* ex *Muſeo ſuo* eundem afferens, illum p. 462. *Cajo, Auguſti filio, ſine dubio minus rectè, adſcribit.* Iſtum *B. Morellius* deprehendit apud *Jeſuitas Monaſterii Claromontani Pariſiis*, itemque apud *Jobertum* hujus Societatis *Patrem doctiſſimum*, ut adeo de facie ipſius rectius ex gemino exemplari judicare potuerit, & ex illis, quos inſuper *Cajo* Imperatori obtulere *Smyrnenſes* fieri poteſt judicium, rectius huic iſtum manere.

NUM. 29. 30.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΕΠΙ ΑΟΥΙΟΛΑ. (*CAJUM CAESAREM SUB AVIOLA.*) *Caput Caji laureatum, lævam verſus, uti hic I. Num. 29.*

vel

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΕΠΙ ΑΟΥΙΟΛΑ. (*CAJUS CAESAR SUB AVIOLA.*) *Caput Caligulæ laureatum.*

ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ſcil. ἐτίμησεν. (*MENOPHANES SMYRNENSIUM*, ſcil. *colit.*) *Victoria gradiens dextrorſum dextra lauream ſuſtinet, ſiniſtra palmam tenens.*

Non multum hic ipſe differt ab *illo*, quem Num. 26. & 27. jam vidimus, præterquam quod in *antica* cognomen Γερμανικὸς ſit *omiſſum*, interim eo certiores nos reddidit, quod *Smyrnenſes* ſub *Pro-Conſule Aviola* & *Prætore Menophane Cajum* non unis monumentis venerati ſint, fortè *expeditione Germanica* feliciter, ut *Cajo* videbatur, finita. Luci illum expoſuit jam ex *ſuis nummis J. Valens* in *Nummis Græcis* p. 11. ut tamen *anticæ Inſcriptionem* in caſu recto tradat: ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΕΠΙ ΑΟΥΙΟΛΑ. *B. Morellius* eundem in *Collegio Claromontano Jeſuitarum Pariſienſium*, itemque apud *Jobertum* obvium habuerat cum *antica* in caſu accuſativo, voce tamen ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ in utroque *exeſa*, quam ex *Valente* reſtituimus, quamvis & integrum, neſcio unde, *nummis ſuis Conſularibus* ſub *Familia Acilia* Tab. II. Num. 3. poſtea quoque retulerit, quod ex illo tempore, quo jam hoc ſcripſeramus, demum obſervavimus.

NUM. 31. 32.

ΖΜΥΡναίων. (*SMYRNENSIUM.*) *Caput Caligulæ nudum lævam verſus.*

ΕΠΙ ΦΙΛΙΣΤΟΥ ΛΕΥΚΑΝΔΡΟΣ. (*SUB PHILISTO LEUCANDRO.*) *Victoria gradiens dextrorſum, dextra palmam, ſiniſtra trophæum geſtans.*

Victoriam gradientem cum laurea & palma à *Smyrnenſibus in nummo præcedenti* ſub *Aviola* & *Menophane* exhibitam vidimus, nunc cum palma & trophæo ſub *Philiſto Leucandro*, ſine dubio, Prætore obvenit. Ut adeo pateat ſingularem & frequentem habuiſſe *Smyrnæos noſtri Caligulæ* venerationem, iſtam non uno monumento comprobantium. Exſtat hic ipſe nummus in *Theſauro Regis Galliæ* & *Schwartzburgico.*

NUM. 33. 34.

ΓΑΙΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ ΜΥΤΙΛηναίων. (*CAJUS AUGUSTUS MYTILENAEORUM.*) *Caput Caji nudum lævam verſus.*

ΔΡΟΥϹΙΛΛΑ ϹΕΒΑϹΤΗ ΜΥΤΙΛηναίων. (*DRUSILLA AUGUSTA MYTILENAEORUM.*) *Caput Druſillæ ornatum, lævam verſus.*

Mytilenæi nunc prima vice occurrunt, horum *Urbs Mytilene* in *Lesbo* ſita erat, hinc in quodam apud *Seguinum* p. m. 24. nummo πρώτη Λέσβῳ Μυτιλήνη audit, quod & *Plinius* docet Libro V. Cap. 39. ſcribens: *Lesbos* Inſula, in qua libera *Mytilene*, & *Stephanus* de *Urbibus* p. 575: Μυτιλήνη, πόλις ἐν Λέσβῳ μεγίστη· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· ἀπὸ Μυτιλήνης τῆς Μάκαρος θυγατρὸς, ἢ Πέλοπος· οἱ δὲ, ὅτι Μυτίλης ἦν ὁ οἰκιστὴς, οἱ δὲ, ἀπὸ Μύτωνος τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ Μυτιλήνης. *Mytilene Urbs in Lesbo maxima, de qua Hecatæus in Europa, quæ à Mytilene Macaris, aut Pelopis filia nomen habet. Alii verò perhibent, quod Mytiles ejus fuerit conditor. Alii verò tradunt, à Mytone filio Neptuni hoc nomen accepiſſe.* Magnam quoque *Mytilenæorum* erga Germanici familiam fuiſſe propenſionem, vel ex hoc nummo ſatis clare datur colligere, quam imprimis, eodem capeſſente imperium declararunt. Hanc inde inter alia enatam fuiſſe vero ſimillimum eſt, quod *Agrippina*, *Germanici uxor*, *Juliam*, è liberis ſuis ultimam, ibidem enixa fuerit, multisque beneficiis propterea eosdem cumulaverit. Ita enim *Tacitus* Libro II. *Annalium*: *Petita inde Eubœa, transmiſit Lesbum, ubi Agrippina noviſſimo partu Juliam edidit.* Memori grataque mente iſta tenentes Mytilenæi, Cajum viciſſim

ciſſim hic cum Druſilla ſorore quam deperibat, penitus, &, ut loquitur *Suetonius* Cap. XXIV. *in modum justæ Uxoris propalam habebat*, ſiſtunt in *nummo. Suetonii* ſaltem repetimus de eadem verba: *Ex his* (tribus ſororibus) *DRUSILLAM vitiaſſe virginem prætextatus adhuc, creditur, atque etiam in concubitu ejus quondam deprehenſus ab avia Antonia, apud quam ſimul educabantur. Mox Lucio Caſſio Longino, Conſulari, collocatam, abduxit, & in modum JUSTAE UXORIS propalam habuit. Hæredem quoque bonorum atque Imperii æger inſtituit.* Adulantes ergo *Mytilenæi* eandem cur non AUGUSTAM in nummo adpellent? cur non eandem cum ipſo conjungerent, quam poſt mortem Veneris habitu & cognomine Pantheæ conſecratam quoque voluit, uti Num. 26. & 27. jam monuimus, & ſupra Tab. III. Num. 5. & 6. Obiter notamus, cum à multis veteribus *Auctoribus Mitylenen* videamus quoque ſcriptam, transpoſitis vocalibus, nos præferre hunc ſcripturam, quam in nummo hoc & aliis offendimus, è quibus quippe tutiſſime ſcribendi ratio petenda eſt, de quo videri quoque poteſt *Voſſius* ad *Mel.* p. 201. Vulgaverunt hunc *rariſſimum nummum* jam *Morellius* in *Specimine* II. *Lipſienſi* Tab. XX. Num. 6. p. 205. & *J. Valens* in *Nummis Græcis* p. 12. ſub *Druſilla.*

Num. 35. 36.

Γάϊον KAICAPA CEBACTON MYTIΛηναῖοι ſc. ἐτίμησαν. (*CAJUM CAESAREM AUGUSTUM MYTILENAE* ſc. *colunt. Cajus Cæſar ſtans velatus, ritu ſacrificantis, dextra pateram tenet.*

IOYΛIAN NEAN ΓEPMANIKOυ MYTIΛηναῖοι. (*JULIAM NOVAM GERMANICI MYTILENAEI.*)

Cum de hoc nummo infra, ubi de *Nummis Juliæ* agemus, uberior deinde erit locus, eo B. L. ſtatim ablegamus, id propter hic adducto, quod & Caji præferat nomen & habitum.

Num. 37.

Cajus CAESAR GERMANICUS. Caput Germanici laureatum, lævam verſus, uti Tab. I. Num. 2.

AGRIPPINA. Caput Agrippinæ ornatum, lævam verſus.

Multos jam vidimus nummos, qui matrem Agrippinam & filium Cajum obſignatum in nummis omnis propemodum æreis exhibent, ſolum gratiam apud Cæſarem ineundi cauſa, præſertim cum ſcirent ſingulari ſtudio ejus oſſa ac cineres collegiſſe ſingularique pompa ipſius funus curaſſe. Ejusmodi verò nummos, & ubi plura, quæ huc ſpectant, jam diximus, B. L. inveniet Tab. III. Num. 4. & in argenteis ibid. Num. 6. & 9. Tab. IV. Num. 21. Tab. VI. Num. 3. 11. 19. & 25.

Num. 38. & 39.

ΓAION KAICAPA ΓEPMANIKON EΠI AOYIOΛA, ſc. ἐτίμησαν. (*CAJUM CAESAREM GERMANICUM SUB AVIOLA (ProConſule)* ſc. *colunt.*) *Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tab. VI. Num. 26.*

ΓEPMANIKON AΓPIΠΠEINAN ΣMYPNAIΩN MHNOΦANHC. (*GERMANICUM AGRIPPINAM (Urbs colit SMYRNAEORUM MENOPHANES) (Prætor) Capita Germanici & Agrippinæ adverſa.*

Averſam, uti hic eſt, ſupra Num. 26. hujus Tabellæ jam vidimus, nec multum *adverſa* diſcrepat ab *illa*, *quæ* Num. 27. occurrit, modo quod loco *Druſillæ* hic *Germanicus* & *Agrippina* legantur; certiusque modo exinde reddatur, quod *Smyrnæi* adulantes, ut cæterarum Urbium incolæ, ſub *Aviola ProConſule* & *Menophane*, *Prætore*, ſicut in illo monumento *Druſillam* cum *Cajo*, & in iſto Num. 29. & 30 ſub *eodem* Magiſtratu *Cajum* ſolum, ita in hoc cum Parentibus *Germanico* & *Agrippina Cajum* item novo tertioque monumento venerati fuerint. Nummum hunc non vulgarem jam luci expoſuere *Job. Valens* in *nummis Græcis* p. 11. ex *D. Foucault Muſeo*, & ex *D. Gallandi Morellius* ſupra in *Nummis Germanici* & *Agrippinæ* Tab. XIII. Num. 23. & 24. perinde ac ex *Theſauro Regis Chriſtianiſſimi*, ubi tamen vocem Σμυρναίων in *exeſo* ſuo nummo legere non potuit, *quam* ex *Valente* hic reſtituimus. Integrum tamen, quod ex illo tempore, quo hoc ſcripſeramus jam, obſervavimus, attulit in *Nummis Conſularibus* & quidem ſub *Familia Acilia* Tab. II Num. 1. Exſtat & hodie in *Theſauro Schwartzburgico.*

TABU-

TABULA VII.
CONTINENS
NUMMOS CALIGULAE
AEREOS MEDII MODULI.

NUM. I.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS PONTifex Maximus TRibunicia POTestate. Senatus Consulti nota in media area.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGUSTi Filius DIVI AUGusti Nepos. Caput Germanici nudum, dextram versus, uti hac Tab. VII. Num. 12.

Studium Senatus Populique Romani Caligulam admonendi de moribus paternis sectandis singulariter elucescit ex tot omnis metalli monumentis, in quibus vultum ipsius cum Parentis conjunxere; colligere hoc nobis satis datur ex illis, quos Tab. III. Num. 7. & 11. in aureis, Num. 7. in argenteis Tab V. Num. 13. 15. 16. 18. & 19. Tab. VI. Num. 2. jam adduximus, ad quos B. L. ablegamus, ne actum jam agamus. Tantummodo advertimus, cum solam Pontificis Maximi & Tribuniciæ Potestatis primæ dignitatum (de quibus supra) notas præ se ferat, illum statim sub initium regiminis sui A. V. C. DCCXC. Christi XXXVII. Consulibus *C. Acerronio Proculo & C. Pontio Nigrino* fuisse signatum. Exhibuimus etiam illum supra in *Germanici nummis æreis* Tab. II. Num. 14. Exstat in *Thesauro Schwartzburgico*, & illum jam vulgavit quoque *Mediobarbus* in *Cajo* p. 77. quanquam ille MAX. pro M. & P. pro PON. offendisse quoque testetur.

NUM. 2.

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate III. (Tertium) Pater Patriæ. Senatus Consulti nota in area.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti DIVI AUGusti Nepos. Caput Germanici nudum, lævam versus, uti Tab. VII. Num. 9.

Nihil est, quod in hoc nummo attendere habeamus, si addas, quæ ad præcedentem diximus, præter quod Tribuniciam Potestatem III. tertia vice gestam exhibeat, de qua satis supra Tab. I. Num. 26. itemque titulo patris Patriæ ibidem Num. 24. egimus, ut adeo pateat simul, illius typum cum Germanici Patris icone non una vice fuisse à Senatu Populoque, jamque A. V. C. DCCXCII. Christi XXXIX. *M. Aquillio Juliano & P. Nonnio Aspernate Consulibus*, repetitum. Dedimus jam illum supra Tab. II. Num. 15. Exhibuit & illum *Mediobarbus* in *Cajo* p. 77.

NUM 3.

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGUSTUS Pontifex Maximus TRibunicia POTestate III. Pater Patriæ. Senatus Consulti nota in media area.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti Filius DIVI AUGusti Nepos. Caput Germanici nudum, lævam versus, uti Tab. hac ipsa VII. Num. 9.

Sola scriptione vocis POT. pro P. in aversa hic ipse à præcedente differt; hinc pergimus, modo addentes, quod illum quoque supra in *Germanici Nummis æreis* Tab. II. Num. 16. adduxerimus.

NUM. 4.

Cajus CAESAR DIVI AUGusti PRONepos AUGustus Pontifex Maximus TRibunicia POTestate IIII. (Quartum) Pater Patriæ. Senatus Consulti nota in media area.

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGusti Filius DIVI AUGusti Nepos. Caput Germanici nudum, dextram versus, uti hac Tab. VII. Num. 9.

Ob typi præstantiam eundem nummum quartà vice, illoque quarta vice gerente Tribuniciæ Pote-

Poteftatis dignitatem, obfervamus, quod factum effe novimus A. V. C. DCCXCIII. Chrifti XL. eodem Confule folo. Neque prætermittere poffumus, illum jam fupra à nobis in *Germanici Nummis æreis* Tab. II. Num. 17. fuiffe adlatum, exhibitumque quoque à *Mediobarbo* in *Cajo* p. 78. ex indice *Cavotortæ*, hodieque exftare in *Thefauro Schwartzburgico*.

NUM. 5.

Cajus CAESAR AUGuftus PONTifex MAXimus TRibunicia Poteftate IIII. (Quartum) COnSul IIII. (Quartum) Senatus Confulti nota in media area.

vel

GERMANICUS CAESAR TIberii AUGufti Filius DIVI AUGufti Nepos. Caput Germanici nudum.

vel

Cajus CAESAR GERMANICUS AUGuftus. Caput Caligulæ nudum, lævam verfus, uti Tab. I. Num. 6.

Confulatus IV. dignitati Tribuniciæ Poteftatis, quam pariter quarta vice geffit, in hoc nummo adjectus eft, incidens in annum V. C. DCCXCIV. & Chrifti XLI. quo occifus eft, Collega tunc ipfi exfiftente *C. Sentio Saturnino*. Æri jam illum quoque incidi juffimus fupra in *Germanici nummis* Tab. II. Num. 18.

NUM. 6.

Cajus CAESAR AUGuftus GERMANICUS IMPerator. Caput Caligulæ laureatum, dextram verfus, uti Tab. I. Num. 7.

vel

Cajus CAESAR AUGuftus GERMANICUS. Caput Caligulæ laureatum, lævam verfus, uti Tab. I. Num. 3.

MUNicipium AUGUSTA BILBILIS ... intra coronam querneam, in area nummi, II. Duum VIRis.

Gemellum huic planè nummum fupra Tab. V. Num. 2. exhibuimus, quem *Bilbili*, *Celtiberorum Urbi* in *Tarraconenfi Hifpania* debemus, fub *Cajo CORNelio REFEcto & M. HELVio FRONTone II. Viris* cufum. Hic literæ Duumvirorum ærugine exefæ legi non potuerunt, credibile tamen eft fub iisdem Duumviris eundem prodiiffe. Quæ hic moneri de hoc Municipio plura poffunt, ibidem B. L. inveniet. Poffedit eundem olim *Dominus Gotofredi*, uti ex *fchedis Morellianis* nobis conftat. *C. Mediobarbus* quoque ex *R. P. Cattanei Nummophylacio* p. 78. unum affert cum Infcriptione MU (potius MUN.) AUGUSTA BILBILIS circum coronam querneam, in qua II. VIR. nifique nos omnia fallunt, hic ipfe eft, & quoque Duumviri in eodem exfculpi non potuerunt ab Autore laudato.

NUM. 7.

Colonia Cæfarea Augufta MONTANO ET GERMANO II. (Duum) VIRis. Colonus boves ante fe agens, & fulcos aratro ducens.

Denuo novum Coloniæ Cæfareæ Auguftæ monumentum nobis obviat, de qua Colonia fupra Tab. IV. Num. 12. item Tab. V. Num. 4. 5. & Tab. V. Num. 3. Sanè ficuti Tab. IV. Num. 12. & 13. Licinianum & Germanum confpeximus Duumviros, Tab. V. Num. 6. Titulum & Montanum. Num. 7. verò ibidem Scipionem & Montanum, ita hic Montanum & Germanum conjunctos deprehendimus, ut exinde eo certius conftet non diutinum Duumvirorum horum fuiffe imperium, fed ad certum modo tempus, quamvis in Coloniis Municipiisque eodem fere jure Magiftratus effent, ac Romæ Confules. Exhibuit jam hunc nummum ex *Cimelio Regio* defcriptum *Harduinus* de N. P. & V. p. 108. *Morelliusque* apud *Dn. Gottofredum* olim reperit, ex cujus *fchedis* eundem attulimus.

NUM. 8.

Cajus CAESAR GERMANICUS Caput Caligulæ laureatum, lævam verfus, uti Tab. I. Num. 3.

Colonia Cæfarea Augufta LICINIANO ET GERMANO II. (Duum) VIRis. Aquila legionaria intra duo figna cohortium, quorum in apicibus dextræ erectæ confpiciuntur.

Eundem prorfus typum fupra Tab. IV. Num. 13. jam dedimus, modò quod ifte ære magno, hic medio expreffus fit, quare eo B. L. ablegamus. Debemus hunc *fchedis Morellianis*. Exhibet & illum *C. Patinus* in *nummis æreis medii & minimi moduli* p. 92.

NUM.

NUM. 9. & 10.

Cajus CAESAR GERMANICUS AUGustus. . Caput Caligulæ nudum, lævam versus.

GERMANICUS CAESAR. Caput Germanici nudum, lævam versus.

Tædet planè, ea quæ supra ad Tab. III. Num. 7. & 11. & Tab. hac ipsa VII. Num. 1. adnotavimus, hic repetere. B. L. potius eò ablegantes. A nemine, quoad scimus, alias hic nummus adhuc vulgatus est, & exhibuimus supra jam illum in *Nummis Germanici* Tab. XII. Num. 17. & 18.

NUM. 11. & 12.

. . . . . UG. GERMANICUS. hoc est: *Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS. Caput Caligulæ nudum, lævam versus.*

GERMANICUS CAESAR . . . . . . (Dossenò Pulchro) II. (Duum) VIRis Caput Germanici nudum, lævam versus.

Supra integrum hunc nummum jam produximus ex *Thesauro Schwartzburgico* Tab. V. Num. 14. & 15. Noster heic ab illo saltem in hoc differt, quod *ibidem utriusque caput laureatum*, hic *nudum* compareat, ibique GERM. ubi adversa *Germanici* est legatur, heic vero GER. saltem, propterea dignus quoque visus, ut illum *L. Begerus* Tom. III. *Thes. Brandenburgensis* inseruerit p. 95. Num. 2. è quo hic attulimus.

NUM. 13. & 14.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS. Caput Caligulæ nudum, lævam versus.

GERmanicus CAESAR PULCHRO III. VARIO II. (Duum) VIRis. Caput Germanici nudum, lævam versus.

Exhibuimus jam supra hunc nummum Tab. V. Num. 13. & 14. sed quoniam hic *utriusque caput nudum* intuentibus sistatur; dehinc GER. pro GERM. in *adversa*; itemque PULCHR. pro PULCHRO legatur, visus propterea est *Cl. Begero* non indignus, qui noviter *Thesauri sui Brandenburgici* Tomo III. p. 95. Num. 3. inseratur, ex quo repetere & heic nobis placuit.

NUM. 15.

ΕΠΙ ΣΤΡατηγȣ Φλαβίȣ ΑΠΟΛΛΟΝΙΑΤΑΝ. *(SUB PRAETORE FLAVIO APOLLONIATARUM.) Templum sex columnarum.*

De *Apolloniatis* juxta *Ephesum*, à quibus nummus noster fuit percussus, satis diximus supra ad Tab. VI. Num. 1. ubi & ad hunc nostrum jam nos provocasse, meminimus. Hoc saltem inde elicimus non uno tempore, sed diversis, hoc officii genus *Caligulæ* exhibuisse *Apolloniatas*, nempe non solum sub *Strabone*, sed etiam sub *Flavio*, Prætoribus, qui summus apud Græcos erant Magistratus, & sicuti in Civitatibus Latinis Duumviri, ita hic Magistratus ab Atheniensibus, ut Archontum autoritatem labefactarent, fuit introductus, à quibus in Colonias deinde migravit, sed cum *D. Valens* p. 319. de *Nummis Græcis* asserat in *nummis* ante *Domitiani* tempora Στρατηγȣ nomen vix reperiri, contrarium plane ex nummo nostro discimus, in quo quippe *Flavium Prætorem* sub *Caligula* offendimus. Addimus saltem hunc nummum jam vulgasse *D. Valentem* in de *Nummis Græcis* pag. 11. & 323. sub *Urbium Magistratibus*, qui se loco supra citato apud *Fr. Lotti* deprehendisse, affirmat.

NUM. 16.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣαρα ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒαστον. *(CAJUM CAESAREM GERMANICUM AUGUSTUM.) Caput Caligulæ laureatum, dextram versus, uti Tab. II. Num. 58.*

ΙΕΡΑΠΥΘΝΙΩΝ ΕΠΙ ΦΛΑΟΥΙΟΥ. *(HIERAPYTHNIORUM SUB FLAVIO.) Aquila insistens fulmini, ad palmam arborem.*

Supra Tab. VI. Num. 24. Hierapythniorum in Creta Insula nummum sub Augurino Prætore cusum, jam vidimus, nunc eorundem denuo alius sub *Flavio* nobis obviat. Hujus *Flavii* mentio fit in vetusta Inscriptione apud *Gruterum* pag. MXCIIII. 7. in ipsis *Hierapythnæ* civitatis ruderibus olim reperta.

Λ ΦΛΑΟΥΙΟΝ
ΣΟΥΠΛΙΚΙΑΝΟΝ
ΥΙΟΝ ΦΛΑΟΥΙΟΥ
ΔΩΡΙΩΝΟΣ....,

Lucium Flavium Sulpicianum, Flavii Dorionis filium. quamvis *Joh. Valens* in de *Nummis Græcis* sub titulo, Magistratus, sine titulo, inter illos hunc *Flavium* reposuerit, cujus Magistratus ignoratur. De *Hierapythniorum* symbolis aquila & palma fusius jam loco citato supra à nobis actum est, quo B. L. ablegatum volumus. Vulgavit jam hunc secundi moduli rarissimum nummum *Harduinus* pag. 215. *Joh. Valens* in *nummis Græcis* non solum æri incisum dedit, sed etiam descriptum p. 11. & 328.

NUM. 17.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ (*Smyrnaeorum*) *Figura ſedens, dextra ſpicas tenet.*

Sicuti ſupra Smyrnæorum monumentum *Caligulae* ſub *Menophane* Prætore exhibitum Tab. VI. n. 26. & 27. itemque n. 28. contemplati ſumus, ita novum ſubinde hic eorundem nobis obviat. Num vero Cererem, præcipuum & inter alia Smyrnæorum Numen, (ceu & illa ſtans ſedente Cybele in nummo Aurelii Gazæ Regiæ Verſalienſis viſitur,) an Druſillam per illam, ſicuti in ſuperiori, venerari voluerint, certo dici nequit, licet priori ſententiæ accedere malimus. Vulgavit & eundem jam *J. Valens* in nummis Græcis p. 11. qui ſe ipſum apud D. P. *de la Chaiſe* vidiſſe affirmat.

NUM. 18.

Γάϊος ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟC. (*Cajus Cæſar Germanicus*). *Caput Caligulæ laureatum, lævam verſus, uti Tab. II. Num.* 60.

ΕΠΙ ΦΛΑΚΚΟΥ ΑΙΖΑΝΗΤΩΝ (*Sub Flacco Æzanitarum*) *Caput Agrippinæ matris.*

Supra Tab. VI. n. 20. & 21. *Æzanitas* ſub *Lollio Claſſico*, ibidemque Tab. VI. n. 22. ſub *Ruffo Flacco Caligulam* venerantem vidimus, nunc in alio monumento ipſum & matrem ſimul colere voluerunt, more Græcis urbibus conſueto. Vulgavit jam hunc nummum *J. Valens* in Nummis Græcis p. 11. & ſe apud *Dn. Gallandum* offendiſſe, affirmat.

NUM. 19. 20.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΕΠΙ ΑΟΥΙΟΛΑ. (*Cajum Cæſarem Germanicum ſub Aviola ſcil. Proconſule*) *Caligula ſtat dextrâ chartam involutam tenens.*

ΠΕΡΓΑΜηνῶν ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ ΔΡΟΥΣιλλαι. (*Pergamenorum Menophanes Druſillam colit,*) *Druſilla ſedet dextra ſpicas tenens.*

Uti ſupra Tab. VI. n. 26. *Druſillam*, *Proconſule* exſiſtente *Aviola*, Smyrnenſes coluerunt, ita & hic Pergameni ſub iisdem Magiſtratibus; de qua civitate *Stephanus* p. 635: Πέργαμος, πόλις Ἀσίας, ὁ πολίτης, Περγαμηνὸς, *Pergamus, Urbs Aſiæ, Civis Pergamenus.* Hæc nempe Urbs Troadis ſeu Myſiæ mediterraneæ ad Caycum fluvium exſtitit, ſub Attalicis Regibus diu fortunata, poſtea Romanorum Provincia facta, & in illa chartæ uſus inventus, quæ hodie adhuc Pergamena vocatur. Galeni præterea fuit patria, & vel ab Attalo, uti *Ælianus* vult, vel ab *Eumene*, uti *Plinius*, condita. *Æſculapium* quoque ibidem medicinam exercuiſſe, ibidemque officinam habuiſſe, *Lucianus* non ſolum in *Icaromenippo*, ſed & nummi *Decii* & *Valeriani* fidem faciunt; in quibus *Æſculapius* ſtans cum conſueto baculo conſpicitur. Edidit hunc nummum jam in lucem *J. Valens* in nummis Græcis p. 11. qui ſe apud *Dn.* (1) *Gallandum* deprehendiſſe, in margine refert.

NUM. 21. 22.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ (*Pergamenorum*) *Victoria gradiens lævam verſus, dextra coronam, ſiniſtra baculum tenet.*

Novum denuo ſub manus venit Pergamenorum erga *Caligulam* obſervantiæ monumentum; ut diſcamus, multum præ aliis eandem urbem illum coluiſſe, præſertim de expeditione Germanica reducem. Emiſit illum jam in lucem *J. Valens* in nummis Græcis p. 11. qui ſe eundem apud *Dn. Dronium* vidiſſe affirmat.

(1) Servatur quoque elegans hic Nummulus in Muſeo noſtro, ſimilemque apud Gerardum Schaakium & in Muſeo Wildiano deprehendimus. SIGEBERT. HAVERCAMP.

TA-

TABULA VIII.

EXHIBENS

NUMMOS CALIGULAE

EX H. GOLTZIO.

NUM. I. 2.

Cajus CAESAR GERMANICUS, PONTifex, COnSul DESIGnatus. Caput Caligulæ nudum lævam versus.

DIVUS AUGUSTus PATER JULIA AUGUSTA. Amborum capita opposita, illius corona radiata insigne, hujus velatum.

Supra Tab. I. num. 11. pluribus jam de hac *aversa* egimus, quo B. L. ablegamus, addentes saltem, hanc exhiberi quoque à *Goltzio* in *Thesauro* p. 38. & ex hoc ab *Occone* p. 103. edit. ult. Cæterum, cum totam propemodum *Caligulæ Familiam* in nummis superioribus jam vidimus exhibitam, & singulariter *Augusti* vultum coronâ radiatâ superbientem, cum DIVI ac PATRIS PATRIÆ elogio, (qui hic solo PATRIS superbit) Tab. III. num. 2. 3. 9. in *aureis*, idemque Num. 1. 2. 4. 5. 10. 11. in *argenteis*, itemque Tab. IV. num. 1. 2. *Drusum*, avum, præterea Tab. III. num. 8. *Germanicum*, Patrem, Tab. III. aliquoties, sicuti & Tab. V. & VI. *Agrippinam*, matrem, toties Tab. III. & VI. *Agrippinam*, *Drusillam*, *Juliam*, sorores, non una vice Tab. III IV. & VI. nunc *Julia*, proavia, quoque sistitur, *velo* caput tecta. quod ipsi *Divinitatis* argumentum, perinde ac *Augusto corona radiata* est, quo ipso *divini generis origine* se singulariter jactare solebat *Caligula*, perinde ac prædecessor suus *Tiberius*, quod uberius supra jam declaravimus. In promptu vero causa est, cur *aureo* hoc *monumento*, sine dubio circa A. V. C. DCCXC. adeoque circa initium Regiminis sui cuso, *memoriam proaviæ suæ Juliæ*, seu *Liviæ*, perenniorem reddere voluerit *Caligula*, si quidem de eo *Suetonius* in ejus vita cap. 10. ita: *Unde reversus, primum in matris, deinde, ea relegata, in LIVIÆ, Augustæ, Proaviæ suæ, contubernio mansit, QUAM DEFUNCTAM prætextatus etiam tum pro ROSTRIS LAUDAVIT.*

Hunc B. Morellius in MStis Goltzianis suis intulit, itemque apud *Franc. Diazium* deprehendit.

NUM. 3.

Colonia Cæsarea Augusta PULCHRO GERMANO LICINIANO II. (Duum) VIRis. Bos gradiens.

De Colonia Cæsarea Augusta supra Tab. IV. n. 12. 13. & Tab. V. n. 3. 4. item Tab. VII. n. 7. 8. dictum est, sicuti & de Duumviris in eo occurrentibus, *Liciniano* & *Germano*. Solum observamus, magis hoc nostro nummo corroborari, id quod supra elicuimus, nempe alterum ex his Duumviris à civibus deductis, alterum ex veteranis suum traxisse genus. Bos an ad sacrificium quoque hic spectet, uti supra Tab. V. n. 3 pluribus ostendimus, vix ambigimus. Licinianum ex Licinia Gente adoptatum, perinde ac Germanum Cassiæ Gentis, alias probavimus ibid. n. 4 solum attendentes, quod qui supra in nummis *Licinianus* simpliciter audit, hic *Licinianum Pulchrum* vocari, nisi velis *Pulchrum* ad Germanum referre; quod alias Claudiorum cognomen est. Hunc schedis & MStis Goltzianis *B. Morellius* debuit.

NUM. 4.

Colonia Cæsarea Augusta. Aulo HOSTILio, Lucio FABIO II. (Duum) VIRis. Bos stans.

Denuo novos accipimus Duumviros Coloniæ Cæsareæ Augustæ, Aulum Hostilium & Lucium Fabium, à Goltzio quoque hac dignitate notatos in Thesauro p. 251. & 252. ut exinde facile concludere nobis liceat non diutinum horum Duumvirorum fuisse imperium. Notum alias in hac Gente, sine dubio Plebeja, *Hosti*, *Tulli*, *Lucii*, *Caji* & præprimis *Auli* prænomen, de quo *Glandorpius* potest consuli. Fabia Gens Patricia majorum gentium, in plures divisa familias, variis cognominibus inclaruit, qualia sunt *Ambustus*, *Buteo*, *Labeo*, *Licinus*, *Maximus*. *B. Morellius* hunc in schedis & MStis *Golzianis* deprehendit.

Num. 5.

Colonia Cæsarea Augusta. Gajo SOSBIO Quinto NONIANO SEXto PAPINIO II. (Duum) VIRis. Bos stans.

Tres Duumviri in hoc Nummo occurrunt. Quis verò ille *C. Sosbius* sit, cum ignoratissimis, nisi hic nummus eundem offerret, sciremus. *Sosibium* educatorem Britannici Tacitus adnotavit, & Σωσίβιος literator apud Suidam exstat. Nonianum ex Nonia Gente adoptatum forte quis conjiciat. Sextus Papinius Allenius novissimis Augusti temporibus primus in Italiam tuberes & Zizipha mala, hæc ex Syria, illa ex Africa, teste *Plinio*, lib. XV. c. 15. attulit. Fuit autem Consul sub Tiberio A. V. C. DCCLXXXVIII. Hujus est illa Inscriptio Patavii in Monasterio S. Justinæ:

SEX. PAPINIO Q. F. ALLENIO TRIB. MIL. Q.

LEG. TIB CÆSARI. AUG. TR. PL. LEG. TIB.

CÆS. AUG. PROPR. COS. XV. VIR SACR. FAC. D. D.

Fortè hujus filius est, nempe Sextus Papinius, qui una cum multis equitibus Romanis & Senatoribus à Cajo Cæsare flagellis cæsus est, testante Seneca de Ira Libro III. Sextus quoque Papinius, idem forte cum præcedente, Præfectus stipatorum corporis Caligulæ exstitit, cujus meminit Josephus Libro XIX. cap. 1. An hic idem qui in nummo, quis dicet? *Morellius* eundem ex schedis Goltzianis protraxit.

Num. 6.

Colonia Cæsarea Augusta Publio CLAUDIO Marco QUARTINO Quinto VERANNIO. II. (Duum) VIRis. Bos stans.

Denuo tres in hoc ipso nummo occurrunt Duumviri. Marcum Quartinum in Nummo *Goltzius* quoque reperit, teste eodem in Thesauro. p. 256. itemque *Quintum Verannium* Duumvirum, eodem referente p. 258. ut adeo in tam brevi regiminis *Caligulæ* spatio minimum tredecim diversos habuerimus unius Coloniæ Cæsareæ Augustæ Duumviros. E schedis MStis Goltzianis *Morellius* luci primum dedit.

Num. 7.

COLonia AGRIPPa PATRICIA. Vir cum bove & Vacca aratro sulcos ducens.

Quid de hoc Nummo senserit *Harduinus* p. 15. hisce prodit: „COL. AGRIPPA PATRICIA. à *Goltzio* in Thesauro refertur p. 236. atque „ex eo Thesaurum quoque suum *Ortelius* locupletavit: sed factum ab utroque incaute: neque enim „Coloniæ ibi, sed viri nomen Agrippa est, sive „Duumviri ejus Coloniæ, sive illius, qui amicus „ac Gener Augusti fuit: pertinetque nummus alter „ad Coloniam Patriciam, quæ Corduba est. Itaque „legi necesse est: COL. PATRICIA AGRIPPA.

Quod attinet *Golzium*, ille omnino in Thesauro p. 236. ita: COL. AGRIPPA PATRICIA. Num. C. Cæs. Aug. Licetque concedamus, Coloniam Patriciam, quæ *Corduba* est, hic innui, hoc tamen *Harduino* dare non possumus, illum Agrippam hic designari, qui Augusti fuerit Gener, quippe quod temporis ratio haud permittit, ut potius credamus unum fuisse ex Duumviris. Cæterum quod ipsam Coloniam Patriciam attinet, de ea *Plinius* Lib. III c. 111. *Corduba Colonia, Patriciæ cognomine.* Et in Nummis Augusti totidem verbis legitur: COLONIA PATRICIA. In Nummo vero *Tiberii* in Thesauro *Goltzii*: COL. CORDUBA PATRICIA. pluribusque hoc *Ambrosius Moralis* ex ejus antiquis Marmorum inscriptionibus ostendit, atque *Antonius Augustinus* Libro VIII. Antiquit. p. 124. putat, quasi Colonia veteranorum & honestorum, quibus, ut Patribus, honos debeatur. Ut taceamus apud Gruterum in Inscriptione p. 323. Coloniam Patriciam Cordubensem nominari. Hodie *Corduba la veja* dicitur, leuca ferè una à Corduba nova, quam nos *Cordove* dicimus, sita. Alias Bæticæ Hispaniæ Urbs clarissima, utriusque *Senecæ* & *Lucani* patria, hinc *Martialis* ad *Licinianum*:

Duosque Senecas, unicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba.

Fertilitasque ejus ita laudatur à *Silio* Lib. III.

Nec decus auriferæ cessavit Corduba terræ.

Et *Martiali*:

Qua dives placidum Corduba Bætin amat.

Extra dubitationis ergo aleam positum credimus hanc Coloniam Patriciam aliarum Hispanicarum urbium exemplo venerationem suam hoc ipso numismate Cajo voluisse contestari. Dedit, ut diximus, jam illum *Goltzius* in Thesauro p. 236. ex eo *Ortelius* in Thesauro, *Harduinus* de N. P. & U. p. 15. & 121.

Num.

Num. 8.

Cajus CAESar GERMANICUS AUGustus IMPerator. Caput Caligulæ laureatum dextrorsum, uti Tab. I. n. 32.

SEGOVIA. Vir galeatus equo decurrens hastam dextra tenet.

A*revacorum* Urbs illustris in *Hispania Tarraconensi Segovia* est, *Ptolemæo* Σεγȣβία (Segubia) dicta, (quamvis & alia quoque sit in *Bætica*) hodie *Segovia* pariter dicta. Plinius Libro III. c. 3. *Arevacis nomen dedit fluvius Areva; Horum sex Oppida: Saguntia & Uxama. Præterea Segovia* &c. *Antonius Augustinus* Dial. VIII. p. 121. jam observavit, *Plinium eandem* neque *municipium* facere, neque *stipendiariam*, tantum in *Arevacis* eandem locare. *Harduinus* p. 446. eandem haud procul *Numantiam* constituit, in *Celtiberis*, & *Ptolemæum* in testem vocat. Sed rectissime jam ipsi respondit *Cellarius* in *Geographiæ antiquæ* Libro III. c. 1. p. 118 scribens: *Harduinus dicit, Arevacarum Segoviam Plinio & Ptolemæo memoratam non esse mediam inter Madridum & Vallisoletum, quæ mirabiles aquæ ductus cum Segoviæ nomine conservat: sed urbeculam, quæ sub eadem cœli parte atque Numantia, eodemque situ à Ptolemæo collocetur. Hæc numeris confisus Ptolemæi scripsit, qui si recti sunt, eadem longitudo Segubiæ est & Numantiæ; latitudo in Septemtrionem, quam Numantiæ elevatior. Quum verò numeri illi sæpè fefellerint, & plura in Hispania conturbet alibi Ptolemæus; nolim sola illius jussione a celebriori Segovia ad ignobilem obscuramque diverti. Fateor celebrem illam Urbem pæne extra fines Arevacarum esse; sed esto, quod satis sit, in limine fuisse, id quod ut credam, facilius adducor, quia & Plinius & Ptolemæus & Itinerarii auctor tantum unam Segoviam habent, nec ipsi Hispani aliam in his circa Durium oris ostendunt, aliam demum prope Cordubam ad Bætin, de qua Vasæus p. 91. consulatur; quæ nihil cum nostra, ut alieno situ, commune habet. Quod si omnino etiam positio repugnaret, quæ verò non planè aliena est; tamen vel nominis & famæ caussa illustre opus explicaremus, quod nihil certi constat, cui alii hoc genti sit adscribendum, nec alia forsan se offert ad prædicandum illud occasio. Est enim hæc Segobia vel Sequoja hodieque conspicua cum ob alias rationes, tum maxime propter mirandum aquæ ductum, ex Trajani ævo, ut putatur, reliquum, de quo Marianus Siculus Libro I. Rerum Hispanicarum tradit, se ultra septingentos in Hispania pontes numerasse, sed nihil vidisse, quod cum hoc arcu seu aquæ ductu & ponte Alcantarensi conferri possit.* Hinc, ut hoc quoque sub calcem adjiciamus, præeunte *Augustino* loco supra citato, Urbis hujus *Orthographiam* discimus, quæ ad hunc diem cum B scribi solet, cum tamen in nummo hoc nostro, perinde ac in alio *Augusti* quem *Golzius* in *Thesauro* p. 231. citat, itemque *alio*, quem *Augustinus* p. 121. adfert, semper per V. *Segovia* exaratum legatur. Ex MStis *Goltzii* attulit eundem *Morellius*.

Num. 9. 10.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒαστον ΑΡΧιερέα ΜΕΓαν ΔΗΜαρχικῆς ΕΞΟΥΣίας *(Cajum Cæsarem Germanicum Augustum Pontificem Maximum Tribunicia Potestate) Caligula equitans dextra sublata.*

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. *Europa tauro insidens.*

H*ispaniæ* Urbem *Caligulæ* adblandientem in præcedente numero vidimus, nunc *Macedoniae* sequitur *Amphipolis*. Juvabit de ea ante omnia audire *Stephanum* de *Urbibus* p. 124: Ἀμφίπολις, πόλις Μακεδονίας καῖὰ Θράκην, ἥτις Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο. κεκλῆσθαι δὲ Μυρίκην, ἢ Ἠϊόνα. Ἀμφίπολιν δὲ, διὰ τὴν περίῤῥοιαν τȣ Σῖρυμόνος, ὡς Θȣκυδίδης τεῖάρῖῃ. ἐκαλεῖτο δὲ ἢ Κράδεμνα, ἢ Ἀνάδραιμος. *Amphipolis, Urbs Macedoniae juxta Thraciam, quae olim Novem viae vocabatur. Referunt hanc Urbem etiam Myrcinum & Ejonem & Amphipolim, quod eam amnis Strymon circumfluat, dictam esse, uti perhibet Thucydides libro quarto. Appellabatur etiam Crademna & Anadraemus.* Supra dicta & *Stephanus* alibi (in voce Σῖρυμὼν) confirmat: Σῖρυμὼν, ποῖαμὸς Ἀμφιπόλεως, οἱ οἰκȣ͂ντες Σῖρυμόνιοι. *Strymon, fluvius circa Amphipolim: accolae Strymonii*; Et *Plinius* Libro IV. c. 10. *Amphipolis liberum (oppidum) gens Bisaltae. Dein Macedoniae terminus amnis Strymon, ortus in Haemo.* Non satis ergo patet, in qua ripa hæc *Atheniensium Colonia, citeriore*, an *ulteriore fuerit sita. Plinius*, uti videtur, *cis Strymonem* collocat. *Scylax* in Thracia *trans flumen*. Sed Clar. *Cellario* videtur, disceptationem hanc facile posse componi, *ipso nomine Urbis*, & quidem ex observatione *Thucydidis*, Lib. IV. scribentis: ἐπ' ἀμφότερα περιῤῥέοντος τȣ Σῖρυμόνος, διὰ τὸ περιέχειν αὐτὴν, *quod utrimque circumfluenti Strymone, a fluvio contineatur.* Scissum enim amnem ante ostia, & *in medio utriusque alvei esse interpositam*, à latere, quod mare respicit, præducto τείχει μακρῷ ἐκ ποταμȣ͂ ἐς ποταμὸν *longo muro ab uno alveo ad alterum.* Alterum nomen, *Novem viae*, quod concernit; eodem, ut proprio, utitur omnino *Herodotus* Libro VII. c. 114. & *Thucydides* Libro I: Οἰκιȣ͂ντες τὰς τότε καλȣμένας Ἐννέα ὁδȣ̀ς, νῦν δὲ Ἀμφίπολιν, *habitare volentes Novem vias, quae nunc Amphipolis sunt.* Præter *Novem viae* vocabatur etiam *Urbs Martis*, teste *Suida*, eandem in *Thraciam* quoque collocante cum *Scylace*. Græcis hodie *Christopolis*, Turcis *Emboli* dicitur. Urbs, ut diximus, *Macedoniae* in *Thraciae* confiniis juxta *Philippos* ad oram litoralem sita est. Cæterum non solum in hoc nostro nummo, sed & in alio *Augusti*, *Europa tauro* insidet, cum epigraphe: ΑΜΦΙΠΟΛΙΤ. in *aversa* verò legitur: ΘΕΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. & in *alio* apud *Occonem*: ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. Ex *hoc* simul, sicut & ex *alio*, apud *Goltzium* in *Graecia* Tab. XXV. in quo pariter ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ, itemque isto, qui iterum est apud *Goltzium* in *Thesauro* p. 207. in quo: ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ ΔΗΜΟΣ, offendimus, discimus, istam in plurali

& per ι simplex & per diphthongum ει fuisse scriptam *Gortynienses* pariter *Europam tauro*, sub quo *Jovem* intelligunt Poëtæ, *insidentem* exhibere, supra Tab. V. n. 21. ostendimus. Nec disputabimus, si quis *Amphipoli*, *Syriæ* civitati, nostrum velit addicere. *Aversam* hujus exhibet *Goltzius* in Thesauro sub *Cajo* p. 38. *Occo* edit. ult. p. 105. *Adversam Morellius* ex *MStis Golzianis*, qui apud Imperatorem exstant, deprompsit, & *schedis suis* inseruit, unde & nos mutuati sumus.

NUM. 11.

ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ. *Intra coronam hederaceam.*

Hoc nomine *non una* gaudet Urbs, de quo præcipuè *Stephanus* p. 136. ΑΝΤΙΓΟΝΕΙΑ, πόλις Χαονίας ἐν Ἠπείρῳ. ὁ πολίτης, Ἀντιγονεύς ἐστι καὶ πόλις Ἀρκαδίας, ἡ πρότερον Μαντίνεια. τρίτη, Μακεδονίας, Ἀντιγόνου κτίσμα, τοῦ Γονάτου. τετάρτη, Βιθυνίας, πρὸς τῷ Δασκυλίῳ. πέμπτη, ἐν τῇ Συρίᾳ, πλησίον Ἀντιοχείας, *Antigonia*, *oppidum Chaoniæ in Epiro*, *cujus Oppidanus Antigonensis dicitur. Est item Urbs Arcadiæ, quæ antea Mantinea appellabatur. Tertia Macedoniæ, ab Antigono Gonatæ filio condita. Quarta Bithyniæ juxta Dascilium. Quinta in Syria, prope Antiochiam.* Quamvis ergo & Macedoniæ Urbs hoc nomine sit, hanc tamen Urbem Epiri Mediterraneam in *Chaonia* regione apud *Macedonum* fines esse arbitramur; Argiro *Castro Nigro*, *Croja* verò *Sophiano* & *Lazio* dicta, *Antigonensium Plinius* Libro IV. c. 1. meminit hisce: *In Epiro primi Chaones à quibus Chaonia, dein Thesproti, Antigonenses*, & *Ptolemæo* Mediterrranea oppida Chioniæ sunt: Ἀντιγόνεια, Φοινίκη, Ἑκατόμπεδον, Ὀμφάλιον, Ἐλαιὺς, *Antigonea, Phœnice, Hecatompedum, Omphalium, Elæus, coronam hederaceam* ludorum in *Bacchi* honorem institutorum, indicem reputamus, quæ & in alio nummo apud *Goltzium* in Græcia vetere Tab. III. comparet, quibus forte *Caligulæ* & singulares honores decrevere inter alias & feriundo Nummos istos æternitati commendantes. Nummum horum Antigonensium alium *Trajani*, cum inscriptione, ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Goltzius* in Thesauro communicat p. 207. Hunc debemus *Goltzii* MStis Schedis, è quibus eundem *Morellius* deprompsit.

NUM. 12.

Γάϊος ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Caput Caligulæ laureatum lævam versus, uti Tab. II. n. 43.*

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ, *intra coronam lauream.*

De *Byzantio* satis multa super Tab. V. n. 22. attulimus, quo B. L. ablegamus. Et uti nummus ibidem duos exhibet *pisces*: *pelamides* puta; ita in aliis, & quod communissimum est symbolum, *Luna crescens* cum stella apparet, vel *Neptuni* effigies cum *tridente* & *delphino*, quod is conditoris, *Byzantis*, esset parens; vel *uva*, quæ *vini* feracem agrum innuit; vel cum *galea*; vel cum *pharis duobus*. Byzantium autem cum hic se μητρόπολιν vocet in nummis, sciat B. L. eo ipso innui, esse primariam totius Provinciæ civitatem, cui cæteræ pareant, urbisque vetustate, amplitudine ac celebritate innixis, conventus suos habebant, ibique finitimarum Urbium cives coram Prætore comparebant. Fateor singulare hoc esse additum in nummis Byzantiorum, quod & *Harduinum* eo induxit, ut de Nummi αὐτενθείᾳ dubitaverit, scribens, *sed vereor, ut sit genuinus.* Neque negamus, mentionem quoque ejus apud Dn. *J. Valentem*, ubi *de urbibus Metropolitarum* jure gaudentibus egit p. 207. sequ. eandem *esse omissam*, licet tamen studiose admodum illarum recensionem dederit. Sed cum Βυζαντίων Κοῖνον quoque in Nummo *Augusti* deprehenderit *Goltzius*, hodieque quam plurimi detegantur ab ipso citati, de quibus quoque ante dubitarunt eruditi; fidem eidem cur denegemus non reperimus, præsertim cui ea felicitas in tot perlustratis Gazis contigit, quæ an alii post ipsum natum obtigerit, rectius dubitandi satis causæ habemus. Citat proinde illum, ut diximus, *H. Golzius* in Thesauro p. 211. & quidem iisdem verbis: Βυζαντίων μητροπόλεων. *Occo* itidem iisdem verbis p. 106. Sed *Harduinus* ex eodem *Goltzii* thesauro eundem quoque adferens, saltem habet Βυζαντίων μητροπόλ. p. 104.

NUM. 13.

ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜάνικος ΣΕΒΑΣΤΟΣ (*Cajus Julius Cæsar Germanicus Augustus*) *Caput Caligulæ laureatum, lævam versus, uti Tab. II. n. 59.*

ΚΥΠΡΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ. (*Cypriorum commune*) *Statua Caligulæ basi imposita, læva, uti videtur, tenens lituum in Templo tetrastylo.*

Cypros Insula, maris Mediterranei notissima, in sinu Issico inter *Ciliciam* & *Syriam* sita, hodie L'Isle de Chypre audit, olim Μακαρία sive *Beata* dicta, quid innuere videtur *Virgilius*:

—— —— *Genitor tum Belus opimam*
Vastabat Cyprum,

Atque *Horatius* Carm. Libro III.

O quæ beatam Diva tenes Cyprum.

De ea *Stephanus* p. 492. Κύπρος, νῆσος μεγάλη ἐν τῷ Παμφυλίῳ κόλπῳ, ἀπὸ Κύπρου τῆς θυγατρὸς Κινύρου, ἢ ἀπὸ τοῦ φυομένου ἄνθους Κύπρου, Ἀστύνομος δέ φησι, Κρύπτον κεκλῆσθαι, διὰ τὸ κρύπτεσθαι πολλάκις ὑπὸ τῆς θαλάσσης, εἶτα Κύπρος, ἐκαλεῖτο δὲ Κεραστὶς, ἀπὸ τοῦ πολλὰς ἀκρας ἔχειν, καὶ Κεραστιάς, καὶ Ἀμαθουσία, καὶ Μηϊονὶς καὶ Σφήκεια, καὶ Ἀκαμαντίς. τὸ ἐθνικὸν, Κύπριος, καὶ Κυπρία, καὶ Κύπριον, καὶ Κυπριακὸς, καὶ Κυπριεὺς, καὶ Κυπρίτης. *Cyprus, Insula magna in Pamphylio sinu, nomen habens à Cypro, filia Cinyræ, vel à flore, qui Cyprus dicitur, & hic frequentius nascitur. Astynomus vero ait, Cyprum appellatam, quod sub mari sæpe numero occultetur. Deinde Cypri nomen accepit. Vocabatur etiam Cerastis, quod multas habeat eminentias, & Cerastias, & Amathusia & Mejonis & Sphecia & Acmantis. Gentile Cyprius, & Cypria & Cyprium, & Cypriacus & Cypriensis & Cyprita.* Idem & *Plinius* Lib. V. Cap. 31. docet, *vocatam ante, Acamantida, tradere Philonidem, Cerastin Xenagoram, & Aspeliam & Amathusiam & Macariam; Crypton & Coliniam Astynomum.* Confirmatur *Stephani* assertum, quod ejus Gentile sit Κύπριος, dum hic itemque in aliis *Claudii*, *Galbæ*, *Vespasiani*, *Trajani*, *Sabinæ*, *Juliæ Domnæ*, *Getæ*, *Caracallæ*, num-

nummis Κοῖνον Κυπρίων, legimus, ficuti apud *Goltzium & Triftanum*, Κοινωνίαν Κυπρίων, apud *Spanhemium, Patinum, Harduinum*, ἐπὶ Κομινίε Πρόκλε ἀνθυπάτε Κυπρίων. Uti verò communiffime alias in ejus nummis vel *Veneris Paphiæ Templum*, aut *Jovis ftantis effigies* exhibetur ([2]) ita adulantes *Cyprii* Cajum ipfum veluti *Deum* in *Templo medium* præfentant, qui fine dubio ejus honori Templum dedicaverant. Præcipue cum ibidem (tefte hoc quoque noftro nummo, in quo κοινὸν legimus) *commune Fanum, facrum commune, communiaque totius Provinciæ certamina* fine dubio in *certo oppido, Papho*, fuerint. Deprompfit hunc nummum *Morellius* ex *MStis Goltzii* apud Imperatorem, & fuis delineationibus intulit. Averfam & *Goltzius* fiftit in *Thefauro* p. 38.

NUM. 14. 15.

Γάϊος ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΣΕΒαστὸς ΑΡΧΙΕΡεὺς ΜΕΓας ΔΗΜαρχικῆς ΕΞΟΥΣίας Δ. ΥΠΑΤΟΣ Γ. (*CAJUS CAESAR GERMANICUS AUGUSTUS PONTIFEX MAXIMUS TRIBUNICIA POTESTATE QUARTUM CONSUL TERTIUM.*) *Caput Caligulæ laureatum, lævam verfus.*

ΠΕΛΟΥΣΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. (*PELUSIORUM (URBIS) SACRAE ET SUIS LEGIBUS VIVENTIS.*) *Imperator Caligula togatus medius in templo ftat tetraftylo.*

Miramur, hanc vocem (Πελεσίων) in *Harduini* Libro effe prætermiffam, cùm tamen & apud *Goltzium* in *Thefauro* p. 225. ΠΕΛΗΣΙΩΝ ex nummo occurrat. Rectius vero intuentes, *gentile*, hic obvium, Πελεσίων, hæremus, cui iftum tribuamus nummum. Siquidem *Pelufium* Urbs Ægypti, cujus gentile *Pelufius*. Eft etiam Portus Theffaliæ *Pelufium*. Adeft & gentile *Pelufius*, ab Infula *Pelo*. Confirmamus dicta ex *Stephano* p. 639. Πηλέσιον, πόλις Αἰγύπτε, εἰς ἣν ἐκρεῖ τὸ πρῶτον στόμα. Τὸ ἐθνικὸν Πηλεσιώτης, ὡς Ζεφυριώτης. Ἀλλὰ ἡ Πηλέσιος, καὶ Πηλεσιακός. Ἔστι καὶ Πηλέσιον λιμὴν Θετταλίας. ΠΗΛΟΥΣ, νῆσος περὶ Χίον. Τὸ ἐθνικὸν ΠΗΛΟΥΣΙΟΣ, ὡς Ῥαμνέσιος. *Pelufium, Urbs Ægypti, in quam effluit primum oftium. Gentile Pelufiotes, ut Zephyriotes. Sed & Pelufius & Pelufiacus. Eft etiam Pelufium portus Theffaliæ. Pelus Infula circa Chium, Gentile PELUSIUS, ut Rhamnufius.* Forte effet, quod credamus, nummum ex Infula Pelo, Chio proxima, effe profectum, in qua utpote & Templum dedicaverint incolæ *Caligulæ*, ficuti & ab Cypri Infulæ indigenis in præcedente nummo vidimus fuiffe factum, ex nummis fimul attendamus, illos & ΠΕΙΛΟΥΣΙΩΝ & ΠΕΛΗΣΙΩΝ nomine veniffe. Sed fi quis Pelufium Ægypti civitatem mallet præferre, quod metropolis illa fuerit, & nobilis admodum, non eidem repugnabimus. De qua *Ammianus Marcellinus* Libro XXII. In Auguftamnica: *Oppidum Pelufium eft nobile, quod Peleus, Achillis pater, dicitur condidiffe, luftrari Deorum monitu juffus in lacu, qui ejusdem civitatis alluit, mœnia, cum poft interfectum fratrem, nomine Phocum, horrendis furiarum imaginibus raptaretur.* Et *Lucanus* Libro VIII.

In vada decurrit Pelufia feptimus amnis.

Ifta, tefte *G. Tyrio*, *Belbais* feu *Belves* vocatur. *Bochartus* cum *Hieronymo* putat effe illud Sin, quod *Ezechielis* Cap XXX. v. 14. 15. occurrit, quod *Pelufio* juxta *Strabonem* πηλὸς lutum nomen dederit; & Sin Syris idem fit ac πηλός. Memoratur id & *Plinio* Libro V. Cap. 14. Eo venit quondam & *Hadrianus*, referente *Spartiano* in ejus vita: *Peragrata Arabia PELUSIUM venit, & Pompeji tumulum magnificentius exftruxit.* Ejus fit & mentio in *Notitia Ecclefiaft.* p. 55. tefte *Harduino* p. 405. Ἐπαρχία Αὐγεσαμνίκης Πηλέσιον Μητρόπολις. *Provincia Auguftamnicæ Pelufium Metropolis.* Probeque monet illam Provinciam aliis & Αὐγεστονίκην, *Auguftonicam* ab Augufti victoriis dici. Difcimus ergo ex nummo noftro iftam non folum fuiffe μητρόπολιν, fed & ἱερὰν καὶ αὐτονόμον, hoc eft, *facram, facrofanctam*, quorumque populi omni periculo erant exempti, omnisque belli expertes, quales urbium *Bybli, Nicopoleos & Cythopoleos* fuiffe novimus, itemque legibus fuis utentem, quam prærogativam forte ab *Augufto* foluto certo pretio impetravit, quique forte ludos ibidem inftituit, quod Urbis hujus additamentum à *Joh. Valente* nondum obfervatum videmus. Attendimus etiam eundem in nummis non folum dici Πελεσίων, uti in noftro, & Πηλεσίων, veluti in *Hadriani* nummo apud *Harduinum* p. 404. (qui tamen Πηλεσιωτῶν mavult legere pro Πηλεσίων, nefcio quam rectè, cum tamen faltem ΠΗΛΟΥ in nummo occurrat) fed & Πελησίων, ceu apud *Goltzium* videre eft p. 225. Nummum hunc debemus MStis *Goltzianis*, é quibus *Morellius* eundem delineavit, qui etiam teftatur reperiri in *Thefauro Farnefiano*.

NUM. 16.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ ΒΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (*STRACUSAE ALTERA VICE NEOCORAE.*) *Caligulæ, ut videtur, ftatuæ bafi impofita in Templo octo columnarum, in quod gradibus adfcenditur.*

Neocoros illa dicitur civitas, quæ alicujus *Numinis Templi* curam habuit, ut *Ephefii Dianæ Polymammiæ*, Magnetes *Dianæ Leucophrynæ*. Imperatoribus dehinc etiam in Deorum numerum relatis, petierunt & iftæ, ut in illorum honorem Templa erigerent, ex quibus cives fui impetrato fuper hanc libertatem Senatus Confulto, *neocori fierent*, ceu teftis eft *Tacitus*. Conceffa poftea & his Civitatibus eft *Neocoria*, quæ pro *falute* Imperatoris *facra* publica facerent, *Templa* dicarent, ibique *Certamina* vel jam Diis dicata, ut *Actia*, *Pythia*, vel nova fecundum Imperatorum nomina, qualia à Pérga, urbe Pamphyliæ, Alexandrea, Commodiana à *Nicomedienfibus*, & *Tarfo*, *Ciliciæ metropoli*, celebrata fuere, ederent, unde eadem Urbs *fecundam*,

(2) Quod ex eo remur, quia in *Salami* præcipua ejus Urbe Jupiter, & in *Papho* Venus, unde & nomen (Paphia,) perinde ac ipfa Infula (Cypria) fortita eft. Egregie id confirmat *Am. Marcellinus* Libro XIV: *Cyprum Infulam procul à continente difcretam & portuofam, inter municipia crebra Urbes duæ faciunt claram, Salamis & Paphos, altera Jovis delubris, altera Veneris Templo infignis. Tanta autem tamque multiplici fertilitate abundat rerum omnium, ut nullius externi indigens adminiculi indigenis viribus à fundamento ipfo carinæ ad fupremos ufque carbafos ædificet oneratam navem, omnibusque ornamentis inftructam mari committat.*

dam, & *tertiam* quoque obtinuit *Neocoriam*, Augustorum videlicet. *Syracusæ* ergo quando hic *Bis* νεώκορος audiunt, sub *Caligula* easdem factas esse, existimandum est, præsertim cum *Templum* quoque octo columnarum, sine dubio in honorem *Caligulæ* consecratum, simul in nummo compareat, in cujus medio *ejus statua*, non secus ac *Dei* cujusdam, conspicienda est. Solenne alias *Syracusanis* fuisse novimus vel *Jovis caput*, quem Ἐλευθερίε, *Liberatoris* nomine insigniebant, vel *Dianæ* caput, quam Σωτεῖραν itemque *Alpheam* vocabant, vel *Apollinis Temenitis* caput, vel *Palladis* galeatæ effigiem in *nummis suis* obsignare. Et cum *Urbs Sicularum* non solum, sed & *Græcarum* omnium celeberrima amplissimaque fuerit, quod & *Pindarus* innuit, μεγαλοπόλιας Συράκοσας, *grandi-urbes Syracusas* vocans, itemque *Seneca* de *Consolat.* ad *Marc. ingentem civitatem & laxius territorium, quam multarum Urbium fines sint*; dicens; nec non *Livius* Libro XXV. *Vastæ magnitudinis Urbem* nuncupans, mirari non habemus, qui *Neocoriam* secundum sub *Caligula* acceperit, præsertim quando *Suetonius* clare testatur Cap. XX. in *Caligula*: *Edidit & peregre Spectacula in SICILIA: STRACUSIS ASTYCOS LUDOS, & in Gallia Lugduni miscellos. Astyci* autem erant sicuti ii, qui ἐν ἄστει *Athenis* erant instituti, hoc est Græci, qualia omnino τὰ ἐν ἄστει Διονύσια. Claudemus vero *Syracusæ* encomium *Ciceronis* verbis in *Verrem* Oratione IV. *Urbem Syracusas maximam esse Græcarum Urbium, pulcherrimamque omnium, sæpe audistis.* ——, —— *Et tanta est Urbs, ut ex quatuor Urbibus maximis constare dicatur.* —— —— *Præterea duo templa sunt egregia: Cereris alterum, alterum Liberæ: signumque Apollinis, qui Temenites vocatur, pulcherrimum & maximum.* Depromptus est nummus ex MStis *Goltzii*, quos apud Imperatorem vidit *Morellius.*

Num. 17.

Cajus CAESAR AUGustus GERMANICUS. Caput Caligulæ nudum, lævam versus, uti Tab. I. Num. 1.

COLonia CORinthus AGRIPPA. Pegasus.

Corintho hunc nummum esse profectum, *Pegasus* notissimum hujus Urbis δεῖγμα, docet, de quo supra in *Cæsare* Tab. VI. Num. 11. & 12. egimus. De *P. Vipsanio Agrippa* Duumviro Corinthi, qui sine dubio & in nummo hic obsignatus est, cujusque tempore officinam hic ipse nummus exivit monetariam, dictum est supra Tab. VI. Num. 18. Sed quid Literis COL. faciamus? quas non solum *Morellius* in MStis *Goltzianis* vidit & delineationibus suis pariter intulit, sed & *Goltzius* in *Thesauro* p. 236. exhibet? *Coloniam* omnino notant, & ad *Corinthum* referendæ sunt. Nam in nummis non solum *Cæsaris*, itemque *Augusti*, *Neronis*, *Octaviæ*, *Hadriani*, *Aurelii*, *Severi*, *Getæ*. COLonia JULIa CORINthus. LAUS JULIA CORINThus. GENius COLoniæ CORinthi. COLonia JULia AUGusta CORinthus. COLonia Laus Julia CORinthus occurrit, sed & à *Plinio* Libro II. Cap. 5. *Colonia Corinthus vocatur, postquam scilicet à Julio Cæsare, Dictatore, eo Coloni libertini generis ipso Quintum Consule*, Collegaque *Antonio*, ceu *Dio* Libro XLIII. & *Plutarchus* in *Cæsares* autores sunt, transmissi sunt. Hujus mentis quoque est *Harduinus* p. 15. scribens: „ COL. AGRIPPA „ COR. & COL. AGRIPPA PATRICIA à *Goltzio* in *Thesauro* referuntur p. 236. atque ex eo „ *Thesaurum* quoque suum *Ortelius* locupletavit: „ sed factum ab utroque incaute: neque enim „ *Coloniæ* ibi, sed viri nomen *Agrippa* est, sive „ Duumviri ejus *Coloniæ*, sive illius, qui amicus „ & gener *Augusti* fuit: pertinetque nummus alter „ ad *Corinthum*, alter ad *Coloniam Patriciam*, quae „ *Corduba* est." *Joh. Harduinus* in *Nummis antiq. Pop. & Urb.* p. 14. 123. Communicavit jam hunc nummum *Goltzius* in *Thesauro* p. 236. & ex eo *Ortelius* in *Thesauro.* Nos debemus *schedis Morellianis*, qui ex MStis *Goltzii* eundem delineavit, & apud *Franciscum Diazium* quoque deprehendit.

Num. 18. & 19.

Γάϊος ΚΑΣΑρ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΑΥΓΟΣΤΩΣ.
(CAJUS CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS AUGUSTUS.)
Caput Caligulæ laureatum, lævam versus.

. . . . ΔΙΜΙC ΑΡΟΥΣΕ. *Jupiter sedens dextra fulmen, sinistra hastam tenet.*

Occurrunt nonnulla in hoc nummo, quae νοθείας ipsum convincere videntur. Αὐγύστος hic pro Σεβαστὸς reponitur, quod in nullo ejus nummo hucusque deprehendimus, ne quidem in *Thesauro Goltziano*, qui p. 38. omnes titulos ejus nummis inscriptos, quos vidit, (vidit autem plures, quam omnes post ipsum nati) communicat. Dehinc, omisso in voce Αὐγύστε Υ. sub finem Ω pro O litera sculpta est, contra *Grammatices* regulas. Quid præterea ΔΙΜΙΣ ΑΡΟΥΣΕ velint, non capimus. *Jupiter* cum signis suis consuetis, fulmine & hasta laureatus, sedens, cætera si recte se haberent, ipsum forte designaret *Caligulam*, de quo novimus ex *Dione* Libro LIX. pag. 660. & sub hujus *Dei schemate* quandoque comparere voluisse: *Proinde*, scribens: *aliis eum heroem, aliis DEUM vocantibus, vehementi insania correptus est. Jam ante quoque humano fastigio altior haberi volebat, seque cum Luna coire, & à Victoria coronatum esse videri.* ΖΕΥΣ τε εἶναι ἐπλάττετο, *JOVEM etiam se fingebat, eaque occasione cum multis aliis mulieribus & cum sororibus congressum esse, præ se ferebat.* Exhibet alias hunc nummum *Octavius de Strada* in *vitis Imperatorum* p. 37. & *Auctor Chronici* de *vitis Imperatorum Belgica* lingua conscripti p. 9.

AD-

ADDENDA.

JULES CAESAR.



AJUS JULIUS CAESAR estoit fils de *C. Jul. Cæsar & de Aurelia*, il nasquit le 12. de Juillet l'an 654. de la Fondation de Rome, 98. ans avant la naissance de nostre Sauveur. S'estant fait creer Dictateur perpetuel, pour rendre l'Estat de Rome Monarchique, il n'en pût jouyr que trois ans, quatre mois, six jours; Ayant esté massacré dedans le Senat par *Brutus*, *Cassius*, & autres, aagé de 56 ans.

Le brillant esclat d'un million d'exploits signalés, heureusement executez par Cesar (le plus illustre & plus renommé favory de la Fortune) a tellement ébloüy de tout temps, partie des hommes, & sur tous des Escrivains, tant anciens que modernes: que non seulement ils luy ont fait l'honneur de le mettre en parallele, avec l'elite des plus vertueux Heros des premiers siecles, mais aussi avec un Alexandre, le plus genereux & le plus glorieux de tous les Monarques. Faisants mesmes peu d'estat, au prix de luy, de tout ce qu'il y a eu de plus illustre, en vertu, valeur, vraye magnanimité & clemence, entre les Empereurs Romains; qui ont tenu après luy le gouvernail de la Monarchie: comme l'estimans avoir primé entr'eux en toutes autres choses, ainsi qu'il les avoit precedez en dignité, prenans ces innombrables trophées qu'il erigea és Gaules, & tant d'autres qu'il se dressa autour de celuy de Pharsale (composé du vieil palmier de la liberté Romaine, des-ja fort esbranché par Marius & Sylla) pour les veritables monumens d'une vertu incomparable. Mais pour mon regard; qui ay pris naissance sous un Empire, fondé depuis douze cens ans, sous les colomnes inébranlables de la Justice & de la Pieté; qui a receu cette particuliere grace du Ciel, que jamais aucune Tyrannie estrangere ou domestique n'en soüilla les lis, n'en ternist la blancheur, n'en viola la franchise, & n'en opprima les Loix, & qui ay ce bon-heur d'estre sujet d'un tres-sage, & religieux Monarque; perpetuel ennemy de l'injustice, Azyle certain des affligez, invincible appuy du foible: Successeur legitime de LXIV. Rois, qui par des actions plus justes & plus moderées, ont de tout temps remply l'Univers d'admiration; & dont il suit sainctement les vestiges. Mon cœur est si ardemment épris de l'amour de l'Equité, comme estant une vertu; que l'exemple de tant de sages Monarques, semble avoir depuis le Christianisme, rendu comme propre à nostre Nation: Que je ne puis que je ne me declare estre d'autre advis, pour ce qui concerne l'estime que l'on fait Cesar, & du jugement que l'on fait des ses deportemens: Car je trouve veritablement grande difference entre ce que l'on qualifié vertu en luy, & ce qui justement en merite le titre: Ne pouvant mesme tomber d'accord, qu'encore qu'il se trouvast avoir esté admirable, en la plus-part des conditions qui se doivent souhaiter en un grand Monarque, qu'il meritast pour cela d'estre qualifié vertueux. Puis que le lustre des conditions plus venerables, dont un Citoyen puisse estre accompagné, s'eclipse soudain qu'il entreprend de s'en servir contre la liberté de sa patrie (porté à cét infame attentat, par le vent d'une injuste ambition) Comme la grace esclatante de l'aymable & attrayante blancheur d'un Lys, se perd soudain sous l'obscur nuage d'une crasse boüeuse & sale, dont le sol d'un parterre le ternit, si tost que la violence d'un orage l'a fait verser. Ainsi qu'il arriva à Cesar, auquel mesmes plusieurs choses manquoient de celles qui sont requises en un Souverain. Car ce ne sont pas seulement les vertus guerrieres, comme l'industrie, la vigilance, prevoyance, & constance au milieu des perils, que l'on souhaitte en un Monarque (dont à la verité, Cesar estoit excellement pourveu) puisque ce sont des vertus plustost necessaires à un grand Capitaine qu'à un Empereur, qui peut en avoir à son service de cette qualité. Mais bien la Pieté, la Justice, la Moderation, Continence, & genereuse magnanimité, esquelles veritablement Cesar, se trouve avoir esté inferieur à plusieurs qui l'ont precedé, ou suivy. De sorte que le changement qu'il trouva moyen de faire de l'estat Democratique de Rome, en Monarchique, fut seulement l'effect funeste d'une Fortune extraordinaire, qui l'accompagna en toutes ses entreprises, quoy que pleines de temerité & d'injustice, animées de l'invincible ardeur d'une incomparable ambition; Et non pas un bonheur acquis par le ministere de la Vertu & du vray Honneur. Mais d'autant que je pourrois sembler avancer icy, ce que je dis en défaveur de Cesar, contre l'opinion de plusieurs; j'iray au devans, & diray, qu'ayant entrepris de rendre compte de ce que j'ay trouvé digne d'Eloge, & de censure en tous les Monarques Romains compris en ce volume, avant que de venir à l'explication des revers de leurs monnoyes: j'ay tasché d'en faire un rapport le plus exact & le plus equitable qu'il m'a esté possible: comme éstant un dessein auquel, ny l'interest particulier, ny l'ambition, ny quelque morosité naturelle, ny autres passions, ne peuvent m'avoir servy de guides: mais l'amour seul de la verité, de l'equité & de la vertu, animé du loüable desir qu'un homme de bien, noble, libre, & d'un coeur veritablement genereux, doit avoir de profiter à plusieurs. Donc, Cesar marchant en teste de cette superbe trouppe, j'ay esté obligé de le rechercher, & examiner plus curieusement & plus diligemment que les autres, & le premier de tous, comme ayant esté autheur de l'establissement de cette puissante Monarchie, de Republique qu'elle estoit. Je l'ay donc consideré, comme eust fait autrefois quelque sage & sçavant Architecte, qui se seroit rencontré devant le Pantheon, l'un des plus superbes, & plus accomplis Temples de l'Empire Romain, remply de toutes, ou de la plus-part des Deïtez du Paganisme. Car ce per-

personnage n'auroit pas de prime-abord jugé legerement du merite de sa symmetrie, & de la perfection de toutes ses parties, sur la simple apparence d'un premier objet : mais auroit consideré prudemment & à loisir dehors & dedans, avant que de prononcer de sa perfection, ou de ses deffauts, l'ordonnance & la disposition de ce qu'il contenoit, l'egale conformité de toutes ses pieces, & leurs proportions, & ce qu'il pouvoit y avoir d'inegal, & irregulier en ce vaste edifice (car il n'y eut & n'y aura jamais rien d'exactement parfaict sur la terre.) Ainsi ayant consideré Cesar, ce grand ouvrage de la Nature, de la Fortune & de la Gloire, tant dehors que dedans ; j'y ay remarqué une apparence exterieure, veritablement Heroïque en ses dons corporels, seulement accompagnez de quelque deffauts naturels : (mais peu considerables) & au dedans, celle d'un million de vertus & de graces, plus qu'humaines. Mais toutesfois qui en effet estoient les Simulacres des Demons de l'Ambition, de la Fureur, de l'Injustice, de l'Avarice & de l'Inhumanité. Leurs difformitez seulement voilées du lustre trompeur de l'apparence de plusieurs vertus insignes. Comme le Pantheon estoit à la verité magnifiquement enrichy d'un million de statues, de tous metaux, representans diverses vertus sous les Effigies des Dieux ; mais qui n'avoient en effet que l'apparence exterieure de Divinité, & de vertus dignes de veneration. Car le dedans estoit remply & animé d'espris & Genies abominables ; autheurs des vices & des crimes, partisans de l'injustice, de l'Avarice, & du Trouble : amateurs du sang, & ennemis jurez de toutes vertus & du vray honneur. Aussi à la verité, Cesar fut un ouvrage, auquel la Pieté, la Justice & l'Honneur, n'avoient pas mis les mains. Ce furent, certes, d'autres Demons, ennemis du genre humain qui le composerent, & tout ensemble l'animerent. Bien que ce que j'en dis, ne soit pas selon l'opinion de plusieurs, lesquels honorent l'injuste ambition & la violence de Cesar ; des titres de Vertu & de Magnanimité : ses artifices & pernicieux conseils, contre sa patrie, celuy de prudence, & d'industrie, & le bouleversement des Loix, tant divines qu'humaines qu'il y fit, pour parvenir à l'establissement de sa tyrannie, de celuy d'entreprise necessaire, juste & raisonnable. Ce qui se rapporte entierement à ce que le Devin *Figulus* en predit, selon Lucain liv. I.

——— ——— ——— Ferrique potestas
Confundet jus omne manu : scelerique nefando
Nomen erit virtus.

Mais ce sont sentiments d'hommes, qui n'ont autre Deïté que l'ambition, à laquelle seule ils sacrifient, & dont les cœurs, & les ames sont les victimes qu'ils immolent. Mais il est temps de faire voir par le menu quel estoit ce personnage.

Cesar estoit grand & bien formé, d'une belle representation, blanc, & un peu couloré, ayant les yeux mediocrement grands, noirs, vifs & penetrans, le nez droit & assez grand : mais il avoit la bouche grosse & ample, les joües maigres, & sur ses vieux jours il se trouva estre fort chauve, & ayant le front sillonné de rides. Ces derniers defauts se remarquants mesme par ses monnoyes, par les pierres gravées, & par les marbres. Le surplus estant deu aux Historiens : ce qui le faisoit paroistre plus vieil qu'il n'estoit. Car son calvice & ses rides, avec cette grosse bouche le degradoient bien fort de bonne mine, paroissant d'une physionomie agreste & austere. C'est pourquoy le Silene (nom qui designe les plus vieil des Satyres) ce dit *Pausanias* liv. I. (se vante plaisamment dans les Cesars de l'Empereur Julian, d'avoir la teste faite comme luy, entre autres rapports communs entr'eux. Toutesfois quant au calvice, il l'avoit aussi commun avec les plus grands & plus renommez personnages de l'antiquité, comme les autheurs tant Grecs que Latins l'ont remarqué, & dont les Medailles, & les marbres en font voir plusieurs. Voire mesme Hercule le devint, dedans l'antre espouventable de la gueule d'une Baleine, qu'il tua, deffendant la belle Hesione, (ce dit *Sextus Empiricus*, liv. I. contre les Mathematiciens), & les Gaulois, ce dit Lucian en son Hercule, le figuroient chauve. Aussi les choses les plus hautes & plus sublimes, voire plus divines, comme estans plus proches de l'Etherée & du Feu, sont exemptes de superfluitez :. Et sans doute l'Astre de Berenice eust esté chauve, si sa perruque n'eust esté composé de rayons. Ainsi les plus hautes & plus sourcilleuses montagnes sont chauves en leurs sommets, bien que souvent par tout ailleurs elles soient couvertes de forests ou pentes fertiles : Mais demeurons enlà. Il faut laisser l'honneur à l'eloquent *Synesius*, Evesque de Syrene, d'en avoir dit plus que moi, qui n'ai point d'interest, comme il en avoit, d'exaggerer le merite & la dignité du calvice, qui a cela principalement de recommandable en soy, qu'il ne se void point de chastrez chauves, ce dit Antigonus Carystius, histoire unziéme ; & que Jupiter & Venus en ont esté honore de l'Epithete, comme clement Alexandrin & quelques autres l'ont remarqué. Mais quant à Cesar, il portoit impatiemment la perte de ses cheveux : de sorte qu'estant venu au dessus de ses affaires, il porta tousiours une couronne de laurier sur sa teste, en sorte que les deux bouts de la couronne croisez l'un sur l'autre, estoient placez sur le haut de son front pour en couvrir mieux la nudité ; ce qui se remarque visiblement és effigies de ses monnoyes. Venons au surplus de ce qui le concerne. Il estoit doüé d'une vigueur & disposition de corps rare & singuliere, d'un esprit vif, ardent, & capable de tout, d'un jugement & sens commun tres-exquis, d'une admirable eloquence, & d'une memoire incomparable. Il estoit animé d'une tres-vigilante prevoyance, d'une dexterité & presence d'esprit peu communes, & d'une hardiesse, & resolution incroyables au milieu des perils. Lesquelles vertus seulement considerées superficiellement, feront croire d'abord, qu'il ne se peut rien presenter en l'imagination de plus Heroïque, & qui nous fasse davantage esperer devoir trouver en ses deportemens plus de justice, de pieté, clemence, moderation, continence, liberalité & vraye magnanimité. Et ce d'autant plus qu'elles approchent davantage de la nature divine, dont on le publioit estre un extraict. Mais lors que nous ferons reflection sur ses imperfections Morales, sans parler des naturelles, entre lesquelles le mal caduc, auquel il estoit sujet, peut estre considerable, nous appercevrons soudain que ces tant admirables vertus n'estoient (comme j'ay dit) en ce Temple vivant, que des simulacres animez de pernicieux Demons, qui causerent des dommages incroyables par toute la terre, avec la ruine de sa patrie : dont les principaux furent une ambition effre-

effrenée, une arrogante impieté, une extreme avarice, une barbare inhumanité & un continuel mépris des loix. Mais le demon de l'ambition fut celuy qui donna mouvement & vigueur à tous les autres, & qui le porta inſenſiblement à des entrepriſes furieuſes, iniques, & meſchantes. L'on voit bien d'ordinaire que ceux des ambitieux qui n'agiſſent que ſous le pretexte de rechercher la gloire, comme une image de la vraye vertu, ne ſe voyent faire choſe aucune, qui ſoit entierement pure, bronchans obliquement, quoy qu'accortement à tout propos en leur gouvernement. Mais quant à Ceſar, il fit bien voir qu'il ne fut conduit en ſes deſſeins d'une ambition commune; mais ſi furieuſe, qu'il fit manifeſtement connoiſtre par ſes actions, qu'il ne recherchoit pas en effet la vertu: mais qu'il eſtimoit que la gloire de joüir à tort ou à droit de la Monarchie, eſtoit la vertu meſme. Ce qui luy fit pervertir tout, & faire de l'Eſtat de Rome un chaos de confuſion. *Omnia divina atque humana pervertit, propter eum quem ſibi ipſi opinionis errore finxerat principatum*, ce dit *Ciceron* liv. I. de ſes Offices. Ce qui m'a touſiours fait admirer le jugement de Sylla, d'avoir ſçeu ſi prudemment prevoir quel devoit eſtre Ceſar à l'advenir. Lors que le conſiderant en ſon adoleſcence, doüé d'une ſi grande vivacité en ſes mouvemens, & capacité en ſes premieres actions, il le voulut faire tuer, comme il avoit fait pluſieurs des parens & partiſans de Marius, lequel avoit eu pour femme, *Julia* tante paternelle de Ceſar: diſant à ceux qui avoient obtenu pardon pour luy, que Rome nourriſſoit en ce jeune garçon pluſieurs Marius enſemble, comme Plutarque, & quelques autres le remarquent. Car ce qu'il en avoit preveu, ne ſe trouva que par trop veritable, & trop proportionné à ce que pluſieurs Marius enſemble, euſſent pû faire aux deſpens de la liberté des Romains, de la tranquilité publique, & ſeureté des vies & fortunes de ceux qui furent contraints de s'oppoſer à ſa violence: Car Ceſar s'eſtant ſervy des grands advantages naturels que Dieu luy avoit accordez, pour parvenir à la gloire d'eſtre reputé le plus grand Capitaine de ſon ſiecle: s'imagina qu'il en perdroit le renom, s'il ne ſçavoit mettre le mors en bouche, à ce ſuperbe peuple, dompteur de l'Univers, comme il venoit de faire à toute la Gaule, la plus puiſſante, plus belliqueuſe & plus jalouſe de ſa liberté de toutes les nations du Monde: C'eſt pourquoy l'Empereur Julian, faiſant reflection ſur l'extraordinaire ambition de Ceſar (bien qu'il ne fût pas luy meſme fort moderé) fait bien voir par une agreable fiction, que la Nature, la Fortune, & la Gloire, furent les ſeuls Genies qui éleverent Ceſar au deſſus des grandeurs mondaines, ſans que la vertu luy euſt preté ſes ornemens plus auguſtes, & par conſequent, qu'il s'eſtoit rendu indigne des honneurs divins: que la flaterie des hommes luy avoit conferez devant & aprés ſa mort. Car il dit que Ceſar, perſonnage grand & de belle repreſentation, entrant le premier dans le lieu où Romulus avoit convié au banquet des Saturnales, les Dieux, & les Monarques Romains, parut d'un maintien ſi faſtueux (comme eſtant enflé du vent de ſon apotheoſe) que les Dieux eurent opinion qu'il n'eſtoit venu là que pour dreſſer quelques ambitieuſes pratiques contre le thrône Celeſte. De ſorte que s'eſtans aperceus qu'il s'eſtoit rendu ſuſpect à Jupiter meſme, qui l'avoit en abomination, ils le rebuterent tellement, qu'à peine fut-il receu par ſes patrons plus favorables Mars & Venus, qui ayans compaſſion de le voir courir çà & là, tracaſſant longuement, & inutilement par tout, comme hors du ſens, luy firent enfin place auprés d'eux. Cet ingenieux Cenſeur, faiſant voir par cette invention, quel jugement l'on doit faire des actions de Ceſar. Ce qui condamne notoirement de legereté & d'injuſtice ceux qui font profeſſion, non ſeulement d'admirer: mais auſſi d'excuſer toutes les violences, cruautez, & deſolations qu'il fit faire, ou avoüa eſtre faites par tout, depuis qu'il eut paſſé le Rubicon, juſqu'à ce qu'il fut venu au deſſus de ſes affaires, comme ſi tout luy euſt eſté permis en qualité de vainqueur. Tant l'enflammé *Pyrois* de Mars, ſon guide, éblouït de ſes eſclairs, les yeux de ces gens là, comme ſi Ceſar eut eſté obligé d'entreprendre la guerre contre ſes ſujets rebelles, ou pour mettre à la raiſon par les loix de ſa ſouveraineté, ou de la protection de ſes Alliez, des Princes ſes vaſſaux, ou autres, qui par leur ingratitude, felonie, outrages & pernicieuſes pratiques contre les Eſtats, continuées hereditairement, ou peu interrompuës depuis quelques ſiecles, auroient merité d'eſtre chaſtiez par ſa valeureuſe dextre, de la perte des leurs propres. Comme quelques-uns ont eſté jadis par les plus juſtes, & plus magnanimes de la premiere, ſeconde & troiſieme race de nos Roys, & par pluſieurs Empereurs d'Allemagne, Roys d'Eſpagne & autres. Mais quant à Ceſar citoyen de Rome, quel droit avoit-il d'entreprendre ſur l'Eſtat Democratique de ſon pays, & ſur les franchiſes de ſes compatriotes? Quel chaſtiment donc ne meritoit-il pas? puiſque la ſeule faveur qu'il ſembla avoir porté à Catilina, animé & poſſedé d'une pareille fureur, luy fut objectée par un crime digne du dernier ſupplice? Certainement il luy euſt eſté plus glorieux de beaucoup, d'employer ces qualitez ſur-éminentes, dont le Ciel l'avoit ſi excellemment doüé, pour l'augmentation de la gloire de cette floriſſante Republique, en allant chaſtier l'orgueil des Parthes, qui avoient depuis peu erigé, & compoſé des trophées ſi remarquables & ſi funeſtes, des deſpoüilles infinies de tant de belliqueuſes Legions Romaines, eſteintes avec Craſſus. Eſtant veritable, qu'il eut rendu ſon nom tellement venerable, par des victoires certaines, que toutes les provinces du Monde n'euſſent ſçeu fournir aſſez de marbres & de metaux pour luy dreſſer des Temples, des autels, & des ſtatuës. Voire meſme, il y a lieu de conjecturer, que les Romains obligez extraordinairement à ſa valeur, ne luy euſſent pû refuſer la ſouveraineté, qu'ils luy euſſent, ſans doute, accordée d'un commun conſentement, veu l'apprehenſion qu'ils devoient avoir bien toſt, de voir leur patrie ſe ruiner par ſes propres enfans. Mais Ceſar, altier, ſuperbe & querelleux, ne voulant deſpendre que de la Fortune, & de ſon eſpée, eut à la verité l'heur de parvenir au deſſus de ſes pretenſions: mais ce fut avec tant de carnages, de ruines, & de violences, ſuivies de tant de diſgraces pour luy, que l'on peut dire, qu'aprés avoir fait perir plus d'hommes qu'il n'en naſquit depuis en un ſiecle: deſtruit un million de villes, & enervé toutes les forces de ce puiſſant Eſtat, il ſe trouva luy meſme enfin hay preſque de tous, puis miſerablement percé de vingt trois coups, couvert de ſang, & enſevely dans les miſerables lambeaux de l'ancien voile de la Liberté de ſon pays, dechiré par luy. Ainſi non ſeulement il perdit la vie, *Sed etiam omnem fructum vitæ ſuperioris perdidit* (ce dit *Ciceron*, liv. II. *de Divinatione*) Ce qu'il s'eſtoit acquis injuſtement par le ſang de ſes concitoyens, luy ayant eſté ainſi juſtement ravy par le ſien propre. Et cette tempeſte Tyranique, rapidement deſcenduë des Alpes en Italie, employée con-

contre sa liberté, eut une fin pareille à un Torrent, qui coulant impetueusement du sommet entre-ouvert de quelque aspre, & sourcilleuse montagne, entraine de vitesse incroyable, és valons & profonds precipices tout ce qu'il rencontre, avec un rugissement effroyable, & un murmure bruyant à merveille; puis soudain rendant invisible tout ce qu'il a enveloppé dans son courrant, s'y perd, s'y dissipe & aneantit aussi incontinent. Suivant ce que dit le Sophiste *Himerius* dans *Photius* : Qu'il n'avoit jamais esté veu sur le Theatre, qu'un Tyran, ayant joüé le principal personnage d'une Tragedie, n'eust aussi eu qu'une fin sanglante, & infortunée. Aussi la felicite ne despend pas de la puissance. Car il n'y a que le bon-heur seul, qui vient de la part de Dieu, qui soit constant & durable (ce dit sagement, voire, Chrestiennement Pindare és Odes VIII. de ses Pythioniques, & Nemeoniques.). Cesar donc ne fut jamais porté en ses entreprises par les vertueux mouvemens du vray Honneur, mais par les maximes d'un determiné voleur.

O Hominem amentem & miserum,
Qui ne umbram quidem unquam Honesti viderit!
O perditum latronem!

(ce disoit *Ciceron* és Epistres 17. & 21. liv. VII. *Ad Atticum*) Aussi dans le cours de ses expeditions, il parut extremement vindicatif, impie, & avare avec cruauté: vices toutesfois que l'on appelle en sa faveur magnanimité, grandeur de courage, clemence, & liberalité. Mais quelle grandeur de courage, & quelle humanité pourra-t'on trouver en l'extreme joye qu'il tesmoigna recevoir de la mort de Pompée son gendre? N'ayant point eu de honte, de faire bastir un Temple en l'honneur de la Déesse *Nemesis* (estimée presider es punitions des crimes, & des outrages des hommes pervers) au mesme lieu auquel il avoit couvert de terre son chef. Ainsi qu'Appian Alexandrin le remarque liv. II. des guerres civiles. Qui à la verité fut une action la plus lasche, & plus indigne d'un personnage vrayement magnanime, & genereux, qui se puisse imaginer. Car un homme de cœur veritablement noble, & heroïque, n'eust jamais dressé contre sa propre conscience, un monument si infame, sur le chef de son ennemy mort (Mais encore son gendre, & homme de bien, plustost abatu par le mal-heur fatal de la Republique Romaine, que pour avoir eu faute de suffisance, ou de justice en ses armes) & mois encore s'il y eust eu quelque estincelle de pieté en luy, eust-il voulu se servir du nom & du culte d'une Déesse, pour immortaliser la memoire de sa vengeance, & pour en authoriser l'injustice: constituant son autel pour trophée de sa Tyrannie? joint que ce fut un traict d'une impudente hypocrisie, de jetter des larmes sur le chef de celuy, dont il vouloit deshonorer la memoire, par un Temple si funeste, & monument si impie, sans crainte aucune d'irriter la Fortune & les Dieux. Ce qui est plus merveilleux en un homme si superstitieux, qu'il ne montoit jamais en carrosse, qu'il ne prononçast quelques vers, qu'il croyoit estre propres pour obtenir de ses Dieux qu'il ne versast plus, le malheur luy en estant arrivé une fois (ce dit *Pline* l. XXVIII. chap. 2.) Cette action, certes, ne se peut excuser, non plus que la cruauté plus inhumaine & plus inpie, dont il usa après cette victoire, ayant defendu d'inhumer ny brusler les corps de ceux qui avoient esté tuez en cette memorable bataille, & qui luy est ainsi reproché par Lucain en son septieme livre:

Nil agis hac ira, tabesne cadavera solvat,
An rogus, haud refert, placido natura receptat,
Cuncta sinu, finemque sui, sibi corpora debent.
Hos, Cæsar, populos, si nunc non usserit ignis,
Uret cum terris, uret cum gurgite ponti:
Communis mundo superest rogus, ossibus astra
Missurus, quocunque tuam Fortuna vocabit,
Hæ quoque erunt animæ, non altius ibis in auras,
Non meliore loco Stygia sub nocte jacebis.
Libera Fortunæ mors est : capit omnia tellus
Quæ genuit : cælo tegitur qui non habet urnam.

Mais quant à son avarice, ou rapacité plus impies, sœurs germaines de l'injustice & de la cruauté, que l'on travestit toutesfois, & metamorphose en liberalité, & magnificence en luy, pour avoir fait des entreprises de despenses infinies, & des dons excessifs pour se rendre favorables les plus mutins, plus audacieux, & plus desbauchez du peuple & des soldats: Le mesme *Pline* liv. XXXIII. chap. 3. remarque qu'en son Edilité ou Eschevinage, il fut si prodigue, que tous les instrumens & ustencilles, ou armes, dont il se servit és jeux & combats publics, qu'il donna au peuple, estoient tous d'argent, & qu'il fut le premier qui fit voir les bestes farouches destinées pour les combats, chariées & produites és Arenes, dedans des cages d'argent. Toutes ces admirables profusions ne procedans que de la facilité qu'il s'estoit attribuée un peu auparavant de piller l'Espagne, qu'il avoit regie en qualité de Questeur, sans que les villes fussent coupables d'aucune rebellion: voire sans espargner les plus riches Temples, & plus augustes Asyles, principalement en Lusitanie, à present le Portugal. Tesmoin *Suetone* chap. LIV. *Lusitanorum oppida*, (ce dit-il,) *quamquam nec Imperata detrectarent, & advenienti portas patefacerent, diripuit hostiliter; in Gallia, fana Templaque Deûm donis referta exspoliavit, urbes diruit, sæpius ob prædam quam ob delictum. Unde factum est, ut auro abundaret.* Mais ce qu'il adjouste icy qu'il fit en la Gaule, arriva depuis: Et encore de le, qu'il fit à Tyr, ou il pilla entierement le renommé Temple d'Hercule, dont il tira de grandes richesses, comme *Dion Cassius* le remarque liv. XLII. Voila ce que l'on appelle liberalité en Cesar. Ce qui fait que *Ciceron*, après avoir dit au premier de ses Offices : *Videndum est ut ea liberalitate utamur, quæ prosit amicis, noceat nemini.* Il adjouste, *Quare L. Syllæ & Cai Cæsaris pecuniarum translatio à justis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. Nihil enim est liberale quod non idem sit justum.* Mais la Justice de Cesar estoit de commettre mille voleries & mille sacrileges, pour fournir aux frais qu'il avoit à faire en la guerre qu'il entreprenoit contre sa patrie, en ses jeux & triomphes, & en recompenses qu'il faisoit aux plus determinéz soldats du monde qui le suivoient. *Nam evidentissimis rapinis, ac sacrilegiis onera bellorum civilium, & triumphorum, ac munerum sustinuit impendia*, ce dit *Suetone* : De sorte que ce ne fut pas grande merveille, si l'argent ne luy manquant point, il faisoit ce qu'il vouloit, appellant cette facilité, sa Fortune, ne jurant que par elle, & ne se prevalant rien tant, que de cette admirable Fortune, qu'il s'estoit luy mesme fabriquée. Car cette invention detestable qu'il avoit trouvée, de faire tout ce qu'il vouloit, par ses rapines & sacrileges : estoit cette imaginaire Deité, qui animoit tous ses bons succés, & qui luy rendoit tout facile, luy faisant faire voye par tout. C'estoient, dis-je, les pilleries de Cesar qui animoient cette Fée, qu'il honoroit du titre magnifique de sa Fortune, l'appellant ainsi : comme ce Pre-

Prestres de Diane d'Ephese, qu'*Apollonius* disoit en une sienne Epistre, appeller leur Fortune ce qu'ils avoient acquis injustement; *Quod enim rapinis consequuntur, id est Fortuna.* Mais cette Fortune, à laquelle Cesar donna estre, vie, naissance & mouvement, par des brigandages, fut une sang-suë indesalterable; qui suça si bien à diverses fois, tout le sang & substance des Romains, qu'il contraignit en fin leur liberté, luy venir rendre le dernier souspir pour dernier tribut. Il fut donc pere de cette sang-suë, comme Mahomet asseuroit que le premier homme en avoit esté le fils d'une (ce dit *Euthimius Zigabenus* Dogme XV.) lequel trouve toutesfois cette opinion ridicule, comme aussi Nicetas en ces Saraceniques, en ces termes: *Anathematizo* (ce dit-il) *Moamedi doctrinam de Adami, seu hominis formatione, in qua quidem homo ex terræ mole, gutta, hirudinibus, & subactione formatus est.* Mais s'il eust vescu en ce temps-cy; il en eust trouvé la pensé excellente. Car lors qu'il disoit cela: il faisoit reflexion sur l'insatiable avarice des hommes; plusieurs desquels on peut encore dire à present, tenir plus de la sang-suë, que de l'animal raisonnable. Enfin s'il y a eu en luy quelque apparence de liberalité moins criminelle, ce sera ce qu'il en aura fait voir après que le Sort des armes l'eust rendu Souverain. Mais encore en cela, il y avoit plus d'artifice que de vertu: car il est aysé à juger qu'il s'en servoit pour adoucir aucunement l'amertume que les Romains avoient en leurs cœurs de se voir si miserablement asservis, & leur liberté mise dans le tombeau: Aussi n'y avoit il que les plus grossiers, ou les plus necessiteux d'entre les meschans qui s'apastoient par ces amorces: Car les plus spirituels, & les plus genereux entre les gens de bien en abhorroient la mommerie: mais quant à cette pretenduë clemence, que quelques-uns luy attribuent. Ammian Marcellin mesme liv. XXIX. remarque qu'il disoit, *Miserum esse instrumentum senectuti crudelitatis recordationem.* J'adiousteray à ce que j'en ay des-ja dit, que je ne sçay comment on peut appeller un homme clement, qui avoit fait noyer en un deluge de sang, l'honneur, la gloire, les loix, & la liberté de son pays. Car quant à ce trait rapporté par cet Historien, il est vray-semblable, qu'il fut prononcé par Cesar, par un remords de conscience sur ses derniers jours, lors agité de mille atteintes qu'il recevoit dans son ame, de la part du fascheux souvenir, qu'il est croyable qu'il avoit, d'avoir causé tant de ruines & de meurtres par toute la Terre. Et veritablement l'action qu'il fit, ayant pris Cadenac après un long siege, est une marque d'un naturel également cruel & lasche; car offense de la valeur extraordinaire des assiegez, les ayans contraints de se rendre par la multitude & la constance de ses Legions, il fit coupper les poings a tous ceux qui avoient si valeureusement & justement defendu leur patrie; comme lui même s'en vante au huictieme livre de ses Commentaires. Aussi pour le regard de ce qu'il pardonna à plusieurs après la battaille de Pharsale, il est absurde d'appeller clemence en luy, la facilité qui se trouva lors en son humeur, pour faire voir quelques effets de reconciliation avec eux, puis qu'il luy fut necessaire de leur pardonner, de peur de demeurer seul, ou mal assisté de gens de service, pour le pouvoir deffendre des Parthes, Germaine, & autres belliqueuses nations, partie desquelles estoient encore en curée, de tant de despoüilles acquises sur les Romains & l'autre plustost irritée qu'assujettie, car il ne falloit pas beaucoup de prudence & de prevoyance pour juger cela, & pour considerer, qu'il luy eust esté impossible de se maintenir en la nouvelle possession de sa souveraineté, si és premieres années de sa Dictature, elles se fussent soulevées, comme ayans cognoissance, qu'il estoit hay & envié, ses legions harassées, & le reste des forces Romaines merveilleusement enervé & affoibly, par la mort de ses plus braves guerriers. Encore ne se peut-il empécher qu'il n'en fit mourir plusieurs, & traiter les autres avec beaucoup d'arrogance & de mespris; Voire le Senat mesme tout entier, qu'il ne daignoit saluer. Ce qui fait que l'autheur de la Chronique Alexandrine, dit, que Cesar avoit exercé quatre ans durant un cruel & superbe Empire sur les Romains. Aussi cette cruelle tempeste, dont il devoit estre le Typhon, comme estant fatale à l'Univers, fut predite un peu auparavant. Car le Ciel, la Terre, & la Mer, & encore les Montagnes & les Fleuves, avoient donné cognoissance de ce futur changement & du bouleversement de toutes choses par prodiges incroyables, elegamment & pathetiquement descris, par Petrone & Lucain. Luy mesme ayant esté encouragé à cette admirable entreprise, par l'asseurance qu'il prenoit en ces presages, & par la connoissance du futur, qu'il estimoit avoir: car il estoit bien versé en l'Astrologie, par le secours de laquelle il prevoyoit souvent beaucoup de choses futures: De sorte qu'il eut tousiours les Ides des mois pour suspectes; comme si elles luy eussent esté fatales; *Idibus Cæsar ferales sibi notavit Scorpionis occasus* (ce dit le commentaire de *Germanicus* sur ses Phenomenes Arateanes) voire mesme il écrivit des livres des mauvemens des Astres, & regla les années, selon le cours du Soleil, ayant appris cette science des Egyptiens (ce dit *Macrobe* liv. I. de ses Saturnales chap. 16. & 17. Il y fut toutes fois attrappé luy mesme, n'ayant sceu connoistre, quelles des Ides luy devoient estre mortelles, ayant esté massacré en celles de Mars: Bien que le Devin *Spurina* l'asseurast ce jour là mesme, du peril prochain, par l'inspection des entrailles des victimes, parce qu'il s'estoit promis devoir mourir dans son lict, dans l'extremité d'une heureuse vieillesse. Plusieurs Astrologues & Devins Chaldeans, luy ayans persuadé de le croire, bien qu'ils eussent peu heureussement fait le mesme à *Crassus* & à *Pompée. Quam multa ego Pompejo, quam multa Crasso, quam multa huic ipsi Cæsari, à Chaldæis dicta memini, neminem eorum nisi in senectute, nisi domi, nisi cum claritate esse moriturum*, ce dit *Ciceron* liv. I. *de Divinatione.* Mais concluons & disons, suivant ce que j'en ay representé cy devant, que veritablement Cesar estoit doüé de tres-excellentes parties, & d'une rare capacité, & qu'il estoit né pour achever de grandes choses. Mais que ne les ayant employées en des entreprises loüables, mais injustes & detestables; je ne luy puis donner autre prerogative entre les plus renommez personnages de l'Antiquité: sinon que d'avoir esté le plus grand & le plus illustre des Tyrans de l'Empire Romain. Cette Monarchie, qui devoit produire tant de Tyrans, ayant merité d'en avoir un pour autheur de son establissement. Qu'au reste je ne puis pas luy accorder l'Epithete du plus grand Capitaine qui fut jamais, comme il luy est donné communément, bien qu'il fut admirable en valeur, activeté, vivacité, vigilance, industrie, prevoyance & constance, au milieu des combats plus douteux. Car nous ne pouvons prononcer equitablement de ce qui n'est point venu entierement

rement à noſtre cognoiſſance, les Commentaires & Hiſtoires de tant d'excellents Capitaines qui l'ont ou precedé ou ſuivy, eſtans pour la plus part perdus, eſtans certain que les plus glorieuſes entrepriſes de Ceſar, furent pluſtoſt les effects d'un extraordinaire bonheur, que de valeur & de prudence. Ainſi ne peut-on autrement qualifier les entrepriſes d'Angleterre, celle contre le Ptolomée, & celle d'Afrique, que des efforts du tout temeraires, d'un eſprit furieux & precipité en ſes deſſeins : car pour l'entrepriſe de la conqueſte d'Angleterre, outre ce qu'elle n'eſtoit nullement juſte ny neceſſaire, il eſt apparent qu'il y fuſt pery avec toute ſon armée, s'il euſt eu affaire a des peuples preparez pour la reſiſtance, aguerris & prudents; & en celle contre Ptolemée, en laquelle il ne mena avec lui que quatre mille hommes, outre ce qu'il s'y porta contre toute raiſon, & ſans beſoin aucun ; c'eſt merveille que ſon imprudence & effrenée ambition, ne furent chaſtiées de Dieu; comme auſſi en celle d'Afrique, ou il fut eu plein Hyver avec peu de Legions, n'y ajant aucun Port pour y deſcendre a ſa devotion avec ſes Navires : Puis, d'avoir laiſſé à Ruſpine ſon armée, ſans en advertir perſonne, & ſe jetter dans un navire pour aller chercer la flotte, de la déroute de laquelle ayant eu nouvelle; avec une pareille temerité, ſe jetta ſeul dans un navire a Leptis, pour aller railler les autres vaiſſeaux, & ſoudain attaquer ſes ennemis : de ſorte que le bon ſuccés qu'il eut en ſes entrepriſes, fut pluſtoſt un effect de la rare vaillance & fidelité de ſes ſoldats & d'une ſinguliere faveur de la Fortune; que de prudence, ſufficance, & d'experience en l'art Militaire. Eſtimant quant à moy, n'y avoir rien manqué à Hannibal, de ce qui ſe remarque avoir eſté en Ceſar pour ce poinct, que le ſeul bon-heur d'avoir eu à commander les plus floriſſantes & plus aguerries Legions du monde, comme luy, n'y ayant rien eu de ſemblable entre la diſcipline & valeur incomparable des Romains, & celle des Afriquains, telles quelles, & des autres Barbares. L'on en peut dire autant des Empereurs Probus & Aurelian, qui en l'eſpace de V. ou VI. ans d'Empire reconquirent preſque toute la terre habitable, ayant eu à combattre des effroyables armées, compoſées d'un nombre infiny des plus belliqueuſes & plus conſtantes nations du monde. Car pour avoir achevé de ſi vaſtes, & ſi magnanimes entrepriſes ; ils devroient ſans doute, eſtre pour le moins auſſi prudens, auſſi vigilans, & auſſi experimentez Capitaines que luy. Car pour le regard d'Alexandre le legitime heritier d'un Royaume, Ceſar, ne luy peut raiſonnablement eſtre comparé, non ſeulement en cela, mais auſſi en genereuſe & toute royale magnanimité, en juſtice, en ſes entrepriſes, en vray honneur, & en liberalité, comme n'aynt jamais combatu que pour la gloire. Voire peut-on dire pour le particulier de Pompée, que s'il euſt eu une armée compoſée de vieux ſoldats aguerris comme luy, & non d'une jeuneſſe volontaire & indiſciplinable, en laquelle il y avoit plus de Capitaines que de ſoldats, qu'il l'euſt pu facilement deffaire. Veu qu'eſtant aſſiegé par Ceſar dans *Dyrrhachium*, il le traita ſi mal & le ſurprit ſi à propos, qu'il le contraignit de fuir honteuſement, aprés luy avoir enlevé trente deux Enſeignes, & tué deux mille hommes ſur la place, avec la fleur & l'elite de ſes Tribuns militaires & Centeniers. Ceſar meſme confeſſant au III. livre de ſes Commentaires de guerres civiles : qu'il ne pût jamais contraindre Pompée de combattre, & qu'il n'y fut forcé que par l'inſolence, preſomption & audace de pluſieurs Seigneurs Romains, d'eminente dignité : mais ſans experience qui s'eſtoient joints à luy : *Et ſi quando* (ce dit-il) *quid Pompejus tardius, aut conſideratius faceret, unius eſſe negotium diei, ſed illum delectari Imperio, & Conſulares, Prætorioſque ſervorum numero habere dicerent.* Tant cette Nobleſſe Romaine eſtoit indiſciplinable, ſuperbe, altiere, & difficile à tenir en ſon devoir, & qui meritoit bien d'eſtre aſſervie ſous les loix d'un Souverain, qui les meſpriſaſt, comme il fit, ſe faiſant venerer par eux : non ſeulement comme un Prince legitime, mais auſſi comme un Dieu, conſacrer des Temples, & des autels erigez par eux meſmes, pour perſuader au peuple qu'il eſtoit yſſu de la race des Dieux. De laquelle imaginaire extraction, il ne ſera pas mal à propos de remarquer ce qui en fut dit en ce temps là, & au ſiecle ſuivant.

OB-

OBSERVATION DE L'EXTRACTION DE CAESAR.

CEUX de la famille Julia se vantoient de tirer leur origine de Julus fils d'Ænée, fils d'Anchise & de Venus, par une vaine ambition, mais tres-commune en ce temps là. Les Poëtes sur tous les Escrivains du siecle de Cesar, & d'Auguste, firent ce qu'ils peurent à l'enuy les uns des autres, pour en authoriser la renommée, & la fortifier par des traicts de flatterie insignes. J'en rapporteray quelques uns : *Manilius* livre I. de son Astron.

—— —— Venerisque ab origine proles,
Julia descendit cœlo, cœlumque replevit.

Properce liv. IV. Elegie premiere,

Tunc animi venere DecI, Brutique secures.
Vexit & ipsa sui Cæsaris arma Venus:
Arma resurgentis portans victricia Troïæ,
Felix terra tuos cepit Jule Deos.

Voyez aussi l'Elegie III. & *Pedo Albinovanus* en son Elegie sur le trespas de Mecœnas:

Cum Deus in terris divis insignis avitis,
Te Venus in patrio collocet alma sinu.

Et aprés eux Petrone parlant du changement de la Republique Romaine:

—— —— namque omnis regia cœli
In partes deducta ruit, primumque Dione
Cæsaris acta sui ducit —— ——

Ce que Lucain, un peu moins flatteur, & moins Poëte qu'eux, prononce en Historien estre fabuleux livre III. en ces vers:

Iliacæ quoque signa manus perituraque castra
Ominibus petiere suis, nec fabula Troïæ
Continuit, Phrygiique ferens se Cæsar Juli.

Ce qui confirme la remarque que *Strabon*, Autheur exact, & grand amateur de la verité, fait en son treziéme livre, que selon Homere, Enée ne pouvoit avoir fait en Italie, ce qui se dit de luy en faveur des Romains, comme n'estant point sorty de Troye, qu'au contraire il y avoit regné aprés l'exstinction de la race de Priam, & sa posterité aussi:

Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων τοίκεν μετόπισθε γένωνται.

C'est a dire, *que le brave Enée regneroit sur les Troyens, & les enfans de ces enfans issus de luy.* C'est ce qui me semble avoir esté genereusement remarqué par *Strabon*, luy qui vivoit & écrivoit cecy sous l'Empire de Tibere, jaloux à merveille de la vanité de cette pretendue Extraction, laquelle sembloit luy appartenir par raison de son adoption. Si donc Enée, fils de Venus, ne bougea de Troye, par quelle machine, la famille Julienne prétenduë être issuë de luy & de cette Déesse, fut-elle envoyée d'Asie en Italie ? C'est une fiction toute apparente.

En effect, si ceux de cette famille tiroient leur extraction de Venus, il est certain qu'ils l'ont longtemps ignoré, car il se voit dans *Macrobe* liv. I. de ses Sat. chap. 12. que *Varron* & *Cincius*, ont remarqué, que les Romains du temps de leurs Roys, ne cognoissoient point qu'il y eust une Déesse de ce nom, & son culte n'estoit encore receu à Rome en ce temps là ; Car pour le temple de Venus Æneade, (dont parle *Dionysius Halic.* liv. I. de ses Antiq. Rom.) il semble avoir esté dedié sous l'Empire d'Auguste. Toutesfois Cesar faisoit bien voir par ses deportements, & forme de vivre plus licencieuse, qu'il estoit tresdigne lignager de cette impudique Déesse, (& peut estre autant par vanité, pour se faire mieux recognoistre tenir d'elle, que par inclination) témoins en sont les prostitutions honteuses dont il soüilla son adolescence, lesquelles Catulle luy reproche avec beaucoup de fiel en trois ou quatre endroits de son I. livre, ce qui se disoit de luy & de Nicomedes Roy de Bithynie, & ce qui se passa depuis entre luy & Cleopatre, dont *Suetone*, & *Appian* font mention ; & encore avec eux cet ancien, qui dans *Saresberiensis*, dit ces mots : *Siquidem orbis victorem Cæsarem donis flexit*, (il parle de Cleopatre,) *& invicti viri insuperabilem animum meretricius decor, & prostituta facies superavit.* Mais *Ciceron* nous servira d'une preuve plus evidente de son effrenée paillardise, continuée mesme jusqu'en sa vieillesse, par le traict que *Macrobe* liv. II. de ses *Saturn.* ch. 2. rapporte de luy, *Mater Bruti Servilia* (ce dit-il) *cum preciosum ære parvo fundum abstulisset à Cæsare subjiciente hasta bona civium, non effugit dictum tale Ciceronis : Equidem quo melius emptum sciatis comparavit Servilia hunc fundum, Tertia deducta. Filia autem Serviliæ erat Junia Tertia, eademque C. Cassii uxor, lasciviente Dictatore tam in matrem quam in puellam : tunc luxuriam senis adulteri civitas subinde rumoribus jocisque carpebat, ut mala non tantum seria forent.* Aussi ses soldats l'accompagnants en son triomphe en avoient adverty plaisamment les Romains par ce vers qu'ils chantoient entrants dans Rome,

Urbani servate uxores mœchum calvum adducimus.

Bourgeois gardez bien vos femmes, car nous vous amenons icy un dangereux paillard à la teste chauve. Car Cesar estoit chauve (comme j'ay dit,) tesmoin ce traict piquant que luy jetta un soldat en colere ; *Cum enim calvitium iniquissime ferret & desi-*

deficientem capillum à cervice revocaret ad frontem, ei dictum est ab irato milite : Facilius est, Cæsar, te calvum non esse, quam me in exercitu Romano quidquam egisse, vel acturum timidius. Saresb. liv. III. c'est à dire, Comme il portoit avec impatience la perte de ses cheveux, & qu'il avoit accoustumé de ramener le mieux qu'il pouvoit sur son front, ceux qu'il portoit grands derriere la teste. Il luy fut dit par un un soldat offensé, il seroit plus facile de faire que tu ne fusses point chauve, que j'aye pour mon regard peu faire jusques icy, ou que je doive faire cy après, ny commettre quelque chose de lasche en l'armée Romaine. Mais revenons à nostre premier discours, & parlons encore de la sotte & vaine imagination que Cesar avoit d'estre yssu de cette Déesse, qui fut telle qu'il luy attribuoit, & ses flatteurs pareillement, toute sa conduite, & les plus signalées actions qu'il entreprit & executa, avec tout le bonheur qu'il luy arriva en toute sa vie; tesmoins en sont les devises de ses monnoyes, où cette Déesse paroist souvent sous divers types tantôt assisse sur une proue, tantôt debout, portant une Victoire sur sa droite, pour representer une Venus Victorieuse, & telle qu'Hypermnestra en dedia une figure en la ville d'Argos, l'appellant Νικηφόρον, portant une Victoire (comme le dit *Pausanias* liv. II.) & qui fut le mot que Cesar donna à son armée, le jour de la bataille de Pharsale, en quoy il fut depuis suivy par Auguste en la bataille Actiaque : On voit aussi en un revers de ses medailles pour cette consideration, l'effigie de cette Venus Victrice avec un globe, comme estimant qu'il luy devoit la conqueste de l'univers. Mais cette figure cy, represente Venus surnommée Genetrice, qui luy avoit en qualité d'ayeule (ce sembloit) comme engendré l'Empire du monde. Ainsi elle mesme se vante d'en estre la mere, & la fondatrice dans *Stace* liv. I. en l'epithalame de Stella & de Violentille en ces vers :

—— —— Phrygio si non ego juncta marito,
Lydius unde meos iterasset Tibris Julos?
Quis septem geminæ posuisset mœnia Romæ
Imperii Latiale caput? nisi Dardana furto
Cepisset Martem, nullo prohibente sacerdos?

Aussi fit-il vœu en la bataille de Pharsale de lui faire bastir un Temple; (ce dit *Appian.* liv. II.) & puis après il remarque qu'il fit mettre sa statuë auprès de celle, de cette Déesse Genetrice : Desquels monuments semblent faire mention les inscriptions antiques que *Gruterus* rapporte pp. 35. & 112. au moins pour ce qui regarde le culte de cette Venus, observé par les Romains en sa faveur, & de la famille Julia.

DIVO JULIO
LIB. JULIA EBORA
OB ILLIUS IMMUN. ET MUN.
LIBERALITATEM.
EX D. DD.
QUOJUS DEDICATIONE
VENERI GENETRICI
CESTUM MATRONAE
DOMUM TULERUNT.

VENERI GENETRICI
D..... JULI.
IN MEMORIAM GENT.
JULIAE
STATUAM CUM...
JUNIUS VIRBIUS ATTICUS
FLAM. DIVI JULI.
D. S. P. D.

Mais je parleray plus particulierement de cette Déesse sous cet epithete cy après. Venons au surplus de ce qui concerne Cesar, & disons un mot de sa naissance.

SUR LA NAISSANCE, DE CAESAR.

OBSERVATION II.

La conception de Cesar se rencontra sous le signe du Sagittaire, qui luy promettoit de grandes victoires, & insignes triomphes multipliez en son païs, ce dit *Manilius* liv. IV. en ces vers,

Nec non arcitenens prima quum veste resurgit,
Pectora clara dabit bello, magnisque triumphis,
Conspicuum patrias victorem ducet ad arces;
Sed nimium indulgens rebus Fortuna secundis
Invidet in facie, sævitque asperrima fronti, &c.

Mais que la fin (ce dit-il) en feroit funeste pour luy, comme il arriva. Et c'est merveille que les Romains n'accusoient la negligence de leur Venus Genetrice, de n'avoir pris garde à destourner ce malin aspect en avançant, ou reculant l'heure de cette conception de son favory, & bien-aimé lignager. D'avantage *Sidonius Apollinaris* en son Panegyrique d'*Anthemius*, au vers 120. remarque seul (que je sçache) des autheurs, que Jules Cesar nasquit en mesme temps qu'une couronne de laurier bruloit,

Julius in lucem venit, dum laurea flagrat.

Il nous eut fort obligé d'en dire un peu d'avantage, car quel presage cette couronne brulante donnoit elle de la future grandeur de Cesar? & par quelle observation, secret de nature, ou tradition des anciens? Les doctes commentateurs de cet autheur ont raison de mettre ce passage au nombre des plus obscurs,

&

& je trouve que le dernier de beaucoup plus judicieux que le premier, a prudemment fait de le laisser en son entier, sans presumer d'en pouvoir tirer quelque intelligence en le corrompant, comme le premier a fait. Il me sera toutesfois permis de dire ce que j'en pense. Quand ils vouloient en ce temps là prendre presage de la future fertilité, ou sterilité de l'année, ils avoient de coustume de jetter dans le feu une couronne de laurier, & selon que les fueilles d'icelle petilloient gayement ou non, ils conjecturoient par le bruit, de l'estat futur des saisons. Tibulle seul m'apprend ce mystere, liv. II. Elegie 5. en ces vers:

Ut succensa sacris crepitet benè laurea flammis,
Omine quo felix, & sacer annus eat:
At laurus bona signa dedit, gaudete coloni,
Distendet spicis horrea plena Ceres.

Surquoy je ne voy point qu'il ait esté rien observé par ses commentateurs. Donc César naissant, on fit cette ceremonie (ce semble) ou bien ce brulement de couronne arriva par hazard, & semble aussi qu'il fut favorable, promettant aux spectateurs & assistants, que ce jeune enfant seroit un jour tresheureux, & qu'il possederoit beaucoup de gloire & de biens.

SUR LA DEIFICATION DE CESAR.

OBSERVATION III.

Ce n'est pas grande merveille que les Romains ayent existimé qu'un homme qui eust fait de si grandes & incomparables actions guerrieres comme fit Cesar, & qui auroit esté leur Empereur, fut estimé avoir esté plus qu'homme, & avoir eu en luy quelque chose de divin, & encore un personnage qui auroit esté publié (comme il fut estre des descendants de Venus Genetrice mere de l'univers; & par consequent qu'ils l'eussent estimé digne d'estre veneré comme un Dieu après sa mort. Car plusieurs autres peuples avant eux avoient pris cette coustume d'adorer leurs Roys comme Dieux & les invoquer comme tels après leur mort, comme faisoient les Egyptiens, les Perses, & les Maures, qui au temps même que Cesar fut fait Dieu, mirent Juba au nombre des Dieux (que je croy avoir esté avec Pluton le plus noir d'entre eux.) ainsi que *Minucius Felix*, Sainct Cyprien de *Idolorum vanitate*, & Lactance liv. I. ch 15. après Tertullien en son *Apol.* chap. XXIV. le remarquent. Mais bien, je ne me puis assez émerveiller, qu'ils ayent fait cet honneur à l'oppresseur de leur liberté, tout le premier, & pour avoir esté le plus heureux voleur qui ait jamais entrepris sur leurs loix, & sur leur franchise, & non pas à Numa, qui sans contredit a esté le plus Sainct, plus Pieux, & plus Juste des Princes Romains. Mais quoy, toutes sortes de desordres & d'absurditez ayants pris le dessus; la tyrannie ayant mis l'honneur, la pieté, & les loix divines & humains dessous ses pieds, ce n'estoit plus l'ancien Genie de la vertu qui possedoit ce genereux peuple, mais seulement celuy de la flatterie, & de la vanité. Estant veritable que ce temple qui fut basty en son honneur sur le modele de celuy de Venus Genetrice (dont parle *Suetone*) & celuy que Vitruve déscrit liv. III. ch. 2. Celuy que les Lacedemoniens decheus entierement dés lors de leur ancienne vertu & magnanimité, luy erigerent par une grande lascheté, duquel parle *Pausanias* liv. III. & ceux que tous les autres peuples luy dresserent, servirent plustost de monuments de l'infamie des Romains, que de la gloire de Cesar. Et ce qui sert de marques indubitables de la foiblesse, & de l'inconstance des hommes est, que s'il eust esté vaincu & mis à mort en la bataille de Pharsale, où il surmonta les Romains, & non pas Pompée (à proprement parler) sa memoire fût demeurée si odieuse entre les Romains, qu'à peine eust-il esté permis de le nommer autrement qu'un Catilina, & un Fimbria, le firent avec abomination. Quand ce n'eust esté que Ciceron, qui en son vivant mesme l'appelloit voleur, *latronem*, ce qui se voit, comme je l'ay déja dit, en ses Epistres ad *Atticum*, c'est à dire, du mesme epithete dont il marquoit Catilina quand il declamoit contre luy. Mais au contraire le grand Pompée eust esté mis si haut, qu'il n'y eust pas eu assez de marbre, de porphyre, jaspe, & pierreries és rochers, és montagnes, és mers, & dans les thresors de tous les Roys barbares, & és cabinets des plus curieux des Romains, pour luy dresser des colomnes, des statuës, & des temples, & pour les decorer. Et tout ce qu'il y avoit de plus disert entre les Orateurs, & de mieux enthouziazé entre les Poëtes, eust été employé sans cesse à exalter la gloire des hauts-faits de ce personnage, plus homme de bien que Cesar, & meilleur citoyen que luy. Mais quoy, il estoit ordonné dans la providence de Dieu, que cette Republique fut changée en Monarchie, afin que le Sauveur du monde, nasquist sous le regne pacifique d'un seul Monarque,

SUR CE NOM DE JULIUS ET SURNOM DE CESAR.

OBSERVATION IV.

La famille Julia (comme je l'ay dit, & comme chacun sçait) pretendoit avoir tiré son origine de Venus, & son nom de Julus, ou Julius, fils d'Enée, que l'on croyoit avoir esté fils d'Anchise, & de cette Déesse par un prodigieux accouplement. Julus donc fut autheur de ce nom de famille,

Julius à magno deductum nomen Iulo.

ce dit *Virgile* liv. IV. de son *Eneide*. Julus se trouve aussi avoir esté nommé Ilus, & plus communement Ascanius, d'un lieu de la Phrygie nommé Ascanium, dont *Pline* liv. V. chap. dernier fait mention, & qu'*Hesychius*, & *Nonnus* liv XIV. de ses Dionysiaques appellent ville de la Phrygie, & *Stephanus* de la Troade, ou bien d'un fleuve de Phrygie nommé Ascanius, comme *Servius* le remarque. Celuy d'Ilus luy fut donné en memoire d'Ilus renommé Roy des Troyens, qui nomma Troye Ilium. Mais il receut le nom de Julius ou Iulus comme pour surnom & epithete, à cause de la beauté du jeune poil qui premier luy couronna les joües. Virgile parlant de luy, luy accorde ce nom,

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, Ilus erat dum res stetit Ilia regno.

où Servius nous apprend luy avoir esté donné après la victoire qu'Ascanius gagna contre Mezentius, citant mesme Jule Cesar pour son autheur; lequel me semble devoir suspect en sa propre cause, *Et occiso Mezentio* (ce dit-il) *Ascanium, sicut Julius Cæsar scribit, Iulum cœpit vocare, vel quasi Iuloni, id est sagittandi peritum, vel à barbæ lanugine quam* ἴουλον *Græci dicunt, quæ ei tempore victoriæ nascebatur.* En effet ἴουλος signifie τὴν ἐξάνθησιν τῶν γενείων, le poil follet qui court au long des joües, comme le jeune cotton d'un coin, ou comme si les joües estoient des plantes, dont ce poil seroit la fleur. Comme nous le remarquons dans Pollux, dans *Rufus Ephesius*, au premier livre *De Corporis humani partium adpellationibus* chap VII. & dans l'autheur de l'Etymologique, dans *Isacius Tzetzes* sur Lycophron, & ailleurs. De plus le dit *Tzetzes* dit, qu'il signifie τὴν συστροφὴν τῶν τριχῶν, qui est ce tour de cheveux crespez & anneleez; que nature accorde à plusieurs, autour de la teste; & aux autres, l'artifice. Ce qui me persuade que la plus vraye origine du surnom de César attribué à la famille Julia, est deuë à l'explication qu'on a voulu donner à ce nom de Julius, & que celuy qui premier le receut, en fut decoré, pource qu'il avoit naturellement la perruque & chevelûre de cette qualité, car Καισαρεία dans *Hesychius*, est interpreté εὐκεφαλία, c'est à dire qu'il avoit une chevelûre si epesse, si bien couverte, & remplie, qu'elle luy garnissoit la teste, comme la coëffure que les femmes se font en armet, de leurs propres cheveux, les tordans gentiment en cordons ou en nattes pour les agencer tout autour de la teste; en la couronnant avec iceux mignardement; esquelles parts de cheveux avant qu'estre cordonnez ou nattez, estoient ce que les Latins appelent *capillorum spiras*, parce qu'ils encernent la teste des femmes, demy torts, comme les plis & replis d'un serpent, & ainsi que nos femmes les accommodent encore à present. Ainsi la signification du mot Ἴουλος Iulus, & de César du mot Καισαρεία se rencontrent fort bien au sujet du nom & surnom donné à quelqu'un des premiers des descendants de Iulus fils d'Enée, ou pour avoir eu cet ornement naturellement, ou par artifice; si ce n'est qu'on se vueille simplement arrester à l'opinion de ceux que Spartian dit avoir donné cette denomination au premier de cette famille, *Quod cum magnis crinibus sit utero parentis effusus*, c'est à dire, parce qu'il estoit venu au monde ayant les cheveux fort grands.

Au reste le long regne d'Auguste, celuy de Tibere, & encore des trois autres qui estoient de cette famille, accoustuma tellement le monde à voir ce nom perpetué en leurs titres, qu'il vint en telle veneration, que tout seul il designoit l'Empereur en le prononçant, si bien qu'il servoit comme d'Asyle à ceux qui estants outragez, l'invoquoient, ce dit l'Epictete d'Arrian l. II. ce cry estoit: O Cesar! quelles violences j'endure & souffre dans la pleine joüyssance que nous avons de la paix par ton moyen. *O Cæsar, qualia patior in tua pace!*

SUR

SUR LE MESME SURNOM DE CESAR.

OBSERVATION V.

La premiere lettre de ce mot ou furnom qui eſt C. ayant eſté effacée par le foudre, au bas de la ſtatuë d'Auguſte (ce dit Suetone en ſa vie ch. XCVII.) il fut predict qu'il mourroit cent jours après. Cette lettre vallant ce nombre, & qu'après ſon deceds il ſeroit receu au nombre des Dieux, par ce que AESAR en langue Hetruſque valoit autant que DIEV. Les doctiſſimes commentateurs de cet autheur ont rapporté curieuſement tout ce qui leur a ſemblé propre pour illuſtrer ce paſſage, & pour expliquer plus ſignificativement ce mot de CAESAR. C'eſt pourquoy ſans repaſſer dans leurs routes, je me contenteray de dire qu'il me ſemble que les Romains & Suetone prononcerent avec trop de flatterie ſur le ſujet de cet accident; eſtant plus vrayſemblable, que l'on deuſt prendre conjecture ſur ce mot, αἶσα, reſtant de ſignificatif en ce mot entier de Ceſar, qu'apres cent jours ſa deſtinée acheveroit ſon cours, car αἶσα eſt priſe tantoſt pour la Deeſſe qui preſide ſur le Deſtin ſuivant ce vers d'Homere, Iliade XX.

——— ἅσσα οἱ αἶσα
γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ ———

Tantoſt pour celle qui commande és choſes qui ne ſe peuvent prevoir, comme *Phurnutus* en ſon livre de la Nature des Dieux le remarque; & puis pour le Deſtin meſme, comme il ſe voit par cet autre vers du VII. de l'Odyſſée,

Ἔτι γὰρ νύ μοι αἶσα βιῶναι.

Adbuc enim mihi eſt fatum vivere; Eſtant trop temeraire & ſans apparence de prononcer qu'il ſeroit après ſa mort le Dieu meſme qui preſide ſur les Deſtinées (car en la langue Hetrurienne AESAR ne pouvoit ſignifier autre choſe que ce que αἶσα ſignifie en la Grecque,) puiſqu'il eſt certain que ce mot Hetruſque prenoit ſon origine du Grec. L'explication que *Bernardinus Baldus* a donné de ſa Table Hetrurienne, nous juſtifiant qu'une grande partie des mots Hetruſques avoient eſté empruntez des Grecs. Ce qu'eſtant, conſiderant que ce mot rendu d'Hetruſque Latin, ou uſité pour un ſurnom à cette famille, (dont l'etymologie eſt creuë & eſtimée Grecque, ſoit qu'il vienne de Καισαρέω, ou de αἶσω,) je remarque que la premiere lettre eſtant un C. qui vaut (comme dit eſt) cent; & la derniere un R. qui eſt le P. Grec, vallant pareillement cent, ces contemplatifs devoient dire que ces deux lettres enfermants entre elles αἶσα (c'eſt à dire le Deſtin) marquoient que la Deſtinée d'Auguſte eſtant compriſe, & retenuë entre les deux centenaires auparavant cet accident, que depuis, le premier ayant eſté effacé, il ne luy reſtoit plus que le dernier, c'eſt à dire cent jours à vivre. Car le prenants autrement, y ayant deux lettres qui valoient chacune un cent, il y euſt eu à fonder leur preſage ſur deux cents.

Au reſte cette meſme ſorte de preſage arriva encore à d'autres dans l'Antiquité depuis Ceſar: car Dion liv. LXXVI. remarque, que la foudre ayant effacé trois lettres du nom de Severus au bas de ſa ſtatuë, ſervit de preſage de ſa mort, qui arriva trois ans après, eſtant en ſon expedition Britannique, où il alloit lors que cet accident ſurvint, paſſant par l'une des portes de Rome avec toute ſon armée. Il ſe voit pareillement en la vie de Charlemagne compoſée par Eginhard, que quelques mois avant le deceds de ce grand Monarque, il eſtoit arrivé, que le titre de *Princeps*, qui ſuivoit ſon nom de Carolus, en une inſcription oppoſée dans Aix la chapelle, ſe trouva effacé fortuitement, ce qui fut pris auſſi pour preſage qu'il quitteroit bien-toſt la Principauté & l'Empire avec la vie. Lequel paſſage m'a eſté monſtré par le feu Sieur de Cheſne, Conſeiller & Geographe du Roi, Perſonnage non ſeulement fort vertueux, & d'une converſation autant utile, qu'aimable; mais auſſi d'une telle capacité, que nous le pouvons dire avec verité, eſtre le mieux verſé en la connoiſſance de l'Hiſtoire Generale & particuliere de la France & des François, & tout ce qui concerne leurs Antiquité, qui aye entrepris de les illuſtrer depuis l'etabliſſement de cette tres-noble & tres-ancienne Monarchie, dont une infinité de livres qu'il en a mis en lumiere, ſont des preuves, qui immortaliſeront ſon nom, tant que l'uſage des lettres durera.

* SUR LA PREMIERE MEDAILLE.

L'effigie de Venus Genitrice avec un globe ou monde devant elle ſans inſcription. Toutesfois *Occò* en rapporte une avec *Vrſinus* où il y a L. BUCA pour inſcription. Quant au revers, il repreſente Venus qui aborde Anchiſe auprès du Mont *Ida* pour habiter avec luy. Or Ceſar eſt honnoré par *L. Æmilius Buca*, de cette effigie de Venus, & de ſa fortune amoureuſe, repreſentée en ce revers de ſa monnoye frappée en ſa faveur, pour illuſtrer ſon origine, & pour ſervir de monument du bonheur & favorable ſuccez que cette Deeſſe luy avoit procuré en toutes ſes entrepriſes: Car il vouloit eſtre eſtimé (comme je l'ay dict cy-devant) avoir emprunté ſa deſcente en ligne directe d'Anchiſe & de Venus, & qu'il luy devoit la gloire de s'eſtre aſſujecty l'Vnivers, & com-

* Confer quæ dicta ſunt ad Tab. III. Num. 32. 33. p. 50.

comme l'ayant guidé en tous ses desseins : Ce monde marque cela (comme dit est.) De plus il est attribué à cette Deesse, parce qu'elle estoit estimée estre le souverain Genie de la generation. Solin en son Fragment,

——— tu foetibus auges
Cuncta suis, totus pariter tibi parturit orbis.

Voire ils l'estimoient avoir engendré tous les Dieux, & avoir un souverain Empire sur toutes les puissances celestes, comme sur les terrestres, Ovide dans les Fastes livr. IV.

Juraque dat cœlo, terræ natalibus undis,
Perque suos initus continet omne genus.
Illa Deos omnes (longum est memorare) creavit:
Illa satis causas arboribusque dedit, &c.

En effect son culte estoit fort ancien. Car c'estoit la teste de Venus Genitrice, que les Sarazins & Ismaëlites adoroient, parce qu'ils disoient qu'Abraham s'en estoit heureusement servy pour habiter avec Agar, par le bon succez d'une nombreuse lignée, estimant lors (à ce qu'ils disoient) que ce fut une pierre commune ; comme le remarquent *Euthymius Zigabenus* en sa Table des Dogmes de cette nation, & l'autheur Anonyme Grec de l'histoire Saracenique. Ainsi vous voyez que cette Deesse vient accoster cet Heros auprès de ce mont de la Troade pour avoir lignée de luy. Le Genie destiné pour favoriser l'establissement de la grandeur Romaine present, ayant le sceptre en main qui marque la Majesté future de cette Monarchie. *Goltzius* a fait voir ce revers, & après luy *Ursinus*, qui ne la pas expliqué, *Ludovicus Nonnius* mesme ayant confessé sur ledit *Goltzius* n'en entendre le mystere.

* MEDAILLE II.

L. SEPULLIUS MACER. Venus debout tient une Victoire sur sa main droicte, & de l'autre une pique ; Cette devise servant de revers à l'effigie de Cesar accompagnée de l'astre de cette Deesse, lequel m'a obligé de faire graver cette medaille bien que commune, comme me donnant sujet de vous faire part d'une agreable remarque de Varron, que *Servius* rapporte sur le premier de l'Eneide, disant, que lors que cet Heros partit de Troye, il apperceut soudain portant la veuë devers le Ciel, l'estoille de Venus qui luisoit en plein jour, exprès pour le conduire à Laurentum en Italie, lieu auquel les Destinées avoient ordonné qu'il s'arrestast pour s'y establir. *Æneas* (ce dit-il) *à Troïa profectus Veneris per diem Laurentum usque stellam semper vidit, unde cognovit terras esse fatales, inquit Varro.* Donc Ausone en son Elegie de la Rose, a raison d'appeller Venus, *Sideris dominam*,

Sideris & floris nam domina una Venus.

La beauté de cet astre le faisant attribuer à Venus, pour en estre la guide ; car pour raison de cette beauté qu'il fait paroistre le matin soubs le nom ou epithete de Phosphore ou Lucifer, & le soir soubs de celuy de Vesper, ou Vesperugo, comme Varron & Plaute l'appelent : les Egyptiens le representoient en figure d'une femme extremement belle, cette estoille estant estimée estre la plus claire du Firmament, ce qui la faisoit nommer κάλλιστον *Calliston*, *pulcherrimam*,

Ὦ Κάλλιστον ἐν χορῷ ἵσταται ἀστήρ.

Comme nous le lisons dans Eusebe liv. III. chap. 11. de la Preparat. Euangelique ; le Chroniqueur Alexandrin p. 109. est aussi tesmoin de cet epithete, ce qui fait voir que cette estoille & Venus n'estoient en effect qu'un, c'est pourquoy l'Empereur Iulian en sa XIV. oraison l'appelle, *Solis cognatam administram*, *Æneæque Matrem.* Toutesfois quelques-uns l'attribuent à Junon ; ce que fait que Sainct Augustin s'en moque en sa Cité de Dieu, livre VII. chap. 15. elegamment & plaisamment tout ensemble, en ces termes : *Ibi est & omnium clarissima stella quæ ab eis appellatur Venus : & tamen eandem Venerem esse etiam Lunam volunt, quamvis de illo fulgentissimo sidere apud eos tanquam de malo aureo Juno Venusque contendant. Luciferum enim quidam dicunt esse Junonis : sed ut solet Venus Junonem vincit. Nam multo plures eam stellam Veneri tribuunt : ita ut vix eorum quisquam reperiatur, qui aliud opinetur.* Cette estoille donc qui servit de guide à Enée, n'estoit autre que Venus mesme Porte-lumiere, qui estoit le mesme astre que les Sarazins appelloient Cubar ou Kabar, sous lequel nom ils l'adoroient, comme le remarque Constantin Porphyrog. chap. XIV. & avec luy l'autheur Anonyme de leurs Dogmes, qui nous apprend que ce mot signifie Grande, au commencement de son livre : Ce qui est confirmé par l'histoire Grecque de Mahomet, és pp. 70. & 84. & que c'est la mesme avec l'Astarté, c'est à dire Porte-lumiere, dont Venus Assyrienne portoit le surnom ; ainsi que le tesmoigne Procope Gazean, sur le premier des Roys ch. VII. & sur le IV. ch. XXIII. Nilus narration troisiéme chap. VII. remarque que les Sarazins n'adoroient que cet astre pour toute Deité, sous le nom de Lucifer, & se prosternans devant lui, & lui immolants ce qu'ils avoient enlevé de meilleur sur leurs ennemis, ou qu'ils avoient volé en leurs brigandages, & sur tout les plus beaux Jouvenceaux qu'ils eussent pris en ces courses, ou és prises de villes, estoient sacrifiez par eux à cet Astre, sur un autel fait à la haste & sans art. Et pour faire voir que ces sacrifices faits au Phosphore, s'entendoient estre faits à Venus, cet Autheur remarque qu'ils faisoient impudiquement caresser des femmes par ces jeunes garçons devant cet Autel, avant que de les immoler : & que le chaste & vertueux Theodulus sons fils refusa estant captif entre leurs mains, de commettre cette vilenie. Cette estoile estant encore la mesme qui estoit surnommée Uranie ou Celeste, (comme Sozomene le dit particulierement, liv. II. chap. 4.) Et cela, conformement à ce que Elian. l. X.º rapporte que les Egyptiens luy en donnerent le surnom. Mais *Pausanias* l. 1. l'attribuë aux Assyriens ; ce qui fait voir qu'elle n'estoit autre qu'Astarté mesme entre ces peuples. Mais de plus, ce qui nous donne à connoistre evidemment que cette Venus tantost appellée Lucifer, Κάλλιστος ; Cubar, Astarté, & Uranie ou Celeste ; estoit tout'une avec la Genitrice, est, que nous apprenons de *Pausanias* l. I. que les Atheniens & Lacedemoniens la veneroient, & l'invoquoient soubs cet epithete pour obtenir generation, & cette estoille & mise en cette medaille derriere l'effigie de Cesar, pour la representer en qualité de Celeste, est de Genitrice, comme Dion liv. XLV. & XLVII. dict que les Romains firent voir és jeux Circenses, la statuë de Cesar menée en pompe,

* Vide Tab. V. Num. 2. p. 68.

pe, accompagnée de l'estoille de Venus sur sa teste, dans le temple ou elle fut consacrée. Or cette Celeste ou Uranie estoit (pour raison de sa vertu generative) particulierement venerée par les femmes, comme les revers de plusieurs medailles des Imperatrices le font voir avec l'inscription de *Veneri Cœlesti*, & avec son estoille. Voicy une inscription qui faict mention d'une sienne prestresse; rapportée par *Gualtherus* entre ses antiques monuments de la Sicile,

ΔΙΟΔΩΤΟΣ ΤΙΤΙΕΛΟΥ ΑΠΠΕΙΡΑΙΟΣ
ΤΑΝ ΑΔΕΛΦΑΝ ΑΥΤΟΥ ΤΑΝ
ΜΙΝΥΡΑΝ ΑΡΤΕΜΟΝΟΣ ΙΕΡΑΤΕΟΥΣΑΝ
ΑΦΡΟΔΙΤΑΙ ΟΥΡΑΝΙΑΙ.

Diodotus Titieli filius Appeiræus, Sororem suam Minyram Artemonis filiam sacerdotem Veneris Cœlestis. Elle est qualifiée en cette autre inscription, *Venus Cœlestis Augusta*, en faveur (ce semble) de quelque Imperatrice, dans *Gruterus*, p. 59.

VENERI CAELESTI
AVGVSTAE SACR.
NVMMA C. F. DORCAS
S. P. F. C.
EADEMQUE DEDICAVIT
L. D D D.

Et en cette autre encore elle est appellée INVICTA CAELESTIS. *Ibid.*

INVICTAE
CAELESTI
AVR. ONESI
MVS DD.

* MEDAILLE III.

CÆSAR DICT. PERP. Cesar Dictateur perpetuel. Cette medaille est rapportée par *Goltzius*, planche 6. Venus Victrice representée nuë, tenant un armet & un bouclier; il y a devant elle une colomne sur laquelle est posé un aigle, & derriere un signe militaire. *Ludovicus Nonnius* sçavant antiquaire, & qui a commenté une partie des oeuvres de *Goltzius*, n'ayant point expliqué cette medaille non plus que plusieurs autres qui le meritoient bien, (mais qui n'a estimées estre intelligibles.) Je me sents obligé de la sonder un peu; pour tascher d'en recréer mon lecteur. Venus donc est icy figurée nuë avec un casque en main, comme victorieuse de Mars par ses charmes & ses attraicts. Cet escu marquant que ce Dieu luy avoit soubsmis sa constance guerriere, luy rendant les armes, pour devenir son esclave, par l'effort de sa beauté. Ainsi Menelaüs jetta par terre picque, espée, & bouclier, ayant apperceu à descouvert le sein plein de charmes, d'attraits & d'amorce de la belle Helene (ce dit Aristophane en la Comedie intit. *Lysistrate.*) Mais en cette medaille elle designe, qu'elle avoit si heureusement assisté Cesar, comme le plus favoroy de tous ses descendants, en toutes ses entreprises guerrieres, & contre tous les efforts de ses adversaires, qu'elle luy en avoit fait remporter une victoire entiere, & finale, dont ce casque & cet escu, & encore cette enseigne militaire estoient les marques que Cesar luy avoit consacrées pour recognoissance de ses faveurs. Quant à cet aigle arresté sur une colomne, il monstre que ses victoires luy avoient asseuré la possession de l'Empire des Romains, qui luy devoit estre stable & eternel: Car l'aigle signifie la puissance Royale, & la majesté de l'Empire (ce dit S. Denys Areopagite, en son livre de la Hierarchie celeste.) Et de plus, il signifie une victoire entiere, & en est le presage. Le Scholiaste Latin de l'Aratus de Germanicus nous apprenant sur *Aratus*, que cet oyseau paru devant Jupiter prest de combatre les Geants, luy prognostica une magnifique victoire, & qu'il regneroit malgré eux dans les Cieux. Il signifie encore que la joüyssance de son Empire luy demeurera asseurée contre toutes les violences externes des Gaulois. & Germains, veritablement comparables aut Titans, les devant mespriser comme cet oyseau fait le tonnerre; luy seul de tous les animaux, s'eslevant pardessus les nuës quand il gronde, estant si hault eslevé qu'il n'en peut estre frappé. Ainsi que dit Pline liv. II. & liv. X. & encore d'autres avec luy. Or la medaille marquée dans *Goltzius*, & que j'ay aussi entre les miennes, confirme cette explication de la presente: Car Venus Victrice s'appuye sur un bouclier posé sur une colomne, un aigle legionaire arresté devant elle, pour monstrer cette fermeté de l'Empire qu'il estimoit avoir establie par l'assistance de cette Deesse.

* MEDAILLE IIII.

GERMAN. INDVTI. III. Vn fleuve couché au long d'un Mont, respand d'une cruche son eau, ayant une barque auprès de luy: *Goltzius*, planche IX. med. 7. Cette medaille semble avoir esté frappée exprés pour nous donner de l'exercice à deviner. *Nonnius*, & les autres devants bien estre excusez si ils en ont dit moins que moy. Mon imagination donc est, qu'on y peut lire GERMANIA INDVTIA. & que cette marque ou nombre de trois ne signifie autre chose que l'année, prenant ce nom d'INDVTIA pour celuy d'une colonie ou peuplade de Germains conduite en ce lieu par le commandement de Cæsar, comme on le peut conjecturer. Mais ce nom ne se rencontre pas (que je sçache) és Geographes. Je trouve bien dans Pline l. III. ch. 5. & 16. estre fait mention d'une ville nommée INDVSTRIA, assise au long du mont Apennin, sur le fleuve renommé du Pau, & ce à l'endroit où il se rencontre estre le plus profond, ce qui luy avoit fait donner premierement le nom de *Bodincomagum*, parce que *Bodincum* signifioit en ce temps là en langage Ligurien; ce qui ne semble avoir fonds pour sa hauteur. Or la situation de cette ville se rapporte fort bien avec le type de cette medaille; & ne sçay s'il n'y a pas lieu de croire qu'il peust avoir faute dans Pline, & qu'il y faille lire INDVTIA pour INDVSTRIA, qui ne rapporte pas si bien (ce me semble) au nom d'une ville, ce que je laisse toutesfois au jugement des plus sçavans. Pour ces trois poincts ou III. ils peuvent marquer l'année de l'establissement de cette colonie, ou fondation de ville. En une autre medaille qui se rencontre communement, il y a IIII. qui seroit la quatriesme année, mais elle nous fait souvenir d'une chose qui n'est pas cognuë si vulgairement, par le type & devise d'un bœuf, baissant la teste & fleschissant le genoüil qu'elle nous exhibe, car cette posture de bœuf designe l'establissement, & fondation d'une ville: Comme l'oracle prononcé à Cadmus, qui se voit rapporté par le Scholiaste d'Euripide, & par celuy d'Aristophane, le premier sur les Phœnisses

* Confer Tab. VIII. Num. 8. p. 94.

* Quære Tab. IX. Num. 10. p. 103.

Tra-

Tragedie, vers 641. & l'autre sur la Comedie des Gren. acte 5. en fait foy. Ovide en fait mention aussi, l. III. de ses Metam. & *Nonnus* l. IV. en ces deux vers, où il exprime le geste de ce bœuf de Cadmus,

Καὶ βοὸς ὀμφήεσσα χαμευνάδος ὤκλασε χηλὴ
Ἄστεος ἐσσομένοιο προάγγελος —— ——

Et bovis vocalis in terram recumbentis flectebatur ungula, civitatis futuræ prænuncia. En l'une & l'autre de ses medailles, Venus Victrice est representée d'un costé, & ce que dessus de l'autre, qui semble faire cognoistre que cette deduction de colonie se fit aprés les victoires remarquables qu'il obtint contre les Germains.

* MÉDAILLE V.

LAVS JVL. CORINT. *Laus Julia Corinthus* l'effigie de Jules Cesar ayant les yeux clos couronné de Laurier, & fort bien representé. Au revers il y a le Pegase portant en l'air Bellerophon avec cette inscription restante seulement —— ATO. ULIO. IIVIR. Cette medaille est de cuivre, & de moyenne grandeur, ce qui m'a semblé fort notable, tant pour raison de ce que l'effigie de Cesar y est representée fort au vray, que pour son inscription, qui fait voir, que Corinthe restablie par son ordre (mais aprés son deceds toutes fois comme ses yeux clos le marquent) fut appellée LAVS JVLIA CORINTHVS. Comme Pompeja ville de l'Insubrie, qui est le Milanois, avoit eu auparavant le mesme pronom de *Laus*; & appellée *Laus Pompeia* nommée a present LODI. Cette medaille me semblant d'autant plus rare, qu'en toutes les autres medailles que j'aye veües de Corinthe, tant és Cabinets des Amateurs de l'Histoire & de l'Antiquité que dans *Goltzius*; ce nom ne s'y rencontre pas; y ayant seulement en leurs inscriptions COL. COR. ou COL. JVLIA COR. ou autrement, mais qui ont cela de plus que celle cy en leur type; que la Chimere s'y void, contre laquelle Bellerophon combat sur le Pegase: joinct, que du costé de la teste, c'est l'effigie de Venus, & non celle de Jules Cesar, qui s'y remarque ou de quelque autre Deësse: & de plus l'on n'y remarque aucun Nom de Duumvir comme en celle cy, mais differente, comme étant de Siecles differents. Au reste j'en ai fait voir en sa premiere Impression de ce volume une d'Hadrian, qui a un Temple à son revers, avec cette seule inscription autour COL. COR. & que cette deduction de colonie & restablissement de Corinthe ne se firent que par Auguste aprés le decés de Cesar; suivant son intention & la disposition qu'il en avoit faite de son vivant. Quant à Bellerophon combatant le Chimere sur son Pegase, c'estoit la devise symbolique de cette ancienne ville, cet Heros y estant veneré particulierement, y aiant mesme un Temple, qui estoit dans son Fauxbourg, lequel estoit environné d'un bois de Cyprés, qui lui estoit consacré & a Venus; ce dit Pausan. liv. II. lequel remarque aussi que la statue colossique de cet Heros, se voyoit en un autre endroit, dont le Pegase faisoit voir une fontaine issante de son pied de devant hors du montoir. Mais quant à ce qui concerne la fiction du combat de Bellerophon contre ce monstre, vous en pourrez voir le narré & l'intelligence dans les scholiastes d'Hesiode & Lycophron, & dans les Chiliades de Tzetzes, comme aussi dans le Servius sur le sixieme de l'Eneide & ailleurs.

* Confer Tab. VI. Num. 11. & 12. pag.

* MEDAILLES V. & VI.

Goltzius, planche XV. represente ces deux medailles, dont l'une qui est G pied avec deux estoiles. L'inscription de la teste & du revers est, ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΑΡΧΙΕΡ ΜΕΓ. ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ *Cæsar Imperator Pontifex Maximus*, *Augur*. Ces deux medailles concurrent au sens de leurs devises, & le *Lituus* avec la qualité d'Augure, dont j'ay déja parlé cy devant; Mais le trepied d'Apollon se rencontrant icy avec ce baston Augural, je me sents obligé d'en dire plus particulierement quelque chose; Apollon *Augur* ou Φοῖβος qui est icy designé par l'un de ces astres qui accompagne celuy de Venus Genetrice, ou Celeste, monstre que Cesar estimoit estre assisté en l'exercice de sa charge d'Augure, & en la recherche des astres & presages (dont le *Lituus* & le trepied estoient les marques) de ces deux divinitez. Phœbus, ou Φοῖβος, ayant deux significations qui s'approprient fort bien à son astre & à son trepied, car c'est à dire, splendide & lumineux, & tout ensemble devin ou augure, comme il est pris au premier de l'Iliade d'Homere, & dans Hesiode en ce vers de sa Theogonie,

Φοῖβόν τ' Ἀπόλλωνα, καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν.

Auguremque Apollinem, & Dianam sagittis gaudentem. Il est aussi souvent qualifié *Augur* par les Latins, dont je ne rapporteray que ce qu'en consequence de cette qualité, il estoit estimé conferer en la divination ou art de diviner, par l'authorité de *Martianus Capella* l. I. des noces de Mercure & de Philologia. *Jampridem*, ce dit-il, *offensus contamine monendorum dedignatus Augur Pythius nuncupari, sed alibi lauros primores arentesque hederas, alibi cariantem tripodem, crepidasque situ murcidas præsagiorumque interlitam memoriam repererunt.* Cecy regarde les choses qui servoient à sa divination; mais au liv. VIII. cet autheur constituë en la science de deviner (entre autres parties) l'Augurale, en ces termes: *Oeonisticè tertia est, per quam tripus illa ventura denunciat, atque omnis eminuit nostra cortina*, c'est Apollon qui parle, *denique in argumentum præscientiæ mihi corvus alludit, cygnus etiam sociatur, ut diei noctisque proventus nos avibus præsentire concolor temporum pluma testetur, ipsaque tripus trini cursus præsagia pollicetur. Hæc est Exstantis, Instantis, & Rapti, demum Trigarium supplicantis semper germanitatis adveniat*, &c. Ce passage est notable, & qui represente seul la raison des oyseaux, & du trepied attribuez à Apollon, & marquez en ces deux medailles; Vous voyez donc que ce Dieu presidoit absolument en l'art de deviner, & és presages. C'est pourquoy dans un oracle cité par Lactance l. I. ch. 7. Il est appellé sçavant & sage demon, Astre porte-lumiere, & Harmonie du monde,

Ἁρμονίη κόσμοιο φαεσφόρε, καὶ σοφὲ δαῖμον.

Ce qui se rapporte aussi au rencontre de cet astre ou estoile, & à la science d'accorder les instruments musicaux, à bien chanter, & faire bien en hymnes, & chants de melodie. *Didymus* sur le premier de l'Iliade, comprend en ces sept ou huict paroles tous ses attributs, τέσσαρες τέχναι ἀνατίθενται τῷ Ἀπόλλωνι. Μουσικὴ, τοξικὴ, ἰατρικὴ, μαντικὴ, la Musique, l'art de bien tirer de l'arc, la medecine, & la divination. Enfin pour revenir à l'astre de Venus, ou le Phosphore, ou Eosphore,

* Vid. Tab. IX. Num. 12. 13. 14. p. 105. 106.

re, (comme l'appelle Philon Juif, en son interpretation du decalogue,) & à ce Soleil ou astre de Phœbus Apollon, Il semble qu'ils soient posez au dessus de ce trepied, pour donner à entendre que ces Dieux promettent à l'Augur Romain Cesar, par un heur continuel en ses entreprises, l'entiere conqueste de l'Orient & de l'Occident.

MEDAILLE VII.

CAESAR. Vn elephant avec un serpent entre ses jambes. Au revers les vases & instruments de sacrifices, avec l'habillement de teste du grand Pontife. Plusieurs doctes antiquaires ont tasché d'expliquer cette medaille, comme si cet elephant fut entendu par le mot CAESAR. Mais sans m'arrester à refuter les opinions des autres: Je me contenteray de dire simplement la mienne, qui est, que je tiens que cette devise ne marque autre chose que ce qu'elle voudroit signifier, s'il y avoit autour cette inscription IMP. CAESAR. ou bien CAESAR DICTATOR PERP. d'un costé & de l'autre PONTIF. MAX. Car, comme l'une monstre la qualité royale, l'autre marque la pontificale avoir esté joinctes en ce tems là en la personne de Cesar. Parce que l'elephant estoit pris en Italie pour symbole de la royale, imperiale, ou souveraine puissance, ainsi qu'Artemidore nous l'apprend liv. second ch. XII. *ἐν Ἰταλίᾳ ἢ δεσπότην σημαίνει ἢ βασιλέα, καὶ ἄνδρα μέγιστον.* Il signifie, ce dit-il, un Souverain en Italie, un Roy & un grand homme, c'est à dire de grand pouvoir. Où son Commentateur homme docte, suivant le dire de *Spartianus* en la vie d'Ælius Cesar, s'est mis du nombre de ceux qui interpretent ce mot de Cesar pour signifier un elephant en langage Afriquain, & dit que c'est pour cette raison qu'Artemidore a specifié *ἐν Ἰταλίᾳ* en Italie. Mais si cela eust esté, il n'y auroit eu que l'Italie qui eust donné cette interpretation, & signification à l'elephant, à cause de la gloire & le lustre de ce nom; Mais nous apprenons d'Achmet en ses Oneirocrit. ch. 271. que cet animal designoit la mesme chose és Indes, & en Egypte. Artemidore donc a trop restrainct l'estenduë des lieux où l'elephant signifioit un Roy, ou personnage tres-puissant: Que si il eust toutes fois eu cette pensée en escrivant, de dire cela de l'elephant, pour ce qu'il eust sceu que Cesar en langue des Maures signifiast un elephant, outre ce qu'il ne l'eust pas oublié, il eust adjousté que cet animal avoit cette signification en Italie: Par ce que Cesar (dont le nom signifioit un elephant) avoit esté un tres-grand homme, & commandant mesme aux Roys. Il n'est donc pas vraysemblable qu'il ait eu cette pensée quand il a escrit ceoy, ainsi seulement qu'en Italie il estoit pris pour signifier un homme de souveraine authorité. Mais bien il s'est pû faire que les Maures ayent pour cette raison, & à l'imitation des autres peuples pris l'elephant pour symbole d'un Monarque, & que, par ce que Cesar a esté le plus renommé qui ait jamais esté, ils ayent mesme voulu se servir de son nom, pour signifier un elephant, par honneur; car ce nom n'est rien moins qu'Afriquain. Et ce qui aide mon interpretation de ces devises, est, que le mesme Artemidore au mesme livre, chap. 13. dit, que le dragon veu en songe signifie un Roy, ou bien quelque personnage qui exerce un magistrat insigne, ce qui ayant du rapport à ce qu'il dit de l'elephant, & l'un & l'autre de ces animaux se rencontrants representez en ce revers; Je trouve de l'apparence de croire mon interpretation estre la plus recevable. Neantmoins ce que j'en ay dit a esté sans dessein formel de censurer les opinions des autres; mais seulement pour proposer la mienne.

MEDAILLE VIII.

C. CAESAR DICTATOR. Cesar avec le baston Augural. Au revers il y a L. LIVINEIVS REGVLVS. C'est un taureau courant teste baissée avec furie. Cette devise n'ayant pas esté expliquée pour avoir esté negligée en qualité de commune, avec plusieurs autres, ou bien pour n'avoir esté entenduë; m'oblige de dire mon opinion de ce qu'elle me semble designer. Je tiens donc qu'elle fut frappée par Regulus en faveur de Cesar au temps qu'il fut creé Dictateur perpetuel, ou un peu apres; j'en diray la raison apres avoir rapporté icy l'extravagante remarque de l'autheur de la Chronique Alexandrine. Qui dit que Cæsar fut fait Dictateur perpetuel à Antioche le 23. May après avoir fait publier le 20. du dit mois, qu'il remetroit le peuple d'Antioche en liberté, & qu'en memoire de ce bienfait ils commencerent des lors à compter les années par la premiere de sa Dictature, & les Indictions aussi. Car encore que ce qu'il dit icy du compte des années & des Indictions commencées en ce temps là par eux soit tres veritable; comme il se voit confirmé par Eusebe; si est-ce que pour le regard de sa Dictature, il est certain qu'elle luy fut deferée à perpetuité dans Rome, & non à Antioche, ainsi que particulierement il est remarqué par Appian Alexandrin, l. II. des guerres civiles. Mais parlons du surplus. Ce Taureau me semble avoir esté representé en ce revers, comme estant le symbole de principauté, ainsi que Dion Chrysostome nous fait voir en sa seconde oraison; representant elegamment & judicieusement le rapport qu'il y a de ce puissant animal avec un Roy & son Royaume, par un excellent parallele qu'il en fait. Mais avant luy S. Denys en son Hierarchie chap. XV. dit, que la taille robuste du Taureau represente la force & la vigueur necessaires au Prince, & que ses cornes signifient *τὸ φρουρητικὸν καὶ ἀκράτητον*, *Servatricem atque invictam vim* Ce qui les rapporte fort bien à la posture de ce Taureau. Joint que *Stephanus* remarque sur le mot *ταῦρος* que les anciens appelloient *ταύρους* (*οἱ παλαιοὶ πάντα ὅσα μεγάλα καὶ βίαια ἐπωνόμαζον,*) toutes les choses grandes fortes & robustes. *Regulus* donc a voulu donner à entendre que Cesar ayant vaincu Pompée devenu Dictateur perpetuel, estoit en effet, le plus puissant & redoutable Monarque qui fut oncques, & en estat de poursuivre & achever de ruiner ses ennemis, protegeant ses amis.

Or nous voyons és revers d'Auguste une autre representation de Taureau, en figure, & posture differentes avec cette-cy. Car celuy là flefchit le genoüil, que je prends pour representer le Taureau Celeste, particulierement estimé estre sous la sauvegarde de Venus, comme *Manilius* l. 2. & 4. après Virgile en ses Catalectes l'enseigne, & encore Macrobe l. I. de ses Saturnales. Comme aussi *Proclus* en sa paraphrase sur le premier livre *De Siderum affectionibus*, de Ptolemée chap. IX. *Sextus Empiricus* livre V. contre les Mathematiciens chap. V. appellant aussi le Taureau signé feminin. Partant Taureau semble donner à entendre, qu'Auguste, vray Taureau Celeste & royal de sa Venus, seroit toujours invincible par son moyen. Porphyre en son Commentaire de l'Antre des Nymphes, &

le

le Philosophe *Hermes* en son livre des Revolutions des Nativitez, pag. 162. nous apprennent, que le Taureau de Venus est seigneur de la generation, & y preside. En effet cette posture où nous le voyons en ce revers, me persuade facilement que c'est ce Taureau Venerien, puisque *Manilius* le descript en cet estat.

——— Taurus
Succidit incurvo claudus pede.

Comme aussi Lucain plus expressement livre III.

——— nisi poplite lasso
Ultima curvati succederet ungula Tauri.

L'on peut toutesfois estimer aussi que ce Taureau represente l'Italie sousmise aux loix d'Auguste, comme estant preste de recevoir le joug, les Guerres Civiles estant achevées & finies, & la Paix ayant succedé aux troubles. Car cette Province a pris sa denomination du Taureau, que les Tyrrheniens appelloient ἰταλὸν. Ce disent Varron dans *Gellius* liv. IX. chap. 1. & *Tzetzes* Chil. II. Hist. 26. ainsi,

——— Ταῦρος καὶ πλεύσας εἰς Σικελίαν
Κλῆσιν τῇ χώρᾳ λέλοιπε καλεῖσθαι Ἰταλίαν
Οἱ Τυῤῥηνοὶ γὰρ ἰταλὸν καλοῦσι πᾶς τὸν ταῦρον.

L'Italie donc baisse le col : comme pour recevoir le joug de cette nouvelle domination; ainsi que le Taureau.

——— summittit aratris
Colla jugumque suis poscit cervicibus ipse

ce dit *Manilius* l. 4. A cette medaille d'Auguste aussi se rapporte la Sardoine representée par *Gorlæus* en sa Dactyliothèque, nombre 87. en laquelle ce Taureau est effigié fleschissant le genoüil prés la figure d'Auguste.

MEDAILLE IX.

DIVO IVLIO. L'effigie de Cesar deïfié, l'astre de Venus devant luy, ou l'astre de Cesar mesme. Au revers : Mars sur un autel, ou plustost Cesar representé pour Mars; devant lequel est une figure assise, qui tient une corne d'abondance en son bras senestre, porte de la droite une Victoire qui luy presente une couronne. Cette medaille se voit entre les dernieres medailles attribuées par *Schottus* à *Antonius Augustinus*, & à d'autres : mais qui n'a esté expliquée, non plus que la plus part des plus rares. Je diray donc ce que j'en pense. Cette medaille me semble avoir esté frappée un peu après la mort de Cesar; pour rendre sa memoire venerable, & le faire recognoistre avoir esté vivant un Dieu travesty en homme; Car ce fut un excellent artifice trouvé par Auguste, & par ceux de son party, de faire accroire à ce peuple superstitieux; que Jules Cesar estoit receu & retourné entre les Dieux, pour rendre sa succession plus recevable & plus plausible. Car communement en ce temps là (& sur tous les plus simples) n'estimoient pas qu'un autre qu'un demy-Dieu eust peu parvenir au point de la gloire en la quelle Cesar avoit esté eslevé, ayant à combattre tout l'Vnivers ensemble. Il leur fut donc aisé de persuader que cette Comette qui parut du costé du Septentrion après sa mort, estoit une Ame deifié; dont Pline fait la remarque liv. I. chap. 25. bien qu'elle signifiast tout autre chose; & que ce ne fut rien moins que ce qu'ils s'imaginoient. Voicy le rapport de *Bæbius Macer*. *Circa horam octavam* (ce dit-il) *stella amplissima quasi lemniscatis coronata orta est, quam quidam ad illustrandam gloriam Cæsaris juvenis pertinere existimabant. Ipse animam patris sui esse voluit, eique in Capitolio statuam super caput auream stellam habentem posuit; Inscriptum in basi fuit* KAICAPI HMIΘEΩ. *Sed Vulcanius haruspex in concione dixit Cometem esse quod significaret exitum novi sæculi & ingressum decimi. Sed quod invitis Diis secreta rerum pronunciaret, statim se esse moriturum, & nondum finita oratione in ipsa concione concidit.* Cet ancien autheur descouvre icy toute la fourbe, disant que cette Comette fut dite estre l'Ame de Cesar, pour rendre la gloire d'Auguste plus illustre : Et que luy mesme voulut qu'on le creut, luy erigeant une statuë sous ce superbe titre, A CAESAR DEMY-DIEV. Faisant representer sur la teste d'icelle cet astre en or. Or je croy que ces secrets desquels en suite parle *Macer*, n'estoient pas seulement l'entrée d'un nouveau siecle, mais aussi que c'estoit la cruelle guerre qui s'alloit esmouvoir contre Auguste, (& puis après une grande tranquillité) la naissance de nostre Sauveur Roy des Roys. Ce qui se rapporteroit bien à ce que Origene liv. I. contre *Celsus*, remarque de *Chæremon* en son livre des Cometes, qu'elles designent ordinairement changements és Estats & Empires : & Stace à la fin du premier livre de sa Thebaide, en ces vers :

——— Quod lethifer annus,
Bella quibus populis, mutent quæ scripta Cometæ.

Adjoustant Origene, qu'il tient que cette grande estoille qui apparut aux Mages en Orient, n'estoit pas une estoille ordinaire, mais nouvelle, & du genre des Cometes qui prognostiquoit le changement de l'Idolatrie au vray culte du vray Dieu Sauveur du monde. Mais les Romains, comme vous le voyez, avoient les yeux trop troubles pour lors, & trop fascinez de flatteries pour croire que cette grande lumiere fut autre chose que l'Ame de Cesar. Estimants d'ailleurs que c'estoit la vraye marque de l'Eternité, comme *Manilius* l. I. represente les Cometes eternelles en ces vers,

Sunt etiam raræ sortis natalis euntes
Aëra per liquidum, tractosque perire Cometas
Protinus, & raptim subitas candescere flammas,
Rara per ingentes viderunt sæcula motus, &c.

Voyez *Scaliger* sur ce passage, comme aussi Seneque livre VI. des Quest. Nat. chap. 27. Or le premier des autheurs du temps d'Auguste qui fait mention de cet astre de Cesar a esté Virgile, en son poëme intitulé *Culex*, le passage duquel merite bien estre consideré; Car il est aisé à voir que ce grand personnage qui l'a doctement commenté, ne l'a pas entendu en cet endroit. Virgile donc parlant à Octave, qui fut depuis surnommé Auguste, use de ces termes és imprimez,

Et tu sancte puer venerabilis, & tibi certet
Gloria perpetuum lucis mansura per ævum;
Et tibi sede pia maneat locus, & tibi sospes,
Debita felices memoretur vita per annos
Grata bonis lucens ———

Cet excellent personnage donc, n'ayant pas assez consideré la pensée que Virgile avoit escrivant ce poëme, tasche d'en tirer quelque sens intelligible, pour

pour ce qu'il ne l'entend pas, changeant ainſi les termes de ces vers.

Et tibi ſanćte puer, memorabitur, & tibi certet
Gloria perpetuum lucens manſura per ævum.

Ce qui me ſemble un peu trop hardy, & indigne du jugement exquis de ce grand homme; Car il n'y a rien de plus forcé que ce *memorabitur* qu'il ſubſtituë à *venerabilis*, & que ce *lucens* pour *lucis*; ces changements oſtants toute la grace du ſens de cet excellent Poëte; joint qu'il n'y a aucune apparence qu'il euſt repeté deux fois ce mot de *lucens* en ſi peu de vers ſans obligation. Je tiens donc qu'il faut lire ces vers autrement, les articulant ainſi,

At tibi ſanćte puer, venerabilis & tibi certet
Gloria perpetuum lucis manſura per ævum.

Referant *venerabilis* à *gloria lucis*, c'eſt à dire, *venerabilis lucis gloria tibi certet perpetuum per ævum manſura*; Car ce *venerabilis lucis gloria*, n'eſt ſans doute autre choſe, que le *Julium ſidus*, conformement à ce demy vers de l'Epigramme duquel je rapporteray cy après le paſſage entier,

Καῖσαρ δ' ἐγγὺς ἔλαμπεν Ἰούλιος ——

c'eſt à dire, *Cæſar verò Julius propè lucebat.* Comme Claudian. en ſon Panegyrique du IV. Conſulat de l'Empereur Honorius, dit qu'une eſtoile, qui parut en plein jour au point qu'il fut créé Ceſar, eſtoit ſa mere ou ſon ayeulle, dont l'aſtre apparut lors,

Sive parens Auguſta fuit, ſeu forte reluxit
Divus avus.

Virgile donc le prend en ce ſens, & ſouhaitte au jeune Ceſar, que la gloire de l'aſtre venerable de Jules Ceſar (qu'il croit eſtre Ceſar meſme, & dont le ſouvenir ſera eternel) combatte toujours en ſa faveur contre ſes ennemis, & l'aſſiſte perpetuellement contre leurs pernicieux deſſeins; & que le lieu qu'il luy avoit commencé à eſtablir pour ſiege de ſon Empire, (c'eſt à dire Rome) luy demeure: Et de plus, que ſa vie toujours munie & deffenduë contre les conjurations; renduë plus illuſtre, par l'amour des gens de bien, merite enfin d'eſtre immortaliſée par le cours continuel d'une heureuſe renommée. Nous voyons d'ailleurs, (pour confirmation qu'il a entendu parler de l'aſtre de Ceſar, par ce mot de *lux*,) que Valerius Flaccus grand imitateur de Virgile uſe de ce mot en meſme ſens, en faveur de Domitian, au commencement de ſon œuvre; Car en invoquant Veſpaſian deïfié, il adjouſte parlant de Domitian, qu'il repreſente devoir baſtir un temple en l'honneur de la gent Flavienne, comme en futur,

Ille tibi cultuſque Deum delubraque genti
Inſtituet, cum jam genitor lucebis ab omni
Parte poli, &c.

Et Porphyre en ſon Panegyrique faict voir, qu'ainſi que Virgile donne à entendre ſous le titre d'Aſtre divin, & de Dieu, Ceſar avoit laiſſé l'Empire à Auguſte, qu'auſſi l'aſtre divin du magnanime Claude, grand ayeul de Conſtantin, luy en avoit pareillement procuré la poſſeſſion tranſmiſe en ſa perſonne, par ces vers:

—— —— *victor*
Ritè atavo melior, cui Claudius acer
Magnanimum ſidus dat clarum è numine divo,
Imperium, virtus quem felix optat alumnum.

Il dit auſſi, *Manſura per ævum*, pour dire, Pour durer à jamais; car *ævum*, ce dit *Cenſorinus*, chap. XV. *Tempus eſt maximum ſine origine quod & ſemper fuit & ſemper futurum eſt.* Enfin les flatteurs & diſcoureurs de ce temps là, recherchoient curieuſement des honneurs & des termes les plus magnifiques & plus ſublimes qu'ils pouvoient, pour rendre la memoire de Jules Ceſar plus auguſte & venerable; comme Vitruve, qui dit en ſa preface, que *Julius Cæſar concilio cœleſtium in ſedibus immortalitatis dedicatus eſt. Manilius* liv. IV. en dit beaucoup auſſi en ce ſeul vers,

Ille etiam cœlo genitus, cœloque receptus.

Et les Egyptiens meſme, ce dit Pline liv. II. chap. 70. appellerent *Tronon Cæſaris* le Ciel, throſne ou ſiege de gloire & d'immortalité de Ceſar, une certaine eſtoille qui ne ſe pouvoit appercevoir en Italie, non plus que celle de Canopus, ny celle appellée la chevelure de Berenice, *quam*, ce dit Pline, *ſub Divo Auguſto cognominavere Cæſaris Thronon.* Mais la flatterie de l'autheur de l'epigramme 17. du V. livre de l'Anthol. chap. 1. paſſe bien plus outre, car il en faict un Jupiter foudroyant en ces termes:

Καῖσαρ δ' ἐγγὺς ἔλαμπεν Ἰούλιος, ὅς ποτε Ῥώμην
Ἀντιβίων ἔστεψεν ἀμετρήτοισι βοείαις,
Αἰγίδα μὲν βλοσυρῶπιν ἐπωμαδὸν ἦεν ἀείρων,
Δεξιτερῇ δὲ κεραυνὸν ἀγάλλετο χειρὶ κομίζων,
Οἷα Ζεὺς νέος ἄλλος ἐν Αὐσονίοισιν ἀκούων.

c'eſt a dire, Or Jules Ceſar luiſoit tout auprès, qui couronna cy-devant la ville de Rome d'une multitude infinie de grands & magnifiques boucliers, il portoit l'Ægide effroyable à voir, ſur ſes eſpaules, & ſa dextre eſtoit illuſtrée de la gloire de tenir le foudre, comme eſtant declaré nouveau Jupiter des Auſoniens. Mais ce nouveau Jupiter cauſa bien des maux à ſon païs, ce que cette Comette, que par une ridicule flatterie ils appelloient l'Ame de Cæſar (comme dit eſt) prognoſtiqua à la verité tout autre choſe pour les Romains, que l'aſſiſtance divine de ce pretendu Dieu nouvellement inthronizé. Car ce fut le ſignal d'un million de diviſions, ruines de villes & de Provinces, & d'une mer de ſang qui ſe devoit reſpandre ſur la terre par les guerres civiles qui ſuivirent ſa mort; comme *Calpurnius* le remarque en ſa premiere Eclogue, parlant d'une autre Comette qui parut vingt nuićts durant, & plus, après la mort de Carus; (dont je ne trouve rien ailleurs) qui eſtoit, ce dit-il, d'un aſpećt tout pacifique & ſerein, & non effroyable comme celle de Ceſar, & qui partant promettoit à Numerian une principauté heureuſe & tranquille, ce qui toutesfois n'arriva pas; car il fut tué bientoſt après, & l'Empire Romain couvert de ſang & de carnage par Diocletian & Maximian combatants contre Carinus & deux ou trois autres Tyrans, & puis par leurs cruautez contre les Chreſtiens deſquels Diocletian faiſoit mourir par mois ſept ou huićt mille. Voicy donc ce que ce Poëte remarque:

Cernitis ut puro nox jam vigeſima cœlo
Fulgeat, & placida radiantem luce Cometem
Proferat, ut liquidum nutet ſine vulnere ſidus?
Non per utrumque polum, ſicut ſolet, igne cruento
Spargit & ardenti ſcintillat ſanguine lampas:
At quondam non talis erat, cum Cæſare rapto
Indixit miſeris fatalia civibus arma.

Ce Poëte cy, comme vous voyez, ne flatte pas la memoire de Ceſar, comme les ſuſdits: auſſi n'eſtoit il pas de ſon temps, & n'y avoit plus de peril d'en declarer la verité.

Mais ce n'eſt pas tout, car outre cet aſtre qui m'a donné ſujećt de dire tout ce que deſſus; le revers de cette medaille m'oblige d'amplifier cette

te annotation, manifestant encore une curiosité qui illustre pareillement l'Histoire. * Car cette Deesse qui tient une corne d'abondance & une Victoire, laquelle presente une couronne à Mars monté sur un autel, lequel tient un javelot & reçoit la couronne que cette Victoire luy donne: Me semble devoir estre Venus Victrice, ou la ville de Rome victorieuse, & que ce Mars estoit Jules Cesar representé en la posture de ce Dieu, qu'elles honnorerent de la couronne de gloire par la Déesse Victoire, comme l'ayant meritée par ses hauts faicts & proüesses incomparables. Car je tiens que cette statuë de Mars est celle que les Romains luy dresserent sous son effigie dans le temple de Quirinus; avec ce titre magnifique, ΘΕΩ ΑΝΙΚΗΤΩ. *Deo invicto*, ainsi que nous l'apprenons de *Dion Cassius* l. XLIII. Et ce qui aide mon opinion est ce javelot qu'il tient: car Mars ordinairement tient une haste, & non un javelot, comme les medailles le justifient. Voire, anciennement la statuë de Mars n'estoit autre chose qu'une pique, ce dit Clement Alexandrin citant Varron. Mais il est icy donné à cette statuë, pource qu'elle represente Cesar; Le javelot estant la piece d'arme de ject du plus grand effect qu'eussent, & dont les Romains se servissent, & qui fut la principale cause de la victoire de Pharsale, Cesar ayant ordonné que ses vieux soldats en donnassent vivement dans la veüe à cette élite de la jeune Noblesse Romaine qu'ils avoient à combattre, comme divers Historiens le rapportent. Ce n'est pas toutesfois que Cesar ne se servit de la pique aussi bien que faisoit Mars, selon l'opinion des Poëtes, combatant les Geants. Petrone representant elegamment Cesar, marchant à grands pas, la pique en main, dont il s'appuyoit passant en plein Hyver des Alpes en Italie, mesprisant courageusement toutes les difficultez des chemins, en ces vers:

Nondum Cæsar erat, sed, magnam nixus in hastam,
Horrida securis frangebat gressibus arva.

Mais c'estoit que cette sorte d'arme luy estoit lors plus propre, & pour l'ornement, & pour la commodité de son voyage, lequel il faisoit à pied, suivant la coustume des grands Capitaines Romains, comme Tite Live & Plutarque nous en fournissent plusieurs exemples; Et depuis luy, nous lisons dans Tacite, dans Pline second, & dans Spartian, que Corbulon, Trajan & Hadrian en firent de mesme.

**MEDAILLE XI.

ΓΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΔΟΥΚΤΑΤΟΡΟΣ. *Cai Julii Cæsaris Imperatoris, Dictatoris*; L'effigie de Cesar couronné d'une espaisse couronne de laurier qui se clost par devant à l'ordinaire, pour couvrir d'avantage la nudité de son calvice, les cheveux ramenez au dessus de sa teste. Au revers il y a, ΙΛΙΩΝ ΒΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Iliensium bis Neocororum:* Ænée portant son pere, & le Palladium, à la sortie de Troye, le petit Iulus allant devant le bonnet à la main. Cette medaille est rapportée par *Goltzius*, *Occo*, & *Octavianus Strada*. De tous les Geographes, Strabon est celuy qui s'arreste le plus en son III. livre sur la decision, sçavoir si l'*Ilium* qui estoit de son temps, ville assez cognuë & assez notable (& aux habitans de laquelle cette medaille appartient) estoit fondée en la mesme situation, & sur les mesmes ruines de l'ancienne si mal traitée par les Grecs, asseurant & prouvant que l'ancienne en avoit esté éloignée de trente stades, & qu'en ce lieu il n'y avoit plus qu'un village qui en retenoit le nom, & que pour le regard de celle-cy, elle fut bastie par Alexandre le Grand, d'un petit bourgade que c'estoit auparavant, ayant un petit Temple de Minerve fort pietre: & ce après la bataille qu'il eust près du Granique (fleuve qui descend du mont Ida) la gratifiant de plusieurs dons & mesme de plusieurs immunitez, voire qu'elle fut par luy declarée & faite libre & joüyssante de ses droits & loix; mesme qu'après sa victoire contre Darius il leur promit un magnifique Temple, & la permission & establissement des exercices & jeux de prix. Ce qui fut en partie executé par Lysimachus depuis son deces, qui agrandit la ville d'une enceinte de quarante stades, & y fit venir les habitans de plusieurs villettes circonvoisines ruinées. Qu'au reste elle estoit presque ruinée au temps de la guerre que les Romains firent contre Antiochus; mais que depuis elle fut retablie, que Fimbria la ruina derechef, puis que Sylla la restablit encore; faisant beaucoup de bien aux habitans, & les consolant de leurs pertes. Ce qui me faict estimer que ce fut la raison pour laquelle ils furent contraires à Cesar és guerres civiles, car Lucain l. III. dict qu'ils aiderent & secoururent Pompée, en ces vers:

Iliacæ quoque signa manus perituraque castra
Ominibus petiere suis ———

Ce qui toutefois faict voir par mesme moyen qu'ils ne cognoissoient point pour lors que Cesar fut de la pretenduë race de Venus & d'Anchise, & que cette fable ne fut forgée qu'après sa victoire, s'estant voulu servir de la rencontre du nom de Jules fils d'Ænée, pour s'attribuer la gloire d'estre yssu de luy. Lequel Julus neantmoins, Strabon ne dict avoir esté que l'un des compagnons d'Ænée, & non pas son fils. En fin Cesar les prit en grace, & puis leur ayant faict de grands biens, & maintenus en leurs anciens privileges de liberté, & immunité, leur donna encore plusieurs ditions voisines à l'imitation d'Alexandre (ce dit Strabon.) Au reste sa situation estoit autre que celle de la Troye Homerique, comme dit est, car selon *Coluthus* mesme en son Poëme, elle ne s'y rapporte pas, qui la constituë és extremitez de la Phrygie proche du mont Ida. Quant à ce qui regarde l'intelligence de cette inscription de ΙΛΙΩΝ ou ΙΛΙΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Iliensium Neocororum*. Il n'y a point de mot François qui nous puisse servir pour l'exprimer entierement; encore que ce mot de Νεωκόρων s'interprete communément *Æditorum*, que nous interpretons Intendants, tuteurs & curateurs des Temples, & des choses sacrées, & ordonnateurs de tout ce qui les concernoit, & despendoit de la police d'iceux, à peu prés comme sont les Marguilliers de nos Eglises. Mais ce n'est pas des Neocores des Temples dont cette medaille & plusieurs autres font mention; car c'estoit un titre appliqué analogiquement à des peuples entiers, & aussi à des villes & communautez associées, ausquels les Roys, & depuis les Empereurs faisoient la faveur de prendre la commission & la charge de faire les Panegyriques & discours encomiastiques & sacrez, des sacrifices, statuës, pompes, & jeux solemnels & accoustumez d'estre celebrez, & ordonnez estre faicts en certains temps prescripts & arrestez, en l'hon-

* Confer Tab. VIII. Num. 6.

** Vide eamdem Tab. Num. 1. 2.

l'honneur de leurs Dieux & de leurs Princes, desquels j'estime qu'ils faisoient la despense des deniers publics, & des contributions des communautez. Donc, comme les Neocores des temples estoient directeurs, tuteurs, & gardiens des choses sacrées appartenantes à leur sanctuaires, & ordonnateurs de tout ce qui en dependoit; voire donnoient cognoissance des singularitez & antiquitez de leur culte & mysteres. De mesmes ces peuples Neocores avoient l'intendance supreme sur les pompes & solemnitez, loüanges, panegyriques, jeux, sacrifices & autres ceremonies qui se devoient observer en ces jours plus celebres, & en avoient l'entiere conduite, ce que je remarque en partie, suivant la conjecture plus judicieuse du docte *Seldenus* qui a le premier commencé à coupper ce nœud Gordien, qui avoit fait tant extravaguer les sçavants du siecle. S'estant servy utilement d'un passage des Actes des Apostres, chap. XIX. que j'expliqueray icy le plus intelligiblement que faire se pourra, dans le sens qu'il me semble qu'il se doit entendre sans prejudicier à sa version, & à son interpretation: Il est donc faict mention en cet endroict d'un certain Demetrius qui travailloit à la fabrique de quelques petites chapelles ou edicules d'argent, en l'honneur de Diane à Ephese; lequel suscita un grand tumulte & sedition populaire avec plusieurs artisans de son mestier à l'encontre de Sainct Paul, de Cajus & Aristarque, enlevants ces deux derniers, & les menants avec fureur dans le Theatre de la ville, soubs pretexte qu'ils preschoient, ainsi qu'ils disoient, que les statuës faictes des mains des hommes n'estoient point Dieux, leur avarice les portant à faire tant de bruit: craignants que si ces remonstrances avoient enfin lieu parmy le peuple, leur mestier leur devint après infructueux; Que le Greffier de la ville, ou des choses sacrées du Temple, leur imposa silence, leur disant, qu'il estoit notoire à tous que la ville d'Ephese estoit lors Neocore de la grande Deesse Diane & de son simulacre envoyé ça bas par Jupiter mesme, Διοπετὲς *à Jove missi*, ou bien *delapsi*, tombez des Cieux, (comme celuy dont fait mention Euripide en sa Tragedie d'Iphigenie *in Tauris* vs. 973.) & que partant cela ne recevant point de contradiction, il ne falloit pas qu'ils s'emeussent ny fissent rien de mal à propos: Par ce que (disoit-il) vous m'amenez icy des gens qui ne sont ny sacrileges, ny coulpables d'avoir offencé par blasphemes la Majesté de Diane votre Deesse. & que si Demetrius & tous les compagnons Orfevres qui l'accompagnoient avoient quelque chose à demander en justice à l'un d'eux, dont ils se plaignissent pour injure receüe, que les Plaids tenoient publiquement; les Proconsuls mesmes y estants, & que c'estoit là où ils devoient agir les uns contre les autres. Que si c'estoit pour le surplus; comme d'avoir mesdit de leur Deesse directement, ou d'avoir commis quelque impieté ou sacrilege (dont la cognoissance, de droict, appartenoit aux Ephesiens en corps, comme estants Neocores en ce temps là) qu'il en seroit faict raison bien-tost en l'assemblée des peuples legitimement authorisez, pour decider des affaires de cette qualité par les Proconsuls. Cette histoire donc me donne à penser que ces Edicules de Diane, que ce Demetrius faisoit en argent, estoit un modele de ce magnifique Temple d'Ephese, que les Ephesiens comme Neocores firent faire de ce riche metail par magnificence; & sur le sujet de l'offrande qu'ils en devoient faire à cette Deesse, ils devoient faire publiquement un Panegyrique sacré en son honneur; après lequel si Sainct Paul, Caius, & Aristarque eussent paru pour contredire en defaveur de la veneration de cette pretendüe deïté; ces peuples estans lors Neocores, en eussent fait justice à leur mode. Or que les Neocores des temples eussent de coustume de loüer & magnifier à tous venants (& à ceux qui s'y transportoient des lointaines regions principalement) la dignité, grandeur, merite, & pouvoir de leurs Dieux; & qu'à leur imitation, les Neocores de villes en fissent de méme, mais avec appareil, & par personnes éminentes en doctrine & eloquence, Poetes & Orateurs, & ce en l'honneur des Dieux, & puis encore en celuy des Roys, & des Monarques ou Empereurs, en ces jours si solemnellement instituez & ordonnez pour cela. Je le conjecture encore d'un passage d'Horace, lequel en la premiere Epistre liv. II. de ses Epistres, escrivant à Auguste, appelle *Æditues*, les Poëtes excellents qui immortaliseroient dignement la vertu de ce grand Empereur, ou plustost ceux qui auroient la charge de les choisir, en ces vers:

Sed tamen est operæ pretium cognoscere, qualeis
Æditues habeat belli spectata domique
Virtus, indigno non committenda poëtæ.

où tous ses Commentateurs n'ont rien remarqué de nouveau, comme ne l'ayant peu entendre qu'à demy, avec *Porphyrio* qui leur avoit appris, qu'il appelle *Æditues, laudatores ac Poëtas; Æditui enim templorum ac numinum quibus inserviunt sacrorum originem advenis & ignorantibus narrant.* Il dit donc selon mon opinion, qu'il estoit necessaire, utile & convenable, que l'on prit garde au choix de celuy qui auroit la charge de loüer & chanter les belles actions & gestes heroïques que la vertu d'Auguste avoit executez, laquelle ne se devoit commettre à un Poëte vulgaire & incapable d'un si excellent employ. Et qu'il appelle *Æditues* ceux qui en feroient le choix; qui estoit cela mesme qui faisoient les Νεωκόροι de la Grece. Car Horace n'eust pas sans doute employé, au sens qu'il avoit intention d'appliquer cet advis qu'il donne, le titre particulier de ces compteurs de fables gardiens des temples de quelques Dieux. Mais bien à ces Νεωκόροι ou *Æditui* des villes & peuples renommez qui prenoient à leur charge de faire haut-loüer dignement & heroïquement les Deïtez, patrons & conservateurs de leurs villes: & les Empereurs leurs Souverains; comme il le voyoit pratiquer en son temps. Mais en sorte toutesfois qu'il semble que les Poëtes qui avoient eu cet honneur que d'avoir esté choisis pour en faire les Panegyriques & Eloges, ne luy avoient pas agréé, comme ne les jugeans pas en avoir esté capables, souhaitant qu'il en soit fait le choix cy après. Ce qui a rencontré avec ce que Suetone remarque parlant de ce grand Prince, chap. LXXXIX. *Recitantes & benigne & patienter audivit, nec tantum carmina & historias, sed & orationes & dialogos; componi tamen aliquid de se nisi serio & a præstantissimis offendebatur: admovebatque Prætores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri.* Au reste, *Seldenus* a eu raison d'observer qu'il ne se voit point de ces medailles frappées sous les Consuls Romains au temps de la Republique: (car il est vray qu'il ne s'en voit aucun vestiges) avec ce titre de peuples qui fussent Neocores; parce qu'en effect je ne trouve pas que les villes de la Grece eussent encore pris en coustume d'honnorer frequemment la grandeur Romaine de la fabrique de leurs monnoyes, & autres marques de veneration, comme ils ont faict depuis l'estat d'icelle reduit en Monarchie; Ce n'est pas toutefois que ces

ces solemnitez n'eussent esté celebrées par des peuples entiers des Royaumes, honorez par leurs Monarques de cette commission de Neocores avant le temps de la Monarchie establie dans Rome par Cesar; bien qu'il semble que ce sçavant homme l'ait estimé; Car je trouve des marques de cette magnificence sous se titre de Neocores en grand nombre entre les medailles d'Alexandre le Grand, duquel *Goltzius* en rapporte plus d'une vingtaine avec cette inscription de ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ: & de ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΔΙC & ΒΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ce qui marque que tous les peuples de la Macedoine, en commun estants Neocores avoient fait frapper ces monnoyes en l'honneur d'Alexandre, y mettans aux revers les representations des figures diverses des statuës, quadriges, temples, colomnes chargées de simulacres de Dieux, & de ce Monarque; & autres gentilesses qui avoient esté veües en ces jours de pompes solemnelles, & jeux de prix exhibez par ces peuples à frais communs; voire mesme il se voit que les Maroneans furent honnorez de cette charge de Neocores soubs le regne de Philippe pere d'Alexandre, bien que ce ne fussent que les peuples d'une ville particuliere, comme cette medaille du mesme *Goltzius* le manifeste, rapportée par luy en sa Grece, planche XXVI. representant d'un costé de l'effigie de Bacchus couronné de pampres de vigne avec cette inscription ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ, ΣωΤΗΡ, & de l'autre celle de Philippe, avec celle-cy ΜΑΡωΝΕΙΤωΝ ΝΕωΚΟΡωΝ. Donc les habitans d'Ilium obtinrent de Cesar, & du Senat (ce semble) la permission de faire quelque magnificence de cette qualité sous le titre de Neocores en l'honneur de Cesar & de la famille Julia, comme originaires de leur ville (ainsi qu'ils pretendoient) ayants erigé en faveur & memoire de son extraction d'Anchise, Enée & Julus; quelque colosse de cette sorte, representant l'estat auquel Enée fut veu sortant de Troye & portant hors de ses ruines par un acte d'insigne pieté, envers les hommes & les Dieux, le Palladium en sa main, & son bon vieillard de pere en son bras droict comme les meres portent leurs enfans. Le petit Jule allant devant d'un pied leger & dispos, son bonnet en une main, & demandant le chemin à son pere par le signe de l'autre. Au reste ce ΒΙΣ monstre que c'estoit pour la deuxiesme fois qu'ils avoient esté honorez de la qualité, charge, & commission de Neocores; & qu'ils avoient celebré ces jours solemnels avec panegyriques, pompes, jeux, & autres magnificences dignes de la grandeur de Cesar.

FEMMES
DE
CESAR.

COSSUTIA fut sa premiere femme qu'il espousa en son adolescence, puis la repudia estant âgé de 17. ans, avant qu'avoir habité avec elle, quoy que fort riche, & de famille de Chevaliers Romains.

CORNELIA fille de Cornelius Cinna personnage qui avoit esté quatre fois Consul, de laquelle il n'eust qu'une fille nommée Julia premiere femme de Pompée. Estant morte il la regretta fort, & la loüa publiquement par une tres-elegante oraison funebre.

POMPEJA estoit fille de Q. Pompeus, & eust mauvais bruit; comme si Publius Claudius l'eust cognüe. Ce qui fit que Cesar la repudia.

CALPURNIA quatriesme & derniere femme de Cesar, & qui le survesquit estoit fille de Lucius Piso, femme genereuse & bien-disante, qui aima & honora tellement Cesar; qu'après sa mort elle mesme fit une harangue funebre tres-elegante en son honneur, & fut se tenir avec Marc Antoine.

*ATILIUS CIMBER.

JE n'eusse non plus faict mention de Cimber que de Brutus, Cassius, & autres massacreurs de Cesar; si ce n'estoit que sa medaille sert à corriger plusieurs passages esquels son nom est depravé dans les autheurs qui ont parlé de luy. Ce n'est pas toutesfois qu'elle n'ait esté donnée cy devant; mais comme celuy qui l'a representée de son Recueil estoit homme sans lettres, & qui n'a rien escrit que par oüy dire en ce qu'il a voulu se mesler d'interpreter; aussi, non seulement il n'a rien remarqué pour illustrer ce nom, mais mesme s'est imaginé contre tout sens commun, que ces serpents, ces ailes, & cette verge du Caducée de Mercure, qui se voyent au revers de cet te medaille, estoient une grüe percée d'une flesche: & l'a representée ainsi, avec une interpretation autant ridicule que son embleme. Aussi n'ay-je veu personne qui ait esté si grüe que de l'aprouver. Au reste cet Atilius Cimber ayant esté celuy qui mit le premier la main sur Cesar, m'a encore (outre les considerations susdites) donné sujet d'en faire quelque observation pour tous les autres. Il y a donc ATILIUS CIMBER en l'inscription de ce revers, l'effigie de l'autre part le representant homme déja avancé en âge; ayant une grande barbe, & un air de visage assez rustique, avec un long poignard devant luy. Or ce que je puis remarquer de plus particulier de luy est,

* Adfert hunc Nummum ejusque typum Patinus ad Sueton. in Julio Cap. LXXXII. sed merito addit, nummum esse suspectum.

eſt, qu'il fut extremement zelé pour faire reüſſir dextrement la conjuration, bien qu'il euſt eſté auparavant très-ardent partiſan de Ceſar (ce dit Seneque liv. III. *de Ira*,) meſme ſous pretexte de luy preſenter une requeſte, le preſſa ſi importunement, & le ſuivit juſques dans le Senat en luy parlant ſi continuellement, qu'il ne peut avoir le loiſir de voir un billet qui lui fut preſenté, lequel luy deſcouvroit la conjuration, de ſorte que lors qu'il fut tué, il l'avoit encore dedans ſa main. Ce qui fait dire à *Manilius* l. IV.

Vulnera non potuit, toto ſpectante Senatu,
Indicium dextra retinent; nomenque cruore
Delevit proprio, poſſent ut vincere fata.

comme donnant à entendre, que Ceſar de ſon propre ſang effaça ſon nom eſcrit dans la memoire de la conjuration qu'il tenoit. Ce poignard donc, marque le grand zele qu'il avoit porté dans cette execution pour la liberté de ſa patrie. Au revers, ſa deviſe repreſente un bonnet, ſous lequel il y a la verge dont on ſe ſervoit pour faire les manumiſſions, entrelaſſée des ailes & ſerpents des faits du caducée de Mercure. Mais avant que d'en venir à l'explication nous parlerons de ſon nom.

Tous les autheurs qui ont fait mention de ce perſonnage, ſe trouvent tous corrompus en ſon nom, un ſeul Appian Alexandrin ſe rencontre l'avoir retenu ſeulement en un endroit, qui eſt au II. livre des Guerres civiles: car en un autre, il y a en ſon texte Τύλλιος. Les autres donc le nomment *Tillius Cimber*, ou *Tullius*, ou *Annius*. Seneque epiſt. 83. *Cui Cæſaris cæde, illius dico qui ſuperato Pompeio rempublicam tenuit, tam creditum eſt Tillio Cimbro quàm Caſſio: Caſſius tota vita aquam bibit, Tillius Cimber & nimius erat in vino & ſcordalus. In hanc rem jocatus eſt ipſe, Ego, inquit, quemquam feram qui vinum ferre non poſſunt?* Sur le quel paſſage, qui marque admirablement les conditions vicieuſes de cet homme, *Pincianus* dit, qu'il y faut lire *Tullius Cimber*, ainſi (ce dit-il) comme le meſme Seneque liv. III. *de Ira* le nomme; & comme auſſi je trouve qu'il eſt nommé dans Plutarque, & Suetone. Mais il ne faut point douter qu'il n'y faille lire *Atilius Cimber*, comme Appian l'appelle l. II. ſon texte en cet endroit portant Ἀτίλιος Κίμβερ, que le ſçavant Eveſque d'Anvers *Lævinus Torrentius* n'euſt eu garde de corriger en y ſubſtituant Τύλλιος Κίμβερ, fondé ſur l'inconſtance des livres manuſcripts de cet autheur, s'il euſt veu cette medaille. Car ailleurs il y a Τύλλιος. Meſme je tiens que dans Suetone chap. LXXXVI. de la vie d'Auguſte, & dans Quintilien, ce Rheteur qui y eſt appellé *Annius Cimber*, & *Cimber Annius*, y doit eſtre nommé *Atilius*, & non pas *Annius*, ny *Annæus*, comme Caſaubon taſche d'y faire trouver, ou *Annæius*. Le paſſage de Suetone eſt tel, *Tune dubitas Cimberne Annius an Veranius Flaccus imitandi ſint tibi: ut aut verbis, quæ C. Saluſtius excerpſit ex Originibus Catonis, utaris.* Qui me donne ſujet de conjecturer que ce Rheteur eſt le meſme dont Virgile en ſes Catalectes drappe le ſtile & l'affectation en ſon parler, en un epigramme qui me ſemble eſtre defectueux, & qui commence ainſi: *Corinthiorum amator ille verborum.* Il n'eſt pas toutes fois nommé en cet epigramme ainſi que Scaliger nous la donné. Mais en un ſuivant immediatement, il eſt appellé *Atilius*, ainſi:

Sed ô ſuperbe noctuine non vides
Duas habere filias Atilium.

Et croys que ſi ce grand homme, & tres-judicieux critique, euſt veu ou entendu parler de cette medaille, il euſt bien conjecturé que ce Rheteur euſt eſté de la famille de noſtre *Atilius*, ou peut eſtre ſon fils. Mais diſons icy quelque choſe de ſa deviſe. Ce bonnet marque (comme chacun ſçait) la liberté acquiſe par le moyen du poignard employé à depeſcher Ceſar, qui opprimoit la Republique. Ces ailes ou talaires de Mercure avec les ſerpents, & cette gaule dont on ſe ſervoit és affranchiſſements & manumiſſions des eſclaves, en les frappant legerement; ou pluſtot la verge ſimple de Mercure, de la quelle il ſe ſervoit pour conduire dans le repos les ames delivrées des miſeres de la vie; tout cela, dis-je, eſt repreſenté icy, pour donner à entendre que la diligence, dexterité & prudence, employées en cette execution par *Atilius Cimber*, avoient rendu la liberté à l'univers, & delivré les Romains de la tyrannie de Ceſar, concilié le repos & la tranquillité és familles; & comme redonné une nouvelle vie. C'eſt le ſecours que Stace liv. I. de ſa Theb. repreſente eſtre donné aux ames par Mercure avec cette verge en ces vers,

Summa pedum propere plantaribus illigat alis,
Obnubitque comas, & temperat aſtra galero,
Tum dextræ virgam inſeruit, qua pellere dulces
Aut ſuadere iterum ſomnos, qua nigra ſubire
Tartara, & exſangues animare aſſueverat umbras.

Et *Phurnutus*, liv. de la Nat. des Dieux: *Ad hæc* (ce dit-il) *animarum ducem eſſe Mercurium fabulantur, innuentes illi eſſe proprium homines voluptate delinire, ob id ei virgam dant in manus, qua virorum demulceat oculos, mentis nimirum.* En effet outre ce que deſſus, une choſe me perſuade encore plus efficacement, que Mercure eſtoit tenu anciennement pour un Dieu amy de la liberté, qui eſt, qu'en l'Iſle de Crete, à preſent dite Candie, il ſe celebroit anciennement une feſte annuelle qu'ils appelloient Ἑρμαῖον en l'honneur de ce Dieu, en laquelle comme à Rome és Saturnales, les eſclaves & valets avoient toute liberté, & eſtoient ſervis magnifiquement à table par leurs Maiſtres, (ce dit Athenée liv. XIV.) *Nicarchus* ancien Poëte fait auſſi mention de cette Mercuriale en un epigramme du II. liv. de l'Anthologie, où il ſe plaint d'un yvrogne de valet, qui demy eſtourdy de la vapeur du feſtin, avoit reſpandu le vin de la feſte. Mais à propos de ces attributs de Mercure, & de ſa verge que Virgile au IV. de l'Eneide, & les autres Poëtes diſent luy ſervir pour la conduite des ames és Enfers, ou pour les reſſuſciter & faire revenir ſur la terre; il me ſouvient d'un paſſage de Tertullien en ſon Apologetique qui merite d'eſtre expliqué, pour la rencontre des differents emplois qui s'y trouvent pour ce qui concernoit les morts, attribuez à Pluton & à Mercure; l'un ayant l'intendance ſur les corps, & l'autre ſur les ames. Voicy ce que cet autheur remarque, *Riſimus* (ce dit-il) *& inter ludicras Meridianarum crudelitates, Mercurium mortuos cauterio examinantem vidimus, & Jovis fratrem gladiatorum cadavera cum malleo deducentem.* Où *Zephyrius* commente ainſi, *Si cum Mercurio res erat, aut cum Plutone, ut ille & malleo & incude confirmaret, præſto erant cadavera mortuorum.* Mais il n'a pas ſuivy le ſens de Tertullien, ny entendu ce myſtere: Car il dit que

 Mer-

Mercure esprouvoit ceux qui estoient morts ou non, avec un fer chaud, lequel (comme je croy) estoit appliqué au bout de sa verge. Et que Pluton conduisoit les corps ou cadavres de ces miserables gladiateurs avec la verge de Ferule qu'il tenoit en main. Suivant ce qu'en dit Pindare en ses Olympioniques, Ode neufvieme. Cecy estant rendu plus intelligible par le mesme Tertullien en son premier livre *Ad Nationes* ch. X. où il remarque la mesme chose par ce passage: *Risimus & Meridiani ludi de Diis lusum, quod Ditis pater, Jovis frater, gladiatorum exsequias cum malleo deducit, quod Mercurius in calvitio pennaculus, in caduceo ignitulus, corpora exanimata jam, mortem ne simulantia è cauterio probat.* Car ce n'est pas en cet endroit un marteau ou maillet, que ce *Malleus* signifie, mais le νάρθηξ ἰατρικὸς, comme l'explique le vieil Glossaire, *Virga bacillus ex medicinali Ferula*; qui estoit attribué à Pluton (comme il est croyable) pour conduire les morts, par ce que cette plante estoit estimée estre mortelle aux animaux qui en mangent, sinon aux asnes seuls qui l'aiment bien-fort, (ce dit Pline liv. XXIV. ch. 1.) D'ailleurs Pluton estant toujours representé en posture d'un bon vieillard, on luy donnoit cette sorte de baston en la main, à cause que le bois en est ferme & leger; comme le mesme Pline l. XIII. chap. 22. remarque que les vieillards s'en servoient plus volontiers que d'un autre bois, pour cette raison. *Nulli fruticum* ce dit-il *levitas major, ob id gestatû facilius baculorum usum senectuti praebet.* C'estoit donc ce baston de Pluton, que Tertullien appelle *Malleum*, ayant quelque rapport (comme vous le voyez representé en la medaille consulaire de la famille *Nonia*) à une marcotte de vigne qui est aussi appellée *Malleolus* du diminutif de *Malleus*, pour raison de la similitude qu'elle a avec la Ferule. Ciceron *de Senectute*: *Malleoli, plantæ sarmenta, vites, traduces, propagines, nonne ita afficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent?* Et Pline l. XVII. c. 21. *Surculum utrimque capitulatum è duro feri consuevisse, eique argumento Malleolum etiam vocari*; mais par ce qu'il dit qu'un mallet, une marcotte, & un baston de Ferule, auroient receu ces noms, & esté designez par iceux pour raison de leur convenance, bien que le baston de Pluton fut un peu different avec un marteau en sa forme. Au reste le mesme Pline, l. XXIV. chap. 1. sus-allegué, dit que la Ferule estoit dediée à Bacchus. Je ne sçay pas pourquoy, sinon que cela regarde ce que j'en ay dit. Mais dans le Phædon de Platon, ses Ministres sont surnommez ναρθηκοφόροι, porte-ferules. Et *Paulus Silentiarius* l. 1. de l'Anthologie fait mention de cet Adage,

Πολλοὶ τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι.

Multi Malleigeri, sed pauci Bacchi. Il semble qu'il vueille dire qu'il y ait beaucoup de gens qui portent de ces gaules ou bastons de Ferule: mais qu'il n'y en a gueres qui ressemblent à Bacchus en autres choses, & qui luy soient comparables. Communement on interprete ce ναρθηκοφόροι *Thyrsigeri*; mais il y a difference entre le Thyrse & le *Malleus*. Car le Thyrse estoit un javelot ou verge autour de laquelle il y avoit du lierre, ou de la vigne entortillée; si ce n'est que cette verge ou dard ne fussent composez de ce bois. Car Plutarque en son VII. des Sympos. Question 10. nous apprend que Bacchus avoit donné aux yvrognes de sa brigade, de dards faicts de bois de Ferule, qui & tres-leger & tendre, afin qu'ils ne se pussent gueres faire de mal, lors qu'ils s'entrebattroient épris de sa liqueur. Voyez aussi Eurydice *in Helena* vers. 1375. Car quant a luy, il en brisoit les pierres plus dures dés son enfance, ce dit Oppian l. III. de son Cynegetique. Au surplus Seneque nous apprend en son Apocolocyntose; que ceux qui nouvellement s'estoient mis à l'apprentissage de l'escrime és exercices, estoient sujets d'estre au commencement, & pour leur bien-venuë, bien frottez avec ces bastons de Ferule pour les déniaiser un peu: *Qui contra hoc Senatusconsultum Deus factus, fictus pictusve erit, eum dedi larvis, & proximo munere inter novos auctoratos, ferulis vapulare placet.*

MEDAILLE DES TRIUMVIRS.

CETTE medaille est de cuivre, petite, & de fabrique Grecque. Elle represente les trois effigies de Cesar, Antoine, & Lepide, frappées en pourfil l'une sur l'autre d'un costé, sans inscription. En son revers elle represente un *Hermathena*, au devant duquel simulachre est un autel, duquel sort un serpent qui s'esleve au dessus, & derriere un aigle legionnaire: l'inscription en est entierement effacée à ce demy-mot prés, ΑΡΧΙΕΡ. Cette figure donc represente Mercure & Minerve, conjoints & unis en une seule statuë, c'est à dire, que le hault est de cette Deesse armée de casque, bouclier, & pique; & le bas est un Terme ou Herme. Enfin c'est la mesme que la medaille d'Hadrian represente, rapportée par *Ursinus*, & descrite par *Occo*. Mais ces sçavants antiquaires ne l'ont pas expliquée. Elle porte en son inscription ces mots, ΕΟΡΔΑΙΑ ΜΑΚ. c'est à dire ΕΟΡΔΑΙΑ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, *Eordæa Macedonum.* Je trouve donc en premier lieu que *Stephanus* citant Nicandre, confirme, *Eordea* ou *Eordos* estre une ville de Macedoine. Mais avant luy, Thucydide en fait mention sur la fin de son second livre, & de ses peuples, comme aussi Philostrate a parlé des habitans de cette ville en la vie du Sophiste *Philiscus* en ces termes, Ἐορδαῖοι Μακεδόνες τὰς οἰκείας λῃτουργίας τὸ Φιλίσκον ὡς δὴ ὑπερέχον αὐτοῖς ἐπὶ πάντας τὰς ἀπὸ μητέρων ἔφερον. *Eordæoi Macedones tanquam eorum primatem præ cæteris filiis matrimis Philiscum pro functione & muniis domesticis miserunt.* Pour ce qui concerne le sujet de cette devise, je diray qu'il me semble que l'*Hermathena* comprenant en soy encore le Dieu *Terminus*, avec Minerve & Mercure, designe icy une pareille union se rencontrer és affections, desseins & bonne intelligence entre les Triumvirs, tant pour manier & conduire les affaires civiles, que les militaires. Ce qu'estant, l'invention en doit estre trouvée fort ingenieuse, & bien entenduë; faisant voir qu'encore qu'ils fussent separez en leurs emplois: que neantmoins leurs conseils & intentions n'estoient qu'uns, & se rapportoient parfaitement bien en une mesme resolution dans le gouvernement de la Republique. Quant à cet autel & à ce serpent, ils marquent quelques sacrifices avoir esté faits par ce peuple pour la santé, union & concorde continuelle de ces trois puissances; & aussi pour leur obtenir victoire contre leurs ennemis, ou bien pour remerciement & action de graces à ces Dieux de quelque victoire obtenuë par eux; peut estre celle de Philippes contre Brutus & Cassius. Car le serpent issant du pied d'un autel fut pris par Sylla pour presage de victoire, ainsi que l'Historien *Sisenna* le remarque dans Ciceron en son premier livre *de Divinatione*, en ces mots: *Cum Sylla in agro Nolano immolaret ante Prætorium ab infima ara subito anguis emersit. Cum qui-*

dam C. Postumius haruſpex illum ut in expeditionem exercitum duceret imperavit, id cum Sylla feciſſet tum ante oppidum Nolam florentiſſima Samnitum caſtra cepit. Voyez auſſi Valere Maxime liv. I. chap. 6. & Plutarque en ſa vie. Comme auſſi Ovide dit au ſecond livre de ſes Faſtes; qu'Apollon prononça que le Serpent prognoſtiquoit une victoire aſſeurée, veu autour d'un autel, per ces vers:

Ecce nefas viſu mediis altaribus anguis
Exit, & exſtinctis ignibus exta rapit.
Conſulitur Phœbus, ſors eſt ita reddita: matri
Qui dederit primus oſcula, victor erit.

C'eſt donc le Symbole de ſanté, victoire & felicité, qui eſt en effet le ſens auquel Theophraſte le prend (ce ſemble) en ſon traicté des Mœurs, ou Charactères des mœurs. Car parlant du Superſtitieux & de ſes marques, il dit, que s'il arrive qu'il rencontre par hazard quelque ſerpent chez luy; ſoudain il dreſſe en ſon honneur une edicule & autel au meſme lieu, comme pour remercier les Dieux d'une ſi bonne avanture, καὶ ἐὰν ἴδη ὄφιν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι. Sur quoy le doctiſſime commentateur n'a pas fait reflexion.

Mais ce n'eſt pas tout, il me faut expliquer plus particulierement ce que c'eſt & ce que deſigne cet *Hermathena:* Car *Urſinus* & les autres ſçavants ne ſe ſont pas donné la peine d'en dire autre choſe, ſinon que Ciceron en une epiſtre *ad Atticum* en dit un mot; mais ſuccinctement: *Quod ad me*, ce dit-il, *de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt, & ornamentum Academiæ proprium meæ. Quod & Hermes commune omnium & Minerva*, &c. Je vous diray donc qu'*Ariſtides* en ſon oraiſon ou eloge de Minerve, p. 26. nous fait toucher la cauſe au doigt de l'union de ces Deïtez, qu'il dit eſtre admirable: Ἀλλὰ μὴν ἥγε πρὸς Ἑρμῆν κοινωνία τῆς θεοῦ παντὶ δήλη· ὅστις Ἑρμῆν καλῇ λόγιον καὶ ἀγοραῖον καὶ ἐμπολαῖον, ἐναγώνιον δὲ καὶ ἀντὶ χορηγοῦ καθέστηκεν. Ὅμηρος μὲν γὰρ καὶ ἄντικρυς αὐτὴν ἐναγώνιον ἀποφαίνει· τὰ γὰρ ἆθλα κεῖνται δι' αὐτῆς. *Jam quanta illi cum Mercurio ſocietas intercedat omnibus cognitum, cum Mercurium ſermonis, fori, & Mercaturæ præſidem eſſe notum ſit. Nam in Athletico quidem ipſa inſtar choragi eſt, & ab Homero nominatim Athletica vocatur; quod certaminibus pro ſuo arbitrio judicet.* Il dit que Minerve preſidoit és combats de la luite, & qu'elle en conduiſoit les Athletes, comme Mercure; auquel il dit auparavant qu'elle a cela de pareil, qu'elle preſide auſſi comme Mercure au traffic & commerce. Et je ne doute point que ce ne fuſſent des Hermathenes que ces Hermes, qu'Athenée remarque avoir eſté placées au lieu, ou la feſte de Minerve ſe celebroit és ſolemnitez Panathenaiques, c'eſt en ſon IV. livre en ces mots: Τοῖς δὲ Παναθηναίοις ὕπαρχος ὢν ἵκρίον ἔστησε πρὸς τοῖς Ἑρμαῖς Ἀθηναγόρᾳ μετεωρότερον τῶν Ἑρμῶν. En fin comme Ciceron dit que l'*Hermathena*, dont il parle, eſtoit placé dans ſon Academie: Auſſi Salvian *l. VI. de Gubernat. Dei*, dit que Minerve eſtoit venerée comme patrone és Gymnaſes ou lieux d'exercices pour luiter, courre, & eſtudier, & Minerve és Palæſtres; C'eſt à dire és parcs des exercices de la luite particulierement. *Colitur namque*, ce dit-il, *& honoratur Minerva in Gymnaſiis, Venus in Theatris, Neptunus in Circis, Mars in Arenis, Mercurius in Palæſtris.*

Mais puiſque nous ſortons du diſcours des Hermathenes, entrons un peu en celuy des Hermhe-racles à cauſe de ſa ſimilitude, qui eſtoient ſtatuës meſlangées & compoſées des Hermes par le bas, & d'Hercules par le haut: car la recherche en eſt curieuſe & peu cognuë. Il faut donc ſçavoir, qu'ainſi que les Hermathenes eſtoient placez és parcs des exercices, qu'auſſi en faiſoit on d'autres, eſquels on voyoit unis enſemble Mercure & Hercule en une ſeule figure ou ſtatuë, à cauſe de leurs attributs Palæſtriques. C'eſt encore *Ariſtides* qui eſt mon guide en cette obſervation en ſon oraiſon *in Herculem*, où parlant des ſtatuës de Mercure & d'Hercule conjointes en une, il uſe de ces termes: Ἑρμοῦ γε καὶ Ἡρακλέους ἐστὶ νῦν ἀγάλματα κοινά, πρὸς τοσοῦτον ἥκουσι τῆς ἑταιρείας. Il y a (ce dit-il) une telle union, & bonne intelligence & communication, qu'à cauſe de leur fraternité leurs ſtatuës ſont conjoinctes, & ne font qu'un ſimulachre. Et *Phurnutus* pareillement, qui en donne cette raiſon: *Ad hæc* (ce dit-il, parlant de Mercure,) *& in Palæſtris eum colunt cum Hercule, eo quod robur rationi comes eſſe debeat*, &c. Athenée liv. XIII. en donne la meſme raiſon, & appelloient cette double Deïté en une ſtatuë Ἑρμηρακλῆν, *Hermheraclem*. Ciceron *ad Atticum*. Voire meſme les figures de Jupiter & de Neptune ſe trouvent avoir eſté pareillement conjoinctes en un, & y avoir eu un Temple à Mylon ville d'Egypte ſoubs le tiltre de Ζηνοποσειδῶν, *Zenopoſidon*, ainſi que le Comique *Machon* le remarque dans le meſme Athenée en ſon VIII. livre. Or l'origine de ce que Mercure eſtoit ſi ſouvent uny avec les autres Dieux en une ſtatuë, venoit (comme je croy) de ce que communement il n'eſtoit eſtimé eſtre qu'un avec tous. *Jamblichus* me l'apprend au commencement de ſon livre des Myſteres des Egyptiens. *Iſque* (ce dit-il) *de Diis veræ ſcientiæ præſidium ac tutelam tenens, unus exſtat idem in univerſis.* C'eſt pourquoy, ce dit-il en ſuite, les anciens dedioient toutes leurs œuvres ſous ſon ſeul nom. Quant à Hercule il eſtoit tellement veneré pour le Dieu & Genie des combats Gymniques, que *Pollux* l. III. ch. 3. ſur la fin dit, qu'on les appelloit *auguſtiori vocabulo*, Ἡρακλέους ἀγῶνας, *Herculeu certamina*. Or l'origine de cette opinion eſtoit, qu'il avoit inſtitué les jeux Olympiques, eſquels ayant eu la gloire d'avoir luité contre Jupiter en premier eſſay, il fut eſtimé y devoir preſider (comme je me l'imagine.) C'eſt pourquoy auſſi Lycophron l'appelle Παλαιστήν en ces vers,

——— ἐν τ' αὐλῷ μέσῳ
Πατρὸς παλαιστοῦ χερσὶν ἐχμάσας δέμας.

Et in ſtadio patris luctatoris corpus manibus ſuſtulit. Voyez auſſi Pindare Ode VI. de ſes Olympioniques.

*MEDAILLE II.

M. ANTONIUS IMP. AUG. IIIVIR. R. P. C. *Marcus Antonius Imperator Augur Triumvir reipublicæ conſtituendæ.* Un vaſe de ſacrifice nommé *præfericulum*, & le baſton augural appellé *lituus*. Au revers il y a, L. PLANCUS IMP. COS. une urne entre un foudre & un caducée. Cette medaille eſt fort notable, & pour cette raiſon, & pource qu'elle n'a pas eſté expliquée par *Nonius*, bien que *Goltzius* en repreſente une ſemblable, ny par Occo, qui ſe contente d'en faire mention en l'ordre des autres. Car il y a à conſiderer qu'il y a un vaſe de part & d'autre de cette medaille, & que ce n'eſt pas aſſez de dire que celuy qui ſe voit d'une part avec le *lituus* ſerve de marque de la dignité augurale, dont Antonius eſtoit pourveu, lors que L. Plancus ſon favory eſtoit Conſul, & en demeurer là ſans dire auſſi quelque choſe de cette urne ou cruche miſe

* Vide Theſ. Morell. Famil. Rom. Fam. Anton. Tab. III. Num. 7.

mise si honnorablement entre un foudre & un caducée de l'autre costé. Je diray donc ce que cela designe selon mon opinion. Plutarque en sa Vie, & Appian Alexandrin en son livre des guerres contre les Parthes, parlants du dessein qu'eut Marc Antoine estant à Athenes d'entreprendre la guerre contre eux, ayant appris les exploicts signalez de Ventidius contre Pacorus, pour prendre part à la gloire qui se pouvoit acquerir à ruiner du tout une si grande & si redoutable puissance, remarquent, que pour satisfaire à l'advertissement receu par luy d'un certain oracle, il porta avec luy un vase plein d'eau, qu'il puisa dans la fontaine sacrée qui estoit en cette ville, nommée *Clepsydra*, καὶ κατά τι λόγιον, ἀπὸ τῆς Κλεψύδρας ὕδατος ἐμπλήσας ἀγγεῖον ἐκόμιζεν. *Et ut oraculo cuidam satisfaceret, etiam è Clepsydra fonte vas repletum aqua secum asportavit.* Cette fontaine estoit dans la citadelle d'Athenes, ce dit *Hesychius*, & je trouve dans *Pausanias* l. IV. que les Messeniens en avoient pareillement une de ce nom dans leur ville. C'est donc icy la representation de ce vase, & le monument de ce transport fait par Marc Antoine de cette eau, qui luy devoit sans doute servir efficacement en son entreprise, puisque l'oracle luy avoit enjoinct si expressement, luy specifiant plustost qu'il eust à prendre de l'eau de cette fontaine que d'une autre. Quant à ce foudre & à ce caducée, j'estime qu'ils representent que Marc Antoine devoit en cette expedition, faire une guerre mortelle & foudroyante aux Parthes, avec un grand nombre de legions aguerries, & qui estoient prestes d'aller fouler aux pieds la grandeur Parthique, que la ruine de Crassus & de ses florissantes legions avoit renduë redoutable aux Romains; ou bien ces barbares achepteroient la paix bien cher, que les Heraults de Marc Antoine leur offriroient le caducée en main. Car c'estoit la coustume (comme il est notoire) d'accorder la paix par Ambassadeurs, ayants le caducée en main pour asseurance de reconciliation.

MARC ANTOINE.

COMMENTAIRE II.

PLUTARQUE a si curieusement, diligemment, & judicieusement recherché, pesé, & consideré tout ce qu'il avoit de bon & de mauvais en ce personnage, en sa vie, & au parallele qu'il en a faite avec Demetrius Poliorcetes, que ce seroit entreprendre de vouloir accorder mon luth, & le fair fredonner auprès d'Apollon; que de vouloir m'ingerer d'en dire quelque chose. Joinct que si vous en voulez voir un autre abregé que celuy de Plutarque, (bien que non de tel merite) vous le pouvez trouver dans *Johannes Saresberiensis* en son VIII. livre *de Nugis curialium* és chapitres 7. & 13. où entre autres choses il rapporte un fragment de l'une des Oraisons de *M. Cœlius* Orateur tres-renommé de son temps, lequel fait en ce discours une merveilleuse description des stupiditez, extravagances, lubricitez, desordre & yvrogneries de cet homme. Voyez aussi Seneque en la quatre-vingts quatriéme Epistre sur la fin; & son sixiéme livre *de Beneficiis* chap. III. Seulement je rapporterai icy une curieuse remarque que Strabon nous fournit en son dix-septiéme livre de Marc Antoine, qui se trouva si confus de la perte de la Battaille Actiaque, & de se voir abandonné de tous ses amis, que s'estant retiré en Alexandrie, il se resolut, d'embrasser une vie solitaire, comme Timon l'ennemy des hommes; & pour cet effet, il se fit bastir un Palais qu'il appella pour cette raison Τιμώνιον, *Timonium*, auprès du Phare: Voyez aussi ce qu'en remarque Plutarque.

MEDAILLE I.

M. ANTON. .... CLEOP. Marc Antoine & Cleopatre effigiez en pourfil l'un contre l'autre. Au revers il y a CLAS. ALEX. *Classis Alexandrina*, un gros vaisseau de guerre, ou galion allant à rames, & à voile tout ensemble. Ce revers me fait juger que cette sorte de monnoye de cuivre fut frappée un peu devant la bataille Actiaque, lors que M. Antoine & Cleopatre assembloient en Alexandrie, & en tous les ports des provinces subjectes à eux, des galeres & galions pour combattre Auguste, esperans que la hauteur & grandeur de ces gros navires de guerre (que les Historiens remarquent qu'ils firent faire exprez par tout) seroient invincibles, comme estants des citadelles flottantes. Mais la legereté des vaisseaux d'Auguste, la dexterité & experience des Capitaines, & la valeur des soldats de son party, avec la pretenduë presence & assistance d'Apollon favorisant Auguste, rendirent bien vaine cette mal fondée disposition de ces vaisseaux, & des conseils des Egyptiens, & autres compagnons de fortune d'Antoine, & de Cleopatre. Aussi Petrone se mocquant d'eux leur reproche ainsi leur deffaicte:

> *Et Libyæ & cerno tua, Nile, gementia claustra*
> *Actiacosque sinus, & Apollinis arma timentes.*

Bien qu'Apollon aimast la Musique, dont Cleopatre & Marc Antoine se servirent pour donner le signal pour combattre, & pour animer leurs Soldats, au lieu de trompettes dont se servit Auguste. Ainsi que Prudence le remarque, s'en riant en son second livre contre Symmachus, ainsi:

> *Fluctibus Actiacis signum symphonia belli*
> *Ægypto dederat: clangebat buccina contra.*

Et ce galion pareillement me fait souvenir de cette proüe, qu'une medaille Grecque d'Auguste nous represente, sur laquelle une victoire est debout, ayant une couronne en sa droicte avec cette inscription, ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. *Nicopolis sacra*, qui est la marque de cette memorable victoire acquise par Auguste à *Actium*, (dit depuis Nicopolis pour raison de cette bonne fortune.)

Com-

Comme aussi d'une autre medaille qui represente une proüe chargée d'un trophée composé entre autres choses de timons, ancres, & proües, en suite desquels revers, un epigramme composé en ce temps là, que *Suidas* rapporte sur le mot ἐμβόλα, nous fait voir le merveilleux fracas de cette admirable flotte, en ces termes;

Ἔμβολα χαλκογένεια φιλόπλοα τείχεα νηῶν
Ἀκτιακοῦ πολέμου κείμεθα μαρτύρια.

Id est: *Rostra æreas genas habentia navigationis amantia, navium mœnia, Actiaci belli hic jacemus testimonia.* Ce qui est un extraict de l'Epigramme de Philippus, lequel vous pouvez voir tout entier dans le sixieme livre de l'Anthologie Grecque, chap. XXV.

FEMMES
DE
M. ANTOINE.

FULVIA premiere femme de Marc Antoine estoit altiere, ambitieuse, & magnanime, estant au reste de telle industrie, qu'elle assembla une puissante armée pour combattre Auguste: Mais elle fut vaincue avec L. Antonius frere de Marc Antoine. Elle mourut enfin partie de rage, & de jalousie de voir Cleopatre sa rivale posseder entierement son mary.

OCTAVIA fut la deuxiesme femme d'Antoine. Elle avoit espousé en premieres nopces Marcellus, duquel elle eut Claudius Marcellus jeune Prince de grande esperance, lequel Auguste destinoit pour son successeur; mais il mourut, dont elle porta un tel ennuy toute sa vie, qu'il ne s'est jamais rien veu de pareil en aucune autre. Voicy tout au long ce que Seneque en son discours consolatoire à Marcia en remarque curieusement. *Octavia & Livia, altera soror Augusti, altera uxor, amiserunt filios juvenes, utraque spe futuri Principis certa, Octavia Marcellum, cui & avunculus, & socer incumbere cœperat, in quem onus imperii reclinaret, adolescentem animo alacrem, ingenio potentem, sed & frugalitatis continentiæque in illis aut annis aut opibus non mediocriter admirandum, patientem laboris, voluptatibus alienum, quantumcunque imponere illi avunculus, (& ut ita dicam) inædificare voluisset laturum. Nullum finem per omne vitæ suæ tempus, flendi gemendique fecit: nec ullas admisit voces salutare aliquid afferentes; nec avocari quidem se passa est, intenta in unam rem & toto animo affixa, talis per omnem vitam fuit, qualis in funere. Non dico non ausa consurgere, sed allevari recusans: secundam orbitatem indicans, lacrimas omittere. Nullam habere imaginem filii carissimi voluit, nullam sibi fieri de illo mentionem. Oderat omnes matres, & in Liviam maximè furebat: quia videbatur ad illius filium transisse, sibi promissa felicitas. Tenebris & solitudini familiarissima, ne ad fratrem quidem respiciens, carmina celebrandæ Marcelli memoriæ composita, aliosque studiorum honores rejecit, & aures suas adversus omne solatium clausit, à solemnibus officiis seducta, & ipsam magnitudinis fraternæ nimis circumlucentem fortunam exosa, defodit se & abdidit, assidentibus liberis, nepotibus, lugubrem vestem non deposuit: non sine contumelia omnium suorum, quibus salvis orba sibi videbatur.* Or tout cecy qui est dit icy d'Octavia, ne me semble nullement se pouvoir entendre de celle des deux Octavia sœurs d'Auguste, qui fut mariée en secondes nopces à Antoine. Car cette forme de vivre si particuliere, & si sauvage, d'une femme qui noyoit ses jours dans les larmes, & estouffoit l'esclat & le lustre de la grandeur de sa maison dans les tenebres, dans la retraicte, & dans la fuite de la societé & de la lumiere le plus qu'elle pouvoit, couvrant tout ce chagrin continuel de vestements de dueil, ne se peut ajuster avec ce qui se dit de son mariage avec Marc Antoine, de ce qui s'en ensuivit des honneurs & de l'amour tresgrands qu'Auguste luy porta, & qui luy furent faits ailleurs, comme à Corinthe, où *Pausanias* en ses Corinthiques dit qu'il fut basty un temple en son honneur, avec la reputation qu'elle avoit, & qu'elle merita d'avoir, d'estre forte, constante & vertueuse, & d'avoir eslevé les sept enfans qu'elle avoit eus de Marc Antoine, & qu'il avoit aussi eus de Cleopatre, comme s'ils eussent esté siens; quoy qu'il l'eut repudiée; & tout le reste de ce qui se remarque dans les Historiens d'advantageux d'elle. De sorte qu'il me semble que ce passage justifie assez que cette Octavia mere de Marcellus, ne fut rien moins que celle qui fut depuis femme de Marc Antoine, ce que plusieurs Escrivains ont toutesfois asseuré: mon opinion estant que cette Octavia mere du dit Marcellus ne fut mariée qu'une fois, ce que Seneque conte de ce qu'elle fit depuis la mort de son dit fils le justifiant assez, & que c'est de sa sœur femme d'Antoine, que le mesme Seneque entend parler en son autre discours consolatoire à *Polybius*, quand il dit là, que *Divus Augustus amisit Octaviam sororem charissimam, & ne ei quidem rerum natura lugendi necessitatem abstulit, cui cœlum destinaverat.* Car si Auguste n'eut aimé particulierement celle-cy qui fut mariée à Marc Antoine, & que je croy avoir esté la plus jeune des deux, plus que l'autre, il eust parlé en pluriel, car elles moururent toutes deux avant luy; & partant il eust dit que cet Empereur auroit pleuré la perte de ses deux sœurs bien-aimées en pluriel. Mais il est vray-semblable qu'elle se rendit indigne de son affection par l'aversion qu'elle tesmoigna avoir de tout ce qui concernoit la gloire & le contentement de son frere; haïssant mesme avec rage sa femme Livia, comme vous voyez que Seneque le remarque. Je tiens donc que celle dont cet autheur parle

parle estoit l'aisnée, mere de Marcellus (tant regretté d'elle & d'Auguste) & des deux Marcella, qu'Agrippa espousa en deuxiesmes nopces; & que l'autre Octavia plus jeune espousa M. Antoine. Je sçay bien neantmoins que cela ne se rapporte pas à ce qu'en dit Plutarque en la vie d'Antonius. Mais je ne voy point que cela puisse estre, comme il le particularise, si ce n'est que les deux sœurs Octavia eussent espousé les deux freres Claudius & Marcus Marcellus, ce qui estant prouvé apporteroit un entier esclaircissement en ce qui concerne ces deux sœurs. Mais en tout cas je tiens que la mere de Marcellus n'espousa jamais de Marc Antoine.

CLEOPATRE.

COMMENTAIRE V.

PLUSIEURS Autheurs tant Grecs que Latins, ont escrit tant de particularitez de cette renommée Royne d'Egypte, principalement quand ils ont esté obligez de parler des differends qu'Auguste eut à decider avec Marc Antoine, & de ce qui s'en ensuivit, & ce d'autant plus curieusement qu'elle avoit servy à Jules Cesar de concubine, & qu'elle posseda souverainement l'espace de quatorze ans les affections de ce Triumvir au desadvantage de Fulvia & d'Octavia ses femmes legitimes, qu'il repudia pour l'espouser : Tant de choses (dis-je) en ont esté remarquées, qu'il ne me seroit pas bien seant de remesurer leurs pas. Seulement pour n'estre entierement sterile en ce rencontre, je feray resouvenir les curieux & amateurs de la diversité de ce que j'ay recueilly de quelques Autheurs moins citez sur son sujet par les escrivains modernes, & qui ne sera ennuyeux à revoir icy rapporté, ny pour sa qualité, ny pour la longueur de son recit. Hegesippe l. I. chap. 31. remarque qu'elle estoit très-avare & tres-cruelle, ce qui ne se rapporte pas à ce qu'en tesmoigne Plutarque qui dit qu'elle estoit benigne & d'agreable conversation, son humeur & sa parole estants esgalement douces & charmantes. Toutesfois Hegesippe n'a pas dit cela de luy-mesme, il le doit à Josephe, lequel au liv. I. de la Guerre des Juifs, chapitre XIII. nous apprend qu'elle avoit tellement persecuté tous ses parents, & exercé une telle tyrannie envers tous ceux de son lignage, qu'il n'en demeura un seul en vie qui peust estre eschappé de ses mains sanguinares, voire mesme que n'ayant plus personne des siens à mal traicter, elle s'attacha aux estrangers, en accusant tous les plus grands de Syrie envers Antoine, & les faisant mettre à mort pour en avoir la confiscation. Voyez ce qu'il en particularise. Voicy toutesfois comme *Tzetzes* la louë, citant quelques Autheurs, Chiliade II. hist. 33.

Ἡ Πτολεμαίου σύναιμος δέσποινα Κλεοπάτρα
Ἡ Αἰγυπτία ἡ σοφή, καὶ παντευμορφοτάτη,
Ἡ πιθανή, καὶ εὔγλωττος, ἡ ῥέουσα σειρῆνας,
Ἡ κάλλει πάντας θέλγουσα, καὶ φύσιν τῶν θηρίων.

C'est à dire, Cleopatre sœur de Ptolemée Royne d'Egypte, sage, sçavante, & tresbelle, bien-disante, diserte, & de la langue de laquelle les paroles de Sirenes fluoient ; & telle enfin qu'elle charmoit par ses paroles & par sa rare beauté tout le monde, & la nature plus farouche des animaux. Après il adjouste que par la dexterité du Cyprien Dexiphanes, grand Architecte, elle fit joindre Alexandrie au continent de Pharus, distant d'icelle de l'espace de quatre stades, & qu'elle fit faire cette superbe tour qui en portoit le nom. Mais *Tzetzes* a voulu sans doute dire qu'elle la fit seulement reedifier. Car Pline liv. XXXVI. chap. 12. dit que ce fut Ptolemée Philadelphe qui la fit premierement bastir avec beaucoup de despense & de magnificence : joinct qu'il prend Dexiphanes pour Sostratus son fils. Au reste Galien nous apprend qu'elle se mesla de composer des livres, en son premier livre *de Composit. Pharmacorum*, où il remarque qu'elle en fit un *de Ornatu corporis*, dans lequel elle insera plusieurs compositions de drogues propres pour faire revenir le poil entre autres choses, & pour empescher le calvice. Et en son livre du Theriaque chap. IV. il adjouste que ses deux plus fideles femmes de chambre, & dames d'atour, s'appelloient *Naëra* & *Charmione*, lesquelles n'avoient autre employ que de prendre garde continuellement à la parer avec toutes sortes de gentillesses & mignardises, en sorte toutesfois que l'une des deux avoit la charge de son atour de teste seul, de luy anneler & frizotter mignonnement les cheveux; & l'autre avoit pour occupation seule la polisseure de ses mains & de ses ongles qu'elle devoit rogner proprement, curieusement, & decemment. *Tzetzes* Chiliad. VI. hist. 44. les appelle *Taëram* & *Charmuino*, adjoustant que ce mot de *Charmuino* signifie en Syriaque une vigne, & une colombe, estant composé de *Karmi* & de *Uno* signifiants ces deux choses,

Τλὼ ἣν φασὶν οἱ Ἕλληνες περιστερὰν οἰνάδα.

Que les Grecs (ce dit-il) appellent une colombe qui aime le vin & la vandange ; & que *Taëra* signifioit aussi une colombe. Qu'au reste elle avoit entre ses officiers le susdit Dexiphanes Cnidien, excellent ingenieur, & grand architecte, & *Soranus* & *Rufus*, Medecins Ephesiens, bien versez en l'intelligence des maux ausquels les femmes sont subjettes, & aux compositions des receptes propres pour embelir, & farder les visages avec dexterité. Au surplus le mesme Galien remarque au susdit chapitre, que ce furent ces deux Dames qui s'exposerent les premieres à l'essay de la piqueure d'un petit aspic, auquel il donne le nom de πτυὰς *Ptyas* dont elles moururent incontinent aprés, lequel elle prit soudain qu'elle en eut veu l'effect pour en estre piquée,

piquée, en l'irritant, ou bien le laissa saillir à l'improviste hors d'un panier plein de raisins & de figues, couvert de fueilles. Mais Ælian l. IX. chap. 11. ne donne autre nom à ce serpenteau dont elle se servit, que celuy d'aspic, & dit qu'elle le choisit exprés entre tous les remedes plus prompts & plus doux pour se faire mourir sans tourments, & sans douleurs qui fussent extremes. Au reste, par la mort de Cleopatre le Royaume d'Egypte tomba sous la puissance Romaine, & changea de Seigneur : ce que le débordement du Nil designa, lequel ne déborda point deux années consecutives, comme Seneque le remarque livre IV. de ses Questions Naturelles, chap. II. *Biennio continuo, ce dit-il, regnante Cleopatra, non adscendisse Nilum, decimo regni anno & undecimo constat. Significatam ajunt, duobus rerum potientibus defectionem, Antonii enim defecit imperium.*

*MEDAILLE I.

ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΟΣΣΑΝ ΣΩΤΗΡΑΣ. REGINAE CLEOPATRAE SERVATRICIS. Μ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. MARCVS ANTONIVS IMPERATOR AVGVR IIIVIR. Les effigies de Cleopatre d'une part, de Marc Antoine de l'autre, avec le baston augural. Il n'y a que ce mot ΟΣΣΑΝ qui m'arreste en cette medaille, qui me semble tenir du barbare ou du Grec barbarisé. Ce n'est donc pas sans sujet qu'il est tousjours laissé sans explication par les doctes, comme *Adolphus Occo*, *Ludovicus Nonnius* sur *Goltzius*, & les autres qui en ont fait mention. Neantmoins comme il ne faut jamais perdre courage en la recherche des choses, des quelles on peut tirer quelque raison par conjectures bien prises, à faute de preuves entieres & infaillibles, j'estimeray devoir plustost obliger mon lecteur que l'ennuyer, si j'en rapporte icy mon opinion. Il me semble donc, que par la disposition de cette inscription il faille lire plustost ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΟΣΣΑΝ ΣΩΤΗΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ, qu'autrement. Ce que j'interpreterois ainsi : *Cleopatræ, Illustris, divinæ*, ou *inclitæ*, *servatricis Reginæ* : ou bien, *Deæ similis servatricis Reginæ*. Car ὄσσα, qui se prend pour θεία, *Divina* selon que les Grammairiens Grecs le remarquent dans Homere Iliade II. & dans le premier de l'Odyssée, & tout ensemble dans Hésiode, pour φήμη, *Fama*, renommée, sembleroit se devoir icy expliquer pour *Clarissima, Illustris, Inclyta, & Deæ similis.* Il y a toutefois à deviner en cette terminaison de ΟΣΣΑΝ pour ΟΣΣΗΣ que j'estime estre du cru du pays, & qu'il signifioit *Deæ* en la langue de cette nation, lors que cette medaille fut frappée. Ce qu'estant, elle seroit qualifiée Royne & Deesse Servatrice, comme Diane qui est appellée en une medaille & és inscriptions Servatrice, comme en la medaille de Trajan que je rapporteray cy aprés ΒΥΖΑΝΤΙΝΗΣ ΣΩΤΗΡΑΣ, qui n'est autre que la Lune mesme. Ce qui se rencontreroit fort bien avec la vanité de Cleopatre, qui vouloit estre venerée en cette qualité, & sous ce titre, ou d'Isis qui est la mesme. Dion est mon autheur en son L. livre, qui dit que, comme *Antonius* se faisoit appeller *Osiris & Dionysius*, pareillement Cleopatre se qualifioit la Lune & Isis, & qu'ils en prenoient les noms en leurs lettres, escrits, edicts, & mandements, & au LI. livre qu'elle fit donner pareillement à ses enfans les noms de Soleil & de Lune.

* Quære hunc apud Goltzium inter Nummos M. Antonii III.Viri Tab. XLIV. num. 25.

Ce que quelques medailles manifestent aussi. On peut donc interpreter cette inscription, *Cleopatræ Isidis* ou *Deæ Servatricis Reginæ*, & *Reginæ Cleopatræ Isidis, Lunæ*, ou *Deæ Servatricis.* Que si ce mot est pris pour estre Hebrieu (& non Grec) ou Hebrieu Egyptianizé, je le croy pouvoir estre tiré & emprunté du mot Hebrieu *Osanna*, & accommodé à l'Egyptien. Car S. Hierosme en sa 145. Epistre recherchant la signification de ce mot *Osanna*, remarque qu'on luy en donne diverses, entre autres il dit que S. Hilaire l'explique sur S. Mathieu *Redemptio* : ce qui se rapporteroit fort bien au titre & epithete de ΣΩΤΗΡΑΣ SERVATRICIS. Car entre redemptrice & servatrice, il y a une analogie remarquable. D'autres (ce dit ce grand Docteur) l'expliquent GLORIA, le quel mot encore se rencontreroit bien avec le sens du mot Grec ὄσσα, que j'ay fait voir signifier *Divina*, & aussi *Divina Fama*, de sorte que l'on pourroit l'expliquer *Gloriosæ* ; qui ne veut dire autre chose que *Illustris, Inclitæ, & Divinæ.* Car tous ces epithetes sont non seulement synonymes, mais aussi analogiques. Voire Clement Alexandrin livre I. de son Pedagogique chap. 5. l'Interprete *lucem & gloriam* ; ce qui ayant, ce semble, rencontre avec la vanité de Cleopatre qui se faisoit appeller Isis & la Lune, se rapporte entierément à ces conjectures precedentes.

*MEDAILLE II.

ANTONI. ARMENIA DEVICTA. L'effigie de Marc Antoine accompagnée d'une Tiare Armeniene. An revers il y a REGINÆ REGVM FILIORVM REGVM CLEOPATRÆ, l'effigie de Cleopatre une proüe devant elle. Cecy represente d'une part la victoire Armeniene de Marc Antoine, qui luy acquit le Royaume que cette Tiare designe. En d'autres medailles d'Auguste & de Marc Antoine, l'Armenie est representée vaincuë par un arc & un carquois, qui estoient les symboles de l'Armenie, selon S. Hierosme en sa 7. Epistre, d'autant que les Armeniens estoient nommez entre les meilleurs archers du monde. C'est pourquoy Oppian l. IV. de son Cyneget. luy donne l'epithete de κλυτότοξος. i. *arcubus inclyta.* Mais cette pretenduë victoire de Marc Antoine fut une pure volerie, ayant spolié de ce Royaume le Prince legitime d'iceluy, qu'il donna à l'un de ses fils qu'il avoit eu de Cleopatre: voyez *Paterculus*, Plutarque, Appian & Dion. Car l'insolence de ce perfide voleur de Royaumes estoit telle, qu'il ravissoit impunément les Principautez de l'Orient, pour en enrichir & gratifier cette ambitieuse courtisane ; à l'imitation de Cesar qui avoit osté à Ptolemée le Royaume d'Egypte pour le donner à cette putain qui estoit sa sœur. C'est pourquoy *Manilius* liv. IV. dit que la Justice & *Libra* avoient attaché des mains de Cleopatre les Royaumes, que Cesar, & depuis encore Marc Antoine luy avoient injustement donnez, & rendu à Auguste & à l'Empire Romain, en ces vers,

> *Inferius victæ sidus Carthaginis arcet,*
> *Et Libyam, Ægyptique latus, donatque regna*
> *Erutt* ——

Car il luy avoit donné aussi avec l'Egypte, l'Armenie, la Phœnicie, partie de la Palestine, la Cilicie, & l'Arabie qu'il avoit ravy perfidement pour elle à plusieurs Roys & Princes legitimes, dont Josephe, Plutarque, Dion & plusieurs autres font mention. Or cet homme perdu dans

* Confer Morell. in Famil. Anton. Tab. II. Num. 6.

dans les charmes de cette impudique & ambitieuſe Princeſſe, luy promit outre cela, Rome meſme pour ſon doüaire, ou pour le prix de la jouyſſance de ſes amours, ayant vaincu Auguſte. *Florus* en ſon IV. livre, *Hæc mulier Ægyptia* (ce dit-il) *ab ebrio Imperatore pretium libidinis Romanum imperium petit, & promiſit Antonius, quaſi facilior eſſet Partho Romanus.* Ce qui fait auſſi dire à *Pedo Abinovanus*, que Mecenas ſuivit Auguſte à la guerre,

—— ne poſſet fœmina Romam
Dotalem ſtupri turpis habere ſui.

Et *Manilius* liv. I.

Needum finis erat, reſtabant Actia bella
Dotali commiſſa acie ——

Car il appelle l'armée de cette Royne, *Dotalem aciem*, comme eſtant deſtinée pour taſcher de la rendre jouyſſante de ce qu'il luy avoit promis en dot, & récompenſe de ſon abandonnement, ſe mocquant de Marc Antoine qu'il compare à une fille qui apporte à ſon eſpoux quelque heritage pour ſon dot, & tout enſemble il donne cet epithete de *Dotalis* à cette bataille Actiaque pour dire qu'elle fut donnée ou pour livrer à ſa maiſtreſſe Cleopatre l'Empire Romain en dot, ou pour le luy aſſeurer en doüaire, gaignant la victoire contre Auguſte, en la quelle il y alloit du tout, dont il la peut rendre joüyſſante après ſa mort s'il venoit à mourir le dernier. Auquel ſens de ce poëte ce grand perſonnage n'a pas pris garde. Et neantmoins *Apollinaris Sidonius* en ſon panegyrique qu'il fait en l'honneur de Majorian appelle auſſi *Dotalem turbam* l'armée navale dont cette ambitieuſe avoit avec luy couvert la mer, mais qui eſtoit compoſée d'un grand nombre de gens inutiles, & mal propres pour combatre; en ces vers,

Nec ſic Leucadio claſſis Mareotica portu
Actiacas abſcondit aquas in bella mariti,
Dum venit à Phario dotalis turba Canopo.

Claudian livre *de Raptu Proſerpinæ*, uſant du meſme terme, dit que cette Deeſſe *poſſedit dotale Chaos* pour le prix de ſon raviſſement,

—— —— Quo ducta ferox Proſerpina raptu
Poſſedit dotale Chaos.

Et cette *claſſis Mareotica*, qui prend ce ſurnom de *Mareotis* partie du Royaume d'Egypte, exprime la meſme flotte que vous avez veuë cy devant eſtre appellée flotte Alexandrine, *claſſis Alexandrina*, en la medaille que j'ay expliquée; & qui en celle cy eſt deſignée par cette proüe qui eſt devant l'effigie de Cleopatre.

* L'Effigie d'Alexandre, Roy d'Armenie, fils de Marc Antoine & de Cleopatre, ayant le chef radieuſe, & ceint entre cela d'un Diadéme, les traits de viſage fort jeunes, comme entrant dans l'adoleſcence, rians & aimables. Derriere ſon effigie ſe voyent deux cornes d'abondance: Mais au revers il y a ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. *Regis Alexandri*; deux cornes d'abondances appuyées contre deux Sceptres.

Cette medaille de cuivre eſt petite, mais ſi rare & ſi conſiderable, que j'ay eſtimé la devoir faire voir au public, & luy donner l'intelligence de ſon revers; nous repreſentant d'ailleurs ce jeune Roy, dont Cleopatre eſtoit accouchée d'un ſeul port avec Cleopatre, qui pareillement eſtoit une tres-belle Princeſſe; qui fut donnée en mariage à Juba, Roy de Mauritanie, tres-beau & tres-ſage Prince, ſçavant, & grand Hiſtorien. Marc Antoine & Cleopatre ayant voulu par une vanité autant ſotte, que ridicule & inſolente, que ce jeune Prince fuſt ſurnommé *Sol*, & ſa Sœur gemelle *Luna*, après leur naiſſance. C'eſt pourquoy vous voyez Alexandre effigié radieux comme un Soleil levant, & de plus il a le chef ceint d'un Diadéme, comme ayant eſté conſtitué pour Marc Antoine ſon pere, Roy d'Armenie & de Medie, dont ces deux Sceptres ſont le Symbole; voulans qu'il fuſt en cette qualité, eſtimé eſtre Monarque de l'Orient; voire qu'eſtant l'Orient meſme, en qualité de Genie du Soleil, il vendroit ces deux Royaumes heureux, abondans en richeſſes, par une extraordinaire fertilité, qu'il concilieroit à la Terre, par ces aſpects plus curieus, & par ces influences plus favorables. Ces deux Sceptres donc, & ſes deux cornes d'abondance deſignent cela. Ces deux Royaumes au reſte luy ayant eſté donnez, ſçavoir l'Armenie, dont ſon pere ſpolié Artuaſdes; & la Medie par le mariage qu'il contracta avec la fille du Roy des Medes, appellée Jotape; laquelle Marc Antoine avoit amenée avec luy pour cet effet. Mais il ne pût jamais jouyr de ces Royaumes, comme Appian Alexandrin ſur la fin des guerres Parthiques, Plutarque, Dion Caſſius, & autres le remarquent.

* Pertinet hic æreus nummulus ad Regem Syriæ Alexandrum II. vulgo Zebinnam dictum.

LEPIDE.

COMMENTAIRE VI.

LA fortune de ce personnage vogua premierement à pleins voiles le vent en pouppe, l'eslevant en un estat si avantageux, qu'il eut mesme la gloire de pouvoir relever celle de Marc Antoine, reduit à un estat si miserable aprés sa deffaicte à Mutine, qu'il se vit contrainct de le venir trouver en son camp seul, & en un habit plus deschiré que n'estoit le voile de sa fortune, & de se jetter humblement à ses pieds, pour meriter par cet abaissement, conforme à l'estat present de ses affaires, d'obtenir de luy quelque soulagement & consolation dans son infortune, & de le proteger & deffendre de la poursuite de ses ennemis. En suite de quoy, Lepide continuant d'estre conduit favorablement du bon vent de cette Déesse, qui se plaist à élever, puis à deprimer alternativement ceux qui se soumettent à sa conduite, afin qu'ils en sentent plus vivement la cheute puis aprés, se trouva estre monté si haut sur le Theatre de la Gloire, que le haut de la balance luy fut mis en main, constitué arbitre par elle des deux puissances d'Auguste & d'Antoine, ayant avec le partage des trois parties du Monde, trente legions complettes & florissantes, pour soustenir sa dignité & sa grandeur. De sorte que la presomption succedant à la felicité premiere, (mais plus moderée,) par la consideration de si grandes forces, nullement entamées ny fatiguées comme estoient celles des deux autres; il entra en imagination, qu'il pourroit demeurer avec le temps Seigneur seul, & unique Monarque du monde, s'il se tenoit escarté de ces deux champions qui s'entreharceloient continuellement, les contemplant seulement s'entreruiner par intervalle, & par diverses entreprises ou secretes ou manifestes, l'un l'autre, esperant qu'aprés qu'ils se seroient affoiblis ou contre la puissance de Sextus Pompée, ou l'un contre l'autre, qu'il viendroit bien aisement à bout du plus foible. Mais le succez ne fut pas pareil à ses esperances. Car non seulement Auguste se contentant de faire la guerre à Pompée sans entreprendre encore d'attaquer Marc Antoine, bien qu'il en eust assez de sujets, conduisit si bien cette guerre, qu'en estant venu à bout, au lieu d'aller chercher Marc Antoine, pensa soudain comment il pourroit ruiner cet outrecuidé, qui faisoit voir par ses pratiques contre luy qu'il estoit de beaucoup plus presomptueux & vain, qu'habile homme, & sage chef de party: n'estant pas assez esveillé d'ailleurs, ny assez subtil pour sçavoir conduire des desseins de si forte haleine, & de telle importance; ne se donna de garde que lors qu'il estimoit que toutes les puissances du Monde ne seroient jamais capables de l'abatre; Auguste plus vif & plus vigilant que luy, & qui estoit si clairvoyant qu'il cogneut soudain tous ses desseins & ses conseils, luy pratiqua si dextrement les principaux membres de ses legions, qu'il fut tout estonné qu'il se vit tout d'un coup abandonné de tous. Cette inconstante Deesse, qui s'estoit plus longtemps qu'elle n'avoit de coustume arrestée sur le haut de sa rouë en sa faveurs sans se tourner, se servant enfin de son arrogance, & de sa presomption pour l'humilier par sa ruine, le contraignant de venir fleschir honteusement le genoüil devant son ennemy, & luy demander laschement la vie. Laquelle luy fut seulement accordée, avec la continuation de qualité de souverain Pontife, vivant à Circée, & puis à Rome le reste de ses jours en perpetuel chagrin, & sans consolation, mesprise d'un chacun; Auguste luy faisant seulement cette grace de ne luy pas oster cette qualité de Pontife, parce qu'il en joüyssoit avant sa disgrace l'abbaissent & humiliant incroyablement en toutes autres choses; ainsi que vous le pouvez voir dans *Dion Cassius* en son LIV. livre. Lisez aussi dans Appian l. IV. des Guerres Civiles, ce qui se passa contre son fils en une action intentée par Mœcenas devant Balbinus, ou vous verrez ce Triumvir s'estre trouve en un estat grandement humilié. C'est és pages 618. & 619. Il eut un fils, qu'Auguste fit depuis mourir, pource qu'il taschoit de relever la gloire perduë par son pere, en pratiquant les legions contre sa fortune & sa vie. Mœcenas estant lors gouverneur de Rome rendit ce service à Auguste que de le deffaire de ce mutin. Voyez Appian, Suetone, *Velleius*, & Dion, qui ne s'accordent pas en ce qui concerne ce Triumvir.

FEMMES DE LEPIDE ET DE SON FILS.

JUNIA TERTIA sœur de Brutus fut premiere femme de Lepide Triumvir & mere de M. Lepidus, desquels je viens de parler.

SERVILIA femme du jeune Lepide, laquelle ne voulant survivre à son mary, fut si magnanime, que ne pouvant avoir ny espée, ny poignard, ou autre ferrement pour se deffaire, avala un charbon ardant, mourant courageusement à l'imitation de Porcia femme de Brutus.

* MEDAILLE I.

L'Effigie de Lepide armée avec ce demy mot COL. Au revers il y a l'effigie de Cerés couronnée d'espics dans une couronne de laurier avec ce mot CABE. *Ursinus* fait mention en ses familles Romaines de ce lieu, & dict qu'il est situé en Afrique, rapportant une medaille d'argent qui represente d'une part une effigie de Déesse sans couronne avec ce mesme mot de CABE. Au revers il y a une corne d'abondance dans une couronne de laurier avec cette inscription LEPI. *Lepidus*. Or ce docte personnage nous eust obligé de nous dire quelque chose davantage de cette ville; *Ortellius* mesme confessant n'avoir rien à adjouster à ce qu'il en a dit. Il faut donc que je supplée à leur deffaut. Il est donc veritable que *Cabe* estoit une ville d'Afrique (comme *Ursinus* s'en est douté voyant au revers de sa medaille ce mot LEPI.) *Nuba* Geographe Arabe m'apprend sa situation, & que ce nom de *Cabe* luy estoit encore demeuré en son temps (y ayant quelques 400. ans qu'il vivoit.) Il la constituë donc au troisiesme climat de la seconde partie de l'Afrique, & dit qu'elle estoit située sur un fleuve, la qualifiant ville notable, en ces termes: *Cabes est urbs conspicua, habetque flumen, derivatum ad ipsam è magno quodam lacu super quo jacet Casr-saggæ: est autem dissitus lacus ille à Cabes tribus passuum millibus* &c. Leon d'Afrique pareillement en son premier livre de la description d'Afrique, fait mention de cette ville, & la fait voisine de Tripoli. Ce qui me fait juger que ce peut estre *Tacape*, que Pline constituë en la region Tripolitaine en son XVIII. livre chap. 22. où il se peut faire qu'il faille lire *Tacabe*. Toutesfois *Martianus Capella* qui estoit Afriquain l'appelle aussi *Tacabe*. Or que ce soit la mesme avec *Cabe*, je n'en puis douter, veu que *Nuba* fait voir avant Leon qu'elle estoit située au mesme climat que Tripoli. Joinct que Pline liv. XVI. chap. 27. & au lieu susdit remarque que le terroüer de Tacapé estoit tres-fertille. Ce qui se rapporte à cette couronne d'espics de cette Déesse, & à la corne d'abondance enfermée d'une couronne qui se voit au revers de la medaille consulaire d'Ursinus; & à la reputation de la fertilité de cette province que les medailles tant d'Hadrian, que des familles Eppia & Cæcilia representent tousjours ayant des espics de bled auprès ou devant elle. Et qu'entre autres autheurs Claudian en son poëme *de laudibus Serenæ*, tesmoigne en ces vers,

—— —— Phariæ segetes & Punica messis
Castrorum devota cibo —— ——

Estant vraysemblable que Lepide tiroit de cette region Cabeane & Tripolitaine, les ordinaires provisions de grains, necessaires pour son armée. Joint que ce nom de *Cabe* peut avoir esté emprunté de κάβη, qui selon *Suidas* est de pareille signification avec τροφή, c'est à dire *Cibus* morceau de pain, ou viande, ou de κάβος qu'*Hesychius* & le mesme *Suidas* disent signifier une certaine sorte de mesure à bled. Il se peut faire encore qu'elle prenne sa denomination de *Cacabe* que le Scoliaste de *Dionysius*, là où ce Poëte Geographe parle de la Mauritanie, dit signifier teste de cheval, en langage du pays. Ce qui se rapporte bien au cheval ailé ou Pegase symbole de l'Afrique. Quant à cette couronne de laurier, outre ce qu'elle est representée en cette medaille pour marque de victoire, en faveur de Lepidus qui estimoit pouvoir vaincre tout, & contraindre Rome de le reconnoistre seul Monarque, quand il luy plairoit empescher les traites des bleds de l'Afrique en Italie; elle marque encore l'abondance de lauriers qu'il y avoit en ce pays; *Corippus* en son I. livre des loüanges de Justin appellant l'Afrique

—— —— Libyam fruges laurumque ferentem.

*MEDAILLE II.

ΜΑΡΚΟΣ ΛΕΠΙΔΟΣ. *Marcus Lepidus*. L'effigie de Lepidus sans couronne. Au revers il y a ΔΙΟΦΑΝΤΟΣ ΚΩΙΩΝ. *Diophantus Coorum*, l'effigie d'Hercule. Cette medaille de cuivre, qui tient de la grandeur d'un medaillon, m'a esté com-

* Confer Morellii Thes.Fam. in Fam. Æmilia Tab. II. Num. 8.

* Vide ibidem Tab. II. Num. 4.

communiquée par le Sieur de Bretagne parent proche de Monsieur de Bretagne premier President au Parlement de Mets, personnage courtois, genereux, & amateur de toutes choses rares & dignes d'estre estimées & recherchées. Cette inscription donc fait voir, que les habitans de l'Isle de *Cos* ou *Coos*, sur la mer Egée (qui a une ville du mesme nom) firent frapper cette medaille en l'honneur de Lepidus sous l'authorité de Diophantus leur Preteur, au temps de la guerre civile, qu'Auguste, Antoine, & Lepidus preparerent contre Sextus Pompeius (comme il est vray semblable) pendant laquelle, il est aisé à juger que ces Insulaires qui estoient en reputation d'estre fort adroicts & bien experimentez és combats maritimes, les assisterent d'hommes & de vaisseaux; cette autre medaille que je te faits voir avec celle cy, justifiant par cette proüe que leur principal exercice estoit celuy des combats de mer & du traffic qu'ils faisoient continuellement dessus. Il y a pour inscription ce seul mot ΚΩΩΝ. des Coiens. C'est pourquoy cette Isle estoit estimée estre cherie par Neptune, lequel en brisa une grande piece qu'il darda d'une telle roideur contre le Geant Polybetes, qu'il l'accabla dessous, & en composa l'Islette appellée Nisyron, ce dit Stralon livre X. Or ce qui me confirme l'opinion de cette assistance des Coiens, est, que je voy que ces insulaires en frapperent une autre en l'honneur d'Auguste sous le Preteur *Callipides*, laquelle m'a esté pareillement communiquée par ledit sieur. Et laquelle je te feray encore voir cy aprés. Au reste cette Isle de *Cos* fut premierement appellée Meropis, & la ville pareillement, du nom d'un certain *Merops* ancien Heros fils d'un autre nommé *Triops*, ainsi qu'*Antonius Liberalis* en sa Metamorphose, & *Pausanias* liv. VI. le témoignent, & avant eux l'oracle rendu aux habitants d'icelle rapporté par *Diogenes Laërtius* en la vie de Thales, qui commence ainsi,

Μὴ πρότερον λῆξε νεῖκος Μερόπων καὶ Ἰώνων.

Et en suite *Aristides* en l'oraison qu'il fait sur le sujet de ceux qui le calomnioient de ce qu'il ne declamoit point en public. D'autres, comme *Hyginus* l. II. des Signes Celestés, disent que ce Merops regnant en cette Isle, luy donna son nom de Cos, & aux habitants celuy de Merops; & puis que Junon le metamorphosa en un aigle. Pour le surplus, outre Ptolomée Philadelphe, & Hippocrate, furent encore natifs de cette ville, Meleager excellent epigrammataire, & Demochares aussi Poëte renommé & sçavant Grammarien, ce disent *Paulus Silentiarius*, & un autre Anonyme dans l'Anthologie, l'un desquels appelle cette ville, l'aimable Cos en ce vers,

Κῶς δ' ἐρατὴ Μερόπων πρέσβυν ἐγηροτρόφει.

Et l'aimable Cos des Meropes nourrit ce vieillard en ses derniers jours. Ce qui semble estre la cause pour laquelle *Damoxenus* dans Athenée liv. I. dit que cette Isle semble avoir ce privilege par dessus les autres que d'engendrer des Dieux,

Θεοὺς γὰρ φαίνεθ' ἡ νῆσος φέρειν.

Theocrite pareillement en son VII. Idyle fait mention de Cos & de Pixa, Oromedon, ville & mont de cette Isle. Quant à cette effigie de Hercule, Pindare dans Quintilian liv. VIII. chap. dernier nous fait voir la raison de son culte en cette Isle. Car il represente Hercules chassant les Meropes d'icelle, les comparant à la foudre, & ce à cause de leurs tyrannies. Aussi le veneroient-ils sous le titre d'*Hercules Alexis*, & ce principalement sur tous les autres Dieux (ce dit Aristides en son Eloge) par le commandement d'un Oracle, representé debout sa massuë sur l'espaule & un globe à la main, comme seigneur dominant par tout, & comme toute la symmetrie celeste & tout ce qui concerne les proportions des parties des Cieux sous sa charge. Voyez ce passage, car il merite d'estre attentivement consideré. Au reste, quelques uns estimirent anciennement, que le mot de *Comœdia* avoit tiré son origine du nom de ceste Isle, a cause qu'Epicharmus inventa à Cos le premier de tous les vers Comiques. *Sunt qui velint Epicharmum in insula Co exsulantem, primum hoc carmen frequentasse, & sic à Co Comœdiam dici.* Ce dit *Diomedes* en son troisiéme livre.

AUGUSTE.

AVGVSTE fils d'Octavius & de Atia nasquit à Rome ou à Velitres l'an 690. de la fondation de Rome, & 62. avant la naissance de nostre Sauveur. Ciceron & C. Antonius estants Consuls le 22. Septembre. Il tint la Monarchie 58. ans, ou 57. selon Theophile Alexandrin. Voire seulement 56. selon Tertullian en son livre *Adversus Judæos*, ayant vescu 76. ans.

COMMENTAIRE VII.


AVGVSTE estoit d'un object & rencontre tres-agreable, & toute fois estoit petit, voire de taille au dessous de la commune, de sorte que pour corriger ce defaut (fort considerable en un grand Monarque) il estoit contraint de se faire faire des souliers plus hauts que ceux du commun: ainsi que Suetone le remarque chap. 73. Ce qui n'empeschoit pas toutes fois qu'il n'eust beaucoup de grace & de majesté en son maintien. Il estoit d'un teint brun un peu palissant; mais qui soudain prenoit feu & facilement rougissoit, & qui avec pareille inconstance se couvroit legerement de quelques ombres qui passoient bientost, le laissants en son naturel, ainsi que l'Empereur Julian le represente en ses Cesars, ou il le compare au Cameleon. De plus il avoit les sourcils d'un trait humain, mais conjoincts presque entierement, qui voultoient benignement des yeux, grands, vifs, &

& majeſtueux, leſquels Virgile deſigne ainſi dans le huictiéme de l'Eneide:

—— Geminas cui tempora flammas
Læta vomunt.

leſquels eſtoient d'un bleu pers, Pline l. XI. chap. 17. les appellant *Equorum more glaucos*, & la Chronique Alexandrine *γλαυκίνους cæſios*, d'un bleu celeſte. Au ſurplus, il avoit le menton un peu court, le nez aſſez long, la bouche mediocre, & le poil naturellement frizé, mais moderément, auquel il n'apportoit aucun artifice. Quant à ſes mœurs, il eſtoit colere, benin, actif, vigilant, prudent, laſcif, voluptueux, magnifique, liberal, & magnanime, ſevere meſme és vices des autres, auſquels il eſtoit luy meſme ſujet & addonné. Il eſtoit auſſi fort accort, & faiſoit eſtat des hommes de valeur. Après avoir eſté adopté par Ceſar ſon oncle maternel, il en prit le nom, & quitta celuy d'Octavius, comme au lieu de *Thurinus*, il avoit pris celuy d'Octavius, qui eſtoit le nom de ſa famille. Mais avec le nom de Ceſar il receut l'Empire, le bonheur de Ceſar, & l'amour du peuple, lequel il maintint avec tant de felicité, ſi prudemment, & ſi glorieuſement, qu'il fut eſtimé avoir en luy quelque choſe de divin, & plus qu' humain, qui en partie le fit ſurnommer Auguſte. Toutes fois je le trouve avoir eſté ſelon même l'opinion des plus ſages; comme de Pline liv. VII. ch. 45. Tacite, Solinus & autres, plus mal-heureux qu'heureux: Car qui conſiderera les pertes ſignalées en diverſes deſfaictes, tant par Mer que par Terre qu'il receut, & divers naufrages qui arriverent à ſes flottes; le trouble & l'envie que la Guerre Civile contre Brutus, & contre Sextus Pompejus, & les cruelles, & inhumaines proſcriptions qu'il fit avec les autres Triumvirs, luy cauſerent; l'Emulation de Marc Antoine, l'apprehenſion qu'il eut ſouvent que Lepidus ſe joignit avec luy pour le ruiner; les deffiances continuelles, qu'il eut de pluſieurs conjurations qui ſe formerent contre luy, les infames impudicitez de ſa Fille Julia, qu'il haïſſoit à mort; la perte de ſes enfans, celle des valeureuſes Legions eſteintes avec Varus pour les Cheruſques, les grandes apprehenſions d'étre aſſaſſiné par ſes ennemis, dont il luy reſtoit un grand nombre par toutes les Provinces de l'Empire Romain: les grandes deſolations que la peſte très-frequente, & comme annuelle ſous ſon regne, avec les ſterilitez de la Terre, cauſerent par tout. Et outre cela ſa complection foible & maladie, une femme ſuperbe & ambitieuſe qui ne l'aimoit gueres; un ſucceſſeur dont l'honneur lui déplaiſoit, & qui n'étoit pas de ſon ſang, & qui ne pouvoit empeſcher de regner après luy. Qui dis-je, fera réflexion ſur toutes ces choſes, & encore d'autres que je paſſe, confeſſera facilement que ſes infortunes & les chagrins l'emporteroient à la balance. Or ſa prudence & la moderation luy ſervirent beaucoup, pour charier droit au milieu de toutes ces revolutions, & de ces diſgraces ſi heriſſées d'epine d'un Million de difficultés, l'aſſaſſinat de Ceſar luy ayant auſſi appris à devenir plus moderé & plus prudent; que luy, aboliſſant le nom & titre de ſervitude tant abhorré par les Romains, qui avoient plus d'averſion au titre de Roy ou Dictateur perpetuel, que de ſe ſentir même eſtre aſſervis, pour prendre ſimplement celuy de Prince, qui eſtoit plus doux, & plus en uſage entre les Romains en diverſes dignitez, & qui ſembloit eſtre de moindre authorité. Et puis ne ſe voyant point d'enfans, & ceux de la Fille & d'Agrippa morts après Marcellus, qu'il avoit adoptez avec beaucoup de prudence & de raiſonnables conſiderations; pour laiſſer par ſon ordre l'établiſſement d'un heritier de la fortune & de ſon nom, à ſon Empire. Il declara Tibere en l'adoption (quoy qu'avec regret) ſon Succeſſeur: Mais en ce faiſant, bien que Tibere euſt des enfans, il luy fit adopter Germanicus, affin, ce dit Tacite, qu'il fuſt aſſeuré d'avoir un Succeſſeur ordonné par luy, qui perpetuaſt ſon nom à ſa poſterité, & le rendit plus venerable.

FINIS.



cf. pour description.
Vfr 11/83 n°
– 781. 3 vol
et 782 – 2 vol } 5 vol.

